De his omnibus vide in APPARATV hoc, ſuis quemque locis.

Separatim autem Cyrillus, Theophylactus, Victor Pitabionenſis, Leo Caſtrius, Antonius Gueuara, & alij. Porrò partitionem huius prophetiæ vide in Oeconomiæ Biblicæ Tabulis Georgij Ederi, tab. 231.

Et Græcarum verſionum diuerſitatem à verſione LXX. atque interdum, explanationem inſpice in Græcis ſcholijs, quæ perutiles vnicuique capiti huius Prophetiæ, ſicuti & aliorũ Prophetarum ſunt adiunctæ in editione Grȩca verſionis LXX. quæ Sixti V. Pont. Max. iuſſu prodijt Romæ in lucem emendata, Anno 1587. è Typographia Vaticana.

### Oratio ad S. Abacuch Prophetam.

*Vtinam verò, ô* PROPHETA *ſancte, qui tanquam Anteſignanus præis huic operi, ſicut (ſiue tu, ſiue alter fueris) ab Angelo delatus cum prandio fuiſti in Chaldæam ad Danielem clauſum in lacu leonum, ita* DEO *aſpirante, vnà cum eodem Angelo iſthinc, vbi lucem omnem inhabitas, lumen in cor meum mole tanti operis preſſum inferas: meq; tu, qui Sereniſsimos* B. VIRGINIS *oculos ſemper intueris, ſiſtas ad eius ſanctiſsimos pedes, vt ab æterna Sapientia eius filio gratiam, & vires, vel ego, vel certè alij, qui digni fuerint, conſequamur huic* APPARATVI *conficiendo. Dicamus deniq; ipſi. Domine, Opus tuum in extremo die-*

*tum noſtrorum Viuificaſti; Percuſſiſti Diuino tuo verbo, & tot Sanctorum laboribus, capita de domibus impiorum; Denudaſti fundamenta eorum vſq; ad collum; Maledixiſti ſcriptis hæreticis, impijs, obſcœnis. Nos autem in Domino gaudebimus, & exultabimus in* IESV *noſtro. Amen.*

ABACVCH autem alterum apocryphum recenſet in Synopſi Athanaſius, indicans (ni fallor) prophetiam quandam abſconditam, cuius etiam meminit Epiphanius in vita Abacuch; aut fortè hiſtoriam, quam Abacuch, nõ is, qui inter duodecim Prophetas ponitur, ſed alter ex tribu Leui, filius Iuda ſcripſit de Daniele Sacerdote filio Adde. Vide lib. 1. in Danielis Prophetæ Appendice Sixti Senenſis 2. lib. Bibliothecæ Sanctæ, & eundem, quem diximus Franciſcum Riberam in 2. præludio in Expoſitione 12. Prophetarum.

Tom. 1. Annal.

ABAGARVS, quem alij Augarum, alij Abagarum, ſiue etiam Agabarum ſcribunt, Edeſſæ Syriæ ciuitatis Regulus, Epiſtolam Saluatori noſtro ſcripſit, quæ vna cũ reſponſione eiuſdem Domini Ieſu extat apud Euſebium lib. 1. c. 13. hiſt. Eccleſiaſt. Quas, etſi Gelaſius Papa diſt. 15. recenſet inter apocrypha, quaſi non hagiographa, non tamen Eccleſia (vt inquit Cæſar Card. Baronius) omninò proſcribit, ſicut nec complures alios libros, quos proximè recenſuit. Eas verò abſque vlla dubitatione ab antiquioribus fuiſſe receptas comprobat de Epiſtola Darii Comitis ad Auguſtinum, S. Ephremo, Theodoro Studita, & alijs. Vide Baronij Annalium Tom. 1. ſub ann. 31. à Chriſto nato; quidque tũ ipſe, tum ante illũ de imagine Chriſti à Domino ad Abagarum miſſa Sixtus Senenſis ex antiquis monimentis deprompſit. Extat autem de hac hiſtoria Romæ in Bibliotheca Vaticana ſcriptum Græcum hac inſcriptione. Περὶ τῆς εἰς Α᾽γαρον ἀχειροποιήτου εἰκόνος Χριστοῦ τοῦ θεοῦ ἡμῶν καὶ ἐξ Ἐδέσσης μετακομισθείσης πρὸς τὴν πανευδαίμονα, καὶ βασιλίδα ταύτην τῶν πόλεων. id eſt, *De non manufacta ad Agarum imagine Chriſti Dei noſtri, & ex Edeſſa tranſlata ad feliciſſimam hanc, & Vrbium Reginam.* Porrò ſciendum omnes Edeſſenæ prouinciæ, ſiue Reges, ſiue Principes nominatos fuiſſe Abagaros; & Bardeſanem clariſsimum quondam virum, ſed poſtea hæreticum (de quo nos ſuo loco) auditorem fuiſſe cuiuſdam Abagari Edeſſæ Principis viri optimi. Sed hic Abagarus vixit anno Domini 175. cuius & meminerunt Epiphan. hær. 16. & Iulius Capitolinus in Antonino Pio.

Lib. 2. Bibl. Sanctæ.

ABAILARDI errores S. Bernard. epiſt. 188. & 190. & Innoc. III. epiſt. 194. Thom. Vvald. lib. 1. c. 10. oſtendunt, & impugnant. Vide, in verbo, Petrus Abailardus, vbi de eius erroribus.

ABBAS Panormitanus. Vide, in verbo, Nicolaus Tudeſchius.

ABBAS Vercellenſis in Dionyſium Areopag. Vide, in verbo, Thomas Abbas Sancti Andrææ Vercellenſis.

ABBO Gallus Abbas Floriacenſis, qui anno Domini 1003. viuebat, ſcripſit vitam Eadmundi martyris, libris duobus. In Calculum Victorij lib. vnico. De motibus ſtellarum alium. Rudimenta puerilia.

ABBONIS Floriacenſis Opus Epiſtolarum, quod nondum prodijt in lucem, citat Papyrius Maſſonius Annal. Francorum, lib. 3.

ABDELMESSIAE Legati Patriarchæ Alexandrini, qui Gabriel nominabatur, Legatio ad Clem. VIII. Pont. Maxim. & Profeſsio fidei extant ad finem ſexti Tomi Annal. Baronij Card.

Epiph. Sixtus Senenſ. Garſias Galarza libro Euangelicarum Inſtit.

Hieron. ad Paulinum de Diuinis Sacræ Scripturæ libris.

ABDIAS, quem LXX. Obdiu, Hebræi Occadiam, hoc eſt cultorem Dei, nominant, vnus è duodecim minoribus Prophetis, Prophetiam, quæ vno continetur capite, tempore Amos prophetauit, cuius initium eſt, *Viſio Abdiæ.* Hic, teſte in eius vitã Epiphanio, natus in Sichera, quæ eſt in agro Ieththacmar, cum poſtea Ochoziæ Regis Iſraël, Quinquagenarius, ſeu Semicenturio eſſet, poſt duos alios Quinquagenarios igne abſumptos miſſus ad Heliam præhendendum, aula relicta, huic adhæſit: viſionẽ quidẽ ſuam pronunciauit contra Idumæam, & fines eius. A Chaldæis enim, & Gentibus Iſraël fuerat magnis calamitatibus affectus. *Perſonat* (inquit Hieronymus) *contra Edom, ſanguineum, terrenumq; hominem: fratris quoq; Iacob ſemper æmulum haſta percutit ſpiritali. Vbi verò inuectus eſt contra Idumæos, promittit filijs Iacob Tribus Iuda durationem perpetuam, & Ieſu Chriſti Saluatoris præſentiam in monte Sion.* Cæterum Abdiam, arbitratur idẽ Hieronymus, virum fuiſſe illum, qui, vt in tertio libro Regum cap. 18. legitur, temporibus Achab, & Iezabelis centũ prophetas in ſpeluncis abditos pauit. Vixit circa annum ab orbe cõdito termilleſimum ſexageſimum. Erat autem eius ſepulchrum in Samaria, vbi item Eliſæus, ac D. Ioan. Baptiſta humati ſunt.

Scripſerunt in Abdiam interpretes vniuerſæ Diuinæ Scripturæ. De quibus in verbo Biblia, Hugo item Victorinus, de quo ſuo loco.

Scholion autem variæ lectionis Græcum ad hoc caput quàm breuiſsimum extat in Editione Græca LXX. Sixto V. Pont. Max. Romæ edita.



Digitized by Google

ABDIAS verò alter, quem Apoſtolorum diſcipulum, & Babylonis Epiſcopum, atque Vitarum illorum ſcriptorem faciunt Iacobus Archiepiſcopus Genuenſis, & Petrus Epiſcopus Equilinus in lib. 9. Catalogi Sanctorum, incertum an legitimus extet. Sixtus autem Senenſis lib. 2. Biblioth. Sanctæ, cum ab ijs ſcriptum ſit Vitas Apoſtolorum ab Eutropio Abdiæ diſcipulo ex Hebræo in Græcum, & à Iulio Africano in Latinum fuiſſe conuerſas, prudenter opinatur, Iulium non Latinè, ſed Græcè ſcripſiſſe. Quin, & ait. *Nuper ex Germania ſub titulo huius Abdiæ prodiere libri decem, de hiſtoria certaminis Apoſtolici, Operini typis excuſi, quos vt fide indignos, Paulus Papa IIII. inter ſcripta à ſe damnata reiecit.* Lib. Annuarum ſolemnitatum.

ABECEDARIVM ſpirituale Oſſunnæ. Vide, in verbo, Oſſunna.

ABGARVS. Vide Abagarus, ſuprà.

ABRAHAM Patriarcha, & Parens Patriarcharum, è Chaldæis ortus, & ſi nullum librum conſcripſit, ſcribendorũ tamen librorum ſemina reliquit, cum quingentos annos ante Moyſem natus AEgyptios docuerit Arithmeticam, & Aſtrologiam, eam, quæ ſine labe doceri poteſt. Quin, & rationẽ rectè viuendi ijs oſtendit, vti ex Nicolao Damaſceno Ioſephus, ex Ioſepho autem tradidit Euſebius de Præpar. Euang. lib. 2. c. 4.

At et, vt Suidas habet, ſacras literas repperit, & eam linguam excogitauit, cuius Hebræi periti fuerunt, vt eius diſcipuli, & poſteri. Vnde etiam Græcorum literæ originem duxerunt: quamuis Græci opinionis errore aliter hac de re ſcripſerint. Teſtimonio eſt appellatio Alpha primæ, & Principis literæ nomen ab Aleph Hebraico ſortitæ, nomine beato, primo, & immortali.

Scripſere de Abrahamo Interpretes vniuerſæ Scripturæ ſanctæ, Philo Iudæus, Antiqui Patres, præſertim Ambroſius: noſtro autem æuo Aloyſius Lippomanus Catena in Geneſim: & Benedictus Pererius in eandem.

ABRAHAMI verò nomine Apocalypſim à Sethianis hæreticis confictam Epiphanius in Panario, Origenes hom. 35. in Lucam, merito reiecerunt, vti, & librum, qui eidem Abrahamo tribuebatur, cuius eſt inſcriptio apud Hebræos, IEZIRA hoc eſt de creatione, *quem* (inquit Sixtus Senenſis) *non parum literati aſsignant Rabbi Akibæ.* Lib. 2. Bibl. Sanctæ.

ABRAHAMI Bzouij Ordinis Prædicatorum Poloni, Theſaurus laudum Sanctiſsimæ Deiparæ ſuper Canticum, *Salue Regina,* quadraginta Concionibus, Venetijs apud Minimam Societatem ann. 1598. item Flores Euangeliorum editi ibidem.

ABRAHAM, & Patritius SS. Patres, Sermones Aſceticos Iſaaci Syri Græcè reddiderunt. Extant in Vaticana Bibliotheca.

ABSOLON Abbas monaſterij Sprinkirsbatenſis, ſermones reliquit diebus feſtis habitos, quos Gymnicus Coloniæ Agrippinæ excudit ann. 1534.

ABVLENSIS. Vide, in verbo, Alphonſus Toſtatus.

## A C

ACACIVS, quoniam à Hieronymo in Catalogo Scriptorum adnumeratur, hic etiam ponitur; ſed ne quis de eo ſecus iudicet, quàm quod res habet, addendum eſt hic, nulla ratione eum inter Scriptores Eccleſiaſticos eſſe cenſendum, quippe qui fuit hæreticus, quod quidem eo in loco Hieronymus, & noſtra ætate Gulielmus Eyſingrenius in ſuo, quem vocat, omnium Orthodoxæ Matris Eccleſiæ Doctorum Catalogo tacuerunt. Sed Sixtus Senenſis non reticuit. Acacius igitur ſucceſsit in Epiſcopatu Euſebio Cæſarienſi, qui æquè, ac ille fuit Arianus. Scripſit autem in diuerſos Diuinæ Scripturæ locos, Selectarum Quæſtionum volumen: ex quo non pauca fragmenta extant in Catena Græca explanationum in Geneſim. Et quidem mentionem huius operis fecit Hieronymus in Epiſtola ad Minerium, & Alexandrum. Vixit autem anno Domini 350. Eius verò Acta ſcribuntur in lib. 5. Hiſtoriæ Tripartitæ; ſed perlegendi Annales Cæſaris Card. Baronij, tertio tomo, vbi de illo fuſius non vno in loco. Nam Acacium, & Eccleſiam Hieroſolyrum turbaſſe, & contra Athanaſium inſurrexiſſe, & conatum eſſe vbique, atque adeo in Concilio Ariminenſi, abolere Concilium primum Nicænum, & Acacianorum hæreticorum, qui teterrimi fuere Ariani, fuiſſe parentem, ac ducem, planè conſtat. Hieronymus autem in Catalogo hæc, quæ ſequuntur, duntaxat de illo. *Acacius, quem quia luſcus erat μονόφθαλμον nuncupabant, Cæſarienſis Eccleſia in Paleſtina Epiſcopus, elaborauit in Eccleſiaſten decem & ſeptem volumina, & συμμίκτων ζητημάτων, ſex, & multos præterea diuerſoſq; Tractatus compoſuit. In tantum autem ſub Conſtantio Imperatore claruit, vt in Liberij locum Romæ Felicem Arianum Epiſcopum conſtitueret.* Quod autem in Catalogo Hieronymi additum fuerit, Felicem Papam fuiſſe *Arianum,* id omninò eſt expungendum. Rectè enim Lypſius ille, qui Theologus, adnotauit Anno Domini 350. Trit.



Digitized by Google

in manuſcriptis cod. ſuis, vti & in Sophronio Græco nō haberi *Arianum*, cui conſentit (ait Petrus Suffridus) ex noſtris Cod. Gemblacenſis, & Viridis vallis. Neque enim vnquā Felix fuit Arianus. Quare, & hæc ipſa vox *Arianum*, expungenda eſt è Catalogo Honorij, qui idē ex corrupto codice Hieronymi exceperat. Cæterùm de Felice ſuo loco erit dicendū.

Acacij porrò epiſtola ad Cyrillum habetur inter Epiſtolas Cyrilli num. 15.

ACACIVS verò alter, qui presbyter, & Martyr cum ſeptem mulierib⁹ Sebaſtæ in Armenia dirisſimè pro fide Chriſtiana paſſus eſt anno 312. ſub Præſide Hierenarcho diuerſus eſt ab illo impio Acacio, de quo locuti ſumus. Quin & in honorē huius alterius Acacij Martyris extructum fuiſſe Templum à Conſtantino Magno, quemadmodū item alterum Pacis, Sapientiæ alterum extruxerat, teſtes ſunt antiqui Hiſtoriographi. Vide Baronium 3. Tomo Annalium. Suidas verò alterius Acacij Archiepiſcopi Conſtantinopolitani meminit, qui vixit ſub Leone Imp. ſed cuius nulla ſcripta extant, quòd viderim.

ACACIVS Amidæ Epiſcopus, qui charitate debellauit Perſas, ornamenta Eccleſiæ diſtrahens, vt hoſtes redimeret, alius fuit à memoratis. Vixit anno 420. Theodoſio Imper. Socrates lib. 7. c. 21.

ACACIVS Beræenſis Epiſcopus fuit hæreticus. Scripſit contra Cyrillum, & Mennonem ad Theodorum Imperatorem, vti & antea accuſauerat Ioan. Chryſoſtomum. Vide Tom. 5. Baronij ſub annum 430. & 431.

ACACIVS autem alius Melitenus cognomento, & in Concilio Epheſino clarus, in quo orationem habuit ſpiritus plenam, cuius verba extant in Actis eiuſdem Synodi in verſione Peltani, diuerſus eſt ab Acacio Beræenſi. Sed & Acacius alius, qui Epiſcopus Conſtantinopolitanus, plura patrauit aduerſus Romanam Sedem, de quo Suidas, & Baronius Tom. 6. Annalium, & contra quem egerat Simplicius, & Felix Pont. Max. ille eſt, qui obijt anno 488. nec dignum aliquid reliquit, quod hic inſeratur.

ACCAS Hagulſtadenſis Epiſcopus librū de Paſſionibus Sanctorum, & alterum, quod prænotauit, *Officiarium Eccleſiæ*, atque Epiſtolam ad Bedam pro illuſtrandis Scripturis, emiſit in lucem. Vixit ann. 714.

ACCITANVM, ſiue Occitanum Concilium in Hiſpania, Iaccæ, olim *Oſca* dicta, celebratum ann. 1060. Nicolai II. Pont. Max. anno ſecundo, de Eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda. Vide Baron. Card. Annales, Tom. 11. ſub finem eiuſdem anni.

ACHELNOTVS Cantuarienſis Epiſcopus, qui floruit ann. 1038. lib. duos ſcripſit, alterum in laudem Beatiſs. Virginis, alterum Epiſtolarum ad varios.

ACHIAS Silonites Propheta, quem Hebræi nominant Achya Aſceloni, de quo 2. Paralip. 9. ſcripſit librum de rebus à Salomone geſtis. Vixit autē in Silo, ibique diem obijt. Vide Sixt. Sen. lib. 2. Bibl. Sanctæ.

ACHILIVS Seuerus Hiſpanus, ſub Valentiniano, edidit volumen quaſi Hodeporicum, vitæ ſuæ ſtatum continens, tam carmine, quàm ſoluta oratione, quod inſcripſit Cataſtrophen. Honor. Catal.

ACHILLES Galiardus Patauinus Theologus Societatis Ieſu, edidit hortante B. Carolo Card. Borromæo tituli S. Praxedis Catechiſmum ſucci plenum, licet breuem, ac quidem Italico idiomate, qui Mediolani fuit excuſus.

Iam verò incipiet ſudare ſub prelo Opus ipſius de Diſciplina Hominis interioris: quod ſeptem Sectionibus ita diſtinctum eſt, vt complectatur.

Prima. Iuſtificationem à peccato.

Secunda. Tentationem, atque militiam iuſtorum.

Tertia. Progreſſum in gratia.

Quarta. Habituum malorum extirpationem.

Quinta. Mortificationem paſsionum. Quæ quidem omnia ſpectant ad Vitam, quæ dicitur Purgatiua.

Sexta. Virtutum cunctarum tam generatim, quam ſingillatim tractationem, quæ ad viam illuminatiuam refertur.

Septima. Viam, quæ vocatur vnitiua, & myſtica.

ACHILLIS Statij nō illius antiqui, qui Græcè de Leucippe, & Clitophonte ſcripſit, ſed, & Luſitani, & huius noſtri æui eruditi viri Oratio obedientialis ad Gregorium XIII. nomine Sebaſtiani primi huius nominis Luſitaniæ Regis, Romæ apud hæredes Antonij Bladi 1574. Porrò in humanioribus quædam doctè ſcripſit, & edidit.

ACCOLDVS Florentinus Ord. Præd. qui præter alias Arabicam linguam calluit, librum ſatis grandem aduerſus perfidiam Saracenorum ſcripſit: addidit modum diſputandi contra infideles. Claruit circa annum 1260. vt refert Iacobus è Suzato.



Digitized by Google

ACROSTICHIS Sibyllæ Eritreæ. Vide, in verbo, Sibylla.

ACTA Apoſtolorum, Synodorum, Martyrum, Pontificum, & aliorum. Vide, in verbo, Apoſtoli. & in verbo, Synodus; & in verbo, Concilium, & in verbo, vniuſcuiuſque Concilij pro ratione locorum, vbi fuere habita.

ACTII Synceri Sannazarij Poëtæ extat liber de Partu Virginis, dignus qui, vt reliqui, prælegatur ab omnibus, & adeo prælegatur in Scholis. Vide in ſectione ſecunda noſtræ Bibl. Selectæ, vbi de poëtica profana collata cum ſacra.

ACTO monachus Caſsinenſis, Conſtantini Africani diſcipulus, & S. Agnetis Imperatricis Sacellanus, ea, quæ Conſtantinus è diuerſis linguis tranſtulerat, limato ſermone in Latinum vertit.

ACTON Radulphus, Anglus, ſcripſit Sermones in Epiſtolas, & Euangelia. Extat Oxoniæ in Biblioth. antiqui collegij Lincolnienſis. vol. 48. & 49. in Bibl. item Cantabrigiæ. In Biblioth. D. Petri, vol. 3.

ACTVS ſiue Acta Andreæ, Ioannis, Pauli, & Teclæ, Petri, Pilati, Thomæ, & aliorum. Vide, in verbo vniuſcuiuſque horum in hoc Apparatu.

## A D

ADALBERO Germanus, Comes à Diligen, Monachus, & Abbas Eluuangenſis duodecimus, congregationis Luxouienſis, ſcripſit vitam S. Hariolphi primi Abbatis Eluuangenſis, obijt anno 922. Arn. At cum Gulielmus Eiſingrenus ſcribat eum floruiſſe anno 902. inquit fuiſſe præſulem Auguſtanæ Eccleſiæ, Ludouici III. Imper. & D. Vdalrici ſucceſſoris, præceptorem, antiſtitemque ſanctiſsimum: ipſum autem Hariolphum, cuius vitam ſcripſit, fuiſſe item Epiſcopum Lingonienſem.

ADALBERTVS Confeſſor, & Martyr, etſi, quòd ſciam, libros haud ſcripſit, vberem tamen doctrinam opere, & factis reliquit. Vide de eo Martyrologium Rom. cum Baronio: Molanum in additionibus ad Vſuardum, & in Indiculo Sanctorũ Belgij hac die. Felicem item, qui pro vno duos facit, vnũ Edibaldum, alterum Adalbertum nominans; ſed hos duos vnum, & eundem fuiſſe ex Actis Adalberti apud Molanũ conſtat. Res eius geſtas à monachis Medelocenſibus, iuſſu Egberti Treuirenſis Epiſcopi conſcriptas anno 990. adfert Surius Tom. 3. Quas item collegit monachus quidã Egmundæ, vt refert Molanus. De eodẽ agunt Tritemius de Viris Illuſtribus Ordinis S. Benedicti lib. 3. cap. 294. & Petrus Cratepolius de Epiſcopis Germaniæ. Ex librariorum autem potius, quàm ex Tritemij errore accidiſſe hoc credit Arnoldus Vuion; libro enim quarto de Viris illuſtribus Ord. S. Benedicti, vbi de Adalberto Magdeburgenſi, & cap. 224. vbi de Ruthenenſi agit, ſemper monachum S. Maximini ſcribit, quamuis erret in nomine Archiepiſcopatus, vt ſcripſerat idẽ Arnoldus annotatione ad eundem, vbi de Archiepiſcopis Rugorum lib. 2. Nam quos ipſe diuerſos credidit, Arnoldus vnum, & eundẽ fuiſſe putat, tum ratione temporum, tum etiam nominũ tam proprij, quàm Cænobij. Quibus perpenſis, & verò hiſtoricorum ſcriptis inuicem collatis, diuerſos eſſe nequaquam eſſe exiſtimat. Quid verò Bugianum impulerit, vt eum Albanum nominaret, neſcitur; quare autem monachum monaſterij S. Albani crediderit, & martyrij inſuper gloria coronatũ, illud forte eſt factum, quod Libutius, qui S. Adalbertum in Archiepiſcopatu Rugorum anteceſsit, monachus S. Albani fuiſſe ſcribatur: iſtud verò opinatus ſit deceptus æquiuocatione alterius Adalberti, qui à Prutenis occiſus eſt, vel certè ex ærumnis, & perſequutionibus interijt, quas ipſe Adalbertus paſſus eſt, ſicut in eius Actis legitur. Interim monet Arnoldus, vt Bugiani ſcripta cautè legantur, cum in citandis Hiſtoricorũ auctoritatibus licentius ſe gerat. Bugianus in quo cauendus. Auctores autem, qui de Adalberti prędicatione agunt, ſunt Regino lib. 2. Tritemius de Viris Illuſtr. Ord. S. Benedicti, lib. 4. c. 144. Crantius in Saxonia ſua, lib. 4. c. 14. & 17. & alij. vide verò Martyrologium Rom. 23. April. quæue ad illud notat Baronius, & Surium Tom. 2. & Acta eiuſdem S. Adalberti, quæ Tom. 5. antiquæ lectionis inſeruit Henricus Caniſius Ingolſtadij edito anno 1604. Et quidem hæc Acta ſunt eadem, quæ in Codice m. s. Monaſterij S. Ceciliæ trans tyberim extant in vrbe, quæ in Tom. Annalium decimo citat, & probat idem Baronius. Quin & plura de eodem Adalberto in Breuiario Polonico in Epiſtola Petri Damiani de renunciando Epiſcopatu. Et in Actis S. Stephani Regis Hungariæ Sigebertus in Chronico ann. 994. ac præter alios Martinus Chromerus De rebus Polonicis lib. 3. qui eum martyrio occubuiſſe refert ann. 997.

ADAM primus Homo, Dei manu formatus, ad imaginem, & ſimilitudinem opificis, & conditoris effectus, & habitatione Paradiſi honoratus. Hic iure primus Sapiens appellatur, vt primo conditũ ſimulacrum, & imago picta Diuinitus, vtque omnium gratiarum plenus, & omnes animi corporiſq; ſenſus puros, & inuiolatos circumferens; Radij enim

quidam, vt ita dicam, ex eius animo effulgentes, diuiniſque cogitationibus, & actionibus referti, ſagaciter, citraque errorem peculiarem, cuiuſque rei naturam penetrabant, vt qui non ab hominibus probatus fuerit, quorum iudicio ſæpè labaſcunt, ſed ab Auctore vniuerſi Deo, cuius omnis cognitio, omne iudicium rectum eſt, prius quàm notiones moueantur ab animo quaſi parturiente, & tandem pariente tales cogitationes. Nam, vt ſcriptura teſtatur, cum Deus omnia iumenta, beſtias, ſerpentes, & volucres feciſſet, adduxit ea ad Adamum, vt is videret, quomodo nominanda eſſent, eaque ſunt earũ nomina, quæ Adamus eis impoſuit. Neque verò hic primogeniti hominis ſubſtitit excellens dignitas, ſed, & ſeminum, ſtirpiumque diſcrimine, radicum, & herbarum vires, & quæ defenſionis, ac medicinæ cauſa cuiuis animati natura tribuit, diſtinxit, & explicauit. Huius inuentũ ſunt artes, & literæ, huius ſunt ſcientiæ tam diſertæ, quàm mutæ, huius ſunt vaticinationes, ſacrificia, luſtrationes, leges, & inſtituta, huius ſunt omnia inuenta, omnes doctrinæ, & quicquid ad vitam degendam vtile eſt, & neceſſarium. Suidas.

ADAE autem confictã olim à Gnoſticis hæreticis Reuelationem Epiph. in 1. Panarij reijcit, ſic Auguſtinus contra Fauſtum ſcribens teſtatur, Manichæos eidẽ Adæ affinxiſſe librum de Genealogia Adæ. Quem librum Gelaſius diſt. 15. inter damnatos numerat.

ADAE item falſo aſcriptus liber Chryſopœiæ, quàm vulgo vocant Alchimiam. Vide, Martinum Delrium Diſput. Magicarum, lib. 1. c. 5. q. 1.

ADAM Ord. Prædicatorum ſcripſit in Mag. Sent. claruit an. 1355. vti refert Antonius de Conceptione. qui cognomen, patriam, & reliqua ipſius Adami non ponit.

Ioſeph. Pamphilus. ADAM Montaltus Genuenſis Auguſtinianus edidit cõtra Turcas inflammatoria carmina, quæ Romæ corã Sixto IIII. & Cardinalium collegio recitauit. Eius quoque extat in Orthograph. Ioannis Aretini procœmiũ Philippo Arelatenſi Archiepiſcopo dicatum.

ADAM Ordinis Præmonſtratenſis Pariſienſis profeſſor an. 1518. Pariſijs edidit librũ qui Beatiſt. Dei Genetricis inſcribitur, vbi de ordine, & habitu, & profeſsione religioſorum Præmonſtratenſium. De tripertito item Tabernaculo Moyſis. De Tabernaculo Chriſti. De Tabernaculo Spiritus ſancti. De Triplici genere contemplationis. Pariſijs apud AEgidium Gouermont.

ADAM Syncerus (vt vocat Baron. Card.) Chronographus temp. Benedicti VII. qui ann. 984. euectus eſt ad Pontificatum.

ADAM vetus hiſtoricus, hiſtorias ſcripſit, in quibus & vitã B. Anſgarij Apoſt. Suecorũ.

ADAMANVS Scotus, Coludius, monachus, & Abbas monaſt. Inſulæ Huenſis in Scotia, quod S. Columbanus cõſtruxit, Cõgregationis Benchorenſis, floruit an. 690. ſcripſitque. De locis terræ Sanctæ, lib. vnum. De Paſchate Epiſtolas.
De vita S. Columbæ (fortaſsis Columbani) monachi, & Confeſs. lib. 1. cuius initium eſt *B. Patris N. Christo ſuffragante vitam deſcripturus.* Extat ad S. Giſlenum, Arnold. & ante illum Tritemius, quia non omnia eius ſcripta cognouerat. Scio autem Adamannũ vocari quoque à quibuſdã *Adamandum*, inter quos Baronius Card. Codex autẽ m.s. Rebdorfenſis, vt monuit Henricus Caniſius, vbique vocat *Adamnanum, vel Adomnanum.* Porrò quòd dixi *Columbam*, fortaſſe dicendum, *Columbanum*, idcirco dixi, quòd alterutro nomine apud quoſdam appellatus fuit. certè Beda in Hiſtoria de Geſtis Anglorum, lib. 3. c. 4. & 25. eundem nominat *Columbanum*; *Columbam* verò in Epit. an. 565. quo anno ex Hybernia ſe contulit in Britanniam. Cęterùm Adamanni Acta de S. Columbano extant in Tom. 5. antiquæ Lectionis Henrici Caniſij, cuius vigilantia prodierunt in lucem, Ingolſtadij an. 1604. hac inſcriptione: *S. Adamanni Scoti libri tres De S. Columba Scoto Presbytero, & Confeſſore, qui circa ann. Domini 565. floruit. nunc primum editi ex membranis m.s. Monaſterij VVindbergenſis in Bauaria.*

ADAMANTIVS. Vide, in verbo, Origenes.

ADAMAS Florentinus Auguſtinianus claruit in Concilio Tridentino, vbi habuit orationem, fungens oratoris officio nomine ſeptem Pagorum Heluecticorum Catholicorum. Hic cum in Vrbe iuſſu Gregorij XIII. Pont. Maxim. emendaret Thalmud Hebræorum, eiuſque Gloſſæ annotationes, & interpretationes omnes, obijt an. 1581.

ADAMI Senioris monachi ordinis Ciſtercienſis Strenna, ſeu Conciones capitulares impreſſæ Pariſijs apud Matthæum Dauidem 1558.

ADAMVS Abbas de Perſenna (inquit Tritemius) ſiue potius de Perſenia, Ord. Benedictinorum, vir in Diuinis ſcripturis iugi exercitatione doctus, & veterum lectione diues, atque in literarum ſecularium ſcientia eruditus, declarandis Homilijs celeberrimi nominis, ſcripſit Sermones ad Fratres. Item de Sanctis, & varijs argumentis. Fertur etiam quoſdam Sacræ Scripturæ explicuiſſe Tractatus. Vide, in verbo, Allegoriæ.

ADAMVS Anglus, Ord. Ciſtercienſis, Theologus ſcripſit ad Gualterũ Priorem, & ad

Frat res

Fratres D. Andreæ in Scotia Dialogum inter Rationem, & Animam, ſiue *Soliloquiū ad anima inſtructionem:* Librum item pro Ordine Monaſtico ad Simonem Cantuarienſem. Alterum, inſcriptum *Defenſorium exemptorum.* Epiſtolas ad diuerſos. Viuebat ann. 1368.

ADAMVS Eſton, Anglus, Ordinis Diui Benedicti, Nordouici, qui & Theologus Oxonienſis, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ſcripſit

De communicatione idiomatum.
De Poteſtate Eccleſiæ.
De electione Pont. Max.
Defenſorium Eccleſiæ.
De perfectione ſpiritualis Vitæ.
De modo conferendi beneficia.
De forma procedendi contra hæreticos.
Opus vitæ contra hæreticos.
Dialogum Regis, & Epiſcopi.
De veritate Catholica, Græcè.
Librum de ſua calamitate.
Meteororum Ariſtotelis libros è Græco in Latinum tranſtulit.
Quin & vt linguarum erat valde peritus Hebraicè, ſcripſit
De Alphabeto Iudæorum.
Poſtillam Hebraicam.
Expoſitionem Leuitici. Viuebat ann. 1390.

ADAMVS de Euetham, Anglus, Ord. Ciſtercienſis, ſcripſit Exhortationem ad Moniales Glaſtouenſes. De miraculo Sanctiſs. Euchariſtiæ Sermones. Epiſtolas. Viuebat an. 1160.

ADAMNS Fumanus Veronenſis. D. Baſilij Magni Aſcetica magna, & parua Latinè reddidit. Quam verſionem noſtra ætate Gryphius excudit.

ADAMVS Godam Anglus ordinit Minorum ſcripſit in Magiſtrum ſententiarū. Quę Commentaria m.ss. peruetuſto in Codice Patres noſtræ ſocietatis inuenerunt. Extabāt in noſtri Collegij, ſiue Domus Louanienſis Bibliotheca. Determinationum item librum. Huius verò auctoritate ſæpe nititur Tartaretus. vide lib. 2. ſenten. diſt. 3. quæſt. 1. pag. 127. Floruit anno 1320. At in libros quatuor ſententiarum, qui Commentarij ab eo ſunt lucubrati, editi ſunt Pariſijs apud Ioannem Grauium anno 1512.

ADAMVS Hemlingtonus Anglus, Ordinis Carmelitarum ſcripſit Librum Sacrarum Concionum. Alterum, Quæſtionum Ordinariarum. Alium, de Actu Pariſienſi. Viuebat ann. 1420.

ADAMVS Kuchenmeiſter à Gomberg, ſcripſit Elenchum Quæſtionum ſacrorū Ordinum candidatis apud Moguntiam promouendorum. Quem Franciſcus Behem excudit Moguntiæ ann. 1544.

ADAMVS de Mariſco Anglus, ordinis Franciſcani, quem oberuditionē appellarunt Doctorem Illuſtrem, habuit collegam ſtudiorum fere cæleſtem D. Antonium, quem vocant Patauinum licet eſſet Luſitanus. Scripſit autem,

Commentarium in Canticum canticorum.
In quatuor lib. ſent. Magiſtri.
Paraphraſes in D. Dionyſium Areopagitā.
Elucidarium ſcripturæ.
Lectiones Theologiæ. Claruit anno 1260.

ADAMVS Muremuthenſis Anglus, atque olim Canonicus Londinenſis in Aede D. Pauli, reliquit Chronicon, Alterum 40. Alterum 60. annorum, cui Romana, & Gallica admiſcuit. Sed neutrum vidi, vt non libens illum poſſim proponere legendum. Vixiſſe quidem ferunt eum ann. 1380. vt procul ab his turbationibus hæreſum abſuerit, quibus Eccleſia conflictatur.

ADAMVS de Perſenia. Vide ſupra in verbo, Adamus Abbas de Perſenna.

ADAMVS Sasbouth, quē alij Sasboldū nominant, Delphis Batauiæ oppido natus, ordinis Franciſcanorum, Louanienſis Academiæ profeſſor Theologus ſcripſit in Iſaiam Prophetam, eiq; commentario præfixit Tractatum De Scripturarum ſenſibus. In Epiſtolas item D. Pauli ad Romanos. ad Galatas. ad Philippenſes. ad Epheſios. ad Coloſſenſes. In poſteriorem Petri. In duas ad Timothæum. In Epiſt. ad Titum. In Epiſt. ad Hebræos. In Epiſt. Iudę. Et hæc edita ſunt apud Ioannem Birckmannum, Coloniæ anno 1568. Item Homilias & in illud Leuit. *Eritis mihi ſancti.* Et in illud, *Memento homo quia puluis es.*

In Illud Ioelis, *Conuertimini ad me.*
In feſtum Circumciſionis Domini.
In Illud, *Mihi abſit gloriari.*
In Dominicas tertiam, & quartam Aduentus.
In diem Regum.
In Purificationem.
Duas de Natiuitate Domini.
Vnam in diem Animarum.
In diem Annunciationis, & aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis.
In Dominicas Septuageſimæ, Sexageſimæ, Quinquageſimæ. 1. 2. & 4. Quadrageſimæ, & Dominicam Paſſionis.
Vnam de timore in die S. Catharinæ ad Philoſophiæ Candidatos.
Orationem Quodlibeticam demonſtrantem Eccleſiam Chriſti veram.
Orationem funebrem in mortem Tilmanni Collegij Pōtificij, præſidem Academiæ Louanien-



Digitized by Google

uanienſis. Viuebat anno 1540. Eius ſepulchro in Capitulo Cœnobij Louanienſis adſcriptum eſt à Cornelio Muſſio Delphio hoc Epithaphium.

*ADAMVS nomen, Bataui mea Patria Delphi*
*Progenios Sasbouth non inhonora fuit.*
*Traiectum Latias, & Græcas tradidit artes.*
*Louanium Hebræas addidit, atque ſacras.*
*Quas vt proferrem (culpa eſt ſepelire talentum*
*Et Domino vſuras non ſoluiſſe ſuas)*
*Commoda viſa mihi Franciſci ſemita: at illum,*
*Dum ſequor, in medijs curſibus eripior.*

ADAMVS Saxlingham, Ord. Carmelitarum, in Tractu Nordouolgiano, edidit librũ Concionum; Latinarum Alterum autem Diſputationum. Viuebat ann. 1350.

ADAMVS Tannerus Soc. Ieſu. Germanus Relationem compendiariam edidit, De Initio, Proceſſu, & Fine Colloquij Ratisbonenſis inter Theologos Catholicos, & Miniſtros Palatinos, Saxonicos, Vittembergicos oppoſitam vanis rumoribus, qui de hac ipſa re, ſtudio hęreticorum, paſsim in vulgus ſparſi ſunt. Monachij 1602. Examen item Narrationis Hunnianę De colloquio Ratisbonenſi. Apologeticũ aduerſus Hunnium pro pręfatione; Protocollo in editione Monacenſi, præfixa. Apologetica contra Antitannerum ab Hunnio publicatum apud Albinum Moguntiæ ann. 1603. Acceſsit in fine Appendix ad Lectorem, De morte Hunnij. Porrò relatio eiuſdem Tanneri, de qua diximus, verſa quoque in linguam Germanicam prodijt in lucem.

ADAMVS Vualaſſer, Germanus, qui hac ętate noſtra laborauit in Vinea Domini, edidit hæc, quæ ſequuntur. Clypeum Catholicæ fidei aduerſus ſectas, & hæreſes noſtri ſeculi, Dilingæ excuſum. Libellum pro ægris, ac moribundis, ibid.
Gregorij Magni Dialogorum verſionem in Germanicam linguam, ibid. 1471.
Galeam Salutis, qua agitur, quænã ſit vera, & ſaluifica Fides, Germanicè Ingolſtadij 1572.
Libellum de coniugio cæleſtis Regis emendatum.
De Fraternitate Pſalmorum, & Roſarij Beatiſs. Virginis, Dilingæ ann. 1572.
Vitam Chriſti Domini, & Beatiſs. Virginis ibid.
Speculum Spiritualis, & ciuilis modeſtiæ, Germanicè, Ingolſtadij ann. 1572.
De Sacroſanctæ Miſſæ forma, verbis, ceremonijs.
Aureum Pſalterium D. Bonauenturæ Germanicè redditum.
Scholam laicorum ſpiritualem nempe quid à Chriſtiano ſit credendum.
Verſionẽ Precati. Liturgi. Simonis Verrepæi in linguã Germanicã, quæ Dilingæ prodijt.
Eiuſdem opera renouatum, auctum emendatum libellum veterem de armis ſpiritualis, & ſecularis Equitis, Germanicè, Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium, ann. 1578.

ADAMVS de S. Victore Gallus Canonicus Pariſienſis Antiphonas, & ſequentias Miſſæ quaſdam reliquit. Vixit anno 1192. Eiſingrenus.

ADAMVS Vvernerus è Thamar Franconiæ oriundus, & Germanus, volumen edidit de Laudibus S. Annæ matris Beatiſſimæ Virginis: Carmina item ad Io. Tritemium, & Epiſtolas multas. Viuebat anno 1494. Tritem.

ADAMVS Vvodeham Guillelmi Okami diſcipulus ordinis Minorum ſcripſit,
Sententias Oxonienſis Concilij.
De foro Pœnitentialium fratrum.
Commentarium in Canticum Canticorum.
Poſtillam in Euchariſticum.
Contra Richardum Vvetherſere.
In textum ſententiarum Magiſtri.
Determinationes vndecim. Obijt anno 1358. hæc Henricus Villot Belga, qui nec Patriã, nec rliud de eo commemorat. Suſpicor hunc eſſe eundem ipſum, qui Adamus Godham de quo ſupra, ſuo loco.

ADDO Propheta vnus ex eorum numero, quorum ſcripta iniuria temporum interierunt Athanaſius in Synopſi.

ADELADELINGVS Friſius Comes additus in miſsione Indica Ioanni presbytero, cũ eo manſit, & inter primores eius primo loco habitus, ſedes habuit ampliſsimas, ac portui nomen dedit in regione Abyſſinorum, qui ab eo hodieque Adel appellatur. Hic teſte Cappido, & Sterkemburgio ſcripſit, De monſtris Indiæ. De moribus, & de religiõe Indorũ. Floruit Carolo Magno Imp. circa an. 792. Suffridus Petrus in li. de Friſiæ Scriptorib.

ADELBANDVS, ſeu Adeboldus Friſius, monachus Benedictinus Lobienſis vir doctus S. Aufrido ex hac vita ſublato, Epiſcopus (vt ait Tritemius) Traiectenſis, ac in Epiſcopatu rebus præclarè geſtis (vt eius acta teſtantur (deceſsit ex hac vita anno milleſimo vigeſimo ſeptimo, ſui verò Epiſcopatus vndecimo. Scripſit vitam S. Henrici Imperatoris, quæ habetur apud Surium To. 1. Item de laude S. Crucis, ac de laude Beatiſsimæ Virginis. Præterea de S. Martino, Cantum nocturnum, ac triumphum ipſius. De Danis Turoniam inuadere conantibus. Et alia quædã, tum metro, tũ ſoluta oratione. At Tritemius non viderat iſta omnia ſcripta quorũ meminit deniq; Arnoldus Vuion in ſuo libro Ligni vitæ.

Trit. lib. 4. 219.



Digitized by Google

Codex utem Gemblacenſis, & Viridis Vallis, pro Lobienſi, quod habet Sigebertus in catalogo, habent Leodienſi; ſic, & codex Affliginienſis. Louanij verò excuſus eſt vna cũ alijs eiuſdem argumenti libellis apud Petrum Phaleſium. Suffridus Petrus.

ADEBOLDVS. Vide, in verbo, Adelbandus.

ADELBERTVS. Vide, in verbo, Adreualdus.

ADELMANVS ſiue Adelmannus Grammaticus (qui Sigeberto eſt Almannus) Leodienſis, Epiſcopus Brixinenſis Fulperti Carnotenſis Antiſtitis quondam auditor. Scripſit ad Berengarium olim apud Fulpertum condiſcipulum ſuum, tunc errare, & praue ſentire incipientem, valde prolixè, & amice eum corripiens,

De corpore, & ſanguine Domini, libr. 1. Incipit, *Collectaneum te voco.*

Epiſtolarum ad diuerſos, librum vnum. Alia inſuper tam metro quàm ſoluta oratione. Vtiliſsimam autem (inquit Bellarminus) eſſe eam Epiſtolam, quam Berengario miſit. Extat in Tom. 3. Bib. SS. Patrum Bignæi ſecundæ editionis.

ADELMVS (quem Cæſar Cardinalis Baronius vocat Aldelmum. 3. To. Anna. alij verò Aedelmum, & nonnulli Anthelmum, quin etiam Aeldelmum) Abbas Scotorum iubente Synodo gentis ſuę, ſcripſit librum aduerſus errorem Britonum, quòd vel Paſcha non ſuo tempore celebrarent, vel pleraque agerent alia contraria paci, & eccleſiaſticę conſuetudini. Quamobrem pluris adduxit ad Catholicam Eccleſiam; ſcripſit ad librum de Virginitate, quem imitatus Sedulium, geminato opere, ideſt ſoluta oratione, ac carmine compoſuit. Sigeb. in catal. Tritemius autem de alio (opinor) loquitur quamuis Suffrido Petro idem eſſe videatur cum eo, de quo cap. 66. egit Sigebertus, & Tritemius quidem ſic ait. Adelmus Epiſcopus imitatus Symphroſium, qui per proſopopeiam qualitates ſingularũ rerum ſcripſit, librum ænigmatum metricè exprimens, & ipſe qualitatis rerum ænigmatum librum mille verſibus conſummauit; ſicut ipſe in capitalibus literis prologi ſui præmonſtrat; *Adelmus cecinit millenis verſibus Odas.*

Extant Adelmi opera in Bibliotheca SS. Patrum Bignæi. Aenigmata verò Baſileæ excuſa anno 1557. At Eiſingrenus inquit. Adelmus Bladuinus Epiſc. Occidentalium Saxonũ, ex Abbate Benedictino, iubente gentis ſuæ Synodo, ſcripſit aduerſus errorem Britonũ inſigne volumen de celebratione Paſchæ. Aliud item de Virginum laude contra Britannos. De Virginitate ad Ethelburgam. Libellum. Alium de charitate mutua, & admonitione fraterna, & alium cui Polyantheæ hoc eſt de floribus vtriuſque teſtamenti titulũ fecit. Homilias verò ad populum plures, Hymnos item, & Odas confecit. Sed vide infra in verbo, Aldelmus, quæ de hoc ipſo Adelmo ſcribit Beda venerabilis. Vide infra in verbo *Althelmus.* Ann. 709.

ADELPHIVS Epiſcopus à Thaſbalte in Africa, vna cum S. Cypriano, & alijs Epiſcopis ſcripſit Epiſtolam Felici presbytero, & plebibus conſiſtentibus ad Legionem, & Aſturicæ: eſt autem ea Epiſtola ſexageſimaoctaua in editione Antuerpienſi anno 1589. cum Iacobi Pamelij Annotationibus. Vide ibidem Pamelium in Annot. primæ eiuſdem Epiſt.

ADELPHIVS autem alter hęreſiarcha fuit cuius mentionem facit Baronius in Annalibus anno 247.

ADELPHVS monachus, & Abbas ord. S. Benedicti, ſcripſit ſermones ad Fratres lib. 1. Contra Saracenos lib. 1. Tritem. Vixit anno 1169.

ADEOBALDVS è Lodienſi Benedictinæ profeſsionis monacho Epiſcopus Vltraiectenſis S. Henrici II. Bauari Imperatoris conſiliarius, ſcripſit in laudem S. Crucis, & Beatiſs. Virginis; Vitam quoque S. Henrici. Eiſingren. Vixit anno 1027.

ADEODATVS Senenſis Diuinarum rerum peritus, quas diu in publico Senenſi Gymnaſio profeſſus eſt, edidit orationes duas: vnam, quam habuit Tridenti in die Cinerum coram Patribus Concilij in Pontificatu Iulij Tertij. Alteram de reformandis, inſtaurandis, & conſeruandis Cœnobijs, in Germania, quam habuit Viennæ in aula Regia coram Ferdinando Romanorum Rege. Ioſeph. Pamphilius.

ADILREDVS Abbas cuiuſdam monaſterij ordinis Ciſterčienſis, clarvit circa annum Domini 1200. Scripſit Speculum caritatis li. 1. In Lucam Homil. 1. *Cum eſſet annorum.* Trit. Gandauenſis in catal. Arn. extat inter opera D. Bernardi.

ADILVALDVS, vide hic infra, Adreualdus.

ADO Viennenſis Archiepiſcopus, Breuiarium Chronicorum ab origine Mundi ad ſua vſque tempora, ad annum videlicet ſalutis noſtræ 1353. conſcripſit. Extat Tomo 7. Bibl. SS. PP. edit. 2. Quæ verò in Adone notat Cæſar Card. Baron. de actis S. Ignatij mart. vide Tom. 2 Annal. anno 111. & Tom 3. ann. 314.

ADREVALDVS Gallus,qui & Adelbertus,& Albertus monachus Cænobij Floriacẽſis propè Aureliam ſcripſit hiſtoriam miraculorum,quæ oſtenſa ſunt in Gallijs S. Benedicti Caſsinenſis meritis,ab eius corporis tranſlatione à monte Caſsino ad Cœnobium Floriacenſe,vſque ad tempus Odonis Regis Francorum, anno Domini 890. Pro Adelbertus Albertus,legit Petrus Suffridus,Sigeb.in catal.Arnold.Vion.in Ligno vitæ. Tritem.

ADRIANVS Adriani F. qui Belgico idiomate, ſcripſit de Virginitate. Vide in verbo, Hadrianus Hadriani F. vbi reliqua eius opera indicantur.

ADRIANVS d' Amboiſe Pariſienſis Theologus, & ciuis,Gallico carmine Tragœdiã inſcriptam Holophernam ex Iudith hiſtoria edidit.Pariſijs, apud Angelerium 1580.

ADRIANVS Barlandus Inſtitutionem Chriſtiani hominis Aphoriſmis digeſsit, quæ Lugduni edita eſt apud Theobaldum Paganum ann. 1543. adiuncta Hermanno Schoten Heſſo,qui librum de Vita honeſta, ſiue virtutis ſcripſerat.

ADRIANI Cardinalis de vera philoſophia libr. 4. ex quatuor eccleſiæ Doctoribus Auguſtino, Hieronymo, Ambroſio, & Gregorio conſcripti varia eruditione, & multa pietate referti,excuſi Coloniæ apud Melch.

ADRIANI Fini Ferrarienſis liber contra Iudæos, flagellũ prænotatus,& Italice ſcriptus, atque perutilis , editus autem Venetijs , anno 1537. apud Petrum Nicolinum è Sabio.

ADRIANVS Gemellus,ſiue Lumel Theologus,& magnus Archidiaconus Lauduni in Morinis, aliqua S. Auguſtini opuſcula è Latina in Gallicam linguam conuertit; ſcripſit Gallicè de ſtatu Viduitatis,de modo Deum orandi. De vita S. Monicæ matris S. Auguſtini.Pariſijs apud Ioannem Paruum.Rhetoricam item Gulielmi Epiſcopi Pariſienſis ab ſe Gallicè conuerſam emiſit in lucem.

ADRIANVS Græcus auctor Iſagogen Sacræ ſcripturæ vtilem Græcè ſcripſit. Photius in ſua Græca Bibl.pag.1. Et hæc anno 1602. Græcè prædijt Auguſtæ Vindelicorum ex Bauarico & altero codice manuſcript.

ADRIANVS Hecquetius Atrebatenſis Belga Carmelitanus Theologus edidit librum Gallicè de Inſtitutione Parœciarum, quo continentur familiares conciones totius anni Dominicales Euangeliorum,& Epiſtolarum: Pariſijs apud Bonum 1572. Eiuſdem Peripetaſma argumentorum inſignium. Louanij 1565.

ADRIANVS monachus, & Abbas cõgreg.Caſinenſis(aliàs Sanctæ Iuſtinæ (vt vocãt) de Padua)ſcripſit Paraphraſticam expoſitionem,ſeu tranſlationem in Pſalmos,quæ incipit. *Accipe mi Chriſtiane Lector:* & Epiſtolas duas, quæ extant vna cum expoſitione ſua m.s. apud Angelum à Carpenedulo, Monachum Cæſennatem. Arnold.

ADRIANVS Papa primus Epiſtolarum Gregorij primi Pont. Max. vtiliora quæque decerpẽs,tredecim libros ad duos redegit; ſcripſit etiam ad Imperatores Leonem iuniorem, & Conſtantinum eius filium pro venerandis imaginibus Domini & Sanctorũ eius; item ad Carolum Imp. librum Apoſtolicæ auctoritatis,arguens errorem eorum, qui infirmare conabantur quædam capita, quæ ſecunda Nicæna Synodus promulgauerat ex auctoritate trecentorum quinquaginta Epiſcoporum, qui hæreſim execrãdam aduerſus imagines Domini,& Sanctorum eius anathematizauerat.ſic Sigebertus in catalogo. At & ipſe extat liber in tertio Tomo Conciliorum, quo Carolo Magno libros falsò attributos (qui quidem ab aliquo hæretico conſcripti fuerunt)refelli accuratè.

ADRIANVS Papa Sextus in quartum Sententiarum,apud Nicolaum Saultier,Pariſijs anno 1528.excuſus eſt.

ADRIANI autem Regis Meditationum, ſiue Declamationum Græcarum quarundã meminit Photius alibi hoc eſt pag.149.in ſua Bibl.quas quoniam ſcribit fuiſſe diuerſi generis,neſcio an quidquam habuerint,quod ad pietatem attineret: neq; enim Photius indicat earum argumentum, quod tamen in pleriſque alijs facit.

ADRIANVS Traiectenſis,ſiue vt vocant,de Traiecto edidit explanationem Magiſt. Sent.

ADRIANVS Venetus,Ord.Prædicatorum Epiſcopus Iuſtinopolitanus,quæ Ciuitas vulgò dicitur, *Caput Iſtriæ,* ſcripſit Tractatum de inquirendis hæreticis. De Sacramento item Euchariſtię aduerſus Caluinianos,& contra Matthæum Gribaldum ann.1559.Franciſcus Sanſouinus.

ADRIANI Veneti Dominicani , & Metaphyſices profeſſoris Patauini Tractatus de arte inquirendi hęreticos. Venetijs apud Ant.Gardanum 1542.

ADRIANI Vvilaert Muſici ſex vocum Motetti,vt vocant. Venetijs apud Antonium Gardanum anno 1542.



Digitized by Google

ADRVMENTINVM Conc. Adrumenti in Africa anno Domini 394. decimo autem Sircij Papæ, miſſaque ad eum Legatio ab Aurelio Epiſc. Carthaginenſi. Quæ autem ibi decreta fuerint haud apparet, quòd diuerſorum Conciliorum Canones in vnum collecti, ſimul ſub vno titulo Concilij Africani habeantur admixti, Baron. quarto Tom. Annal. ſub eundem annum.

ADVENTIVS Metenſis Epiſcopus Nicolao Papæ anno 863. prolixam ſuæ fidei confeſsionem, ac dignam lectu miſit, quæ cum diu in vetuſtiſsimo Codice Treuirenſi latuiſſet, accepta à Baronio, fuit inſerta To. 10. Annal. ſicut & Nicolai Papæ reſponſio ad illũ. Alteram item Epiſtolam miſit eidem Nicolao Pont. excuſans ſe ob ægritudinem, ſe non poſſe Romam proficiſci ad Concilium, quod iterum parabat Pont. aduerſus Lotharium Regem in materia Vxoris ab eo repudiatæ: & aliam eidem Pont. de Arſenio Legato Pontificio in exilium miſſo, & aliam pro Lothario Rege.

## A E

AEDELMVS. Vide, in verbo, Adelmus.

AEDHELMVS. Vide, in verbo, Adelmus.

AEGELNOTVS, ſiue Aethelnotus Anglus, monachus in Anglia creatus eſt anno Domini 1030. Abbas, ſedit annos 8. obijt anno 1038. die 3. Kal. Nouemb. Scripſit inter cætera In laudem Beatiſsimæ Virginis, libr. 1. & Epiſtolarum lib. 1. Tritem. libr. 3. cap. 247. & alij.

AEGIDIVS quidem Cardinalis tranſtuliſſe Pſalterium dicitur. At mihi ignotus.

AEGIDIVS Aſsiſias, ordinis Minorum, inter primos, qui Beato Franciſco adhæſerunt tertius, apud Radulphum, quæ ſcripſit, hæc recenſentur.

Vide lib. 1. hiſto. Seraphicę Fräciſci Göz. fol. 63. 64. 65. 66. & Henr. Villot.

| | |
|---|---|
| De Conſilijs animarum. | De Timore. |
| De Fide. | De Oratione. |
| De Dilectione. | De Verbis bonis, & non bonis. |
| De Humilitate. | De Perſeuerantia. |
| De Patientia. | De Religione. |
| De Contemptu mundi. | De Obedientia. |
| De Caſtitate. | De Contemplatione. |
| De Tentatione. | De via ſalutis, & perfectionis. |
| De Pœnitentia. | De ſpirituali cautela, & eius cõſideratione. |

De ſcientia vtili, & inutili, & de Verbi Dei Prædicatoribus.

Poſt quinquaginta, & duos annos, quibus in ordine Fräciſcano vitam egit integram, obijt anno 1282.

AEGIDIVS Bellamera de Beneficiorum permutatione extat inter Tractatus nouiſſimè editos, Tomo 15. par. 1. pag. 190.

AEGIDIVS Cailleau, Ord. Minorum, ſcripſit Catalogum viduarum tam Veteris, quã Noui Teſtamenti. Vertit è Latino in Gallicum ſermonem Epiſtolas quam D. Baſilij, & S. Hieronymi. Viuebat ann. 1543.

AEGIDIVS Carlerius, Decanus Eccleſiæ Cameracẽſis, Orationem plenam ſucci ſcripſit, qua in Concil. Baſileenſi reſpondit per quadriduum ad Articulum ſecundum Boemorum, De corrigendis peccatis publicis, quem propoſuit Nicolaus Taborita. Ea edita eſt nouiſſimè Ingolſtadij apud Andream Angermarium in Tomo tertio antique Lectionis, ab Henrico Caniſio V.C. ann. 1603. cui duę aliæ eiuſdem Orationes adiungendæ ſunt in quarto Tomo eiuſdem antiquæ Lectionis. Qui nunc ſudat ſub prælo ibidem. Extat eadem oratio tomo 4. Conciliorum generalium cum notis Seuerini Binij Coloniæ editorum.

Ex Abb. Trit. Paulo Æmil. Amb. Coriolano, ſiue Corano, Onufr. Panuuinio, Iordane è Saxonia, Ioſeph Pamph. Angelo Rocheſe.

AEGIDIVS Columnius nobilis Romanus, diſcipulus D. Thomæ Aquinatis, pro quo tam quam magiſtro Defenſorium ſcripſit; cum ſententiarum libros Pariſijs expoſuiſſet. Auguſtinianæ familiæ Generalis creatus anno 1292. Philippo Pulchro Gallorum Regi pergratus, quo iubente, libros de Regimine Principum conſcripſit, & coram quo à Rhemenſibus ſacris regreſſo, luculentam orationem habuit, quæ extat in Hiſtoria Pauli Aemilij, de Regum Francorum geſtis, à Bonifacio VIII. Pont. Max. Archiepiſcopus Bituricenſis, & Aquitaniæ primas creatus Card. S.R.E. cœtui denique adſcriptus eſt, ſed moriens non eſt euulgatus.

Hic ob mirum in eruenda veritate ingenium FVNDATISSIMI, nomen aſſecutus, & ab Hieronymo Seripando Cardinali eiuſdẽ familiæ Viro doctiſsimo PRORA, & Puppis

Theo-

Theologorum appellatus, cuius doctrinam plerique Illuſtres viri, ac præcipuè Iacobus Viterbienſis, eiuſdem inſtituti, Archiepiſcopus Neapolitanus, ſecuti ſunt, cum tanto eſſet ingenio, tenaciſque memoriæ vnam cum generis claritate animi demiſsionem ita coniunxit, vt etiam in alienis opinionibus refutandis nil appareat tẽperatius. Quin cum in ſcriptis ſuis Diui Thomæ præceptoris ſui aliquid minus ſibi arrideret, id ſupra captũ ſuum eſſe ingenuè ſcribit, ac Doctorem ipſum, ſuppreſſo nomine, VIRVM magnum, ſiue præſtantem vocat. Scripſit, quæ vel ad nos peruenerunt, vel alicubi aſſeruãtur, libros, quorum catalogus eſt ſequens.

## IN THEOLOGICIS.

In gratiam Bonifacij Papæ VIII. ob controuerſiam renunciationis Pontificatus Cæleſtini.

De Renunciatione Papæ lib. I. Incipit, *Non ei placebit vecordia ſua.*

In gratiam Philippi primogeniti, & hæredis Philippi Regis Francorum, De Regimine Principum libr. 3. *Ex Regia, & ſanctiſsima proſapia*; Quo 6. libris omnem philoſophiam moralem complexus eſt.

Hexaemeron, ſiue de Mundo ſex diebus condito lib. 2. Incipit, *Quoniam de operibus ſex diebus intendimus librum.*

Super Canticum Canticorum, Vndeviginti Lectiones. *Sonet vox.*

In Epiſt. Pauli ad Rom. Lectiones tredecim. *Henoch placuit Deo.*

In Epiſtolas ad Corinthios lib. 2. Extant Romæ in Bibliotheca Vaticana.

In omnes Epiſtolas Pauli eum ſcripſiſſe tradit Ioannes Tritemius.

In Epiſt. Canonicas incepta commentaria citat Ambroſius Coranus.

In Euang. item Ioannis, lib. 2. vt idem refert.

In totum Canonem Bibliæ, & ſufficientiam librorum Sacræ Scripturæ, lib. 2.

In Boetium de Philoſophica conſolatione expoſitio extabat Pariſijs in Bibliotheca ordinis Auguſtinianorum.

De Laudibus diuinæ ſapientiæ libr. I. qui incipit. *inter multas, & varias occupationes.*

In illud Canonicę Ioannis: *Omne quod eſt in Mundo.* lib. I. quem citant Ambroſius Coranus, & Iacobus Bergomenſis.

Contra expoſitionem Petri Ioannis de Narbona ſuper Apocalypſim iubente Bonifacio Papa, liber vnus.

In Ius Canonicum de ſumma Trinitate, & fide Catholica. Firmiter, & ſuper Decretalem. Cum Marta. De celebratione Miſſarum lib. 2.

De eccleſiaſtica poteſtate lib. 3. vt referunt Ambroſius Coranus, & Iac. Bergomenſis, & Trit.

De excellentia ſummi Pontificatus, liber inſcriptus in Indice librorũ, qui extant Veronæ in Bibliotheca ord. Auguſtinianorum.

Contra exemptos libr. I. Incipit verò, *Auguſtinus de Ciuitate Dei ait: Sic Deus adminiſtrauit.*

De gratiarum actione, ad Bonifacium VIII. lib. I.

Defenſorium contra impugnantes Thomam Aquinatem. Incipit. *Quare detraxiſti.*

Contra Hæreticos libr. quem *Torrens flumen* prænotauit.

De erroribus Philoſophorum lib. I. quem citat Dionyſius Cartuſ. in epiſt. ad Galat. cap. 2.

Quomodo Reges, & Principes poſſunt poſſeſſiones & bona regni peculiaria eccleſijs elargiri, lib. I. Incipit. *Vertebatur in dubium.*

De defectu, & deuiatione malorum culpæ, & peccatorum à verbo, libr. I. *Placuit nobis.*

De diuina influentia in Beatos lib. I. *Dignatus eſt Venerabilis Pater.*

De corpore Chriſti Theoremata 50. *Quia inter cætera Eccleſiæ Sacramenta.* Liber autem hic perutilis eſt ad rectè ſentiendum de Sanctiſsimæ Euchariſtiæ Sacramento, & ad enotandas in Philoſophia quæſtiones, quæ videntur in tanto myſterio ingenijs quorundam faceſſere negocium.

De Charactere lib. I. occaſione cuiuſdam clerici.

De Prædeſtinatione, Præſcientia, Paradiſo & Inferno libr. I. *Poſt diſtinctionem.*

De Prædeſtinatione librum alium notat Tritemius. *Nobili militi Domino.*

De Rationibus ſeminalibus libr. I. cuius meminit circa finem lect. 15. in Epiſt. ad Rom.

De Peccato originali libr. I. *Ego cum ſim puluis.* In huius autem libri capitalibus literis

verbo-

Digitized by Google

verborum ſuum prodit nomen, quod eſt ipſis literis copulatis: AEGIDIVS.

De diſtinctione articulorum fidei lib. I. *Quæſiuiſti de articulorum fidei.*

Iſagoge, ſiue Introductio Chriſtianæ fidei ad Regem Armeniæ, iubēte Bonifacio Papa. Extat Romæ in Bibliotheca Vaticana.

De Arca Noe lib. I. *Quoniam in Decretali.*

Quæſtiones ſeptem Pariſijs diſputatæ, De reſurrectione mortuorum. *Vtrum ſit poſſibilis reſurrectio mortuorum.*

Quæſtiones tredecim, De eſſe, & eſſentia, ſeu de primo principio.

Quæſtiones, De menſura Angelorum *Quæſtio eſt de menſura Angelorum.*

Quæſtiones, De cognitione Angelorum. *Vtrum Angelus intelligat ſe ipſum per eſſentiam ſuam.*

Quæſtiones, De Compenſatione Angelorum. *Vtrum Angeli ſint compoſiti ex genere, & differentia.* Quarum meminit Quodlibeto 5. q. 14. Incipit. *Argumentor in contrarium.*

Quæſtiones, De motu Angelorum. *Vtrum Angeli moueant corpora ſuperiora.* Quarum etiā meminit quæſt. 3. de menſura Angelorum.

Quæſtiones, De loco Angelorum. Quæ vna cum illis de motu, & compoſitione Angelorum extant Bononiæ in Bibliotheca Auguſtinianorum S. Iacobi.

De ſubiecto Theologiæ lib. I. *Quærendo, & diſputando inueſtigare intendimus.*

De gradibus formarum, lib. 3. *Dixiſti Domine Ieſu Chriſte Dei virtus.*
In Primum Sententiarum, lib. I. *Candor eſt enim lucis æternæ.*
In Secundum Sententiarum, lib. 2. *Petente Roberto Siciliæ Rege.*

At cum in ſecundum Sententiarum librum Opus ingens, & doctrina infertum edidiſſet, idque iniuria temporum, annos ferè centum poſt primam editionem iacuiſſet innumeris penè mendis ſic ſcatens, nulla vt ferè libri columna eſſet, in qua verſus aliquot, & nonnunquam circiter viginti integri, deſiderarentur, effectū eſt opera Angeli Rocchenſis Auguſtiniani Theologi, vt anno 1581. ex officina Franciſci Ziletti Venetijs emēdatus, quoad eius fieri potuit, iterum prodiret in lucem, duabus partibus, ſeu Tomis comprehenſus; additis ab eodem Angelo, præter ſummas citationes, notationes, ſcholia, concluſiones, reſolutiōes, quintuplici Indice, & Auctoris vita, vnà cum præcipuis Philoſophorum erroribus ab Aegidio (vt Rocchenſis opinatus eſt) collectis, de quibus tamen quid contra ſentiendum ſit, diximus in Bibliotheca noſtra Selecta, vbi de Ariſtotelis philoſophia egimus. Sect. 2.

In Tertium Sententiarum lib. I. titulo de incarnatione Verbi. *Exiui à Patre, & veni in mundum.* Sed huius non extant niſi diſtinctiones 12. quæ Romæ in Bibliotheca Vaticana aſſeruantur, cum pleriſq; alijs huius Auctoris manuſcriptis tractatibus, & voluminibus. Reliquę autem, quę in hoc tertio Magiſtri libro tractari ſolent, queſtiones deſiderantur. Nam Auctor ipſe aut negocijs impeditus, aut morte præreptus, non potuit inchoatum librum abſoluere; niſi tamen, quæ hic deſunt, aliorum culpa interciderint; ſed, vt res habeat, dolendum eſt profectò, opus hoc integrum non ſupereſſe.

In Quartum Sententiarum Aegidium etiam ſcripſiſſe narrant Tritemius, & Iac. Bergomenſis.

Quodlibeta ſex. *Vt quæſtiones propoſitæ in noſtro.*

Sermones ſolennes ad clerum citat Ioannes è Saxonia.

Sermones alios, & Epiſtolas notat Tritemius.

Orationis in die Coronationis Philippi Regis Paulus Aemilius meminit initio libri octaui de Rebus geſtis Francorum.

Compendium Theologicæ veritatis, quod Tritemius, & Iacobus Bergomenſis notāt, extabat Romæ in Bibliotheca Achillis Statij Luſitani m. s. Auctore Alexandro de Hales ordinis Minorum. Eam verò Bibliothecam legauit Statuis Clericis Regularibus Congregationis S. Pauli Decollati, qui vulgo appellantur Barnabitæ.

In Orationem autem Dominicam, & Salutationem Angelicam commētarij, & libellus de corpore Chriſti, ſunt Aegidij titulo tenus: in ijs enim pleraque ſunt (ait Ioſephus Pamphilius) conſperſa, vt Lectori videantur ab Aegidio editi, cum re vera nō ſint ipſius.

## IN PHILOSOPHICIS.

De gradibus formarum accidentalium. lib. I. *Dilecto ſibi in Chriſto.*
De intentionibus in medio lib. I. *Vtrum lux ſit [illegible]liter.*
De differentia Ethicæ, Politicæ, & Rhetoricæ ad fratrem Olueriū ord. Prædicatorum.

De medio Demonſtrationis, lib. 1. *Quæritur quid ſit medium.*
Vtrum ſit dare plura principia ſimpliciter prima.
De materia Cœli contra Auerroem, lib. 1. *Quæſtio eſt vtrum in cælo ſit materia vel ſit corpus ſimplex, vt poſuit Commentator.*
De purificatione intellectus poſsibilis, lib. 1. *Quia etiam ſunt nonnulli.*
De eſſe, & eſſentia Theoremata vigintiduo. *Omnia eſſe, vel eſt purum per ſe.*
In librum de bona fortuna commentarius. *Quidam ordinauit in idem bonam fortunam.*
Super librum, De cauſſis commentarius. *Sereno animo ſerioſe compatiens.*
De formatione humani corporis in vtero matris, libr. 1. *Quia ex cognitione principiorum in qualibet ſcientia.*
In librum Ariſt. de Phyſionomia commentarius aſſeruatur in Cænobio Sancti Auguſtini in Sancto Geneſio oppido Piceni.
In artem veterem. } Comment. vt aſſerit Ambroſius Coranus.
In libros Priorum Ariſt. }
In Topica Ariſt. comment. citat Auguſtinus Nyphus Sueſſanus.
In libros Elenchorum commentaria rogante Philippo filio Comitis Belgij.
In libros Poſteriorum Ariſt. commentaria egregia. *Flagitante viro ex Anglorum gente Illuſtri Stephano Maulai.*
In libros Rhetoricorum Ariſt. comment. *Quia qualis eſt vnuſquiſque.*
Super octo libros Phyſicorum Ariſt. expoſitio. *Naturalis ſcientia eſt aliqua ſcientiarum ſpeculatiuarum.*
In lib. de generatione, & corrupt. Ariſt. comment. cum Quæſtionibus in eundem de Anima.
In libros Ariſtotelis De anima commentaria petente Iacobo Rothomagenſi Canonico è Romanorum Illuſtri familia.
In parua naturalia Ariſt. commentaria ſcripſiſſe Aegidium tradit Ambroſius Coranus.
In libros Ethicorum commentaria, vt idem tradit Ambroſius.
In libros Politicorum comment. vt teſtatur Iordanus è Saxonia in libro, quem prænotauit *Vitas Fratrum.*
In lib. duodecim Metaphyſicorum egregia eius commentaria citat Ambroſius Coranus.
In eoſdem libros Metaphyſicorum Quæſtiones. *Circa iſtam ſcientiam primo quæritur, Vtrum Metaphyſica ſit finis, vel beatitudo ipſius hominis.*

AEGIDIVS Hiſpanus ordinis Minorum edidit Sermones Sanctorũ, quorum initium eſt *Philoſophia eſt humanarum, & diuinarum rerum ſpeculatio.*

AEGIDIVS Fabri Carmelita Theologus honeſtis parentibus Bruxellis natus, quæ ciuitas eſt Belgij in Brabantia, plurimis charus, cuius conſilijs vſus Maximilianus Imperator in Carmelitarum Cænobium ſat multa beneficia contulit, ſcripſit in Magiſtrum Sententiarum commentaria. item in Euangelia, & in Epiſtolas S. Pauli Sermones per annum tam de Tempore, quàm de Sanctis. Orationes, & Collationes varias, & alia nónulla. Hęc præter Tritemium Petrus Lucius Carmelita: qui & ſubdit eum obijſſe anno 1506. & Bruxellis ſepultum. Meminit eius Ludouicus Guiciardinus Florentinus nobilis ſcriptor in deſcriptione ciuitatis Bruxellenſis, & Cornelius Callidius Canonicus Gaudanus libro de Scriptoribus Illuſtr. Quin & Gulielmus Eiſingrenius, duorum aliorum (vt opinor) facit mentionem, alterius, qui floruit anno 1537. alterius qui vixit 1452.

AEGIDIVS Gulielmus Miſſaſius Aquilanus, ordinis Minorum libros Ioannis Scoti in articulos ſecuit, & contraxit.

AEGIDIVS Luniacus, ſiue (vt vocant) è Lugnaco Doctor Pariſienſis ord. Minorũ floruit tempore Conſalui Generalis, & Doctoris ſubtilis. Hunc autem calamo fuiſſe ocioſo non eſt ſimile verò inquit Henricus Villot. At quid ſcripſerit, nondum innotuit.

AEGIDIVS Luſcinus, Ord. Pręd. ſcripſit librum De immediata Dei viſione. Duos itē de vnitate formarum. Viuebat ann. 1270. Ant. Senenſis.

AEGIDIVS de Roma, vide in verbo, Aegidius Columnius.

AEGIDIVS Schondonius Belga ſcripſit librum quem prēnotauit Sica contra calumnias Hollandorum de ſubornato ſicario. Antuerpiæ apud Trogneſium.

AEGIDII Moncurtij Siculi Typus omnium ſcientiarum, & præſertim Theologiæ Scholaſticæ, in quo omnia, quæ ad Chriſtianam Philoſophiam ſunt neceſſaria continentur, editus eſt Lugduni apud Ioannem Vyriotum 1591.

AEGIDII Topiarij enarratio Methodica Euangeliorum, & Epiſtolarum de Tēpore, & Sanctis, è tabulis Laurentij Villauincentij concinnata Pariſijs 1565. Eiuſdem Homiliæ.

Quadrageſimales in Euangelia, & Epiſtolis à tabulis Iacobi Veldij collectæ Pariſijs 1567. & Antuerpiæ apud Plantinum 1573. Vide, in verbo, Dominicus Topiarius.

AEGIDIVS Zamora Hiſpanus ord. Minorum edidit Summam de caſibus.

AEGISTHVS Friſius vnus fuit è ſeptuagintaduo diſcipulis Domini, quem D. Petrus in Friſiam, & Saxoniam miſit ad prædicandum Verbum Dei, ſicuti Varnerus Roleuinck refert in Opere de laude antiquæ Saxoniæ, addens, eum in ijs regionibus, licet vix vllo cum fructu verſatum, martyrio tamen fuiſſe coronatum: reliquias verò ipſius ad ſuam vſque ætatem, hoc eſt ad annum vſque Chriſti 1500. Bardeuici ſumma cum pietate fuiſſe aſſeruatas. Cappidus autem Staurienſis addit, eum Verrito, ac Molorigo Romæ à D. Petro conuerſis, & in patriam redeuntibus adiunctum fuiſſe Friſiæ primum Apoſtolum, & ab eo poſtea ſeminaria Chriſtianæ religionis in Friſia permanſiſſe vſque ad tempora Caroli Magni, qua de re fuſius egit Suffridus Petrus in Legatis Verrito, & Malorigo in Opere de Ducibus, & Comitibus. Itemque in hiſtoria eccleſiaſtica Friſia, & in libro de Friſiæ Scriptoribus. Scripſit autem, vt Cappidus citat, Itinerariũ vitæ ſuæ; Albertus verò Crantius cap. 1. lib. 1. Metropol. hiſtoriam eius attingit.

AEGYPTIORVM antiquam doctrinam, & libros Clemens lib. 5. & 6. Stromatum, Euſebius Cęſarienſis, Diodorus, Diogenes Laertius, Iamblichus, Philo Iudęus innuunt. Vide Pierium in libro de Hieroglyphicis, & Mercurium Trimegiſtum, de quo nos in hoc opere noſtro in verbo, Mercurius Trimegiſtus. Sixtum item Senenſem lib. 2. Bibliothecæ Sanctæ, in Verbo, Aegyptiorum ſapientia.

AEGYPTIORVM Euangelium, vel ſecundum Aegyptios in vſu fuit apud Valentinianos hæreticos. Clemens autem Alexandrinus Stromatum libro tertio diluit, quæ ex hoc opere Iulius Caſsianus, atque alij ſectatores Valentini ad confirmandos errores ſuos afferebant. Vide Epiph. lib. 2. Panarij.

AENEAS Falconius, ſiue de Falconibus, è Manliano oppido inter Sabinos, egit de Reſeruatis Papæ Legatis. extat inter Tractatus nouiſsimè editos. Venet. Tomo quintodecimo, fol. 248. par. 2.

AENEAE Gazæi Platonici Philoſophi Chriſtiani, qui floruit temporibus Zenonis, & Anaſtaſij Imper. extat Theophraſtus, ſiue de animarum immortalitate, & corporum reſurrectione Dialogus, ab Ambroſio Camaldulenſi primo verſus, & primo datus è typis Baſileæ anno 1516. ac deinceps ac alijs alibi euulgatus. Extat Tom. 9. Bibl. SS. PP. Bignæi: edit. 2.

AENEAS Iaſon ordinis Minorum ſcripſit in Nouum Teſtamentum.

AENEAS Syluius, qui poſtea Pius Pont. Max. huius nominis Secundus, natione Tuſcus, patria Senenſis. cuius ſcripta non ſine naturali eloquentiæ neruo hæc extant.

| | |
|---|---|
| De miſerijs curialium, lib. 1. | *Stultos eſſe qui Regibus.* |
| De educatione liberorum, lib. 1. | *Omnibus qui ad virtutis.* |
| Solutio quæſtionum, lib. 1. | *Aderat nuper Cæſarea.* |
| De duobus amantibus, lib. 1. | *Vrbem Senas, vnde tibi.* |
| Contra Thaboritas, libr. 1. | *Quamuis apud Boemos.* |
| Ad Nicolaum de Cuſa, lib. 1. | *Venit ad me hac ipſa.* |
| De fide ad Turcam, lib. 1. | *Scripturi ad te aliqua.* |
| De Profectione in Turcas, libr. 1. | *Ezechielis Propheta.* |
| Ad Epiſcopum Cracouienſem, lib. 1. | *Heraldus Alphonſi.* |
| De ortu, & hiſtoria Boemorum, lib. 1. | *Interitura eſſe quæque.* |
| Præcepta Rhetoricæ, lib. 1. | *Bene eſſet vir Illuſtris.* |
| Europa, ad Antonium Card. lib. 1. | *Podagrantem me nuper.* |
| Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. | *Non coegit me neceſſitas.* |
| De clade Conſtantinopolitana Oratio, li. 1. | *Conſtantinopolitana clades.* |
| De clade vniuerſalis eccleſiæ, lib. 1. | *Inuitus quidem.* |
| In conuentu Mantuano Oratio. | *Cum bellum hodie aduerſus.* |
| Ad Calixtum Papam Oratio. | *Solent plerique omnes.* |
| Coram cœtu cardinalium Oratio, lib. 1. | *Moyſes vir Dei.* |
| De rebus à ſe geſtis, lib. 1. | *Orationes variæ.* |
| De concilio Baſilienſi, lib. 1. | De præſentia Dei, lib. 1. |
| De ortu Nili fluminis, lib. 1. | Dialogus contra Turcas, lib. 1. |
| De fato, lib. 1. | Hiſtoriarum Opus imperfectum, lib. 1. |
| De ſtudio venandi, lib. 1. | De Grammatica, lib. 1. |

Epigrammata plura, & quædam alia. Inter tot autem occupationes, etiam poſtremò,



Digitized by Google

Hiſtoriam orbis Geographiæ inceperat.

Idem ſcripſit Decadum Blondi Epitomen, qua omnis ab inclinato Romanorum imperio hiſtoria, quæ cæpit penè anno Chriſti 407. per centum, & amplius annos, miro cõpendio citra obſcuritatem complectitur.

Item familiarium Epiſtolarum Opus, in quadruplici vitæ eius ſtatu tranſmiſſarum, primo cum eſſet Imperialis (vt vocant) Secretarius, deinde Epiſcopus, poſtea cardinalis Senenſis, poſtremo iam Pontifex Maximus.

Collegit autem has Epiſtolas quidam Nicolaus de Vville, Lateranenſis Palatij, aulæque Imperialis conſiſtorij comes, qui ſingulis epiſtolis præfixit argumentum. Sunt autẽ 431. Epiſtolæ, quibus acta Regum & Principum deſcribuntur, aliæ familiares, & amicæ, nonnullæ commendatitiæ, & aliæ variæ, ſiue quibus, aut gratias agit, aut gratulatur. Sed, & in his extat libellus ipſius de educatione liberorum ad Ladiſlaum Vngariæ, & Boemiæ Regem.

Item dum eſſet card. S. Sabinę, hiſtoriam Boemicam à principio gentis vſq; ad Georgium Podiebratium Ladiſlai Regis ſucceſſorem Alphonſo Regi Aragonum dicatam: quẽ librum ſcripſit prope annum Domini 1457. quo adhuc regnabat in Boemia Georgius Podiebratius, aduerſus quem propter Huſſitarum ſectam, quam ſuſceperat, decreuerat agere Pij ſucceſſor Paulus Papa II. Extat item eiuſdem Aſiæ, atque Europæ deſcriptio, veterum ſimul, ac recentium res memoratu dignas complectens, præcipuè quæ ſub Friderico III. apud Europæos chriſtiani cum Turcis, Prutenis, Soldano, & cæteris hoſtibus fidei, tum etiam inter ſeſe vario bellorum euentu commiſerunt. Io. autem Antonius campanus, Epiſcopus Aretinus Aeneæ Syluij, hoc eſt Pij II. vitam conſcripſit.

Porrò Bellarminus card. To. 1. controuerſiarum, lib. 2. de Rom. Pont. cap. 17. probat varijs exemplis verum non eſſe, quod Aeneas Syluius ſcripſerat in Epiſtola ad Martinũ Mayer, nempè ante concilium Nicænum ad Romanam Eccleſiam *paruum* (vt ille ait) *reſpectum habitum fuiſſe.* Quod verò hæretici hiſtoriam Baſilienſis concilij ab Aenea Syluio cõſcriptam excudi procurauerint tanquam ſibi fauentem, propter damnatum Eugeniũ, cum reuera plurimum illis noceat; vide eiuſdem Bellar. To. 1. controu. 4. lib. 3. *De Eccleſia militante.*

Cæterum in Actis Aeneæ Syluij prohibentur, quæ ipſe in Bulla Retractationis damnauit. Vide Indicem librorum prohibitorum iuſſu clem. VIII. Pont. Max. editum.

Nos verò in apparatu noſtro ad omnium gentium hiſtoriam edito Romæ anno 1593. Venetijs autem ſeparatim, ſed auctiore, anno 1597. 1598. & 1602. hæc diximus, quæ quidem huc inſerenda ſunt, *Pij II. Pont. Max. Commentarij rerum memorabilium, quæ temporibus ſuis contigerunt à Ioanne Gobellino iamdiu ſcripti, & à Franciſco Picolomineo Archiepiſcopo Senenſi ex vetuſto exemplari recogniti, ac Gregorio XIII. Pont. Max. dicati, eiuſdem item Pij, (dum eſſet Cardinalis) reſponſio ad Martinum Mayer pro defenſione ſancta Romanæ Eccleſiæ, Romæ ex Typographia Dominici Baſæ 1584. adiectis epiſtolis, & alijs quibuſdam, quæ eorundem commentariorum intelligentia commodant. Extat idem liber manuſcriptus ſub nomine Commentariorum Pij II. qui ſunt ijdem, quos poſtea edidit Ioannes Gobellinus (quippe qui eorum auctor fuerit) Romæ tandem, vt diximus, editi.*

*Ante manuſcriptos autem, quos ego vidi Senis, tum apud Archiepiſcopum Senenſem, tum apud Hippolytũ Auguſtinũ, iudiciũ præfixũ eſt Ioannis Antonij Campani Epiſcopi Aprutini, quod ille tulit de operibus Pij II. Pont. Max. ſcribens Iacobo Cardinali Papienſi. Commendat autem Pium ſecundum ab eloquentia, à rebus geſtis, à legationibus, & à dignitatibus, quas obtinuit ſummis, aut à peregrinationibus ingentibus, vt etiam quidam alluſiſſe nomini eius rectè videantur, qui, pro Pio* πᾶν δραςήελον εἰς τὰ πάντα, *dicentes, innuerint eum tanquam ad omnia totum, nullius rei mancum, cuncta vnum perficientem, quæ multi ne conari quidem potuiſſent. In manuſcriptis autem iſtis Commentarijs plura ſunt, quàm in ijs, qui editi ſunt Romæ, fortaſſe quod exiſtimatum ſit aliqua eſſe reticenda, quæ minus erant temporibus commoda.*

Extabant autem eiuſdem Aeneæ Epiſtolæ plures m. ss. nondum editæ in Bibl. card. Sirleti, quæ nunc eſt Aſcanij card. columnæ.

AETHERIANVS ſcripſit de hæreſibus

AETHIOPVM Eccleſiæ Ritus Louanij prodierunt apud Hugonem cornuels anno 1550. Vide in verbo, Damianus à Goes, atque vbi egimus de Africæ Scriptoribus.

AETHIOPVM Miſſa, qua communiter vtuntur. Item Ordo Benedictionis puerperę, ſecundum vſum Aethiopum. Item Ordo Baptiſmi ſecundum vſum Aethiopum. Item Ordo Myſteriorum, ſiue adminiſtrationis Sacramenti confirmationis. Biblioth. Sanctorum Patrum, Tom. 6. editione ſecunda.

A F

Afrae martyris Vindelicornm, Acta, & martyrium accuratè Marcus Velſerus Patricius & Duumuir Auguſtanus edidit. Vide eius libros ab Aldo Pauli filio Venetijs cuſos de Originæ Auguſtæ, ac de Vindelicis;ad quorum finem ea S. Afræ acta adiunxit. Paſſa eſt ſub Diocletiano;nam altera eiuſdem nominis martyr paſſa eſt ſub Adriano Imp.

Africanae res geſtæ ann. 404. To. 5. Annal. vbi Baronius Card. habet: *Quod rurſus ad Africana Eccleſiæ res geſtas.* Vide quæ tum in verbo, Concilium vltimum Carthaginenſe, tum in verbo, Felix Manichæus ſcripſimus.

Africani Concilij Decreta ſub Celeſtino Papa cõfirmata fuere à Leone IIII. Pont. Max. Non autem Epiſtolæ. Bellarm. To. 1. controuer. 3. lib. 4. de Rom. Pont. cap. 7.

Africanorvm Conciliorũ Bizaceni, Vzecenſis, ſiue Vuicenſis, & Suppletani mẽtio fit in Actis S. Fulgentij Ruſpenſis Epiſc. quæ extant apud Surium die prima Ianuarij.

Africanorvm trium Conciliorum Synodalis Epiſtola in Lateranenſi Concilio habita ſub Martino primo, extat, quam & Baronius Card. inſeruit To. 8. ſuorum Annal. ſub annum 646. pag. 374. primæ editionis Rom.

Africanvm Concilium nonaginta Epiſcoporum, ducenteſimo quadrageſimoſecundo anno Chriſti, coactum eſt aduerſus Priuatum Lambeſitanum veterem hęreticum, quem itẽ damnarunt Donatus, qui tum Eccleſiæ Carthaginẽſi præerat, & Fabianus Pont. Max. Cyprianus item huius Concilij meminit; cùm in Epiſt. quinquageſimaquinta inquit ad Cornelium Pont. Max. *Per Felicianum autem ſignificaui tibi frater, veniſſe Carthaginem Priuatum veterem hæreticum in Lambeſitana Colonia ante multos ferè annos ob multa, & varia delicta, nonaginta Epiſcoporum ſententia condemnatum.* Vide Iacobum Pamelium in Notis ad Cyprianum. Not. 55. in Epiſtola 55. Quod autem Baronij Annales habent Labeſitanam; fortè typographiæ fuit incuria, quamquam m. ss. aliqui codices ita quoque habeant; ſed Pamelius ſoluit nodum.

Africanvm Concilium quadraginta duorum Epiſcoporum habitum eſt anno ducenteſimo quinquageſimoquinto. Cypria. Epiſt. 55. Eorundem verò Epiſcoporum extat Synodica Epiſtola ad Cornelium Romanum Pontificem miſſa, qua narratur, & quid actum ſit in ea Synodo, & cauſa cur lapſis pœnitentibus de iniunctis, vel iniungendis pœnitentijs tribuerent indulgentiam. Cypr. Epiſt. 54. Vide Iacobum Pamelium in Notis ad eandem Epiſt. Baronium in 2. Tom. Annalium, ſub annum 255.

Africanvm Concilium à Cypriano coactum anno ducenteſimo quinquageſimoſeptimo, ad componendas res Eccleſiæ, ad quod Africæ Epiſcopi conuenerunt. Vide Cypriani Epiſtolas ſexageſimamquintam, & ſexageſimamſextam, Notaſque Pamelij ad ipſas Baronium item tertio Tomo, Annum, quo Concilium fuit coactum, quem non inuenerat Pamelius, apponentem.

Africanvm Concilium, ducenteſimo quinquageſimooctauo Domini anno coactum à Cypriano, vbi, & alij Antiſtites conuenerunt *aduerſus Baſilidem & Martialem* libellis idololatriæ, (vt ſcribit Cyprianus) commaculatos, & nefandorum facinorum conſcientia vinctos, Epiſcopatum immeritò gerentes. Cyprianus Epiſt. 8. quã quidem ſub Stephano Pontif. Maximo, vnà cum alijs Epiſcopis ſcripſit Felici presbytero, & alijs, qui erant in Hiſpanijs.

Africanvm Concilium aliud anno Domini 258. *De rebaptizandis hæreticis*, cui Cyprianus interfuit, fuit reprobatum; & illum quidem errorem Cyprianus, vel mutauit ante mortem, vt Epiſt. 48. ad Vincentium ſcribit Auguſtinus vel ipſo ſanguine ſui martyrij eluit, Cyprianus Epiſt. 76. Pamel. in Notis ad eam. Alterum item Africanum Concilium Epiſcoporum ſeptuaginta, & vnius, de eadem re, de qua Cypr. Epiſt. 73. & Concilij huius Synodica Epiſtola ad Stephanum Papam. Vide Hieronymũ aduerſus Luciferianos. Tertium quoque Africanum Concilium in eadem cauſſa; in quo conuenere octogintaſeptẽ Epiſcopi. Vide Baron. Annal. To. 2. ann. Domini 258.

Vide, in verbo, Cypr.

Africanvm Concilium 214. Epiſcoporum à Sede Apoſtolica approbatum, & à toto orbe receptum, S. Proſper in chronico. In eo Conc. inter alia decretũ in primis, Gratiam Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum non ſolum ad cognoſcendam, verum etiam ad faciendam iuſtitiam nos per actus ſingulos adiuuare, ita vt ſine illa nihil veræ, ſanctæq; pietatis habere; cogitare, dicere, agere valeamus.

Africanvm Concilium Schiſmaticorum ducentorum ſeptuaginta Epiſcoporum anno trecenteſimooctauo. Cuius concilij memoria prorſus abolita fuit, & meminit ſat liquido S. Auguſtinus Epiſt. ad Vincentium 48. ex Tichonio.

Africani, & Origenis Epiſtolæ ἀμοιβαῖαι de hiſtoria Suſannæ è Bibliotheca Andreę



Digitized by Google

Scotti Antuerpienſis Societatis Ieſu, cum fragmento de Suſanna Io. Chryſoſtomi ex Auguſtano Codice, Græcè m.s. prodierunt Auguſtæ Vindelicorum an. 1602. vna cum Adriani Iſagoge ad Diuinam Scripturam.

AFRICANVS ſcriptor antiquus, & eruditus. Vide, in verbo, Iulius Africanus.

## A G

AGAPETVS Diaconus magnę (vt habeat inſcriptio) & Sacroſanctæ Dei Eccleſiæ, ſcripſit Parenæticas, hoc eſt admonitorias ſententias ſeptuaginta, valde morales ac pias, ad Iuſtinianum Imperatorem: Hæ ſpectant inprimis ad Principes. Inter eas autem prima, & quadrageſima ſeptima ſic habet. *Honore quolibet ſublimiorem cum habeas dignitatem, ô Imperator, bonora ſuprà omnes, qui hoc te dignatus eſt, Deum quoniam iuxta ſimilitudinem cœleſtis Regni tradidit tibi ſceptrum terrenæ poteſtatis, vt homines edoceres iuſti cuſtodiam, & eorum, qui aduerſus ipſam rabiunt, inſectareris latratum: tum ipſum obtemperando legibus, tum ſubditos tibi regendo pro iure.*

*Tutiſſimam arbitrare ſalutis tuæ cuſtodiam, nulla quemquam ex ſubditis afficere iniuria. Qui enim offendit neminem, ſuſpicioni habet neminem. Quod ſi nulla quemquam afficere iniuria tutelam cociliat, lõge beneficijs collatis magis id præſtabit. Nam vt tutelam exhibet, ita caritatem non prodit.*

Hæc autem volui huc inſerere, vt nonnihil deguſtato huius viri ſpiritu, ij, qui curam habent docendorum Principum, intelligant, quanto fructuoſius breuiſſima hæc capita, & ſpiritu percipi, & memoriæ mandari deberent, potius, quam longa Ethnicorũ aliquot ſcripta, quæ vix ad aliud proſunt, quàm ad ſuſpiciendum Ethniciſmum. Porrò editæ olim fuerunt Baſileæ apud Frobenium, primò ſeorſim Græcè, deinde cũ Latina interpretatione.

AGAPETVS Diaconus Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ ſcripſit Expoſitionem Capitũ Admonitorium. Extat in Tom. 2. Bibl. SS. PP. Bignæi, edit. 2.

AGAPETI Papæ, qui ann. 535. geſſit Pontificatum, Epiſtola ad Anthimum inſcripta, qua hæreſis Eutichianæ illum redarguit, non vacat impoſturæ ſuſpicione. Etenim hæc ſimulata ab Anthimo, nequaquam detecta, atque damnata fuere, antequam ſequenti anno, hoc eſt 536. ſe contulit Pontifex Conſtantinopolim. Vide Baron. Anna. Tom. 7. ſub primum Agapeti annum.

AGAPETI autem Decreta, quæ citantur in Tomis conciliorum, & AGAPITI cuius meminit Matthæus Palmerius in Chronicis, quem ait fuiſſe Pontificem 56. & anno vno præfuiſſe, ac profectum Conſtantinopolim ad Iuſtinianum Imper. ibi diem obijſſe propè annum 538. Quin & AGAPITI, Diaconi, qui circa annum 25. ſub Decio Imp. martyrũ ſubijt, ac cuius mentio fit apud Hermannum Cõtractum: aliorum item; AGAPITORVM martyrum, Aureliano, Diocletiano, Valeriano Impp. ſat eſto, hic nunc citaſſe nomina.

De AGAPETO autem Pont. Max. vide Raphaelem Volaterranum in Antropologia, vbi Pontificum hiſtoriam texuit.

AGAPII martyrium, vna cum eius fratre, qui fuere filij Aſtathij martyris, extat & apud Simeonem Metaphraſten, & m.s. in Bibl. Vaticana.

AGATHAE autem martyris in Sicilia, ſub Decio, & AGATHODORI, & AGATHONICES martyris Pergami, & AGATHONIS mulieris cõfeſſionis Theſſalonicæ ſub Diocletiano, & AGATHOPI comitis S. Ignatij, atque alterius AGATHOPI Diaconi Theſſalonicæ ſub Maximino meminere partim Simeon Metaphraſtes in die prima Aprilis, partim Caſſander Beneficiarius, deinde qui Martyrologia ſcripſere, præſertim Baronius tã in Martyrologio, quàm in To. 2. Annalium.

Agda. AGATHENSE Concilium, quod Agathæ, quæ ciuitas eſt in Gallia Narbonenſi, celebratum eſt anno quingenteſimoſexto, permittente Alarico Vuiſigothorum Rege, licet hæretico: Adfuere huic Synodo trigintaquinque Epiſcopi, viri ſanctitate, ac doctrina illuſtres; quamuis tantum vndetriginta nominati habeantur. Præfuit S. Cæſarius Epiſcopus Arelatenſis, de quo apud Surium die 27. Auguſti. Actum eſt autem De collapſa Eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda, De verbo Dei audiendo, De Quadrageſimali ieiunio obſeruando, De lapſis, & Arianis, ſi redirent ad cor, quomodo recipiendi. Baron. To. 6. annal. ſub ann. 406.

AGATHIAE locus emendandus de annis Coſrhois Regis Perſarum lib. 2. vide Baronium initio anni 570. in 7. Tom.

AGATHIVS Guidiacenſis Regius profeſſor, ſcripſit in vigeſimumquartum Pſ. Dauidis, & in Canticum Canticorum ann. 1540.

AGATHIVS Guidacerius. Vide in verbo, Agathius Guidiacenſis.

AGATHONIS Pont. Max. Epiſtolã ſexta Synodus totam recepit Actione 4. Agatho

autem

autem in eadem Epiſtola nõ vult negare (quod prauè hæretici detorquent) opera Chriſti eſſe opera Perſonæ, & quidem vnius, atque eiuſdem perſonæ, ſed docet nõ eſſe in Chriſto vnum tantum opus iuxta vnam perſonam operantis, ſed eſſe duo opera iuxta duas naturas, per quas perſona vna operatur. Opera enim multiplicantur ad multiplicationem principij, ſicut etiam in Trinitate tres ſunt, qui operantur, & tamen vnum eſt eorũ opus, quoniam vnum eſt principium formale, videlicet vna natura. Vide Bellar. Card. aduerſus Stancarum Tom. 1. controuerſ. 2. De Chriſto Mediatore, c. 2. ad finem.

AGENDA Eccleſiaſtica continens formam, ſacramenta in Eccleſia diſpenſandi ſecundum vſum Colonienſem, edita ſunt apud Theod. Baum. 1568. Coloniæ.

AGGAEVS, qui ab alijs ſcribitur Haggæus à ſeptuaginta verò Ἀγγαῖας, ab Hebræis autem Chagg, iuuenis ad prophetiæ munus vocatus, & re, & nomine feſtiuus, prophetauit in fine captiuitatis ad Zorobabel, & Ieſum filium Ioſedech, ac deinde ad totum populum, qui erat in Iuda, & Hieruſalem. Quibus præcepit, vt ædificarent Templum Domini. Occaſionem huius Prophetiæ, vide in ſecundo libro Paralipomenon. Hic autem, vt oculis ſtructuram Templi Hieruſalem vidit, ita primus omnium cecinit *Alleluia*: Ibique poſtea vitam finiuit, & propè ſacerdotes cum honore humatus eſt. Moritur (inquit Sixtus Senenſis) anno quinquageſimo poſt reditum è Babylone, & ab orbe condito ter milleſimo quadringenteſimo ſexageſimonono. Vide Epiphanium de eius vita breuiter ſcribentem.

Scripſerunt in Aggæum Interpretes vniuerſæ Scripturæ Sanctæ. Interpretes peculiares duodecim Prophetarum Minorum, de quibus ſupra locuti ſumus in verbo, Abacuck. Quicunque item ad Iudæos euincendos edidere volumina, in quibus Aggæi prophetiam de maiore Templi Chriſtiani futura gloria, quàm quæ erat Templi Iudaici, prædictam rectiſsimè expoſuerunt. Vide noſtram Bibliothecam Selectam, vbi de ratione confutandi, & conuertendi Iudæos. Alij itẽ in Aggæum, qui fuerunt Ioan. Eckius, Georgius Vicelius, Caliſtus Placentinus. Partitionem huius prophetiæ, vide in Edero, tab. 234.

In editione autem Septuaginta quæ prodijt Siſto V. Pont. Max. Scholia vix quidquã notant, ſed animaduertendũ eſt, quod in Scholio ſecundi capitis erat ex lapſu typographiæ excuſum *μίαν σμένος*, vbi legendum eſt, *μίαν μεμιασμένος*. Ac quod paulò poſt legitur *πονηρὰ*, vbi legendum eſt *πονηρατῆς*.

AGGAEI martyris ſub Diocletiano anno 303. vide quæ Baron. 2. Tom. Annalium.

AGILBERTVS Germanus monachus, & Prior Cœnobij SS. Vdalrici, & Afræ Auguſtanæ, quique fuit congregationis Burſfeldenſis, ſcripſit, Maximiliano I. Cæſare, vitam, & miracula S. Simperti Epiſcopi Auguſtæ.

AGNELLVS Epiſcopus, vt habetur in Tritemij additionibus, epiſtolam miſit ad Arminium De ratione fidei, in qua præcipuè refutat hæreſim Arianam, de Patris, & Filij conſubſtantiali, & coæua natura. Eius epiſtolæ initium eſt: *Frater Martinus exegit literas ad tuam caritatem mittendas, &c.* Vixit anno Domini 505. Extat in ſecunda editione Biblioth. SS. PP. Margarini Bignæi.

AGNELLI Epiſcopi Rauennatenſis ad Arminium De ratione Fidei, Epiſtola. Tom. 3. Biblioth. SS. PP. edit. 2.

AGNES Aſsiſinas, virgo germana S. Claræ monialis ord. Minorum, ſcripſit aliqua pia. Epiſtolam autem ipſius ad Claram, & ad collegium ſororum adſcripſit ſuo catalogo Henr. Villot. Belga. Vixit anno 1220.

S. AGOBARDVS Epiſcopus Lugdunenſis, patria Gallus, Leidradi Norici, doctique Viri ſucceſſor in Epiſcopatu Lugdunenſi, temporibus Ludouici Pij Cæſaris, Regiſque Francorum, eiuſque exauctorationi apud Sueſsiones Belgicæ ſecundæ populos in Monaſterio S. Medardi præfuit, anno, vt ipſe ſcribit 833.

Scripſit contra Felicem Vrgelitanum Epiſcopum, vt & Paulinus Aquileienſis, & alter incerti nominis, ſed vir doctiſsimus, qui ſeptem contra eundem libros conſcripſit, quos manuſcriptos Papirius Maſſonus ſe nuper legiſſe, atque admiratũ fuiſſe teſtatur ea in Præfatione, quam ad Sanctam Lugdunenſem Eccleſiam Operibus Agobardi præfixit. Quæ quidem Opera cum octingentos annos in tenebris delituiſſent eiuſdẽ Papirij Maſſoni I.C. opera prolati ſunt. Pariſijs apud Dionyſium Duuallium, ſub Pegaſa an. 1605. Acceſſerunt binæ Epiſtolæ Leidradi non antea excuſæ. Porrò Opera Agobardi hæc ſunt:

Aduerſus Dogma Felicis.
De inſolentia Iudæorum.
De Iudaicis ſuperſtitionibus.
Adalardo, Vualæ, & Heliſacharo.
Nibridio.
Ad Hilduinum, & Vualam contra præ-

ceptum impium Mancipiorum Iudaicorum.
De quorundam illuſione ſignorum.
Ad Manfredum procerem Palatij Deploratoria de Iniuſtitijs.
Ad clericos, & monachos Lugdunenſes.
De modo Regiminis Eccleſiaſtici.
De Picturis, & Imaginibus, lib.1.
De diſpenſatione, miniſterio, & ordine totius rei Eccleſiaſticæ contra ſacrilegos, ſiue ſimoniacos.
De veteri ritu canendi Pſalmos in Eccleſia.
De quibuſdam næuorum, & errorũ caſtigationibus, & emendationibus in Antiphonario.
De Diuinis ſententijs, cum breuiſsimis Annotationibus contra damnabilem opinionem putantium Diuini Iudicij veritatem igne, vel aquis, vel conflictu armorum poſſe patefieri.
Ad Imperatorem de Duello.
De Priuilegio, & iure Sacerdotum.
Contra inſulam vulgi opinionem.
De grandine, & tonitruis.
Fridegiſo Abbati.
De ſedandis cordis affectibus, & apprimè de tota Ethica Chriſtiana.
De Pace.
De Antichriſto.
De Inferis.
De Perſecutionibus.
Sermo de Trinitate, & ſeparatim.
De ſecunda perſona.
De ipſius vnitate cum Eccleſia.
De meritis Operum.
De Antichriſto.
De diuiſione Imp. Gallicani inter hæredes L. Imp. Agobardi flebilis Epiſtola.
De comparatione vtriuſque Regiminis Eccleſiaſticis, & Politici, & in quibus Eccleſiæ dignitas præfulgeat Imperiorum Maieſtati.
Publica L. Imp. coram ampliſsimo Epiſcoporum conuentu pœnitentia, Agobardo præſide.
De Spe, & Timore.

AGRIPPA cognomento Caſtor (inquit Hieronymus in catalogo) vir valdè doctus, aduerſum vigintiquatuor Baſilidis hæretici volumina, quæ in Euangelium confecerat, fortiſsimè diſſeruit, prodens eius vniuerſa myſteria, & Prophetas, enumerans Barcabam, & Marcob, & ad terrorem audientium, alia quædam Barbara nomina figurans, & Deum eius maximum Abraxas, qui quaſi annum continens iuxta Græcorum numerum ſupputetur. Mortuus eſt autẽ Baſilides, à quo Gnoſtici in Alexandria temporibus Adriani, qua tempeſtate, & Chochibus Dux Iudaicæ factionis, Chriſtianos varijs ſupplicijs enecauit. Cæterùm quod hic dicitur *cognomento Caſtor*, ita, & Sophronius, quare nihil mutamus. Codex Gemblacenſis habet cognomento Paſtoris, *Barcaban, & Marcob*. Codex m.s. Martiniacenſis habet *Barchaban, & Barchob*. Codex viridis vallis habet *Barchaban, & Barchobeth*. cũ quo conſentit, & Cod. Gembl. Cod. Sigebergenſ. m.s. habet *Barchaban, & Barcob*. Nos nihil mutamus, cum lectionem vulgatam Sophronius interpretatione ſua confirmet *Cochibus*. Sophronius item & m.ss. Codices Mart. & Virid. Vall. habent *Cochabos*. Gembl. habet *Exoalochebas*. Sigebertus habet *Chochebas*. Sub Adriano autem claruit, inquit Honorius, in catal. quod & Hieronymus in ſuo.

Anno Domini 130. Sixto autẽ 160.

Suffridus Petrus.

AGRIPPINENSE Concilium, quod Tritemius in Maximino apud Surium Tom. 6. die 18. Nouembris ait celebratum fuiſſe anno Domini 375. Baronius Card. Tom. 3. Annalium euincit fuiſſe anno 346. Porrò Concilium illud, quod poſt Conſulatum Amantij, & Albini 4. idus Maias fuiſſe dicitur, vt conſtat è 1. Tomo Conciliorum aduerſus Euphratem Coloniæ Agrippinæ ciuitatis Epiſcopum, Chriſti Domini, (vt aiebant) negantem Diuinitatem, atque hoc nomine à Sede Epiſcopali depoſitum, vt ne laica quidẽ communione à Valentino Epiſcopo Arelatenſi dignus haberetur, impoſturæ ſuſpicione valdè laborare idem Baronius aſſerit, quod, & nos credimus. Euphratem enim ſequenti anno pater, è Sardicenſi Synodo vna cum Vincentio Epiſcopo Capriano, perhonorifica functum legatione ad Conſtantinum Imper. qui Antiochiæ commorabatur, vt, quos ipſe eiecerat, permitteret in ſuas ſedes reuerti. Quod, & Sanctus Athanaſius ad ſolitariam vitam agentes, & Theodoretus, lib. 2. cap. 9. & 10. teſtantur. Porrò nec Appendix Agrippinenſi Concilio adtexta de legatione ob Hunnorum depopulationẽ imminentem à Seruatio, hoc eodem anno, & quidem mox poſt idem Concilium, ſuſcepta Romam ad limina Apoſtolorum probatur. Hanc enim multo poſt hæc tempore contigiſſe idem Baronius monſtrat. Ac qui ibidem nominantur Exuperius Epiſcopus Toloſanus, planè liquet hunc vixiſſe imperantibus Theodoſio, & filijs.

AGVR Iudæus, filius Iake, (de quo Prouerb. 30.) prophetiam enunciauit hortantibus amicis Ithial, & Vchal, parænetícam, de duobus à Deo expetendis. De quatuor generibus

homi-

hominum peſsimorum. De quatuor minimis animantibus ſapientia præditis. De quatuor animalibus benè medentibus. Vide Hieronym. ſiue potius Bedam in Comment. Prouerbiorum, & Nicolaum de Lyra, & Sixtum Senenſem in Bibl. Sancta, lib. 2. in verbo, Agur.

## A I

AIDANVS Scotus vir Sanctus, & monachus Cœnobij Huij, ſiue Huenſis in Hibernia, Archiepiſcopus Landisfarnenſis Eccleſiæ Creatus, & conſecratus anno Chriſti Domini 635. eoque munere functus annis decem, & ſeptem, atque ad ſanctorum numerum aggregatus anno 651. pridie Kal. Septembris. Beda, lib. 3. cap. 14. & 16. & in Epitome, & Tritemius, lib. 4. cap. 136. & Matthæus VVeſtmonſt. in Flor. Hiſt. ſcripſit in ſcripturas commentaria, & Homilias.

AIMARVS. Vide, in verbo, Aymarus.

AILREDVS. } Vide, in verbo, Allegoriæ.
AITHARDVS. }

AIMOINVS, ſiue Annonius, vel Ammonius, ſeu Haimoneus, & Haimonus Gallus, monachus Cœnobij, & congregationis Floriacenſis, qui floruit anno 990. ſcripſit

De inuentione, ſiue tranſlatione S. Vincentij Leuitæ, & martyris, librum qui extat m.s. Laubijs.

De miraculis S. Benedicti, lib. 1. De miraculis S. Germani Epiſcopi, lib. 1.

De origine, & geſtis Francorum, lib. 5. excuſos Pariſijs anno 1514. item Lugduni, & Pariſijs 1567. item ſub nomine Anonymi monachi Benedictini Coloniæ 1562. à c. 58. lib. 4. ad finem vſque eiuſdem libri, id eſt, ab anno 741. ad 829.

## A L

ALALPHVS, ſiue Alulphus Belga Neruius Tornacenſis, monachus Benedictinus ex Operibus Gregorij collegit, Opus exceptionum in nouum Teſtamentum, quod inſcribitur Gregorianum, excuſum Pariſijs.

ALANI Copi Angli Syntaxis hiſtoriæ Euangelicæ, in qua res Domini noſtri Ieſu Chriſti eo ordine quo geſtæ fuerunt, narrantur. Louanij 1572. Eiuſdem contra Summi Pontificatus oppugnatorea, ſunt editi auctiores, & caſtigatiores libri Antuerpiæ apud Plantinum 1573. ſciendum eſt autem, qui ab Alano emiſsi ſunt Latinè ſex Dialogorum Libri, eoſdem à Nicolao Harpersfeldo Anglo Sacerdote vincto in Anglia conſcriptos Anglicè fuiſſe, pro fide Catholica. Atqui quod pertinet ad Hiſtoriam Alani Euangelicam, ea iterum recognita prodijt hac inſcriptione: *Hiſtoria Euangelicæ Vnitas, ſeu ſingularia Vitæ Chriſti, eo ordine quo geſta fuerunt recenſita, & ipſis quatuor Euangeliſtarum verbis contexta, auctore D. Alano Copio Duaci, apud Viduam, & Heredes Belleri, anno 1603.*

ALANVS Anglus monachus, & Abbas monaſterij Tenkesbyriæ in Anglia congregationis Cluniacenſis, qui vixit circa annũ 1200. ſcripſit, De vita S. Thomæ Archiepiſcopi, & martyris.

ALANVS Inſulenſis, quæ Ciuitas eſt in Belgio, Doctor Vniuerſalis appellatus, ſcripſit,

In quatuor libros Sententiarum.
Oculum Sacræ Scripturæ.
De Doctrina.
In quinque libros Moyſi.
In Cantica Canticorum.
De pœnitentia ad Bituricenſes.
De æquiuocis myſticis.
De planctu naturæ.
De parabolis.
De arte Prædicandi.
De naturis animalium.
Epiſtolarum librum ad diuerſos.
Quodlibeta.
De ſex alis Cherubim.
Summam virtutum, & vitiorum.
A Phæbo Phæbe.
Anticlaudianum.
Sermones plures.

Feruntur item (ait Tritemius) in multos Bibliorum libros Commentaria, præcipuè in Prophetas, in Euangelium, & in Apoſtolum. At Henricus de Gandauo non affert omnia, quæ Tritemius; in Pariſienſi verò Academia docuit. Vixit Alberto Imp. 1300.

ALANVS de Lymna, ſeu Lynna, qui Carmelita & Anglus, ſe totum Chriſto addixit, ſcripſit De vario ſcripturæ ſenſu. Moralia Bibliorum, lib. 2. Sermones notabiles, lib. 2. Elucidarium ſcripturæ, lib. 1. Scriptorum Britanniæ Indices. Vixit anno 1420. Petr. Lucius Carmelit.

ALANVS Varenius Dialogos ſcripſiſſe legitur, De amore, De luce, De Harmoniæ elementis, De rerũ, præcipuè Diuinarum, Vnitate, De Diuina magnitudine, De Pulchri-

tudine,

tudine, De ſeptem Virtutibus, De oppoſitis monſtris, De Amicitia, præcipue Diuina, De rerum Trinitate, qui liber Pariſijs prodijt in lucem. At mihi eſt ignotus hic Auctor, qualis fuerit.

ALANVS de Rupe, ſiue Rupenſis, Germanus, ord. Prædic. cultor Beatiſsimæ Virginis, ſcripſit in Canticum Canticorum, ſic, vt ſingula Salomonis verba ad Chriſtũ Dominum, & ad Beatiſsimam Virginem inuicem colloquentes appoſitè aptauerit. De miraculis Roſarij. De fraternitate eiuſdem Roſarij, ac ſermonum plures libros reliquit. Mortuus in Cænobio ſuo Zuollenſi an. 1464. At Antonius de Conceptione, ſcribit eum claruiſſe anno 1472. quem item Albanum, non Alarium, (vt quidam) neque Alanum (vt habet Tritemius) nominat. Compendium autem Pſalterij B. Virginis ſcripſiſſe ait idem Tritemius, quem & in peruigilio Aſſumptionis B. Virginis obijſſe inquit anno 1475. Sixto IIII. Pont. Max. & Federico III. Imper.

ALARDI AEmſtelredami Selectæ ſimilitudines, ſiue collationes è Biblijs, & Patribus, tribus Tomis. Venetijs 1574. & Paraſceue ad Sacroſanctam Sinaxim Coloniæ 1532.

ALBANVS de Rupe. Vide hic ſupra, Alanus.

ALBERICVS monachus Cœnobij Caſsinenſis, & Cardinalis, librũ aduerſus Berengarium de corpore Domini Patrum ſanctorum teſtimonijs roboratum, edidit, quo eius omnes aſſertiones omnino euertit, vt tãti Sacramẽti Defenſor dici promeruerit. Scripſit alia; Quorum hæc ſunt præcipua.

De Virginitate S. Mariæ, lib. 1. De electione Romani Pontificis, lib. 1. Contra Henricum Imperatorem, lib. vnum. De Muſica Dialogum. De diuerſis Dictaminibus, & Salutationibus librum. De Dialectica librum. Paſsiones SS. Modeſti, & Cæſarij. De Viſione ſua librum; reperitur autem hic m.s. apud Timotheum monachum S. Placidi Meſſanæ. De vita S. Dominici Abbatis. De vita S. Scholaſticæ virginis. Quæ vita extabat m.s apud Arnoldum Vionem Benedictinum, ſicuti, & m.s. Homilia de eadem; quæ incipit *Audiſtis fratres cariſsimi.* Hymnos item, & De Paſchate. De Aſcenſione. De S. Cruce. De die Iudicij. De pœnis inferni. De Aſſumptione B. Mariæ tres Sermones. De S. Paulo. De S. Apollinare. De S. Scholaſtica, de qua, & verſus nonnullos edidit. De monachis ad Petrum Hoſtienſem Epiſcopum. Epiſtolarum quoque ad diuerſos librum. Floruit an. 1056. & quod excurrit. Leo Hoſtienſis in Chronico Caſsinenſi, lib. 3. cap. 33. Petrus Diaconus de Viris Illuſtr. Montis Caſsini, c. 21. & alij recentiores, & Arnoldus Vion in Ligno Vitæ. Extat autem Alberici monachi trium Fontium Chronicon ab initio Mundi vſque ad annum Chriſti 626. m.s. in Biblioth. Sancti Galli in Heluetia.

ALBERICVS Roxiatus Bergomenſis I.V.D. ſcripſit in Sextum Decretalium, & pręter alia in Codicem, in ff. nouum, & vetus, & Inſortiatum, & Inſtituta, & in Comedias Dantis. Floruit anno 1340. Ludouico Imp. Trit.

ALBERTANVS de Ora S. Agathæ, dũ in cuſtodia Cremonæ aſſeruaretur, fuiſſet autem præfectus Arcis Ganadi, Friderico Imp. Brixiam obſidente, ſcripſit librũ de Doctrina dicendi, & tacendi, deque virtutibus diligendis, & vitijs fugiendis. Quem librum vidi m.s. in quarta parte folij pergameni in Bibliotheca Card. Grimani, quam Canonicis Regularibus ord. S. Saluatoris reliquit Venetijs apud D. Antonij ædem. Vixit anno 1208.

ALBERTINVS Mantuanus, Ord, Auguſtiniani, ſcripſit librũ de Corpore Chriſti Domini. Alterum autẽ Lectionum Scripturarum. Viuebat anno 1400. Iacobus Bergom.

ALBERTINVS ord. Minorum, cuius neque cognomen, nec Patria, neque annus quo floruit memorantur, ſcripſit Quadrageſimale, & de Sanctis. Henr. Villot. Belga.

ALBERTVS Abbas Stadienſis. Vide in verbo, Albertus Stadienſis Abbas.

ALBERTVS. Vide, in verbo, Adreualdus.

ALBERTVS ſiue Albericus. Vide in verbo, Drogo Laurunenſis.

ALBERTVS Brixienſis D. Thomæ diſcipulus, & præter iuris vtriuſque peritiam Theologus, ſanctitatem morum ſcientiæ adiungens, ita, vt miraculis claruiſſe ſcribatur, cui S. Auguſtinus fertur apparuiſſe dicens, Thomas mihi par eſt in gloria, virginali pollens munditia. Scripſit Summam de caſibus Conſcientiæ. Alteram item de Sacerdotum inſtructione, in quatuor partitam libros, quæ Mediolani in Cœnobio Dominicanorum, ac Toleti apud S. Petrum Martyrem antiquis characteribus exarata extabat. Sermones item varios. Floruit anno 1285. ſuperſtes vſque ad annum 1314. quidquid ſecus Tritemius, & alij (loquentes forſan de alio) ſcripſere, dum multo tempore poſt eum claruiſſe inquiunt.

ALBERTVS Caſtellanus Venetus ord. Præd. ſcripſit de Roſario Beatiſs. Virginis, & de virtutibus moralibus; Chronicon item, & Catalogum virorum Illuſtrium ſui ordinis



Digitized by Google

atque expurgauit Catalogum Sanctorum Petri de Natalibus, anno 1501. Franc. Sanſ.

ALBERTVS Comes ab Hobenberg primo Herpipolenſis, deinde Friſingenſis Epiſcopus, vitas Sanctorum Chiliani, Colonati, atque Tornati ſcripſit. obijt Friſingæ in Bauaria, an. 1359.

ALBERTVS Crantius ſcripſit hiſtoriam Eccleſiaſticam, quam Metropolim vocat, & de gentibus Septentrionalibus; & orditur à Caroli Magni temporibus vſque ad annum 1504. ſed purganda, quæ Francofurti eſt edita. Vide in Indice Clem. VIII. Pont. Max.

ALBERTVM Dragam, ſiue Draconem, Brixienſem, Carmelitam, Bononienſis Cænobij Priorem, ac Theologiæ profeſſorē eruditiſſimū, è fido relatu ſe didiciſſe ait Petrus Lucius Carmelita. Scripſit multa, præter Conciones in tempus Quadrageſimæ, quę adhuc premebat. Viuebat autem Bononiæ anno Domini 1592. Non eſt autem hic ille Albertus Drai, qui inter hæreticos primæ claſsis proſcribitur in Indice Clem. VIII. Pont. Max.

ALBERTVS è Drepano Carmelita, Prior Siciliæ Prouincialis, vir (vt fertur) in Diuinis ſcripturis doctiſſimus, vita quoque integer, qui etiam miraculis, dum viueret, erat potens, plura dicitur ſcripſiſſe, quæ cum non venerint ad manus meas, ſat fuerit eum indicaſſe, vt ſtudioſi illa perquirant. Obijt Meſſanæ in Sicilia, anno Domini 1292. ſeptimo Nonas Auguſt. Tritemius, & Petrus Lucius Carmelita. Alius autem eſt hic Albertus ab illo Patriarcha Hieroſolymitano, qui Carmelitis viuendi regulā ex Baſilij, aliorumque placitis præſcripſit. Non enim ille Carmelita fuit, ſed fautor, & Carmelitarum defenſor. Cęterum Alberti Carmelitæ meminit eruditus vir Hermannus Schedelius in ſua temporum hiſtoria hiſce verbis: *Effulſit quoq; Sanctus Albertus è Drepano Carmelita Siculus, vir meritis, ſignis, doctrinaq; clarus, & totius perfectionis exemplar.*

ALBERTVS Durerus percelebris Pictor, & Sculptor, elegantiſſimis ligneis figuris inciſam Domini noſtri Ieſu Chriſti Paſsionem emiſit anno Domini 1603. apud Bellerum, Antuerpiæ.

ALBERTVS Eybe, ſiue de Eybe Bambergſiſis Eccleſiæ Canonicus, qui fuit à ſecretis Pij II. Pont. Max. conſcripſit vno volumine librum prȩnotatum. Margaritam Poëticam. Alterum de Re vxoria. Orationes complures. Epiſtolas item ad diuerſos, lib. 1. Floruit Pio Pontifice huius nominis Secundo, & Federico III. Imp. anno 1460.

ALBERTVS Ferrarius, ſiue (vt vocant) de Ferrarijs, Placentinus, ſcripſit de horis Canonicis. Item de celebratione Miſſarum. In primum caput Tertij Decretalium. Qui incipit, *Presbyter*, Porro extat liber de horis Canonicis inter Tractatus nouiſsimè editos Venetijs Tomo 15. par. 2. fol. 559.

ALBERTVS Gallus monachus Metenſis, congregationis Cluniacenſis, ſcripſit hiſtoriam de Geſtis ſui temporis, breuem, ſed vtilem. Sigeb. in catal. Trit. anno 1030.

ALBERTVS Germanus monachus, & Abbas monaſterij Stadenſis, deinde relicta Abbatia, Franciſcanus, qui floruit an. 1250. reliquit, dum eſſet Abbas, Chronicon à condito orbe vſque ad annū 1256. quod primò prodijt Helmeſtadij anno 1587. opera hæreticorum cum ſcholijs, & annotationibus in margine ab hæretico: quare catholici præcaueant.

ALBERTVS Germanus Sigebergenſis monaſterij apud Coloniam Agrippinam monachus ſcripſit gloſſas in vetus, & nouum Teſtamentum.

ALBERTI Heronis Snecani Friſij, De prouidentia Dei, libri quinque, Coloniæ 1580

ALBERTVS Hungerus Profeſſor, & Procancellarius Ingolſtadienſis in Bauaria V.C. ſcripſit:

1 De fide & infidelitate.
2 De peccato in genere.
3 De peccatis aduerſus Lutheri, Caluini aliorumque Nouatorum errores.
4 De fine hominis vltimo ſeu ipſa beatitudine.
5 De veritate tranſubſtantiationis in Sanctiſs. Euchariſtiæ Sacramento.
6 De Communione ſub vna ſpecie.
7 De publicis precib. & ſupplicationib.
8 De Magia.
9 De medio Eccleſiæ contra veteres, & nouos extremiſtas.
10 De Chriſti deſcenſu ad inferos, & adſcenſu in cœlos.
11 De peccato originali cum Annotationibus.

*Diſputationes Philoſophiæ.*

1 De principijs rerum naturalium.
2 De elementis cum annotationibus.
3 De Cœlo.
4 Ad prooemium Ariſtotelis de Anima.
5 Aduerſus nouos, & veteres errorȩs de anima.

*Orationes.*

1 De prima & prȩſtantiſsima philoſophia.
2 De prouidentia Diuina.
3 De Epicureæ philoſophiæ & Lutheranæ Theologiæ conuenientia ac ſimilitudine.



Digitized by Google

4 De fide & religione Magni Athanaſij.
5 De Alberto Bauariæ Duce Oratio funebris.
6 Oratio in funere D. Martini Eiſingrenij procancellarij Ingolſtadienſis.
7 Oratio in funere D. Caſpari Franci profeſſoris Ingolſtadienſis, & Parochi ad S. Mauritium.

Theſaurus Chriſtianarum precationum ex adytis præſtantiſsimorum vatum, præſertim veterum. Supradicta omnia Opuſcula Ingolſtadij ſunt excuſa.

Orationes variæ in publicis promotionum Actibus habitæ, ſuo, vt ſperandum, prodibunt tempore, vt & ſequentia. 1. Quæſtiones ſingulares ex Sanctis Patribus. 2. Definitiones Theologiæ. 3. De cautè loquendo in Theologicis. 4. De apparitionibus filij Dei in veteri teſtamento. 5. De regulis intelligendi Sacram Scripturam contra Illyricum, & Symmiſtas. 6. Contra traducem & alios errores de anima. 7. Harmonia Veteris, & Noui Teſtamenti.

ALBERTI Laski Palatini Siradienſis proceris Poloni, epiſtola ad hæreticos in Polonia miniſtros, Altera item cum Cenſura doctiſsimi viri de Miniſtris ad eundem Palatinum. Dilingæ 1571.

ALBERTVS cognomine, ob virtutes, & doctrinam inſignem (non ob familiam) MAGNVS, quamquam è parentibus quoque illuſtribus ſit natus, nimirum ex Regulis Bolſtatenſibus in Sueuia in agro Lauingenſi (ſiue Laugingenſi) ad Danubium, cum in ordinem Dominicanorum ingreſſus, pietati, ac literarum ſtudijs operam dediſſet, Pariſijs autem, & Coloniæ Agrippinæ complures docuiſſet, inter quos fuit D. Thomas Aquinas, Vrbano IIII. & Rodulpho Imp. eum cogentibus, Epiſcopatui Ratiſbonenſi præfectus, vbi hunc aliquandiu ſanctè adminiſtraſſet, ad conſueta ſtudia, & humilia pietatis officia ſuſpirans, ea depoſita adminiſtratione, redijt ad ſui ordinis fratres, vbi legens, ſcribens, docens, anno ætatis ſuæ (vt poſt alios ſcribit Sixtus Senenſis) octogeſimoprimo: ſed (vt inquit Eiſingrenius) octogeſimoſeptimo, cui, vt, Germano, ac qui eius ſepulturam Coloniæ potuit inſpicere, fides maior videtur adhibenda, diem obijt anno 1208. ſcripſit autem hæc, quæ ſequuntur.

Summam Theologiæ, quam non perfecit. lib. 4.
Super Sententias, lib. 4.
De homine, lib. 1.
De vita ſpiritali, lib. 1.
In officium Miſſæ, lib. 1.
De corpore Chriſti, lib. 1.
De eodem triginta duos Sermones, lib. 1.
De muliere forti, lib. 1.
In libros Dioniſij Areopagitæ, lib. 5.
De multiplici timore, lib. 1.
De laudibus Sanctæ Mariæ, lib. 1.
Defenſorium Mendicantium, lib. 1.
De formatione hominis, lib. 1.
In Orationem Dominicam, lib. 1.
De reparatione lapſi, lib. 1.
De adhærendo Deo, lib. 1.
De quatuor coæuis, lib. 1.
De Bono, lib. 1.
De partu hominis, lib. 1.
De origine animæ, lib. 1.
De arte prædicandi, lib. 1.
In quinque libros Moyſis, lib. 5.
In Ioſue, lib. 1.
In Iudicum, lib. 1.
In Ruth, lib. 1.
In Regum, lib. 4.
In Paralippomenon, lib. 2.
In Eſdram, & Neemiam, lib. 3.
In Iudith, lib. 1.
In Tobiam, lib. 1.
In Heſter, lib. 1.
In Prouerbia, lib. 1.
In Canticum Canticorum, lib. 1.
In Eccleſiaſticum, lib. 1.
In Eccleſiaſten, lib. 1.
In Librum Sapientiæ, lib. 1.
In Iob, lib. 1.
In Eſaiam, lib. 1.
In Ezechielem, lib. 1.
In Hieremiam, lib. 1.
In duodecim prophetas minores, lib. 12.
In Euangelium Matthæi, lib. 1.
In Euangelium Marci, lib. 1.
In Euangelium Lucæ, lib. 1. Hi verò cõmentarij in Lucam, quos ſcripſit in Caſtro Stauff, adhuc Reginoburgij oſtenduntur apud patres Dominicani ordinis.
In Euangelium Ioannis, lib. 1.
In Epiſtolas Pauli, lib. 14.
In Apocalypſim, lib. 1.
Sermones de Tempore, lib. 1.
Sermones de Sanctis, lib. 1.
De animalibus, lib. 20.
Orationum ſuper Sententias, lib. 1.
De differẽtia ſpiritus, & animæ, lib. 1.
Paradiſum animæ, lib. 1.
Orationum ſuper Euangelia, lib. 1.
De Diuinatione, & Prophetia, lib. 1.
Diuerſarum quæſtionum, lib. 1.
De cauſis elementorum, lib. 1.
De intellectu, & intelligibili, lib. 1.
De vita, & morte, lib. 1.

Summa Philoſophiæ, lib.1.
Quæſtiones contra Auerroiſtas, lib.1.
Philoſophiam Moralem, lib.16.
De Oeconomica, lib.4.
De Arithmetica, lib.1.
De Muſica, lib.1.
De natura locorum, lib.1.
De moribus animalium, lib.1.
De iuuentute, & ſenectute, lib.1.
De plantis, & vegetabilibus, lib.1.
De vnitate intellectus, lib.3.
De vnitate formæ, lib.1.
De Monaſtica, lib.5.
De Politica, lib.8.
De Geometria, lib.1.
De Aſtronomia, lib.1.
De Sphæra lib.1.
Speculum Aſtronomiæ, lib.1.
De natura Deorum, lib.1.
De duodecim Alphabetis, lib.1.
De Somnijs, lib.1.
De Prædicamentis, lib.1.
De Definitionibus, lib.1.
De Grammatica, lib.1.
De Medicina, lib.1.
De Agricultura, lib.1.
De Nauigatione, lib.1.
In Phyſica Ariſtotelis, lib.8.
De generatione, & corruptione, lib.2.
De Anima, lib.1.
De ſomno, & vigilia, lib.1.
De Perſpectiua, lib.1.
De Aſtris, lib.1.
De Mineralibus, lib.1.
De ſecretis naturæ, lib.1.
De Magiſtris eligendis, lib.1.
De Vniuerſalibus, lib.1.
De ſex principijs, lib. 1.
De Cauſis, lib.1.
De Rhetorica, lib.1.
De Lanificio, lib.1.
De Aratura, lib.1.
De Metaphyſica, lib.13.
De Cœlo, & Mundo, lib.4.
De ſcientia Meteororum, lib.4.
De nutrimento, & nutribilibus, lib.1.
Quæſtiones quindecim, lib.1.
In li. Ariſt. com. claruit Pariſijs an. 1257. Trit.

Commentarios autem in duodecim Prophetas minores Quentelius typographus excudit Coloniæ: in quatuor autem Euangelia Haganoæ editi fuerunt, an. 1504.

Libellus de ſecretis mulierum, Venetijs prodijt cum commentario, an. 1508.

Extat, & libellus de Cauſis (qui videtur alius ab illo, qui de cauſis elementorum inſcribitur) quaſi Epitome (vt aiunt nonnulli) totius Philoſophiæ. At in ſententias Petri Lombardi libri duo tantum duobus Tomis ſeorſum impreſsi erant, cum reliqui duo inueniri non potuiſſent.

Omnia verò opera excuſa, tum Theologica, tum Philoſophica, Lugduni in officinis typographorum olim extabant in quinque tomos diſtincta. Plurimi autem libelli ſeorſim excuſi reperiuntur; vti opuſculum de Natura locorum, Commentarij in parua naturalia, De rebus metallicis lib. quinque, editi Argentorati 1541. In his autem, duo priores de lapidibus, & gemmis differunt, reliqui de metallis propriè dictis; quare quinque libri ſunt de mineralibus, ſiue foſsilibus, non vnus tantum, vt Trit. habet. At de animalibus libri viginti ſex ſeparatim Venetijs olim editi ſunt apud hæredes Octauiani Scoti, an. 1519. Tritemius autem (niſi lapſus fuerit in numero) viginti ſolum libros numerat. Liber autem de adhærendo Deo, Italicè quoque prodijt apud Fulginates, an. 1563.

Paradiſus item Florentiæ Italicè anno 1556. Latinè verò tum hic, tum de virtutibus, ac de adhærendo Deo, Antuerpiæ 1565. atque Coloniæ, anno 1578. Et eiuſdem Enchiridion de veris, perfectiſque virtutibus, Ingolſtadij apud VVolfangum Ederum an. 1587. Sed & an. 1587. Venetijs ex typographia Ioan. Baptiſtæ Somaſchi, Compendium Theologiæ. Veritatis eiuſdem Alberti Magni Septem libris digeſtum cum centenario codice, Alberti nomine, ſub Sereniſsimo Duce Venetiarum, inſignito collatum, & expurgatum prodijt vnà cum vtilibus ſcholijs per Seraphinum Caponium è Porrecta, Theologum Dominicanum. Qui autem liber de Mirabilibus tributus eſt Alberto Magno, vanitate (inquit Martinus Delrius) ac ſuperſtitione refertus eſt, magnique illius Doctoris nō eſt fœtus legitimus. Vide, in verbo, Martinus Delrius. *Porrò cum ſcripſiſſet librum prænotatum Paradiſus Animæ, ſiue de Virtutibus, editus eſt vnà cum Anſelmo Cantuarienſi de quatuordecim Animæ, ac Corporis dotibus, ſiue beatitudinibus, Antuerpiæ apud Ioan. Moretum an. 1602.*

Albertvs Marcheſius, ex AEmilia prouincia, quæ Romandiola dicitur, in oppido Cotiniola natus, edidit Colloquium morale. Henr. Villot.

Albertvs Monachus, Vitas Pontificum ſcripſit.

Albertvs Metenſis Benedictinus Gallus, Summam hiſtoriæ ab initio mundi, vſque ad annum Chriſti 1038. deduxit. Viuebat Conrado minore imperante. Trit.

Albertvs Monachus Lobienſis, & poſtea Gemblacenſis monaſterij Abbas congregationis Cluniacenſis, præceptor S. Burchardi aliàs Brochardi Epiſcopi VVorma-

cientis ſcripſit Vitas Sanctorũ plurium, libro vno. Cantus in honorem Sanctorum Sigeb. in catal. In Gemblacenſi autẽ m.s. Codice, vti & in Affliginienſi, Suffridus Petrus obſeruauit pro Alberto, extare Olbertum. Hunc autẽ Albertum floruiſſe anno 880. Othone Imp. huius nominis Secundo, inquit Trit. At alij in milleſimum annum referunt.

ALBERTI Nouicampiani de corruptiſsimis huius ſeculi moribus oratio. Lugduni 12. apud Alexandrum de Marſilijs 1527.

Albertus Patauinus Auguſtinianus Theologus, AEgidij Romani alumnus Pariſijs, vbi libros ſacros magno, & frequenti conſeſſu exponebat, annos quadraginta ſex natus animam egit, ibidemque in Eccleſia S. Auguſtini ſepultus eſt. Is in Diuinis ſcripturis valde eruditus, ſcripſit In Geneſim, lib. 1. In Exodum, lib. 1. In Leuiticum, lib. 1. In Numeros, lib. 1. In Deuteronomium, lib. 1. In quatuor Euangelia, lib. 4. In Epiſtolas Pauli, lib. 14. In Magiſtrum Sententiarum, lib. 4. Sermones Dominicales, lib. 1. Sermones de Tempore, lib. 1. Sermones de Sanctis, lib. 1. Sermones per Quadrageſimam, lib. 1. Sermones ad Clerum, lib. 1. Quæ omnia aſſeruantur Patauij in Cœnobio, quod dicitur Heremitanorum, manuſcripta. At ob eius doctrinæ præſtantiam, poſtea in Patauino Prætorio ſuper fores ad ſeptentrionalem plagam marmorea ſtatua cohoneſtatus eſt. quæ hodieque extat. Floruit anno Domini 1300. Trit.

ALBERTVS alter Patauinus monachus, & Prior montis Vinearum Pataulj congregationis Cluniacenſis, ann. 1230. Scripſit Vitam B. Beatricis Ateſtinæ Gemmulæ ſanctimonialis, & S. Aldegundis ſanctimonialis quæ vixit an. 700. Vitam item Sancti Amandi Epiſcopi, Arn.

ALBERTVS alius Patauinus cognomento Nouellus, Auguſtinianus, antea Hebræus, deinde Chriſtianus, atque Hebræorum ſeueriſsimus reprehenſor, aduerſus eoſdem de Meſsiæ aduentu plura conſcripſit, quæ m. ss. Pataulj in Bibliotheca Auguſtinianorum cuſtodiuntur. Ioſephus Pamphilus.

ALBERTVS Patriarcha Hieroſolymitanus, qui (vt Tritemius inquit) monachis Carmelitis adhuc in Terra Sancta degentibus Regulam (vt antea diximus) tradidit, quam illi iam in Europa conſtituti per Apoſtolicam Sedem recenſitam, atque approbatam vbique profitentur, ſcripſit Innocentio Papæ III. mandante, luculento, & veraci ſermone (ait Tritemius) ſtatum Terræ Sanctæ, ac Regulam Carmelitarum. Vixit anno 1300.

ALBERTVS Pighius natus Campis Tranſiſalanæ ditionis, oppido ad meridionalem Oceani ſinum, dũ Louanij in Theologica palæſtra adoleſcens verſatur, ſcripſit ad Leonem X. Pont. Max. *De Ratione Paſchalis celebrationis, deq; Reſtitutione Kalendarij*, cenſura ab eius Academiæ Doctoribus poſtulata. *Apologiam* deinde aduerſus Marci Beneuentani Aſtronomiam, quæ Alphonſi Regis, ac recentiorum de motu octaui orbis poſitionem deprauarat. *AEquinoctiorum* item *Solſtitiorumq; inuentionem*, & alia in Mathematicis non pauca edidit. Poſt è Louanienſi Doctor Theologus Coloniæ in Vbijs renunciatus, præter varia aduerſus Lutherum, Melanchthonem, Bucerum, & Caluinum conſcripta, cum ampla ad S. Ioannem Baptiſtam Vltraiecti Præpoſitura cohoneſtatus fuiſſet, ibidem ſenex diem clauſit extremum anno 1562. 4. Kalend. Ianuarij, Apologia aduerſus Martini Buceri calumnias nondum abſoluta. Scripſit igitur, vt omnia diſtinctè ſubijciamus.

Aſſertionem Hierarchiæ Eccleſiaſticæ. Item componendorum diſsidiorum, & ſarciendæ in religione Concordiæ Rationem, Coloniæ prodijt anno 1572.

De Miſſa aduerſus Lutheranos. De libero arbitrio contra Caluinum.

De Controuerſijs in Comitijs Ratisbonenſibus, quæ cum libro de componendis diſſidijs fuere quoque editæ olim Coloniæ Agrippinæ, anno 1542.

Quin & ad eam diximus Apologiam aduerſus nouam Marci Beneuentani Aſtronomiam, quæ poſitionem Alphonſinam, ac recentiorum omnium de motu octaui Orbis detorſerat, & ſecum pugnantem fecerat. Adiecit breuem, atque luculentam enarrationem Alphonſinæ poſitionis, quæ è Pariſienſibus prelis prodijt.

At ſciendũ eſt, eundẽ Pighium de catholica Eccleſia alioquin benemeritum, in nonnullis quæſtionibus, è lectione librorũ Caluini miſerè ſeductum (quemadmodũ ante Robertum Card. Bellarminum, Ruardus Tapperus vir doctiſsimus adnotauit) circumſpectè eſſe legendũ, atque adeo expurgandum. Is enim inter alia in quinto libro de libero arbitrio contra communẽ Theologorum conſenſum; aduerſus item Decreta Conciliorũ generalium Viennenſis ſub Clem. V. Pont. Max. in Gallia celebrati, & Trident. Seſsione 6. cuius mentem Catechiſmus eiuſdẽ Concilij in Tractatu de Sacramento Baptiſmi declarauit, negauit habitũ aliquem ſupernaturalem à Deo nobis infundi, quo anima exornetur, & perficiatur, atque iuſta, Deoque grata, & accepta reddatur. Vide Roberti Card.

Bellarmini Tom. 3. de controuerſijs, lib. 1. cap. 3. vbi docet gratiam gratum facientem eſſe qualitatem per modum habitus in homine permanentem.

Præterea, nõ tantum Pighius, ſed, & Auctores Antididagmatis Colonienſes, formalem cauſam iuſtificationis duplicem eſſe dixerunt, id eſt, iuſtitiam noſtram inhærentem, & Chriſti Domini iuſtitiam imputatam. Verum enimuerò Eccleſiæ Catholicæ ſententia de cauſa formali iuſtificationis, aliter explicatur à Trident. Synodo Seſſ. 6. cap. 7. *Vnica* enim inquit, *formalis cauſa eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit, qua videlicet ab eo donati, renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & nõ modo reputamur, ſed verè iuſti nominamur, & ſumus.*

Quin Pighius in prima controuerſia de peccato originis, & Ambroſius Catharinus in Opuſculo de Lapſu hominis, & de peccato originali, cap. 6. falſum, & hæreticum dixere in eo, quòd peccatum originis nihil eſſe aliud dixerunt, niſi primam Adæ tranſgreſſionem actualem, & nihil eſſe in paruulis vnicuique proprium, & inhærens, quod habeat veram peccati rationem. Extat enim apertiſsima Concilij Tridentini definitio in 5. Seſſione, vbi quatuor ſententiæ leguntur, de peccato originis, quæ ſunt quatuor argumenta contra Piphij, & Catharini doctrinam. Vide Bellar. lib. 2. de iuſtificatione. c. 1.

Præterea Pighius lib. 6. c. 1. de Eccleſiaſt. Hierarchia falſum aſſeruit, dicens Conciliorum generalium conuocationem eſſe inuentum Magni Conſtantini. Non enim hoc ipſe per ſe excogitauit, ſed ſacerdotũ ſententiam ſecutus eſt. Vide Bellarmin. fuſius de hoc agentem, lib. 1. de Concilijs, cap. 13. Tom. 1. controuerſ. 4.

Alberti Pij Carporum Comitis reſponſio ad Eraſmi Roterodami expoſtulationem, edita Pariſijs 1529.

Albertvs Piſanus Hetruſcus, quem Arnoldus Vuion Germanum vocat, lib. 2. Ligni Vitæ, cap. 62. poſtquam Benedictinus Abbas fuit Stadienſis monaſterij, ad Franciſcanum ordinem ob paupertatis amorem ſe adiunxit, poſt Prouincialatum Hungariæ, Boëmiæ, Thuſciæ, & vtriuſque Marchiæ, à Patribus Romæ, anno 1236. congregatis, Miniſter Generalis totius Ordinis (licet abſens) renunciatus eſt, & à Gregorio IX. confirmatus, qui vnicè illum dilexit. Tribuit illi idem Arnoldus Chronicon à condito orbe vſque ad annum 1256. nunc primum excuſum Helmeſtadij anno 1587. cum ſcholijs, & annotationibus hæretici cuiuſdam. Quod admonuiſſe oportuit, tum, vt cautius legatur, tũ vt non cuiuis eius lectionem licere omnes intelligant. Scripſiſſe autem illum Annales quoque ſui temporis in Saxonia alijs placet. Henr. Villot.

Albertvs ord. Prædicatorum Colonienſis, domus eiuſdẽ ordinis Lector, ſcripſit Poſtillam in Lucam, & alia; Henricus autem de Gandauo de eo inquit. *Et vt ſalua pace eius dictum ſit, ſicut à quibuſdam dicitur, dum ſubtilitatem ſecularis Philoſophiæ nimis ſequitur, ſplendorem aliquantulum Theologiæ puritatis obnubilat.* Anno Domini 1280. Trit.

Albertvs de Bickmersdorp Saxo, Epiſcopus Halberſtatenſis triceſimusprimus in ordine, Doctor Pariſienſis, ſcripſit in quatuor libros Sent. In multos Ariſtotelis libros. Expoſuit varias Diuinæ Scripturæ Quæſtiones. Ab Vrbano V. Pont. Max. cum Epiſcopus Halberſtatenſis fuiſſet creatus, anno 1365. præfuit annos vigintiquatuor. Sepultus in maiori æde, ibidem. In Catal.

Albertvs è Saxonia, Theologus Auguſtinianus, cum eſſet in Philoſophia Peripatetica, & Matheſi eruditus, reliquit cõmentaria ad tabulas Alphonſi Regis, quæ pertinent ad iudicia Aſtronomiæ. Incipiunt autem *Tempus eſt menſura motus.* Archetypum verò ſua manu conſcriptum, anno 1031. aſſeruatur Bononiæ in Bibliotheca S. Dominici, ſcripſit Quæſtiones in libros Ariſt. De Phyſico auditu, De generatione, & corruptione, & De Anima, quæ extant Bononiæ in Bibliotheca Auguſtinianorum S. Iacobi. Ioſeph. Pamphilus.

Albertvs Sartianus Mediolanenſis Ord. Minorum, celebris ſui æui concionator, quique operam ſuam Eugenio IIII. Pont. Max. in Concilio Florentino, atque in Legatione Hieroſolymitana nauauit (nimirum, vt acta Sultani cognoſceret) ſcripſit librum Epiſtolarũ Græca miſcens Latinis, iſque in oppido Capiſtrano aſſeruatur. Tractatum de corpore Chriſti ad Patres ordinis. Alterum de Pœnitentia. Apologiam aduerſus oblocutores martyrum. Complures Epiſtolas ad Summum Pontificem, & ad varios Principes, & viros doctos. Mediolani obijt die Aſſumptæ in cœlum Beatiſs. Virginis, anno 1450.

Albertvs Sigebergenſis Benedictinus, commentaria in vtrumque Teſtamentum ſcripſit. Vixit anno 1450. Eiſingrenius.

Albertvs Sperlingius, ſcripſit De maieſtate, & præſentia corporis Domini aduerſus Iacobum Smidelinum. Ingolſtadij 1565.

Albertvs Stadienſis Abbas Chronicon ſcripſit, cui deinceps hoc noſtro æuo Reinerus Reneccius Germanus hæreticus adnotationes tum margini, tum contextui adiecit,

quæ ſapiunt, vel (vt rectius dicam) olent hæreſim. Arnoldus autem Vuion corrigens, & delens, quæ emendatione digna iudicauit, librum ad Vrbem miſit, quem expectamus.

ALBERTVS Suhouius Germanus, Oſnaburgenſis Decanus, reliquit Commentarium an. 1445. in Hymnum, *Lauda Sion Saluatorem.* Alterum in Hymnum, *Aue maris Stella.* Extabant manuſcripti in varijs Bibliothecis Germaniæ. At neſcio an vſpiam è prælis prodierint.

ALBERTVS Vidmanſtadius Ferdinandi Imp. Cancellarius, qui primus Teſtamentũ nouum Syriacum edi curauit, probat efficacibus argumentis Euangelium S. Matthæi, & Epiſtolam S. Pauli ad Hebræos Syriaca lingua fuiſſe conſcriptam. Id quod itẽ facit Guido Fabritius, cuius extat Latina interpretatio noui Teſtamenti Syriaci in Regijs Biblijs. Vide Bellarm. Card. lib. 2. de Verbo Dei, c. 4. vbi agit de editione Syriaca. Cæterum præter illos duos libros totum nouum Teſtamentum è Græco in Syriacum fuit verſum (vt ipſi Syri arbitrantur) à S. Marco Euangeliſta, quod tamen non credit Bellarm. ibid.

ALBERTVS Viſocius, ſiue VViſoski, Polonus nobilis, & Canonicus Poſnanienſis ſcripſit pro Libris De Purgatorio, Cardinalis Bellarmini defenſionem à Rhetoribus Poſnanienſibus aduerſus Rabulam VVitebergenſem, & Lituanũ Miniſtrum ſuſceptam, Orationes quatuor, & totidem colloquia continentem. Poſnaniæ anno 1602.

ALBIONIS, quæ dicuntur eſſe demonſtrationes inſtrumenti nobiliſsimi in Aſtronomia, eſſe putantur Albonis Floriacenſis. Vide, in verbo, Abbo.

ALBINVS, ſiue Alcuinus in ſeptem Pſalmos pœnitentiales. Item in 118. Pſalmum, & in Canticum Canticorum Pariſijs 1568. Vide, in verbo, Alcuinus paulo infra.

ALBO Floriacenſis monaſterij Abbas Benedictinus in Aquitania ob verbum Dei martyr, ſcripſit in calculum Victorij, & Additiones ad eundem. Vixit anno 950. Othone primo Imper.

ALBO Floriacenſis Abbas, ſcripſit Epitomen de vitis Romanorum Pontiff. ex Anaſtaſij Bibliothecarij hiſtoria. Is vnà cum Luitprando Ticinenſi Diacono de eodem argumento, ex eadem Hiſtoria, primò prodijt ex m. s. Codicibus membraneis deſcriptus Moguntiæ anno 1602. apud Albinum. Vide autem in verbo, Abbo.

ALCANTARA Hiſpanus Ordinis S. Franciſci de meditatione & oratione edidit libellum aureum anno 1607. Coloniæ apud Ioannem Crith.

ALCHIMVS ſiue Alcimus Auitus vir ſanctus, qui fuit frater Apollinaris Epiſcopi Viennenſis & tertius à S. Mamerto Viennenſis Epiſcopus, cuius vitam Ado, Gennadius, & alij ſcripſerunt, Dialogos aduerſus Arianam factionem, quæ Africam omnem cum Sardinia Inſula, & magnam Galliæ, atque Italiæ partem occupauerat, Latinè, vt reliqua, conſcripſit, & libellos duos aduerſus Neſtorianos, Eutychianos, Sabellianos. Et cum Fauſtus ex Abbate Lirinenſis monaſterij apud Rhegium Galliæ Epiſcopus factus, in Pelagij errorem (vt Ado Viennenſis refert) lapſus eſſet, aſſerens liberi arbitrij illuminationem, ac virtutem, nõ à Chriſto, ſed à natura eſſe, cõtra hunc errorẽ librum edidit. Epiſtolarum item libros nouem ad Imperatores, Reges, populos, & alios. Libellum quoque de ſubitanea Pœnitentia. Homiliarum libros plures, & poëmata varia, è quibus ſequentia tantum ſuperſunt Opuſcula, reliquis ab Arianis, alijſque hæreticis, contra quos ſcripſerat, aſportatis: quorum inſaniam, & furorem ſæpè expertus, plerumque illorum inſidijs ad mortem vſque & exilium fuit appetitus. Nam ea ætate Imperatorum, Regum, Principumque animos ferè occupauerant hæretici. Valebat autem Alchimus, & ſcribendi, & extemporanea dicendi, declamandique facultate egregiè. Ferunt nonnulli, longè plures extare tanti viri lucubrationes apud Pictauos, & Genuenſes. Quales hi ſunt.

Liber Primus, de Initio mundi, & primorum parentum creatione. Secundus, de Primorum parentum tranſgreſsione. Tertius, de Parentum primorum è Paradiſo expulſione, & de ſententia Domini. Quartus, de Diluuio Mundi. Quintus, de Tranſitu Maris rubri. Sextus, de caſtitatis laude, ad Fuſcinam ſororem.

Hi autem omnes metricè ſcripti ſunt; ſoluta verò oratione, Homilia extat. De prima feſti Rogationum inſtitutione ad populum Viennenſem. Addit Eiſingrenſus librum de Peccato originali: & alterum de Virginitate ad Fuſcinam ſororem, qui debet is eſſe, de quo ſupra, & vixiſſe eum anno 500. teſtatur. At 401. dicit Ado Viennenſ. Errorem putauerim in numeri deſcriptione, aut deprauato codice. Nam an. 491. ſiue 492. vixit. Sixtus verò ait ſub Zenone Imperatore, qui, & addit hæc verba. *Dicuntur eius libri ſex heroico verſu conſcripti in Geneſim, & Exodum extare* Viennæ ciuitatis Auſtriæ, *in Bibliotheca VVolffgangi Lazij.* Porrò Baronius inquit Tom. 5. Annal. ſuorum, ab Alcimo Auito editum fuiſſe catalogũ librorũ Canonicorum. Sanè in Tomo 1. Epiſtolarum Decretalium Epiſtola extat ipſius

ad Hormiſdam Papam inter Epiſtolas Hormiſdæ. Quemadmodum Poëmatum de Geneſi libri quinque, & Epiſtola, quam diximus, Conſolatoria ad Fuſcinam ſororem, habentur in Tomo 8. Biblioth. Sanctorum Patrum edit. 2.

ALCVINVS, qui, & Sigeberto Albinus, alijs autem cum prænomine Flaccus (vt notat Suffridus Petrus) ab alijs Leuita, & Anglus Eboracenſis, primò in Cœnobio S. Petri Londini, ac Bedæ Venerabilis diſcipulus, & Ordinis S. Benedicti congregationis Giribennę Fuldenſis, deinde à Carolo Magno Rege in Galliam euocatus, vbi docuit Haymonem, & Rabanum monachos, qui deinceps fuēre Epiſcopi, atque Vſuardum itidem monachum, viros celebres, opera ipſius Caroli Abbas Cænobij S. Martini apud Turonenſes, doctrinæ, & ſanctitatis vberrima reliquit hæc non infœcunda ſemina.

Interpolatæ expoſitionis ex Patrum ſententijs in Geneſim breuem commentarium forma Dialogiſtica, qui prodijt Pariſijs in Tomo 7. Biblioth. SS. Patrum Bignæi.

In quindecim cantica graduum, id eſt, à Pſalmo 119. vſque ad 133. Morales Notationes.

In Pſ. 118. & in ſeptem Pſ. Pœnitentiales.
In Canticum Canticorum, lib. 5.
In Eccleſiaſten, lib. 1.
In Ioannem Euangeliſtam, lib. 7.
In omnes Pauli epiſtolas, lib. 14.
In Apocalypſim, lib. 1.
De vita Sancti Vedaſti Epiſcopi, lib. 1. Vide Tom. 1. Surij menſe Febr.
De vita Sancti Richarij Abbatis, lib. 1. Tom. 2. Surij, 26. Aprilis.
De vita S. VVilbrodi Epiſcopi, metro, & proſa, lib. 2. Proſam autem adfert Surius Tomo 6. die 7. Nouemb. Metricum autem alicubi extare m. s. audiui.
Ad Quæſtiones Frigidiſi, lib. 1.
Ad Guidonem, de virtutibus, & vitijs librū.
Cōfeſsionē fidei, ſiue doctrinā de Deo, lib. 1.
De Sancta Trinitate, lib. 3.
De adoptione filiorum Dei.
De Eccleſiaſticis dogmatibus librum.
Speculum paruulorum, lib. 1.
Quæſtionum in Geneſim, lib. 1.
De nominum Dei proprietate, lib. 1.
Dialogum ad diſcipulos librum.
De ſeptem artibus liberalibus librum.
Enchiridion in quoſdam Pſalmos, lib. 2.
De benedictionibus Patriarcharum, lib. 1.
Sententiarum, lib. 1.
Ad Eulaliam Virginem de Natura, & Immortalitate animæ, lib. 1.
Prognoſticon de futuro ſæculo, lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

Rhetoricæ autem, ac Dialecticæ eius Inſtitutiones, Politicæ quoque cum ſcholijs Matthæi Galeni excuſæ ſunt Duaci, anno 1568.

Quin etiam, tum hæc, tum reliqua penè omnia edita ſunt Pariſijs, atque Coloniæ Agrippinæ.

Porrò Alcuinus in ordinem redegit, Carolo Magno iubente, Patrum Homilias in Euangelia, quæ per annum publicè in templis leguntur: videlicet Auguſtini 48. Hieronymi 6. Ambroſij 10. Hilarij 1. Fulgentij 2. Origenis 4. Maximini 17. Chriſoſtomi 12. Seueriani 1. Leonis 21. Gregorij 36. Bedæ 48. & Iſidori 1. Reliquæ verò, quæ nunc eius Homiliario leguntur, adiectæ ſunt à Laurentio Surio Cartuſiano. Excuſum autē eſt hoc Homiliarium Coloniæ apud Maternum Cholinum, anno 1517. & anno 1539. ibid. Item 1569. & Pariſijs anno 1535. Cæterum S. Bonifacio Archiepiſcopo Moguntino, vrgente, Miſſas votiuas per hebdomadam decantandas compoſuit, ſicque compoſitas, vnicuique feriæ ſuam attribuit. Quarum prima fuit quæ hodieque ab Eccleſia recitatur, cuius initium eſt. *Benedicta ſit Sancta Trinitas, atq; indiuiſa Vnitas.* Quæ cauſa fuit, cur de eadem Sanctiſſima Trinitate, & fide catholica tres libros doctiſsimos conſcripſerit, qui eius Homiliario adtexti ſunt; è quibus integrum deinceps nocturnum, ac diurnum officium Eccleſiaſticum illius diei collectum, ſancta Romana comprobauit Eccleſia: & ab eadē iuſſum, vt in ſolennitate Sanctiſsimæ Trinitatis perpetuo vſui eſſet: quod & in reliquis ferijs factum eſt. Nimirum, vt Miſſæ celebrarentur, nempè feria 4. de Caritate, feria 5. de Angelis, feria 6. de Cruce, Sabbatho de Beatiſsima Virgine; quamuis deinceps inſtitutum ſit, vt feria prima, id eſt Dominica, proprio Miſſæ officio Eccleſia vteretur. At ea, quæ Sanctiſsimæ Trinitatis feſti eſſet propria, eadem die celebraretur, quæ dies non multo poſt à Ludouico Pio Imper. (concedente Rom. Pont. Greg. IIII.) Alcuini exemplo inſtituta eſt, ſecunda verò feria diceretur de Angelis. Tertia pro peccatis. Quarta pro pace. Quinta pro tribulatione. Sexta, & Sabbatho, vt ſup. Et hæc quidem è Gulielmo Durando in Rationali Diuinorum officiorum. Veruntamen Iacobus Pamelius ad tertium, qui eſt eiuſdem Alcuini, Sacramentorum librum, qui excuſus eſt Coloniæ cum Antiphonario Sancti Gregorij, anno 1571. aliter has Miſſas diſtribuit.

Sed & aliæ vndecim Miſſæ ab Alcuino, quas Eccleſia comprobauit cernuntur ibidem. Claruit Tritemio, anno Domini 770. qui non Sacerdos, ſed Diaconus tantum,



Digitized by Google

Turonis in Domino obdormiuit, die 14. Kalend. Iunij.

Quod autem in Chronico Canonicorum Regularium Alcuinus dicatur Gallus, & præceptor Caroli Magni, inde fieri potuit, quòd in Gallia diu vixerit, quod eum de multis docuerit, quodque Pariſienſis Academię fuerit Auctor, ſiue Director. Porrò in ſecunda editione Bibl. SS. PP. Bignæi habentur ſub nomine Albini Flacci Alcuini Turonenſis Abbatis, ad Signulphũ presbyterũ in Geneſim Quæſtiones. In Eccleſiaſten ad Oniam ſacerdotem, & ad Candidum presbyterum, atque ad Nathanaëlem Diaconum commentaria. Ad Oduinum presbyterum, De Baptiſmi cerimonijs Epiſtola. De ratione Septuageſimæ, Sexageſimæ, & Quinquageſimæ, ad Carolum Magnum Galliarum Imperatorem, Epiſtola. De Diuinis officijs liber. Ad Eulaliam Virginem, De animæ ratione. Epiſtola de Vitutibus ad Guidonem Comitem. De octo vitijs principalibus liber. De S. Trinitate ad Fredericum Quæſtiones 28. De fide S. Trinitatis libri tres, ad Carolum Magnum ſcripti, & miſsi anno Domini 770. His autem adtexitur Caroli Magni Galliarum Imperatoris ad Alcuinum Abbatem, De ratione Sexageſimæ, Epiſtola.

ALCVINVS, ſiue Flaccus Alcuinus præter illa, quorum meminimus plures Adriano Pont. Max. Regi Edilredo, Ducibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Monachis, & alijs Epiſtolas ſcripſit, quæ denique prodierunt opera Henrici Caniſij V. C. in primo Tomo antiquæ lectionis. Ingolſtadij an. 1601. Cæterum anno etiam 1604. recuſus eſt hac prænotatione, *Theſaurus homiliarum, ſeu Concionum ab Alcuino Flacco iuſſu Caroli Magni primum erutus, tandem verò religioſiſs. F. Laur. Surij opera in totius anni Epiſtolas concionibus auctus, & repurgatus. Coloniæ apud Cholinum.* Sed & Epiſtola Alcuini de confeſsione peccatorum, ad pueros S. Martini extat m.s. in Biblioth. S. Galli in Heluetia. Quæ tamen ab Henrico Caniſio edita eſt in Tom. 5. antiquæ Lectionis, ſicuti & ipſius Alcuini Dialectica, & Grammatica.

ALCYSON Epiſcopus Nicopolitanus in Illyrico, inſignis Orthodoxus, ad quem monachi è Palæſtina ſcripſerunt epiſtolam, quã Euagrius ſuæ inſeruit hiſtoriæ, lib. 3. c. 31.

Anno 1385. ALDEBRANDINVS Caualcantes Florentinus ordinis S. Auguſtini Eremitarum, ſcripſit Sermones Quadrageſimales, qui Florentiæ in Bibliotheca S. Spiritus aſſeruantur, quorum initium eſt. *Conuertimini ad me.* Conſtat autẽ eum alia edidiſſe, quamuis interierint; nam ad finem eorum ſermonum dicit: *Si vis plus loqui de Epiſtola, vel de Euangelio, quære inter ſermones Dominicales. Require etiam de hac materia inter ſermones hiſtoriales.* Atqui ſermones quoque feſtiuos compoſuit, quorum primus incipit, *Venite poſt me.* Floruit anno 1385. Hæc Michaël Pocciantius, & Ioſephus Pamphilus. At ego Aldobrandini cuiuſdam Commentarium in Apocalyſim m.s. vidi Venetijs in Bibliotheca, quam Grimanus Cardinalis reliquit inſignem Canonicis Regularibus ord. Saluatoris, apud ædem D. Antonij.

Vide Baronij Annal. ſub annũ 699. vbi item de Sergio Papa. Vide infra. Althelmi ſcriptorum monumẽta.

ALDELMVS Cæſari Baronio Card. eſt Sigeberto Adelmus, Bignæo autem in Bibl. SS. PP. ſecunda editione Adelmus, cuius, ibidem in Tom. 3. Epiſtola extat, ſiue liber ad Hyldilicham Iuſtinam, & ceteras Virgines, De laudibus Virginitatis. At Beda ſic ait: Althelmus, cum eſſet adhuc presbyter, & Abbas monaſterij, quod Maildui vrbem nominant, ſcripſit, iubente Synodo, ſuæ gentis librum egregium aduerſus errorem Britonum, quo vel Paſcha non ſuo tempore celebrant, vel alia perplura Eccleſiaſticæ caſtitati, & paci contraria gerunt; multoſque eorum, qui Occidentalibus Saxonibus ſubditi erant, Britones ad Catholicam Dominicæ Paſchæ celebrationem huius lectione perduxit. Scripſit & de Virginitate librum eximium, quem in exemplum Sedulij geminato opere, & verſibus hexametris, & proſa compoſuit. Scripſit & alia nonnulla, vtpote vir vndecunque doctiſsimus. Nam & ſermone nitidus, & ſcripturarum (vt dixi) tam liberalium, quam Eccleſiaſticarum erat eruditione mirandus. hucuſque Beda. Sub annum Domini 699. Sergij Papæ. Vide ſupra, in verbo, Adelmus, vbi de Aldelmo quædam, qui eſt hic ipſe Adelmus.

ALEANDER, vide in verbo, Hieronymus Aleander Card. ſcripſit Grammaticam ad literas Græcas, Epiſtolas varias, in quibus de rebus item Eccleſiaſticis agit.

ALENSIS. Vide, in verbo, Alexander Halenſis.

ALEXANDER Alenſis. Vide, in verbo, Alexander Halenſis.

ALEXANDER Peſantius Romanus in vniuerſam D. Thomæ ſummã Theologicam Commentaria & Diſputationes edidit an. 1606. Venetijs apud Societatem.

ALEXANDER huius nominis Papa III. Epiſtolas Decretales ſui temporis in vnum codicem redactas Conſulta Alexandri voluit nominari.

ALEXANDER Pont. Max. ab Onufrio Petrus Philargi, ſiue alijs Philareti, vocatus, ſicut moriens dixit, quamuis, quoniã in Creta diu vixit, dictus ſit Cretenſis, ſiue de Candia, ſcripſit Sermones varios. Quodlibeta quædam, Item elegantes commentarios, in

quatuor

quatuor lib.Sent.& alia.Bononiæ autem ann.1410.Nonis Maij,deceſſit,qui apud ordinẽ Minorum marmoreo tumulo eſt conditus. Quin etiam idem ipſe,ſcripſit epiſt.ad Hugonem Eterianum.Quæ extat in Bibl.PP.Bignæi To.9.in editione ſecunda. Anno 1409.

ALEXANDER Epiſcopus Alexãdrinus,quem Athanaſius vſque ad mortem aduerſus Arianam hæreſim intrepidè(vel in ipſa decrepita ætate) depugnaſſe ſcribit in prima oratione cõtra Arianos,reliquit ſeptuaginta Epiſtolas Encyclicas, hoc eſt Orbiculares,ſiue per circuitum, vt Epiphanius tradidit,hæreſi 69. Eius autem,quam dedit ad Syluestrum Summum Pont.(& ſi hæc omnino interijt) extat memoria in Liberij Papæ Epiſtola ad Conſtantium Imper.quam vide in Bibl.SS.PP.Periere item reliquæ omnes præter duas, quarum altera eſt apud Socratem lib.1.c.3.Altera apud Theodoretum lib.1.c.4. At licet apud Theodoretum huius Epiſtolæ inſcriptio ſit ad Alexandrum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Baronius tamen Card.Tom.3.Annal.ſub annum 318.docet inſcriptionẽ illam fuiſſe ſuper additam, nec eſſe poſſe germanam Theodoreti. Quippe neque vni,ſed pluribus Epiſcopis ſcriptam fuiſſe conſtat ex ipſamet Epiſtola. Neque verò adhuc Conſtantinopolis dicebatur ipſa Ciuitas, ſed Byzantium.

Quod autem in hac Epiſtola quædam verba ſint,quæ doctis quoque faceſſiuêre negotium,nimirum in Grçco codice illa ὐδὲ τὰς τῇ ὑποστάσει δύο φύσεις μίαν εἶναι σαφήνιζων hoc eſt, *neque duas ſecundum hypoſtaſim naturas vnam eſſe docens,* reuocãdum eſt ad memoriam id, quod ante hunc Apparatum in præfatione ad Lectorem innuimus, de Verbis aliquot Patrum orthodoxorum.quæ hoc tempore minus cõmodè dici poſſent,quæve tunc liberius proferebantur,cum nulla generalis Synodus ipſa elimaſſet. Quippe Alexander verè Orthodoxus ante Nicænam ſynodum extendit per tropum Dualitatem perſonarum ad naturã, vt Dualitas illa,quæ erat propria perſonarum,tribueretur etiam naturæ,non tamen ſumptæ abſolutè, ſed(vt cum ſcholis loquar) modificatè ſecundum hypoſtaſim.Quæ tropica extenſio,licet tunc reprehendenda non fuerit in tam Catholico Patre,cuius mens aliunde conſtat,tamen,ad euitandum periculum,non fuit deinceps vſurpata ab Eccleſia. Iam verò quidquid ſit de Epiphanio Scholaſtico,qui Latinè illam vertit,vide in verbo, Caſſiodorus, & in verbo,Epiphanius Scholaſticus. Quod autem in fine eius epiſtolæ nominet Diaconos Achillam,Euzoium,Aithalem,Lucium,Sarmatam,videtur error irrepſiſſe.Nam in literis Arij,& ſociorum,ij quoque recenſentur tamquam presbyteri;& in Epiſtola Alexandri ad Sylueſtrum Romanum Pontificem non vnus, ſed plures presbyteri indicantur Arij ſectatores. Obſeruatiõ de Patribus. NOTA.

ALEXANDER ab Alexandria ordinis Minorum Barchinone Doctoratus adeptus inſignia è Miniſtro Genuæ ſextus Generalis ann.1313.Clem. Pont.Max.delectus ſcripſit,

In Magiſtrum Sententiarum.
Poſtillam,quæ incipit, *Annunciabo tibi.*
In Euangelium Ioannis,& in Epiſtolas Pauli.
In Eccleſiaſticum.
In Eſaiam, & Tobiam.
Quæſtiones Quodlibeticas.
Tractatum de Vſuris.

In Metaphyſica,quæ quidem cum nomine Alexandri Halenſis,circũferantur,nos in Apparatu noſtro ad Ariſtotelis philoſophiam in Elencho interpretum Metaphyſices,diximus aliorum ſententiam.Queſtionum variarum librum.In lib.de Anima,& in alios Ariſtot.Claruit Henrico Imp.VII.obijt ann.1314.ſepultus apud Aram cœli,Romæ.

ALEXANDER Alemanus Saxo, ord. Minorum, qui dictus eſt Doctor ILLIBATVS, ſcripſit quædam è reuelationibus hoc eſt, Apocalypſi S.Io.Euang.In quatuor lib. Sententiarum. Quoniam verò tempore vixerit, apud Henricum Vuillot Belgam, qui eius meminit, ſilentium eſt.

ALEXANDER Anglus,qui Summam,ſiue Deſtructorium vitiorum ſcripſit. Vide,in verbo, Alexander Halenſis,ad finem.

ALEXANDER Anglus monachus Cantuarienſis congregationis Cluniacenſis,qui floruit ann.1120.ſcripſit,De dictis S.Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi librum.Arnold.

ALEXANDER Archirota Neapolitanus ord. montis Oliueti, ann. 1580. Florentiæ è typographia Sermartellij eſt euulgatus.

ALEXANDER Arioſtus ord.Minorum duobus Opuſculis nobis profuit; Altero,cui Enchiridion,ſiue Minorica nomẽ eſt, De animarum curanda ſalute: caſus enim omnes, qui in eo ſtudio plerumque emergunt,compendio complectitur. Altero in eo totus eſt, vt conuincat iure diſtinctos Minores ab alijs,licet eiuſdem inſtituti fratribus. At neque cuias fuerit,nec quo tempore vixerit, tradidere Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuanus, neque Henricus Vuillot nec Petrus Rodulphus Toſſiniacenſis,qui eius meminerũt: ille in Seraphica hiſtoria, hic in catalogis ſuorum ſcriptorum. Porrò apud Philippum

Pintium editus eſt Venetijs anno 1513.

Anno 1325. ALEXANDER Prior Generalis Auguſtinianus creatur Archiepiſcopus Rauennę. Qui cum eſſet humanis, & diuinis literis imbutus, ſcripſit iubēte Ioanne XXII. Pont. Max. Opus duobus libris diſtinctum, De iuriſdictione Imperij, & auctoritate Summi Pontificis. Extat Lugduni excuſum apud Claudium Giboletum, ann. 1498.

Ioſeph. Pamphilus.

De Paupertate Euangelica, De Eccleſiaſtica vnitate. In li. Priorum Ariſt. Commentaria. In libros Topicorum Ariſt. & alia multa, quæ Bononię in Bibliotheca Auguſtinianorum aſſeruātur. Liber autem de Poteſtate Eccleſiaſtica ad Ioannem Papam, Romæ quoq; cuſtoditur in Bibliotheca Vaticana pulchris characteribus, & in monaſterio S. Auguſtini alia manuſcripta.

ALEXANDER Auguſtinianus Prior generalis à Pio II. S.R.E. Cardinalis renunciatus eſt, ann. 1460. Qui ſolitus erat dicere. *Difficilius, ſed laudabilius eſſe, hominem fieri bonum, quam doctum, vtilioremq; ſibi, & alijs, eſſe moribus præſtantem, quam doctrina excellentem.* Scripſit De Chriſti ortu, ſermones 100. De cœna cum Apoſtolis facta. De peccato in Spiritum ſanctum. Obijt Tybure, & Romæ ſepultus eſt: In ſacello autem, quod domi ædificauerat, ſepulchrum extrui curauit clam in Scrinij ſpeciem, ita vt facile aperiri poſſet. Intus imago erat depicta Card. mortui iacentis, eo habitu oris, & veſtium, quibus ipſe erat, inſcriptumq; in interiori latere ſepulchri. *In omnibus operibus tuis memorare nouiſſima tua.* Pictor eo mortuo cōfeſſus eſt ſe iureiurando adactum, ne cui hoc patefaceret. Aperiebat, Scrinium, vt poſtea cognitum eſt, quoties oraret, eamq; imaginem ſpeculabatur. Interrogatus initio morbi, quo in loco vellet ſepeliri; *Animam,* inquit, *iampridem Deo voui, nunc corpus Pio relinquo: vbi is volet, me ſepelitote.* Interrogatus, quid vellet mandari ſuis: *Nihil,* inquit, *niſi vt boni ſint, rectéq; viuant.* Inſtante morte ſuis Religioſis ei dicentibus, ne quid timeret. *Quid,* inquit, *ego timeā, qui ad nuptias eo?* Hæc Ioſeph Pamphilus.

ALEXANDER Bonanus Panormitanus ſcripſit Quadrageſimale, quē inſcripſit Portū Panormitanum, ann. 1574.

ALEXANDER Braſſicanus præfationem ſcripſit in Saluianum, De vero iudicio Dei.

ALEXANDER Campegius Bononiæ natus è nobili familia, & eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus, ac demū Cardinalis, librum, De auctoritate Romani Pontificis, & Alterum, de cōcilijs reliquit. Eiſingrenius.

ALEXANDER Epiſcopus Cappadociæ, cum deſiderio Sanctorum locorum Hieroſolymam pergeret, & Narciſſus Epiſcopus eiuſdē Vrbis iam ſenex regeret Eccleſiam, Narciſſo, ac multis clericis eius reuelatum eſt, altera die mane ingreſſurum Epiſcopum, qui adiutor ſacerdotalis cathedræ eſſe deberet. Itaque re completa, vt prædicta fuerat, cunctis in Paleſtina Epiſcopis in vnū congregatis, adnitente quoque ipſo, vel maximè, Narciſſo; Hieroſolymitanæ Eccleſiæ cum eo ſuſcepit adminiſtrationem. Hic in fine Epiſtolæ ad Antinoitas de pace Eccleſiæ ait: *Salutat vos Narciſſus, qui ante me hic tenuit Epiſcopalem locum, & nunc mecum eundē orationibus regit, annos natus circiter centū ſedecim, & vos mecū precatur, vt vnum, idemq; ſapiatis.* Scripſit, & aliam ad Antiochenos per Clementem presbyterum Alexandriæ, necnon ad Origenem, & pro Origine contra Demetrium, quod iuxta teſtimonium Demetrij eum presbyterum conſtituerit. ſed & aliæ eius ad diuerſos feruntur Epiſtolæ. Septima autem perſecutione ſub Decio, quo tempore Babylas Antiochiæ paſſus eſt, ductus Cæſaream, & clauſus in carcerem, ob confeſſionem Chriſti martyrio coronatur. Hæc Hieronymus in catalogo. Porrò Antinoitæ, quorum ſuprà fit mentio, fuere incolæ Antinoiæ, quæ ciuitas Aegypti fuit, quæ item dicta eſt poſtea Adrianopolis, quoniā ab Adriano Imp. condita eſt. Euſeb. lib. 4. c. 7. hiſt.

ALEXANDER Cararius Patauinus, librum edidit De Spōſalibus, & Matrimonijs, qui extat inter Tractatus Venetijs poſtremò editos Tom. 9. fol. 61.

ALEXANDER Carerius Patauinus Iuriſconſultus, emiſit librum, De Poteſtate Romani Pontificis aduerſus falſos, quos ille vocat, Impios Politicos. Patauij apud Franciſcum Bolzetam, ann. 1599.

ALEXANDER Celeſinus, monachus, & Abbas ordinis S. Benedicti, ſcripſit de geſtis Rogerij Siciliæ Regis, cuius fuit æqualis, hiſtoriarum libros ſex.

ALEXANDER Anglus, Epiſcopus Ceſtrienſis, Pſalterium Dauidis expoſuit, ſermōnes plures ad pōpulum habitos ſcripſit, ann. 1238. Eiſingrenus.

ALEXANDER de Clipidō, ſcripſit De auctoritate Eccleſiæ. *Sed vide in verbo Alexander è Sancto Elpidio.*

ALEXANDER Anglus, Eſſebienſis mōnachus, carmine excellens, & proſa anno Domini circiter 1360. protulit in lucē, De ſacris diebus li. 1. Epitomen Britannicæ hiſtorię,



Digitized by Google

lib.1.De Vita S.Bertellini eremitæ,De vita S.Lunguni, ſiue Lungari eremitæ carminum librum,Epiſtolarum ad diuerſos librum.Eiſingr. Arnold.

ALEXANDER Halenſis,quem abs ſe non lectum,neque viſum Henricus è Gandauo Galenſem,alij de Hales vocant,SS.Thomæ,& Bonauenturæ præceptor, ex oppido Halenſi, quod eſt in Anglia, Ordinis minorum, Innocentij IIII. iuſſu totius Theologiæ Summam conſcripſit, ea methodo, quam antea nemo vmquam attigerat. Eam autem Summam Alex.IIII.Pont.diplomate, ac ſeptuaginta Virorum Eccleſiaſticorum Syngraphis comprobauit. Quam poſt alias editiones Franciſcus Franciſcius Senenſis Venetijs excudit anno 1575.recognitam,& quintuplici Indice auctam. Porrò idem Halenſis vtrúque Teſtamentum varijs hincinde annotationibus, velut ſtellulis illuſtrauit,Operi, nomine indito, Poſtilla ſuper tota Biblia. Quin,& mihi dum viueret, cardinalis Sarnanus oſtendit Tomos quatuor manuſcriptos eiuſdem Alexandri Halenſis in D.Marcum,& in D.Lucam, in omnes Epiſtolas D.Pauli, quos optabat in lucem emitti. Scripſit, & Summam virtutum eaque in lucem poſtremò prodijt an.1509.In Pentateuchum Moyſi. comment.In Ioſue. In Iudicum librum. In lib.4. Regum. In Pſalmos item commentaria luculenta, falſo Hugoni à S.Theodorico aſcripta, quæ Venetijs, ann.1496. excuſa ſunt à Gregorio de Gregorijs. Annotationes in duodecim Prophetas minores. De commẽtarijs verò in Metaphyſica Ariſtotelis,quæ Venetijs apud Simonem Gallinianum,an.1572. ſub eius nomine fuerunt excuſa, vide in verbo, Alexander ab Alexandria. Declarationem regulæ Minorum. De concordia item iuris humani, atque Diuini. Sed & Eiſingrenius addit ab eodem Halenſi expoſitos quatuor Magiſtri libros, qui quidem Lugduni 1515. typis ſubiecti prodierunt. Vitam item B. Thomæ cantuarienſis, atq; Richardi Angliæ Regis, Deque factis Mahometi Volumen, ac Sermones ad populum habitos,atque adeo in Epiſtolas omnes D. Pauli ferunt eum ſcripſiſſe.Obijt Pariſijs ann.1245.vt Petrus Rodulphus Toſiniacenſis in ſua Hiſtoria Seraphica tradit,qui & eius laudes eſt perſecutus. Alexandri præterea Angli Theologi, (vt habet inſcriptio)vetuſtiſsimi Summam, ſiue Deſtructorium Vitiorum, edidit Venetijs Damianus Zenarius, anno 1582. Porrò ad huius Auctoris, qui merito dictus eſt *Irrefragabilis*,doctrinam ſolidè percipiendam perutilis eſt Summula Reſolutionum eiuſdem, quam Proſper Vrbinas acri vir iudicio in ordinem & compendium redegit. Vide in verbo, Proſper Vrbinas.

ALEXANDER Heckam Anglus maiorẽ Bibliorum partem expoſuit.Vixit an.1220. Eiſingrenus.

ALEXANDER Heſſus de Chriſti Incarnatione libros quatuor ſcripſit,Eiſingrenus. Anno 1474.

ALEXALDER Imola. Vide infra in verbo,Alexander Tartaginus è Foro Cornelij.

ALEXANDER monachus,& Abbas ſecundus Monaſterij S. Saluatoris Aquiſcincti, congreg.Cluniacenſis,anno Domini circiter 1160.prædeceſſoris ſui geſta ſcripſit, nimirum De vita Beati Goſuini Abbatis, lib.1.qui aſſeruantur m. s.Aquiſcincti.Arn.

ALEXANDER monachus Græcus Orationẽm vberem Græcè ſcripſit, De Inuentiõe S.Crucis,quæ prodijt denique in lucem tum Græcè, tum Latinè verſa ab Andrea Scotto Societatis noſtræ Viro pereruditò, tum Notis illuſtrata à Iacobo Gretſero Theologo Societatis noſtræ, Ingolſtadij ex typographia Adami Sartorij,ann.1600.Extat autem m. s. in Bauarica Bibliotheca,& in Crypta Ferrata prope Tuſculũ Latij Ciuitatem Vrbi vicinam,& alibi.Huius autem Alexandri, cum neque Patriæ, nec cognominis, neque æui, quo vixerit,mentio vlla extet,quòd hactenus reſcire potuerim; ſatis modo fuerit, noſſe, eum à Glyca. p. 4. citari: In codice autem Cryptæ Ferratæ haberi hanc inſcriptionem. Ἀλεξάνδρου μοναχοῦ λόγος ἱστορικὸς περὶ τῆς εὑρέσεως τοῦ τιμίου σταυροῦ πρός τινας ὁσίους πατέρας προτραπέντος ὑπ' αὐτῶν ἐν ᾧ ἐστι θεολογία ἀληθὴς, καὶ περὶ τῆς θείας οἰκονομίας ἀπλανὴς ὁμολογία, καὶ ἐγκώμιον εἰς τὸν τίμιον σταυρόν. hoc eſt. *Alexandri monachi hiſtorica De inuentione veneranda crucis ad quoſdam Sanctos Patres,quorum cohortatione ad ſcribẽdum exceſſerat,in qua eſt Theologia vera,& de Diuina diſpenſatione ſyncera confeſsio,& Encomium in venerandam crucem.*

Ceterum cum varias diuerſorum codicum lectiones afferat idem Gretſerus,è quibus hanc Orationem abſolutiorem cõfecit, viderit illas cordatus Lector in eiuſdem ad eam Notis,ſecundo Tomo de Cruce.

Quòd autem dubitari poſſit,multa,quæ in hac oratione leguntur, haberi in Chronico Iulij Pollucis,quod m.s.in Bibliotheca Bauarica ſeruatur, quodq; breui euulgandum expectamus,idem,cum ipſo Gretſero dixerim, aut à Iulio Alexandrum fuiſſe expilatum aut Iulium ab Alexandro,aut ab vtroque tertium,quoniam non modo ſententijs,verum etiam verbis paſsim conueniunt.

Ne quis autem putet è nonnullis Alexandri verbis, eum non rectè ſenſiſſe de Proceſ-

ſione

Digitized by Google

ſione Spiritus ſancti, quoniã non meminerit Filij à quo quidem, ſicut à Patre procedit, vtrumque ab Alexandro fuiſſe intellectum diſerta ipſius comprobant verba, aſſerentis Filium habere omnia, quæ Pater habet, præter ἀγεννησίαν, hoc eſt innaſcibilitatem, & id, quo Pater eſt Pater. At tu Lector vide planius hæc in notis Gretſeri ad hunc locum.

ALEXANDRI Quinti Pont. Max. ad Magiſtrum Hugonem Etherianum, Epiſtola To. 9. Bibl. SS. PP. edit. 2.

ALEXANDER è Sancto Elpidio, quod Oppidum eſt in Vmbria, Romanæ Eccleſiæ ditione, quem puto errore ſiue Amanuenſium, ſiue alio fuiſſe ſcriptum, *De Clipido*, Generalis D. Auguſtini Eremitarum Magiſter, ſcripſit De Eccleſiaſtica poteſtate. De Eccleſiaſtica paupertate. De Eccleſiaſtica vnitate, præter Commentarios, quos in libros Priorum, & Topicorum Ariſtotelis reliquit. Vixit ann. 1330. Ambroſ. Coriolanus.

ALEXANDER Tartaginus è Foro Cornelij, hoc eſt Imolenſis I. V. C. ſcripſit In Sextũ Decretalium. In Clementinas. In Codicem. Super Digeſtum vetus, & nouum, & Infortiatum. Floruit Sixto IIII. Pont. Max. anno Domini 1470.

At idem Alexander Tartaginus, dictus de Imola, cum perutilis ſit, fuit tamen inquinatus annotationibus Caroli Molinæi, quas (licet prohibitas) cum non pauci vel legerẽt, vel ne ipſo Alexandro priuarentur, ægrè dimitterẽt, Thomas Manricus, Apoſtolici Sacri Palatij Magiſter, Pij V. Pont. ſanctæ memoriæ iuſſu, quæ delenda eſſent, adhibitis doctis Viris obſeruauit, & in lucem edidit, vt quiſque ijs deletis tuta conſcientia poſſet retinere. Obſeruata autem hæc ſunt in editione Lugdunenſi, ann. 1556. Anno 1570.

## EX LIBRO PRIMO

Tollantur Epiſtolæ Caroli Molinæi quatuor folijs contentæ.

Ibi, *Liber Primus Conſiliorum, &c.* tolle hæc, *Opera Caroli Molinæi Iureconſulti Pariſienſis, cum eiuſdẽ C. M. annotationibus analyticis.*

Conſ. 4. fol. 9. col. 2. ver. *iuramenti*, ad medium, tollantur duo verba, *veritas vt.*

Conſ. 8. fol. 11. col. 2. ver. *fuerunt*, tollatur integra additio, à dicto verbo, *fuerunt*, vſque ad literas. C. M.

Conſ. eod. fol. eod. col. 3. ver. *correcta*, tollatur tota additio, ab eodem ver. vſque ad illud, *exemptos fuiſſe.* C. M.

Conſ. 27. fol. 28. col. 3. ver. *producto*, tolle quatuor lineas, à ver. *& male*, vſque ad illud, *ſeruamus.*

Conſ. eod. fol. 29. col. 2. ver. *ſalutis*, tolle duodecim lineas, à ver. *vbi iuſte*, vſque ad illas literas C. M. Ibid. in ver. *tertio ratione*, à ver. *ſed omnes*, vſque ad literas C. M. tolle vndecim lineas. Ibidem paulo inferius ver. *actus*, tolle quinque lineas.

Ibid. col. 3. quatuor lineas, à ver. *valebit*, vſque ad illud, *nu. 3.*

Conſ. 42. fol. 40. col. 2. ver. *iuramentum*, tolle quinque lineas ab eodem ver. vſq; ad illud, *num. 4.*

Conſ. eod. fol. 41. col. 2. ver. *alias*, tolle ſeptem lineas ab eod. ver. vſque ad illud, *§. lxxvi.*

Conſ. 59. fol. 54. col. 2. ver. *inſtrumento*, tolle 25. lineas, ab eod. verſ. vſq; ad illud, *conſi.* C. M.

Conſ. & fol. eiſdem col. 3. ver. *non valet*, tolle omnes additiones ſequentes ab eod. ver. *non valet*, vſq; ad illud, *quæ ad eum ſpectant*, C. M. ſcilicet lineas 32.

Conſ. 79. fol. 68. col. 3. ver. *forum*, tolle lineas 24. ab eod. verbo, vſq; ad illud, *lxxv.* C. M.

Conſ. 85. fol. 73. col. 2. ver. *ipſo iure*, tolle ſeptem lineas, à ver. *ſed eſt falſum*, vſq; ad illud, C. M.

Conſ. 97. fol. 82. col. 2. ver. *nec etiam*, dele quatuor lineas, à ver. *ſed errant*, vſq; ad illud, C. M.

Conſ. 125. fol. 104. col. 2. ver. *ſeruandum*, tolle ſeptem lineas ab eodem verſ. vſque ad illud, *conſi.* C. M.

## EX LIBRO SECVNDO

Tollatur Epiſtola Molinæi, & ibi, *Liber Secundus, &c.* tollantur decem lineæ à ver. *Opera Caroli*, vſq; ad illud, *accommodatis.*

Conſ. 1. fol. 2. col. 3. ver. *diſpenſari*, tolle ſex lineas à ver. *ſed tunc*, vſq; ad illud, *mendacis.* C. M. Ibidem ver. *ſpectat*, tolle tres lineas. Ibidem ver. *non peccat*, in fine, tolle illa verba, *ſecus in Diuinis, & quoad Deum.*

Conſ. 3. fol. 4. col. 2. ver. *tollit*, aufer quinque lineas à ver. *ſed ſunt ineptiæ*, vſq; ad illud, C. M.

Conſ. 11. fol. 12. col. 3. ver. *iuramento*, tolle illa verba in fine, *verum eſt vt etiam.*

Conſ. 12. fol. 13. col. 3. ver. *factum*, tolle ſeptem lineas.



Digitized by Google

Conſ.37.fol.28.col.2.ver.*Paulus*, tolle quinque lineas, vſque ad illud, *C.M.*
Conſ.38.fol.eod.col.4.tollatur tota Epitome incipiens, *Si mulier*, vſq; ad illud. *C.M.*
Conſ.65.fol.46.col.3.ver.*laicum*, tolle illud, *ſed hoc friuolum eſt.*
Conſ.91.fol.63.col.3.ver.*ſaperet*, tolle quatuor lineas.
Conſ.119.fol.83.col.2.ver.*vſurarum*, tolle 13.lineas ab eod.verbo, vſque ad illud, *C.M.*
Conſ.121.fol.84.col.3.ver. *contrariam*, tolle 24.lineas, à ver.*quod mihi videtur*, vſq; ad illud, *ſuperſtitio. C.M.*
Conſ.eod.in fi.fol.85.col.2.ver.*religione*, tolle 18.lineas ab eod.ver.vſque ad C.M. Ibidem ver.*capacem*, dele tres lineas.
Conſ.139.fol.97.col.2.ver. *vſufructus*, tollantur quinque lineæ. Ibidem col. 3. ver. *valere*, tolle ſex lineas.
Conſ.157.fol.110.col.2.ver. *validatur*, tolle tres lineas. Ibid.col.3.ver. *Iuramenti*, item tres lineas, & paulo infra ver.*Iuramentum*, ſeptem lineas. à verſ.*ſed dicendum*, vſque ad C. M.
Conſ.163.fol.113.col.3.ver.*pium*, tolle tres lineas ab eod ver. vſque ad illud, *vbi dixi.*
Conſ.178.fol.123.col.3.ver.*non valet*, tolle vndecim lineas ab eod.ver.vſque ad C. M.
Conſ.205. fol.144.col.3. ver. *iuratum*, tolle 19.lin.ab eod.ver.vſque ad C.M.
Conſ.209.fol.147.col.2.ver.*per ea*, tolle 15.lin.ab eod.ver.vſque ad illud, *gl.fin.* Ibid.col. 3.ver.*Epiſcopi*, 13.lin.ab eod.verbo, vſque ad illud, *Sempronius.C.M.*
Conſ.211. fol.156.col.2.deleantur omnes additiones à verbo *excludit*, vſque ad illud. *vt ſæpe dixi*, ſcilicet 15.lineæ. Ibid.col.3. ver.*habilitatio*, deleantur vndecim lineæ vltimæ, à ver. *quam limitationem*, vſque ad illud, *pub.C.M.*

## EX LIBRO TERTIO

Tollatur Præfatio, & ibi, *Liber Tertius*, tollantur octo lineæ à ver.*Opera Caroli*, vſque ad illud, *margini accommodatis.*
Conſ.1.fol.3.col.2.ver.*non valet*, tollantur tres lineæ.
Conſ.4.fol.6.col.2.ver.*probet*, tres lineæ.
Conſ.6.fol.7.col.3.ver.*profanis*, in medio, auferantur hæc omnia, *Hodie non curamus de huiuſmodi formis.*
Conſ.9.fol.11.col.2.ver.*prælatura*, auferantur quinque lineę à ver.*ſed hoc non obſeruatur*, vſque ad illud, *ſollennitatem.*
Conſ.13.fol.14.col.2.ver.*concludo*, in medio, corrigatur, ver. *Sectam*, & mutetur in *Religionem*, vt conſtet ſenſus.
Conſ.17.fol.18.col.3.ver.*medio*, in prima linea auferantur hæc, *quæ habuit ortum ab errore Canoniſtarum.*
Conſ.20.fol.20.col. 2. ver.*obſtet*, tollantur tres lineæ.
Conſ.21. fol.21.col.3. ver.*alio*, quinque lineæ à ver.*ad ineptias*, vſq; ad illud, *C.M.*
Conſ.29.fol.27.col.2.ver. *reliquiſſe*, in fine, tollantur duæ lineæ à ver. *quod faciunt*, vſq; ad illud, *exultauit*,
Conſ.38.fol.34.col.3.à ver.*Deum*, omnia quæ ſequuntur vſq; ad illud, *dixi. C.M.*
Conſ.63.fol.46.col.2.à ver.*competentem*, vſq; ad illud, *Præfa.glo.*
Conſ.80.fol.58.col.2.ver.*tempus*, tollantur decem lineæ, ab eod.ver.vſq; ad illud, *iiij.C.M.*
Conſ.81.fol.60.col.2.ver.*iuramento*, tollantur ſex lineæ, vſque ad illud, *nu. 13.*

## EX LIBRO QVARTO

Tollatur Præfatio Molinæi, & ibi, *Liber Quartus*, tollantur octo lineæ à ver. *Opera Caroli*, vſq; ad illud, *accommodatis.*
Conſ.6.fol.6.col.2.ver.*duplex*, tollantur lineæ 20.à ver.*ſed poſtea*, vſq; ad illud, *auxiliū.C.M.*
Conſ.17.fol.13.col.3.ver.*Eccleſia*, decem lineæ.ab eod.ver. vſque ad illud, *gl.vij.*
Conſ.55.fol.38.col.2.ver.*non poſſunt*, tollantur decem lineæ à ver. *quod notat*, vſq; ad illud, *fundamentum incluſiuè*, & relinquatur additio ſic, ver.*non poſſunt, c.ſi ſacerdos*, & reliqua, quę ibi ſequuntur.
Conſ.56.fol.39.col.2.ver.*veritas*, deleantur lineæ 28.à ver. *videat otioſus*, vſque ad finem additionis, ſcilicet *Ioan.xiiij.*
Conſ.eod.fol.39.col. 3. dele hæc verba, *quia contra ius Diuinum.*
Conſ.60.fol.42.col.2.deleantur omnes additiones à principio vſq; ad finem per totam col. ſcilicet lineæ 55.



Digitized by Google

Conſ.74.fol.49.col.3.ver.*habitu*, dele hæc, *prolixè, & ſuperſtitioſè diſtinguat*.C.M.
Conſ.eod.fol.50.col.3.ver.*potuit*, dele quatuor lineas à ver. *ſed veritas*, vſq; ad illud, *teneat*.
In Themate Conſ.81.fol.56.col.2.ver.*peiora*, deleantur quatuor lineæ ab eodem ver. vſque ad illud, *recentem*.
Conſ.96.fol.63.col.2.ver.*commodatarius*, decem lineæ à ver. *ſed poſteaquàm*, vſq; ad illud, *titulo haberi*.
Conſ.100.fol.65.col.2.ver.*his tamen*, in medio, tolle hæc, *quoniam tales ſecundum Apoſtolum. 1. Timoth.6.viatico contenti eſſe debent*.
Conſ.105.fol.66.col.3.ver.*per ea*, tollantur omnes additiones à principio, vſque ad finē, per totam col.ſcilicet lin.22.
Conſ.112.fol.70.col.3.ver. *Ferraria*, tolle 14.lineas à ver. *ſed falſum eſt*, vſque ad C.M.
Conſ.119.fol.75.col.2.ver. *iuris*, dele lineas 28. à ver. *ſed mora*, vſque ad illud, C.M. Ibid.col. 3.ver.*trium*, dele à principio vſque ad illud, C.M.
Conſ.121.fol.67.col.2.ver.*dominium*, tolle quatuor lineas.
Conſ.125.fol.81.col.3.ver.*ſicut*, tolle octo lineas ab eod. ver. vſque ad C.M.
Conſ.126.fol.82.col.3.ver.*non peccat*, tolle 14.lineas ab eod.ver. vſque ad C. M.

## EX LIBRO QVINTO

Tollatur Præfatio Molinæi, & ibi, *Liber Quintus*, ſex lineæ à verſ. *Opera Caroli*, vſq; ad illud, *accommodatis*.
Conſ.1. fol. 3.col. 2. à ver. *conſtantia*, auferantur lineæ 24. vſq; ad illud, *ſubſcribente*, C.M.
Conſ.3.fol.6.col.2.ver. *integrum*, lin.15.ab eod.ver. vſque ad illud, *§.lxviij*.
Conſ.5.fol.7.col.2. ver.*Canonico*, quatuor lineæ ab eod.ver. vſque ad illud, *nu.72*.
Conſ.24.fol,24.col. 3. ver. *Syluestro*, tollantur lineæ 42. à principio vſque ad illud, *negat*. C.M.
Conſ.52.fol.44.col.3.ver.*Italica*, tolle ſex lineas.
Conſ.69.fol.50.col.3.ver.*præſumuntur*, aufer duas lineas vltimas.
Conſ.72.fol.56.col.3.ver.*reſpondit*, tolle lineas octo à ver. *licet Alex*. vſque ad C. M.
Conſ.80.fol.62.col.2.ver.*arbitrator*, dele ſex vltimas lineas à ver. *quod non abs re*.
Conſ.eod.fol.63.col.2.ver.*iuramentum*, dele tres lineas, vſque ad illud. *Conſ.28*.
Conſ.92.fol.73.col.2.ver.*præſentata*, tollatur tota additio, quæ occupat integram columnam, & videtur facta in odium prouiſionum Rom.Pontificis. Scilicet ab eod.ver. vſq; ad illud, *texere videatur*. C. M.
Conſ.102.fol.77.col.3.ver.*inciſum*, in fine tollantur octo lineæ à verbo, *& etiam limitatio*, vſque ad C.M.
Conſ.121.fol.88.col.3.ver.*concludit*, tolle nouem lineas à ver.*Lauren*. vſque ad C.M.
Conſ.131.fol.93.col.3. ver. *commune*, tolle ſex lineas à ver. *Phil. Melanchth*. vſque ad illud, *& bene*.
Conſ.133.fol.96.col.2.ver.*iurauerit*, tolle quinque lineas à ver. *ſed eſt falſum*, vſq; ad illud, *contractus*.
Conſ.180.fol.128.col.2.ver.*iurauerit*, aufer lin. 49. ab eod.ver. vſq; ad illud, *§. cxxij*. C. M. & ibidem, ſequente additione, ver. *tempore*, tolle ſeptem lineas à ver. vſque ad illud, *hominibus, &c*. C.M.
Conſ.187.fol.132.col.3.ver. *leges*, aufer lineas 15.ab eodem. ver. vſque ad illud, *hominibus, &c*. C. M.

## EX LIBRO SEXTO

Tollatur Præfatio Molinæi, & ibi, *Liber Sextus*, ſeptem lineæ, à ver. *Opera Caroli*, vſq; ad illud, *accommodatis*.
Conſ.6.fol.4.col.3.ver.*Senenſes*, tollatur tota additio, vſque ad illud, *inuexiſſe*. C. M. & ibi. ver. *infideles*, tollantur hæc, *exceptis paucis Theologaſtris adulatoribus Papæ*.
Conſ.8.fol.6.col.2.ver.*vſurarum*, tollantur vltimæ vndecim lineæ à ver. *videtur Alex*.
Conſ.14.fol.10.col.2.ver.*Iuramentum*, quinque lineæ.
Conſ.54.fol.23.col.3.ver. *venditoris*, auferatur tota additio, ferè per integram columnam, vſque ad illud, *C.de vſuris*.C.M. quia hic in materia vſurarum ſpecialiter fuit hæreticus.
Conſ.78.fol.31.col. . .ver. *Italica*, tollantur octo lineæ vltimæ, à ver. *vnicum remedium*, vſque ad C.M.



Digitized by Google

Conſ.83.fol.34.col.2.ver. *iuramento*, tres lineæ.
Conſ.87.fol.36.col.2. ver. *ludo*, auferantur 72.lineæ, ab eod.ver. vſque ad illud, *prout deficit.C.M.*
Conſ.93.fol.42.col.3.ver. *differentia*, in medio tollãtur quindecim lineæ à ver. *præfata differentia*, vſq; ad illud, *vt tenet*. Ibid.ver. *Eccleſia*, tollatur tota additio ab eod.ver. vſque ad illud, *atheos eſſe.C. M.*
Conſ.152.fol.73.col.3.ver. *iuramento*, tollantur tres lineæ.
Conſ.160.fol.78.col.3.ver. *ſynodalis*, ſeptem lineæ.
Conſ.185. fol.49. col.3.ver. *iuramentum*, tolle hæc, *ſed non eſt verum nec practicatur*, C.M.
Conſ.206.fol.111.col.3.ver. *diſtributio*, tolle lineas 34. à ver. *& ad hoc poſſunt*, vſque ad illud, *poteſt.C.M.*
Conſ.209.fol.114.col.2.ver. *pœnam*, tolle hæc, *vbi contrarium tenuit*, *C.M.*
Conſ.219.fol.122.col.2.ver. *longo in fine*, tolle ſex lineas, à ver. *ſed in locis*, vſq; ad illud, *conſilia.C.M.*
Conſ.233.fol.131.col.3.ver. *blaſphemare*, tolle lineas 24. à verbo, *verbi gratia*, vſq; ad illud, *noſtris.C.M.*
Conſ.239.fol.136.col.2.ver. *Epiſcopum*, deleatur tota additio, vſque ad illud, *col.4.C.M.*

## EX LIBRO SEPTIMO

Tollatur Præfatio Molinæi, & ibi, *Liber Septimus*, ſex lineæ, à ver. *Opera Caroli*, vſq; ad illud, *accommodatis.*
Conſ.13.fol.10.col.3.ver. *pecuniaria*, tollatur tota additio magna, vſq; ad illud, C.M.
Conſ.29.fol.21.col.3.ver. *in rem*, tollantur ſeptem lineæ.
Conſ.51.fol.34.col.3.ver. *Sigiſmundus*, dele hæc, *cui Pontifices inhiabant.*
Conſ.63.fol.43.col.2.ver. *imo*, tollantur tres lineæ.
Conſ.89.fol.56.col.3.ver. *iuramentum*, 15.lineæ ab eod.verbo, vſque ad illud, *ſuſtineri*, C.M.
Conſ.100.fol.62.col.3.ver. *fructibus*, quinque lineæ vltimæ à ver. *Phil.Melancht.*
Conſ.101.fol.63.col.2.ver. *Dei*, quindecim lineæ à ver. *atqui non eſt hominis*, vſque ad illud, *ſuper omnes Eccleſias*, quod eſt in ver. *liberam*, proximè ſequẽti. Et in eod. ver. *liberam*, in fi. decem lineæ à ver. *quæ ſunt falſa*, vſq; ad illud, *iuſta cauſa*, C.M.
Conſ.116.fol.73.col.2.ver. *Suffraganeus*, tolle lineas 41. ab eod.ver. vſque ad illud, *beneficium*, C.M.
Conſ.119.fol.74.col.3.ver. *iuramentum*, quatuor lineas, vſque ad C.M. Ibidem ver. *iuramentum*, nouem lineas à ver. *ſed ego dico*, vſque ad C.M.
Conſ.130.fol.83.col.2.ver. *promiſit*, dele omnes additiones, quæ ſequũtur per totam eandem columnam, & ſequentem, vſq; ad illud, *manifeſtari incipit*, C.M.
conſ.145.fol.91.col.2.à ver. *corporali*, tollatur tota additio, quæ occupat integram colũnam vſq; ad illud, *immunitas*, C.M.
conſ.146.fol.92.col.2.ver. *valuiſſe*, tolle 14. lineas à ver. *ſed veritas*, vſque ad illud, *practicamus.C.M.*
conſ.149.fol.94.col.3.ver. *etiam*, tolle 16.lineas, ab eod.ver. vſque ad illud, *nu. 1.* C.M.
conſ.150.fol.95.col.ver. *valet*, octo lineas à ver. *Alex.* vſque ad C,M.
conſ.180.fol.114.col.2.ver. *noſtrum*, 24.lineas ab eod.ver. vſq; ad illud, *depoſitum*, C. M.
conſ.210.fol.130.col.2.ver. *licita*, tolle ſex lineas ab eod.ver. vſque ad illud, *vſur.C.M.*
conſ.213.fol.131.col.2.ver. *abſolutio*, & ver. *validitas*, tolle 28. lineas, vſque ad illnd, *ius dicere.* C.M.

ALEXANDER Turrianus cremenſis canonicus congregationis Lateranenſis, Epiſcopus Sithienſis, De Fulgenti radio Hierarchiæ eccleſiaſticæ extat editus.

ALEXANDRI à Turre canonici Reg. de Eccleſiaſtica Hierarchia libri decem in quibus hæreticorum calumniæ contra S.R.E. profligantur. Apud Societ. Venetam an.1604. De Almaricianorum hæreſibus, & concrematione breuis narratio. Tom.4. Bibl. Sanctorum Patrum, edit.2.

ALEXANDER Villadeus, ſiue de Villa Dei, patria Dolenſis, ſiue vt Tritemio placet Normannus Gallus, ord. Minorum, ſcripſit Acta Apoſtolorum Leoninis Hexametris verſibus. Vtriuſque verò Teſtamenti corpus duodecim millibus verſibus Hexametris ſupra ducentos in compẽdium redegit, ita vt cuiuſlibet capitis Summam qualibet dictione exprimeret. Librum de computo Eccleſiaſtico. De ſphæra. De arte numerandi. Doctrinale puerorũ. Terſiora verò illius opera reddidit Hubertus Suſannęus Poëta Gallus multis

expunctis, nec paucis additis. Vixit an. 1240.

ALEXANDRVM autem Setonum Scotum, quem Eiſingrenius citat, eiuſque ſcripta commemorat, credo vir optimus non legerat; Nam & ipſe (quod deinceps fecit Eccleſia) illum è ſuo libro eraſiſſet. Sanè tamquam Apoſtatam; (eum nempe qui ann. 1541. ſcripſit) inter Auctores primæ claſsis proſcribit Index Romanus, qui Clemente VIII. Pont. Max. prodijt.

ALEXANDRINVM Concilium ab Athanaſio celebratum eſt, auctore, vt creditur, Liberio Pont. Max. ad reſtituendam collapſam diſciplinam Eccleſiaſticam; Actum eſt quoque de recipiendis lapſis Epiſcopis, & alijs; Ac Quæſtio agitata eſt. De Sanctiſs. Trinitatis hypoſtaſibus, ſiue perſonis. Vide Baron. Tom. 4. ſub ann. 362.

ALEXANDRINI Concilij Epiſtola cum duodecim anathematiſmis ſcriptis à Cyrillo, fuit recepta, & approbata in Synodo Epheſina, & Chalcedonenſi, vt ibidem conſtat. Vide in verbo, Anathematiſmi.

ALEXANDRINA Synodus aduerſus errores Origenis ſub Theophilo, quæ, & ſynodicam ad Anaſtaſium Pont. Max. Romam miſit de erroribus condemnatis, ann. Domini 399. Vide Hieron. Epiſt. 78.

ALEXANDRINA Synodus alia anno Domini 430. Celeſtini autem Papæ VII. à Cyrillo Alexandrino Epiſcopo acceptis litteris à Celeſtino cõgregata eſt de negocio Neſtorij Synodaliſque ad eum Epiſtola eſt data. Eam cum Anathematiſmis Romani Concilij eadem de re à Celeſtino habiti Baronius inſeruit To. 5. ſuorum Anna. ſub eundem annũ.

ALEXANDRINA Synodus orthodoxorum anno Domini 453. (vel circiter) congregata à Proterio Alexandrino Epiſcopo, in qua actum, vt ad catholicam communicationem, qui hactenus ob hęreſim Eutychianam ſeparati fuiſſent, catholica oblata profeſſione redirent.

ALEXIVS Bolanus Venetus ord. Seruorum, ſcripſit De Aduentu Domini, & Commentaria in D. Pauli Epiſtolas. Viuebat ann. 1423.

ALEXIVS Comnenus Græcorum Imp. Reſcriptum reliquit De Donarijs, & rebus ſacris, quod Auream Bullam inſcripſit, in qua inter cetera extant hæc verba. *Quare in poſterũ tum ſibi, tum poſt ſe futuris Chriſtiani Dogmatis Principibus* AVREA *hac Bulla legem non minus obſeruandã imponit, quãſi à Deo ipſo dictaretur. Ne quis* POST HAC SACRA TEMERE CONTRECTET, *etiam ſi vel Cadmea neceſſitas vrgeat, ne manus impuras ſacris rebus inijciat, ne profana ex Diuinis clenodia fiant, dum in publicos vſus circumferuntur: cumq; inter Deum, & homines ſit interſtidij loco poſitum, quod nullus, ſi modo pius fuerit, trangredietur: Homines quidem rebus noſtris vtemur, fruemur; Deo autem ſarta tecta manebunt quæcunq; illi conſecrata fuerint, nec illa manibus vel audaciſsimis contingent. Quod ſi quis, Domine Deus, in poſterum manus ſacris, & Diuinis clenodijs, vtenſilibus, & vaſis, quæ ſacris olim, & venerãdis Eccleſiis tuis dicata, vel in poſterum dicanda fuerint, inijcere audeat, is ne lumine in die viſitationis tuæ fruatur, ne Sol illi matutinis illuceſcat, nec tuo hic auxilio, nec tua iſthic Diuina protectione gaudeat: ſed vbiq; deſpectus à te deſertusq; iaceat. Porrò hoc Reſcriptum anno Imperij ſui ſecundo promulgauit, qui incidit in ſeculum duodecimum.* Extat in ſecunda editione Bibl. PP. Bignæi.

ALEXIVS Hugo Brixianus monachus Benedictinus congregationis Caſsinenſis S. Iuſtinæ, qui floruit anno 1530. ſcripſit De ſolitudine Dialogum, excuſum Venetijs anno 1545.

ALEXIVS Porrus, Romanus Theologus, Ord. Carmelitani, qui ſancto inquiſitionis Officio nauauit operam, & exorciſtæ munere Venetijs diu eſt functus, varia Italicè edidit, quæ pietatem ſpirant, & eruditionem ſapiunt.

Conceptum Scripturalem ad illam Salomonis ſententiam Eccleſ. 1. *Vanitas vanitatem & omnia vanitas.* Parmæ apud Eraſmum Viottum ann. 1594.

Lectionem Spiritualem in 48. carmen Petrarchæ. Parmæ apud Eraſmum Viottum 1594.

Orationem in laudem S. Hiacinthi Poloni, Ordi. Præd. Placentiæ apud Ioan. Baſacium. 1594.

Orationem de Purgatorio, & ſuffragijs mortuorum in Anniuerſario generali Confratrũ Sodalitatis Sanctiſs. Crucifixi. Parmæ apud Eraſmum Viottum an. 1594.

Reſponſio ad Quæſita quatuor de S. Paulo Apoſtolo. Primum. quo tempore, & quomodo conuerſus eſt. Num in ipſa conuerſione, an poſtea fuit raptus ad tertium Cœlum. Num tertium cœlum intelligendum ſit illud, quod Veneri tribuitur, aut aliud, iuxta Aſtrologos. Quænam fuerint arcana illa, quæ ſe vidiſſe D. Paulus ſcripſit. Quid illud ſit, quod ſibi datum fuiſſe inquit, nempe ſtimulum carnis poſt raptum ad tertium cœlum. Cremonæ apud Barucinum Zannium an. 1595.

Vas veritatis, quo duodecim dubia ſoluuntur De origine, Natiuitate, Vita, Operibus,

Morte

Digitized by Google

Morte Antichriſti, Venetijs apud Petrum Duſinellum, & Hieronymum Porrum, an. 1597.
Tractatum, ſiue (vt vocat) Diſcurſum aduerſus Aſtrologos iudiciarios, ſiue Diuinatores. Venetijs apud Io. Ant. Rampazettum an. 1597.
Orationem in laudem Academiæ Venetæ. Venetijs apud Petrum Duſinellum an. 1597.
De ſignis, & prodigijs admirandis in morte Chriſti Domini noſtri, ibidē apud eundem anno 1598.
Diſcurſum in laudem Roſæ purpureæ Pratorum, quæ eſt oculus, & pompa hortorum, & Gemma iuuentutis. Romæ apud Gulielmum Faciottum an. 1599.
Antidotarium aduerſus Dæmones. Venetijs apud Robertum Meiettum, an. 1599.
Tractatum de Sibyllis.
Compendium Rhetoricæ ex inſignioribus Oratoribus Græcis, & Latinis.
Tractatum in Hymnum, *Aue maris Stella.*

Alexivs Salamanca Zamore ciuitatis Hiſpanię natus, tribus Dialogis de Chriſti Domini Repub. egit. Lugduni autem an. 1556. prodierunt.

Alexivs Stradella Auguſtinianus, patria Fiuizanēſis, dictus eſt de Genua, vbi ordinē profeſſus eſt, inter Italicos concionatores hoc æuo præcipuus, nonnulla laborum ſuorū monumenta reliquit: E quibus excuſæ ſunt Conciones duobus voluminibus. Dialogi tres, & vnus de miſeria humana, alter de Diuino amore, & tertius de Gloria Paradiſi. Hic à Greg. XIII. Pont. Max. Epiſcopus Nepeſinus Sutrinus renunciatus eſt, cum eſſet ordinis ſui procurator. Deinde ab eodem Pont. Nuncius ad Carolum Archiducem Auſtriæ deſtinatus: At cum illhuc iret, in itinere febri correptus, & è vita apud ſuos deceſſit, 27. Aug. 1580.

Alfredvs Magnus Anglorum Rex, Pauli Oroſij libros ſeptem, Gregorij Dialogos libros quatuor, Geſta Anglorum Bedæ libris quinque, Et Pſalterium Dauidicum, in Anglicam tranſtulit linguam. Eiſingrenius. Anno 901.

Alfredvs Beuerlacenſis Anglus, Eccleſiæ Anglicanæ, & controuerſiarum Religionis in Britannorum Eccleſijs natarum, hiſtoriam ſingulorum Regum Vitis inſeruit. Eiſingr. Anno 1087.

Alfredvs ex monacho Corbeienſi Hildesheimenſis Epiſcopus quartus, vt Eccleſia ſua incrementa caperet, Synodales conſtitutiones, ex iure, & Patrum decretis ſumptas in ſuæ diœceſeos vſum congeſſit. Eiſingr. Anno 846.

Alphonsvs. Vide, in verbo, Alphonſus.

Algarivs Epiſcopus Cameracenſis, ſcripſit ad Eubonem Rhemorum Epiſcopum librum Pœnitentialem, ſecundum decreta Canonum. hic verò in codicibus Gemblacenſi & viridis vallis vocatur *Alligarius.* Sigeb. in cat. Suffridus Petrus.

Algervs Belga ſcholaſticus primò Leodienſis, deinde monachus monaſterij, & cōgregationis Cluniacenſis, qui ſub S. Petro Maioricio Abbate mortuus eſt, cum monaſticis veſtibus à S. Patre Hugone fuiſſet indutus, ſcripſit doctiſſimè, De ſacramento altaris, libros tres, qui excuſi ſunt Coloniæ, an. 1535. Louanij autem vna cum Lanfranco, & alijs, ann. 1561. & Pariſijs in Bibliotheca SS. Patrum Margarini Bignæi, anno 1576. Item De gratia, & libero arbitrio, lib. 1. De miſericordia, & iuſtitia, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

Claruit autem ab an. 1050. & qui excurrunt. Ceterum Tritemius libr. de ſcriptoribus Eccleſiæ, ac de Viris illuſtribus ordinis S. Benedicti, lib. 2. c. 90. & nonnulli alij, qui eum ſequuntur, dicunt Algerum monachum fuiſſe Corbeienſem in Saxonia. At eos falli monſtratur cum ex titulo libri ipſius Algeri qui excuſus eſt Louanij ann. 1561. in quo vocatur *Monachus Cluniacenſis*, tum etiam ex Auctore Chronici Cluniacenſis, qui apud Arnoldum Vuion eſt m. s. qui ita habet: *Tempore S. Hugonis, vſq; ad Petrum Cluniacenſem, vixerunt Religioſi religioſè Heſelon, Theſelinus, & Algerus in hoc Cluniacenſi monaſterio, qui fuerant Canonici in Eccleſia Leodienſi magni ſuis temporibus magiſtri:* Et paullo poſt. *Algerus verò (vt idem Petrus Cluniacenſis in libro miraculorum ſuorum, ſcribit) erat, vt de B. Iob dicitur, vir ſimplex, & rectus, & recedēs à malo; cui ſæpè Dæmones inſiſtebant, & ipſum in monaſterio perturbabant: Vnde præfato Abbati ſuo ſæpè conquerebatur, ſicut latius hæc continentur in 17. capitulo miraculorum eius. Hic ab ipſa infantia, totum ſe litterarum ſtudio tradens ſub clariſſimis viris, quorum ſcientia, & honeſtate morum tunc temporis Leodienſis fulgebat Eccleſia, & Francia illuſtrabatur, nobiliter floruit, adeo vt nulla ei Chriſtianæ fidei regula credatur incognita. Hic poſt obitum Frederici Epiſcopi Leodienſis cum rebus abundaret, & firmo corpore, & integris ſenſibus plurimum valeret, ordinatis rebus ſuis, nudum Chriſtum, nudus ſequens, arctiorem, & ideo feliciorem vitā ſub S. Benedicti regula aggreſſus eſt in Cluniacenſi cœnobio, non ſine magno ſanctæ conuerſationis, & doctrinæ*



Digitized by Google

*præconio.* Deinceps operibus eius indicatis inquit. *Hic erat ſubtilis ingenio, facundus eloquio, in propoſito ſtabilis. & quod omnibus his pretioſius exiſtimabatur, erat tam fide, quàm Doctrina Catholicus. Hic etiam ſenex, presbyter ordinatus eſt, & ferè per decem annos religioſe conuerſatus, bonam, quàm, & in clericatu duxerat vitam, fœlici obitu terminauit.* Hæc ille. Corrigendus ergo eſt Tritem. quique eum ſequuntur, vt rectè monet Arn. Vvion. Quoniam verò ipſemet Algerus paucis lineis initio ſui operis perſtrinxit, quidquid tribus libris deinceps egit, propterea eas huc inſerere operæ precium erit. Sic autem habet: *Quia ſancti De corpore, & ſanguine Domini variè ſcribentes, aliquando de Vniuerſo Chriſto, capite ſcilicet, & membris aliquando non de Vniuerſo, ſed vel de capite, vel de membris loquuntur, aliquando cum ſacramento, aliquando ſine ſacramento ſimplicibus (vt de re ineffabili non intellecta) errores, plus autem, quàm oportet, ſapere volentibus gignuntur hæreſes; adeo vt ſimplices, niſi perfectius inſtructi, errando pereunt, plus quam oportet ſapientes niſi correcti fuerint, docendo, & defendendo, quod neſciunt, ſe, & alios perdant: Alij enim, quod de membris dicitur, capiti adſcribunt; Alij, quod de capite, membris imponunt; & de vtroq;, vel alterutro tam confuſe ſentiunt, vt vel caput nimis humilient, vel membra nimis glorificent: & ſic nec quod verum, nec quod dignum eſt, vtrumq; dijudicent: Nec ſolum de veritate Corporis Chriſti, ſed & de Sacramento ipſius varij errores, variæq; prouenitunt hæreſes. Alij enim panem, & vinum non mutatum, ſed ſolum Sacramentum, ſicut aquam Baptiſmatis, vel Oleum Chriſmatis, Corpus Chriſti non verè ſed figuratè vocari dicunt: ſicut, cum dicitur: Accipe veſtem candidam, quam proferas ante Tribunal Chriſti, nec tamen, ipſam, ſed ab ipſa ſignificatam. Alij autem dicunt panem, non ſolum Sacramentum, ſed in pane Chriſtum, quaſi impanatum, ſicut Deum in carne perſonaliter incarnatum: Alij autem panem & vinum in carnem, & ſanguinem mutari, ſed non Chriſti, ſed cuiuſlibet filij hominis ſancti, & Deo accepti, vt compleatur, quod Chriſtus dixit: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, non habebitis vitam in vobis: Alij autem gratiæ Dei derogantes, dicunt, ſacerdotis malis meritis ita inuocationem Diuini nominis annullari, vt eorum indigna conſecratione non debeat panis in Chriſti carnem conuerti: Alij verò mutari quidem in carnem Chriſti, ſed malis meritis ſumentium non permanere carnem Chriſti, ſed iterum reuerti in purum Sacramentum panis, & vini: Alij, quod eſt deterius, dicunt per comeſtionem in fœdæ digeſtionis conuerti corruptionem. Quia ergo tot hæreſes, & ſi quæ ſunt aliæ. De Sacramento Corporis, & ſanguinis Chriſti, pullulant, de veritate, & virtute ipſius, adſpirante Diuina gratia, quanto fidelius potero, abſoluam; non humana quidam ratione, quæ ad hoc non ſuppetit, ſed ipſius Chriſti, ſanctorumq; teſtimonijs, quibus Eccleſia roborata conſiſtit, à quibus, quo firmius veram obtinet fidem, eo certius æternam aſſequitur ſalutem.* Hæc Algerus.

Indoluit autem Margarinus Bignæus in ſua PP. Bibl. à typographis Algerum cum pręnomine, ſiue titulo Sancti, vel Diui fuiſſe excuſum, qui, & ſi magnis, vt ſupradictum eſt, virtutibus polluit, non tamen ſanctorum Canoni fuit adſcriptus.

At cum Algerus lib. 2. cap. 8. ſententiam hanc citat ex Auguſtino. *Nec caro ſine ſanguine, nec ſanguinis ſine carne iure communicatur*, non eſt Auguſtini ſententia, ſed Paſchaſij li. de Corpore Domini, c. 19. Quo in loco Paſchaſius non loquitur de ſpeciebus Sacramenti, ſed de re contenta; Docet autem non poſſe ſuam carnem exanguem, neque ſanguinem, niſi cum ſuo corpore; & illum non iure communicare, qui ſentit vnum accipi ſine altero. Eodem ſenſu dixit idem Paſchaſius, cap. 17. *Non rectè caro Chriſti ſine Diuinitate ſumitur, nec Diuinitas ſine carne præſtatur.*

ALGVRIVS Epiſcopus Rhemenſis Ebboni Rhemenſi ſcripſit librum Pœnitentialē iuxta Canonum Decreta. Sigeb. de Viris Illuſtrib. c. 123. Hic autem, vt opinor, eſt Algarius de quo ſupra.

ALIPHAT Anglus Gregorij Ariminenſis auditor edidit in primum Sententiarum, Volumen egregium, quod extare ſolebat Pariſijs in Bibl. Auguſtinianorum.

ALLEGORIARVM. Vide, in verbo, Hieronymus Lauretus.

ALLEGORIAE ſimul, & Tropologiæ in locos vtriuſque Teſtamenti ſelectiores depromptæ, & in ordinem digeſtæ è monumentis vnius & triginta Auctorum.

| | | |
|---|---|---|
| Adami de Perſeuia. | Galfridi. | Ordinis Tuſculani. |
| Ailredi. | Gilleberti. | Petri Cantoris. |
| Aithardi. | Gregorij. | Petri Rauennatis. |
| Balduini. | Gulielmi de Cailloe. | Petri Damiani. |
| Bernardi. | Gulielmi de S. Theod. | Petri Longobardi. |
| Brunonis. | Hildeberti. | Radulphi. |
| Canticæ ſine titulo. | Hugonis de S. Victore. | Richardi de S. Victore. |
| Caſſiani. | Hugonis de Foilleto. | Sellonis. |
| Drogonis. | Iſaaci. | Stephani Cantuarienſis. |
| Ernaldi. | Odonis de Morim. | Vuerrici. |

Ottomari Luſcinij. Quibus addita eſt Epitome venerabilis Bedæ presbyteri de ſchema-

tibus

tibus & tropis. Secunda autem editio huius operis, quæ Pariſijs prodijt apud Niuellium an. 1574. eſt plenior, & abſolutior, quam prima. Nam prima ante annos triginta edita eſt typis, & recognitione Iodoci Badij; hæc autem, Opera Godefridi Tilmanni Cartuſiæ Pariſienſis monachi, qui Auctoris nomen alijs triginta ſubſcripſit, nempe Ottomarum Luſcinium præfixitq; lectu dignam Præfationem de vero vſu Allegoriarum.

ALLIGARIVS Vide, in verbo, Algarius.

ALMANNVS Gallus monachus Altuillarenſis cœnobij congregationis, Luxouienſis, qui floruit an. 890. compoſuit exemplo Hieremiæ Prophetę quadruplici Alphabeto, monaſteri ſui, & totius Galliæ deſolationem à Normannis factam, libro vnico. Trite.

Vitam S. Vinardi Epiſcopi. Vitam S. Syndulphi Epiſcopi li. 1. Tranſlationem eiuſdē.

Vitam S. Helenæ Auguſtæ quæ extat m.s. vt refert Molanus. Tranſlationem eiuſdem Sanctæ Helenæ ex Vrbe Roma, ad Cœnobium Altuillarenſe.

ALMANNVS Grammaticus è clerico Leodienſi, Epiſcopus Brixienſis, ſcripſit ad Berengarium Turonenſem Epiſtolam arguens eum, quòd ſe diuulſerit ab vnitate catholicæ Eccleſiæ, dogmatizando, & verbis, & ſcriptis, quod corpus, & ſanguis Chriſti, quod quotidie in vniuerſa terra in altari immolatur, non ſit verum corpus Chriſti, nec verus ſanguis Chriſti, ſed figura, & ſimilitudo corporis, & ſanguinis Chriſti. Scripſit de eadem re Epiſtolam ad Paulum Metenſem primicerium, monens eum, vti & ipſe Berengarium communem amicum ſuum reuocaret ab hac praua intentione. Hæc Sigeb. in catal. Tritemius autem hunc vocat Adelmannum.

ALOYSIVS Cornelius, Patricius Venetus, qui prope centenarius vixit, depulſa item ex ſobrietate, qua grandis natu laborabat, podagra, Libellum de vita ſobria, præter alterū de Lacunis Venetiarum edidit, an. 1545. cuius libelli mentionem hic facimus, quod ſternere poſſit viam ad multas virtutes, & ad pietatem.

ALOYSII Froes Epiſtolæ de rebus Religionis Iaponicis, & Sinenſibus annorum 1583. & 1584. excuſæ Italicè, anno ſalutis 1586. Venetijs apud Iolitos; & aliæ poſteriorum annorum editæ Patauij, anno 1599. apud Franciſcum Bolzettam.

ALOYSIVS Gonzaga, marchio Caſtelionis, & aliarum Arcium, quæ ſitæ ſunt inter Mantuanum, & Brixianum Agrum, cum à puero ſeſe pietati ſedulo addixiſſet, ſtudijsque literarum operam daret, ſuperſtitem Parentem ſummis apud Deum conatibus adegit, vt valedicere poſſet Mundo. Quod cum eſſet cōſecutus, dediſſet autem Societati noſtræ nomen, ſtudijſq; Theologiæ operam nauaſſet, ſanctiſsimè in ea viuens, admodum florente ætate mortis diem, & horam prænuncians, obijt; demum miraculis non paucis per eum editis, Beatique nomen etiam per Paulum V. Pont. Max. cōſecutus, optimam de ſe memoriam, & exemplum reliquit. Extant illius duæ Meditationes vberes de Angelis in ſecunda Parte Meditationū præcipuorum Myſteriorum vitæ, & Paſsionis D.N. Ieſu Chriſti è Patribus, & pijs alijs Auctoribus collectarum, & adeo maiore ex parte confectarum à Vincentio Bruno Soc. noſtræ, quæ ſæpe ſunt euulgatæ tū apud Iolitos Venetijs an. 1595. tum alibi in Italia, atq; Germania. Scripſit item aliam De virtute humilitatis meditationem: ſed neq; hæ ſub ipſius nomine prodierunt, qui nihil minus cogitabat. Expectamus verò auidè Vitæ illius narrationem inſignem, & veram.

ALOYSIVS Granatenſis. Vide in verbo, Ludouicus Granatenſis.

ALOYSII Lippomani Patricij Veneti, qui poſtea Veronenſis Epiſcopus fuit, CATENA extat in Geneſim, ex Latinis, & Græcis Auctoribus contexta, interpoſitis interdum, & ipſius Aloyſij doctis notationibus.

Latini autem Auctores hi ſunt.

| | | |
|---|---|---|
| Zeno Epiſcopus Veronenſis. | Rabanus. | Iſidorus Epiſc. Hiſpalenſis. |
| Hilarius. | Nicolaus Papa. | Iunilius. |
| Ambroſius. | Bernardus. | Beda. |
| Hieronymus. | Hugo de S. Victore. | Strabus. |
| Auguſtinus. | Rupertus. | Alcuinus, qui & Albinus. |
| Eucherius. | Gratianus. | Ordinaria Gloſſa. |
| Leo Papa. | Magiſter Sententiarum. | Interlinearis Gloſſa. |
| Proſper Aquitanus Epiſc. | Bonauentura. | Caietanus. |
| Gregorius Papa. | Thomas Aquinas. | Gloſſa, ſiue ipſi catenę auctor |

Auctores verò, qui Græcè ſcripſerunt.

| | | |
|---|---|---|
| Philo Hebræus. | Hieropolita. | Hippolytus. |
| Melito Epiſc. Sardicenſis. | Irenæus. | Theodorus. |
| Appollinarius Epiſcopus | Origenes. | Euſebius Cæſarienſis. |



Digitized by Google

Euſtathius Antiochenus.
Euſebius Emiſſenus.
Acacius.
Serapion.
Didymus.
Ioannes Damaſcenus.
Seuerianus Gaballorum.
Theodoretus.
Gennadius.
Philo Epiſcopus.
Apollinarius alter.
Ephræm.
Baſilius.
Gregorius Nazianzenus.
Cyrillus.
Gregorius Nyſſenus.
Epiphanius.
Diodorus.
Theophilus Epiſc. Alexand.
Theodorus Mopſuheſtiæ, dequo tamẽ vide ſuo loco, in verbo, Theodorus Mopſuheſtiæ.
Ioan. Chryſoſtomus.
Caſſianus.
Iſidorus Peluſiota.
Iſidorus Abbas.
Græcus incertus Auctor, ſiue Anonymus.
Gloſſa Græca.

Et ordine quidem decentiſsimo (ſicuti etiam Sixtus Senenſis obſeruauit) Catenam hanc ipſe è Patribus ſibi inuicem ſecundum temporum ſeriem ſuccedentibus cõtexuit, interiectis de ſuo, annotationibus. In primis autem præpoſuit Patrum explanationes ad intelligẽdos obſcuros literæ ſenſus, allatis in medium Hebraicis, Græciſq; exemplaribus, vna cum Chaldaica editione. Deinde, ſub vnius myſticæ explanationis nomine, collegit quæcunque pertinent ad reliquos tres Diuinæ ſcripturæ ſenſus, Allegoricum, Tropologicum, Anagogicum, omiſsis digreſsionibus eorumdem Patrum.

Quoniam verò cupere aliquis poſſet in tanto opere citationes ipſorum locorum, qui extant apud eoſdem Auctores, è quibus Catena confecta eſt, propterea Catenæ Auctor legendus eſt initio ſui operis, vbi quædam Lectori prænotanda ſcripſit: quippe præmonet, quo modo rectè accipienda ſint, ſi qua ex aliquo Patre occurrerint paullò duriora: Sanè verò, citauit vbique non ſolum Auctorum nomina, è quibus ſententias, & verba expoſitionis collegit, ſed & libros quoque, & librorum capita fideliter adiecit, quibuſdam exceptis, quorum ſententias deſumpſit è Catena Græca Bibliothecæ Vaticanæ, in qua, omiſsis librorum titulis, Dicta veterum, propoſitis tantum nominibus, leguntur.

Ea verò Catena in Geneſim Pariſijs eſt primo edita, anno ſupra 1546. in Officina Caroli Guillardi.

Atqui confecit alteram Catenam in Exodum, quæ ann. 1550. Pariſijs prodijt collectã è Græcis, Dionyſio Areopagita, Irenæo Epiſcopo Lugdunenſi, Antonio Abbate Athanaſio, Irenæo Antiocheno, Euthymio Zigabeno, Dionyſio altero, Seuero Antiocheno Epiſcopo, Seuero altero, Oecumenio, & è ſexta Synodo. E Latinis autem Cypriano, Maximo Epiſcopo Taurinenſi, Eſychio, Gilberto, Xiſto Papa, Hillebertо Hollando, Guerrico Abbate Igniacenſi.

Item Catenam in Pſalmos, cuius Tomus primus in decem primos Pſalmos non ita pridem eo iam demortuo editus, ſed & in alios Pſalmos excerpta ex Auctoribus Eccleſiaſticis plus minus ſeptuaginta, tum Græcis, tum Latinis. Prodijt Romæ è Typographia Populi Romani.

Præterea collegit Vitas ſanctorum octo Tomis comprehenſas, quæ Venetijs prodierunt, an. 1556. quarum maxima pars inſerta fuit operibus Laurentij Surij Cartuſiani.

Sermones Sanctorum totius anni. Scripſit in Symbolum, aut quid ſimile, & Sermones. Angelus autem Roccha teſtatur ſe vidiſſe ab eodem Aloyſio Lippomano collectam Catenam in Leuiticum, quæ adhuc latet. Ac quidem promiſerat ſe in vniuerſam ſcripturam ſanctam, eodem modo laboraturum, quod præſtare non potuiſſe videtur. Obijt an. 1559. Conſtitutiones Synodales. Sed & Italice librum euulgauit prænotatum, *Confirmatio dogmatum omnium Catholicorum*, qui prolatus eſt in lucem an. 1555. Venetijs ad ſignum Spei. Floruit an. 1545. & in Synodo Tridentina clariſsimus.

ALOYSIUS Marlianus, Mediolanenſis, qui fuit Epiſcopus, ſcripſit contra Lutherum, ann. 1536. Eiſingrenius.

ALOYSIUS Molinus nobilis Venetus, primo Archiepiſcopus Iadertinus, deinceps Epiſcopus Taruiſinus, edidit Conſtitutiones, & Decreta Synodalia hinc inde ex concilio Prouinciali Aquileienſi primo, atque ex Synodis Diœceſanis ante à ſuis Præceſſoribus, atque ab ſe ipſo collectis, & vſque ad annum 1601. promulgatis. Quę Decreta optimo ordine diſtributa ſunt, vt eorum pars Prima, quæ eſt de fide, totius Chriſtiani ædificij fundamento ad Patrem, & perfecta Diuinarum perſonarum Trinitate principium, referuntur: Altera verò, cum potiſsimum in recta Sacramẽtorum adminiſtratione verſetur, Chriſto benedicto eorundem Sacramentorũ Auctori, tribuantur. Tertia denique, cum in ea de bono Eccleſiæ regimine agatur, Spiritui ſancto dicetur. Taruiſij apud Euangeliſtam Deuchinum ann. 1604. Obijt anno eodem non ſine bonorum omnium dolore.

ALOYSII Richeomij Galli, Theologi, qui viuit, Liber prænotatus Auxiliũ Animæ.



Digitized by Google

Alijitem De Imaginum veneratione. Epiſtolæ quoque ad Henricum IIII. Galliæ Regem ſiue Apologiæ perelegãtes pro Societate Ieſu, Gallicè omnia, Burdigalæ,& Toloſæ edita. Epiſtola verò vna etiam Italicè verſa, & ve[illegible]ijs excuſa. Præter hæc edidit Burdigalæ apud Simonem Millangium, librum à ſe conſcriptum,ac prænotatum: *Votum Glorioſæ Virgini Mariæ, Matri Dei, pro Sereniſſ. Delphino Henrici IIII. Chriſtianiſſimo Galliæ Regis Filio*: In quo de peregrinationibus, deque alijs eiuſmodi operibus pijs agit. Omnia Gallicè ac nitidè.

Alphabetvm exemplare Vincentij Ferini. Vide, in verbo, Vincentius Ferinus.

Alphanvs Salernitanus, primo monachus Caſsinenſis, deinde poſtulatione Giſulfi Principis, Abbas monaſterij S. Benedicti Salerni, & poſtremo eiuſdem ciuitatis primus Archiepiſcopus (non autem Sipontinus, vt non rectè annotauit Tritemius lib. 4. c. 110.) ſcientiæ lumine cum ſanctitate coniuncto ad miraculũ præditus fuit. Renunciatus autem videtur fuiſſe Archiepiſcopus propè annum 1056. Opera verò, poſteris reliquit.

De vnione Verbi Dei, & hominis.
De vnione corporis, & animæ.
De quatuor humoribus corporis.
De paſsione S. Chriſtinæ virg. & mart.
Epitaphiorum, Hymnorum,& Carminum, lib.
Ex his extant Caſsini, m.ss. in pluteo 8. ad ſiniſtram.
De S. Sabina Verſus, & Hymni tres.
De S. Mauro Hymni duo.
De S. Matthæo.
De S. Fortunato, & ſocijs.
De S. Nicolao.
Ad Attonem Epiſcopum Theatinum, Carmen.
Ad Giſulphum Principem, Carmen.
Epiſtolæ ſeptem ad diuerſos, Carmine.
Oratio eiuſdem Metrica.
Epitaphia ſeptem.

Paſsio Martyrum duodecim Beneuentanorum, Quæ extant apud Aloyſium Lippomanum Tom. 4. & Tom. 7. Surij, die 1. Septembris. Citat & Petrus Diaconus, cap. 19. Hymnos de S. Chriſtina. De S. Benedicto duos: & alios in laudem monachorum, & monaſterij. Horum nonnulli excuſi ſunt in 3. Tomo Poëmatum Proſperi Martinengij, Romæ, an. 1589. Obijt Salerni, vbi ſepultus eſt menſe Maio, & inter ſanctos relatus, inquit Arnoldus Vuion.

Alphanvs Hiſpanus ord. Minorum, Ioan. Scoti Auditor, edidit magnum, & inſigne volumen de Planctu Eccleſiæ, quo Eccleſiaſticos arguit. Alterum item, quod inſcripſit, *Speculum Regum*. Cuius initium eſt, *In nomine Domini noſtri Ieſu*. Item in quatuor lib. Sententiarum, & Apologiam. Floruit anno 1320. Trit.

Alphivs Matthiolus Siculus Carmelita Ord. ſui Generalis Procurator præter lectiones Theologicas, & Philoſophicas, Conciones Quadrageſimales, Orationes varias, & lucubrationes in Metaphyſicam,& alia ſcripſit, Hæc Petrus Lucius Carmelita.

Alphonsi Aluari, ſiue Aluarez Guerrerij Conſiliarij Regij, Theſaurus Chriſtianæ Religionis, & Speculum ſacrorum Summorum Pontificum, Impp. & Epiſcoporum. Coloniæ 1581.

Alphonsvs Rex Caſtellæ, & Legionis, ſcripſit Aſtronomicas Tabulas, quæ quoniam Eccleſiaſtico quoque Officio inſeruiunt, hic ponuntur. Vixit anno 1270.

Alphonsi Auendani Beneuentani commentarius in Pſalm. 118. Venetijs apud hæredes Melchioris Seſſæ 1587.

Alphonsi Buccoſij controuerſiæ Miſcellaneæ vniuerſam ferè Sacram Theologiam (vt præfert inſcriptio) complectentes, omneſque Philoſophorum opiniones, quæ circa artes,& ſpeculatiuas diſciplinas verſantur, Venetijs apud Felicem Valgriſium 1590.

Alphonsvs Bonhominis, ord. Prædicatorum, Hiſpanus, ex Arabica lingua in Latinam tranſtulit Epiſtolam Rabbi Samuelis Iudæi, miſſam ad Rabbi Iſaac, qua, ex Prophetarum dictis, Chriſtũ Ieſum verũ Meſsiam veniſſe, paſſumque, ac mortuum eſſe, & reſurrexiſſe, atque ad cœlos aſcendiſſe, ſecunduſque eius aduentus monſtratur. Eiſengrenus. Anno 1336.

Alphonsivs Bonoſius diſputationes Catholicas, in quibus præcipuè Græcorum quorundam opiniones orthodoxæ fidei aduerſæ reijciuntur, emiſit Bononiæ apud Societ. anno 1607.

Alphonsvs Caſarubius, ſiue è Caſarubios, Hiſpanus, ſcripſit compendium priuilegiorum fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, & non Mendicantium. Quod ſecundo eſt editum, ac (vt aiunt) reformatum ſecundum Decreta ſacri Concilij Tridentini,& aliorũ Summorum Pontificum, qui à Clemente VII. vſque ad Clementem VIII. fuere; per Hieronymum à Sorbo Prædicatorem ordinis Capucinorum eiuſdem ordinis, locupletatum; additis Annotationibus F. Antonij è Corduba. Brixiæ apud Societatem Brixienſem 1590.



Digitized by Google

Vide Card. Bellar. Tom. 1. controuerſ. 4. lib. 3. de Eccleſ. c. 4. & lib. 3. de Gratia, & libero arbit. 4. Tom. 3. controu. primæ editionis: & lib. 2. de Imaginibus, c. 6.

ALPHONSVS à Caſtro Zamoræ natus, ord. Minorum, prouinciæ S. Iacobi, ſcripſit aduerſus hæreſes libros quatuordecim, & de iuſta hæreticorum punitione, De poteſtate legis pœnalis. Homilias 24. habitas ad populum Salmanticenſem in conuentu fratrum Minorum. In Pſalm. 31. *Beati quorum.* Homil. 25. In Pſalm. 50. *Miſerere mei Deus*, ad eundem populum habitas.

Hæc verò omnia duobus Tomis comprehenſa Franciſcus Feuardentius eiuſdem ordinis, ac Pariſienſis Theologus, emitti curauit elegantibus typis cum Appendice, ad libros contra hæreſes, in tres libros diſtributa, quibus quadraginta hæreſes ab eodem Alphonſo, vel prætermiſſæ, vel ab eius obitu natæ, & deprehenſæ refelluntur. Quæ omnia excuſa ſunt Pariſijs apud Michaëlem Sonnium, anno 1578. Floruit Alphonſus circa annum 1550. & vltra. Nam, & ſuum aduerſus hæreſes librum dicauit Philippo II. Regi Hiſpaniarum, an. 1556. vti & alterum volumen, De iuſta hæreticorum punitione, dicauerat Carolo V. Imp. Philippi Regis Patri, an. 1547. Porrò Andreas de Olmos Alphonſum à Caſtro contra hæreſes Hiſpanico metro tranſtulit.

ALPHONSVS Ciaco, ſiue Ciaconus, Hiſpanus, Biacenſis, & ordinis Prædicatorum, Romæ edidit Apologiam pro hiſtoria Traiani, quem precibus S. Gregorij ex Inferno aiunt quidam in cœlum aſcendiſſe; quam tamen Apologiam, vti & hiſtoriam, validis refutat argumentis Robertus Cardinalis Bellarminus Tom. 1. Controuerſ. 6. lib. 2. de Purgatorio, cap. 8. Porrò, & Melchior Canus, lib. 11. de Sanctis c. 2. antea eandem improbauerat hiſtoriam, vti confictam. Idem autem Alphonſus alterum edidit librum De ſignis S. Crucis, quæ in diuerſis olim orbis regionibus, & nouiſsimè an. 1591. in Gallia, & Anglia diuinitus apparuit: Addidit explicationem, quæ prodijt Romæ, anno 1592. Quin & emiſerat librum de S. Hieronymi Cardinalitia dignitate, Romæ, anno 1591. Sed vide quæ Baron. Card. in Annalibus de hoc ſcribit, vbi agit fuſius de Hieronymo.

ALPHONSVS Cuntreras, ord. Minorum, orationem Theologis Trident. Concilij adnumeratus, habuit Pio IIII. Pont. Max. de Reformatione Eccleſiæ.

ALPHONSVS Cordubenſis, ſiue (vt aiunt) à Corduba, Hiſpaniæ Beticæ, Auguſtinianus, vir doctus, cum Pariſijs Doctoratus inſignia ſuſcepiſſet, Salmanticæ viam, quæ dicitur Nominalium, introduxit, ibique multis annis, docens, rexit cathedram Gregorij Ariminenſis doctrinæ celebritate inſtitutam: ſcripſit Tractatus in Logicam, & Commentarios edidit in lib. Ariſtotelis Ethicorum, Oeconomicorum, & Politicorum. Deceſsit tandem in Ciuitate Abulenſi, anno 1542. Ioſeph Pamphil.

Anno 1550.

ALPHONSVS Herrera, ord. Prædicatorum, Caroli V. Cæſaris Concionator, aduerſus Lutherum ſcripſit. Eiſingrenus.

ALPHONSVS Hiſpalenſis Epiſcopus, Auguſtinianus: Quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi expoſuit. Viuebat anno 1339.

ALPHONSVS Hoieda de Mendoza Carmonenſis, de Beneficiorum incompatibilitate, extat inter Tractatus nouiſsimè editos. Tom. 15. par. 1. fol. 112.

ALPHONSVS Mantuæ Carpentanorũ in Hiſpania, quæ Madritum dicitur, natus, ordinis Minorum, edidit Methodum inſeruiendi Deo. Speculum illuſtrium Virorum. Memoriale autẽ Vitæ Chriſti Domini auxit ſeptem Meditationibus, quas hebdomadæ diebus aptauit. Has hiſtoriographus Regius Gabriel Chappuys Turingus, Gallicè reddidit, quæ proſtrabant apud Guillelmum chaudiere, Pariſijs anno 1587. Sed, & ipſa Methodus ſcripta Hiſpanicè verſa à Ioanne Hentenio vna cum Speculo illuſtrium virorũ eiuſdem Auctoris, & Interpretis prodijt in lucem Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium 1578.

ALPHONSVS Mendoza Hiſpanus, Ord. Auguſtiniani, Theologus, in Academia Salmanticenſi Scoti Cathedræ præfecti, ſcripſit Controuerſias Theologicas, & Relectionem Theologicam De Regno, ac Domino Chriſti. Quæ edita in Hiſpanijs, recuſa ſunt Coloniæ Agrippinæ in Officina Birckmannica, an. 1603. legat ſtudioſus Epiſtolam eius vberem dedicatoriam, qua librum inſcribit Garſiæ Loayſiæ Philippi III. Hiſpaniarum Principis Magiſtro, & morum moderatori, & ab eleëmoſynis Philippi II. Regis.

ALPHONSVS Molina, ord. Minorum ex oppido Scalona quæ propè Toleto abeſt, in nouam Hiſpaniam à parentibus puer abductus, occultiores elementorum obſeruationes Mexicani ſermonis ob ætatis teneritudinem, ita breui percalluit, atque ita expeditè loquutus eſt, vt PP. Franciſcani ipſo interprete, qui illuc appulere, vterentur. Ilaxcallæ informandæ iuuentuti operam dedit: nam ſexcentos fermè pueros à ſe delectos primis elementis, & Grammaticæ rudimentis, ſimul item Chriſtianis initijs imbuit. Mexicano autẽ idiomate, quod memoria valens cito eſt conſecutus, Conciones Euangelicas digeſſit, quæ & poſtea conuerſæ ſunt in ſermonem Guatemalicum, quẽ annos natus 72. perdidicit.



Digitized by Google

dicit. Is autem, cum vbi per ætatem licuit, ad eos ſe adiunxiſſet, Mexicanis totos quinquaginta annos, vberrima cum meſſe, concionando addixit. Poſt quos, vt ad eandem meſſem excolendam eo venturis vita etiam functus interpretem ageret, nõ pauca condidit, quæ, & typis omnia mandata fuiſſe, teſtati ſunt literis ad Franciſcum Gonzagam tunc Generalem ordinis, nunc Epiſcopum Mantuæ, Indorum incolæ Franciſcani. Dictauit igitur artem perdiſcendæ linguæ Mexicanæ. Eiuſdem idiomatis difficillimi Vocabularium ſiue Dictionarium. Maiorem item, & minorem doctrinam Chriſtianam, ſiue Catechiſmum. Confeſsionale duplex, maius, & minus. Is anno ætatis ſuæ 88. cum ſeptuaginta ex his D. Franciſco tribuiſſet. Indis autem ad fidem adducendis quinquaginta impendiſſet, ieiunijs, caſtigationibus ac varijs mortificationibus corpus confeciſſet. Poſt diuturnum morbum, in quo ſe continenter ad cœleſtem Patriam comparabat, in Cœnobio Mexicano quieuit in Domino. Anno 1584. Martij 18. die non ſine ingenti ſanctitatis opinionis. Eius vita ſcripta eſt in quarto libro hiſtoricæ Seraphicæ Franciſci Gonzagæ, Epiſcopi Mantuani ad titulum Prouinciæ S. Euangelij, fol. 1242.

ALPHONSVS ab Oroſco Hiſpanus, & Auguſtinianus, quique à concionibus, & confeſsionibus fuit Philippi II. Regis Catholici, librum Hiſpanicè edidit prænotatum, *Examen conſcientiæ.* Quod Italicum fecit Timotheus Nofreſcius è Balneo, monachus Camaldulenſis, & Venetijs emiſerunt Dominicus, & Ioan. Baptiſta Guerra, fratres typographi, an. 1581. Opus ſanè, vt mole non exiguum, ſic & inſigne, & ad captum multorum. Quin, & librum, quem *Bonum certamen* inſcripſit (ait Ioſephus Pamphilus) quod Salmanticæ excuſum eſt. Sermone autem patrio ſcripſit hiſtoriam de S. Auguſtino, de S. Monica eius matre, de S. Nicolao, & alijs eius ordinis.

ALPHONSVS de Marcho finiuit Formalitates, quas iuxta Doctrinam Angelici Doctoris D. Thomæ Aquinatis compilarat R. P. Magiſter Aquarius, &c. Neapoli apud Societ. an. 1607.

ALPHONSVS Palæoto Archiepiſcopus II. Bononienſis explicauit admirandã hiſtoriam de Ieſu Chriſti ſtygmatibus S. Syndoni impreſsis.

ALPHONSI Piſani, Societatis Ieſu, liber De Abſtinentia, & Continentia, vel de Apoſtolico Cœlibatu, Ieiunio, & ciborum delectu, Coloniæ 1579. emiſſus eſt. Eiuſdem Canones, & Acta primi OEcumenici Concilij Nicæni cum Sanctorum Patrum teſtimonijs è varijs Græcorum, Latinorum, atque Arabum monimentis collecta extant. Dilingæ verò excuſa ſunt an. 1572. & Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni 1581. ac deinceps an. 1585. in editione Conciliorum à Nicolino typographo Veneto. Eiuſdem Theſes de origine ſacræ Scripturæ 1565. Obijt in Polonia plenus dierum, & meriti, cum prælectionibus Theologiæ plures annos in Germania, & Polonia impendiſſet.

ALPHONSVS Polus (ſiue à Polo) Theologus, & Canonicus Conchenſis in Hiſpania ſcripſit aduerſus Sacerdotes concubinarios. Is excuſus eſt Venetijs apud Petrum Lichtenſtein, an. 1529.

ALPHONSI Ricij Ord. Præd. Eruditiones Chriſtianæ religionis è ſacris Doctoribus excerptæ ad Annam Francorum Reginam, & Britonum Duciſſam: Eiuſdem Quæſtio, Num meritum proſperè agentis maius ſit, quàm aduerſa patientis. Pariſijs apud Ioan. Paruum.

ALPHONSVS Salmeron Toletanus vnus è decem, quorum opera ſub ductu B. Ignatij Loiolæ Societas Ieſu inſtituta eſt. Is magnis dotibus à Deo ornatus, Theologus item ac concionator inſignis, cum varias pro ſancta Apoſtolica Sede prouincias obijſſet, atque in Synodo Tridentina à Pio IV. Summo Pontifice miſſus, Theologi officio functus fuiſſet, reliquit poſteris hæc ſuæ pietatis, & doctrinæ monimenta.

Primum librum prænotatum de Prolegomenis in Euangelia, in quibus multa ad vetus quoque Teſtamentum pertinent, vt Introductio ad vniuerſam ſcripturam dici merito poſsit, de ipſius enim dignitate, de Canonicis libris, verſione ſeptuaginta, ſenſu literali, tropis, idiotiſmis, & alijs agit eruditè. Porrò Prolegomena ſunt 43. quorum poſtremum oſtendit ſeptuaginta hebdomadas annorum à Daniele Propheta prædictas in quarto poſt Chriſti Domini anno verè, ac præciſè impletas fuiſſe. Daniel Propheta.

Secundum, De ijs, quæ Euangelia tradunt Verbum æternum apud Patrem egiſſe, antequam hominem indueret.

Tertium, AEterni verbi ingreſſum in Mundum per incorporationem, cum reliquis, quæ ad eius infantiam, & pueritiam ſpectant myſterijs.

Quartum, Quintum, Sextum, Septimum, Octauum, Quibus progreſſus Filij Dei in Euangelio prædicando, atque confirmando explanatur.

Nonum,

Digitized by Google

Nonum, Quo ablutionem pedum diſcipulorum, Sacroſanctæ Euchariſtiæ inſtitutionem, Sermonem Domini in cœna explicatè tradit.

Decimum, Quo Paſsionis Dominicæ hiſtoria à quatuor Euangeliſtis ſcripta luculenter euoluitur.

Vndecimum, Quo agitur de Chriſti Domini Reſurrectione, Apparitionibus, Aſcenſione in cœlum.

Duodecimum, De Spiritus ſancti miſsione in diſcipulos: Apoſtolorum varijs linguis, prædicatione: Eccleſiæ ex Iudæis in Hieruſalem congregatæ Inſtitutione, Progreſſu, Amplificatione: Apoſtolorum præterea in mundum Vniuerſum cum Prouinciarum diuiſione, Diſperſione, vt Eccleſiam è Gentibus colligerent, Euangelij doctrina irrigarent, miraculorumque virtutibus, atque miniſtrorum ad Verbi Dei diſſeminationem, & Sacramentorum adminiſtrationem, legitima vocatione, neceſſariaque conſtitutione confirmarent. Quamobrem liber Actuum Apoſtolicorum ſimul exponitur.

Præter hæc ſcripſit nouem Commentariorum libros in Apoſtolicas, & Canonicas omnes Epiſtolas, & in Apocalypſim, in quatuor tomos diſtributos. Quæ omnia excuſa ſunt tum in Hiſpania, tum Coloniæ in Germania, apud Antonium Hierat & Ioan. Gymnicum, an. 1604. Vitam autem Alphonſi Salmeronis ſcripſit Petrus Ribadeneira Societatis Ieſu.

ALPHONSVS Sanctius Theologus Societatis Ieſu, Hiſpanus, Latinas, per totum annum Conciones edidit primo in Hiſpanijs, poſtea Coloniæ.

ALPHONSVS Toletanus ſcripſit in primum Sententiarum, isque Venetijs editus eſt à Paganino è Paganinis, an. 1490.

ALPHONSVS de Torres Eccleſiæ Malacitanæ Decanus, Inſtitutionem Sacerdotum è Diuinis literis, & veterum Patrum diſciplina collegit, quæ prodijt Romæ impreſſa typis Aloyſij Zannetti anno Dom. 1595. Ingolſtad. verò anno Dom. 1604. apud Andream Angermarium. Scripſit autem pium, atque eruditum librum de Diuinis officijs, quem manu ipſius ſcriptum ſeruat Alphonſus fratris eius filius, magno Eccleſiaſticorum hominum bono edendum, nam etſi ferunt, morte præuentum anno Domini 1604. non potuiſſe poſtremam eius partem abſoluere, ingentem tamen lucem illi argumento affert. Habuit & plures ſermones patria lingua, vt Decanus, ad Capitulum & Canonicos Eccleſiæ, & ad ſacras Virgines moniales Carmelitanas, quas nominant diſcalciatas, vt vt omnes pietatem, prudentiam, ac doctrinam ſpirant, ita optandum eſt, vt emittantur in lucem.

ALPHONSVS Toſtatus Hiſpanus ex oppido Madrigali propemodum puer Salmanticæ liberalibus diſciplinis operã dedit. In collegium S. Bartholomæi ad Laurum adſcitus, ſacris ordinibus primo initiatus, deinde creatus Epiſcopus Abulenſis, cum duo & viginti annos expleuiſſet, ſcientias, diſciplinasque penè omnes eſt aſſecutus, vt præter Philoſophiam, & Theologiam, Pontificiumque, & Cæſareum ius, in Græca, Hebraicaque lingua, in Mathematicis item, atque Geographia, ſed, & in hiſtorijs excelluerit. Vir memoria mirabili, peracri in rebus publicis explicandis iudicio, & (quod caput eſt) magna ſanctitate, quam ieiunijs, vigilijs, orationibus, admodum fouit, & auxit; Virgo natus, virgo quoque (vt conſtans eſt fama) deceſsit. Quamobrem quia in Eccleſia humatus eſt, ibidem eximia veneratione colitur. Quadraginta duntaxat annos vixit, quibus, & Salmanticæ publicè docuit, triplici ſtipendio conductus è publico, id quod ſiue antea, ſiue poſt illum nemini contigit: Regis Conſiliarius, Hiſpaniarumque maior Referendarius: deinde Epiſcopatus quoque munere fungens, tot, ac tanta duodeuiginti annorum ſpatio ſcripſit, quot ne attente quidem perlegere aliquis poſsit. Sacrarum literarum minutiſsima quæque: Nouum autem teſtamentum admirandis Commentarijs explicuit. Hæc verò cum iam bis edita fuiſſent, eaque iam non extarent venalia, quod & quadringenta corpora (vt aiunt) voluminum ſuorum, dum ex Hiſpanijs adueherentur, in mari demerſa ſunt, tandem Deo laboribus eorum conſulente, quibus ſua dona in id impertitur, recuſa ſunt; Venetijs anno 1596. à Ioan. Baptiſta Seſſa, & eius fratre Bernardo, multo quàm antea emendatius, & fauente Deo excudentur Coloniæ. Quorum catalogus eſt ſequens, eorum videlicet, qui hactenus prodierunt in lucem.

| | |
|---|---|
| In Geneſim, liber. | In Ioſue, libri duo. |
| In Exodum, liber. | In Iudicum, & Ruth, liber. |
| In Leuiticum, liber. | In primum lib. Regum, liber. |
| In librum Numerorum, libri duo. | In ſecundum Regum, liber. |
| In Deuteronomium, liber. | In tertium lib. Regum, liber. |

In quar-

In quartum Regum, liber.
In primum, & ſecundũ Paralipomenon, libri duo.
In Matthæum, lib. ſeptem.

Opuſcula verò.

Defenſorium trium concluſionum.
Libellus de Sanctiſsima Trinitate.
Libellus contra Sacerdotes publicos concubinarios.
Liber de quinque figuratis Paradoxis.
Libellus de Verbis illis. *Ecce Virgo concipiet.*
Libellus de ſtatu Animarum poſt mortem.
Libellus de optima Politia.

At Opuſcula, quæ hactenus inuenta non ſunt, ita prænotabantur.

Libellus de quinque legibus, in quo diſſeruit de Natura Moſis, Gentilium, Mahometis, & de Chriſtianorum legibus.
Libellus de Origine, & Diſtinct. Iuriſdictionum.
Libellus de Præſcriptionibus.
Libellus de Poteſtate Papæ.
Libellus de Reformatione Eccleſiæ.
Libellus de Indulgentijs.
Libellus de muliere Saracena, quæ ad ritum Iudaicum acceſsit.
Liber de ſitu, ſeu deſcriptione Terræ Sanctæ.
De fatis Medeæ.
Libellus de Concilijs generalibus.
De Monarchia.
De errore Kalendarij.
Tractatus contra Iudæos.

Impugnatorium contra errores Corani, quem vulgo Alcoranum vocant, in quo agit de falſa Turcarum beatitudine.

Commentaria in libros Chronicorum Euſebij, quæ paſsim citat in commentarijs in Geneſim, in quo præſertim de ſupputatione, ac diuiſione temporum, ferunt autem hunc librum patria lingua ſcripſiſſe.

De errore, & benedictione Iſaac.
Liber Sermonum de tempore.
Liber Sermonum in ferijs Quadrageſimalibus.
Sermones de Sanctis.

Liber de amore, & amicitia ad Reginam Caſtellæ, diuiſus in duas partes: Partes autem in capita; in quo præcipuè agit, in quo conferant beatis, & an conueniant eis amici vtiliter, vel delectabiliter, aut honeſtè. Et an pauci, vel multi. Et quomodo fœlix ſe habet ad amicos. Et qualiter Amici inter ſe habere debent.

Cæterum Antuerpiæ apud Martinum Nutium, anno 1551. eiuſdem Toſtati Quatuordecim Quæſtiones ſunt editæ Idiomate Hiſpanico; quarum quatuor vniuerſam penè Scripturam Sacram in compendium redegit: reliquis verò decem agit de ſtirpe, ac ſucceſsione Deorum Gentilium. Claruit anno 1440. Eugenio IIII. Pont. Max. Franciſcus autem Fontanus in Oppido Brena, quod eſt in Hiſpania, natus, Canonicus Complutenſis Indicem edidit in Opera Toſtati ex quo duobus ingentibus libris adnotauit, quæ in ijſdem ad Sacram Scripturam, aliaúe ſpectant.

Atqui Petrus Ximenes Toſtati diſcipulus, iſque tum Hiſpanus, tum Epiſcopus Caurienſis Conatus in compendium redigere Magiſtri ſui Commentaria in Matthæum; vaſtum tamen opus, neceſſe fuit, vt proderet, quod viginti ſupra mille folijs minutis typis excuſum eſt. Id quod, & in alijs Toſtati operibus alij attentantes, magno licet ſtudio breuitatis, grandes tamen libros inde conflare coacti ſunt. *Scio autem quibuſdam non omninò probari, quòd in Opuſculo de Sanctiſsima Trinitate ſcripſerit myſterium Sanctiſs. Trinitatis in nouo duntaxat Teſtamento haberi explicatum. At non propterea credendum eſt, virum cordatum, atq; doctiſsimum eleuare voluiſſe teſtimonia, quæ è Vetere Teſtamento deſumimus contra Iudæos de eadem Sanctiſs. Trinitate.*

ALPHONSVS Valliſoletanus hoc eſt (vt vulgo vocant) è Valledolid, librum ſcripſit de Prælijs Domini, vt puto, Hiſpanicè: Nam ad manus meas haud peruenit.

ALPHONSVS Vargas Toletanus ord. Auguſtiniani primò Epiſcopus Vſſamanus, deinde Archiepiſcopus Hiſpalenſis, Pariſijs frequentibus auditoribus Philoſophiam, & Theologiam prope decennium profeſſus, edidit Commentaria in primũ Sententiarum, & in lib. Ariſtot. De Anima, quæ fuère Venetijs, an. 1566. & alibi excuſa. Deceſsit Hiſpali, anno ſalutis 1359.

ALPHONSVS à vera Cruce emiſit Speculum coniugatorum Mediolani apud Pacificum Pontium, anno 1599.

ALPHONSVS Villagutus Neapolitanus, Campanus, monachus, & prior monaſterij S. Seuerini congregationis Caſsinenſis ſiue S. Iuſtinæ, ſcripſit Practicã Canonicam criminalem, quæ prodijt Bergomi, anno 1585. & 1586. & Francofurti 1588. De vſuris Tractatum diuiſum in Quæſtiones 35. Venetijs anno 1589. euulgatum. Item vulgari idiomate

librum

Digitized by Google

librum prænotatum Guida è Theſoro de tribulati, hoc eſt Ducem, & Theſaurum tribulatorum. Venetijs anno 1587. quo adhuc erat ſuperſtes.

ALPHONSVS Villagut qui forſan eſt idem, qui ſupra, Neapolitanus ord. S. Benedicti Abbas S. Benigni edidit Venetijs apud Damianum Zenarium, ann. 1601. Conſultationes Deciſiuas, tam in Pontificio, quàm Cæſareo iure in praxi tractatos, & anno 1602. Maius volumen, Prænotatum, De Extenſione legum tam in genere, quàm in ſpecie, perutile Theoricis, & Practicis in vtroque foro.

ALPHONSVS Villegas Hiſpanus librum prænotatum Flos Sanctorum Hiſpanicè ſcriptũ protulit in lucem. Cuius prima pars Italicè verſa prodijt Venetijs an. 1592. apud Guerræos Typographos; ſecunda verò deinceps apud Ioan. Baptiſtam Ciottum. Omnino verò in vtramque eſſent nonnulla ad veritatem hiſtoriæ accuratius recognoſcenda, cum ceteroquin Auctoris pietas, & labor ſit magnopere commendandus, ſed poſtea cum eiuſdem argumenti labor abſolutior à Petro Ribadeneyra noſtro Hiſpanicè, qui & Italicè factus eſt, emiſſus ſit in lucem, habent pij, vbi animas tutius excolant. At ipſe Alphonſus Villegas Scripſit quoque Sermones in Euangelia Dominicalia (vt vocant) totius anni. In ferias Quadrageſimæ, & in Feſta præcipua Hiſpaniæ. Quos & Quartam Partem *Floris ſanctorum* inſcripſit. Italicè autem hæc reddita ſunt à Gratia Maria Gratio, Senenſi, ac Venetijs excuſa.

Anno 1541. ALPHONSVS Virueſius Canarienſis Epiſcopus edidit libros aduerſus Lutherana dogmata, quæ Philippus Melanchton conatus fuerat defendere. Eiſingrenus. Porrò hæ ſunt Philippicæ diſputationes viginti aduerſus Lutherana dogmata, quæ Coloniæ prodierunt anno 1542.

ALPHREDVS Magnus Anglorum Rex, præter Viſiſaxonum leges, & Regum varios euentus, Dicta ſapientum, & ſales, collectiones Chronicorum, atque Acta Magiſtratuum ſuorum ſcripſit Manuale Meditationum. Vertit autẽ in linguam Anglicam Harmeſtam, libros ſeptem Pauli Oroſij; & libros quatuor Dialogorũ Gregorij Magni: Geſta Anglorum Bedæ libris quinque contenta: Boëtium de Conſolatione: Pſalterium Dauidis: Melmicinas alijs Melmutinas leges. Floruit anno Domini 901. Hic verò non videtur eſſe is, qui Anglicus, & cognomento Philoſophus ſcripſit De Vita cordis librum, De Muſica, alium, in Boëtium de Conſolatione lib. 5. In Ariſtotelem De Vegetabilibus, librum. In Meteora eiuſdem libros 4. De Educatione accipitrum, librum, De rerum naturis alium. Nam hunc vixiſſe ſcribunt ann. 1270. cum alter, vt diximus, floruerit ann. 901. ſed cum etiam Anglico illi Philoſopho aſcribantur Commentarij in Boëtium, vti & Alphredo Regi; Alium autem Alphredum Beuerlacenſem Anglicum fuiſſe memorent, qui librum Hiſtoriarum, & alterum De naturis rerum ſcripſerit, ſed qui vixerit circa ann. 1587. fit, vt ſubdubitem, tres iſtos vnum, & eundem fuiſſe, mendum autem irrepſiſſe in numerum annorum, vnde ex eodem nomine tres Auctores fecerint. Sed iudicium eſto eorum, qui hæc rectius, quàm nos perpendent.

Quin etiam Alphredum Malmesburienſis Cænobij Abbatem ſcripſiſſe De Naturis rerum librum, ac de rebus Cænobij ſui alterum, qui quidem vixerit an. 990. Alphredum autẽ Oſuuij Regis ex concubina filium, & Regem Nortumbrorum extitiſſe, qui obierit ann. 705. quique ſcripſerit Epiſtolarum libros ad Colmannum, & alios, ad Hildam Abbatiſſam, & ad Adamannum Coludium.

ALREDVS Rhieuallis, Anglus, monachus Ciſtercienſis, qui propè annum 1164. viuebat, ſcripſit in Eſaiam, hoc eſt *Super onus Babylonis*. Homilias quoque 33. De Spirituali amicitia, Vitas Eduardi, & Dauidis Regum, & Margaritæ Reginæ. De Natura Animæ. De Dotibus eiuſdem. Librum item Epiſtolarum.

B. ALTHELMI ænigmata, ex Bibliotheca D. Laurentij, Leodienſis, deprompſit Martinus Delrius inſignis noſter Theologus, & Moguntini ab hinc biennium, ſed mendeſiſsimè, excuderunt. In eadem autem Bibliotheca eſt m.s. exemplar eiuſdem S. Viri, Operis *De laude Virginitatis* carmine Hexametro deſcriptum, cuius in eo, quod manibus teritur eiuſdem tituli proſaico libro, mentio fit. Libri autem ipſius poſtea prodierunt in lucem, qui habentur in Tomo 5. Antiquæ lectionis, Henrici Caniſij, edito Ingolſtadij an. 1604. hac inſcriptione: *S. Althelmi Schireburnenſis apud Occidentales Saxones Epiſcopi Libri duo Carmine deſcripti: Primus De laude Virginum: Alter De octo principalibus vitijs, nunc primum ex membranis m.s. celeberrimi Monaſterij S. Galli, editi.* At vide quæ idem Caniſius in Præloquio ad hos Libros ſcripſit, digna eius eruditione. Quin & huc faciunt, quę de Adelmo ſcripſimus, qui idem eſt cum hoc Althelmo.

ALTINENSE Concilium ab Epiſcopis eius Prouinciæ habitum eſt anno 802. Præ-

fuit Paulinus Patriarcha Foroiulienſis, ſiue Aquileienſis, à quo extat Epiſtola ad Carolum Magnum Synodalis. Cauſa huius celebrandi fuiſſe viſa eſt, quod Gradenſis Epiſcopus è Turri præcipitatus eſt. Vide Cardin. Baronij Tomum 10. ſub eundem annum.

ALVARDVS Cadurcenſis, quæ Ciuitas eſt in Tractatu Toloſate in Gallia, Ord. Prædicatorum, ſcripſit Poſtillam in Apocalypſim. In Pſalmos Pœnitentiales. De officio Defunctorum. Sermones ad clericos. Nicolaus Bertrandus.

ALVARVS Gometius, ſiue *Gomez* Hiſpanus, Res à Franciſco Ximenio Aiſnerio Archiepiſcopo Toletano libris octo conſcripſit, dignos qui legantur. Vide Apparatum noſtrum ad Hiſtorias, vbi de Hiſtoricis Hiſpanicis. At & idem Aluarus Prouerbia Salomonis reddidit carminibus.

ALVARI Illuſtris Viri Epiſtola ad Eulogium, & huius ad illum Reſponſio extant in Tom. 9. ſecundæ editionis Bibl. SS. PP. Bignæi.

ALVARVS Monterus Luſitanus Vlyſſiponenſis Auguſtinianus, cum Chriſtianæ pietati, & Sacrarum literarũ ſtudijs, totum ſe addixiſſet, inſignibus ſuæ ſanctitatis indicijs ex hac vita deceſsit. Eius Vita extat ſermone Hiſpanico ſcripta.

ALVARVS Pelargus, Ord. Minorum, De Planctu Eccleſiæ librum edidit Vlmæ in Sueuia, an. 1474. Quin & ibidem eiuſdem Summa eodem anno prodijt.

ALVYSIVS Marſilius Italus, Ordin. Auguſtiniani, librum Sermonum reliquit. Alterum variorum Commentariorum. Viuebat an. 1380. D. Antoninus in Chronicis.

ALVINVS Scholæ Snecanæ in Friſia aliquandiu Rector, Compendium Hiſtoriæ Friſonicæ ab exordio gentis vſque ad Carolum Magnum ſcripſit. Floruit anno 1400. Vide Suffridum Petrum Decade 8. num. 3.

ALVLPHVS. Vide, in verbo, Alalphus.

ALYPIVS ſcripſit vitam S. Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi, de quo ſuo loco. *Eiuſdem, ac D. Auguſtini Epiſtola num. 106. inter D. Auguſtini Epiſtolas. Eorundem Epiſtola ad Iulianam Demetriadis Virginis matrem num. 143. Eorundem, & Fortunati Epiſtola ad Generoſam num. 165.*

ALYPIVS Carmaniola Taurinenſis Auguſtiniani Ordinis, ſcripſit Sermonum duo volumina in Euangelia, & Epiſtolas totius anni. Ioſephus Pamphilus.

## A M

AMABILIS inter Aruernos miræ ſanctitatis, vt Gregorius inquit Turonenſis de Gloria Confeſſorum, cap. 33. fuit Vici Ricomagienſis presbyter, qui virtutibus magnis pollens, ſerpentibus dicitur ſæpè imperaſſe. Vixit anno 480. Vita porrò ipſius defectum librorum ſupplet, quorum neſcio an vllum ſcripſerit. Baron. in eundem annum.

AMADEVS ordinis Minorum, ſiue AMATOR, ſiue IOANNES Meneſius è nobili Comitum Villæ Regiæ familia Reuelationes quaſdam ſcripſit: Quarum meminit Petrus Caniſius è noſtris Theologus in opere ſuo Mariano, quaſque ipſe m.ss. Lugduni, quadraginta ante annos, apud Dominicanos legi. Vixit Paulo II. Pont. Max. ac ſucceſſore eius Sixto IIII. Pont. Max. obijt anno 1482.

AMALARII FORTVNATI Epiſcopi Treuerenſis ad Ludouicum Pium Imp. extant de Eccleſiaſtico officio libelli quatuor: & liber De ordine Antiphonarij. Hunc autem eſſe nō dubito, quem Honorius Auguſtodunenſis Libro de Luminaribus Eccleſiæ, Amelarium Metenſem Epiſcopum, ait, ſcripſiſſe quatuor libros de Diuinis officijs. Sigebertus autem libro de Viris Illuſtribus cap. 87. Attularium, Amularium, Amilarium, vel Hamularium, pro m.ss. Codicum varietate appellat, dicitque breui primum libello, de Eccleſiaſticis officijs egiſſe, poſtea verò, cum de eodem argumento ad Ludouicum Imperatorem ſcriberet, ordinem, & cauſas eorum, quatuor libris planius digeſsiſſe, atque adeò compoſuiſſe De Miſſæ myſterijs librum. Floruit anno 840. qui & iſta accuratiſsimè ſcripſit. Cæterùm Amalario de Eccleſiæ officijs, cap. 21. nō aſſentitur Baronius Card. vbi eximauit tempore perſecutionis Eccleſiæ, ſonitu lignorum (vt fit, hodieque, tribus vltimis diebus maioris hebdomadæ) ad ſynaxim vocari ſolitos Chriſtianos. *Eius enim* (inquit Baronius) *rei vſus cum nullum prorſus vetus reperiatur monumentum, nec ratio ipſa patitur, vt cum hac illi ſecretius agenda curarent, tanto lignorum ſtrepitu omnium Gentilium aures, & oculos in ſe conuerterent.* Vide Tom. I. Annal. Baron. ſub annum 58. Extat verò Tom. 6. Bibl. SS. PP. edit. 2.

AMALRICVS, ex VViſſemburgenſi Benedictinę profeſsionis, ad Montana Voſagi monacho, Nemetum Vrbis Spiræ Epiſcopus libros plures compoſuit, quos in hunc diem in Spirenſium Bibliotheca aſſeruari non ambigo, è quorum numero Opus lectu dignum

in Pentateuchum; aliud item in Pauli Epiſt. Venetijs extare legimus. Vixit anno 890. Hæc Eiſingren.

AMANDVS Burdegalenſis Epiſcopus, conſeruator fuit ſcriptorum S. Paulini, quod quidem Paulinus ipſe in Epiſtola ad Amandum teſtatur.

AMANDVS Vangionum Antiſtes, aduerſus Arianos ſcripſit. Eiſingrenus.

AMANDVS Belga è Zierixienſi oppido Zelandiæ, ord. Minorum, ab ineunte Mundo, ad annum 1534. è probatis auctoribus diſtinctum Chronicon concinnauit, quod eodem, quo ex hac vita migrauit, anno 1534. apud Simonem Cocum Antuerpiæ lucem primum aſpexit; præterea.

De quadraginta Manſionibus.
Spiritualis militiæ duodecim Horas, lib.1.
Commentarios in Geneſim, lib.1.
In Eccleſiaſten.
In Iob.
De LXX. hebdomadibus Danielis Prophetæ.
De S. Annæ coniugio, lib.1.
Dominicæ Paſsionis, librum.
De Reſurrectione, & Aſcenſione, librum.
Conciones.

Compoſuit lectu digna de Sophi Rege Perſarum hoſte Turcarum. Extabat in Bibliotheca Louanienſi PP. ordinis Minorum.

AMANTINVS de Valle Toloſanus, ord. Minorum, lib. primum Scoti elucidauit. Henr. Villot. At cuiuſnam argumenti, non addit.

AMATI LVSITANI Centuriæ prohibitæ ſunt in Romano Indice librorum prohibitorum, donec expurgentur.

AMATOR. Vide, in verbo, Amadeus. ord. Minorum.

AMATVS Monachus monaſterij Caſsinenſis, ac deinceps Epiſcopus (incertæ tamen Sedis) ſcriptor ſui temporis non contemnendus. Vixit an. 1070. vt inquit Leo Oſtienſis, in Chronico Caſsinenſi, lib.3. cap.34. & alibi. Scripſit autẽ ad Gregorium VII. Papam.

De geſtis Apoſtolorum Petri, & Pauli carmine, lib.4.
De laude eiuſdem Pontificis, lib.1.
De Duodecim lapidibus, lib.1.
De Ciuitate Cœleſti Hieruſalem, lib.1.
Hiſtoriam Normannorum, lib.8.

Agit autem de eodem Amato Senonenſi Petrus Cratepolius, vbi de Epiſcopis Germaniæ. Sed deceptum fuiſſe inquit Arnoldus Vuion *in æquiuoco*, cum dicit *eum aſſumptum è Monaſterio S. Mauritij ad Epiſcopatum*: non enim hic, ſed alter Amatus noſcitur fuiſſe monachus S. Mauritij Agaunenſis, ac deinde S. Romarici, Abbas. Irrepſerunt item apud eundem Cratepolium duo nõ contemnendi errores, librariorum potius incuria, quàm eius vitio, ſed facilè ij emendabuntur, ſi pro *Theodoſio* Rege, *Theodoricus*, & pro *Epiſcopo Sedunenſi*, *Senonenſis* reponantur.

AMBROSIVS ALEXANDRINVS *presbyter, auditor Didymi, ſcripſit aduerſus Apollinarium Volumen multorum verſuum De dogmatibus, & vt ad me nuper quodam narrante perlatum eſt, Commentaria in Iob, qui vſq; hodiè ſupereſt.* Hieron. in catal. *claruit Theodoſio, & Arcadio Impp. an. 400.*

AMBROSIVS AMBROSII F. quẽ pater Patricius Romanus, Galliarũ Præfectus, in Gallijs genuit, è Frangipaniorum familia, vt placet Landino, vixit Valentiniano, Gratiano, & Theodoſio Impp. Is è Præfectura Lyguriæ, atque AEmyliæ factus Epiſcopus Mediolanenſis (licet inuitus) omni Catholicæ religionis officio Eccleſiæ Dei profuit. Nos in eius ſcriptis proponendis eam rationẽ ſequemur, quę ijſdẽ tum æſtimandis, tũ ad vſum rectè adhibendis videtur eſſe commodior. Vita enim primò, deinde alia quædam prænoſcenda ſunt ijs, qui ad horum Chriſtiani orbis luminum ſcripta inoffenſo pede cupiunt accedere.

## *Scriptores vitæ Ambroſij.*

Præter illos, qui antiquitus Græcè de Ambroſio ſuis hiſtorijs nonnulla inſperſerunt, Socrates, Sozomenus, & Theodoretus, Vitam eius Paulinus, Baptiſta Mantuanus Carmelita, Ioannes Coſterius ordinis D. Auguſtini Canonicus, Cæſar Cardinalis Baronius præcipui Viri ſcripſerunt.

Et PAVLINVS quidem, qui Amanuenſis fuit ipſius Ambroſij, alius eſt à Paulino Epiſcopo Nolano, atque ab altero illo, quem Gennadius in catalogo de Viris illuſtrib. citat. In PAVLINO autem huius vitæ Scriptore, cùm pleraque probentur, idque in primis, quod teſtis fuit oculatus, ſyncereque, quod nouit, literis mandauit, tria tamen deſiderantur. Plenior geſtorum Ambroſij narratio. Chronographia. Operum Ambroſij Index. Priora enim duo fortaſſe Græcis occaſionẽ præbuerunt errandi, dum ſcribunt perſecutionem à Iuſtina excitatam aduerſus Ambroſium fuiſſe, priuſquam Gratianus ex hac vita tolleretur: Sic enim Sozomenus, atque Nicephorus. Quin & idem Sozomenus, & So-

Vide Tom.4. Baron. Card. Annal. & Tom.3. ſub



Digitized by Google

crates lapſi ſunt, legationes Ambroſij ad Maximum Tyrannum, ante obitū Gratiani referentes. Atqui & Gregorius Turonenſis inter Latinos arguitur, quòd tradit Ambroſium deceſsiſſe è viuis ante S. Martinum. Iam verò, ſi Paulinus Indicem operum Ambroſij, huic vitæ adieciſſet, quod quidem Poſsidius fecit in Auguſtini vita, cautioni, & ſolatio complurium fuiſſet. Spurij enim, ſeu ſuppoſitij fœtus fuiſſent celerius agniti: Quique legitimi deſiderari iampridem cœpti ſunt, potuiſſent aliundè citius conquiri; Argumentum autem Operum eorundem, vel ex vna ipſa inſcriptione perceptum, addere potuiſſet præſtantibus alijs Viris ſtimulum ad alia eiuſmodi in Eccleſiæ bonum ſcribenda.

annū Dom. 361. Et in notis ad Martyrologium, die 4. April. & 11. Nouembris.

Baptiſta verò Mantuanus Carmelita ſexaginta plus minus verſibus Ambroſij geſta inſigniora breuiter, at appoſitè attigit.

Lib. 4. Faſtorum.

Ioannes autem Coſterius in Gallia, cum, quantam potuit operam, Ambroſij ſcriptis reſtituendis addixiſſet, vitam quoque ipſius adtexuit, facili, & vbere ſtylo conſcriptam, quæúe igniculos pietatis in animis legentium, erga Ambroſium, excitet. At, cū hunc ſcribat natum eſſe Romæ, ſeriemque geſtorum Ambroſij ad Chronographiæ rationem exactiorem, nō cogitauerit ſibi eſſe omnino ſequendam, eum autem ſubdat mortuum eſſe anno 900. ſupra 300. catalogum quidem Operum Ambroſij adiecit, & auxit: veruntamen lampadem hanc adhuc magis illuſtrandam alteri neſciens tradidit.

Is eſt CAESAR Cardinalis Baronius, qui duplici labore vitam Ambroſij nobis ob oculos poſuit. Primum enim hortatu Felicis Cardinalis è Monte alto, qui poſtea renunciatus eſt Pont. Maxim. & Sixtus V. vocatus; deinde Annalium ſcriptione, ad quos vult euulgatam antea à ſe Ambroſij Vitam in Romana editione, conformari, cum diuerſum aliquid in ea inuenitur, quòd poſteriores (inquit) cogitationes eſſe ſoleant meliores. Sanè verò, quod præter alia, Baronius ſcripſit in Ambroſij Vita, Iuſtinam à Valentiniano, ſuffragantibus Legibus à ſe conditis, contra ius Romanum, & Chriſtianum, viuente adhuc coniuge Seuera, ductam fuiſſe in vxorem, (quæ quidem hiſtoria, (ſi hiſtoria ſit) apud pleroſque fermè omnes è Socrate inualuit) id poſtea mutauit Tomo Annalium quarto, conatus explodere Socratis ſcriptum, tamquam commentum. De Chronographia item illud obſeruandum præter reliqua; Ambroſium in Vita, quam Baronius accuratè contexuit, obijſſe anno Domini 402. At cum in Annalibus euincat Ambroſium delectum fuiſſe Epiſcopum, anno 374. Acta verò Mediolanenſis Eccleſiæ aſſerant, eum in Epiſcopatu viginti duos annos, & aliquid amplius vixiſſe, fit, vt anno 396. aut circiter, ex hac vita migrauerit.

Socrat. lib. 4. c. 26.

## *Doctrina quanam, & vnde in Ambroſio.*

At quoniam, quemadmodum Medici præſtantiam cognoſcens ægrotus, auidè illum accerſit, eiuſque præceptis lubens optemperat, ſic qui veterum Patrum doctrinā norunt, illos ſedulò verſant, & inde verè Ambroſiam guſtant; ideò Ambroſij ſapientia præcognita, atque vnde in caſtum illud pectus illapſa fuit, intelligendum eſt ijs, qui tanti Patris volumina vtiliſsimè perlegere cupiunt.

Et ea quidem humanitus primò, deinde & Diuinitus fluxit. Nobiliſsimo adoleſcenti, vt indoles optima, ſic cultura multiplex non defuit. Ingens illa, quòd Patris adminiſtratio Galliarum, aſpectus Optimatum, & Procerum, maximi momenti res, quas vel puer identidem audiebat, præcepta parentum, eius mentem mirificè, ac continenter illuſtrabant: Acceſsit liberalium artium inſtitutio, quibus diligenter fuit excultus: Linguæ item Græcæ notitia, in qua excelluit: Quare & qui Platonis potiſsimum philoſophiam hauſerat, habuit deinceps è Græcis Auctoribus, & Patribus, vnde ipſam vel expugnaret, vel tanquam ad arcem adduceret, hoc eſt ancillam ad Theologiam. Maturiore ætate Romanam Vrbem, atque Rempublicam expertus, atque ex ea ad partem oneris adſcitus, (vt diximus) in Lyguria, & AEmilia, habuit, vbi limaret ingenium, mores noſceret alienos, cauſas perdifficiles explicaret, in populis ex hæreſi Ariana fluctuantibus clauum intrepidus quaſi nauclerus regeret, Dogmata illa perhorreſcens, veritatem diligentius quæreret, ac denique his probationibus in virum perfectum euaderet, à Deo Opt. Max. in cuius manu ſunt momenta, & tempora, Epiſcopus cœleſti potius quam humana voce, idque officij omni conatu detrectans, deligeretur. Cui dubium non eſt, quin vnde electio, inde item directio in doctrina, vita, negotijs cum Impp. & Imperatrice Ariana, quæ illum magnopere exercuit, ſuppeditata ſit. Is autem, vt à Damaſo Pont. Simplicianum virum ſingularem, & in rebus eccleſiaſticis optimè verſatum, eſt aſſecutus, qui Ambroſio ſemper adfuit, ac deinceps in Epiſcopatu ſucceſsit, ſic Origenis, & aliorum Græ-



Digitized by Google

corum Patrum, quorum nomen in Eccleſia erat præclarius, Libros die noctéque euoluere; atque acri iudicio probum ab improbo aurum ſecernens, puramque doctrinam è Baſilio, cuius fuit amiciſsimus, licet nunquã ab eo viſus, haurire, atque in alios perrexit voce, ac ſcriptis effundere: Quamobrem nunquàm è cancellis Orthodoxæ fidei exceſsit. Sed & cum Chriſto Auguſtinum peperit, ex hoc vno diſci poteſt, qualis doctrina fuerit Ambroſij, quiue fructus ex eius lectione percipi queat, ſi, quod Auguſtinus fecit, qui toti præluxit Eccleſiæ, ſuumque Magiſtrum agnouit, ac non ſemel celebrauit Ambroſ. nos itidem, quibus tam anguſta res eſt, ad iſtum fontem, ſiue theſaurum accurrimus. Cæterùm è vita ipſius, quam Auguſt. petenti ſcripſit Paulinus, grauiſsima cœleſtis doctrinæ teſtimonia ſunt, quòd ei Apoſtolus Paulus apparuerit, Angelus concionante verba ſubminiſtrauerit, Augures, ac Dæmones iniuriam inferre conantes arcuerit, dictanti Spiritus ſanctus illuxerit. *Ante paucos dies* (inquit Paulinus,) *quàm lectulo detineretur, cum quadrageſimum tertium pſalmum dictaret, me excipiente, & vidente, ſubito in modum ſcuti breuis, ignis caput eius cooperuit, atq; paulatim per os ipſius, tanquam in domum habitator ingreſſus eſt, poſt quod facta eſt facies ſicut nix. Poſtea verò reuerſus eſt vultus eius ad ſpeciem ſuam. Quod cum fieret, ſtupore percuſſus obrigui, nec potui ſcribere, quæ ab illo dicebantur, niſi poſtquam viſio ipſa tranſibat. Dicebat eo tempore teſtimonium Scripturæ Diuinæ, quod ego optimè retinebam. Nam ſcribendi, vel dictandi ipſo die finem fecit; ſed quidem ipſum pſalmum explere non potuit. Ego verò id quod viſum à me fuerat, honorabili viro Caſto Diacono, ſub cuius cura degebam, ſtatim retuli.*

Denique doctrinam Ambroſij comprobant, quæ in ipſo emicuerunt, Auaritiæ fuga, & odium, Caſtitas corporis, Animi demiſsio, atque humilitas. Quæue in Eccleſia ſemper extitit cura ſeruandi, vel in priſtinum nitorem reſtituendi eius ſcripta, atque adeò conquirendi, ſicubi, quæ interciderant, deliteſcerent, atque inuenta emitterentur in lucem. Sed & ipſius Eccleſiæ conſenſus, quæ illũ inter quatuor Primarias Latinos Doctores antiquos ſtatuit.

Auaritiæ fugam, cum eius vox, & calamus, tùm facta teſtantur. Delectus Epiſcopus, nil habuit prius, quàm vt omnibus ſeſe bonis paternis exueret, vt nudus nudum ſequeretur Epiſcopum animarum noſtrarum. Quid verò de bonis Eccleſiæ ſtatueret, cum & ſacra vaſa ad redimendos captiuos liberaliter promenda doceret, ſat conſtat.

Caſtitatem, libri de Virginitate ad ſororem ſuam Marcellinam: Et è Mundi remotioribus regionibus, atque ex ipſa Mauritania, multarum Virginum aduentus Mediolanum, vt à Sancto viro, velamine ſacro ornarentur. Diuina enim ſapientia libenter vtitur ad miniſtris, qui iiſdem donis præditi ſint, quæ vult conferre in alios.

Humilitatem, cum de Officijs ſcribens ait. *Homines diſcunt prius, quàm doceant, & ab alio accipiunt, quod alijs tradant. Quod ne ipſum quidem mihi accidit. Ego enim raptus de tribunalibus, atq; adminiſtrationis infulis ad ſacerdotium, docere vos cœpi, quod ipſe non didici. Itaq; factum eſt, vt prius docere inciperem, quàm diſcere. Diſcendum igitur mihi ſimul, & docendum eſt, quoniam non vacaui antea diſcere.* Sed & cum alibi magno ſe affici deſiderio oſtenderet, ſua vt ſcripta recenſerentur, cum alijs de cauſis, tùm *quòd* (inquit) *non debeo moleſtè ferre, ſi cum de Apoſtolicis, & Euangelicis, Dominicisq; verbis pleriq; multas quæſtiones ferant, etiam in meis ſcriptis reperiant, de quo diſputandum putent:* Satis indicauit, quàm altè cordi ſuo hæreret radix iſtius humilitatis. Et factum eſt quidem procedentibus temporibus, vt non ſine Dei voluntate, deſiderio viri huius ſatisfacerent plurimi (quorum minimus ego ſum) in recognoſcendis, & promulgandis eius Operibus, iiſque tanto magis extollendis, quanto ipſe ſe humilius deprimebat. Certè in opere ſex dierum, ſi quid de Paradiſo ad rem minimè ſcripſit, ingenuè poſtea retractauit. Sabino enim eidem ſcribens, faſſus eſt, ſe nondum fuiſſe veteranum ſacerdotem, cum allegoricè de Paradiſo terreſtri, ac ſi terrenus haud fuiſſet, ageret, quamuis etiam in hoc propendiſſe videatur.

Epiſt. 8. ad Sabinum.

### *Ambroſij genus dicendi, interpretandive, Quale.*

Lib. 4. de Doctr. Chriſt.

Porrò Auguſtinus Elocutionis Ambroſianæ pulchra promens exempla, docet, eum de humilibus ſubmiſsè, de mediocribus temperatè, de magnis ſublimiter agere. Varium ſanè in illo genus interpretandi pro rerum varietate, quod & ad myſticos ſenſus facilè vergit: at vbique fœcundum, licet plerumque conciſum, ſed & argutum, ac ſæpè floridum, & elaboratum. Vt verò hiſtoricam ſubſternit intelligentiam, ſic vbi literalem ſenſum omittit, nec ipſam detorquet durius, nec facilè confugit ad remotas, ſiue peregrinas allegorias. Extat Gratiani Epiſtola ad Ambroſium, & huius ad illum Reſponſio, vnà cum Libris, quos de Fide, & Spiritu ſancto Imperatoris mandato conſcripſit. In his omnibus ſi paulò attentius Lector obſeruet, videbit, qua eloquentia, pietate, perſpicacitate



Digitized by Google

mens illa percurrat per ſpatia illa (ſi dicere ita fas ſit) Diuinitatis immenſa, nuſquam verò hæreat, nuſquam à cœpto tramite declinet, nuſquam quaſi feſſus viator ſubſiſtat. Libris de Virginitate ad Marcellinam, nil cultius. In Pſalmis Dauidis explicandis, eius Lyram, & Plectrum videtur mutuatus.

Obſeruauit autem Sixtus Senenſis in ſcriptis Ambroſij, ad Diuinæ Scripturæ explanationem ſpectantibus, vt, ea in quatuor diſtributa ſunt Ordines, nempè, In Libros, In Commentaria, In Tractatus, In Epiſtolas, ſic in Libris, in quibus crebrò thematicè Expoſitionis methodum ad imitationem Philonis amplectitur, eum prætermiſſa continuitate hiſtorici contextus, interruptum Explanationis ordinem ſequi, & capita hiſtoriarum ſummatim perſtringentem, varijs, ſeparatiſque diuerſorum argumentorum, & titulorum voluminibus eadem exponere. Lib. 4. Bibl. Sanctæ.

Id addendum, quotieſcunque ſe occaſio dat obiurgandi crimina, eum paterna ſpirantem viſcera, lenitate potius animi lapſos erigere, quam virga cenſoria perterrefacere. Quam ob rem, & qui ex eius lectione ſanari, ſiue ſua, ſiue aliena vulnera exoptant, accedant ad ſuauem ignem hunc, & caleſcent plus ſatis. Auguſtinus certè fatetur ſe acutis ſagittis de manu potentis Ambroſij confoſſum, & mori coactum fuiſſe impietati. Auguſt. lib. 5. & lib. 6. Confeſſ. cap. 4.

## *De Ambroſij Scriptis cur Hieronymus ſuſpenderit iudicium.*

At cur Hieronymus in Catalogo ſcripſerit hæc verba. *Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus, vſq; in præſentem diem ſcribit: De quo, quia ſupereſt, meum iudicium ſubtraham, ne in alterutram partem, aut adulatio in me reprehendatur, aut veritas.* Ea cauſa viſa eſt Baronio, quòd è ſecretario Iudicum, (vt verbis vtar ipſius) ad Sacrarium è veſtigio tranſlatus, haud mirum, ſi alterius interdum pennis ad volatum indigeret, quod è Græcis ſciret eum ſumpſiſſe plurima, quemadmodum idem Hieronymus ait in Præfatione ad Didymum de Spiritu ſancto: Epiſtola verò ad Pammachium, & Marcellam, omnes penè Ambroſij libros, vt ſapiunt Philonem, Apollinarium, vtrumque Gregorium, atque Baſilium, ſic potiſsimum Origenis ſermonibus omnes penè eius libros eſſe refertos: quare & longè meliorem (ſicut & ipſe Origenes Ambroſio viſus eſt) in veteri, quàm in nouo Teſtamento apparere. Anno 380.

Ego verò (quod & petita à Hieronymo venia dictum ſit) crediderim, nihil adulationi datum iri, aut veritati ſubtractum, ſi magna Diuinæ Prouidentiæ diſpoſitione factum putemus, quòd Ambroſius vir genere, ac magiſtratu inſignis, Romanæ autem linguæ apprimè ſciens, orbi iam Chriſtiano non ignotus, Græcorum diuitias Patrum inter primos Latinæ puritatis Patres, in Occidentem ex Oriente intulerit. Et quidem ita ſenſim intulerit, vt quorundam Auctorum nomina premens, opes autem exponens, inſinuaret in animos, quod futurum erat ſubſidio, ſileret, quod gignere poſſet diſsidium, cum in Oriente pleraſque de religione excitas fuiſſe lites Occidens noſſet. Quòd ſi ij, qui Græcas literas callent, conferant Ambroſium cum Baſilio, & alijs, vnde ſua deprompſit, intelligent, quàm eſſet optandum, vt reliqua Ambroſij, quæ interierunt (præſertim in Eſaiam) reuiuiſcerent, quandoquidem ille docere poteſt, quo nitore, & qua ſynceritate Græcæ Patrum ſententiæ ſint exprimendæ.

Sed neque Hieronymus alibi ſuum iudicium ſubtraxit de Ambroſio, quidquid Ruffinus aliter perſuadere voluit, homo, cui nec integra in omnibus fides adhibenda ſit, vti ſuo loco dicetur. Hieronymus enim ad Euſtochium Epiſt. 22. magnopere laudat commentarios, quos ille ſcripſit ad Marcellinam Sororem: atque in Chronico vndecimi anni Valentiniani, *Ambroſio* (inquit) *conſtituto Epiſcopo, omnis ad fidem rectam Italia conuertitur.* quòd non eo ſolum nomine verum eſt, vt alicui placuit, quoniam qui Ariana labe erat infectus Epiſcopatus Mediolanenſis, cæteris Epiſcopatibus iam expurgatis, liberatus eſt, verum etiam quòd ipſorum Impp. aulæ, in quibus peſtis illa graſſabatur, extincta penè eſt vniuerſa conatibus, & ſcriptis Ambroſij, ac Deo inprimis aſpirante, cum & vnica die in Aquileienſi Synodo prorſus illã confoderit. Iam Auguſtinus eum Euangelicum Diſputatorem, ac venerandum, & ſuum Doctorem nominat. Nicolaus Papa, Epiſt. 6. ad Photium Conſtantinopolitanum, appellat clariſsimam, & ſplendidiſsimam lucernã Eccleſiæ, qui ex Catechumeno, Diuino præſagio, ad Epiſcopalem, per continuos gradus, promotus fuerit dignitatem. Marcellinus in Chronico vocat Epiſcopum ſanctum, Arcem fidei, Oratorem Catholicum: vt mittam ſexcenta alia veterum non tam Encomia, quam grauiſsima teſtimonia. *Certè miraculum* (ait Card. Baronius) *illud fuit ingens, vt qui necdum fuit Chriſtianus ad docendũ alios Epiſcopus creatus eſt; hoc ipſo anno, ſecundo iam in cathedra expleto, & menſe vno cum dimidio, tot, tantaq; de fide, moribus, & Eccleſia inſtitutis, Eccleſiaſtica elucubrauerit monu-* Lib. 1. cont. Iulian. Pelag. Tom. 7. Baron. 4. Tom. Annalium, ſub ann. 377.



Digitized by Google

Libros de Virginibus vocat Bellar. verè aureos.

*menta: Quippe qui anno ſuperiore Commentarios in Lucam pereruditos ſcripſerit, hoc verò anno, de Virginibus luculentam elaborauerit Tractationem; vt re vera appareat, non niſi Diuino eum afflatum ſpiritu, hæc adeò magna, tantaq; copia præſtare valuiſſe.*

## *Ambroſij ſcripta quænam interierint, aut nondum ſunt inuenta.*

Tritemius in Catalogo indicat vndecim fuiſſe libros ab Ambroſio ſcriptos in Dauidis Pſalmos, quos tamen ipſe non viderit. Et librum de Iudicijs, quem Vincentius quoque Belluacenſis citat de quadraginta duabus manſionibus. Sed fides horum eſto apud illos, donec aliud appareat.

Aug. lib. 4. ad Bonif. c. 2. Et lib. 2. contra Iulian. Pelag.

Scripſit ſanè Ambroſius in Eſaiam, quod ipſe teſtatur ijs verbis in Lucam. *Quid ſit autem in Hieruſalem ſiſti Domino, dicerem, niſi in Eſaia Commentarijs antè dixiſſem.* Sed & Auguſtinus non ſemel citat commentarios Ambroſij in Eſaiam.

Commentarij aduerſus nonnullos imperitiſsimos, (vt vocat Auguſtinus) qui de Platonis libris Dominum profeciſſe iactarunt meminit Auguſtinus Epiſt. 34. ad Paulinum verſus finem, & lib. 2. contra Iulianum Pelagianum, c. 7. & lib. 2. Retract.

Elucidationes, & Homiliæ in Sapientiam Salomonis. De quibus Caſsiodorus, lib. 1. Inſtit. Diuinarum, cap. 3. & 5.

Expoſitio (vt idem inquit Caſsiodorus) in omnes Pauli Epiſtolas. Quod quidē opus tempore ipſius Caſsiodori deſiderari cœptum eſt. Et in eius locum ſuppoſitus alterius in eaſdem Epiſtolas Pauli commentarius, ſub Ambroſij nomine.

Sermo de iudicio Salomonis, qui à Caſsiodoro memoratur.

Catechiſmus ad Fritigildem Reginam Marcomannorum, cuius meminit Paulinus in ſua Vita.

Inſtitutio puerilis ætatis ad Panſophium, quem, Dei gratia, reuocauit à mortuis.

Matthæi verſio in Latinum; quam teſtatur ipſemet Ambroſius ſe feciſſe, cap. 7. lib. 3. de Spiritu ſancto.

Libri verò alij de Spiritu ſancto num omnes exciderint, vide ad finem noſtræ Adnotationis ad quartum Tomum operum D. Ambroſij.

Lib. 2. contra Iulianum.

Citatur autem ab Auguſtino Liber de Sacramento Regenerationis, ſiue de Philoſophia, qui non eſt idem cum libris de Sacramentis, in quibus agitur de Baptiſmo, quoniam in his verba allata ab Auguſtino non extant.

## *Operum Ambroſij quæ extant, vel ei adſcripta ſunt, poſt alias poſtrema Editio, & Diſtributio.*

Quod mirandum eſt, & in quo Diuina Prouidentia, vt in reliquis omnibus, laudanda, id in Ambroſio, & cæteris Patribus eluxit; vt cum tot bellorum, atque hæreſum procellis agitata fuerit Chriſtiana Reſpublica, noua ſteterit ſemper in Eccleſia piorum ſollicitudo, vt labores illorum vel ab interitu, vel à calumnijs vindicarentur: ipſi verò (cum maximè impij aduerſus veritatem inſurgentes reuocarent ab inferis peſtilentia Hæreſiarcharum dogmata) quaſi reuiuiſcerent; quæúe cælitus arma acceperant, eadem rurſus collucentia, tamquam è tutiſsimo Armario ad nouos vſus depromerent. Sanè Ambroſij codices varij in pleriſque Bibliothecis, Ordinum præcipuè Religioſorum, manuſcripti aſſeruabantur. Doctrinam ipſius, Theologi: omnibus ſeculis ſartam tectam tenuerunt. Si qui nouatores falſa pro veris, aut futiles ſuas coniecturas, ſub eius nomine venditarunt, ilico à catholicis, & doctis Viris repreſsi ſunt. Cum autem hoc æuo omnium pœnè hæreſum colluuies exundaſſet, Ambroſium verò, vti & reliquos Patres ſperaſſent hæretici poſſe demergi, ecce quanta ſe exeruit diligentia Virorum, qui ſæpè illum ediderunt, & nouis laboribus emendatum Eccleſiæ reſtituerunt.

Aldina iam ante multos annos prodierat editio: ſubſecutæ ſunt aliæ tum in Germania, tùm in Gallijs, anno autem 1569. Pariſijs ex typographia Gulielmi Merlini, Sebaſtiani Niuellij, Michaëlæ Guillardæ, ea, quam Ioannes Coſterius, & Ioannes Gillotius Viri optimi emiſerunt ad vetuſtiora exemplaria emendatam, perquiſitis vndique codicibus, ac præcipuè ex Pariſienſibus Bibliothecis, Victoriana, quę libris exquiſitiſsimis inſtructa eſt, & Dionyſiana, in quod Monaſterium & Francorum Reges veterum ſcripta vndique ſummo ſtudio comportari, ac Monachi aſſeruare curauerant, vt in eo ſolius Ambroſij viginti, & amplius volumina inuenta ſint. Iam Petrus Nannius Alcmarianus, Scholia in quædā Ambroſij Opera ediderat, cum & hęc, & varias Lectiones è multorū diſsidentibus

antiquis voluminibus,& ex Germanica editione atque adeo obſeruatas à Manutio Ioannes Gillotius attexi Pariſienſi editioni,quam diximus, curauit. Denique Felix è Monte Alto,Cardinalis,qui poſtea renunciatus eſt Pont.Max.& Sixtus huius nominis V. vocatus,cum ante Pontificatum tres Ambroſij tomos in vrbe cudi emendatiores, reliquos in Pontificatu cudi curaſſet,Pariſienſis item Typographi tres illos,primos ediderunt, reliquos deinceps ſua opera caſtigatos emittentes,quandoquidem Romana integra editio, propter varias Pontificis Maximi occupationes fiebat longior.Nos igitur Romanam hâc editionem ſecuti,quæ in vnoquoque Tomo continentur: Quæúe de aliquibus libris dicenda ſunt, huc adiunximus.

*Primus Tomus,qui Romæ eſt editus Anno 1580. apud Dominicum Baſam.*

Quæ ad Lib.Geneſeos ſpectât vſq; ad c.49.
De Operibus ſex dierum.
De Paradiſo.
De Abel,& Cain.
De Abraham Patriarcha,& alijs.
De Bono mortis.
De Fuga ſeculi.
De Benedictionibus Patriarcharum.
De Dignitate conditionis humanæ.
De Arbore interdicta.
De Noë,& Arca.
De Iſaac,& Anima.
De Iacob,& vita æterna.
De Ioſeph.Patriarcha.

ANNOTATIONES { In Exodi, cap.8.16.24.30.32. In Leuitici,cap.10.12.26. In Numerorum,c.33.

Tractatus de quadraginta duabus manſionibus Filiorum Iſrael.

ANNOTATIONES { In cap.22.Deuteronomij. In cap.11.Libri ſecundi Regũ ſub titulo prioris, Apologiæ Dauid. In caput 12.

Apologiæ poſterioris Dauid,lib.1.
In lib.3.Regum,de Elia,& ieiunio.
De ieiunio Eliæ in eadem capita.
De Nabuthe Iezrealita in cap. 21. libr. 3. Regum.
ANNOT. in cap.6. lib.4.Regum.

*Obſeruationes,ſiue Annotationes aliæ in Primum hunc Tomum.*

Extant in alijs editionibus tres Ambroſij Epiſtolæ in varios Geneſeos locos, quæ in hunc Tomum inſertæ ſunt. Prima eſt ad Horuntianum. Quæ incipit, *Diuiſionem.* Agitur enim in ea.De diuiſione ſex dierum. Secunda ad eundem. De homine poſt beſtias producto. Incipit, *Moueri te.* Tertia de Paradiſo ad Sabinum. Cuius initium, *Lecto Hexaemero.*

Quæ libro primo de Noë,& Arca,ca. 4. videtur fuiſſe Ambroſij ſententia; Gigantes, qui præceſſere Diluuium,fuiſſe ex Angelorum,& mulierum concubitu procreatos, Sixtus Senenſis exponit, ipſum per Angelos intellexiſſe non ſpirituales,& cœleſtes ſubſtantias, ſed viros illuſtres, & vnius Dei cultores è progenie ſancta Seth deſcendentes ; qui quoniã vſque in eam diem permanſerant in fide,ac cultu Dei,Moyſes eos,Bene Elohim, ideſt, Filios Dei; Septuaginta verò Interpretes τοὺς ἀγγέλους Θεοῦ, hoc eſt,Angelos Dei vocarunt. Lib.5.Bibl. ſanctæ Annot.77.

At & quidnam ſentiendum ſit in lib.1.de Abrahamo,c.4.vbi videtur innui concubitum cum Agar fuiſſe adulterium,quodq; adulterium tẽporibus Abrahæ nõ fuerit illicitum,vide in eundem Sixtum.

Notandum eſt id quod Sixtus in quarto libro ſuæ Bibliothecæ obſeruauit. Diſtributionem horum Scriptorum in Hexaemeron,in libros,& capita, non prodijſſe ab Ambroſio, quamquam & Beda in Opuſculo de temporibus,& Iunilius (aut quicũque eſt auctor) in præfatione in Hexaemeron in Librorum nomine eos citant.Neq; enim libri ſunt, ſed Sermones ad populum habiti,& ab Auditoribus excepti,quod & eorum inſcriptiones in vetuſtiſsimis codicibus indicant,& Præfatiunculæ ipſe demonſtrant ad præparandos animos auditorũ:Perorationes item in Doxologijs deſinentes, contra Ambroſij conſuetudinem,qui nullum è ſuis libris ſic finire conſueuit.Sed & ea verba (ſubdit Sixtus) quæ habentur circa medium quinti Sermonis,ſiue li.5.c.12.euidentius arguunt hęc Ambroſium pro concione dixiſſe,& inter dicẽdum,ſimulato memoriæ lapſu, parumper de induſtria tacuiſſe,ad Baſilij Magni in eodem loco imitationem. Annot.94. libro 5.Bibl.S. Vide ibidem Sixtum.

De poſteriore Apologia Dauid, etſi videtur incertum, cuiuſnam fuerit Auctoris ob ſtyli diuerſitatem, quodq; ſolùm allegoricè Dauidis adulterium exponens, videatur tamen negare verum id fuiſſe adulterium, quod quidem in priore Apologia fatetur; Gillotius nihilo minus teſtatur, omnes codices, quotquot vetuſtos nactus fuerat, quos fuiſſe plures diximus, præferre titulum Beati Ambroſij Epiſcopi Mediolanenſis: De diuerſitate ſtyli ait, modeſtiſsimos Patres gratiarum dotibus inſtructiſsimos pro qualitate perſonarum, & varietate argumentorum, aut temporum, ſtylũ attollere, vel demittere potuiſſe. Ego verò vix, aſſequi poſſum, cur Ambroſius iterum Apologiam pro Dauide texuerit, pro quo ſcripſerat primam, & quidem vberem, atque in qua pleraq; ſecundæ Apologiæ ſunt: ni pro ratione temporum eandem materiam varijs ſermonibus ſumens, ad captum quorundam, ita occaſione ferente, ſe attemperauerit: præterquàm quòd vt non ſemel de interpellatione Dauid egit, è varijs Pſalmis eandem ſumens materiæ occaſionem, ita etiam idem de Apologia præſtare potuit.

### *Tomus Secundus anno 1581. Romæ apud Dominicum Baſam continet.*

In Librum Tobiæ, ſiue aduerſus fœnoris, fœneratoriſq; prauitatem, lib. 1.
In Librum Iob, ſiue de interpellatione S. Iob, libros duos.
In eiuſdem Libri, caput ſeptimum Sermonem.
In Librum Pſalmorum, Argumentum.
In Pſalmum primum, 21. 34. 36. 37. 38. 39. 40. 41. ſiue de interpellatione S. Dauid.
In Pſalmum 42. ſiue de interpellatione S. Dauid.
In Pſalmum 43. 45. 47. 48. 50. ſiue de Apologia Dauid.
In Pſalmum 61. 62. ſiue de interpellatione Dauid.
In Pſalmum 104. 109. 117. In Pſalmum 118. Enarrationes viginti duæ ad Hebraici Alphabeti veritatem.
In Librum Prouerbiorum, ſiue de Salomone, liber.
In idem caput Fragmentum enarrationis.
In cap. 31. Prouerbiorum, ſeu de muliere forti Enarrationem. } Hæc duo non fuerunt antea excuſa.
In caput quartum libri Eccleſiaſtes, Exhortatio ad Clericos.
In Libri Eccleſiaſtici caput tertium Sermonem. Et in cap. 52. Enarrationem.
In Hieremiæ caput decimumſeptimum, Enarrationem.
In Danielis cap. decimumtertium, Sermones duos.
In Ionæ Prophetæ cap. 3. & 4. Enarrationes duas.
In Michæam Prophetam obſeruationes duas.
In Aggæi cap. primum, & ſecundum, Obſeruationem.
In Malachiæ caput primum, Sermonem.

### *Obſeruatio in Secundum Tomum.*

Nonnulla, quæ ſunt in hòc 2. Tomo nec Tritemio, nec Sixto Senenſi innotuerant.

De interpellatione Dauid dubitandum non eſt, quin liber ſit Ambroſij, cum in omnibus vetuſtis exemplaribus teſtetur Gillotius, quorum vnum tam multæ eſt antiquitatis, vt iurare poſsis ætate Ambroſij fuiſſe ſcriptum, inueniatur deſcriptus ſtatim poſt primum illum de Interpellatione S. Iob. Hunc enim præfert titulum.

### *Tertio Tomo contenta, qui ante omnes fuit inprimis Romæ editus Anno 1579. apud Dominicum Baſam.*

Commentaria in Euangelia S. Lucæ in Decem libros diſtributa.
In Epiſtolas omnes D. Pauli. In eam tamen, quæ ad Hebræos inſcripta eſt, deſideratur Commentarij finis.

### *Obſeruatio in Tertium Tomum.*

Alij Commentaria in Lucam in vndecim libros diuiſerunt. Sed ne Ambroſius quidem ea diuiſit in Libros. Quicquid vel Auguſtinus, lib. 1. contra Cœleſtium, & Pelagium c. 43. ſextum, & decimum Ambroſij commentariorum illorum Librum, & Sexta Synod.

Act. 10.

Digitized by Google

Act.10.è ſexto lib.Commentariorum eorundem in Lucam auctoritatem citent, Fuere enim(quod & Sixtus Senenſis obſeruauit)perpetua continuationis ſerie exarata.

De Commentarijs autem hiſce, ne quem fallat,quòd à Ruffino ſcriptum fuit,Hieronymum haud magnopere illa ęſtimaſſe,primo non is fuit Ruffinus,cui(vt alibi diximus) integra fides adhibenda ſit.Deinde (ſi id verum ſit)dicimus,potuiſſe Hieronymum alijs vel occupationibus, vel Lectionibus diſtentum minus perpendere,quæ in Ambroſij cōmentarijs obiter legerat.fit enim hoc,& ipſis in nobis, vt cum ſecundæ cogitationes ſint meliores, ſecundæ itē lectiones,& meditationes ſolidiora iudicia pariant. E tribus itaq; iudicium de his Commentarijs rectius feret perſpicax Lector. Primò ex attenta ipſorum lectione: quæ quibus vnum ipſum Ambroſij Proemium paucis, ( ſed planè ) indicat quoniam ille actus ſpiritu ſcripſerit, quàmúe preſſo pede incedat,quoſúe requirat Lectores. *Itaque*(inquit)*ſi quis in hac ſacratarum diſputationum certamina veniens, exuat ſe vita huius expoſita ad errorem ſolicitudine,& nudus malitiæ, athleta pietatis , oleo ſpiritali velut quadam animæ membra perfuſus, ſuſcipiat certamina veritatis, haud dubiè perpetua promerebitur ſacratarum præmia coronarum. Bonorum enim laborum nobilis fructus eſt: & quantò plura certamina, tantò præcellentior corona.* Hæc ille.

Ruffinus inuectiuarum, lib.2.

Deinde ex acerrimo Auguſtini iudicio;Denique ex alijs pleriſque omnibus,qui eundem de Ambroſio per tot, quæ conſecuta ſunt,ſecula,ſenſum habuerunt.Certè Acca Cātabrigienſis vnus erit pro multis, qui ita ſcripſit. *Sunt quædam in expoſitione B. Ambroſij in Lucam tam diſerta ſimul,& excelſa, (quod tuam quoq; ſanctitatem vidiſſe nō ambigo,) vt à doctoribus ſolum intelligi queant: A rudibus verò,faſtidioſiſúe Lectoribus(quales in præſenti æuo plures inuenies)præ difficultate aſſequendi ea,quæ diſerta ſunt, vel capiendi, quæ alta,ne quærēdi quidem,quæ quaſi celſiora,nec quaſi ſe fortiora,putentur eſſe ſcrutanda. Nec parum dedit iudicij doctiſsimus Pater Auguſtinus,qui ad Paulinam Dei famulam,de videndo Deo ſcribens,non alijs magis, quàm ex hoc opere ſumptis B. Ambroſij teſtimonijs vtendum putauit, & ea pariter non ſolùm ponenda ſimpliciter,ſed etiam exponenda iudicauit, adeo,vt ex paucißimis memorati Tractatoris ſententiolis,non paruum volumen retractando confecerit.Quædam tamē S.Ambroſius in hoc Opere indiſcuſſa prætérijt,quæ illi,quaſi ſummæ eruditionis viro plana,nec quæſitu digna videbantur.* Hactenus Acca.

Epiſt.ad Ven. Bedam.

Ad commentaria verò iſta , ſunt quoque ſuis locis adſciſcendi ſeptem eiuſdem Ambroſij Sermones,qui in Tomo Quinto huius Romanæ editionis extant: ſed in alijs editionibus aliquibus ſunt inter Sermones eiuſdem. Nempè

In Lucæ c.6.De curatione manus aridę è D. Baſilij Oratione penè ad verbū ſumptus.
Alter in 12.ca.Lucæ.De homine,cuius ager fructus vberes tulit.
Tertius,in cap.13. De grano Sinapis.
Quartus,in idem caput. De fermento.
Quintus,in cap.17.De fulgure ab Oriente in Occidentem emicante.
Sextus,in cap.23.De Latrone.
Septimus. De negatione Petri.

### *De Commentarijs in Epiſtolas Pauli.*

Iam verò Commentarios in Epiſtolas Pauli non eſſe Ambroſij, hoſce, qui dati ſunt prelo,ſed interijſſe, perſuaſum eſt ferè doctoribus. Et quāmuis Sixtus Senēſis ita tribuat Ambroſio,vt aſſerat ſimul, eos breues quidē eſſe in verbis,ſed ſententiarum pōdere graues,probabilius eſt tamen,quod cum alijs affert Card.Bellarm.Sic verò hic ait: *Auctor Cōmentariorum in Epiſtolas Pauli,quæ S. Ambroſio tribuuntur, vt à viris doctis non creditur fuiſſe S.Ambroſius, ita æqualis ſine dubio Ambroſij fuit.Vixit enim Damaſi Papæ tempore,vt ipſe teſtatur in Commentario capitis tertij prioris epiſtolæ ad Timotheū.*Quin & Ioan.Maldonatus.*Ambroſius* (inquit) *in pleriſque Græcos ſequitur:Non eſt auctor Commentarij in Epiſtolam ad Romanos,ad Corinthios,ad Galatas;memoria lapſus cum Auguſtino,cum Iacobum quem in montem Thabor cum Petro,& Ioanne aſſumpſit, exiſtimauit fratrem Domini fuiſſe:cum Euangeliſtæ fratrem illum Ioannis,Zebedæi filium fuiſſe dicant.*

Bella.Car. de Amiſſ.gratię, & ſtatu pecca ti,ca.5. To.3. ſiue nunc 4. Et alibi,lib.4. de Iuſtificat. cap.8.
Cap.17. Mat.

Atqui & idem Maldonatus Commentarium illum in Epiſtolam ad Romanos fuiſſe potius Remigij cenſet,quàm Ambroſij. Sanè ipſi credendum puto, eūdem iſtius Cōmentarij eſſe Auctorem, qui librum ſcripſit de Quæſtionibus Veteris, & noui Teſtamenti, Auguſtino olim,ſed falsò aſcriptum.Qua de re,vide in Cenſura,quam Auguſtini operibus adtexui.

In ca.3. Ioan. verſu 5. poſt medium:

Ceterum,tanto minus videntur Ambroſij, quod & in Epiſtolam ad Romanos videtur alicubi ſapere Pelagianiſmum,qui tamen forſan ab hæreticis, vt eorum mos eſt, fuit poſtea inſperſus.Et in c.7.& 8.prioris Epiſtolæ ad Corinthios dicitur,non ita virum cōſtringi lege matrimonij,quemadmodum vxorem. Quod quidem ab omnibus Theologis improbatur.



Digitized by Google

### *Quarto Tomo contenta. Qui Romæ prodijt Anno 1583. ex officina Dominici Baſæ.*

De Officijs, libri tres.
Tractatus in Symbolum Apoſtolicum.
De Fide ad Gratianum Auguſtum, Libri quinque.
De Spiritusſancto ad eundem Gratianũ Auguſtum, libri tres.
De Filij Diuinitate, & Conſubſtantialitate contra Arianos, liber vnus.
De myſterio Paſchæ, Libellus.
De Paſchalis celebritatis Ratiõe, Enarratio.
De Satyri fratris obitu, liber vnus.
De fide Reſurrectionis, liber vnus.
De Initiandis, liber vnus.
De Sacramentis, libri ſex.
De Sacerdotum dignitate, liber vnus.
De Pœnitẽtia contra Nouatianos, libri duo.
De Virginis Inſtitutione, liber vnus.
Hortationis ad Virginitatem, Tractatus.
De Virginis forma viuendi, ad Virginem deuotam, Tractatus.
De Virginis lapſu ad Virginem lapſam, Tractatus.
De Virginibus ad Marcellinam Sororem, libri tres.
De Viduis, liber vnus.
De Vocatione omnium gentium, libri duo.

### *Obſeruatio in Quartum Tomum.*

Libri de Officijs pleni ſunt Chriſtianæ prudẽtiæ, atque eruditionis. Succus in eis ſpirans acre iudicium, quod dijudicãdis hominum cauſsis acuerat, & ſimul profundam pietatem ſapiens, quam Diuinitus electus Epiſcopus ab alto imbiberat. Quot periodi, tot ſententiæ, ac gemmæ ſunt. Vtinam, quoniam ab Ambroſio initio ſui Epiſcopatus cõſcripti ſunt ad componendos Clericorum mores, prælegerentur in omnibus Seminarijs Clericorum. Id viuens curauit effici Carolus Borromæus Sanctæ Praxedis Cardinalis, Vir, & Sanctus, & Sanctum ſuum Præceſſorem imitatus. Quin & Laicis adoleſcentibus collati cum libris ciceronis de Officijs vberrimum fructum afferrent. Certè, cum Ambroſius de ijs in tertij Libri fine ſententiam ſuam pronunciauerit, eiuſdem quaſi de cœlo loquentis audienda vox eſt. Sic autem inquit: *Hæc apud vos depoſui filij, quæ cuſtodiatis in animis veſtris: quæ vtrum aliquid profectus habeant, vos probabitis. Interim copiam multam exemplorũ afferunt. Nam propè omnia maiorum exempla plurima quoque dicta his tribus incluſa libris tenentur: Vt, etſi ſermo nihil deferat gratiæ, ſeries tamen vetuſtatis quodam compendio expreſſa, plurimum inſtructionis conferat.* Hæc Ambroſius.

(Videat Lect. 9. & 10. caput primi libri de Officijs San. Ambroſij.)

Duos libellos de Fide ad Gratianũ fuiſſe ab Ambroſio ſcriptos aduerſus fidei hoſtes, è vita Ambroſij ſatis conſtat: Qui quoniam ab hæreticis carpebantur, tres item alij eodẽ argumento fuere ab ipſo conſcripti.

(Vide Card. Baron. in vitã Ambroſij.)

Arnoldus autem Vuion Benedictinus monachus, de quo ſæpè diximus, ſignificauit mihi, ab Ambroſio duos alios de Spiritusſancto Libros aduerſus Macedonium fuiſſe cõpoſitos, quos manuſcriptos Hieronymus Benedictinus S. Iuſtinæ monachus tradidit Achilli Statio Luſitano, addens argumenta, quibus probabat eſſe legitimos Ambroſij fœtus. Quin & eiuſdem Ambroſij eidem Achilli Statio ab ipſomet monacho Hieronymo traditas fuiſſe quinque alias Epiſtolas manuſcriptas audio. Quas & in Cœnobio S. Iuſtinę extare adhuc, creditur. Hæc verò omnia num excuſa ſint, an verò ex parte ſint eadem cũ ijs, quæ prodierunt in lucem, non poſſum aſſerere alijs occupationibus in hac tanta Apparatus mole pluſquam ſatis diſtentus. Erit & aliorum ſuam huc conferre operam.

(In Idea Apparatus Sacri, & alibi.)

Ambroſij libri de Sacramentis ſunt verè Ambroſij, tum quoniam ante annos quingẽtos citantur à Lantfranco, Guitmundo, & alijs, tum quia ſunt eiuſdem ſtyli, atq; ſimilitudinis cum ijs, quos ſcripſit de initiandis myſterijs: Idem cum reliquis penè omnibus ſentit etiam card. Bellarminus.

Tractatus ad Virginem lapſam dubitatum eſt, an ſit Ambroſij: Nam vt mittam nunc ſtylum, & dictionem, cap. 8. habet hæc verba. *Inhære pœnitentiæ vſque ad extremum vitæ, nec tibi præſumas ab humano die poſſe veniam dari; quia decipit te, qui hoc tibi polliceri voluerit. Quæ enim propriè in Dominum peccaſti, ab illo ſolo quære remedium.* Porrò tota hæc ſententia eſt planè Nouatiana, contra quam diſputat ipſemet Ambroſius in duobis libris de Pœnitentia. Fateor autem plura in reliquis capitibus huius Tractatus eſſe, quæ ſtimulum peccantibus addere poſsint, vt reſipiſcant, quæve cunctis vſui eſſe queant, ſi Orthodoxè proponantur.

Libri de Virginibus ad Marcellinã, vniuerſi ſunt aurei, & melliti. Qua verò pietate, ac



Digitized by Google

cultu ferebatur Ambroſius erga omnes Sanctos,atque in primis erga Beatiſsimam Virginem Dei Matrem,liquido commonſtrant.Quod quidem vbicunque ſe dat occaſio,facit. Deſinerent eſſe hæretici,qui è nobis exierunt, ſi geſtis Sanctorum colligendis, ac perpédendis eodem Ambroſij ſpiritu ducerentur.

Libros de vocatione Gentium, maximè probabile non eſſe Ambroſij. Gillotius teſtatur in tanta veterum codicum multitudine,qui vndique Pariſijs corrogati ſunt, nullũ exemplar fuiſſe repertum,nec librorum de vocatione Gentium,nec alterius,qui in veteribus Editionibus eodem tomo,titulo hoc notatur: *De Fide contra Arianos*. Quem,& Ioan. Coſterius probauit non eſſe Ambroſij ex Epiſtola Auguſtini ad Fortunatianum, quæ eſt centeſima vndecima; vbi quædam citantur ex eo libro non Ambroſij, ſed Gregorij Nazianzeni nomine:Vnde colligi poteſt(inquit)à D.Ambroſio Latinum factum fuiſſe, & ſic inter Ambroſianas lucubrationes receptum. Nam quæ afferũtur à Theodoreto in Polymorpho ex Ambroſij libro de Fide, ea deſumpta ſunt non ex hoc libello de fide contra Arianos,ſed ex libris de Fide ad Gratianum.

Præterea,in capite ſeptimo,libri primi de Vocatione gentium,& capite octauo libri ſecundi mẽtio fit Pelagianorum,qui ſub extremam Hieronymi ætatem ſunt exorti.Ambroſium autem ante Hieronymum diem obijſſe planum eſt. Coſterius primus, quem & alij cordati viri ſecuti ſunt,monuit,ſe ex multorum veterum exemplarium obſeruatione deprehendiſſe,illos eſſe Proſperi Aquitanici,inſignis ſanè Doctoris.

## *Tomo Quinto contenta, qui Romæ prodijt Anno 1585. apud Dominicum Baſam.*

Sermones de Tempore.
Conciones pro varijs actionibus.
Sermones de Sanctis per annum.
Epiſtolarum,libri octo.
Precatio prima præparans ad Miſſam.
Precatio ſecunda ad idem.
Hymni trigintaquatuor diuerſis temporib. concinendi.

## *Opuſcula item Ambroſio adſcripta,quæ non ſunt eius.*

Commentaria in Apycalypſim Beati Ioannis.
De vitiorum virtutumq; conflictu Liber ad Simplicianum.
Expoſitio Fidei,ſiue Symboli Nicæni explicatio contra Arium, & Photinum, cum notis Vuilhelmi Damaſi Lindani Epiſcopi Ruræmundenſis.
De Spiritu Sancto Libellus,ſiue fragmentum.
De Concordia Matthæi,& Lucæ in genealogia Chriſti deſcribenda Tractatus.
De Pœnitentia liber.
Ad pœnitentiam agendam exhortatio.
De Origine,& moribus Brachmanorum Tractatus.
Expoſitio in canticum canticorũ è libris B.Ambroſij excerpta ab Antonio Demochare.

## *Obſeruatio in Quintum Tomum.*

Quod ad Sermones attinet, in veteribus editionibus haud dubium, quin Sermones, 9.37.72.non erant Ambroſij: Extabant autem inter Sermones quoque Auguſtini.Sermo item de S. Euſebio Vercellenſi, qui erat 69. Et Sermo 73.de S. Cypriano,habentur inter Sermones D. Maximi,eam fortè ob cauſſam, quòd Maximus Ambroſium ſit imitatus. Sermones porrò 3. 14.31.32.44.47.49.50.51.52.53.54.56.57.58.60.61.62.66.77. 78. & 82. ad verbum ſunt in Sermonibus Maximi. Et verò, Maximi potius eſſe, quàm Ambroſij videntur. Cuiuſcunque tamen ſint, vterque antiquus, & ſanctus eſt. Præterea, Sermo trigeſimusquartus, in quo agitur de ieiunio Quadrageſimæ, vix putatur eſſe Ambroſij. Ambroſij enim ætate Mediolani ſeruabatur mos Græcorum de non ieiunando in die Sabbathi.

At in eo Sermone reprehenditur Quinquageſima, quam loco Quadrageſimæ introduxerant aliqui, nempè addentes vnam hebdomadam Quadrageſimæ, vt detractis Sabbathis,& Dominicis, quibus non ieiunabatur, idem dierum numerus rediret, ideſt quadraginta,quibus ieiunatur,cum quatuor dies ſex hebdomadas præcedant,quibus incipit ieiunari. Bell.Car.li.2. cap.15.de bonis operibus in particulari

Sermonem etiam 92.in veteri editione merito redarguũt docti Viri,in quibus eſt etiã Baronius Cardin. In eo autem Sermone narratur Auguſtinum ſæpè fatigaſſe, ac coar- In vita Ambroſij.

ctaſſe

ctaſſe Ambroſium, vt viribus deſtitutum compulerit ad Diuinam opem implorandam, qua ab Auguſtini captionibus liber euaderet. Sed ſecus res habet, quemadmodum liquet è quinto, & ſexto libro Confeſsionum ipſius Auguſtini, quos ſupra citauimus.

Baron. Card. Tom. 4. Sermo autem qui Ambroſij nomine fertur de Baptiſmo S. Auguſtini, ne apicem quidem habet Ambroſij.

De Sermone verò, in Purificatione Beatiſsimæ Virginis habito. Vide, quod in obſeruatione Sexti Tomi, infra.

In Oratione autem Ambroſij habita in funere Theodoſij, vbi videtur fuiſſe eius ſententia, Conſtantinum baptizatum fuiſſe in vltimis conſtitutum: quomodo rectè intelligendus ſit; lege tertium Annalium Tomum Baronij Card. ſub annum 324.

### *De Epiſtolis.*

Epiſtolæ in hac editione ſunt optimè pro rerum varietate, quæ ſcribuntur in illis diſtinctæ. Et quidem omnes ſolidum illud pectus Ambroſij pietatis, & prudentiæ plenum ſapiunt.

In vetere autem Editione, quæ erat Epiſtola octogeſimaſecunda nō poterat eſſe Ambroſij. In ea namque mentio fit Venetiarum, quę ciuitas poſt Ambroſij mortem cœpta eſt ædificari; nimirum, anno Domini 420.

Epiſtolam ad Demetriadem, quæ in ea editiōe erat 84. aliqui vt alieniſsimam ab Ambroſio reijciunt. Ioannes autem Coſterius aſſerit ſe ex multorum exemplarium obſeruatione deprehendiſſe, illam eſſe Proſperi Aquitanici: Quam tamen Nannius in Scholijs credit eſſe Ambroſij, ſed ſtylo dilutiore cōſcriptam propter puellare ingenium, ad quod ſe voluerit attemperare.

In editione autem Pariſienſi, quæ prodijt anno 1569. adtextæ ſunt ad totius Operis finem, Epiſtolæ aliquot Philoſophorum D. Ambroſio interprete, Gilberti cognati Nozereni opera iam olim cum alijs Laconicis multorum Epiſtolis collectæ. Deinde item aliæ duæ, quæ quoniam neq; tunc iudicatæ ſunt Ambroſij (licet ſub eius nomine in exemplari Pariſienſi S. Germani ad Pratum Scholaſticorum inuentæ ſunt) ideo neque in Romana editione locatæ fuerunt.

### *De Hymnis.*

Quem verò Hymnum Ambroſius dicitur compoſuiſſe, qui ad primam recitatur ab Eccleſia, eum Bellarminus Card. conijcit fuiſſe ab Ambroſio factum pro exortu diei. Poſtea verò Eccleſiam officio Primæ inſeruiſſe. Ambroſij enim tempore Prima illa Hora non recitabatur, cum Ioannes Caſsianus ſcribat ſuo tempore fuiſſe inſtitutam, libr. 3. de Inſtit. Cœnob. cap. 4.

Qui item Hymnus incipit, *Deus creator omnium*, agnoſcitur ab Auguſtino, li. 9. Confeſſ. c. 12. qui aliquot eius verſus afferens veridicos appellat, & commendat. Vide & Auguſtinum, lib. 6. de Muſica, c. 2. & 9.

*Vexilla Regis prodeunt*, Qui Hymnus concinitur Dominica Paſsionis, & Palmarum, tribuitur à nonnullis *Theodulpho*, ab alijs *Fortunato*, ab aliquibus, *Sedulio*.

### *De Opuſculis Ambroſio adſcriptis.*

Opuſcula, quæ ad calcem quinti Tomi adiecta ſunt, aſcripta quidem Ambroſio, ſed interdum ſub nomine Hieronymi, vel Auguſtini, vel Leonis, vel Bedæ emiſſa è typis, nō ſunt Ambroſij.

Apocalypſis D. Ioannis expoſitionem ſub nomine Beati Ambroſij Epiſcopi Cuthebertus Tonſtallus Dunelmenſis Epiſcopus anno 1548. à ſe inuentam, dum varias Bibliothecas excuteret, quaſi theſaurum pro ſua pietate euulgari curauit. Adiecit rationes, quibus iudicabat eſſe Ambroſij legitimum fætum. Primam, ex eodem titulo tam initio, quā in fine Operis. Secundam, quòd nemini vel Græcorum, vel Latinorum, quorum in Apocalypſim commentationes hactenus in lucem prodierunt, non modo non cedit, ſed longè ſuperare videtur. Tertiam, quòd tum ſtyli ſimilitudine, tum induſtria ſedula referat Ambroſium Mediolanēſem Epiſcopum, qui, dum germanum ſenſum eruere ſedulò pergit, digredi non ſolet, ſed ſemper in id, quod agit, incumbit. Quartam, quòd nemo in Eccleſia Dei Ambroſius præter Mediolanenſem Epiſcopum appellatus ſit Beatus. Quòd

Apud Vaſcoſanum, Lutetiæ, an. 1548.

Quòd ſi quem moueat locus, qui in hoc Commentario habetur Gregorium Magnũ Pontificem Romanum verbis, & ſenſu penè referens, non magnopere moueri quempiam debere exiſtimat: cum Gregorius Ambroſij commentarios forte legens ſtuduerit ab illis nec verbis, nec ſenſu diſſentire, vt ſæpe ſolent (ait) poſteri per prata maiorum tranſeuntes floſculum aliquem inde carpere.

At certè quidquid horum ſit, negari non poteſt & ſtyli diuerſitas, & minus preſſa quã Ambroſij ſolet eſſe explanatio. Addo in tanta reuelatione Io. Euangeliſtæ, futurum, vt ingenium Ambroſij altius euolaſſet, ſi per cœleſtem iſtam Apocalypſim alas expandiſſet. Tituli verò appoſitio tam ad principium, quam ad finem, eo maiorem ingerit ſuſpicionem, nempe additam illam inſcriptionem, vt libro auctoritas conciliaretur; vel certè, ſi quis vellet aliquid carpere, nomine conſpecto Ambroſij, ſe contineret. Quin cum Ambroſij Epiſcopi, (non autem Mediolanenſis) mentio fiat, religione aliqua potuit permoueri aliquis forte & nomine, & dignitate Epiſcopus, ne iram D. numinis in ſe cõcitaret, ſi falſum adieciſſet Epiſcopi ſancti titulum.

Sed, vtut hæc ſint, ſanè non poteſt eſſe Ambroſij. Decimo enim ſeptimo capite, cum Auctor interpretetur verba illa: *Et decem cornua, quæ vidiſti, &c. cap. 11. Apocalypſeos*; Longobardos occupaſſe Italiam dicit. At certum eſt multo poſt tempore, quàm vixit Ambroſius, eos Romanum inuaſiſſe Imperium.

Virtutum, & vitiorum conflictus inter Auguſtini opera, quæ extant, in nono ipſius Tomo ponitur; ſed vberior quàm hic. Et quidem alij tribuũt hunc libellum Auguſtino, alij Leoni Papæ (quod tamen credibile non eſt) alij Gregorio Magno Papæ.

Libellus de fidei expoſitione fuit alicuius Epitome excerpta è primo libro Ambroſij de Fide ad Gratianum. Eam ſub Ambroſij nomine Romam miſit Vvillhelmus Lindanus inuentam in Belgio, & ex antiquiſsimo exemplari deſcriptam: Addidit Epiſtolam, & notas ad idem fragmentum, quæ in Romana hac editione extant.

Libellus de Spirituſancto repertus olim in Bibliotheca S. Dionyſij propè Pariſios, ac deinceps tribus Ambroſij libris de Spirituſancto adiunctus à Typographis, nõ eſt ipſius, quod ſatis oſtendit dictionis diuerſitas, & ſtyli. Sed & alij libri Ambroſij de Spirituſancto diſtincti ſunt in capita, hic perpetuus eſt: in alijs præfatione vtitur, huic deeſt præfatio. Et in fine huius libri ait, ſe breuiter de Diuinitate Spirituſſancti dixiſſe: at in tribus copioſè diſſerit. Quin & alia vtitur verſione, cum Scripturæ Sanctæ profert teſtimonia. Accedit, quod in hoc libello ſcribitur. *Vnde tractum eſt per omnes ſacere Orientales Eccleſias, & nonnullas Occidentales, vt in oblationibus ſacrificiorum, quæ Deo Patri offerentur vna cum Sacerdotis voce populus vtatur, id eſt. Sanctus, Sanctus, Sanctus, quod Chriſti inſtitutum eſſe dicunt hiſtorici.* Digniſsimus tamen lectu eſt, ac perantiquus.

Idem ſentit Gillotius.

Pro miniſtrãtibus illis Domino, habet. Deſeruientibus illis Domino; Act. 13.

Tractatur de Cõcordia Matthæi, & Lucæ ſuper Genealogia Chriſti, cũ in duobus peruetuſtis exemplaribus inuentus fuiſſet, Altero S. Victoris, altero S. Dionyſij Pariſijs adiectus olim fuit à Gillotio Pariſienſi editioni 1569. Ac quidem putabat ille non abhorrere cum materia, neque ſtylo ab Ambroſio: ſed ſecus viſus eſt alijs.

Liber vnicus de Pœnitentia non eſt Ambroſij; qui duos tantũ de Pœnitentia ſcripſiſſe legitur in Pſalmum 37. eoſque aduerſus Nouatianos, quorum in hoc nulla fit mẽtio. Styli quoque licet elaborati, modus, & aſperitas quædam indicat, fuiſſe Africanum Scriptorẽ. Quod & comprobatur apertius, cũ in extremo hoc libello hæc verba ſint Auctoris. *Nulla capiaris obliuione Victoris.* Gennadius in catalogo Scriptorum illuſtrium, ac poſt illum Tritemius meminere Victoris Cartennæ Epiſcopi in Mauritania, qui librum vnum de Pœnitentia conſcripſit. Verba quædã, quibus Africani delectantur, adhuc magis perſuadent Auctorem fuiſſe Africanum; vt quod remiſſam peccatorum dicat pro remiſsione. Porrò & alia ſcripſit Victor ille Cartennæ Epiſcopus, vt Triteminius notat, quẽ claruiſſe dicit ſub Martiano Imp. an. 450. Sanè poſt mortem Ambroſij, quinquaginta, minimum, annos.

Tractatus Brachmanorum, ſiue Brachmanum, in cuius fine aliqua deſiderari videntur, abeſt omnino à ſtylo, grauitate, atq; inſtituto Ambroſij. Quæ verò noſtra ætate Hieronymus Oſorius, & noſtri, qui Indicam illam Chriſti vineam excolunt, de iiſdem ſcripſerunt, facile vnicuique monſtrabunt, & quod iudicium ferendum ſit de hac hiſtoria, licet non eadem ſint tempora, aut ſtatus rerum, quando ille conſcriptus eſt.

Expoſitionem in Canticum Canticorum non quidẽ ipſe Ambroſius confecit. Sed quia eo libro mirum in modum delectatus eſt, vt in eius operibus cernitur, primò quidem ea fuerat excerpta à Coſterio, ac Louanij edita ann. 1558. ſed poſtea ab Antonio Demochare Theologo Sorbonico, ex multis partibus, veluti membris in vnũ corpus digeſta omnia, quæ ad interpretationem cuiuſque loci pertinere videbantur.

## *Contenta Tomo Sexto, qui Romæ editus eſt Anno 1587. apud Dominicum Baſam.*

Poſt literas Priuilegij Sixti V. Pont. Max. Epiſtola ad Lectorem de Stylo, & Diſtinctione operum Ambroſij.

Sermo de Purificatione S. Mariæ Virginis, numquam antea excuſus, &, dum alia Ambroſij opera in Vrbe edita eſſent, Romam miſſus è vetuſtiſsimo exemplari m. s. monaſterij Meſſanenſis S. Placidi. Additum eſt Scholion, quo eius feſti celebritas fuiſſe antiquiſsima docetur, quicquid Iuſtinianus Imp. poſtea præceperit, vt præcipuo cultu, Conſtantinopoli quoque terræmotibus quatefacta, & graſſante peſtilentia, ad iram Diuini numinis auertendam celebraretur.

Niccphor.

Vita Ambroſij à Cæſare Card. Baronio collecta.

Vita eiuſdem à Paulino Presbytero conſcripta.

Index locorum Sacræ Scripturæ, quos Ambroſius libris ſuis paſsim explicuit.

Index alter Verborum, & Rerum.

Notationes ex Petri Nannij, & aliorum Scholijs, ſelectæ ad huius editionis vſum accommodatæ.

Diſticha, quæ deſcripta ſunt in Baſilica S. Ambroſij Mediolanenſis Epiſcopi. Vide in Tom. 8. Bibl. SS. Patrum. Editionis ſecundæ Pariſienſis, Bignæi,

Quæ verò poſt iſtas omnes editiones prodijt Ambroſiana Confeſsio, hoc eſt Dogmatum, & Doctrinæ ipſius per capita, & Methodum digeſta collectio, perutilis quidem eſt, vti ſuo loco dicetur.

AMBROSIVS Anſbertus, ſiue Autbertus Gallus, monachus Benedictinus, qui floruit anno Domini 890. Arnoldo Imp. ſcripſit in Canticum Canticorum. In Pſalterium, lib. 1. In Apocalypſim, & hic excuſus eſt Coloniæ Agrippinæ, an. 1536. De Cupiditate. Epiſtolarum ad diuerſos, librum. At Sigebertus ita ſcribit de illo. Ambroſius Autbertus ſcripſit librum de Cupiditate: ſcripſit etiam libros decem, ſuper Apocalypſim, & alia nonnulla. Veruntamen m. s. codex vterque habet *Ambroſius Autbertus*, vt & Affliginienſis, & Gemblacenſis. Tritemius autem habet *Anſbertus. Anſertus* autem legitur in Card. Bellarm. qui & eum vixiſſe decima ætate ſcribit. At nos Venetijs manuſcriptũ vidimus in Bibliotheca, quam Germanus Card. legauit Canonicis Regularibus Ordinis Sancti Saluatoris, apud Aedem D. Antonij.

Sigeb. in cat. An. Domini 890. Trit. Hæc Suffridus Petrus.

AMBROSIVS à Vinea. Vide, in verbo, Ambroſius Vignate.

AMBROSIVS Beltramus Venetus, Auguſtinianus, de Voto paupertatis, & de proprio non habendo in Religione, Venetijs apud Andream Muſchium 1581.

AMBROSIVS Calepinus Bergomenſis Auguſtiniani ord. Opus magno labore è plurimis propè auctoribus collectum De Vocabulorum, ac Præpoſitionum notitia euulgauit initio ſeculi 1500. Videtur autem alia quædam ſcripſiſſe: Nam vbi *Venetiarum* meminit, *De huius* (inquit) *Ciuitatis laude, quoniam apud Iacobi Philippi Chronicon à nobis lategeſtum eſt, duximus omittendum.* De quo etiam in libro qui inſcribitur *Supplementum Chronicorum*; idem Iacobus Philippus ita refert, *Ambroſius Calepinus conterraneus, & coetaneus meus, meiq; inſtituti profeſſor, cuius conſuetudinis ſuauitate iugiter fruor, his temporibus nobiſcum dulciter cohabitans, innumerorum Doctorum elucubrationes ſua induſtria magno labore Opus pergrande, atq; inſigniſsimum de Vocabulorum omnium notitia ſolerti indagatione collegit, illudq; imprimi curauit. Obijt Bergomi valde ſenex ann. 1510. & in Eccleſia S. Auguſtini ſepultus iacet.*

Porro liber, qui iam paſsim *Calepinus* dicitur, ſæpiſsimè paſsim excuſus, & fauſto progreſſu nouis ſemper additionibus auctus, in multo maiorem molem excreuit: quippe qui iam cum vocibus octo idiomatum variorum, atque ex Theſauro Latinæ linguæ mirificè ditatus eſt.

AMBROSIVS dictus *Camaldulenſis è Porticu* Oppidulo non procul Florentia, quamobrem & appellatus *Florentinus*, ordinis Camaldulenſium Generalis Abbas, cuius vitam poſteris mandauit Auguſtinus Florentinus Camaldulenſis, quique ab Eugenio IIII. Orator miſſus eſt ad Conſilium Baſileenſe, ſcripſit Tractatum de Spirituſancto contra Græcos, negantes Spiritumſanctum à Filio procedere. Tractatum item de Sacramento admirabili corporis Chriſti. Orationes habitas ad Patres Concilij. Quarum præcipuam dixit Ferrariæ Græco idiomate, coram Emanuele Imperatore, cæteriſque Orientatibus Epiſcopis, atque proceribus. Extant Epiſtolarum ipſius libri ſexdecim, eleganti ſtylo cõſcripti, quartum Archetypon Florentiæ in Bibliotheca S. Marci aſſeruatur, & initium eſt,

*Affectus*

*Affectus ſum ſingulari voluptate.* Item libros duos earum rerum, quas geſsit Generalis Abbas. Chronicon item Montis Caſſini. Vitam S. Eugeniæ Virginis. Vitam SS. Patri, & Hiacinthi: E' Græco autem conuertit in linguam Latinam, librum de Virginitate ſcriptum à Baſilio. Vitam Ioannis Chryſoſtomi à Palladio conſcriptam. Libros Ioannis ad Stagirium monachum. Homilias eiuſdem Ioannis in Mattheum. Libros decem, & octo eiuſdem Ioannis diuerſi argumenti. Vitas monachorum, & Gregorij Nazianzeni. Vitas SS. Patrum Aegypti, libros quatuor Dionyſij Areopagitæ; Diogenem Laertium de vitis Philoſophorum, ad Coſimum Medicem. Ephræm Syri Diaconi aliqua ad eundem Coſimum, & incipit, *Dilectiſsimi.* Climachum Ioannis Scholaſtici, in quo agitur de Vita, & Perfectione Monaſtica; obijt anno Domini 1490. apud Camaldulenſem Eremum triginta millibus paſſibus Florentia diſtantem. In eius laudem quædam annotauit Petrus Benedictinus in Hiſtoria Monaſtica, & Paulus Iouius in Elogijs. Vide Michaelis Pocciantij ordinis Seruorum catalogum ſcriptorum Florentinorum: Et in verbo, Auguſtinus Florentinus Camaldulenſis, in hoc Apparatu.

AMBROSIVS Catharinus Politus, Senenſis, Dominicani ordinis, Archiepiſcopus Compſæ floruit potiſſimum, quo tempore Synodus Tridentina habebatur. Vir acris ingenij, atque iudicij; niſi quòd (vt homines ſumus) ipſe rerum vſus, agitatæq; à diuerſis ſuperioris huius ſeculi controuerſiæ de Theologicis quæſtionibus fecerunt, vt pleraque illius haud omnino probarentur. Quæ, ſi ipſe eſſet ſuperſtes, haud dubium, quin, & ipſe pro ſua erga catholicam Eccleſiam obſeruantia, & fide improbaret. Scripſit autem libros quinque aduerſus Martinum Lutherum, qui anno Domini 1521. Florentiæ editi ſunt. Eiuſdem porrò libri quatuor excuſationis eodem anno prodierunt; è quibus libris iudicium de perſona, & doctrina Martini Lutheri, Franciſcus Behem Moguntiæ euulgauit anno Domini 1548. Item contra Dogmata quædam Thomæ Cardinalis Caietani, Pariſijs apud Colinæum. Sed, & ipſius libri de Reſidentia Epiſcoporum, & de Anni correctione Venetijs emiſſi ſunt apud Gabrielem Iolitum, anno Domini 1547. Præterea, Sixtus Senenſis, in quinto, ſexto, & ſeptimo libris ſuæ Bibliothecæ Sanctæ, excutit pleraq; Ambroſij Catharini, præſertim, quæ in libris Annotationum aduerſus ſcripta eiuſdem Caietani Catharinus emiſerat. Vide inter alias Annotationem Sixti numero 157. lib. 5. Bibl. S. Qui & oſtendit eum non rectè Caietanum notaſſe in Gen. 18. in eo quod legitur *Abraham in valle Mambra tres vidiſſe, & vnum adoraſſe.* Vide eiuſdem Sixti Annotationem centeſimam, lib. 5. Bibl. S. Atqui Ambroſius Catharinus in Gen. 3. tradidit Moyſem, vna cum corpore viuentem fuiſſe tranſlatum in Paradiſum voluptatis, vt ibi vſque ad conſummationem ſæculi viueret cum Enoch, Helia, Ioanne. Idem confirmat in cap. 2. Gen. Secutus eſt autem hanc opinionem Io. Arboreus, libr. 11. Theoſophiæ, & antea Hilarius can. 20. in Matthæum, ſenſeratque hoc ipſum Ambroſius, vt cerni poteſt in Annot. 61. libr. 5. Bibl. S. Sixti, & Annot. 91. lib. 6. Reclamant verò Hebraicæ ſcripturæ veritas, atq; omnes ferme Eccleſiaſtici ſcriptores. Vide Bened. Pererium in Geneſim. At, & ſi Catharinus cum hæreticis non ſenſit, certitudinem fidei (de qua ſcripſit) de propria gratia neceſſariam eſſe ad iuſtificationem, neque hac fide, qua homo credit, ſe iuſtum eſſe, & multo minus hac ſola fide hominem iuſtificari, tamen aſſerit, poſſe hominem fidelem habere certitudinem fidei de ſua gratia. Proinde ſententia eius longe diſtat ab hæreſi Lutheranorum, tametſi erronea non immerito iudicari ſolet. Vide Card. Bellarm. c. 3. 4. 5. 8. 9. 10. de Iuſtificatione, lib. 3. aſſertiones eiuſdem Catharini, & Apologiam contra Dominicum à Soto diligenter expendentem, ac pleraque Catharini refutantem, quę prænoſcenda ſunt ei, qui ſine periculo, Catharini libros velit euoluere. De intentione autem miniſtri in Sacramentis, in quonam deflexerit à veritate Catharinus (niſi quod in fine Opuſculi ſui, quod hâc de re ſcripſit, ſe ſubiecit Apoſtolicæ Sedi, & Concilio) Vide eundem Card. Bellarm. lib. 1. de Sacramentis in genere, c. 27. & c. 28. vltra medium. Verum in Opuſculo de Imaginibus, cum docet, Deum in Decalogo prohibuiſſe imagines ſimpliciter, ſed illud præceptum fuiſſe poſitiuum, & temporale: nam propterea exiſtimat ipſe Deum iuſſiſſe fieri imagines Cherubim, vt indicaret imagines non eſſe malas per ſe, ſed ſolù malas, quia prohibitas, & etiam ne præiudicaretur Teſtamento nouo, in quo permittendæ erāt imagines; hæc opinio firmis rationibus oppugnatur, & reprobatur ab eodem Car. Bellar. li. 2. de Imaginibus Sanctorum, c. 7. vltra medium. Scripſit aūt Catharinus in Epiſtolas Pauli, & quędam alia Opuſcula, quæ Romæ edita fuere Paulo, ſiue item Iulio III. Pont. Max. ſed cum inter illa extent Quæſtiones duæ de Verbis, quibus Chriſtus ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum confecit, eas proſcripſit, atque prohibuit Sedes Apoſtolica. Vide Indicem librorum prohibitorum à Clemente VIII. Papa emiſſum. Libros autem de Prædeſtina-



Digitized by Google

ſtinatione,& alia quædam vidi ipſius Auctoris,cum etiam ann.1581.Senis,quæ patria fuit Catharini,vt diximus,impreſſum fuerit ipſius Opuſculum De Cœlibatu, aduerſus impium (vt habet inſcriptio) Eraſmum.

AMBROSIVS Coranus,quem alij *Coriolanum* ſiue *Choriolanum*,vocant,Auguſtiniani ordin.vir in ſcripturis ſanctis, & bonis artibus verſatus; Romæ obijt Prior Generalis, anno 1485.Ediderat autem viuens docta Opuſcula,nempè.

De Regimine Reipublicæ,lib.
De Sphæra virginis,lib.
De Immortalitate animæ,lib.
De Inuentione artium,lib.
De dignitate Sacerdotij,lib.
De modo orandi,lib.
De Idea,lib.
De veritate fidei Chriſtianæ,lib.
De proprietatibus Angelorum, lib.
De ſcientia,& ſapientia Chriſti Domini,li.
De eſſentia Dei, lib.
De Conceptione B.Virg.Mariæ,lib.
De Ineffabili verbo Dei,lib.
De Circumciſione Chriſti,lib.
De vita & laudibus Diui Auguſtini, lib.
De viris illuſt.ord.S. Auguſtini,lib.
De vita B.Chriſtinæ Spoletanæ.
Defenſorium ord.S.Auguſtini.
In primum Sententiarum.
Et In lib. Poſteriorum Ariſt.
In Artem veterem.
In Tractatum de Sphæra.
De laudibus Vrbis Romæ. Sermonum Duó volumina, diuerſarum materierum, quos coram Pontificibus Max.ſacroque Cardinalium cœtu habuit.

AMBROSIVS Ferrarius Mediolanenſis monachus Benedictinus, è Græco in Latinũ vertit Origenis Commentarios in Ioannem; quam verſionem edidit Venetijs anno Domini 1552. Andreas Spinellus.

AMBROSIVS Florentinus,qui ab inſigni pietate HOMO DEI appellabatur, in S.Auguſtini familiam ingreſſus,compoſuit Sermones Quadrageſimales. Et incipiunt: *Nolite fieri.* Ij in Bibliotheca monaſterij S.Spiritus Florentiæ aſſeruantur.claruit an. 1456.vt referunt Michael Pocciantius ord.Seruorum,in catal.Scriptorum Florentinorum, & Ioſeph Pamphilius in catal.Scriptorum ſui ordinis.

AMBROSIVS Frigenius è Baſsiano celebri Oppido Tractus Vicentini, Auguſtiniani autem ord.edidit Hetruſca lingua, Vitam, & Miracula Sancti Nicolai de Tolentino. Viuebat noſtra ætate.

AMBROSII Eremitæ Sermones Quadrageſimales, Venetijs apud Octau.Scotum,an. 1523.

AMBROSIVS primum Marcionites,deinde ab Origene correctus, Eccleſiæ Diaconus,& confeſsionis Dominicæ gloria inſignis fuit, cui pro Theoctiſto presbytero liber Origenis de Martyrio ſcribitur. Huius induſtria,ſumptu,& inſtantia, Origenes infinita dictauit volumina; ſed,& ipſe,quippe vt vir nobilis, non inelegantis ingenij fuit, ſicut eius ad Origenem Epiſtolæ indicio ſunt.Obijt ante mortem Origenis: & in hoc à pleriſque reprehenditur,quod vir locuples, amici ſui ſenis,& pauperis moriens non recordatus ſit. Hieron.in catal. Vixit anno Domini 230. Trit.

AMBROSIVS Neapolitanus Auguſtinianus,Epiſcopus Samoſenſis, & Mantuanæ Eccleſiæ Suffraganius,Theologus,& concionator,ſcripſit

De Mundi genitura,vbi ſex dierum opera explanantur: Incipit, *Geſtiens ego vermis.*
Annotationes in librum de cauſſis,ad Vrbini Ducem.Incipiunt, *Homerus.*
De Fato,aduerſus Petrum Pomponatium,ad Clem.VIII.Pont.Max.Incipit, *Quod meas ante litteras ad te dederim.*
Contra aſſertores mortalitatis animæ,ad Sigiſmundum Gonzagam S.R.E.Card.Incipit: *Cum omnis opera, ac ſtudium conferatur.*
De vera,& catholica fide, conflictationes contra Lutherum,ad Ioannem Matthæum Gibertum Epiſcopum Veronenſem.Incipiunt, *Si hactenus ad tuas litteras.*
De non abroganda Miſſa contra Lutherum.Incipit: *Quàm me iuuit.* Quadrageſimale.
Sermones per Aduentum vſque ad Epiphaniam,ad Federicum Gonzagam.Incipiunt: *Qui triumphales arcus, aut columnas.*
Conciones in Salutationem Angelicam,& Canticum Beatæ Mariæ Virginis. Incipiunt: *Duo mihi creditores.*
De Tribus Magdalenis,& de vnica Magdalena. Et alia. Quæ omnia Mantuæ aſſeruantur in Bibliotheca S.Agnetis,vbi obijt ſat ſenex,ſuperiore ſeculo.

AMBROSIVS Pelargus Niddanus,ord. Prædicatorum, ſcripſit aduerſus Ioan. Oecolampadium,pro Miſſæ Sacrificio.E Græco in Latinum vertit Io.Chryſoſtomi Liturgiã, Cui verſioni adiecit Doxologiam tam Græcè,quàm Latinè;quæ,& in Miſſa, & in precib.

Mantu-

Matutinis vſui fuit antiquis. Nicœnum item Symbolum conuertit: omnia ad exemplar D. Symeonis, quod apud Belgicam Treuerim extat peruetuſtum, cum breuibus eiuſdem Ambroſij Notationibus. Omnia verò Vormaciæ in Germania ſunt excuſa, an. 1341. Coloniæ autem è Typographia Gymnici prodierunt eiuſdem Opuſcula, quæ ſunt:

Aduerſus Anabaptiſtarum errores, lib. vnus. Refutatio conſilij Oecolampadiani de differendo paruulorum Baptiſmo. Liber aduerſus Iconomachos, ſiue in eos, qui bellum mouent contra Sanctorum imagines. Liber An fas ſit in Anabaptiſtas, adeoq; in alios hæreticos pœna capitis animaduertere. Confutatio Miſoliturgi de Sacrificio Miſſæ.

AMBROSIVS Quiſtellius Patauinus, Auguſtiniani ord. Procurator, & in Italia, abſente Hieronymo Seripando, Vicarius Generalis, obijt an. 1549. Edidit Opus aduerſus Philoſophos, eos ſcilicet, qui aſſerunt Diuinam Scripturam nequaquam poſſe percipi, niſi ab ijs, qui bonam vitæ partem in Ariſtotelis, & aliorum Philoſophorum lectione cótriuerint. Venetijs apud Stephanum Sabium, an. Domini 1537. Præterea ſcripſit Libellum de modo prædicandi Euangelium. Item Tractatum de controuerſia inter Doctores Eccleſiaſticos de Vnica, ſiue tribus Marijs. Compoſuit quoque quatuor libros Commentariorum in Magiſtrum Sententiarum. Item Lectiones in omnes Diui Pauli Epiſtolas, & Sermones varios. Edidit in libros Ariſtotelis de Generatione, & Corruptione docta Commentaria: quæ omnia Romæ ſeruantur in Archiuo ordinis Auguſtinianorum, ſicut teſtatur Ioſeph Pamphilus.

AMBROSIVS Spiera, ſiue Spera, Taruiſinus, quem alij Carmelitam fuiſſe ſcribunt, ſed ordinis Seruorum extitiſſe conſtat; quippe qui etiam in Romana Curia ſui ordinis fuit Procurator Generalis, vir ſua ætate inſignis, quique S. Bernardinum Senenſem eſt allocutus, nouum penè genus Quadrageſimalis, De Floribus ſapientiæ edidit, Venetijs anno 1485. Vnumquemque nimirum Sermonem in tres partes diſtributum, triplici veritate comprobans, niſi cum ob concluſionum aliquarum euidentiam, id effici ſimplici medio ſit ſatis. Quoniam verò pleraque in eo digna ſunt lectu, ideo, argumenta ſingulorum Sermonum huc adtexuimus; ea verò ſunt:

De conſcientia, & ſynderesi: ac de quibuſdam partibus animæ.
De Oratione generatim, & ſpeciatim.
De diuina gratia.
De Virginis glorioſæ nobiliſsima nuncupatione, rutilatione, & dotatione.
De ſapientia, & ſcientia.
De generali iudicio.
De Timore.
De vera pœnitentia.
De ſancta fide.
De Sacramentis vtriuſque legis.
De Virginis glorioſæ ſingulari, & nobili Maternitate, Amabilitate ardenti, & Qualitate excellenti.
De Prædeſtinatione.
De libero arbitrio.
De honore, & dignitate Sacerdotum.
De voluntate, & dignitate, qualitate, & cóformitate.
De Remuneratione bonorum, & malorum.
De ſancta Charitate.
De Glorioſæ Virginis Mariç nobili conditione, perfecta participatione, & reciproca retributione.
De ſanctæ Confeſſionis obligatione, conditione, & fructificatione.
De Confeſſione audientium, conditione, & obligatione, & pœnitentium obſeruatione.
De correctione fraterna.
De conditionibus filiorum.
De ſanctificatione.
De Iudæis, & alijs & infidelibus.
De Virginis glorioſæ dulci ſuſceptióe, mirifica deſcriptione, & debita ſimilatione.
De Diuina miſericordia.
De honore, & dignitate Eccleſiarum.
De temerario iudicio.
De flagellis Dei, & vtilitate eorum.
De Morte, & eius horribilitate.
De amore, & eius effectibus.
Quomodo Virgo Glorioſa ſit lux Mundi, & Empyrei Cœli, quoad animã, & quoad corpus.
De Chriſti Ieſu Perfectione, Incontaminatione, & Conditione.
De Indulgentijs.
De abuſionibus Chriſtianorum.
De actibus, & operibus humanis per ſe, vel per reſpectum ad voluntatem.
De Maria Magdalena.
De conſilij opportunitate, peruerſitate, & imperturbabilitate.
De Virginis Glorioſæ clarificatione, lucidatione, & perluſtratione.
De gloria, & triumpho Ieſu Chriſti.
De animæ creatione, cuſtodia, & honoratione.
De Euchariſtiç ſingulari notabilitate, figurabilitate, & mirabili oſtenſibilitate.
De forma & materia Euchariſtiæ.
Quomodo debeat Sacerdos hoc ſacrum miniſtrare, & ſuſcipiens ſe præparare, & conſer-

conſeruare. De Paſſione Chriſti.

Quin & Sermones de Tempore Aduentus ſcripſit,excuſos poſtea Venetijs. At quę Commentaria in Magiſtrum Sententiarum cōſcripſerat,ea extant manuſcripta apud Paulū Taruiſinum Theologum eiuſdem ord.Seruorum,Taruiſij.

AMBROSIVS Autbertus. Vide Ambroſius Anſbertus,vbi ſupra.

AMBROSIVS de Vignate,ſcripſit de Vſuris,& in c.2.Tertij Decretalium, Rubricam de Parochijs, ac de hæreſi,& hic quidem liber extat inter Tractatus nouiſsimè Venetijs editos,Tom.2.par.2. Ille autem de Vſuris,To.7.fol.50.

AMEDEI ſiue Amodei Raptus octo extabant in Bibl.Card.Sirleti,quæ nunc eſt apud Aſcanium Card.Columnam.

AMEDEVS Epiſcopus Lauſannæ,ſcripſit de Maria Virgine Matre homilias octo: Eæ fuerunt excuſæ Baſileæ,cum nondum hæreſeos veneno contaminata prorſus fuiſſet illa ciuitas an.Domini 1517.

AMELARIVS.Vide, in verbo, Amalarius.

AMERINA Synodus.Vide, in verbo,Antonius Maria Gratianus.

AMMIANVS Marcellinus,& ſi inter Eccleſiaſticos ſcriptores cēſendus nō eſt, quod, & obſcurare facta Chriſtianorū ſolitus ſit,& pleraque ſuis ſcriptis interſerere,quæ prorſus Eccleſiæ aduerſantur locatur tamen hic,vt,qui veritati,& ipſi Eccleſiæ cōſultum volunt,ſciant,in quibus lapſus ſit,atque hac ratione intelligant,quomodo aduerſarijs fidei catholicæ occurri poſſit,& ipſi adeo veri hiſtorici vindicandi ſint ab Ammiani,ſiue mēdacijs, ſiue calumnijs.

Sanè Ammianum de Conſtantij vltima voluntate,quem ſibi Iulianum ſubſtitiſſe ſcribit, arguit erroris Baronius Card. 3. Tomo Annalium,ſub annum 361.ex Gregorij Nazianzeni Oratione in laudem Athanaſij:quodque de Iouiano electo in locum Iuliani Apoſtatæ non rectè ſentiat; quin, & illi extarum inſpectionem falsò tribuat; in Gratianū autem ſit parum æquus, denique ab Epiphanio corrigitur in libello de Ponderibus, & Menſuris,cum dicit Valentinianum iuniorem obijſſe Coſſ. Tatiano,& Symmacho, quē conſtat obijſſe,Arcadio,& Ruffino Coſſ.

Præterea perperam ab Ammiano,atque ab alijs recenſetur tempus ſuppliciorum Iuliani Comitis Orientis,& Felicis Comitis ſacrarum largitionum, Diuinitus irrogatorū: cum ex ſententia Io.Chryſoſtimi ea ſpectantis Antiochiæ conſtet ante tranſlationem ſacrorum Babylæ oſſium,& conflagrationem accidiſſe.

Quod autem extat in Ammiano de Inuentione capitis Io.Baptiſtæ, nulla ratione eſt Ammiani, ſed aſſutoris cuiuſdam, vel conſarcinatoris. Vide quartum Tom.Card.Baronij.Nos de AMMIANO in APPARATU noſtro ad Hiſtoricos reliqua,quæ ad eum pertinebāt, ſumus perſecuti.

AMMON, AEGYPTIUS nil ſcripſit,quòd ſciam: interfuit tamen Concilio 22.Epiſcoporum Conſtantinopoli,cui præfuit Io.Chryſoſtomus. Vide Card.Baron. quinto To. Annal.ſub annum 400.

AMMON,ſiue AMMONAS,egregiæ ſanctitatis monachus,atq; Abbas,qui tempore Cōſtantini Magni vixit,cuius animam deferri in cœlum S. ANTONIUS conſpexit,vt in eius vita teſtatur Athanaſius,in montibus Nitriæ quieuit,cum prima nuptiarum nocte propoſitis ſponſæ Virginitatis commodis,meritis,ac prēmijs,totos decem,& octo annos in ijſdem cōmorantes ædibus Virgines in ſumma caſtitate permanſerint. Quibus iam tranſactis,illa conſentiente,ipſe Eremum petijt, vbi ſanctiſſimè vixit. Vide plura in Palladij hiſtoria Lauſiaca,c.8.& apud Socratem,lib.1.c.18.& Sozom.lib.1.c.14.

Reliquit decem & nouem capita Parænetica,ſiue cohortatoria, quæ m.ss.codicibus Græcis Ephræm adiuncta erant, quæúe Gerardus Voſſius Latina facta adiecit ſecundo Tomo Ephræm à ſe verſi.Et ſunt verè cœleſtia.

Hier. in cata. & Honorius de Luminaribus Eccleſiæ. Euſeb. libr.6. Hiſt.Eccleſ. cap.13. Suidas.

AMMONIVS vir diſertus,& valde eruditus in Philoſophia, Alexandriæ clarus habitus eſt;qui inter multa ingenij ſui & præclara monumenta,etiam de conſonantia Moyſi, & Ieſu elegans opus compoſuit,& Euangelicos Canones excogitauit,quos poſtea ſecutus eſt Euſebius Cæſarieſis. Hunc autem falsò accuſat Porphyrius,quaſi è Chriſtiano Ethnicus fuerit, cum conſtet eum vſque ad extremam vitam Chriſtianum perſeueraſſe. Porrò eum, non ſolùm Hieronymus, verum etiam Euſebius Euangelicos Canones inueniſſe eſt auctor. Quod dictum velim,vt Victoris Capuani,cuius ſcripta extant in Bibliotheca SS.PP. collecta à Bignæo,error facile deprehendatur,qui Opus hoc Ammonij, *De Canonibus Euangelicis* putauit eſſe potius *Tatiani Syri*, quàm AMMONIJ ALEXANDRINI. Sed, & qui Theophilo ANTIOCHENÆ Eccleſiæ Epiſcopo illud tribuerunt , falſi ſunt ex verbis

Hie-

Hieronymi in Homilia de Villico iniquitatis id ſuſpicati. Nos ſuo loco de Tatiano agemus ex Euſebij hiſtoria Eccleſiaſtica, lib. 6. cap. 27. & alijs. Interea qui plura de Ammonio noſſe velit, legat ſecundum Card. Baronij Tomum, ſub an. Dom. 174. Neque verò hic eſt Ammonius ille presbyter Alexandrinus, quem vnà cum Petro Epiſcopo Alexandrino, Fauſto, & Didio, martyrium ſubijſſe ſcribit Euſebius, lib. 8. cap. 25. Quod quidem contigit an. Domini 310. Nec item alter ille, qui monachus ſummè continens cum Athanaſio Romam anno 340. profectus ac deinceps à Theophilo Alexandriuo Epiſcopo renunciandus Epiſcopus, cum Euagrio aurem ſibi præcidit, ne (vt putabat ipſe de ſe) eligeretur indignus.

Cæterum Ammonium, de quo agimus, è Græco Latinum fecit Ottomaris Luſcinius: Cuius Ammonij labor, & Euangelij ſeries in octoginta quatuor capita diſtributus, ſicut, & vniuſcuiuſque Euangeliſtæ Euangelium, Matthæi in 355. Marci in 235. Lucæ in 343. Ioannis in 232. continet, quæcunque primo, ſecundo, & tertio anno Prædicationis Domini geſta ſunt; breuiter quidem, at ita diſtinctè, vt qui attentè vel eum prælegerit, vel poſt Euangelia prælecta percurrerit, magno ſibi fore præſidio intelligat tum ad rerum memoriam conſeruandam, tum ad harmoniam Euangeliorum ſiue percipiendam, ſiue ex Beaulxamis, & Ianſenij, atque Ioannis Maldonati Commentarijs in eadem Euangelia, complendam. Ceruicornus autē Typographus, Ammonij hos Canones Coloniæ Agrippinæ excudit, anno Domini 1532. Is autem claruit Alexandro Mammeæ filio, anno 230. vt refert Trit. Extat Tom. 7. Biblioth. SS. PP. edit. 2.

AMMONIVS, quem in Paſsiones Apoſtolorum ſcripſiſſe, & olim editum Coloniæ fuiſſe aliqui ſcribunt, ad manus meas haud peruenit. Quare, & mihi ignotus.

AMMONIVS poëta cecinit coram Theodoſio iuniore Imp. Victoriam aduerſus Gainam, indeque magnam eſt laudem conſecutus. Socr. lib. 6. cap. 6.

AMMONIVS Floriacenſis Benedictinus monachus Gallus ad Romualdum monachū De miraculis S. Benedicti, & alia ſcripſit. Vixit anno Domini 990. Tritemius. Claruit Othone III. Imper.

AMOENVS habetur auctor Enchiridij vtriuſque Teſtamenti Prudentio aſcripti: eius enim nomen in codice antiquo Argentoratenſi prænotatum fuiſſe Ioannes Sichardus teſtatus eſt, ad finem Scholiorum in Prudentium. Extat autem in Tom. 8. Bibl. SS. PP. Bignæi, tum Enchiridion, tum eiuſdem Amœni Acroſtichis in Leontium Eccleſiæ ſuæ Burdegalenſi redditum.

ANASTASIVS Abbas ſcripſit contra Iudæos: qui nouiſsimè tertio Tomo antiquæ Lectionis adtextus eſt ab Henrico Caniſio V. C. Ingolſtadij apud Andream Angermarium anno 1603.

AMOS, id eſt, *portans*, quem alij ſcribunt, *Hamos*, ex Thecue Oppido, de tribu Zabulon, vt Epiphanius inquit, ſed vt Hieronymus, ſex millibus paſſuum ad meridianam plagam diſtans à ſancta Bethleem in tribu Iuda de grege caprarum, & ruborū mora vellens, ſumptus à Deo, non quidem pater Eſaiæ (quamquam, & ille fuerit Propheta) ſed is, quem miſit Dominus prophetatum in Samariam, cœpit id facere ſub Ozia Rege; cum idem exorſus eſſet Eſaias, aut paulò ante illum. Prophetauit ſub Ieroboamo primus contra decem Tribus, quem cum Amaſias ſacerdos frequenter plagis afflixiſſet, huius filius Ozias vecte per tempora transfixit: ille autem ſemiuiuus in Patriam adductus poſt aliquot dies dolore vulneris expirauit. Scripſit Prophetiam ſuam nouem capitibus comprehenſam. Eius partitionem vide in Ederi OEconomia, tab. 226.

Scripſere in eum, qui in vniuerſa Biblia. Qui item in duodecim Prophetas minores. Emanuel item Sà in ſuis Notationibus. Varias autem aliquas lectiones editionum Græcarum vide in Biblijs ſeptuaginta Interpretum Græcè editis Romæ ſub Sixto V. ſed & ſi quis Hieronymi Sauonarolæ conciones in Amos Italicas legerit, meminerit, eam præter quaſdam alias quæ ſunt, duodecim eſſe prohibitam, quæ incipit: *Audite hoc verbum vaccæ pingues.*

AMPHIBALVS Deuanius Britannius Theologus inſignis, ſcripſiſſe fertur aduerſus Gentilium errores, & librum Homiliarum in Euangelia.

AMPHILOCHIVS Iconij, Baſilio, Gregorio Nazianzeno, Gregorio Niſſæno, Hieronymo cognitus, atque probatus, quin, & ſubſcriptor teſtamenti Gregorij Nazianzeni, vti & à Theodoſio Imp. laudatus edicto, commendatur à Hieronymo, tum Epiſtola 84. tum in catalogo Eccleſiaſticorum ſcriptorum. Illa ſanè, cum ſcribens ad Magnum, inquit: *Cappadocumq; Baſilij, atq; Gregorij, & Amphilochij, qui omnes in tantum Philoſophorum doctrinis atq; ſententijs ſuos refercient libros, vt neſcias, quid in illis primum admirari debeas, eruditionem ſeculi,*

*an ſcientiam ſcripturarum.* In catalogo autem, cum ait: *Amphilochius Iconij Epiſcopus nuper mihi librum legit de Spiritu ſancto, quòd Deus, & quòd adorandus, quodq; omnipotens ſit.*

Eum ſcripſiſſe alia, fidem faciunt, & quæ extant, & quæ Theodoretus in ſuis Dialogis Polymorphi ex ipſo citat. Extant item Carmen ad Seleucum de libris ſacris, & Græca Homilia m.s. in occurſum, *εἰς τὴν ὑπαπάντην* Domini noſtri Ieſu Chriſti in Bibliotheca Auguſtana, num.61. in fragmentis Menſis Martij, Aprilis, Maij, quo in Codice poſt alios auctores, decimus eſt Amphilochius. Citantur verò Homiliæ. Vna in illud Matthæi, c. 26. *Tranſeat à me calix iſte.* Vna de Peccatrice, quæ Domini pedes vnxit, è cap. 7. Lucæ. Vna in illud Ioannis, cap.5. *Non poteſt filius à ſe ipſo facere quicquam.* Vna in illud aliud Ioannis, cap. 14. *Pater maior me eſt.* Deinde, & in illud alia. *Qui ſermonem meum audit, & me audit.*

Quin & audio aſſeruari Conſtantinopoli in Bibliotheca Principis Emanuelis Eugenij m. s. Græcè librum eiuſdem Amphilochij contra impium Dioſcorum pro Sancta, & OEcumenica ſecunda Synodo, & pro pientiſsimo Imp. Theodoſio Magno.

Deinde extat eius Liber contra Iudæos, & Arianos, & Pneumatomachos, ſiue Macedonianos.

Amphilochium verò Honorius vocat Amphilogium, deprauatè, Sigebertus ait ſcripſiſſe vitam Baſilij Magni, quem Tritemius ait vixiſſe, anno 590. Sed error eſt in numero, ſcribendum enim eſt anno 390. Ad eundem etiam Baſilius Magnus ſcripſit librum de Spiritu ſancto. hęc Petrus Pantinus Tiletanus, qui Amphilochij huius, qui fuit Epiſcopus Iconij, edidit primum Græcè, & Latinè Sermonem in ſanctum Sabbathi diem, Antuerpiæ apud Ioachimum Trognæſium, anno 1598.

Vitam autem Baſilij, quæ edita eſt, non poſſe eſſe Amphilochij illius, ſub cuius nomine circumfertur, Glicas quarta ſuorum Annalium parte nos docuit; Baſilius enim Epiſcopi munere tunc non fungebatur, cum ſagitta Iulianus Apoſtata traiectus eſt, quem Baſilij Epiſcopi precibus interemptum ſuppoſititius ille Amphilochius ſcribit: neque tum Libanius erat in caſtris Iuliani, è cuius literis nouimus eum Antiochiæ ſubſtitiſſe: Nec ipſe Libanius è caſtris aufugit 7. die, poſtquam Iulianus interijt, ad Baſilium, à quo ſcriptor ille (qualis, qualis) commentus eſt Libanium baptiſmo fuiſſe initiatum; Nam & Libanij literæ poſt Iuliani mortem ad Baſilium ſcriptæ, ſecus omnino habent: & teſtatur ipſius Libanij mors viri effœminati, & flaccidi, quem valdè ſenem ex hac vita migraſſe, Socrates lib.3. cap. 19. ſcribit, quemque inſtar Protei diuerſos animi vultus mutare ſolitum nó modo Socrates ipſe refert, verum etiam Eunapius Sardianus. Accedit, quòd ſpurius ille Amphilochius facit Baſilium prius eſſe mortuum, quàm creatum Epiſcopum, ſi vera Chronographiæ ratio attendatur: Id quod Baronius Card. quarto Annalium tomo, ſub annum Domini 369. obſeruauit. Plura tamen in eadem vita cum veritate cohærent, nimirum quæ à duobus Gregorijs Nazianzeno, & Niſſæno, ex Ephræmo, atque ex Helladio, quiſquis fuerit ille ſcriptor, hauſit. Sed & in 4. Annal. Tom. idem Card. Baronius varijs in locis agit de geſtis huius Amphilochij. Quòd verò diximus ab Amphilochio extare carmen ad Seleucum de libris Sacris, ſiue quinam D. ſcripturæ ſint legendi, habetur quoque in Tomo 8. Bibl. SS. PP. edit.2.

AMPLEXOR. Vide, in verbo, Antidotarius.

## A N

ANACEPHALEOSIS Bibliorum. Vide, in verbo, Antonius Aſsiſias.

ANACHORETARVM AEgyptiorum Apophtegmata, lib.18. comprehenſa (vt putant nonnulli) B. Hieronymo; vel (vt alij verius) Pelagio S. R. E. Diacono, interprete: ex vetuſtis m.ss. codicibus Cartuſiæ Montis Dei. Tom.4. col.1335. De eorundem SS. Patrum vita, & doctrina, libri quatuor. Ioanne S. R. E. Subdiacono, interprete, Tom.9. col.1448. extant in Bibl. SS. PP. Bignæi, ſecundæ editionis.

Horum autem Opuſculorum, & Interpretum meminit Sigebertus libro de Viris Illuſtribus, cap.116. & 117. & huc fortè pertinent plurimæ Sanctorum AEgyptiorũ Patrum interrogationes, & reſponſiones, quas idẽ Sigebertus ait Martinum Epiſcopum tranſtuliſſe per manus Paſchaſij Diaconi, in Dumienſi Cœnobio, cap.118. eiuſdem libri.

ANACLETVS natione Græcus, anno Domini 103. Suffectus Clementi, electus eſt Pont. Max. quem Pontificatum annos nouem, menſes tres, dies decem ſanctiſsimè geſtũ inſigni martyrio ſub Traiano compleuit, imitatus Petrum Apoſtolum, à quo presbyter fuerat ordinatus. Leguntur eius nomine Epiſtolæ tres, quas hæretici pati non poſſunt,

præcipuè poſtremam, qua trium Patriarchalium, nominiſque Patriarcharum mentio fit. Sic liber de Romanis Pont. Indices Vaticani. Martyrologia. Vide, Franciſcum Turrianum de Epiſtolis Pontificijs, & Card. Baronium, Tom. 2. Annalium, ſub annū Dom. 103. Anacleto autem ſucceſsit Euariſtus. Cæterùm, Eiſingrenus falſus eſt, qui eum ſub Domitiano obijſſe ſcribit, quique vnius Epiſtolæ tantum meminit: volumen autem Decretorum grande fuiſſe conſcriptū aſſerens, fortè intelligit Decretum quoddam cum aliorum Pontif. Decretis olim Coloniæ excuſum. Cæterum mirum videri nō debet, propter nominis ſimilitudinem à veteribus quibuſdam è duobus Anacletis, qui Petro ſucceſſerunt, vnum eſſe factum, cum conſtet apud Græcos paſsim confundi Nouatum cum Nouatiano; cum tamen certiſsimum ſit Nouatum Carthaginenſem, Nouatianum Romanum presbyterum fuiſſe; & Euſebius, ac Nicephorus Conſtantinopolitanus in Chronicis ex Marcello & Marcellino vnum fecerint, cum duos fuiſſe certum omnino ſit, & exploratum. Vide Card. Bellar. Tom. 1. Controu. 3. lib. 2. de Rom. Pont. c. 5. ad finem.

ANAGRAPHE De origine Cartuſiani ordinis verſibus hexametris deſcripta in minore clauſtro Cartuſiæ Pariſienſis Pariſijs quarto apud Sebaſt. Niuelliū prodijt in lucem.

ANANIAS, qui B. Paulum Apoſtolum baptizauit, Damaſcenorum Epiſcopus fuit, ſi vera ſunt, quæ Dorothæus Tyri Epiſcopi in Synopſi reliquit.

ANASTASIAE Martyris, non ſenioris, quæ anno Domini 262. paſſa eſt ſub Valeriano, extant Epiſtolæ duæ ad Chryſogonum plenæ Spiritus ſancti; itemque Chryſogoni reſponſiones duæ ad ipſam. Vide Suidam in verbo, Chryſogonus. At Græcus codex maiorem, quam Latina verſio ab hæretico facta, gratiam habet, quippe qui Diuinæ Scripturæ ſententias non iuxta vulgatam editionem verterit. De illa verò Martyrologia legenda. Paſſa eſt in Palmaria Inſula, anno 303. Dioclet. & Max. Impp. Vide 2. Tom. Cardin. Baronij ſub eum annum.

ANASTASIVS Abbas, & Bibliothecarius Apoſtolicus, ſcripſit Præfationē ad Adrianum Pont. Max. qua reddit rationem, cur habita ſit Octaua Synodus, & cur Octaua dicatur. Præterea, vertit in Latinum è Græco vitam Ioannis Eleemoſynarij: vnam Dionyſij Areopagitæ Hierarchiam: Synodum ſeptimam vniuerſalem: Vitas aliorum SS. Patrum: ſcripſit autem vitas Pontificum à D. Petro vſque ad Nicolaum I. ſed & Adriani II. ac Stephani VI. Quæ omnes è Bibliotheca V. C. Marci Velſeri prodierunt in lucem Moguntiæ apud Albinum, anno 1602. quo hæc ſcribimus. Adiunctæ ſunt autem huic operi Lectiones variæ partim è Codicibus m.s. Vaticanæ Bibliothecæ, partim è Tomis Conciliorum, atque ex Annalibus Cæſ. Card. Baronij. Vixit Trit. an. 860.

ANASTASIVS Corchelet Carmelita Doctor Theologus Pariſienſis aduerſus diſſertationem mentiti Idoli Hallenſis anonymi cuiuſdam hæretici pro Iuſto Lipſio edidit tractatum, quem inſcripſit Paleſtrita Honoris D. Hallenſis pro Iuſto Lipſio, &c. Antuerpiæ apud Ioannem Baptiſtam Vrintium, anno 1607.

ANASTASIVS Papa qui Syricio ſucceſsit, fortis Catholicæ fidei vindex, idemque laudatiſsimus Pontifex, hæreſes Origenis, & Origeniſtas domuit: ſcripſit Epiſtolas ad vniuerſas Eccleſias de damnatis erroribus Origenis: Item ad Chromatium Aquileiæ Epiſcopum: Ad Venerium quoque Mediolanenſem Epiſcopum: Ruffinum vocauit Romam, quem & damnauit: Auctor fuit Carthaginienſis Concilij, Africanæque Eccleſiæ pacem, & vnionem procurauit. Scripſit Hieroſolymitano Epiſcopo de Ruffini damnatione: Res eius geſtas vide in Hieronymo Epiſt. 16. In libro quoque de Romanis Pont. in Marcellini Chronico. Anno autem 402. Summus hic Pontifex diem obijt.

Quod autem Decretum circumfertur nomine Anaſtaſij Papæ, cuius eſt exordium: *Sanè Theſſalonicenſes Epiſcopi, &c.* non fuit Anaſtaſij, ſed Hormiſdæ; fit enim in eo mentio Timothei Epiſcopi Conſtantinopolitani, & Dioſcori iunioris Epiſcopi Alexandrini. Quare miratur Baronius Card. Tom. 6. Annalium, ſub annum 498. emendatores libri Decretorum Romanorum Pontif. hoc præterijſſe.

ANASTASIVS Patriarcha Antiochenus, qui & dictus eſt *Sinaita*, & cuius honorificè meminit ſexta Synodus, Græcè ſcripſit libellos:

De rectis dogmatibus quinque. De incircumſcripta Dei eſſentia.
De Diuina diſpenſatione Incarnationis. De Paſsione, & impaſsibilitate Chriſti. Extant m.s. in Vaticanæ Biblioth.
De Reſurrectione. Hæc autem fecit Latina Godefridus Tilmannus, Cartuſiæ Pariſienſis monachus; quæ tum alibi, tum verò denique edita ſunt Pariſijs.
Scripſit præterea, Anagogicarum contemplationū in D. Officij Hexaemeron ad Theophilum, lib. 11.
Extat item ex eiuſdem Sermone de Sancta Communione Fragmentum. Vide Bibl. SS. Patrum, ſecunda editione Pariſienſi.

Deinde συντακτήριον Sermonem de coordinatione, ſiue diſciplina ad Antiochenos, cum audiuiſſet, Iuſtinianum velle ſe relegare. Qui Sermo eſt valdè commendandus, tum ob elegantem verborum concinnitatem, ac ſententiarum, & Sanctorum dictorũ vberem copiam; tum ob perutilem hiſtoriam. Sed enim, Deo melius quiddam prouidente, liber ille tunc editus in lucem non eſt. Iuſtinianus enim cum condixiſſet, ſe in exilium relegaturum Anaſtaſium vna cum Sacerdotibus ipſius, inuiſibili plaga percuſſus, finem impoſuit vitæ, cum imperaſſet octo, & triginta annos, menſes octo.

Euagr. lib. 4. cap. 39. pen. & vlt. deinde verò cap. 1. lib. 5. Niceph. lib. 18. c. 26.

Cæterùm qui Anaſtaſij virtutes habere cognitas cupit, legat Euagrium; & Nicephorum, qui ſic ſcribit: *Antiochiæ grauis tumultus fuit, quo exorto, Hebræi rurſum aduerſus Chriſtianos, per res nouas inſurrexerunt. In ea ſeditione Iudæi ſuperiores fuere. Ingentem namq; Chriſtianorum multitudinem aut ferro conciderunt, aut igne, quem in ædes eorum coniecerant. Illi enim & Ciuitatis eius Antiſtitem Anaſtaſium, Gregorij ſucceſſorem, è throno ſuo deturbatum, funeq; pedibus alligato, per Vrbem tractum, fœda morte affecerunt; Pudendas namq; naturæ partes inter trahendum enſe exciſas, in os eius iniecere. Poſtea verò illũ perinde, atq; holocauſtum quoddã igni tradidere; Virum ſapientia, & virtute præclarum, primariumq; dogmatũ Eccleſiæ Doctorem. Quippe qui lucubrationes multas eidẽ reliquerit. Huius liber eſt, cui nomen ὁδηγός, hoc eſt via dux, & Eccleſiæ dogmatum finitiones; aliaq; præterea multa. Item in 6. Pſalm. librum in ingreſſu Ieiuniorum, editum. Ego verò Orationem etiam eius quandam legi ad Antiochenos in introitu ſuo ſcriptam: & pacificatoriam alteram, quam trigeſimotertio anno in thronum ſuum poſtliminio reuerſus, compoſuit, Mauritio Imperium obtinente, quem etiam in eo ſcripto, quòd ab exilio reuocatus ſit, laudibus effert. Huic Anaſtaſio, propterea quòd in Sinai monte philoſophatus ſit, & ſenſum ibi carnis domuerit, Sinaitæ nomen inditum eſt.* Hæc Nicephorus.

In Auguſtana verò Bibliotheca, num. 66. extant Anaſtaſij Sinaitæ cap. 24. & eiuſdem Opus de Fide orthodoxa ex ss. literis, & patribus collectum. Quod neſcio an ſit idem, quod de rectis dogmatibus inſcribitur. *Cæterùm Anaſtaſij Quæſitorum, Reſponſionumq; ſacrarum libri Græcè m. s. extant in quarta parte folij in Cæſarea Bibliotheca Viennæ Auſtriæ. & Explicatio ieiunij: & Expoſitio in Pſalm. 13. Eiuſdem loci de Fide. In Hexaemeron vnà cum Maximi Quæſtionibus, & Homilia de ſacra Synaxi.*

ANASTASII quoque Sinaitæ extat in Bauarica Bibliotheca, integra eademque vberrima, atque pulcherrima Oratio de Sacra Synaxi, cuius duntaxat in Tom. 1. Bibl. Sanctorum Patrum perbreue extat fragmentum. Habetur item eiuſdẽ ibid. Homilia in 6. Pſal. Quæ vtraque erat Opera Iacobi Gretſeri Theologi Societatis noſtræ; inſerta fuit tertio Tomo antiquæ Lectionis, tam Græcè, quàm Latinè ab Henrico Caniſio Viro Clariſs. Atqui in Auguſtana Bibliotheca inuentus eſt eiuſdem Anaſtaſij Sinaitæ liber, qui ὁδηγός inſcribitur, Opus ſanè eruditiſsimum, cuius toties meminit Turrianus noſter: etſi ipſe in Procœmio in Clementis Conſtitutiones ὁδηγὸν videtur appellare illũ librum variarum Quæſtionum, qui Tom. 1. Biblioth. Sanctorum Patrum initio ſtatim poſt Iunilium collocatur, & Anaſtaſio Nicæno tribuitur, Gentiano interprete, ſed vt liber ille ὁδηγός inſcriptus fuerit, quod ignoro, cum Græcum exemplar haud viderim, certè non eſt ὁδηγός Anaſtaſij Sinaitæ; nihil enim eorum, quæ Turrianus citat in illo procœmio reperitur in ὁδηγῷ iſto altero, ſed omnia ſunt in Quæſtionibus illis Anaſtaſij Nicæni. Extat quoque in Tom. 1. Biblioth. SS. PP. edit. 2.

ANASTASIVS alter Antiochiæ Epiſcopus, Anaſtaſij Sinaitæ in Epiſcopatu ſucceſſor, vita, & doctrina venerandus, edidit in Hexaemeron duodecim Græcos Sermones allegorijs ornatos, qui Venetijs in Bibliotheca S. Marci aſſeruantur. Claruit an. Dom. 610.

ANASTASII verò alterius, Patriarchæ Antiocheni, & martyris; compendiaria Orthodoxæ fidei explicatio, S. Anaſtaſio priori Patriarchę Antiocheno, & Cyrillo Alexandrino inſcripta, extat in Tom. 4. col. 1097. Bibl. SS. PP. Bignæi, in 2. editione.

Anno Dom. 630. Sigebert. in catal.

Hunc autem eſſe putant, quem Sigebertus ait ex Latino Græcum feciſſe S. Gregorij Magni librum paſtoralem, & tam egregium Opus Orientalibus Eccleſijs procuraſſe; libro de Viris illuſtribus, cap. 42.

ANASTASIVS Germonius, Archidiaconus Taurinenſis, edidit, libros de Immunitatibus Eccleſiaſticis, ac indultis Cardinalium; Seſsiones item pomeridianas pro lingua Latina, Paratitla, ſiue Summulas ad quinque libros Decretalium, & Animaduerſionum libros duos ad Ius Cæſareum, & Pontificium. Hic autẽ cum Auguſtæ Taurinorum publicè Canones eſſet interpretatus, demum, dum hæc ſcriberemus, erat Orator apud Clementem VIII. Pontificem Maxim. pro Sereniſs. Vrbini Duce, & vtriuſque Romanæ Signaturæ Referendarius.

ANASTASIVS monachus Caſsinenſis, & Card. Bibliothecarius, Stephano II. Pont. Max. qui viuebat anno 754. ſcripſit (quam vidit Arnoldus Vuion) Hiſtoriam de tranſla-

tione partis Reliquiarum S. Benedicti, & Sororis eius Scholaſticæ. Incipit, *Beatiſſimus Pater Benedictus*. Hæc extant Caſsini, & item apud eundem Arnoldum.

ANASTASIVS Epiſcopus Nicænus, Græcè ſcripſit Reſponſionem ad Orthodoxorum aliquorum interrogationes de diuerſis capitibus Eccleſiaſticis; quam Gentianus Heruetus in Latinum vertit: cuius initium eſt; *Quodnam eſt ſignum perfecti Chriſtiani?* Reſpondet autem ſic: *Recta fides, & pia opera: Chriſtianus enim eſt vera domus Chriſti, conſtans ex bonis operibus, & pijs dogmatibus*. Porrò multa interpretatur è Diuinis Scripturis, & ex Patribus, quę digna ſunt lectu. Videnda eſt autem Præfatio ipſius Gentiani Herueti, quæ Pariſijs prodijt: quæ quidē non extat in Bibliotheca Margarini, vbi tamen Reſponſio eiuſdē Anaſtaſij inſerta eſt: Quin & legendum, quod in ſeptimo ſeculo idem Margarinus adiecit, cum oſtendit hunc Anaſtaſium poſteriorem quibuſdam alijs fuiſſe, atque adeò ſexta Synodo, quæ plus vno ſeculo fuit poſterior Conſtantinopolitana quinta, cui adfuit Stephanus Epiſcopus Nicææ.

ANASTASIVS Romanus monachus, & Abbas ordinis S. Benedicti congreg. Specuenſis presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli, & Bibliothecarius Gregorio IIII. Pont. Max. ſed anno 850. in Synodo Romana, à Leone Papa IIII. exautoratus, quòd Eccleſiam ſuam contra Canonum decreta, per annos quinque deſeruiſſet, vir quidem perdoctus ingenij ſui monimenta reliquit, continuationem Hiſtoriæ Pontificiæ Damaſi Papæ ab eius obitu vſque ad Adrianum Papam, huius nominis II. Tranſtulit è Græco in Latinum Sermonem vitas Sanctorum Ioannis Eleēmoſynarij, Demetrij martyris, & aliorum Patrum, vnam Dionyſij hierarchiam: Septimam Synodum, & alia.

ANASTASIVS Romanus, Apoſtolicæ Bibliothecæ inſtaurator, Grēcæ linguæ, & Latinæ peritus, iubente Nicolao I. cuius fuit Bibliothecarius, tranſtulit è Græco in Latinū Ioannis Eleēmoſynarij vitam, Dionyſij hierarchiam, vitaſque multorū patrum; ſcripſit hiſtoriam Eccleſiaſticam, & Summorum Sanctorum Pontificum. Claruit anno 860.

ANASTASII monachi S. Montis extant in Bibliotheca Vaticana capita aliqua.

Item ANASTASII Abbatis contra Iudæos.

ANASTASIVS Patriarcha Theopolitanus, & Cyrillus Alexandrinus, ſcripſere Compendiariam Orthodoxæ fidei explicationem, quæ Latinè verſa extat in Bibl. SS. Patrum Bignæi. Ea verò ſcripta eſt ex interrogante, ac reſpondente. Incipit, *Heus tu, cuiuſnam es Religionis*. Eiuſdē Narratio Actorū in Perſide habetur m.s. Grēcè in Auguſtana Bibl. nu. 66.

ANATHEMATISMI Concilij Romani, Damaſo Pont. Max. aduerſus varias hæreſes. Vide Romanum eius temporis Concilium. Theodoretus eos Anathematiſmos recitat lib. 5. II. ex Epiſtola ad Paulinum Theſſalonicenſem.

ANATHEMATISMI Gregorij Nazianzeni contra Apollinarem. Vide, in verbo, Gregorius Nazianzenus.

ANATOLIVS genere Alexandrinus, qui floruit anno 283. quique primò electus quidem Epiſcopus à Theotecno Ceſareæ Paleſtinarum Epiſcopo, vt ſibi ſuccederet, verum tamen poſtea Laodicenſis Epiſcopus, vir inſignis, & eruditus, ſcripſit libros, in quibus quæ de Paſchate ab alijs antea decreta fuiſſent, explanauit; ex quibus aliqua digna lectu recenſet Euſebius, cap. vlt. lib. 7. hiſt. Eccleſiaſticæ, qui & addit, ab eodem Anatolio relictas fuiſſe inſtitutiones in Arithmeticam decem libris explicatas. Alia item eius Opera extitiſſe, quæ exempla ocij præclarè in ſacris literis ab eo collocati, & multæ in eiſdē exercitationis perſpicua dabant argumenta. Sermones eius tres de morte Græcos m.ss. alicubi extare relatum eſt mihi. Eiſingrenus autem vndè hauſerit, quod inuectus ſit contra Manichæos neſcio. Hieronymus quidem ſic de illo: *Anatolius Alexandrinus Laodiceæ Syriæ Epiſcopus ſub Probo, & Caro Impp. floruit, mira doctrinæ vir fuit in Arithmetica, Geometria, Aſtronomia, Grammatica, Rhetorica, Dialectica, cuius ingenij magnitudinem de volumine, quod ſuper Paſcha compoſuit, & decem libris de Arithmeticæ inſtitutionibus intelligere poſſumus.* Hieron. in catal.

ANATOLIVS Alexandrinus, reliquit librum doctrinarum plenum vitæ (vt habet inſcriptio) inter libros aliquot Arabicos, atque Syriacos, qui à tempore Gregorij XI. Pont. Max. dicebantur ſub terram defoſsi, & poſtea oblati ſunt venales Illuſtriſs. Herbipolenſi Epiſcopo.

ANATOLIVS, qui pro S. Flauiano ſubrogatus fuit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, profeſsionem fidei miſit ad S. Leonem Pont. Max. anno Domini 451. à quo gratulatorias literas accepit. Vide Leonis Epiſt. 40. Extat autem Anatolij Epiſtola ad Leonem Auguſtum ab eo ſcripta, anno 457. inter Epiſtolarum Virorum illuſtrium pro Concilio Chalcedonenſe Card. Baronius eam inſeruit Annalium ſuorum Tom. 6. ſub annum 457. Cæterùm Anatolius, qui mortuus eſt anno 458. non ſemel reprehenſus à S. Leone Papa,



Digitized by Google

nec per portam ingreſſus ad eam dignitatem, ſed Dioſcori hæretici patrocinio hæreticos autem fouens, licet catholicus videri voluit, Gennadium habuit ſucceſſorem. Vide eundem Card. Baron. Tom. 6. ſub annum 458.

ANAVNENSIVM martyrum Acta, Siſinnij, Martyrij, Alexandri, qui pro Chriſto interfecti ſunt anno Domini 400. extant. Vide ſub eundem annum, Epiſtolam Vigilij Epiſcopi Tridentini emaculatam ab eodem Baronio Card. & inſertam ibidem in ſuorum Annal. Tom. 5.

ANNAS Burgenſis, qui olim in Academia Aurelianenſi in Gallijs profeſſus eſt Iuriſprudentiam, deinde in Pariſienſi Senatu Senator, hæreſi infectus, articulos ſuarum hæreſum Senatui obtulit, qui illum ſupplicio mortis dignum affecit. At cum hæretici non pœnam, ſed martyrium fuiſſe ſcriptitaſſent, & ipſius articulos diſſeminaſſent, Felicianus Ninguarda rem totam, vti habuit, aperuit, de qua vide in verbo, Felicianus Ninguarda.

ANCYRANVM Concilium, anno 314. coactum à Vitali Epiſcopo Antiocheno fuit Ancyræ, quæ ciuitas opportuno in loco erat ſita, ad quam facilius conuenire poſſent, tanquam ad centrum, minoris Aſiæ Epiſcopi, Cappadoces, Pontici, Armeni, Cilices, & Syri. Interfuere duodeuiginti inſignes Epiſcopi. Extant 24. Canones ipſius, ijdemque è Græco conuerſi, triplicis editionis, quarum Primam à Dionyſio Exiguo tranſlatam habet Creſconiana collectio. Secunda eſt incerti Auctoris. Tertia Gentiani Herueti. Ex ea verò, quæ Dionyſij Exigui eſt, Baronius Card. in tertium Annalium Tomum, Canones illos inſeruit; deque ijs, qua ſolet, diligentia, & iudicio diſſeruit. Vide ſub annum 314. Qui & alterius Ancyrani Concilij, anno 357. celebrati Ancyræ Galatiæ ciuitatis aduerſus Arianos, & Semiarianos meminit ex Hilario de Synodis, vbi agit de Sirmienſi: & ex Epiphanio, Hæreſi 73.

ANDHELMVS, de laudibus virginitatis librum edidit ad quaſdam Germaniæ virgines. Is autem videtur fuiſſe Osburgenſis. Vide omnino in verbo, Adelmus.

ANDOENVS, ſed puto, rectius, AVDOENVS, qui & Dado, Epiſcopus Rotomagenſis, Gallus, ſcripſit ad Rupertum Epiſcopum Pariſienſem, vitam S. Eligij Epiſcopi Nouiomenſis, libris tribus, & alia quædam. Trit. claruit anno 660.

Anno 1361. ANDOINVS è Rocca Gallus Abbas Cluniacenſis Cardinalis S. Marcelli Sermones diebus feſtis habitos ſcripſit. Eiſingrenus.

ANDREAE Apoſtoli Acta Nexocharidas, & Leonidas Philoſophi ſunt ementiti: Innocentius in Epiſt. ad Exuperium. Gelaſius Pont. diſtinct. 15. reprobauit. Philaſtrius in catalogo hæreſeon, c. 48. & Auguſtinus in libro de fide contra Manichæos figmenta fuiſſe Manichæorum ſcribunt. Id quod ſatis monſtratur ex eo, quod ſcribit Euſebius Cæſarienſis in tertio Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. cap. 15.

Bellar. Card. lib. 2. de Euchar. Liber autem Paſsionis S. Andreæ Apoſtoli ſcriptus ab eius diſcipulis, qui paſsioni interfuerunt, omnino eſt legitimus, tum quòd nulli, quòd ſciam hactenus in quæſtionem eum vocarunt, tum quoniam nihil continet, quod nouitatem ſapiat, & quia genus paſsionis S. Andreæ, & illa eius verba, *Salue ſancta Crux*, in tota Eccleſia celeberrima, ſunt ex hoc libro ſine dubio ſumpta; ac denique quoniam Ioannes à Louanio in ſua cenſura de paſſionibus Sanctorum, quæ extat in Martyrologio Molani, librum hunc omnino cenſet eſſe legendum. Quod ipſum cenſuit vir grauiſsimus Aloyſius Lippomanus, qui ex probatis auctoribus Vitas Sanctorum collegit. Quin & in Breuiario Rom. nuper recognito, ſuum locum habet paſsio S. Andreæ ex hoc libro.

ANDREAS Barbatius Siculus, egit de præſtantia Cardinalium. Extat inter Tractatus nouiſsimè Venetijs editos. Tomo 13. par. 2. fol. 63. & de Cardinalibus Legatis à Latere. Tomo 13. pag. 2. fol. 131.

ANDREAS Bilius Mediolanenſis, ord. Auguſtin. ſcripſit qui Mediolani in Bibliotheca Auguſtinianorum S. Marci extat, hoc eſt, Pro ſuſcipienda in Boemos expeditione, ad Iordanum Vrſinum Cardinalem, Librum qui incipit: *Nihil puto inane pro hac mea cura.*

Paniſcolaria ad Alphonſum Regem Aragonum aduerſus Schiſma Benedicti, lib. 1. *Nullo pacto adduci poſſum.*

De Concordia, & meritis Ordinum ſuper generali indulto Alexandri Papæ V. ad Reginaldum Rhemenſem Archiepiſcopum, lib. 2. *Multum patet.*

De diſciplina ordinis admonitionem habitam in Capitulo Bononienſi. *Neminem puto.*

Admonitionem ad Manfredum Vercellenſem ord. Præd. lib. *Nolo aut tu, aut quiſquam.*

Ad Barcinonenſes De litera H. in nomine I H S. Incipit, *Omnes, vt exiſtimo.*

De conceſsione, & tranſlatione B. Monicæ matris B. Auguſtini, Sermo. *Gaudeo mihi quoq;*

De ordinis Auguſtinianorum propagatione ad F. Ludouicum, lib. *Non ſanè videtur.*



Digitized by Google

De pace, & victoria Rom. Eccleſiæ, ad Nicolaum Bononienſem ord. Ciſtercienſis, Card. lib.3. *Non poſſum pater optimè.*

De Amore, & magnitudine Crucis ad eundem Nicolaum Bononienſem Cardinalem. *Vbi te inueniam Deus meus?*

Commentarium hiſtoricum, de Detrimento fidei Orientis, ſiue de Origine Turcarum, ad Ioannem Cardinalem, & Epiſcopum Rothomagenſem. *Factus ſum.*

De non neceſſario mortis metu, lib.1. & Hiſtoriarum Mediolanenſium, lib.1.

De inſtitutis diſcipulis ex doctrina Fratris Bernardini de Senis, Ordinis Minorum, lib. 2. *Forſan, quidem ego nequaquam.*

In primum Sententiarum. *Quoniam in hoc procemio.*

Expoſitiones in quatuor Euangelia, lib. 4.

In Hexaemeron, ſiue de Mundo ſex diebus condito. *Principium hoc immenſi Voluminis.*

Sermonum diuerſarum materiarum, lib.3.

Dominicale, & Feſtorum aliorum, lib.2.

Annotationes in Euangelia Quadrageſimæ. *Quantum ſim hoc opere.* Vertit quoque è Græco in Latinũ Ariſtotelis libros octo Phyſicorum, lib. tres De Anima, decem Ethicorum.

Hiſtoriarum Longobardorum, lib.1.

Querelæ Pacis, lib.1. *Etiam iam ne me.*

De pace cum Philippo Duce Mediolanenſium componenda, ad Alphonſum Regem Aragonum, lib.1. *Si vt pleriq;, hoc præſertim.*

Exordia ſuper practica Rhetorices, lib.3.

Orationum, & Epiſtolarum, libros duos.

Grammatices, ſiue de octo partibus Orationis, lib.8.

De arte dicendi, lib. tres.

Expoſitionem Vniuerſalium Porphyrij; & in lib. Perihermenias Ariſtot.

Commentaria in tres libros Ariſtot. de Anima.

In libros de Cœlo, & Mundo.

Quæſtiones in tres libros de Anima.

Quæſtiones in octo lib. Phyſicorum. *Omnis hic labor meus.*

Quæſtiones Metaphyſicorum, lib.12. *Auctoritas ſanè plurima eſt Ariſtotelis.*

Ferunt autem virum hunc tenacis adeò fuiſſe memoriæ, vt quidquid bis, vel ter legiſſet, memoriæ illico mandaret. Qui tandem Senis Hetruriæ ciuitate valdè ſenex beato fine quieuit, & in æde D. Auguſtini ſepultus eſt.

Andreas Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, qui vixit poſt D. Baſilium Magnum, quem ſæpè nominat; ſcripſit in S. Ioan. Euangeliſtæ Apocalypſim Græca Commentaria, à Theodoro Peltano noſtro primum (quod ſciam) in Latinum verſa. Extant etiam in 1. Tomo Biblioth. SS. Patrum Bignæi, ſecunda editione Pariſienſi. Separatim verò anno 1584. Ingolſtadij ipſemet Peltanus viuens edi apud Sartorium curauit. Extant Græcè quidem m.ss. & habentur in varijs Bibliothecis, Bauarica, Conſtantinopolitana, & Auguſtana, num.72. Vir fuit eruditus, & Orthodoxus, niſi quòd, cum eorum opinioni fauere videatur, qui Sanctos ante communem Carnis Reſurrectionem admitti negabant, id dandum eſt potius ei ætati, in qua huiuſmodi doctrina in controuerſiam vocabatur, & apud multos nondum fuerat ſatis excuſſa, quam tamen tueri non licet. Ex his verò Commentarijs, Aretas Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus compendiariam Explanationem colligit, quàm Maximus Florentinus monachus Latinam fecit è Græca. Ea olim ab Eiſingrenio Typographo Baſileæ prodijt, anno 1553. Extare autem eandem in Danielis Prophetæ viſiones Conſtantinopoli m.s. audio.

Andreas Capella Valentinus, Cartuſianus, Cartuſiæ Scalæ Dei in Hiſpanijs Prior, deinde Epiſcopus Vrgelenſis, commentaria in Ieremiam Prophetam emiſit, quibus Latina Vulgata Editio exponitur, atque cum Hebraico fonte, & ſeptuaginta Interpretum editione & Paraphraſi Caldaica confertur. Porrò in citanda ſeptuaginta Interpretũ editione, ſecutum ſe eſſe dicit exemplar Bibliothecæ Regiæ, quod conuenit cum Complutenſi, quamuis non ignoraret diuerſum eſſe ab eo, quod ſecutus eſt D. Hieronymus. Agnoſcit autẽ Paraphraſim Chaldaicam, quę in eodem Regio exemplari extat indignam, cui fides habeatur, cum in alijs Sacræ Scripturæ libris, præterquam in Pentateucho corrupta ſit, & fabulis, meriſque Talmudiſtarum nugis conſperſa; quam ob rem, etiam in Complutenſibus Biblijs conſulto omiſſa eſt. Porrò, Commentaria hæc in quarta parte folij edita ſunt in eadem Cartuſia Scalæ Dei in Hiſpanijs, ab Huberto Gotardo, an.1586. Edidit quoque Manuale Exercitiorum Spiritualium: & Meditationes breues quidem,

ſed ſucci plenas, in Euangelia quadrageſimalia & totius anni, lingua Hiſpanica: per Antonium Dulcken Carthuſ. in Latinam linguam conuerſa. Item Commentariolum in paſsionem Domini, ac Lanſpergij Cartuſiani librum ad fidelem animam è Latino Hiſpanicum fecit. Viuit hoc ipſo anno 1602.

ANDREAS è Caſtro, ſiue Caſtrius, Burgis Hiſpaniæ natus, ord. Minorum, mira facilitate Mexicanam, atque Matlazingicam linguam perdidicit, quibus inſtructus, ſingulis Dominicis, ac ſacris ferijs, tertio, diuerſoque idiomate, diſcretisque lingua & regione populis confluentibus, Hiſpanica nimirum, Matlazingica, & Mexicana lingua concionaretur. Dictionarium, artem perdiſcendis illis linguis continens, digeſsit, Catechiſmos vulgari ſermone edidit. Conciones ad populum poſteris commodas Matlazingica lingua plures compoſuit. Moritur anno 1577. Tubulcani.

ANDREAE Chartophylacis Encomium in S. Martyrem Phocam Thaumaturgum. Eiuſdem Iambi *in Annunciationem. εἰς ἐυαγγελισμόν.* Vna, & altera epiſtola, quarum inſcriptio mutila. m.s. in Auguſtana Bibl. num. 121.

ANDREAS è Comitibus Signiæ, Cardinalis, de Partu Virginis volumen ſcripſit. Vixit autem an. 1295. Eiſingren.

ANDREAE Epiſcopi Cretæ. Extant, Sermo in Lazarum quatriduanum. Εἰς τὰ Βάια. Et in Diuinã Domini Reſurrectionem; & Homilia in Annunciationẽ Mariæ. εἰς τὸν ἐυαγγελισμὸν Græcè, m.s. in Bibl. Auguſtana, num. 66. qui fortè eſt eiuſdem, cuius paulò antea mentionẽ fecimus, hoc eſt, Andreæ Chartophylacis. Quin & ibidem, num. 60. vita S. Andreæ (fortè) Cretenſis Epiſcopi fine mutila, itemque vno & altero loco. Charta 8. m.s. ſed & ſolutio in omnes interpretationes Diuinæ ſcripturæ Græcè manuſcript. Conſtantinopoli in Biblioth. Conſtantini Barini. Vide, infra in verbo, Andreas Hieroſolymitanus.

ANDREAS Corſinus vir ſanctus, antequam naſceretur, Deo, & Beatiſsimæ Virgini dicatus à Parentibus, quintodecimo ætatis anno ordini Carmelitarum donatus eſt. Tandem Diuina reuelatione cogente, Eccleſiæ Feſulanæ curam, & Epiſcopatum ſuſcepit, quem annis plus minus duodecim ſanctè adminiſtrauit. Cæterùm, poſt plura ab eodem conſcripta, (quæ tamen Petrus Lucius reticet, ſed forſan à Carmelitanis aliquando in lucem eruentur) anno 1323. tertiodecimo die poſt Chriſtum natum, migrauit in cœlum, anno ætatis ſuæ 71. in vita, & poſt mortem miraculis clarus, cuius corpus magna piorũ veneratione aſſeruatur in Florentino Cœnobio, ſinguloque ſeptennio, ſiue quinquennio totius cleri, & populi frequentia die ſuæ depoſitionis conſpiciendum exhibetur. Vitam eius edidere Franciſcus Cataneus Diacettus, Nobilis Florentinus, ac Feſulanus Epiſcopus, & Gabriel Flamma Venetus, è Canonico Regulari Clodienſis Epiſcopus.

ANDREAS Crorquetius, Antonij filius, Belga, Duacenſis, monachus, & Prior monaſterij Haſnonienſis, ord. S. Benedicti, congregationis Cluniacenſis, & Theologus promotus Duaci, vna cum Gulielmo Alano Anglo, qui poſtea Cardinalis, ſcripſit Catecheſes Chriſtianos, Duaci editas 1575. apud Ludouicum Vindium, & Lugduni 1593. Paraphraſes, ſiue Conciones in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales Gallicè, habitas Valencenis ad Populum, excuſas itẽ Duaci apud Ioan. Bogardum. Obijt Valencenis in Belgio, an. 1580.

ANDREAS Eborenſis, Luſitanus, Librum exemplorum memorabilium, tàm Ethnicorum, quàm Chriſtianorum, è varijs ſcriptoribus in proprios titulos redegit; recuſus eſt paucos ante annos Venetijs, an. 1585. à Societate Vnitorum. At cum liber hic eo nomine ad hunc Apparatum ſpectare videatur, quod pleraque petat ex hiſtoria, vel Sacra, vel Eccleſiaſtica, quodque non ſolùm ad humanas quaſdam, verum etiam ad Chriſtianas virtutes ſtimulos addat, dubitaui tamẽ aliquando, num ab ipſo Andrea Eborenſi ea fuiſſent inſerta, quibus, vel aliquorum hæreticorum peruicacia, ſub Patientiæ, vel aliquorũ Pontificum Maximorum acta, ſub Odij, vel aliorum, ſub Gloriæ cupiditatis titulis, leguntur. Et erit forſan, cum hæc facilè ab ijs, ad quos ex officio pertinet, elidantur, quemadmodum & alia nonnulla, quæ potius Sabellico, vndè petita ſunt, quàm ipſi Eborenſi, Viro alioquin pio, ſint tribuenda; quale illud ſub titulo De infantia, & pueritia inſigni, vbi è Sabellico legitur. *Tanta fuit in fœmina indoles, tanta fatorum vis omni indole potentior.* Sed nos quid de hoc vſu verborum ad *fatum* pertinentium in hiſtoricis dicendum erat, fuſius egimus in noſtro ad humanam hiſtoriam Apparatu, vbi de Cæſaris commentarijs, ac de Guicciardino locuti ſumus. Vide Bibliothecam Selectam.

ANDREAS Eudæmonianus, Cretenſis Patria Canea, Theol. Societ. Ieſu ſcripſit Librum, quem prænotauit. Caſtigatio eorum, quæ aduerſus Roberti Card. Bellar. Controuerſias ſcripſit Lambertus Danęus Caluiniſta. Ingolſtadij apud Andream Angermarium, anno 1605.

ANDREAE

Andreae Fabritij, Leodij, Harmoniæ, quæ nulla eſt confeſsionis Auguſtanæ, cum doctrina Euangelica conſenſum declarans, liber Coloniæ apud Maternum Cholinum 1573. & 1587. ibid. Eiuſdem Ieroboam rebellans. Tragœdia, è ſacra Regum & Paralipomenon Hiſtoria. Succeſſus, & miſerandos fructus earum defectionum, & ſchiſmatum, quæ noſtris temporibus in religione emerſerunt, in proſpectum ſub illuſtri quodam typo adducens. Ingolſtadij 1585.

Andreas Fruſius Theologus Societatis Ieſu, librum Epigrammatum piorum, quibus etiam acutè perſtrinxit hæreticos. Sed & Romæ apud Antonium Bladum, anno 1514. emiſit Theologicas Aſſertiones collectas ex interpretatione libri Geneſeos, quem Romæ in Collegio Societatis Ieſu expoſuit. Præterea librum de copia verborum, & rerum præcepta vna cum exemplis, dilucido, & breui carmine, vt facilius, & iucundius ediſci, ac memoriæ quoque firmius poſſent inhærere. Romæ 1556. & alibi.

Andreas Gallus, ordinis Prædicatorum, ſcripſit in quatuor libros Regum Scholaſticam poſtillam: cuius auctoritatem Lyranus in decimo capite, primi Regum, in medium allatam, refellit.

Andreas Gallæus cum vberem materiarum, quæ in Ludouici Granatæ Concionibus continentur, Indicem concinnaſſet, eundem auctiorem, atque emendatiorem emiſit ſecunda editione ex Officina Plantiniana Antuerpiæ, an. 1603.

Andreas Germanus monachus, & Abbas monaſterij extra Bambergam, congregationis Bruſfeldenſis, anno circiter 1500. Scripſit vitam Sancti Othonis Epiſcopi Apoſtoli Pomeranorum.

Andreas Gouterius ord. Minorum, Barchinone, De Chriſti, & Apoſtolorũ paupertate ſcripſit. Henricus Vuillot. Sed & Oratio eius de Cruce extat in Tom. 2. de Cruce, à Iacobo Gretzero noſtro, euulgato.

Andreae Hieroſolymitani, quem puto fuiſſe eundem, qui Cretenſis Epiſcopus, à Marco Hoppero verſum è Græco habemus vberem Sermonem in Annunciationem Beatiſsimæ Virginis, ac Salutationem, ex priore capite Lucæ Euangeliſtæ. Is verò claruit Iuſtino II. Imper anno Dom. 550. Extat in Biblioth. SS. Patrum. 2. Tom. Bignæi. Quin & habentur complures eiuſdem Auctoris Sermones in Sanctorum vitas ex Symeone Metaphraſte, & Aloyſio Lippomano, à Laurentio Surio collecti.

Andreas Hiſpanus, monachus ord. S. Benedicti, Epiſcopus primum Megarenſis, deinde Ciuitatenſis, mox Aiacenſis, poſtremo Cardinalis, ac Pœnitentiarius, & Decretorum Doctor, vt ipſe de ſe fatetur in Opuſculo De forma, & modo confitendi, Antidotario animæ Nicolai Abbatis de Bogardis præfixo, quod & confirmatur à Ioanne Tritemio De Viris Illuſtribus, ord. S. Benedicti, lib. 2. c. 136. & lib. 4. c. 43. Extat eius liber de decimis in Tom. 15. Tractatuum. par. 2. fol. 142.

Andreas Hiſpanus, Romanæ pœnitentiariæ Pœnitentiarius, ſcripſit de Modo confitendi peccata Sacerdoti. Is verò liber Norimbergæ fuit editus an. 1508. apud Hieronymum Holſel cum nondum hæreſi Germania fuiſſet infecta.

Andreas Iurgeuicius, Canonicus Vilnenſis in Lituania, quæ ſpectat ad Poloniæ Regnum ſcripſit Latinè egregia Opuſcula, nempè, Bellum V. Euangelij, in quo contra Laruatam Harmoniam Geneuenſium, & fucatum conſenſum Sendomirienſem indicat apertè Catholicam veritatem. Coloniæ apud Henricum Falchenburgium, anno Domini 1595. ſcripſit item aduerſus Andream Volanum hæreticum in Lituania. Et reſponſionem ad quinquaginta Quęſtiones Caluiniſtarum. Adiecit poſtremò Librum, quem inſcripſit: Quinti Euangelij profeſſores antiquiſsimi, nobiliſsimi, Nvllvs, Nemo, qui in Eccleſia Mathematica, fugitiua, latitante, incognita, & inuiſibili Proteſtantium, vſque ad Lutherum, Zuuinglium, & Caluinum latuerunt, è tenebris eruti per ipſum Andream Iurgeuicium. Vilnæ apud Danielem Lancicium. Anno Domini 1599.

Andreas Lernander, Anglus, monachus, & Abbas Rameſienſis congregationis Cluniacenſis, qui floruit paulò ante annum 1200. ſcripſit librum De vita, & actibus S. Iuonis Perſarum Epiſcopi in Anglia ſepulti, poſt eius tranſlationem, per Ailuuinum Comitem Oſtroanglorum. Arnold.

Andreas è Mandriſio, Ord. Seruorum, ſcripſit Dilucidationem in vigintiquinque Dauidicos Pſalmos.

Andreas Maſius in Ioſue excuſus, an. 1574. Antuerpiæ, in Indice Romano prohibitorum Librorum prohibetur, donec ſit expurgatus. Hiſpani quædam in ſuo Expurgatorio Indice adnotarunt; Nos de illo aliquid attigimus in Bibliotheca noſtra Selecta, lib. 2. cap. 8. Quin & Leo Caſtrius, præfatione in Eſaiam, & Diſputatione de Verſione



Digitized by Google

Septuaginta Interpretum notat in Maſio nonnulla; quem cæteroquin virum doctum, probum, atque eruditum fuiſſe conſtat.

ANDREAE Megarenſis Epiſcopi Tractatus de Græcis errantibus, & eorũ erroribus. m.s. in Biblioth. Card. Sirleti: quàm poſtea Aſcanius Card. Columna, ſuæ adiunxit, ſed & in eandem extabat ipſius Andreæ Gubernaculum Conciliorum tranſmiſſum ad Baſileenſe Concilium.

ANDREAS Sancti Michaëlis Bambergæ Benedictinus, Abbas, Germanus, Magnum Opus Canonizatorũ (vt aiunt) ex ordine D. Benedicti Pontificum, Archiepiſcoporum, Antiſtitum, Abbatum & Abbatiſſarum, cum ſingulorum rebus geſtis ſcripſit. Hiſtoriam item, & vitam S. Othonis Epiſcopi quatuor libris. De Conceptione virginali B. Mariæ Deiparæ. Vixit anno 1483. Eiſingr.

ANDREAS Miedzybosz edidit Reſponſionem ad breuem cuiuſdam de Eccleſia & miniſtris demonſtrationem Coloniæ apud Ioannem Crith, an. 1607.

ANDREAS Nicolai Vngarus, ordinis Minorum, ſcripſit in Geneſim, floruitque circa annum 1474. Henricus Vuillot.

ANDREAS monachus Valliſumbroſæ Vir Sanctus ſcripſit De geſtis S. Ioannis Gualberti ſui (vt vocat) Magiſtri, lib. 1.

ANDREAS è Nouocaſtro Lotaringus, ordinis Minorum, qui dictus eſt, *Ingenioſiſſimus*, ſcripſit in quatuor libros Sententiarum. Ea commentaria excuſa ſunt apud Ioannem Gratium Pariſijs.

ANDREAE Nauagerij nobilis Veneti, extant pia Carmina.

ANDREAS de Olmos Hiſpanus, ord. Minorum cum ad Indiam Occidentalem miſſus tres ibi, & quadraginta annos Euangelium Chriſti populis illis prædicaſſet, Mexicana, Totonaca, Tepuaca, Vexteca linguis, quas optimè callebat, ad Chichimicas quoque, qui ſunt efferatiſsimi profectus, varia nobis reliquit, è quibus hæc extant.

Alphonſus à Caſtro aduerſus hæreſes è Latina in Hiſpanicam linguam metro conuerſus.
Libellus de extremo iudicio perutilis Indica lingua ab eo conſcriptus.
Ars addiſcendi linguam Mexicanam, cum eiuſdem linguæ Dictionario.
Docta quædam problemata.
Tractatus de Sacramentis.
Tractatus de Sacrilegijs.
Libellus ſeptem Sermones eadem Mexicana lingua.
Ars addiſcendi linguam Vaſtecam, cum eiuſdem linguæ Dictionario.
Tractatus de ſeptem peccatis mortalibus.
Doctrina Chriſtiana.
Modus confitendi Vaſtecano ſermone.

Ars addiſcendi Totonacum idioma cum Vocabulario eiuſdẽ Totonaci idiomatis; Quæ omnia extant ijs in regionibus obuia. Floruit Carolo V. imperante, ac ſanctitate & prophetico ſpiritu inſignis diem obijt in Tamprico Indiæ Oppido.

Henricus Villot. ANDREAE Patricij Nidecij, qui poſtea fuit Epiſcopus in Liuonia, poſt hanc à Moſco Polonis reſtitutam, Parallela Eccleſiæ Catholicæ cum hæreticorum Synagogis, vel cauſæ quibus permoti quidam deſertis ſectis hæreticorum ad Eccleſiæ communionẽ redierunt. Coloniæ apud Maternum Cholinum 1577. Eiuſdem de tumultibus Gedanenſibus Stephano Batoreo Poloniæ Rege: ac poſtremò liber perelegans De Eccleſia, Cracouiæ apud Adamum editus.

ANDREAS Placus ſcripſit difficiliorum Græcarum, Hebræarum, & aliarum peregrinarum dictionum, quæ in ſacris literis habentur, interpretationem, ſiue Dictionarium.

ANDREAE Reſendij Luſitani Opera hiſtorica, & Poëtica ſacra in 8. Coloniæ.

ANDREAE Richlicij, liber prænotatus *Paulus Apoſtolus, & Iudas Iſcariotes proditor in Academia Herbipolenſi in Theologicam diſputationem adducti: VVirceburgi hoc eſt Herbipoli, quæ eſt Franconiæ Metropolis, an. 1592.*

ANDREAE Rhodi Archiepiſcopi Apologia demonſtratiua è ſcriptis B. Thomæ ad Beſſarionem Card. Nicænum, de Diuina eſſentia, & operatione. Eundem Andræam ferunt ſcripſiſſe de Proceſsione Spiritus ſancti.

ANDREAS Schottus Societatis Ieſu libros quatuor, de vita Franciſci Borgiæ Societatis Ieſu Præpoſiti generalis à B. Ignatio III. ſcripſit Latinè: Qui quidem primò Romæ prodierunt in lucem è prelo Aloyſij Zanetti, anno 1596. Quam vitam Hiſpanicè Petrus Ribadeneyra eiuſdem Societatis fuſius conſcripſerat, & in Hiſpania emiſerat in lucem. In qua cernuntur expreſſa ſanctitatis, & pietatis optima veſtigia. E, quibus Viri quique principes, nobiles item aulici, ſed & potiſsimum, qui Mundo, Carni, Satanæ, nuncium remiſerunt, ingens capere poſſunt emolumentum. Eiuſdem Andreæ Schotti, in Sexti

Aurelij Victoris Hiſtoriæ Romanæ Breuiarium Notæ, Antuerpiæ 1580. ſed & alia molitur, cum adhuc viuat.

ANDREAE Scouares Tractatus aduerſus Græcos De proceſsione Spiritus ſancti. De Animabus Defunctorum. De Azimo, & fermentato. De obedientia Eccleſiæ Romanæ. m.s. extabat in Biblioth. Card. Sirleti, quæ nunc eſt Columnia.

ANDREAS Soto, Hiſpanus, Ord. S. Franciſci Hiſpanicè Tractatum edidit, prænotatum, *Contemplatio Crucifixi, & conſideratio Chriſti ſuper Cruce, ac de doloribus, quos B. Virgo paſſa eſt ad pedes Crucis.* Porrò hic Tractatus verè pius, & vtilis Italicè redditus à Raphaële Fabrica Sacerdote Societatis Ieſu excuſus eſt Venetijs anno 1603. apud Baretium ad inſigne Beatiſs. Virginis.

ANDREAS Theuetus Gallus, Gallicè edidit commentaria de Viris illuſtribus, in quibus quoniam nō omittit Scriptores aliquos Eccleſiaſticos, ideò hic ſuum quoque habet locum, ſed legendus circumſpectè.

ANDREAS de Traiecto, Teutonicus, monachus Cœnobij noſtri (ait Tritemius) Spanheimenſis, Ord. S. Benedicti, ſcripſit tam ſoluta Oratione, quàm Carmine.

Librum Soliloquiorum hominis ad Deum.
De profectu virtutum.
De abſtinentia carnium.
De vſu floccorum.
Epiſtolas ad diuerſos.
Collationes varias.
Carmina, & Rhytmos, obijt 1466. Tritemius.

ANDREAS Vega Hiſpanus, ord. Minorum, qui Salmanticæ Theologiam profeſſus, inter reliquos Tridentinæ Synodi Theologos, quindecim libros de Iuſtificatione, cum Quæſtionibus quindecim de Gratia, Fide, Operibus, & Meritis emiſit in lucem. Vide Bellar. Card. lib. 5. de Iuſtificatione, c. 19.

ANDREAS Venetus, ord. Seruorum, Theologus, & Doctor Pariſienſis à Senatu Veneto ad Baſileenſe Concilium fuit allegatus, qui quoniam inſigni memoria pollebat, Liber apertus omnium ſententiarum dicebatur. Edidit autem librum, qui Campus Florum prænotatur; Alterum itē in Geneſim, & alia, tum in Ariſtotelis Phyſica, tum quibus continentur Orationes, quas habuit. Vide Chronicon ord. Seruorum.

ANDREAS Victorellus, Baſſanenſis, Sacerdos, atque Theologus, ſcripſit Annotationes, & Additiones ad Franciſci Card. Toleti Librum de Conſcientiæ caſibus, ſiue de Sacerdotum Inſtitutione. Quæ Coloniæ apud Ioannem Gymnicum prodierunt ann. 1605. Quo & ſubijcit prælo Tractatum, quem de Angelis prænotauit, vir pius, & doctus.

ANDREAE hiſtoria Periegetica, & eiuſdem Hymni. Græcè m.ss. in Auguſtana Bibl. num. 121. Quis autem fuerit Andreas iſte, incertum. Sanè peregrinationem deſcribit, qua Epheſo Hieroſolymam proficiſcens, Terram (vt vocant) Sanctam à Turcis occupatam inuiſerit, ac rurſus Epheſum redierit.

ANDRONICIANI Auctoris Gręci meminit Photius in ſua Bibliotheca, cuius ſe perlegiſſe inquit duos breues Sermones aduerſus Eunomianos. Qui amator Philoſophiæ, Chriſtianus autem cultu fuit. Quemue magna in proœmijs polliceri idem ait Photius, at non talia præſtare in progreſſu, præſertim in ſecundo Sermone.

ANGELAE de Fulgineo libellus ſpiritualis doctrinæ, ac multiplicium viſionum, & conſolationum diuinarum. Venetijs apud Ioan. de Sabio 1522.

ANGELICA Summa. Vide infra in verbo, Angelus è Clauaſio.

ANGELICVS Bonricius Venetus, congreg. S. Saluatoris, anno 1577. emiſit in lucem commentaria in Euangelia Matthæi, & Ioannis, & in Epiſtolas Pauli. Præter illa, quæ appellauit Paraphraſtica in tres lib. Ariſtot. de Anima.

ANGELICVS Grimaldi è Griſaco, Gallus, Vrbani V. Pontificis Nepos, Card. S. Petri ad Vincula. Antiphonas, ſacra reſponſa quædam reliquit. Vixit anno 1365. Eiſingr.

ANGELICVS Saxo Germanus, Canonē Diuini Miſſæ ſacrificij expoſuit: Sermones plures Moguntiæ in Metropolitana ad populum habitos ſcripſit. Vixit an. 1465. Eiſingr.

ANGELORVM Hierarchiam expreſiſſe ſe Ignatius inquit Epiſt. ad Trallianos.

ANGELOMVS Gallus monachus, Ord. D. Benedicti, congregationis Lexouienſis, vir in Diuinis ſcripturis nobile ſortitus ingenium, iuſſu Drogonis Epiſcopi Metenſis, filij Caroli Magni Imp. collegit è commentarijs veterum Patrum Opus in quatuor Libros Regum. Stromaton libros totidem. Quorum initium. *Vigintiduas.* Item ad Lotharium Imp. Ludouici Imp. filium Stromaticam explanationem in Cantica eiuſdem generis: Incipit, *Priuſquam Auguſtale decus,* Claruit anno Domini 830. Sigebert. Tritem. Sixt. Senenſis, Arnoldus. Porrò in lib. Regum excuſum eſt Opus Coloniæ, an. 1530. & Romæ anno 1565. In Canticum verò Canticorum. Coloniæ 1530. Quin & Eiſingrenus mentionem facit operis de Diuinis officijs, quod ſcripſerit Angelomus iuſſu Drogonis.

ANGELVS Aretinus ab hæredibus Iacobi Iuntæ Lugduni fuit editus, anno 1555. De maleficijs, cum additionibus Auguſtini Ariminenſis, Hieronymi Cuchalonij, Bernardini Landriani, Alberti è Grandeno, Bonifacij Vitalini, Pauli Grillandi, Baldi Perilij, Iacobi de Arena, qui itidem de Maleficijs egerunt.

ANGELVS, ſiue Angeli (de quibus, & qui Diuinã expoſuere ſcripturam, & qui Theologiam tractauere Scholaſticam, poſt Dionyſium Areopagitam, & Ignatium, vt omnibus eſt notum, ſcripſerunt) nominatim tres appellati ſunt Michaël. Gabriel. Raphael. At, qui plures alios nominarunt, ſiue in quibuſdam Litanijs, quæ editæ circumferebantur ſiue alibi, meminerint verborum S. Bonifacij Germaniæ Apoſtoli aduerſus Aldebertum (alij codices habent Adlabertum) hæreticum ſcribentis. *Ex octo iſtis Angelis* (quos videlicet enumerabat Aldebertus, inter quos erat *Vriel*) *vnus tantum eſt S. Michaël.* Reliqui ſunt *potius Dæmones.* Ita quoque Concilium Romanum ſub Zacharia, vbi omnes eius Concilij Patres idem aſſeruere dicentes: *Non pluſquam trium Angelorum nomina agnoſcimus, Michaëlem, Gabrielem, Raphaëlem, cætera ſunt Dæmonum, quos ipſe Aldebertus ad præſtandum ſibi auxilium, inuocauit.* Vide Nicolaum Serarium noſtræ Societatis in Tobiam, hoc vberius tractantem, & poſt illum, Martinum Delrium, & hunc Societatis noſtræ Diſquiſitionum Magicarum lib. 1. cap. 1. q. 1. ad finem. Quod verò de *Vriele* legitur in quarto libro Eſdræ, iam ille liber non recipitur ab Eccleſia inter Canonicos.

ANGELVS Bellabuccus Mediolanenſis, ord. Auguſtiniani viridarium Sacræ ſcripturæ, Venetijs anno 1519. & alibi euulgauit.

ANGELVS Brunſuicenſis, quem vulgo Germani magiſtrum Engelinum vocitabant, Erphordienſis Gymnaſi Doctor, ſcripſit in Canonẽ Miſſæ. & Sermones varios. Quæſtiones diſputatas. obijt Argentorati in Cœnobio pœnitentium. Frederico III. Imp. 1481.

ANGELVS Camers Auguſtinianus Theologus edidit Lecturas in Magiſtrum Sententiarum Senis, & Bononiæ habitas. Annotationes in omnes D. Pauli Epiſtolas, & Sermones ad populum. Quæ omnia cuſtodiuntur in Bibliothecis S. Marci, Mediolani, & S. Spiritus, Florentiæ. *Pauli Epiſtolæ.*

ANGELVS Caninius Anglarenſis edidit anno 1602. Diſquiſitiones in libros aliquot Noui Teſtamenti obſcuriores ex Hebraicæ, Syriacæ, Arabicæ & AEthiopicæ linguarum originibus. Antuerpiæ cum Quinquagena Ant. Nebricenſis.

ANGELVS Capreolus Carmelita Brixienſis edidit iuſtæ magnitudinis volumen, in ſeptem Rubricas digeſtum, Confeſſarijs, & animarum curam gerentibus vtile. Agit enim de varijs caſibus, qui ad officium Epiſcoporum, Religioſorum, Parochorum, & ad reuocandos à peccato fœneratores pertinent. Extat excuſum Brixiæ, apud Ioan. Antonium Brixianum, anno 1511.

ANGELVS Caſtilionæus Carmelita, nobilis Genuenſis, & Theologus, hortatu Gabrielis Cardinalis Palæotti, Homelias per totum annum conſcripſit, quæ deinde B. Carolo Cardin. Borromæo procurante, typis traditæ ſunt ſtudio Franciſci Adorni Societatis Ieſu, eiuſdem Angeli, Nepotis. Alia quoque ſpectantia ad Quadrageſimæ Sermones ſcripſiſſe fertur vnà cum libro De Animaduerſione adhibenda in legendis ſcriptoribus antiquis, quem morte præuentus, anno Domini 1584. prelo tradere non potuit.

ANGELVS è Cingulo Anconitanæ Marchiæ, ſiue Picæni, Oppido, Clarenus etiam dictus à monte quodam Claro, quẽ incoluit, ordinis Minorum, & Simonis à Caſsia præceptor, celebris item concionator, Ioannem Climachum, & Macarij Dialogum, & quædam Ioannis Chryſoſtomi latinitate donauit. Claruit Cœleſtino Pontifice Maximo, & Aſtulpho Romanorum Imperatore. Migrauit è vita anno 1294. In quodam Regni Neapolitani Cœnobio.

ANGELVS è Clauaſio Lygur, ord. Minorum, Summam, quæ dicitur Angelica, ſcripſit, quæ edita eſt Venetijs, & Lugduni; Claruit Sixto IIII. Pont. Max. propè annũ 1490. Iacobus autem Vngarellus addidit eidem Summæ abs ſe recognitæ additiones. Quæ plenior, & emendatior prodijt Venetijs anno 1569. & 1578. apud Iacobum Sanſouinum, & apud Zoppinos, an. 1582.

ANGELVS Coradellus Carmelita Brixianus, Academiæ Pariſienſis, & Bononienſis Theologiæ Doctor præter eruditas in Diuinas ſcripturas lucubrationes, etiam de Logica Tractatum typis mandauit. Floruit anno 1530. Fuit, dum viueret Vicarius Generalis, congreg. Carmelitarum Mantuanæ.

ANGELVS Ferrus, Venetus, ord. Auguſtiniani, ſcripſit De Cœlibatu. De Reſidentia Epiſcoporum. De auctoritate Pontificis. Orationum libros duos. In Euangelia totius

anni.

Digitized by Google

anni. Claruit in Concilio Tridentino, Pio IIII. Pont. Max. coram quo Dominica tertia Quadrageſimæ Orationem habuit.

ANGELVS Florentinus Vallisvmbroſiæ monachus, qui vitam Eremiticam duxit inter cætera Epiſtolam admonitionum ſalutarium plenam, ſcripſit Italicè ad matronas Florentinas, cuius initium eſt. *Angelo peccatore Anachorita.* Floruit ann. 1496. Michael. Pocciantius.

ANGELVS Franciſcus Tignoſius, Ord. Seruorum, Theologus duodecim ab ſe Mediolani habitas lectiones edidit Italicè, quas inſcripſit *Regium Diadema duodecim lapidū pretioſorum,* quo Canticum *Salue Regina* expoſuit, dicatum Sereniſs. Reginæ Cœli. Mediolani apud Auguſtinum Tradatum ann. 1603.

ANGELVS Gaucius Maceratenſis Canonicus, Diſcurſus (vt ille vocat) ſpirituales Italicè edidit Maceratæ apud Sebaſtianum Marcellinum 1598. quos Sereniſs. Bonæ Chriſtianæ Lotaringæ vxori magni Ducis Hetruriæ dicauit.

ANGELVS Grillus Genuenſis, Lygur, monachus Cœnobij S. Catharinæ Genuæ, cōgregationis Caſſinenſis, aliàs S. Iuſtinæ de Padua, ſcripſit Italico carmine Rythmos ſpirituales, qui ſunt excuſi Bergomi, ann. 1591.

ANGELVS Maria Munturſius alias Munſorſius Florentinus, Theologus, ord. Seruorum, ſcripſit in Magiſtrum Sententiarum commentarium Florentiæ excuſum. Viuebat anno 1588.

ANGELVS Maria Torſanus, ariminēſis, ord. Seru. ſcripſit in Prouerbia S. Scripturę.

ANGELVS del Pas Perpinianenſis, ord. Minorum, ſcripſit Opus in Symbolum Apoſtolicum, in libris quatuordecim digeſtum, duobus nimirum Tomis ſatis grandibus, ſed perutilibus diuiſum, nonnullas item in Euangelium Matthæi, Lucæ, Marci, & Ioannis Euangeliſtarum, Expoſitiones in Scholaſticam Theologiam. Primus autem Tomus, quem vidimus, editus eſt Romæ in Typographia Vaticana, anno 1596. quo ipſe viuebat. Quem perlegiſſe, ſpero, neminem pænitebit: nam & ſtylus elegans, & eccleſiaſticus, ac cūm plurima afferat, non tamen laxus, ſed preſſus, & Patrum teſtimonijs abſque tædio legentium diues.

ANGELVS Pientinus è Conſinlano, Ditionis Senenſis Oppido in Hetruria, ord. Prędicatorum, quinque libris, an. 1596. editus aduerſus ſectam Mahometanorū doctè, & accuratè ſcripſit. Antea verò, De ſacro Iubilæo libros quatuor. Qui Romæ prodierunt an. 1577. Venetijs ann. 1603. apud Soc. Venetam.

ANGELVS Pria, ſeu Petra, Genuenſis, Lygur, monachus S. Benigni, congregationis Caſſinenſis, ſcripſit Italicè ad eruditionem computiſtarum, & Cellerariorum (quæ quadantenus pertinet ad eccleſiaſticos, præcipuè Regulares) De modo ſe gerendi in ſcribendis libris Cellerariorum, id eſt *Inderizzo de gli Economi, ò ſia ordinatiſſima inſtruttione da regolatamente formare qualunque ſcrittura in vn libro doppio,* qui excuſus eſt Mantuæ, anno 1586. apud Franciſcum Oſannam. Obijt Caſſini, anno 1590. menſe Iulio. Arnold.

ANGELVS Roccha Camers, quæ ciuitas eſt Pontificiæ Ditionis in Picæno, ord. S. Auguſtini Bibliothecam Apoſtolicam Vaticanam à Sixto Pont. Max. in ſplendidiorem, ac commodiorem locum tranſlatam Latinè conſcripſit, deſcribens plura, quæ in ea ſunt, ac tamquam ob oculos ponens; cum & ea occaſione de variarum artium, ac ſcientiarū argumentis arduis, & ſcitu dignis agat. Liber hic è Typographia Vaticana prodijt in lucē, an. 1591. cum proximè ſuperiore anno, alteram Italico ſcripſiſſet idiomate Mutius Panſa Romæ, de quo vide ſuo loco. Scripſit item idem ANGELVS Roccha, Expoſitionem Orationis Dominicæ, collectam è celebrioribus antiquis, & recentioribus, quam edidit Romæ apud Gulielmum Facciotum 1594. Deinde Bibliothecam ex præcipuis tantum quibuſdam, & grauioribus Theologis conflatam quos Scripturales vocat, edita eſt autem Romæ 1594. apud Dominicum Baſam.

ANGELVS Sangrinus monachus Benedictinus, quiq; obijt Caſſini, an. Domini 1593. ætatis ſuæ 93. aſſumpti autem Religioſi habitus 74. & ibidem ſepultus eſt, ſcripſit,

De ineffabili Ieſu nomine. Carmen heroicum.
In ſeptem Ieſu Chriſti nouiſsima verba.
Meditationes item ſeptem eodē carmine.
De miſericordia, amore, & bonitate Dei erga peccatorem.
De ſpe peccatoris in Deum.
Speculum peccatoris.
Parænеſes ſex in hebdomadam ſanctam.
De nominibus Ieſu.
De contemptu diuitiarum, & vanitate humanæ vitæ, eodem genere carminis.
De Ieſu pietate, & amore in peccatorem: Elegias duodecim.
Triumphum Diuini amoris.
In Natiuitatem Domini, & in omnes alias

eiuſdem feſtiuitates, carmen Sapphicum.
Epicædium in mortem Domini.
De Ieſu beneficijs erga hominem.
De laudibus B. Mariæ Virginis vario carminis genere, lib. I.
Hymnorum diuerſo metro de Sanctis, li. 2.
De Paſſione Domini: Elegias duodecim.
Vitam S. Benedicti, carmine heroico, excuſam Romæ 1587.
In Pſalterium Paraphaſim diuerſo carminis genere, quæ excuſa eſt Venetijs, anno 1540.
Aureas ſententias è Dauidis Pſalmis excerptas, carmine elegiaco.
Vitas SS. Benedicti, Mauri, Placidi, & Ioan. Baptiſtæ, carmine heroico.
Vitam alteram eiuſdem S. P. Benedicti, carminē Sapphico, & ſoluta oratione, quæ moralem expoſitionem continet.
Pſalterium Glorioſæ Virginis Mariæ, carmine Sapphico.
Vitam S. Gulielmi Anachoretæ, verſu Sapphico.
De martyrio monachi, carmine.
Tractatum quadraginta horarum, excuſum Florentiæ, ann. 1587. & Tridenti, atque alibi.
Sermonum, Homiliarum, & Dialogorum ſoluta oratione, lib. I. & alia multa ſcripſiſſe fertur. Arnold.

Quin etiam ſcripſit Vitam S. Potiti Martyris, ſapphico verſu, libr. I. Vitam S. Vuilhelmi Politiani, Anachoritæ, eodem verſu ſapphico, lib. I. Vitam Beati Ioannis Appuli, Biſontini monachi Caſſinenſis, verſu ſapphico, lib. I. De S. Patribus Cauenſibus, carmen Heroicum.
De vita, & Obitu Pauli Pici Papienſis monachi Caſsinenſis Heroicum.
De nonnullis Cœnobij Montis Regalis rebus componendis, Dialogum, inter locutorib. B. Virgine Maria, & Rege Gulielmo.
Caroli V. Imp. laudes, Heroico verſu.
De dirimendo inter Turcas fœdere ad Henricum II. Gallorum Regē lachrymabile Phaleucium. Quæ & alia plura aſſeruantur. m. ss. apud RR. PP. Theatinos Venetijs.

ANGELVS Saluettus, Senenſis Theologus, & Generalis, ord. Minorum ſcripſit Tractatum de Iudicio, & Antichriſto, qui incipit: *Tribus modis homines docentur, exemplo, magiſterio, & flagello.* Senis, ſub annum 1423. moritur.

ANGELVS Saxo Brunſuicenſis, ſcripſit in Canonem Miſſæ, li. I. Sermones varios, li. I. Quæſtiones diuerſas, lib. I. & quædam alia. Claruit ann. Domini. 1480. Trit.

ANGELVS Tancredus, Aretinus, Hetruſcus, ord. Minorum, miracula S. Franciſci ſcripſit, propè annum 1246. Obijt Aſsiſij, & in eiuſdem S. Franciſci æde nō procul ab eius ſepulchro humatus eſt.

ANGLI Catholici, qui noſtra ætate præcipui ſcriptores fuerunt aduerſus hæreticos, inter alios hi ſunt.

Ioannes Fiſcherus.
Thomas Morus.
Cutbertus Tonſtallus.
Thomas Andingus.
Nicolaus Sanderus.
Nicolaus Harpesfeldus.
Ioannes Youngus.
Gulielmus Cardinalis Alanus.
Alanus Copus.
Thomas Stapletonus.
Ioannes Raſtallus.
Ioannes Martialis.
Richardus Briſtous.
Gregorius Martinus.
Rubertus Perſonius.
Edmundus Campianus martyr.
Collegium Anglorum Duacenum.
Gulielmus Reginaldus.
Robertus Perſonius.

Qui verò libri prodierunt prænotati nomine Dictiuni Veridici, & Antonij Philopatris, ij fuerunt Thomæ Stapletoni. Horum autem ſingulorum labores, vide, in verbo ipſorum, in ſuis quemque locis huius Apparatus.

ANGLICANAE perſecutionis libellus emiſſus eſt Romæ è Typographia Georgij Ferrarij, ann. 1582. quo libello explicantur afflictiones, quas Angli Catholici ob catholicam fidem ſunt paſſi, & adeo hodieq; patiuntur. Vide in verbo, Concertatio fidei.

ANGLICVM Concilium Generale, ann. 1070. à S. Dunſtano Cantuarienſi Archiepiſcopo, aduerſus incontinentiam clericorum, celebratum eſt auctoritate Ioan. XIII. Pont. Max. Vide Acta S. Oſuualdi Epiſcopi Vuigornienſis apud Laurentium Surium die 15. Octob. Tom. 5. & Matth. Vueſtmonaſt. Flor. hiſtor. ſub eundem annum, & Cæſ. Baron. Car. Annal. Tom. 10.

ANGLICANVM Concilium tōtius Anglicæ regionis, præſide Lanfranco Doroberneñſis Eccleſiæ Archiepiſcopo, totiuſque Britanniæ Inſulæ primate, ann. Domini. 1075. Gregorij autem VII. Pont. Max. tertio. Vide ſub eundem annum Baronij Card. Annaliū Tomum vndecimum.

ANGLICANVM Concilium Generale in cauſſa Vrbani Papæ, quem Anſelmus, vt legitimum Pontificem receperat, Rex vero inhæſerat potius Guiberto ſchiſmatico & hæretico. Vide Cæſ. Baronij Card. Annal. Tomum vndecimum ſub ann. 1095. Vrbani autē ſecundi Pont. Max. octauum.

ANGLORVM Collegium Duacenum, Rhemis ante commorans, nouum Ieſu Chriſti Teſtamentum in Anglicanā linguam conuertit, additis perdocta præfatione de iuſtiſſimis cauſis eius verſionis, & notis quibus hæreſes iugulantur.

ANIANI Epiſtola ad Euangelum presbyterum, extat ad finem 6. Tomi operum Bedę venerabilis.

ANIANVS quidem è Græco Latinas fecit octo primas Homilias S. Ioannis Chryſoſtomi in Matthæum. Crediderim ego hunc Anianum eſſe eum, de quo Sigebertus in Catalogo ita ſcriptum reliquit: *Anianus vir ſpectabilis, iubente Alarico Rege, volumen vnum de legibus Theodoſij Imp. edidit: & monente Oruntio Epiſcopo, librum Io. Chryſoſtomi in Matthæum è Græco in Latinū tranſtulit. Vixiſſe autem illum ait Sigebertus, ann. 400.*

ANIANVS Flander Caſletenſis, monachus S. Vuinori Bergenſis, in Belgio, & Abbas monaſterij S. Petri Oudeburgenſis congregationis Cluniacenſis, vir doctus, & pius, vt eius monimenta, & inſtauratio Aedis Benedictinorum prodiderunt, quam ipſis Kal. Maij an. 1457. per Gulielmum Epiſcopum Sareptanum, Ioannis Epiſcopi Tornacenſis Suffraganeum præſentibus Abbatibus octo, & alijs Eccleſiæ dignis viris cōſecrari curauit, grande volumen compoſuit, quod res geſtas à mundo condito vſque ad ſua tempora breuiter complectens, prænotatur Chronicon vniuerſale. Extabat in Bibliotheca Benedictinorū m. s. in membranis, & ſcitiſſimis picturis ornatum; ſed depopulantibus omnia, & ipſum monaſterium, an. 1578. hæreticis, fuit aſportatum, aut abſumptum. Arnold.

ANGESILVS. Vide, in verbo, Anſegiſus.

ANANIA de natura Dæmonum. Vide de illo Martinum Delrium Tomis tribus Diſquiſitionum Magicarum, is autem vocatur Laurentius. Quare, & vide in verbo Laurētius Anania.

ANIBALDVS, Ordinis Prædicatorum, & Card. Vide in verbo, Hanibaldus.

ANICIVS Hiſpaniarum Epiſcopus, ſcripſit aduerſus Priſcilliani dogma, & maleficiorum eius artes librum. Hic autē Vrſacio Epiſcopo, ob necem eiuſdem Vrſacij, cuius accuſatores extiterant, Eccleſiæ communione priuatus, exilio condemnatur. Iſidor.

ANITIVS Boëtius, Manlius Seuerinus, Torquatus, vir doctiſsimus, atque innocentiſſimus, Patricius, & Conſul Romanus, ſcripſit de contemptu mūdi Philoſophicum Opus. Extant verò alia ipſius plura, de quibus vide, in verbo, Boetius.

ANISIVS quidam Abbas, ſcripſit Tragœdiam, & alia multa carmina, vt ferunt.

ANNA vxor Nicephori Meliſſeni, filia Irenes & Alexij Imperatoris Græcorum, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & controuerſiarum Religionis in Orientalibus Eccleſijs notarum hiſtoriam, quam Alexidem vocauit, libris quindecim complexa eſt.

ANNA Pferingerin, Germana, ſanctimonialis, & Abbatiſſa ſecunda monaſterij Neuburgenſis, electa ann. 1444. ſcripſit vitam S. Hilarij Epiſcopi Germanica lingua, ad Ludouicum Bauariæ Ducem. Obijt. anno Domini 1451. Arnold.

ANNALES Eccleſiaſtici. Vide, in verbo, Cæſar Baron.

ANNIBALIS Rocchi I. V. D. Tractatus Viſitationū, ad Breue Greg. XIII. Pont. Max. De viſitādis Ciuitatibus, & Diœceſibus Patauina, & Vicentina. Veronæ 1590. apud Hieronymum Diſcipulum. Vide etiam in verbo, Hannibal.

ANNIBAL Firmanus, ſcripſit De modo rectè educandi filios. Venetijs 1564. & de Tranquillitate animi, ſiue iucunditate. Italicè Peruſij apud Laurentium Pegulum, anno 1574.

ANNIBAL Roſſelius, Vide in verbo, Hannibal Roſſelius, & in verbo, Mercurius Triſmegiſtus.

ANNIBALDVS Ceccanus Romanus, ex Archiepiſcopo Neapolitano, Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus vitas BB. Apoſtolorum Petri, & Pauli heroico verſu conſcripſit. Claruit an. 1327. Eiſingrenus.

ANNONIS Viri ſancti, & Archiepiſcopi Vita apud Surium Tom. 6. die 4. Decembris à Monacho Sigebergenſi prope Coloniam Agrippinam conſcripta.

ANNONIVS monachus Benedictinus De Regum, procerumque Francorum origine, de geſtis etiam Eccleſiæ vſque ad Philippum Auguſtum, lib. 5. viuebat ann. 829. editus eſt olim Pariſijs apud Aſcenſium, ſed & alibi deinceps.

ANNOYMI Catholici Epiſtola, qua ſolatur Prædicantes legentes fortè Hunnij ob rē



Digitized by Google

infeliciter, & mendaciter ab ipſo Ratisbonæ geſtam, cum gloſsis Ordinarijs Anonymi. Ingolſtadij apud Eliam Vvillerum an. 1602.

ANONYMI cuiuſdam Monachi, De caſibus continuatio extat m.s. in Bibl. Monaſterij S. Galli in Heluetia.

ANONYMORVM Auctorum vt nomina, ſic tempora plerumque incerta ſunt. Vide, in verbo, Anonymus.

ANONYMVS Scholiaſtes Origenis.

ANONYMVS. Vide, in verbo, Aimonius.

ANONYMVS citatur à Photio, qui ſcripſerit contra Iudæos, & Teſſareſcædecatitas, qui ſancti Paſchatis feſtum non celebrabant, primo ſecundum Hebræos menſe: librum autem hunc ſiue Sermonem idem Photius inquit eſſe preſſum, in quo nil ſuperfluat, & ornatum. οὗτος μὲν ὁ λόγος (ait) σύντονος, καὶ ἀπερίττος, καὶ κομπῶ μετέχων. Quid autem ipſe ſenſerit Auctor Anonymus de Paſchate, ſubdit: quidque è Metrodoro quodam de eodem recitet, vide Photium, in verbo, Anonymus.

ANONYMVS quidam Epiſcopus, is, qui vitā S. Boniti Epiſcopi ſcripſiſſe fertur, poſt Epiſcopatum aliquot annis dignè adminiſtratum, ad portum quietis ſe recipiens, monachi habitum ſuſcepit. Surius in vita S. Boniti. Tom. 1.

ANONYMVS, ſiue incertus Auctor, De expetenda magis animi ſanitate, quam corporis, & de vitandis ſortilegis, extabat in Bibliotheca Cardin. Sirleti, quæ modo eſt Aſcanij Card. Columnæ.

ANONYMVS Auctor appendicis ad Hiſtoriam Francorum Gregorij Turonenſis ad hiſtoriæ ſuæ finem poſt Clotarium, *Chilperico mortuo* (inquit) *Theodoritum Regem ſtatuerunt, qui nunc Solij Regalis obtinuit locum.* Et aliquanto poſt, vbi Saracenorum à Carolo Martello profligatorū meminit, *Curricula* (inquit) *annorum à paßione Domini reperiuntur 735.* Vide Bibl. SS. Patrum Bignæi, editione ſecunda.

ANONYMVS Poëta, ſcripſit de Bebiani Baptiſmo, & vxoris eius obitu carmen. Anonymus item (incertum an idem ipſe ſit) qui ſuperior, quique hymnos de Chriſti Domini myſterijs ſcripſit. Extat vterque in Bibl. SS. Patrum Bignæi. Tom. 8. in ſecunda Pariſienſi editione.

ANONYMI Auctoris De Lirinenſis monaſterij excidio fragmentum, cuius initio adiectum eſt breue de illis hiſtoriæ temporibus, Scholion Margarini Bignæi in To. 7. Bibl. SS. Patrum in ſecunda editione Pariſienſi.

ANONYMI (perantiqui tamen ſcriptoris) in S. Dorothei doctrinas Præfatio extat in quinto Tomo Bibl. SS. Patrum Bignæi, editione ſecunda. Item Epiſtola cuiuſdam ipſius diſcipuli, qua vita, & laus eiuſdem Dorothæi continetur. Item Epiſtolæ, ſiue potius Epiſtolarum ſeptem fragmenta, & alia Epiſtola ad imbecilliorem quendam fratrem, varia cogitantem de adminiſtrante, quæ ad vſum ipſius pertinebant. Extant in Biblio. SS. Patrum, Tom. 2. Bignæi, editione ſecunda Pariſienſi. In S. autem Dorothæi doctrinas extat Præfatio, & Epiſtola cuiuſdam eius diſcipuli, qua deſcribitur vita ipſius Anonymi quem diximus eſſe perantiquum ſcriptorem, Bignæi Bibl. SS. Patrum, ſecunda Pariſienſi editione, Tom. 5.

ANONYMVS alius cuius βιβλίον ἀνεπίγραφον, περιέχων λόγους, καὶ μονῳδίας, καὶ τινὰ ῥήματα ἐκκλησιαστικά. hoc eſt. *Liber ſine Auctoris inſcriptione continens Sermones, & Nænias, ſiue Orationes funebres varias, & quædam verba Eccleſiaſtica.* In Bibliotheca Vaticana m.s. qui eſt forſan idem cum ſequenti..

ANONYMI in Bibliotheca Vaticana extat liber. m.s. Græcus, cōtinēs *Sermones, & hortamenta, ſiue admonitiones Eccleſiaſticas.* Inſcriptio Græca Libri eſt. βιβλίον ἀνώνυμον ἔχον λόγους, καὶ παραγγέλματα ἐκκλησιαστικά. Item, ſiue ipſius, ſiue alterius, cuius titulus: Ἕτερα κεφάλαια ἀνώνυμα. ideſt, *Altera capita Auctoris, cui nomen deeſt.* Alius item, cuius inſcriptio: Ἀνωνύμου περὶ τῆς ἐν σαρκὶ οἰκονομίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. hoc eſt, *Anonymi de Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Alius hoc titulo: βιβλίον ἀνωνύμα περιέχον ἐν αὐτῷ ὁμιλίας π.η, ὡς ἐμὲ δὲ ἡ ἑρμηνεία τοῦ ἁγίου Ἰωάννου Χρυσοστόμου εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον. hoc eſt. *Liber Anonymi continens Homilias, & vt quidem videtur, expoſitio* S. Ioan. Chryſoſtimi in Euangelium ſecundum Ioannem.

Alius. Λόγος παραινετικὸς ἀνώνυμος. *Sermo Paraneticus.* Anonymi.

Alius. βίβλιον ἀνώνυμον περιέχον ἐν αὐτῷ πολλάς, καὶ διαφόρους ὑποθέσεις ἐκκλησιαστικὰς μεγάλων, καὶ ἐπισήμων ἁγίων; Πρὸς τούτοις ἐπιστολὴ τοῦ Θεοφυλάκτου ἐπισκόπου Βουλγαρίας. hoc eſt. *Liber Anonymus cōtinens plura, & varia argumenta Eccleſiaſtica magnorum, & inſignium Sanctorum. Ad hæc Epiſtola Theophilacti Epiſcopi Bulgariæ.*

ANONYMVS de S. Alberto in Tom.5.antiquæ lect.Henrici Caniſij.

ANSBERTVS in Apocalypſim prodijt Coloniæ, ann. 1536. Vide, in verbo, *Ambroſius Autbertus:* is autem,& Haymo non rectè legerunt in Apoc.cap. 9. *Labadon*, quod Gæcè eſt Ἀπολλύων, quodque Latinè deſignat *Exterminans*.

ANSCHARIVS Friſius natus Vardenæ,quæ Ciuitas eſt Friſiæ,quam progreſſu temporis inundatio maris oppreſsit,& abſtulit, Vltraiecti in Schola S. Gregorij Epiſcopi,qui S.Bonifacij martyris ſucceſſor fuit,literarum,& pietatis fundamenta iecit,inde Corbeiam Saxoniæ petijt Religionis monaſticę ergo,vnde ob inſignem,eruditionẽ,ac pietatẽ, & zelum erga Diuini verbi propagationem,tandem primus Epiſcopus Bremenſis eſt cõſtitutus.Scripſit ille,quæ interciderunt,ac latent.Sed Albertus Krantius citat eius Epiſtolas plures.Item libellũ,Pſalmorum ſummam paucis includentem, Vixit ſub Francorum Rege Ludouico Pio,circa ann.806.Hæc Suffridus Petrus, lib.de Friſiæ Scriptoribus.

ANSEGISVS, ſiue Angeſilus(quibuſdam Gallus)monachus,& Abbas Laubienſis,ſeu Lobiẽſis Cœnobij, Benedictinus, in Hannonia,Egiloni datur ſucceſſor,an. 871. à Ioanne Papa VIII. ob peritiam rerum Eccleſiaſticarum,& ſecularium.Primatum autem Galliæ, & Germaniæ accepit, anno 872.quæ dignitas per manus tradita, ad ſucceſſores ſuos in hodiernum vſque diem peruenit,obijt anno 878.ſuſceptæ verò dignitatis octauo.Sic Trit.lib.4. c. 86.& Demochares,ac Bellaforeſtus,ſcripſit autem Impp. Carolo Magno, & Ludouico eius filio mandantibus, Statuta Eccleſiaſtica,libris duobus, & Leges mundanas libris totidem.Qui omnes libri editi Pariſijs,cum Benedicto Leuita ( additis quoque nonnullis Caroli Calui Imperatoris,& aliorum Regum Statutis)anno 1588. prodierunt in lucem.

ANSELMI(ſed incertum cuius)Correctiones,ordinis celebrandi Conciliũ,quæ forſan idem ſunt cum gubernaculo,quod diximus extitiſſe,in Bibl.Card.Sirleti,quæ modo eſt apud Aſcanium Card.Columnam.

ANSELMVS, Auelburgenſis Epiſcopus,in Marchia ad Auelũ non procul ab Albi fluuio Germanię,vitas aliquot Sanctorum complexus eſt,Epiſtolas quoque plures ſcripſit. Floruit ann.1146.Eiſingrenus.

ANSELMVS Cantuarienſis,in Anglia Archiepiſcopus, ex Abbate Becenſi in Normãnia, Cœnobij ordinis Benedictini,qui Vrbano II.Pont.& Henrico III.Imp.claruit Tritemio,anno Domini 1080.(vel 1601,vt placet D. Antonino, vel 1058. vt ſcribit Raphael Volaterranus,quamuis & tunc floruiſſe potuit)Lantfranci Cantuarienſis Archiepiſcopi diſcipulus ingentibus Dei donis,doctrinaque & ſanctitate ornatus,varia ſcripta,magno eorum bono reliquit, qui ea voluerint attentè perlegere. Ad quam Lectionem ea facilius allici poterunt, ſi intellexerint , ea non ſolum eſſe ferè breuiſsima, ſed & tãti ſucci plena, vt vir inter alios productus Antonius Demochares Theologus Sorbonicus Epiſt. præfixa Anſelmi opuſculis, quæ data an.1544.edita eſt 1550. Pariſijs,ſcripto ſit teſtatus,in ANSELMI iſtius breuibus Opuſculis penè omnia firmis rationibus demonſtrari, quæ Petrus Lombardus Magiſter Sententiarum,in quatuor plenis voluminibus, multis Sanctorum Doctorum auctoritatibus poſtea confirmauit.Porrò vitam Anſelmi Edinerus Anglus conſcripſit.

Scripta verò ipſius alij partiti ſunt in tres Tomos: Primum in nonnulla Euangeliorum loca.Secundum in commentaria in Epiſtolas Pauli,in Apocalypſim,& Cãtica.Tertium in varia Opuſcula,& Epiſtolas. At num hæc partitio vera ſit,eiuſq; Auctoris,qui nõ hæc omnia ſcripſit,paullò poſt liquebit.Sanè hæc editio Coloniæ Agrippinæ, anno Domini 1573.apud Maternum Cholinum prodijt.

Sixtus autem Senenſis ait eum ſcripſiſſe in Heptateuchum,hoc eſt in priora ſeptẽ Diuinæ ſcripturę volumina,libros ſeptem.

In Hexaemeron librum vnum,quem Tritemius citat.

In Canticum Canticorum,librum vnum,qui incipit. *In initijs librorum,cauſſæ dicendæ ſunt.*

In varios Euangeliorum locos Homilias plures.

In Paulum Apoſtolum Commẽtarios,quorum initium eſt. *De Epiſtolis Pauli.* licet,inquiat, in vetuſtis Exemplaribus inueniantur aſcripti Heruæo monacho.

Sanè Sixtus omiſit Opuſcula, cuius conſilium fuit tantummodo afferre Exegematicos Diuinæ ſcripturæ Auctores. At certè dubitandum eſt, num ea in Heptateuchum,& in Hexaemeron ſcripta extent, quæ nondum,quod ſciam, apparuerint. In Canticum verò Canticorum commentarius tribuitur Anſelmo Laudunenſi, qui Anſelmi Cantuarienſis fuit æqualis, ſicque nomine *Laudunenſis* prodijt Pariſijs, anno 1550.ex Officina Ponceti le Preux.

Tritemius autem Catalogum alium affert, quamuis aſſerat Anſelmum penè infinita ſcripſiſſe Opuſcula. is verò Catalogus eſt, qui ſequitur:

Contra gentes cur Deus homo, lib. 2. *Sæpe, & ſtudioſè à multis.*
De Incarnatione Verbi contra Iudæos, lib. *Domino, & Patri vniuerſæ.*
De Conceptu Virginali, lib. *Cum in omnibus religioſæ.*
Proſologion, lib. *Eia nunc homuncio.*
Monologion, lib. *Si quis vnam naturam.*
De Spirituſancto contra Græcos. *Negator à Græcis, quod Spiritusſanctus.*
De caſu Diaboli, lib. *Illud Apoſtoli. Quid habes.*
De diuerſitate Sacramentorum, lib. *Domino, & amico Vualram.*
De fermento, & azimo, lib. *Anſelmus ſeruus.*
De voluntate Dei, lib. *Humana ratio.* *
De libero arbitrio, lib. *Cum liberum arbitrium.*
De Gratia, & libero arbitrio, lib. *De tribus illis Quæſtio.*
Dialogus de Veritate, lib. *Quoniam Deum veritatem eſſe.*
De ſimilitudinibus, lib. *Voluntas tripliciter.*
De menſuratione Crucis, lib. *Quoniam iubente filio tuo.*
Meditationes, lib. *Domine Deus meus.*
Meditationes de Paſsione Domini, lib. *Anima Chriſtiana,*
Stimulus amoris, lib. *Ieſum Nazarenum.* *
Pro inſipiente, lib. *Dubitanti vtrum ſit.*
Contra inſipientem, lib. *Quoniam non me.*
De miſeria hominis, lib. *Terret me vita mea.*
De membris Deo attributis, lib. *Vbicunq; Sacra ſcriptura.*
De Sacramentis, & Officijs Diuinis, lib. 2. *Celebratio Miſſæ.*
Prouerbia, hoc eſt, de domo cõſcientiæ, li. *Domus hæc, in qua.*
In Aſſumptione S. Mariæ, lib. *Intrauit Ieſus.* *
Ad Guilhelmum Hirſaugienſem Epiſt. 1. *Ex quo veſtra probitas.*
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. *Seruus ſeruorum Dei.*
De Sancta Trinitate, lib.
In Canticum Canticorum, lib.
De pace, & concordia, lib.
De beata vita, lib.
De beata ſufficientia, lib.
De laudibus Sanctæ Mariæ, lib.
De bona occupatione, lib.
De octo beatitudinibus, lib.
In Hexaemeron, lib.
Ad Lantfrancum Archiepiſcopum, lib.
De Grammatico, lib.
De S. Ioan. Baptiſta, lib.
De peccato originali, lib.
Sermones etiam nonnullos.

At ex quadraginta & vno Opuſculis, quorum à Tritemio fit mentio, Pariſienſis editio, de qua paullo antea diximus, non continet niſi vigintiſex; nimirum, nec Tritemius omnia illa, de quibus ſcripſit, viderat: neque ipſius Anſelmi cenſentur eſſe aliqua. Et quorũ Opuſculorum initia non adnotauit Tritemius, ea necdum omninò excuſa eſſe credo.

Sciendum autem Homiliam, quæ inſcripta eſt. In Aſſumptione S. Mariæ, alibi inſcribi, *Homilia Euangelij ſecundum Lucam. Intrauit Ieſus.* Quæ verò de laudibus S. Mariæ, veriſimile eſt eandem eſſe, quam Demochares vocat: *De excellentia Glorioſiſsimæ Virginis Mariæ.* Tritemius verò non numerauit libros duos. *De Imagine Mundi,* nec Dialogum *De Paſsione Domini,* qui iã excuſi ſunt: credo ita, quòd putauerit libros *De Imagine Mundi,* Honorio Incluſo eſſe tribuendos, quemadmodum ille quoque tribuit.

Anſelmi porrò Homilia extat inter eas, quas Alcuinus collegit. Sed & Antonius Demochares. qui egregiã nauauit operam in repurgandis mendis, quibus ob incuriam Amanuenſium, vel propter codices ab alijs deprauatos ſcripta Anſelmi ſcatebãt, in alium ordinem ſex & viginti, quæ diximus, Anſelmi Opuſcula hoc modo digeſsit.

Monologion hoc eſt Soliloquium.
Proſologion, ideſt, alloquium.
Pro inſipiente.
Contra inſipientem.
De Incarnatione Verbi.
Cur Deus homo.
De veritate.
De libero arbitrio.
De caſu Diaboli.
De conceptu virginali, & peccato originali
De proceſsione Spiritusſancti.
De fermento, & azimo.
De diuerſitate Sacramentorum.
De ſimilitudinibus, lib.
De voluntate Dei, lib.
De concordia præſcientiæ, & prædeſtinationis, nec non gratiæ Dei cum libero arbitrio, lib.

De

De miſeria hominis,lib.
De veſtimentis,& membris,& actibus Deo attributis,lib.
De menſuratione Crucis.
De Meditatione redemptionis generis humani,lib.
De Paſsione Domini, Dialogus vnus.
Speculum Euangelici Sermonis,ſiue Stimulus amoris.
Homilia Euang. ſecundum Lucam. *Intrauit Ieſus.*
De excellẽtia glorioſiſſimæ Virg. Mariæ,li.
Epiſtolarum,lib.
De Imagine Dei, lib. duo.

## *Obſeruatio.*

Præter hęc in veteribus editionibus nonnulli librum de veſtimẽtis, & membris Deo attributis inſeruerunt operum Hieronymi Tomo quarto,hac inſcriptione. *De ijs, quæ Deo in Scripturis ſanctis attribuuntur.* vbi & multa fuſius initio tractantur. Quidam verò Auguſtini librorum Tomo quarto,prænotatum. *De eſſentia Diuinitatis,* ac tam initio, quàm ad finem copioſiorem.

Ad viginti autem,& ſex Opuſcula,que in editione Pariſienſi,ann. 1550. continentur, Antonius Demochares ſummam vniuſcuiuſque quàm breuiſsimè ſcripſit Ioanni Hangeſtæo Nouiodunenſi Epiſcopo. Nec mentionem vllam commentariorum,ſiue in Canticũ Canticorum,& in Epiſtolas Pauli,ſiue in alios ſacros codices facit.

Nos addimus non Anſelmo,ſed Heruæo, quem putant ante ducentos quinquaginta annos vixiſſe, vetuſta exemplaria,& doctos viros, inter quos fuit Simon Fontanus Senonenſis, vir acris iudicij, adſcribere commentarios in Epiſtolas Pauli, in quibus nihil fermè reprehendendum, tota verò interpretãdi ratio diuitijs ſpiritus abundans, ſummopere laudanda ſit. Dictio,& breuitas, ſed ſenſibus fœcunda, quoniam non prorſus eſt Anſelmo diſſimilis, fecit, vt eiuſdem eſſe exiſtimaretur. Nomen autem Anſelmi Laudunenſis, vt huius commentaria in Canticum Canticorum, Anſelmo Cantuarienſi tribuerentur.

Canticũ Canticorum.

Porrò qui librum de myſterijs Eccleſiæ extitiſſe Anſelmi Cantuarienſis ſcriptum, vti & alterum de origine animæ,& alium de Conceptione Beatiſsimæ Virginis, tradidere, ij quidem facere aliquam fidẽ poſſent, quoniam Angli de Anglicanis, ſeu de propinquis Normannis Auctoribus certius aliquid noſſe potuerunt; veruntamen quoniam ex albo Catholicorum ſcriptorum proſcripti ſunt, ad hũc Apparatum non accerſuntur: niſi vt noſtra repetantur, ij verò, vt commeriti ſunt, explodantur.

Io. Balæus in vita Thomæ Cãtuariẽſis, ſed Balæus ipſe prohibitus eſt.

Quod autem in commentarijs Anſelmi in 27. cap. Matthæi legitur, ſe certa ratione comperiſſe, Chriſtum Luna quartadecima eſſe occiſum,& Luna tertiadecima pręter ordinem Diuinæ legis celebraſſe ſuum Paſcha, dubium (inquit Card. Bellarminus) eſſe non poteſt, quin totus iſte locus ab aliquo Græcorum fautore fuerit inſertus in libro S. Anſelmi,& quidem parum prudenter. Anſelmus enim apertiſſimè contrarium docet in commentario cap. 26. in illa verba. *Prima autem die Azimorum.* vbi dicit, quartadecima die comediſſe agnum: & quintadecima die fuiſſe crucifixum. Vide Bellarm. li. 4. de Sacramento Euchariſtiæ, ca. 9. To. 2.

In commentarijs verò Epiſtolæ ad Romanos, cap. 5. ſcriptum eſt, Charitatem diffuſam in cordibus noſtris, qua Deum & proximum diligimus, nõ eſſe donum aliquod Spiritus ſancti in nobis creatum, ſed ipſam Spiritus ſancti perſonam habitantem in nobis, quam ſententiam ſecutus eſt Petrus Lombardus. 1. Sent. diſt. 17. At huic opinioni aduerſantur vnanimi conſenſu, omnes fermè Scholaſtici Theologi, docentes Spiritũ ſanctum illabi quidem animis noſtris ſecundùm Subſtantiam Deitatis ſuæ, vel hypoſtaſim perſonæ ſuę: attamen longo interuallo diſcerni à charitatis dono, quo in amorem Dei,& proximi accendimur. Quin, nullo modo defendi poteſt, præſertim poſt Concilium Tridentinum ſententia illa, quòd Charitas ſit tantum ipſe Spiritus ſanctus.

Diximus hoſce commentarios adiudicari Heruæo monacho.

Cæterum quod primò has enarrationes in Pauli Epiſtolas à Renato Caſtanæo è ſitu, & ſqualore erutas, & in lucem Coloniæ euulgatas hactenùs à multis creditum eſt, nõ ita habet. Primò enim prodière anno 1533. in Gallia apud *Poncetum le Preux*, atque Epiſcopo Pictauienſi dicatæ, cum annis fermè quadringentis,& quinquaginta latuiſſent.

Prætereà Anſelmi Cantuarienſis Liber, *Cur Deus homo*, Græcè ſcriptus axtat in Bibliotheca Vaticana, hac inſcriptione. *Τῦ μακαρίυ ἐπισκόπυ Ἀνσέλμυ Καντουαρίυ διάλογοι, περὶ τῦ διότι ὁ θέος ἄνθρωπος. Οὐ κυδώνη.*

Qui verò alias editiones Anſelmi noſſe cupiant, ij ſciant Coloniæ quidem tribus diſtinctas Tomis (vti diximus) prodijſſe, an. 1573. ſed & quaſdam ibidem ſeparatim, an. 1533. In Euangelia verò commentaria Venetijs ann. 1568. In Epiſtolas autem Pauli ibidem,



Digitized by Google

ann.1549. Meditationes deinceps ibidem ann.1553. Et opuſcula Venetijs an.1568. Ea quæ de excellentia glorioſiſsimæ Virg. Mariæ: deque ſimilitudinibus ſcripſit idem Anſelmus, ſtudio Henrici Sommalij Societ. Ieſu presbyteri ſeparatim excuſa ſunt Duaci apud Petrum Bellarum anno 1605. Coloniæ apud Ioannem Hunthemium.

ANSELMVS Cantuarienſis, librum de quatuordecim Animæ, atq; corporis dotibus, ſiue beatitudinibus: nondum antea editum ſcripſit, qui denique prodijt Opera Henrici Sommalij Societatis Ieſu; Antuerpiæ apud Io. Moretum an. 1602. vnà cum Alberti Magni Paradiſo Animæ, ſiue de Virtutibus.

ANSELMVS Laudunenſis Scholaſticus, nouo expoſitionis genere vtriuſque teſtamẽti ſcripturas (vt habet Appendix ad catalogum Henrici de Gandauo, gloſſa interlineari, & marginali de Patrum ſcriptis collecta, illuſtrauit, elucidauit. At Sixtus Senenſis ita ſcribit; *Anſelmus Laudunenſis Gallus, cognomento Scholaſticus in Diuinis Scripturis, & Sacrorum Doctorum voluminibus iugi ſtudio eruditus, & in omnibus diſciplinis non mediocriter inſtructus, ingenio acutus, eloquio preſſus, & Laconicæ cuiuſdam breuitatis imitator, nouo, & inuſitato explanationis modo vtriuſque Teſtamenti libros ex breuiſsimis quibuſdam Patrum Annotatiunculis expoſuit, quas minutiſsimis characteribus deſcriptas inter ipſas ſcripturarum lineas maioribus literis exaratas, nõ minus curioſa, quàm vtili induſtria artificioſiſsimè coaptauit: eumq; laborem ad differentiam Gloſſæ Strabenſis, quæ in marginibus ſacrorum codicum deſcribi ſolet, Gloſſam interlinearem appellauit. Claruit Henrico IIII. Imp. ann. 1110.* At Tritemius addit eum ſcripſiſſe etiam *in Pſalterium Dauidis*

ANSELMVS Legienſis, ſiue Leodienſis Clericus, ſcripſit Geſta Epiſcoporum Leodienſium; vbi & vitam Guatonis Epiſcopi ſibi notam, anno Domini 1050. Trit. & Sigebertus.

ANSELMVS Lucenſis. Vide in verbo, Anſelmus Mantuanus.

ANSELMVS Mantuanus, Lucenſis Epiſcopus, ac deinceps amore Diuinæ contemplationis, & amicis ignorantibus, monachus Cœnobij S. Benedicti in agro Mantuano, non longè poſt à Gregorio Papa VII. qui eius opera maximè vtebatur, coactus ad ſedem quidem ſuam redijt, ſed tamen habitum monaſticum ſub veſte Epiſcopali celans, in eodem etiam ſepeliri voluit, an. Domini 1086. die. 18. Martij. Vita eius m.s. extat in monaſterio S. Benedicti Mantuani, vide Cronicon, de origene ex actis Comitiſſæ Mathildæ, c.5. à Benedicto Luchino monacho Italicè ſcriptum, & Mantuæ editum, an. 1592.

Scripſit aduerſus Guibertum Antipapam pro Romano Pont. *Apologeticum Domini Papæ.*
In lamentationes Hieremię, non autem in Hieremiam totum, vt quidam putarunt, lib. 1.
In Pſalmos vſque ad illum locum, *Benediximus vobis in nomine Domini,* rogatu Mathildæ Duciſſæ, ſed moriens inchoatum opus reliquit.
Epiſtolarum ad diuerſos, librum.
Extant in Bibliotheca S. Senedicti Mantuani m.ss. ſequẽtia opera ipſi aſcripta, videlicet:
Meditatio in Orationem Dominicam: Incipit, *O immenſa clementia:* columnis octo in mẽbranis prægrandibus.
Alia in eandem cuius initium, *Poſſunt autem omnia ſupradicta aliter explicari.*
Alia in eandem. *Poſſumus, & ſupradictas petitiones exponere.*
In Salutationem Angelicam meditatio. *Aue Maria.*
In Salue Regina, Meditatio maximè pia, columnis octo, hoc exordio, *Ad ſalutandam Beatam Virginem:* quæ quidem meditatio S. Bernardo tribuitur in editione Veneta, anno 1568. in 4. Tom. 2. operum eius, fol. 435. at vtrum rectè, viderit cordatus lector.

Sunt autem apud Arnoldum Vuion, m.ss. alij duo libelli Anſelmo aſcripti, in quorũ primo, agitur de Geſtis Domini noſtri Ieſu Chriſti rythmicè. Incipit, *Deſere iam anima lectũ ſoporis. Languor, torpor, vanitas, excludantur foris.* In ſecundo verò, etſi de ijſdem Domini noſtri Geſtis diſſeritur, ſacra tamen Paſſio potiſſimum explicatur. Incipit, *Ieſu Chriſti celeri miſeratione, & Mariæ Virginis interceſsione.*

Fertur & eſſe Anſelmi pia illa Oratiuncula: *Domine Deus ſi feci, vt eſſem reus tuus.* De duobus autem Anſelmis, quos citat Sixt. Sen. in Bibl. Sancta, Arnoldus Vion in notis ad diem 18. Martij ſic ſcripſit: Anſelmi, de quo Martyrologium Rom. cum Baronio, Galeſinius, & Tabulæ Eccleſiæ Mantuanæ, hac die felici in Ephemeride Anſelmi quidem meminit, ſed eundem cum Anſelmo Cantuarienſi Archiepiſcopo confundit, in quo videtur corrigendus. Iſtius vitam ab eius contemporaneo grauiter conſcriptam, habemus in noſtro Cœnobio S. Benedicti de Padolyrone in agro Mantuano manuſcriptam, quæ ſic incipit: *Deuotis quorundam precibus inſtanter cogimur, vt vitam ſanctiſsimi fratris noſtri Lucenſis Epiſcopi D. Anſelmi, quàm præſentes vidimus, & pariter à commorantibus fideliter accepimus, compendioſo explicemus labore. Arctioris vitæ ſtudio inflammatus, Epiſcopatu relicto, vitam Monaſticam in eodem S. Benedicti Cenobio pro-*

*bto profeſſus eſt*; vt clarè ſatis oſtendit vitæ ipſius Auctor his verbis: *Diſponit ergo Orationis cauſa Sanctorum aliqua viſitare limina, & neſcientibus, qui cum ipſo erant, parentibus, ac fidelibus, fit ſubito monachus Regulæ S. Benedicti ſubiectus: Repoſitus verò à S. Gregorio VII. ſuæ Sedi, nunquam habitum monaſticum deſerere voluit, ſed eundem ſub habitu Epiſcopali celans, ad finem vſq; vitæ retinuit.* Reſeruatur item liber miraculorum eius poſt mortem, quorum 29. à B. (ſic enim ſe appellat) peccatore Capellano eius: reliqua 30. à reuerentioribus, ſicut ipſi viderunt, aut audierunt à fidelibus deſcripta ſunt. Agunt de eodem Sigebertus de Illuſt. Eccleſ. Script. c. 162. Tritemius de Scriptoribus Eccleſiaſt. & Sixtus Senenſis, li. 4. Bibliothecæ ſanctæ: in hoc tamen mēdoſus, quod duos Anſelmos, vnum Lucenſem, alterum Mantuanum Epiſcopos, pro vno conſtituat, & Opera vnius, duobus adſcribat, quod quam à veritate ſit alienum, ex hoc liquet, quod nullus in toto Epiſcoporum Mantuanorum Catalogo reperitur, qui Anſelmus vocetur, eo præcipuè tempore, quo floruiſſe iſte ab eo notatur; Mathildis ſcilicet Illuſtriſsimæ Ducíſſæ: Tunc enim non Anſelmus, ſed Vbaldus Mantuanam tenuit Sedē, cuius hortatu, & iuſſu iſtius S. Anſelmi vitam fuiſſe ſcriptam ab Auctore refertur. Reſtituendus ergo eſt ſuæ integritati Sixtus. Omnia verò, quæ Anſelmo illi Mantuano adſcribit de annis mortis, & Epiſcopatus, huic noſtro Anſelmo attribuenda ſunt. Porrò corpus viri huius ſancti in D. Petri maiore æde quieſcit Mantuæ, quod integrū cernitur, vt dormientem potius, quam mortuum diceres. Immortalitatis ſtola indutus eſt an. 1086. Epiſcopatus ſui 13. Indict. 52. ann. 9. Sed & de eodem agit Bartholdus in Appendice ad Cōtractum, ad annum 1086. & ea ipſa die eum obijſſe teſtatur. Hæc Arnold.

Sixti Senenſis locus notatus.

ANSELMVS Rhemenſis, Gallus, Benedictinus monachus, itinerarium S. Leonis Papæ IX. ex Vrbe in Germaniam, & in Gallias, ſcripſit, in quo, ea quæ in Synodis geſſit varijs in locis commemorat, cum etiam Diuinam ſibi virtutem fuiſſe cooperatam aſſerat aduerſus Friſingenſem Epiſcopum, qui cum in Synodo contumaciter aduerſus auctoritatem Apoſtolicam ageret, repentè in omnium conſpectu obmutuit. Claruit ann. 1050. Sigebertus, Ttitemius, Eiſingrenius, Arnold.

ANSELMI Steckelij Equitis Enchiridion Quadrageſimale precationum diariarum è Thomæ Beauxamis Carmelitæ Homilijs in Euangelia, quæ ſingulis Quadrageſimæ diebus legūtur. Monachij 1581. Eiuſdem precationes meditationem ſacroſanctæ Cœnæ Domini Paſſionis, ac Reſurrectionis Dominicæ continentes, & in ſingulos vniuſcuiuſque hebdomadis dies diuiſæ, excerptæ ex Homilijs Paſchalibus eiuſdem Beauxamis, quæ & excuſæ fuerunt Monachij eodem anno. Sed inſequente ibidem. Eiuſdē Precationes Pſalmorum Dauidis contextui, & numero reſpondentes, cum antea, hoc eſt an. 1577. eadem in ciuitate euulgaſſet libellum prænotatum. De animi facinoribus prauis cohorreſcentis anguſtia, & viciſsim optimè ſibi conſcij libertate.

ANSELMVS Vicentinus, ord. Auguſtiniani, in Martinum Lutherum librum Venetijs edidit, De Indulgentijs, alijſq; Chriſtianis propoſitionibus.

ANGISIVS Abbas, Lobienſis, in librum promiſcuè congeſſit, quæ in celebratis tempore Caroli Magni in Gallia Synodis fuerant conſtituta; quo quidem libro cētum & ſexaginta octo capita continentur.

ANSO, Belga, monachus, & abbas monaſterij Laubienſis, congregationis (vt vocant) Gallicanæ Floriacenſis, renunciatus, ann. 776. ſcripſit ad Theodulphum prædeceſſorem ſuum librum, de vita S. Vrſmari Epiſcopi. Arnold.

ANTHELMVS. Vide, in verbo, Adelmus.

ANTHERVS Græcus Pont. Max. qui annos quinque, ac paullo plus ſedit, quique fuit martyr, reliquit Reſcriptum ad Epiſcopos Beticæ, & Toletanæ Prouinciæ. *Tom. 1. Concil.* Per Notarios autem res Martyrum accuratè deſcripſit, & in ærarium Eccleſiæ repoſuit. E quo fonte hauſta ferè ſunt, quæ hodie de martyribus geſta nouimus. *Georgius Vuicelius in Rom. Pont. Epitome. 1. Gilbert. Genebrardus, li. 3. Chronogr.* moritur an. Dom. 239.

ANTIDOTA Euangelica contra horum temporum hæreſes, vide in verbo, Thomas Stapletonus, & in verbo, Hæreſes, ſiue hæretici.

ANTIDOTARIVS animæ per Amplexorem recognitus Pariſijs 1552.

ANTIMACHVS Heliopolitanus, Aegyptius, Cotmopæiam, ideſt ortum ſiue conditionem mundi verſibus Heroicis 3780. deſcripſit. Suidas.

Hexaemerō.

ANTIOCHENA Synodus, ſiue Concilium apoſtolorum ad ſedandas controuerſias illhic exortas fuiſſe habitum probat ex Pamphili martyris auctoritate Franciſcus Turrianus noſter, qui & Pamphili fragmentum recitat, & Canones illos in compendium redactos recenſet. Vide, præter Turrianum aduerſus Magdeburgenſes, li. 1. c. 25. Baron. Car. 2. Tomum Annalium, ſub annum 102.



Digitized by Google

ANTIOCHENA Synodus coacta ab Orientalibus, anno Domini 255. aduerſus Schiſma Donatiani, ad quem è Cappadocia, Aſia, Syria, Aegypto, fuere vocati Epiſcopi. Vide Dionyſium Alexandrinum in Epiſt. de Pœnitentia ad eos, qui erant in Aegypto.

ANTIOCHENAE Synodi duæ contra Paulum Samoſatenum, Prior anno Dom. 265. Poſterior, ann. 272. Vide Euſeb. lib. ſeptimo, cap. 23. & 24. & Baronij Cardin. Annalium Tom. 2.

ANTIOCHENUM I. Concilium generale 345. Epiſcoporum aduerſus fidem catholicam ab Arianis coactum, reprobatum eſt, & damnatum. At ſumma Conciliorum, & alij, hoc ipſum pſeudoconcilium Antiochenum, an. 345. vt diximus, contra fidem catholicam coactum, & ideo reprobatum, confundunt cum alijs: ſex enim fuere Antiochena Cōcilia. Vide Bellar. Card. To. 1. controu. 4. lib. 1. de Concilijs c. 6.

ANTIOCHENA Synodus, an. 360. cura Conſtantij Imp. ad exauctorandum Meletiū, & ſubſtituendum Euzoium, habita fuit ab hæreticis, quare neque hæc fuit catholica. Vide Athanaſium de Synodis. Hieronymum in Chronico. Sozomenum li. 4. c. 28. Baronij Card. Tom. 3. Annalium.

ANTIOCHENA Synodus, anno Dom. 363. ſub Liberio Pont. cui interſuere 27. Epiſcopi, coacta eſt à Meletio Orthodoxorum Epiſcopo Antiochiæ. Approbarunt vnanimes Nicænam confeſsionem. Extat Epiſt. Synodalis ipſius Concilij ad Iouianum Imp. Vide Hier. in Chronico. In quo Baronius reſtituit textum ita. *Synodus Antiochiæ à Meletio, & ſuis facta in qua Homuſio, & Homeuſio reiecto medium inter hæc Homouſion receperunt.*

ANTIOCHENA Synodus, ann. Dom. 378. ſub Damaſo Papa, cui interfuit Cregorius Nyſſænus frater Baſilij, qui iam è vita deceſſerat. Vide Card. Baron. Tom. 4. Annalium in eundem annum.

ANTIOCHENA Synodus, à Io. Antiocheno, de libris Theodori Mopſueſteni habita. Vide Card. Baron. To. 5. ſub annum 435.

ANTIOCHENI viri Catholici, & in fide orthodoxa conſtantis extat vaticinium de morte Iuliani Apoſtatæ apud Theodoretum. Is enim Iulianus Ludimagiſtrum, vt noſtrā religionem, quaſi per iocum irrideret, ſciſcitatus, quid rerum gereret fabri filius? ille Diuina impletus gratia prædixit quod erat paullò poſt euenturum. *Nam huius* (dixit) *vniuerſitatis opifex Deus, quem tu per riſum fabri filium nominas, Iuliano loculum fabricatur.* (Theod. lib. 3. c. 18. — Anno Domini 363.)

ANTIOCHI monachi quondam in Lauræ Cœnobio S. Sabæ, deinde Abbatis ad Euſtachiū Athalinæ domus, Ancyræ, quæ eſt Galatiæ metropolis, monachū, PANDECTES diuinitus inſpiratæ, Godofrido Tilmanno Cartuſiæ Pariſienſis monacho interprete, cū eiuſdem Tilmanni in ſuum nunc Antiochum nuncupatoriæ Pręfationis fragmento. Pādectes autem hic in 63. Sermones diſtinctus complectitur Expoſitiones diuerſorum Patrum in Decalogum vna cum reprobationibus omnium hæreſeon, quæ aduerſus Decalogum emerſerant: Eiuſdem autem Antiochi exomologeſis; vbi cum hæc verba profert. *Salutis noſtræ ſpem, nempe crucem Chriſti, tradidiſti fidei aduerſarijs* fidem facit acccidiſſe id Heraclio imperante. Quod eſto dictum, quoniam Sixto Senenſi nondum innotuerat, quonam tempore Antiochus claruiſſet. Extant in To. 2. Bibl. SS. Patrum Bignæi editionis ſecundę Pariſienſis, & m. s. Græcè in Bibl. Vaticana. Quin & Auctor hic Antiochus Laurę Gręcus, iunctus erat cum Prato Spirituali m. s. Græcè, & quidem Conſtantinopoli allato, quod poſtea ad Baronium Card. miſſum eſt. Ex quo Antiocho Nicolaus Serarius exſcripſit fragmentum, quod in SS. PP. Bibliotheca Pariſienſi deeſt, idque ad Frontonem Ducæum noſtrum miſit.

ANTIOCHVS Epiſcopus Vrbis Ptolemaidos, vir ingenij rari, eruditionis, & eloquētiæ ſummę, vt verbis Sixti Senenſis vtar, cui Anianus perantiquus Io. Chryſoſtomi interpres plauſibilem dicendi pompam aſcribit, inter alia in cap. Ioan. IX. de illuminatione cæci nati luculentam orationem, ac de compunctione, timoris Dei, & humilitatis plenā ſcripſit. Claruit ſub Theodoſio, & Arcadio Augg. ann. Dom. 390. Sixt. Sen. At Gennadius multo antea, ita de illo ſcriptum reliquit. *Antiochus Epiſcopus ſcripſit aduerſus auaritiam vnum, & longum volumen:* & in curatione cæci *qui à Saluatore illuminatus eſt Homiliam compoſuit, compunctione timoris Dei, & humilitas plenam, moritur Arcadij Imperatoris tempore.* Quin & Tritemius huic ſcriptori plura opera tribuit, & quod hic vnum longum volumen dicitur, in duos libros diducit. Porrò, Antiochi Theologi antiqui Conciones Græcè extabant Florentiæ in Bibliotheca Medicea.

ATIPATER Boſtrenſis Epiſcopus, qui Græcè Refutationem compoſuit Apologiæ pro Origene ab Euſebio conſcriptæ, edidit homilias plures, inter quas vnam in Matthæi caput nonum, De Muliere ſanguinis fluxu laborante, cuius initium eſt: *Quod Iudæorum vo-*

*vocationem.*citatur in ſecunda Synodo Nicæna. Act.4.Ita Sixtus Senenſis: qui tamen haud fecit mentionem homiliæ ipſius Antipatri in Annunciationem Beatiſs. Virginis.Quæ cũ alibi m.s. tum in Bibliotheca Auguſtana extat,num.*66.* Extare item audio eiuſdem Sermonem in Natiuitatem Domini.

ANTISIODORENSE Concilium Diœceſanum,cui pręfuit Aunacharius eiuſdẽ ciuitatis Epiſcopus ſolus cum Abbatibus,& presbyteris eiuſdem diœceſeos,in quo plura,quę ſtatuta fuerant in Matiſconenſi Concilio ſecundo, cui idẽ Aunacharius interfuit, & ſexto loco ſubſcripſit, pariter repetita eſſe reperiuntur. Canones in eo ſanciti 45. ſpectantes ad Eccleſiaſticam diſciplinam,& monaſticam obſeruantiam retinendã. Vide his Car. Baron. Annalium Tom.8.pag.14.ſub an.590.Dubia item quædam de aliquo illorum Canone enodantem.

ANTONINI Epiſcopi Cõſtantinæ ciuitatis Epiſtola ad Arcadium in Vandalica perſecutione hortatoria ad martyriũ,& pulcherrima,extat in To.3.Bibl. Sanctorum Patrũ, ſecundæ editionis Pariſienſis,& apud Card.Baron. To.5. ſub annum 437. inde excerpta. Vixit anno 437.

ANTONINVS Epiſcopus,qui Epiſtolam ſcripſit ad Arcadium, vt habet Margarini Bignæi editio; apud Gennadium autem nominatur Honoratus. Vide Bibl. Sanctorum Patrum.

• ANTONINVS Florentinus Nicolai,& Thomaſinæ F.Ord.Prædic. & Patriæ ſuæ Archiepiſcopus à Clem.VII.Pont. Max.in numerum Sanctorum relatus eſt, vir ſanctitate, & doctrina inſignis.Quæ Nicolaus V.Pont.Max.admirans:*Non minus*(dixit)*ego Archiepiſcopum Florentinorũ Sanctorum Catalogo adhuc viuũ adſcribendum putarem, quàm Bernardinum mortuũ.* Is autem Antoninus ob ſuas virtutes apud Romanos Pontifices, Calixtum III. Pium II. & Nicolaum Quintum, ſæpe Legationis Reipublic. Florentinæ munere functus eſt.

Obijt priuilegio feſti Chriſti Domini aſcendẽtis ad Cœlum,5.Nonas Maij,an.1459. iterans illud Pſalmi: *Oculi mei ſemper ad Dominum, quoniam ipſe vellet de laqueo pedes meos.*

Scripſit plura,& quidem cum laude,vti cum labore,ſi tum argumentum, tum ſeculi illius minus limati ſtatum cogitemus: quæ multis præbuere occaſionem ſua ſcripta ditãdi, & ex eius laboribus illuſtrandi.

Ex ijs verò,qui fructum vberiorem capere velit, tria primò in rem conferat. Vnum, vt vitam ipſius perlegat antequam eius operibus manum admoueat. Ea extat in eius Canonizatione,quam vide ante ipſius Chronicon editum poſtremò Lugduni. Alterum, vt norit vnde illud Chronicon cõflauit: ac ſimul,hinc hauriat quid eius Summa, & reliqua ſcripta contineant. Tertium, vt ſaniores editiones ſibi legendas proponat.

Ac quidem,quod ad Chronicon ipſius attinet,deſideratum eſt diu,vt emendatũ prodiret in lucem,cum pleraq; vir ille ſanctus collegiſſet, ſanè quidem è probatis auctoribus,ſed & ex ijs,qui ſuperibus proximis ſeculis non ita circumſpectè Auctores quoſque verſauerant: Quamobrem & Antoninus non pauca corriuauerat in ſuos labores, quæ ſine dubio, ſi apud nos viueret, modo elimaret; & cum in cœlis beatiſsima luce fruatur, haud dubium,quin percupiat ſua recognoſci,& puriora,quàm olim erant,tractari.

Annotationibus ea illuſtrauit ante annos plus minus viginti tres è noſtris Petrus Maturus Aruernus Gallus,cum Lugduni in Gallia, Philippus Tingius Typographus vellet recudere, quod & magno legentium bono præſtitit. At Veneti quoque Typographi idẽ Chronicon Lugduni recuſum, ſuis typis cum ijſdem Petri Maturi annotationibus ſubiecerũt.Quamobrem minus offenſo pede editionis iſtæ decurri poſſunt,omiſsis antiquioribus,vel Lugdunenſibus,vel alijs,vbi antea prodierant.

Porrò opus ipſum Chronici in tres partes diſtributum, quarum Prima,continet res geſtas ab ipſo Mundi exordio vſque ad Syluestrum Pont.Max.Secunda à S.Syluestro,vſque ad Innocentium IIII.hoc eſt ad annum Domini 1313. Tertia, ab Innocentio IIII.vſque ad Pium II.hoc eſt ad annum 1459.

Scopus operis,quemadmodum Auctor in ſuo Proæmio indicat,eſt,vt ex ijs,quæ narrantur in hiſtorijs,homines diſcant in Mundo rectè verſari, ac proinde ſperantes à Domino beatitudinem,hanc denique conſequantur.Collectum eſt autem, vt idem ipſe aſſerit è ſequentibus Scriptoribus.

Moyſi & reliquis Veteris,& Noui Teſtamenti Auctoribus.

Geſtis,& dictis Summorum Pontificum à Gratiano excerptis.

Alijs Patribus.

Euſebij Cæſarienſis Hiſtoria Eccleſiaſtica: quam Ruffinus è Græco in Latinum vertit,

eque duobus Ruffini libris eidem adiectis.
Ex Euſebij Chronico à Hieronymo conuerſo in Latinum eque ſupplemento Hieronymi vſque ad tempus ſui.
E' Paulo Oroſio.
Ex Auguſtino de Ciuitate Dei, cum declaratione Thomæ Anglici.
E' Ioſephi libris Antiquitatum Iudaicarum.
E' Gregorij Magni Dialogis.

Et quidem hi antiqui, præter Suetonium, & alios veteres Hiſtoricos, vnde etiam ſuũ opus ſtruxit. At & vſus eſt alijs vel recentioribus, vel minus rationem Chronographiæ habentibus, vel qui non ita accuratè delibauerant veriores hiſtorias. Quales fuere Helinandus in compilatione hiſtoriarũ, Petrus Comeſtor in ſua hiſtoria Scholaſtica, Vincentius in Speculo hiſtoriali, & Ioannes Columnius, ſiue de Columna, vterq; ord. Prædicatorum Annalium Scriptores, quales nos hoc ſeculo ſumus conſecuti, Onuphrium, Genebrardum, Card. Bellarminum, atq; Baronium, & alios, nemo non videt, quàm auidè iſtorum ſemitam triuiſſet. Incipit verò Chronicon, *Loquar propoſitiooes ab initio.*

Scripſit aũt præter Chronicon Summam Theologiæ, quæ etſi olim Norimbergæ, dũ in Catholica religione Germania erat labij vnius, an. 1485. ac deinceps alibi excuſa fuit, poſtrema tamen, quæ Venetijs, anno 1591. apud Iuntas prodijt, hoc amplius habet, quod aucta eſt Deciſionibus Tridentinæ Synodi ad Matrimonij Sacramentum ſpectantibus, necnon Euariſti Papæ Decretis, ac nouis Annotationibus. Quin & tertiæ parti acceſsit ſumma omnium meteriarum prædicabilium per totum annum, tam de Tempore, quam de Sanctis.

Agitur quidem in hac Summa.

*In Prima parte.*
De Animæ genere, ac nobilitate.
De eius infuſione in corpus.
De eius potẽtijs, quæ extrinſecus operãtur.
De intellectu, & voluntate.
De Paſsionibus animæ.
De cauſsis peccati.
De peccato, & nocumento eius.
De ſeptemplici genere legum. Initium eſt, *Quam magnificata ſunt opera tua Domine.*

*In Secunda.*
De ſeptem vitijs in ſpecie, deq; ramis eorũ, ac in primis de Superbia.
De Simonia.
De reſtitutionibus.
De iuramento, & periurio.
De voto, & tranſgreſsione voti.
De infidelitate, atq; eius generibus. Incipit, *Confregiſti capita Draconis.*

*In Tertia.*
De officio cuiuſcunque hominis, cuiuſcunque extiterit conditionis.
De omni arte, atq; vſu viuendi, quod Opus prænotauit, *De ſtatibus hominum.*
De cenſuris, & excommunicatione.
De ſeptem Eccleſiæ Sacramentis. Incipit, *Aſtitit Regina.*

*In Quarta.*
De ſeptem virtutib. Cardinalibus, & Theologicis.
De gratia Spiritusſancti in genere.
De ſeptem eius ampliſsimis donis. His adiecit quadraginta ſex Sermones in laudem Beatiſs. Virginis. Incipit, *Benedictionẽ dabit legiſlator.*
De eruditione Confeſſorum.
Sermones de Tempore, & de Sanctis.

At quod dicitur de eruditione Confeſſorum, idem eſt, quod Tritemius nominat *Inſtructorium Confeſſorum,* cuius initium eſt. *Defecerunt ſcrutantes.* Ea ſub nomine Summæ Confeſsionalis edita eſt Venetijs, an. 1572. cum Indice præcipuas operis huius materias continente.

Scripſit item de cenſura Eccleſiaſtica, & Trialogum in hiſtoriam duorum diſcipulorum euntium in Emaus, in quo inuicem in habitu viatoris cuncta declarãtur, quæ de Vita, Morte, Reſurrectione Chriſti Domini prædicta ſunt. Incipit, *Incipiens à Moyſe.*

Michael Pociantius, ord. Seruorum in Catalogo Scriptorum Florentinorum aſſerit horum omnium librorum Archetypon aſſeruari in Bibliotheca S. Marci Florentiæ.

Sixtus Senenſis, inquit, Antoninum in primum Lucæ caput conflaſſe de Annunciatione, Salutatione Angelica, Cantico Mariæ, vaſtę prolixitatis volumen, Scholaſtica methodo, & ſtylo diſpoſitum, quod poſtea vltimæ parti ſuæ Summæ adtexuit.

Hieron. in Catal.

ANTONIVS Aegyptius (vt ſcripſit Hieronymus) monachus, cuius vitam Athanaſius Alexandrinæ vrbis Epiſcopus, inſigni volumine proſequutus eſt; miſit Aegyptiacè ad diuerſa monaſteria, Apoſtolici ſenſus, ſermoniſq; Epiſtolas ſeptem, quę in Græcam linguã tranſlatæ ſunt; quarum præcipua eſt ad Arſenoitas. Floruit ſub Conſtantiuo, & eius filijs regnantibus. Vixit annos. 105. Tritemius autem ſic ait: *Antonius monachus, & Abbas, natione Aegyptius, vir ſanctiſsimus, eremiq; cultor inſignis, cuius laudum præconia orbis vniuerſus perſonat, multis*

religio-

*religioſa, & beata vita normam præbuit. Qui etſi literas nō didicerat, in Diuinis tamen ſcripturis adeò fuit eruditus, vt nullus Doctorū ſe ei præferre præſumeret. Habebat memoriā pro libris, intellectū & ſenſum pro literis, gratiam pro ſtudio lectionis. Dictauit AEgyptiaco Sermone ad diuerſa Cœnobia Apoſtolici ſenſus Epiſtolas ſeptem. Scripſit quoq;* (ſubdit Tritemius, ſed fallitur) *celebre Opus duorum librorum, quod Meliſſa, id eſt Apicula, nominatur. Claruit multis coruſcans miraculis ſub Conſtantino, & anno 358. obijt.* Tritemij error.

Porrò vitā Antonij ab Athanaſio Græcè ſcriptā Euagr. & Hieron. in Latinū verterunt: quē Hieronymum, quoniā non ſolū ſententias ſententijs reddidit, vt quidā exiſtimauit, verū etiam, quia integriorē emiſit, propterea ſcripſiſſe ipſum vitā Antonij, ait Gelaſius. Hier. in Euagrio, & epiſt. 101. Gelaſ. diſtinct. de lib. Authenticis, & Apocryphis.

Antonij enim AEgyptij Magni adhuc ſuperſtitis cū Athanaſius vitā ſcriberet, factū eſt, vt eorū, quæ ſubſecuta ſunt, prætermiſſa ſint aliqua, vt & Antonij obitus, incertū ſit, num adtextus ſit deinceps ab Athanaſio; quē Romam attuliſſe res ab Antonio geſtas ante biennium eius mortis, nempè à Iulio Pont. Max. vocatū, Hieron. narrat; ac proinde haud mirandū, ſi hic in vita Pauli narret, quæ Athanaſ. omiſit de Dæmone in hyppocentauri ſpecie, de congreſſu Antonij cū Paulo, de coruo panē afferente, de pallio, quod Antonio largitus fuerat Athanaſius, & ſi qua eiuſmodi ſint alia. Quam verò Epiſt. Anton. ad Balcium (alij *Balacium*) ſcripſit Arianis mirificè fauentē, quique ſub Neſtorio Pręfectō Alexandro, cū eſſet Dux AEgypti virgines monachoſq; verberabat in publico, de ea quidē agit Athanaſius alibi, in Epiſt. ad ſolitariā vitā agentes, ſed in vita Antonij fuſius; & nōnihil diuersè, quod fortaſſe (inquit Card. Baron.) accidit vitio librariorū. Quæ autē Anton. reſponderit Cōſtantino Imp. qui eū per literas ſalutauerat, extant in eadē Antonij vita, ab Athanaſio ſcripta. Cæterùm Antonij Aegyptij Magni ad Arſenoitas fratres Epiſt. ſeptē, Symphoriano Camperio interprete; inueniūtur in 3. To. ſecundæ editionis Pariſ. Bibl. SS. PP. Bignæi. Quàm verò vtilis Antonij Vitę lectio fuerit Auguſt. & alijs, norunt, q. Aug. Vitā, ſiue libros eius Confeſsionū perlegerūt: vtinā verò ſępè reliqui eos nō deponāt è manib.

ANTONIVS alter S. Seuerini ſanctus diſcipulus fuit, qui etſi nulla, quòd ſciam, ſcripta reliquit, tantarum tamen virtutum exempla tradidit, vt hodieque in Lirinenſi cœnobio, vbi poſt Eremiticam vitam ſanctiſsimè viuens, beato fine quieuit, eius corpus adhuc miraculis celebre ibidem aſſeruetur, dieſque eius natalis à monachis Benedictinus eodem in Cœnobio quotannis peragatur. Obijt an. 488. Ennodius agit de eo.

ANTONIVS autem alius vir ſanctus, qui de Padua dictus. Vide, in verbo, Antonius Vlyſsipponenſis.

ANTONIVS denique & alius celebris inter veteres, qui Meliſſa vocatus. Vide infra, in verbo, Antonius Meliſſa.

ANTONIVS Agellius presbyter Regularis, qui poſtea Epiſcop. Acernenſis in Regno Neapolitano edidit Romæ, anno 1589. Commentarium in Lamentationes Hieremiæ ex auctoribus Græcis collectum: & Romæ editum, apud Franciſcum Zanettum.

ANTONIVS Aquinas, ſeu de Aquino, hac noſtra ætate vir, vt clariſsimæ familiæ, & memoria S. Thomæ clarior, de Eccleſia autem optimè meritus, magno labore Decretales Epiſtolas Romanorum Pont. collegit, ijſque Auctarium addendum ab illo expectabatur. Viuebat ſuperiore ſeculo exeunte.

ANTONIVS Aretinus Doctor Pariſienſis, ord. Minorum, ſcripſit in quatuor libros Sententiarum, & ſermones varios ad populum. Quo tempore autem vixerit, non ſcribit Henricus Vuillot, neque Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuanus, qui tamen eius meminerunt.

ANTONIVS Andreæ Franciſcanus ex Aragonia Prouincia, ac Ioannis Scoti Doctoris ſubtilis diſcipulus, ſcripſit in quatuor Sententiarum libros, opus valdè doctum: quod cum diu latuiſſet, Conſtantius Card. Sarnanus eiuſdem ordinis, è tenebris iam erutum, atque expolitum, & locupletibus Indicibus, atque ad marginem annotationibus illuſtratum emiſit Venetijs apud Damianum Zenarium, an. 1578. Addidit idem Sarnanus, Annotationes ſpectantes ad opus creationis, De ijs in quibus D. Thomas, Scotus, & Auerroes conſentiunt, vel diſſentiunt, de quo Opere vide, in verbo, Conſtantius Sarnanus.

ANTONIVS Aſsiſias, ord. Minorum, Bibliorum Anacephalæoſim propriæ vtilitati ſtudens cū ſibi expreſsiſſet, ad alios quoque tranſmiſit. Vixit an. 1466. Henricus Villot.

ANTONIVS Aſtenſis, ord. Auguſtiniani, ſcripſit in primum Sententiarum, volumen grande, quod Mediolani in Bibliotheca S. Marci m.s. aſſeruatur cum alijs ſui ord. Auctoribus. Vixit an. 1395. Ioſeph Pamphilus.

ANTONIVS Atrienſis, quæ Ciuitas eſt in Brutijs, ord. Minorum, ſcripſit de beneficijs Chriſti. Eiuſdem quoque extat editum Exercitium ſpirituale. Venetijs 1564.

ANTONIVS Aueraria, Carmelitani ord. quinquaginta Sermones reliquit De virtutibus



Digitized by Google

tibus Theologicis; qui fuerunt excuſi Mediolani apud Gotardum Pontium, ann. 1509. quemadmodum mihi ſcripſit Hieronymus Rubeus Rauennas V. C. apud quem extant.

ANTONIVS Auguſtinus, Hiſpanus, Epiſcopus Ilerdenſis, & Vir eruditione, ſapientia, optimis moribus inſignis edidit, in quibus elaborauerat ſedulo, Iuris Pontificij Epitomes primum Tomum: Deque emendatione Gratiani, hoc in quarta parte folij, illud in folio excuſa Tarracone an. 1587. Bibliothecam, ibidem in quarto. Dialogum De Numiſmatibus quarto, ibidem, Conſtitutionum Codicis Iuſtiniani Collectionem. Ilerdæ an. 1567. in octaua parte folij.

ANTONII Auguſtini Hiſpani Epiſcopi Ilerdenſis, præter alia complura, extant Notæ ad Canones Pœnitentiales, quæ Venetijs ſunt excuſæ, apud Felicem Valgriſium, anno 1584. & Decretalium collectiones antiquæ editæ Ilerdæ, anno 1576. ſed legenda ipſius Ant. Auguſtini, Epiſt. dedicatoria ad Gregorium XIII. Pont. Max.

ANTONII Bitontini Sermones in Epiſtolas Quadrageſimales Lugduni in Gallia editi, an. 1496. à Ioanne Hertzog.

ANTONIVS Bonfinius, cuius in Apparatu ad hiſtoriam humanam meminimus, cum præter hiſtorias Vngaricas commentaria de Pudicitia ſcripſerit, prohibitus eſt in Indice Romano, in eo, quod ad eadem commentaria pertinet.

ANTONIVS Bruichius, ſiue *Broikuui*, quæ vox latinè reddi poteſt, *Paludopaſcuus*, à Koningſtein, ord. Minorum, & apud Nouiomagum (vt vocant) Guardianus, collegit breue Monoteſſaron è quatuor Euangelijs, quod concionatoribus, memoriæ iuuandæ gratia, valdè conducit. Coloniæ editum primò ab Euchario 1539. Deinde ibidem in Typographia Petri Quentelij, an. 1542. præterea item an. 1550. ſcripſit item in quatuor Euangelia enarrationes, & in Pauli aliquot Epiſtolas. Obijt an. 1541. *Euangelia.* *Paulus Apoſtolus.*

ANTONIVS è Butrio Bononienſis, ſcripſit in Decretales, libros quinque. In Clementinas librum. Repertorium item iuris Canonici. Alterum quoque iuris Ciuilis. Conſiliorum volumen. Claruiſſe Sigiſmundo Imp. an. 1417. ſcribit Trit. At præter alios, Abbatem Panormitanum habuit diſcipulum, de quo, vide in verbo. Nicolaus Tudeſchius: cum autem Antonius è Butrio ſæpè alibi fuiſſet excuſus, anno denique 1578. fuit elegantibus typis recuſus, Venetijs apud Iuntas.

ANTONIVS Caracciolus Amalphitanus è Regno Neapolitano, Abbas S. Victoris Pariſijs ſcripſit Gallicè Speculum veræ religionis, quod & Pariſijs prodijt, apud Simonem Colinæum 1544.

ANTONIVS Carafa Cardinalis S. R. E. Bibliothecarius adſcitis viris doctiſsimis reſtituit editionem Septuaginta, ac præfuit emendationi vulgatæ Bibliorum. Antea verò emiſerat Theodoreti interpretationẽ in omnes Dauidis Pſalmos è Græco à ſe Latinam factam. Quod & præſtitit in Catena explicationum veterum Sanctorum Patrum in omnia tam Veteris, quàm Noui Teſtamenti cantica. Quæ excuſa ſunt Patauij, an. 1565.

ANTONIVS Carceris, Paticei Hiſpani aduerſus hæreſiarchas Orationes quatuor ad Reginã Galliæ, & ad Regni proceres Orationes duæ, atque ad Principes Germaniæ vna. Ad Populum item Germanum Oratio vna, Romæ 1570. excuſæ.

ANTONIVS Catalanus Albigenſis, Epiſtolam Gallicè, ſcripſit, De veritate corporis & ſanguinis Chriſti in ſanctiſsimo Sacramento ad Dominos, & Syndicos Geneuenſes. Pariſijs an. 1556. apud Petrum Gualterum.

ANTONIVS de Conceptione, antea dictus, deinde in ordinem Prædicatorum cooptatus, atque ob pium affectum erga *B. Catharinam Senenſem*, Senenſis appellatus, licet natione eſſet Luſitanus, & patria Vimanarenſis, diœceſeos Bracharenſis, Theologus, edidit in ſummam D. Thomæ loca, ſiue teſtimonia Patrum, & quæcunque alia citabat D. Thomas, non adnotatis locis: quem in laborem tres annos, & dimidium impendit.

Quando item D. Thomas in eadem Summa ſuam connectens doctrinam inquit, *vt ſupra dictum eſt*, vel *infra dicetur* in margine indicauit loca.

Quæ duo antea ab erudito alio Patre magna ex parte attentata ipſe ad exitum, exactiuſque perduxit. Et hæc Antuerpiæ primò cuſa apud Plantinum, an. 1569. quæ poſtea & ibidem partibus D. Thomæ addita, recuſa ſunt ab eodem Plantino, an. 1575. Quin & eædem marginales indicationes appoſitæ ſunt partibus D. Thomæ Romæ excuſis. Sed cum in Plantinianis editionibus quædam defuiſſent, nimirum Epiſtola de quibuſdam obſeruandis in lectione illius Summæ, & aliæ nonnullæ lucubrationes, hæ omnes adiectæ ſunt editioni Summæ D. Thomæ cum Caietani Cardinalis commentarijs Lugduni excuſæ an. 1575. Auctoris nulla facta mentione.

At quod idẽ Antonius in Summa D. Thomæ preſtiterat, idipſum preſtitit in Quæſtio-

nibus

Digitized by Google

nibus diſputatis, ac De veritate, & in alijs, quæ ſunt his annexæ. Quæ quidem Antuerpiæ excudit Petrus Bellerus, anno 1571. quæ item Romanis codicibus Diui Thomæ additæ fuerunt.

In Catena aurea D. Thomæ cum pleriſque m.ss. exemplaribus collata, & emendata, & eiuſmodi ad marginem indicationib⁹ illuſtrata cum idem feciſſet, excepit editionem Plantinus, vt proderet in lucem, vti factum eſt.

Commentarium D. Thomæ in Geneſim, numquam antea editum emiſit in lucem Antuerpiæ, apud Bellerum Stelſij generum, ac non ita multo poſt Lugduni, & Pariſijs recuſum.

Rogatus autem à Franciſco Giraldio Regis Luſitaniæ Legato, vt Homilias, ſiue Meditationes, quas Henricus Cardinalis Luſitaniæ tum Infans, poſtea Rex, ad ſui ſpiritus ſolatium piè ſcripſerat, Latinas faceret, id fecit, quæ coniuuctæ cum Tractatu Humberti de tribus eſſentialibus votis Religionis Louanij prodierunt in lucem anno 1575. è prelo Seruatij Saſcheni.

Chronicon ſui ordinis, & Catalogum Scriptorum eiuſdem, ſiue Bibliothecam, vt ille prænotauit, edidit, quæ poſtea Pariſijs emiſſa eſt à Sebaſtiano Niuellio, anno 1585. In quam cum (vt fit) operariorum aut incuria, aut nimia celeritate, errores plures irrepſere, qui corrigendi è duabus poſtremis paginis adiectis ad operis calcem.

Atqui an. 1584. cogitabat euulgare non antea excuſum D. Thomæ Commentarium, quem reperit in Inſula de Flerim, in Cœnobio ord. Minorum. Commentarius autem ipſe eſt in libros Machabæorum.

Idem facere habebat in animo de ſeptemdecim Sermonibus ad monachos Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi, quos apud Patres Carbonarios D. Auguſtini Neapoli in Bibliotheca, quæ olim fuerat Cardinalis Seripandi, inuenit.

Promittebat etiam tunc Opus Theologicum, de varijs Quæſtionibus ad fidē ſpectantibus, & Alterum de Quintuplici ſtatu hominis: aliud quoque de Comparatione virtutum, & vitiorum.

Ex idiomate autem Luſitano fecit Latinas, vitam Ioanna filiæ Regum Luſitaniæ. Alphonſi huius nominis V. Eliſabethæ vxoris Alphonſi, quæ deinceps in ſanctimonialium Dominicani ordinis cœtum ingreſſa eſt. Petri Gundiſſalui, & alterius Gundiſſalui de Amarantho. B. Petri Conuerſi; quas coniunxit cum vita S. AEgydij Sancternenſis. Hæc verò num hactenus prodierint; & num generale Chronicon, quod moliebatur, potuerit abſoluere, nondum reſciui.

ANTONIVS Cope, vir equeſtris, ad Angliæ Reginam Catharinam elucidationes in viginti Pſalmos Dauidicos Britannicè, ſcripſit 1549.

ANTONIVS Cordubenſis, ord. Minorum, ſcripſit in regulam S. Franciſci, & compendium priuilegiorum fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium attexuit: librum item edidit quadraginta & vnius quæſtionum, quo de Indulgentijs, Scholaſticè egit, Ingolſtadij recuſum, poſt Hiſpanicam editionem, anno 1593.

ANTONIVS de Cucharo è Prouincia Campaniæ in Regno Neapolitano, ord. Minorum & Epiſcopus Acernanus, ſiue Acernenſis, non procul Neapoli, edidit librum de Beatiſsimæ Virginis Conceptione, an. 1506.

ANTONIVS Cucchus, Iuriſconſultus eximius, an. 1579. Ex officina Bartoli Typographi euulgauit Ticini, hoc eſt, *Papiæ*, Inſtitutionum maiorum, ſiue Pandectarum Iuris Canonici Pentateuchum primum: cuius hæc habet titulos.

*Liber Primus.*

De iure Canonico.
De conſtitutionibus Conciliorum.
De conſtitutionibus in vniuerſum.
De Reſcriptis.
De Breuibus, & Bullis Apoſtolicis.
De Priuilegijs.
De mandatis Apoſtolicis.
De ſtylo.
De conſuetudine.

*Liber Secundus.*

De ordinibus clericorum.
De Pontifice Maximo.
De Concilio Oecumenico, & generali.
De Cardinalibus.
De Legatis Apoſtolicis.
De Epiſcopis, & Patriarchis.
De Vicarijs Epiſcoporum.
De officio, & poteſtate Capituli Eccleſiæ Cathedralis.
De Archidiacono.
De Præpoſito.
De Primicerio, ſeu Cantore.
De Canonicis.
De Presbytero.
De Parocho.



Digitized by Google

De Diacono, Archidiacono, Subdiacono, & ordinibus maioribus.

*Liber Tertius.*

De Regularibus.
De Monialibus.
De Abbate, Priore, Cuſtode, ſiue Guardiano.
De Commendatarijs.
De OEconomis.
De alijs perſonis nulli ordini aſcriptis.
De priuilegijs clericorum.
De vita, & honeſtate clericorum. Vide ibi Epitomen pulchrã in Titulum primum, in quo agitur, quot modis Religioſum ſtatum aliquis deſerat.

*Liber Quartus.*

De electione.
De poſtulatione prælatorum.
De poteſtate electi.
De confirmatione, & confirmati poteſtate.
De conſecratione Epiſcopi, ac Monialium, & de benedictione Abbatis.
De pallio, eiuſque auctoritate, & vſu.
De tranſlatione Epiſcopi, & aliorum inferiorum.
De viſitatione per Prælatos facienda.
De Procurationibus.
De Synodo prouinciali, & Diœceſana.
De poteſtate ordinandi, & literas commendatitias dandi ad ordines.
Qui promoueri ad ordines non poſsint.
De temporibus ordinationum.

*Liber Quintus.*

De ſeptẽ Eccleſiæ Sacramentis vniuerſim.
De Baptiſmo.
De Confirmatione.
De Pœnitentia.
De Euchariſtia.
De Miſſa.
De Horis Canonicis.
De Sacramento ordinis.
De Extrema vnctione.
De Sponſalibus.
De Matrimonio.
De impedimentis Matrimonij.
De gradibus cognationis, & affinitatis.
De cognatione Legali.

ANTONIVS Delphini è Caſali maiore, Franciſcanus, edidit commentarios in Euangelium Ioan. & in Epiſt. Pauli ad Hebræos. Romæ apud Bartholomæum Craſſum 1587.

ANTONIVS Demochares Reſſonæus Theologus Sorbonicus, reſtituit varia Anſelmi Cantuarienſis opera, de quibus nos in voce, Anſelmus Cantuarienſis.

De altero Antonio Demochare, vide in verbo, Anton. Monchiacenus Demochares.

ANTONIVS Dulciatus, Florentinus, Auguſtinianus, vir acuti ingenij, ſcripſit Computum Solis, & Lunæ cum ea, quæ ad clericos ſpectat Aſtronomiæ ratione: quod AEgydio Priori Generali dicauit, & Romæ in archiuo ordinis aſſeruatur m.s. Huic autẽ Dulciato Opus ſuum de Computatione annorum Domini inſcripſit Ioannes Maria Lucidus Dominicanus quod Florentiæ prodijt apud Stephanum Papienſem, anno 1514. Claruit autem ipſe anno 1512. Ioſeph Pamphilus, & Michaël Pocciantius.

ANTONIVS è Fantis Taruiſinus, ord. Minorum, edidit Opus, prænotatum, *Mare Magnum Scoticæ ſubtilitatis.* Henr. Villot.

ANTONIVS Florebellus Mutinenſis, ſcripſit vitam Iacobi Sadoleti, quæ cum eius Epiſtolis, Lugduni, prodijt ex officina Gryphij. At eiuſdem Florebelli Liber De auctoritate Eccleſiæ, excuſus eſt in Italia.

ANTONIVS Folcarius, Societatis Ieſu, ex oppido S. Spiritus, quod in comitatu Niceæ ſitum, pertinet, ad Ducis Sabaudiæ ditionem, ſcripſit Italicè vitam Eleonoræ Archiduciſſæ Auſtriæ, ac Duciſſæ Mantuæ. Quæ mulier Sereniſsima exemplum fuit illuſtræ virginum, coniugatarum, & viduarum. Eius autem vitæ lectio perutilis eſt omnibus, quam primò edidit Franciſcus Oſanna Mantuæ, ipſe autem Folcarius, obijt anno 1601. Mantuæ, cum innocentem vitam egiſſet, ac proximis vtilem.

ANTONIVS Gallonius Romanus, Congregationis Oratorij, quæ Romæ fuit inſtituta, presbyter, librum ſcripſit, quo potiſsimum inſtrumenta, & modi, quibus Chriſti martyres olim torquebantur, tabellis expreſſa propoſuit. Liber ipſe inſcribitur *De SS. martyrum cruciatibus,* quem antea Italicum, poſtea latinum, & quidem, auctum emiſit. Is verò editus Romæ in typographia eiuſdẽ Congregationis Oratorij apud S. Mariam in Vallicella, an. 1594. Quo cum libro admodum pio, ſi quis iunxerit lectionem duorũ aliorum operum, nimirũ Iuſti Lipſij, & Iacobi Gretzeri è noſtra Societate, De Cruce, vberem in hoc genere notitiam antiquitatis ad intelligendos Annales, & Martyrologium Eccleſiæ habebit. At ſi eodem penè tempore decurrentur Acta martyrum, quæ hoc ſeculo ab infidelibus in Indijs noui Orbis contigere: quæúe in Anglia, Belgio, cęteriſque Europæ Prouincijs per hęreticos acciderunt, noua ad pietatem fiet acceſsio. De quibus quidem Actis, cum ij, qui Indicam hiſtoriam, & Epiſtolas, tum reliqui ſcripſerunt, nimirũ Sanderus, libris de Schiſmate Anglicano, deque viſibili Eccleſiæ Monarchia, Surius Commentario

rerum

rerum in Orbe ſuo tempore geſtarum, Hieronymus Pollinus, ord. Prædicatorum, de quo ſuo loco, Thomas Bozius, lib.11. & 12. primi Tomi de Signis Eccleſiæ; Theatrum crudelitatum Hæreticorum noſtri Temporis, Trophæa Eccleſiæ Anglicanæ, exemplar literarum è Germania miſſarum, in quo Angelus quidam Catholicus reſpondet Proteſtanti amico petenti eius ſententiam, de edicto quodam Londini, tum promulgato. Libellus de perſecutione Anglicana. Generatim verò cuncta Martyrologia, ſed præcipuè Romanum, cum notis Cæſaris Card. Baronij.

Porrò Antonius idem Gallonius ediderat antea, hoc eſt, an. 1591. Romæ apud Aſcanium, & Hieronymum Don Angelum, Hiſtoriam SS. Virginum, Italicè cum Notis ad eam. Vitas item aliquot breues SS. Martyrum, præſertim Papiæ, & Mauri militum Romanorum.

Iam verò hoc anno 1602. Moguntiæ è typographia Bathaſaris Lippij prodijt ab eodem Gallonio, vita B. Philippi Nerij Florentini, fundatoris Congregationis Oratorij. Quinetiam ſcripſit Apologeticum librum pro aſſertis in Annalibus Eccleſiæ Card. Baronij De monachatu S. Gregorij Papæ aduerſus Conſtantinum Bellotum monachũ Caſſinatem. Cui acceſsit Reſponſio de iiſdem ad alium eiuſdem Ordinis monachum. Romæ ex Typographia Vaticana an. 1604. Porrò Gallonius probat in primis, S. Gregorium Papam ante quingenteſimum octogeſimum primum annum monaſticam Vitam non eſſe profeſſum. Deinde S. Gregorium non fuiſſe monachum Benedictinum, ſed alterius Ordinis. *Porrò de SS. Martyrum cruciatibus, editus eſt etiam typis æneis Coloniæ apud Gymnicum, in 8. anno 1602.*

ANTONIVS Gama, De Sacramentis præſtandis vltimo ſupplicio damnatis. Vlyſsipponæ apud Bladium 1559.

ANTONIVS Geraldinus, ſcripſit De Regum Hiſpaniæ rebus geſtis vario carminum genere. Faſtos quoque Elegiaco Sermone. Heroum Hymnos Lyricis verſibus. Martyrum geſta, & ſacra myſtica heroico carmine, vt de ſe ipſo teſtatur. Eius oratio habita Romæ, an. 1486. in obſequio canonicè exhibito, nomine Ferdinandi Regis, & Eliſabethæ Reginæ Hiſpaniæ Innocent. VIII. Pont. Max. Romæ edita fuit. *Scripſit quoq; duodecim Eclogis Bucolica ſacra, in quarum primis nouem Vitam Chriſti Domini, in reliquis verò Miſsionem Spiritus ſancti, Iudicium extremum, & beatam Vitam deſcribit.*

ANTONIVS Giſlandus è Lueno, quod oppidum eſt in Subalpinis, ord. Prædicatorum, & Inquiſitor hæreticæ prauitatis, ſcripſit opus decem millium Quæſtiuncularum in Euangelia totius anni. Incipit, *Reuer. Domino Ioanni.* Claruit anno Dom. 1490. Quod autem inſcriptum eſt, *Opus in Euangelia totius anni, ſecundum vſum Romanæ Curiæ,* excuſum eſt Venetijs, anno 1574. Alia verò inſcriptione, hoc eſt, *Opus Aureum in Euangelium,* annis 1585. & 1606. ex vnitorum ſocietate ibidem.

ANTONIVS Graſſellus Venetus, & presbyter Eccleſiæ S. Apollinaris, edidit librum De recuperanda Gratia. Alterum, quem inſcripſit, Exercitium ſpirituale, anno 1474. Venetijs. Meminit huius, Franciſcus Sanſouinus, in ſuo opere de Vrbe Veneta.

ANTONIVS Guereſcus Procenenſis, ord. Minorum, Summulam de Sacramento pœnitentiæ emiſit. Viuebat anno 1590.

ANTONIVS Gueuara, (non ille, qui fuit Epiſcopus Mendonenſis) primo Iuriſprudentiæ, mox militiæ operam dedit, denique Aulicus Catholici Regis Philippi II. ſacerdos, ac poſtremo aulicæ vitæ pertæſus, ſecedens in ſolitudinem, vt Deo, & ſibi vacaret cum Diuinæ ſcripturæ ſtudijs ſeſe totum addixiſſet, de vulgatæ Latinæ editionis auctoritate, & de ſanctæ Synodi Tridentinæ ad illam Decreto, iuſto ſe volumine diſputaſſe: & in primũ caput Geneſeos literalem expoſitionem contexuiſſe, atque in Dauidicos Pſalmos, breues quaſdam Annotatiunculas ſcripſiſſe teſtatur: Poſtremò in Prophetam Habacuck Commentarios iuxta hiſtoricam intelligentiam ſcripſit elegantes, pios, eruditos, Mantuæ Carpentanorum in Hiſpania apud Viduam Alphonſi Gomez, an. 1585. Ac deinceps Auguſtæ Vindelicornm apud Eliam Vuillerum anno 1603. Vulgata editio. Geneſis. Pſalmi.

ANTONIVS alter, & ipſe cognomento Gueuara, Alauæ, quæ eſt ciuitas in Hiſpania, ord. Minorum, & Epiſcopus Mendonenſis (Mondognetum vulgo nominant) Concionator, Chronographus, & à Conſilijs Caroli V. Imperatoris, edidit lingua Hiſpanica, librũ prænotatum, *Montem Caluariæ,* in eo Paſsionẽ Domini exponens. Coloniæ apud Ioannem Crith, an. 1607. Vitam quoque Marci Aurelij Imperatoris, quam *Horologium Principum* inſcripſit. Libros Epiſtolarum, quæ item Gallicæ, Germanicæ, Italicæ fuerunt excuſæ. Addidit Opuſcula duo, quorũ altero vitã Aulicorũ docet eſſe contemnendam: altero ruralẽ Aulicæ anteponit. Claruit an. 1540. Porrò Venetijs Italicè Hæredes Vincentij Valgriſij Sixt. Senenſ. Henr. Vuillot.

Epiſtolas, anno 1575. Horologium autem Principum Franciſcus Portonarius, anno 1560. vti Montem Caluarium emendatum iuxta cenſuram, Vincentius Valgriſius, anno 1567. Oratorium autem Religioſorum emendatum iuxta cenſuram, Gabriel Iolitus, an. 1565. Monita verò gratioſorum hoc eſt *Auiſo de fauoriti*, & Doctrinam Aulicorum Cominus Tridinenſis, anno 1562. ediderunt. Sanè & prodijt eiuſdem Antonij Gueuaræ Hiſpanicè ſcriptus Libellus, & prænotatus Deſpertador de Cortiſanos, id eſt: *Expergefactor, ſiue Excitator Aulicorum*. Antuerpiæ ex Officina Plantiniana, an. 1605.

ANTONIVS Halonus Romanus de vita & rebus geſtis B. P. Philippi Nerij Florentini Congregationis Oratorij Fundatoris. Moguntiæ apud Steinium, an. 1606.

ANTONII Hermetij, Speculum perfectionis. Antuerpiæ 1547. Duaci, anno 1606.

ANTONIVS Hieronymus de Mayer ab ſe conſcriptam Carmine Iambico Cœnam Dominicam emiſit Louanij, an. 1603.

ANTONIVS Houæus, Abbas Echternacenſis, ſcripſit librum De ſtatu, & conditione noſtri temporis, excuſum Coloniæ Agrippinæ 1565.

ANTONIVS Honcala Hiſpanus, patria Languenſis, Canonicus Eccleſiæ Abulenſis, piè doctus, docta Commentaria in Geneſim emiſit anno Domini 1558.

ANTONIVS Ianuenſis, ord. S. Auguſtini, ſcripſit librum, quem prænotauit *Compendium figurarum moralium*. Interfuit Conſtantienſi Concilio, Sigiſmundo Imp. 1418.

ANTONIVS Ioannis Aquiuani tractatus de ſchiſmate hiſtoricus. Duaci apud Mart. Nutium an. 1603.

ANTONIVS Keerbeuij Louanienſis colloquium cum Caluiniſta in itinere Spirenſi an. 1602. habitum, editum eſt Moguntiæ apud Albinum, eodem anno.

ANTONII Lanquier viri religioſi, & monachi *Synopſis* ad piam concionem habendam Orthodoxis, in magnis illis Sacroſanctæ Paſsionis, Reſurrectionis, & Aſcenſionis Dominicæ feſtiuis diebus. Pariſijs apud Michaëlem Sonnium 1578.

ANTONIVS Lucenſis Hetruſcus, ordinis Minorum, edidit Quadrageſimale. *Frater Gonzaga.*

ANTONIVS Lupius (puto Luſitanus) cuius habetur mentio in vita Hieronymi Oſorij, Bellum, quo Mauri Mazaganum in Africa oppidum obſederunt, & myſterium crucis, carmine eleganter deſcripſit.

ANTONIVS Manchettus Aureos flores Doctorum, in ſeptem Tractatus diſtinctos edidit, an. 1597. Venetijs apud Georgium Angelerium.

ANTONIVS Marinarius Appulus, & Carmelita ſui Generalis Procurator, *De Conſtantia Ieſu Chriſti, & Prophetarum* libros tres edidit ſat rectè diſpoſitos, Pariſijs an. 1541.

ANTONIVS à Mare Genuenſis, ord. Minorum, digeſtam à ſe totius Theologiæ Summam commodam literarum Diuinarum candidatis emiſit. Henricus Villot.

ANTONII Mariæ Viſdomini, ſiue Vicedomini, liber de Otio, & Sibyllis. Adiecti ſunt varij elegi verſus. Bononiæ 1500.

ANTONIVS Maria Gratianus è Burgo S. Sepulchri, renunciatus à Clemente VIII. Pont. Max. Epiſcopus Amerinus quæ ciuitas eſt in Pontificia ditione, cum triginta annos antea, nulla fuiſſet in eo Epiſcopatu habita Synodus, Synodum ipſe habuit, in qua omnem morum, atque Eccleſiaſticarum rerum rationem, potiſsimum ex Tridentini Concilij præſcriptis condidit, atque conſtituit. Ea Synodus Diœceſana fuit anno 1595. quæ iuſto volumine prodijt in lucem, Venetijs anno 1597. apud Antonium Rampazetum. Cum verò conſcripta latinè, atque eleganter omnia penè complectatur, quæ ad Epiſcopalem adminiſtrationem pertinent, addidit Italico idiomate conſtitutiones ſpectantes ad ſanctimoniales. Vitas item Sanctorum Amerinæ Eccleſiæ patronorum abs ſe Latinè ſcriptas. S. Firminæ virginis, & martyris. Sancti Olimpiadis martyris, qui fuerat Conſul. S. Secundi martyris. S. Hymerij Epiſcopi, & Confeſſoris.

ANTONIVS Maſſa Galleſius, Ciuis Romanus præter varia quæ ſcripſit in Ius Ciuile, Tractatum edidit ad formulam Cameralis obligationis. Alterum de vſuris. Allegationes pro Abbatibus ex Congreg. Caſsinenſi quæ prodiere Venetijs an. 1562. Sermonem de Annatis, qui Romæ fuit excuſus an. 1579. Viuebat noſtra ætate.

ANTONIVS Maſſanus aduerſus Græcorum errores, extabat in Bibliotheca Card. Sirleti, quam deinceps Aſcanius Card. Columna eſt aſſecutus.

ANTONIVS à Matelica, ord. Minorum Picens (licet Henricus Vuillot eum putet Bituntinum) Poſtillam ad omnes lectiones Veteris, & Noui Teſtamenti, quæ in ſacris Liturgijs recitantur, è Lyrano contexuit, additis de ſuo Quæſtiunculis: Sermones item Dominicales, qui anno 1495. Argentorati prodierunt. Et Commentarios in libros quatuor



Digitized by Google

Magiſtri Sententiarum Nicolao V. Pont. Max. dicatos. Summam caſuum Conſcientiæ.

ANTONII Medices, Florentini Franciſcani, Annotationes ad Biblia, extant in Bibliotheca ſanctæ Crucis Florentiæ. Vixit anno Domini 1490.

ANTONIVS Meliſſa, Abbas, (non ille *Magnus AEgyptius*) eruditus, & pius, duos libros Græcè ſcripſit, Sermonum ſiue locorum communium, ad virtutes, & ad vitia ſpectantium qui & latinè verſi ſunt; ſed quoniam ea verſio ab hominibus in fide Catholica non ſanis facta eſt, reſtituti ſunt pleriſque locis ad Græcorum autographorum fidem, & commentariolis illuſtrati à Frontone Ducæo Societatis Ieſu. Extant in Tom. 4. Bibliothecæ Sanctorum Patrum Bignæi, ſecundæ editionis: qui in prima erant incautè aſcripti Antonio Magno AEgyptio. Sed &, cum ex omnibus, qui contrà Iconomachos certarunt, vix vnum Damaſcenum, eumque ſemel, antiquiores autem penè omnes, eoſque ſæpius citet, putat rectè Bignæus ante reliquorum tempora vixiſſe, atque ſcripſiſſe.

Congeſti autem ſunt è ſententijs Auctorum, præcipuè, Theologorum ſententijs in locos communes diſtributis: præter illa, quæ deſumpta ſunt ex vtroque Teſtamento.

| | | |
|---|---|---|
| Philonis, & Ioſeph. | Syneſij. | Photij Patriarchæ. |
| Clementis, & Dionyſij. | Cyrilli. | Firmi. |
| Ignatij, Irenæi, & Iuſtini mart. | Theodoreti, & Euagrij. | Maximini. |
| Gregorij Thaumaturgi. | Nili. | Dorothei. |
| Athanaſij, & Conſtantini Imp. | Ioannis Climachi. | Ioan. Damaſceni. |
| Baſilij, & eius Fr. Gregorij Nyſſæni. | Marci. | Theotimi. |
| | Timothei. | Aliorum denique gentilium Philoſophorum, ac Poëtarum. |
| Theophili. | Simeonis. | |
| Serapionis. | Iſidori Peluſiotæ. | |

Porrò in hoc ANTONII Meliſſæ monachi opere Iacobus Billius, pleraque reſtituit, quæ ad rem Theologicam pertinent. Cap. enim 1. verba hæc, *Tecto pulſa ſub die, &c.* falsò tribuuntur Gregorio Thaumaturgo: ſunt enim Nazianzeni. Cap. 2. hæc Gregorij verba confusè leguntur, *Qui diuerſum, quàm nos, &c.* Sic enim legi debent: *Qui diuerſum, quàm nos ſentiunt, eos aſſumamus quidem, ac quoad fieri poteſt, curemus: eos verò, qui incurabiles ſunt, ceu veritatis luem auerſemur.* Cap. 3. in Baſilio, poſt hæc verba, iuxta Prophetæ orationem, *qui dicit,* adde, *Confige timore tuo carnes meas.* Cap. 5. in Theologo, lege, *Multis in ipſo littore nauis demerſa eſt.* πολλοῖς enim ad nauigantes refertur, nõ ad ὅρμοις. Verſus eſt Tetraſtichorum Gregorij. Cap. 8. in Baſilio, ſcribe in Græco, οἱ περὶ κατὰ τὸν βίον πρακτέων. Locus eſt apud Baſilium Homil. in princip. Prouerb. Cap. 16. aliter verti debuit locus ille Gregorij, qui eſt in magno Apolog. θᾶττον ἄν τις ὀλίγης κακίας μεταλάβοι πλουσίως, ἢ βαθείας ἀρετῆς κατὰ μικρόν. Sic nempè, *Citius quiſpiam exiguum vitium abundè perceperit, quàm ampliſsimam virtutem exiguè.* eod. cap. in Theologo, irrepſit error in Græco. Nam pro ἢ φρὶξ παραδραμοῦσα (quod Geſnerus vertit, *aut frigidus aër tranſiliens*) ſcribi debet ἢ ψίξ, id eſt, *aut mica tranſuerſim in fauces incidens.* Locus eſt in Orat. de ſanct. Baptiſt. Sed & hic quoque malim, *vtcunque de imagine,* ſcilicet Diuina, *glorietur,* quàm vt Geſnerus, *vtcunque turgeat ſua ſpecie.* Quamquã illud longè grauius, quòd πότος πλεονάσας reddit, *fluuius inundans,* cum potius vertendũ eſſet, *immoderata perpotatio.* Et in fine, pro, *venenum aſſumptum,* malim *venenoſum repertum.* eod. cap. hi verſus, *Nihil boni inter homines,* Gregorij Nazianzeni ſunt, non Nyſſæni. Cap. 17. in Chryſoſtomo arbitror delenda hæc verba, καὶ φίλων, καὶ πενομένων. Neque enim ad ſenſum quicquã faciunt, imò nec poſterius vocabulum vllã habet ſignificationem. Cap. 27. in Theologo, pro χριστὸν χρεώστῃ, repone χριστὸν χρεώστην. Et ſic in Latino, pro, *Chriſto debitor eſſe malis,* ſubſtitue, *Chriſtum debitorem habere malis.* Locus eſt in Tetraſtichis, vbi de beneficentia erga pauperes agit. Cap. 32. in Theologo, mutila ſunt Græca, ſed reſtituentur, ſi pro ἐξιμέθα, legamus ἐξιμεθήσεται, & in verſione Latina poſt hæc verba, *à tineis conſumentur,* ſubnectamus, *aut,* vt ſcripturæ verbo vtar, *euomentur.* Hoc enim verbum habetur in libro Iob, cap. 13. quod quidem exponens Nicetas apud Nazianzenum, ait, *ſcripturam hac dictione vti, quòd quemadmodũ is, qui noxium aliquem cibum euomit, probos etiam vna eijcit, ſic qui iniquis rationibus facultates ſuas auget, plerunque non tantum iniuſtè parta amittit, ſed ea quoque quæ iuſto nomine poſsidebat.* Cap. 33. dum Gregorij verba corrigere ſtudet Geſnerus, ea peruertit. Nam dum πένησι legere mauult, quàm πένης, eam nobis ſententiam exhibet, quæ ab auctoris ſenſu alieniſsima eſt. Sic enim Græca habent: οὐδὲν τῷ θεῷ μέγα, ὃ μὴ καὶ πένης δίδωσι. id eſt, *Nil apud Deum magni æſtimatur, quod non pauper quoque dare queat.* Quibus verbis hoc vult, nullum munus Deo gratius offerri poſſe, quàm præſtantiſsimas quaſque virtutes, quas non minus à pauperibus, quàm à copioſis hominibus accipere poteſt. Cap. 38. in Baſilio, vertit interpres ὁ τῇ σαρκὶ προστιθέμενος τὸ πνεῦμα καταγωνίζεται (ſic enim legendum, non καταγνωρίζεται) *qui carnem auget, ſpiritum impedit.* Ego ſic: *Qui ſe*

Lib. 1. obſeruat. Sacrar. c. 4. & 5. eiuſdẽ Iac. Billij ad calcem Epiſtolarum Iſidori Peluſiotæ Pariſijs impreſſarũ, anno 1585.

*carni adiungit, ſpiritum expugnat.* Cap. 39. in Theologo vitioſè legitur, τί καὶ σὺ κάμνεις ἀπαιτῶν. Emendat autem Geſnerus ἀποσιτῶν, & ad eam emendationem verſionem ſuam accommodat. Reddit enim. *Quid & tu laboras faſtidio cibi?* At in Græco legendum ἀπειπών. *Quid & tu crudelitate laboras? &c.* Cap. 42. in Baſilio putat interpres vitium ineſſe in voce ἀκουσίως, mauultque θαυμασίως. Sed nulla cauſa eſt, quamobrem peruulgata lectio exulet. Nam & in Homil. in S. Iulittam, vndè hic locus ſumptus eſt, eodē modo legitur, niſi quòd particula coniunctiua antecedit. Hoc enim dicit Baſilius, *Gratias Deo eſſe habendas, qui nos etiam inuitos ab aßiduis laboribus beneficio ſomni recreat.* Cap. 51. in Theologo nihil eſt mutili, quemadmodū ſuſpicatur interpres. Hoc enim duntaxat vitij ineſt, quòd hæc verba, ὧν γὰρ τοὺς ἐπαίνους οἶδα τούτων σαφῶς, καὶ τὰς ἐπιδόσεις, nō diſtinguuntur ab antecedentibus: cum tamē illæ, quæ præcedunt, ſint Baſilij, quę autē ſequuntur, ſint Gregorij in initio Baſilianæ orationis: quę quia non tranſtulit Geſnerus, eius vicem geremus, ac ſic reddemus: *Quarum enim rerū laudes, earum quoq; incrementa noui.* Cap. 57. in Theologo, *Decebat nos nec applaudere nec flecti paßionibus.* Quo loco fruſtra applauſum eſt ab interprete, qui minimè animaduertit mendū inſediſſe in verbo Græco μακαρίζεσθαι, pro quo μαλακίζεσθαι legendū hoc eſt *mollitie atq; ignauia laborare.* Hanc enim lectionē omnia Gregorij exemplaria agnoſcunt, non illā adulterinam, ac ſuppoſititiam. Cap. 61. in Theologo, Græca, quæ corrupta putat interpres, ſic leguntur in Orat. ad ciues Nazianzen. timore perculſos. δεινὸν ἐπιείκειαν δαπανῆσαι τῇ συνεχείᾳ τῆς συγγνώμης. id eſt, *graue, ac periculoſum eſt principum benignitatē ignoſcendi aßiduitate exhaurire, atq; abſumere.* Cap. 62. in Theologo, *Noli inuidere præclarum aliquid facienti, quamuis illū tibi inuidū eſſe perſuaſus ſis, ac ideò ſuccenſeas.* Quo loco longè tū à verbis, tū à ſenſu Gregorij aberrat interpres. Sic enim Græca habent: μὴ φθόνησης τῷ κατορθοῦντι, ὁ φθονηθείς, καὶ φθονεῖσθαι πεισθείς, καὶ διὰ τοῦτο κατενεχθείς. *Ne inuideas ei, qui rectè, atq; ex virtute aliquid agit, tu cui inuiſum eſt:* ſcilicet à diabolo, *quiq; adductus es, vt crederes tibi inuideri, ob idq; corruiſti.* Perſuaſit enim diabolus homini, nō alia de cauſa interdictum ipſi fuiſſe ne ſcientiæ arborem attingeret, quàm quòd Deus ipſius fœlicitati inuideret. Cap. 64. hunc Theologi verſiculum, κρείττων λογισμὸς πράξεων ἢ χρημάτων, vertit Geſnerus: *Ratio melior eſt actionibus aut pecunijs:* abſurdo ſenſu. Hoc enim his verbis ſignificat Gregorius, *melius eſſe probarum actionum numerum ſubducere, quàm pecuniarum:* hoc eſt, *præſtantiores eſſe virtutum, quàm pecuniarum opes.* Cap. 66. *Timores non inutiles, &c.* Hæc ſententia non Baſilij eſt, ſed Nazianzeni in Epiſt. ad Cæſarium fratrem. Cap. 70. in principio mutila ſunt Græca: Sic autē integra erunt, μήτε τὸ ἀλγεῖν ἀπαραμύθητον ᾖ, &c. Suntque verba Nazianzeni. Cap. 73. *Sufficit enim eis vel vnus oppoſitus.* Malim, *Satis enim ſuperq; eſt vel vnus aduerſarius,* id eſt diabolus.

Porrò quod ad ſecundum Meliſſæ librum attinet, cap. ſeq. ſubditur. Et in hoc quoque libro Ribittus interpres, dum Geſneri iudicio contentus, in obſcurioribus locis ad fontes ipſos recurrere, atque Auctores, vnde ſententiæ collectæ ſunt, conſulere recuſat, interdum Græca parum fideliter, & commodè reddit. Cap. 1. in Theologo, *Hoc eſt viri innatam vim cognoſcentis.* Lege in Græco τὸ συγγενές, vt Iambus expleatur. Hic porrò τὸ συγγενές, *cognationem eam ſignificat, quæ vnicuiq; cum ſingulis mortalibus intercedit.* Cap. 3. hæc verba, *Nullius Epiſcopi munere fungens, &c.* Baſilij ſunt, non Theologi. Vbi etiam fallitur interpres, qui ἐν τῷ λαϊκῷ vertit, *in oratione populi.* Vertendum enim potius erat, *cùm adhuc inter laicos cenſeretur.* Baſilius etenim ab obtrectatoribus hoc nomine in crimen vocabatur, quòd ad Apollinarium quondam ſcripſiſſet. Quam calumniam ille Epiſt. 73. diluens, negat ſibi vitio verti debere, quòd aliquando, cùm adhuc laicus eſſet, ad eum nondū ſide lapſum literas de rebus nihil ad fidem pertinentibus dediſſet. Cap. 4. in Baſilio, *tribuum præfectis.* Scribe, *ambitioſis,* φιλαρχούντων. In Theologo, *vnuſquiſq; in quo ordine vocatus eſt, maneat, etiamſi fuerit maioris æſtimationis.* Corruptè eſt in Græco ἀξίας pro ἄξιος. id eſt, *Tametſi maiore dignus ſit.* Cap. 5. in fin. ſic exple lacunam, *Occidit autem facilè, & ſcorpius, & paſtinaca.* Verſus eſt ex Tetraſtichis. Cap. 19. in Theologo: *& id erit gratia dignum maiori.* καὶ χάρις ἔσται τῇ νίκῃ πλέων. Legendum tamen, καὶ χαιρήσει πλέον. id eſt, *magis oblectabitur.* Sic enim codices omnes Gregorij habent in Orat. de ſeipſ. cùm ex agro in vrbem rediiſſet. Cap. 26. in Baſilio. *Extremæ inmanitatis eſt ſubſidia vitæ quærere ab eo, cui neceſſaria vitæ deſunt, &c.* In quibus verbis à Græcorū verborum ſententia procul recedit interpres. Sic enim habent, τῷ ὄντι ὑπερβολὴν ἀπανθρωπίας ἔχει τὸν μὲν τῶν ἀναγκαίων ἐνδεῶς ἔχειν τὰ ζητεῖν δάνεισμα (hanc enim vocem addo ex Baſilio, in Homil. in reliq. Pſal. 14.) εἰς παραμυθίαν τοῦ βίου. id eſt; *Sanè incredibilis cuiuſdam inhumanitatis eſt, eum quidem, qui rerum ad vitam neceſſarium penuria laborat, mutuum petere.* Cap. 28. in Baſil. *Qui ſe fœnoribus ſubiectum reddit, quorum poſſeßionem non tenet.* Hic litera vna in Græco omiſſa ſententiā corrumpit. Sic enim legitur, ὁ γὰρ τόκοις ἑαυτὸν ὑπεύθυνον καταστήσας, ὧν τὴν κτῆσιν οὐκ ἐφίσταται, cùm τὴν ἔκτισιν legendum conſtet ex Baſilio in ead. Homil. hoc eſt, *Is qui fœneratitijs pe-*

*pecuniis ſe obſtrinxit, quas perſoluere nequit.* Cap.33. in Prouerb. τάξιν ἐνετείλατο ſcribe ἐςείλατο. Cap.34. in Theologo, *Mulieres inſipientiſſimæ pulchritudine ſua carentes ad pecunias cōfugiunt.* Vna litera deprauata hunc locũ fœdè maculauit. Pro χρήματα enim perſpicuè legi debet χρώματα, vt ſit ſenſus: *Mulieres ſtultiſſimæ natiua pulchritudine carentes ad pigmenta confugiunt.* Locus eſt in Orat. funeb. de laud. patr. Paulò poſt: *Aſperi ſunt dracones, aſpides maleficæ: ſed mulieris aſperitas acerbior quàm ferarum.* Hæc quoque Gregorij ſunt, non Chryſoſtomi, ſed prorſus ineptè reddita. Græca ſunt huiuſmodi.

Δεινὸν δράκοντες, ϗ κακοῦργον ἀσπίδες,
Διπλῆ γυναικὸς δεινότης ἐν θηρίοις.

*Horrendi,* inquit, *dracones: verſutæ aſpides. Duplex inter feras eſt vis mulieris.* Hoc eſt, vt planius explicem, *Mulier draconum ſæuitiem cum aſpidum fraude ac verſutia copulauit.* Cap.38. in Athanaſio, *Traduntur ſæpè, &c.* Hæc Gregorij ſunt in Orat. Athanaſiana. Cap.43. in Theologo, *Qui ſeipſi à mundo ſeparant, & ſolitudinem amplectuntur, Deo viuunt, omnium maximè qui corpore aluntur.* Vnius literæ detrimentum ſenſui nonnihil officit. Scribitur enim, πάντων μᾶλλον τρεφομένων ἐν σώματι, cum ſcribi debeat ςρεφομένων id eſt, *qui in corpore verſantur.* Et aliquanto inferius: *Philoſophari quanto eſt maius, tanto etiam difficilius, quod non multi facere conantur, &c.* Hæc poſtrema verba non ſatis exprimunt Græca, καὶ οὐ πολλῶν τὸ ἐγχείρημα. id eſt, *nec huiuſmodi conatus, atq; inſtitutum eſt cuiuſlibet.* Loquitur de vita Monaſtica, atque omnibus virtutis numeris abſoluta. Sumptusque eſt hic locus ex Orat. de Cæſario fratre. Cap.46. *Quantum eſt malum.* Lege in Græco ὅμοιον, non ὅσον. Et paulò poſt, *Infirma ingenia languida ſunt, difficiliaq; ad ſe commouendum: & in neutram partem inſigniter inclinant otioſorum momenta.* Quæ vltima verba fœdum in modum deprauata ſunt, οἱ τὰ τῶν ἀρκουώντων κινήματα. Ex quibus verbis, vt ſenſum eliciat Geſnerus, iugulat ἀρκουώντων legit ἀργούντων. Sed huic ſanando vulneri parũ apta eſt hæc medicina. Quare certius remedium ex ipſo Gregorio petendum eſt, apud quem in Orat. de moderand. diſput. tum in excuſis, tum in manuſcriptis codicib. ita hæc leguntur, οἷα τὰ τῶν ναρκουώντων κινήματα. id eſt, *Velut hominũ torpore laborantiũ inceſſus.* Cap.55. in Theologo, *Vnuſquiſq; noſtrum aliquid debet, & Chriſtus multa facit nomina.* Hoc loco articulus Græcus cum nomine ſuo confuſus, Geſnerum, atque Interpretem Ribittum ita turbauit, vt ſumma cum iniuria vocabulum illud ſede ſua eiecerint, eique χριςὸς ſubrogarint. Quam quidē emendationem, ſi emendatio potius ea, quàm deprauatio dicenda ſit, quid eſt cur admittamus, cum prior lectio perbelle quadret, ac cum omnib⁹ Gregorij codicibus conſentiat? in quibus ſic legitur. ἕκαςος ἡμῶν ἐςὶν ἐν ἐπιτιμίοις (quæ alluſio eſt ad 8. cap. Eccleſ.) καὶ ὁ χοῦς πολλὰ φέρει τὰ ὀφλήματα. id eſt, *Vnuſquiſq; noſtrũ pœnæ obnoxius eſt, ac terra* (ſcilicet ex qua orti ſumus) *multa ſecum debita trahit.* Eſt autem hic locus in Orat. ad ciues Nazianzen. Paulò poſt Geſnerus, vt laborāti Iambo medeatur, pro ὀφείλουσι συμπαθής, reponit ὀφείλεις ἐμπαθής. Legendum tamen eſt, ὄφλουσι συμπαθής, vt eſt in Gregorij Tetraſtichis. Et infra in his verbis; Et ſæpè numero mentionem facio, ſic corrigenda ſunt Græca, ϗ τὸ συγγνῶμον πολλάκις μέγα πρὸς σωτηρίαν, αἰδοῖ καθεῖργον τὸν ἀδικήσαντα, καὶ μετάγον εἰς φίλτρον ἐκ φόβου, τὴν ἀσφαλεςέραν εὔνοιαν. id eſt, *Ignoſcendi facilitas magno perſæpè ad ſalutem adiumento eſt, vt quæ eum, qui iniuriam intulit, pudore reprimat, atq; ex metu ad amorē, quæ certior beneuolentia eſt, traducat.* Cap.56. in Theologo, *Aeq; vitioſum eſt immoderatum obſequium, & condemnatio omni venia ſemota.* In Græco pro ἀρεσις, vnica litera mutata ἄνεσις legendum, id eſt, *Indulgentia ac noxæ condonatio.* Non longè hinc, in Chryſoſtomo. *Quid poteſt eſſe iniuriarum recordatione deterius, quæ humanitatē promptam reuocat?* G. ἐνεχθεῖσαν. id eſt, *inſtar ſententiæ cuiuſdam prolatam.* Loquitur de ſeruo illo, cuius erga conſeruum crudelitate factum eſt, vt Dominus in Euangelio benignitatē ſuam, debitæque pecuniæ remiſſionem reuocarit. Cap.68. in Theologo, *Qui ingenio ſunt bellicoſo, &c.* Mutila hoc loco non ſunt Græca; vt cenſet interpres: tametſi quædam ſunt verba ex Orat.1. de Pace, ſic reſtituenda: τῆς ἀντικειμένης μερίδος ὅσοι πολεμικοὶ τὸν τρόπον, καὶ τὸ εὐδόκιμον τῷ καινῷ θηρώμενοι. id eſt. *Aduerſariæ partis* (hoc eſt diaboli) *ſunt ij omnes, qui contentioſis ſunt moribus, quiq; nouitate famam aucupantur.* Cap.73. Politici opus, &c. Hæc verba Gregorij ſunt in Orat. funeb. patr. non Baſilij. Cap. 74. in Baſilio, pulchra eſt ſententia, ſed in alieniſſimum, imò planè contrarium ſenſum ab interprete detorta: Græca enim ſunt huiuſmodi: ὅτι θεραπευόμενα τὰ ὑπερήφανα ἤδη ἑαυτῶν ὑπεροπτικώτερα πέφυκε γίνεσθαι. Quæ quidem ita Latina fecit Ribittus: *Mores hominis ſuperbi, ſi verè ſanati fuerint, ſolent eſſe ſui deſpicientiores.* Sic autem vertenda ſunt: *Sani homines ſuperbi atq; inſolentes, cum coluntur, & obſeruantur, maiorem inde arrogantiam concipere ſolent.* His autem verbis vtitur Epiſt.10. ad Euſeb. Samoſat. Cap. 84. in Theologo, *Bonos remunerator, &c.* Sic hæc lege.

*Bonos remunerare, malos contemne.*

Imò etiã hęc illis abs te gratia fiat, vt ne quid patiantur. Hic enim verſus deeſt in Græco.



Digitized by Google

Κἂν τοῖσδε κείσθω τὸ μηδὲν παθεῖν χάρις.

Et in quarto verſu, pro τῷ πραεῖ, repone τῷ μακροθύμῳ, ex Gregor. in Tetraſtich. Cap. 89. in Theologo: *Videndum, ne mali ſerui ſimus, &c.* Miror equidem, quid tam ſæpè in mentem veniat Geſnero Græca immutare, atque in ſcirpo nodum quærere. Quid enim planius his verbis eſſe poteſt, μὴ γενώμεθα δοῦλοι κακοὶ, ἀγαθύνοντι μὲν ἐξομολογούμενοι τῷ δεσπότῃ, παιδεύοντι δὲ μὴ προστιθέμενοι, hoc eſt, *Ne ſimus improbi ſerui, confitentes quidem Domino cum benefacit nobis, eidem autē caſtiganti minimè nos adiungentes.* Et tamen hic quoque Geſnerus in loco tam plano ſalebras ſibi fingit, ac pro προστιθέμενοι, quod in omnibus codicibus habetur, emendat προσεχθύμενοι, eumque Ribittus interpres ſequitur. Cap. 94. in Baſil. ſic corrige Græca ὑπογράφειν, εἰς τὸ μᾶλλον καταβλμᾶν τῆς ἁμαρτίας. Sic enim legendum eſſe apparet ex Orat. 23. Opuſculi moralis à Simeone Metaphraſta excerpti. Cap. 95. in Baſilio, *Quaſi ad alterum mundum migrantes per meditationem.* In Græco ἀσκήσεως legendum, non χήσεως. Cap. vlt. pulcher & grauis locus eſt aduerſus eos, qui non niſi feſtis, ac ſolemnibus diebus ad Eucharistiam accedunt. Sed ineſt vitium in Græco, quod dū tollere nititur Geſnerus, eiuſmodi ſententiam nobis obtrudit, quæ cum Chryſoſtomi mente nullo modo cohærere poteſt. Quod quò magis lectori perſpicuum fiat, Græca hic aſcribam. οὐ γὰρ δὴ τὸ ἅπαξ (ſcilicet προσιέναι) ἀπαλλάττει τῶν ἐγκλημάτων ἡμᾶς ἀναξίως προσιόμεν, αὐτὸ δὴ τοῦτο μειζόνως καταδικάζει, ὅτι ἅπαξ προσιόντες, οὐδὲ τότε καθαρῶς προσίεμεν. Vbi certè quin aliquid vitij hęreat, dubitabit nemo, qui quidem iudicio ſit præditus. Quonam autem pacto depelli illud debeat, mihi nullo modo cum Geſnero conuenit, qui ita ſe extricat, vt pro ἀναξίως duobus vocabulis ἂν ἀξίως legat. Atque ad eam emendationem Ribittus tranſlationem ſuam accommodans, Authoris verba mirum in modum torquet. Sic enim vertit: *Nam vt ſemel in anno licet cum dignitate accedere, non liberat nos à peccatis, ita hoc ipſum magis condemnat, quòd ſemel tantum accedentes, ne tum quidem purè id faciamus.* At nihil facilius eſt, quàm hunc locum reſtituere. Vnica enim particula ἂν ante ἀναξίως collocata, totúm id munus expleuerit. Sic enim erit ſenſus: *Non enim ſemel tantum ad Euchariſtiam accedere, crimine nos liberat, ſiquidē indignè accedamus: Quin potius iſtud ipſum magis condemnat, quòd ſemel accedentes, ne tum quidem purè ſanctéq; id facimus, ſed negligenter ac defunctoriè.* Hunc eſſe verum ac germanū huius loci ſenſum, neminem tam peruicacis ingenij fore puto, qui non facilè aſſentiatur.

ANTONIVS Melius Cremonenſis Auguſtiniani ord. Theologus Pariſienſis, ſcripſit libellum, cui nomen eſt, *Scala Paradiſi.* Deinde Tractatum De vero, & legitimo intellectu priuilegiorum: Librum prænotatum, lectio prima, & breuis Introductio, quaſi prima elementa præbens iuuenibus, qui Iuri Canonico ſtudere incipiunt. Quæ omnia excuſa ſunt. Deceſsit Cremæ. Hæc Ioſeph Pamphilus.

ANTONIVS Mizaldus, Naturalis Magiæ librum ſcripſit, de quo vir verè doctus, & pius Martinus Delrius Theologus, Societatis Ieſu, lib. Diſquiſitionum Magicarum, primo, c.3. inquit, *non habeo, quod dicam, quia nondum legi, ſuſpicor, quod facit in centurijs memorabilium ſuperſtitioſè illum à naturalibus non ſe creuiſſe.*

ANTONIVS monachus AEgyptius. Vide, in verbo, Antonius AEgyptius.

ANTONIVS Monchiacenus Demochares, Theologus Pariſienſis ſcripſit, & edidit Aſſertionem de veritate Chriſti, nec non Corporis, & Sanguinis eius in Miſſæ Sacrificio, aduerſus hæreticos, Pariſijs 1570. Catholicam, & Hiſtoricam propugnationē Chriſtianæ Religionis, Inſtitutioniſque Domini noſtri Ieſu Chriſti, & Apoſtolicæ traditionis aduerſus Miſoliturgorum blaſphemias, ac nouorum huius temporis ſectariorū impoſturas, præcipuè Ioan. Caluini, & ſuorum contra ſacram Miſſam. Pariſijs an. 1562.

ANTONII Monelianus Lygur, ord. Minorum edidit Opus, quod inſcripſit, *Surſum corda,* & commentarios in Myſticam S. Dionyſij Theologiam, anno 1522. Bononiæ apud Hieronymum Benedictum.

ANTONIVS Natta. Vide, in verbo, Marcus Antonius Natta.

ANTONIVS Nebriſſenſis edidit explicationem quinquaginta locorum Scripturæ. Bellar. Card. Tom. 5. controuerſ. 2. lib. 3. de Incarnatione, cap. 15.

ANTONIVS de Nomis è Marciala, Thuſcus, Auguſtiniani ord. Theologus, è libris Auguſtini quædam capita totius penè Sanctæ ſcripturæ tractationem continentia collegit, quæ prænotauit, *Flores Doctoris S. Patris Auguſtini.* Extat in Bibliotheca S. Spiritus Florentiæ, vbi ipſe deceſsit anno 1438. eum ſæpè Oratoris munere functum fuiſſe pro Republ. Florentina apud Summos Pont. & Principes alios, ſcribit Michaël Pocciantius.

ANTONIVS Parmenſis, ord. Camaldulenſium, & Prior Generalis, ſcripſit Sermones de Tempore, ac de Sanctis, & Quadrageſimale. Viuebat an. 1420. & interfuit Concilio Conſtantienſi, Sigiſmundo Imp.



Digitized by Google

ANTONIVS de Padua. Vide, in verbo, Antonius Vlyſipponenſis.

ANTONIVS Paganus Venetus, ord. Minorum, qui an. 1586. viuebat Vincentiæ, Venetijs emiſit in lucem, ex officina Guerræorum, atque Zalterij, an. 1570.

Tractatum de Ordine, Iuriſdictione, ac Reſidentia Epiſcoporum, non omiſsis, quæ à Synodo Tridentina fuerunt eo de argumento decreta.

Diſcurſum (vt Italicè vocant) de Pœnitentia.
De lege Canonica.
Pia Carmina idiomate Italico.
} Ibidem, & eodem anno.

Regulas Sodalitatis, ſiue (vt aiunt) confraternitatis S. Crucis, an. 5187. apud Dominicum Nicolinum, Venetijs eadem lingua.

Breuem Summam Triumphorum Militantium, pro perfecta reformatione interioris Hominis, ibidem, & eodem anno, ex officina Ioan. Variſci, & Paganini. In qua agitur de cognitione perfectarum virtutum Chriſtianarum, quæ vitijs, & peccatis aduerſantur; De beneficijs, quæ & hic in terris, & in cœlis earū Amantibus à Virtutibus conferuntur; De rationibus, quibus Deo iuuante, eas facilè conſequi poſsimus, quibus Deo ſimiles efficimur, vnicuique verò materiæ ſubſternitur doctrina S. Bonauenturæ, & Caſsiani. Sponſalia item Animæ cum Chriſto. Italicè. Venetijs apud Franciſcum Ziletum, an. 1585.

ANTONII Pantuſæ extant Opuſcula Theologica.

ANTONIVS Peregrinus Venetus, Epiſtolam Pij II. Pont. Max. ad Mahometem Turcarum Imp. è Latina fecit Italicam: Qua lingua De vita ſolitaria duos edidit libros Pio V. Pont. Max. dicatos. Vnum, de Contemptu Mortis. Dialogum prænotatum, *Gratianus*. Tractarum De Mundo. De Signis Naturæ in homine. De Signis, & Imaginibus Zodiaci. Viuebat an. 1553.

ANTONII Philothei Compilatio Decretorum, & Canonum Tridentini Concilij, ſex libris pro ſerie materiarum diſtincta. Venetijs, an. 1569.

ANTONIVS Philopatris. Vide, in verbo, Thomas Stapletonus.

ANTONIVS Poltius (ſiue Polte) monachus, De felicitate Cœli. Italicè, Peruſij, anno 1575.

ANTONIVS Polus Franciſci Filius, Venetus ſcripſit Elucidarium poteſtatis Pontificiæ præter Nouum veritatis lumen in Ariſtot. animæ rationalis; & elucidationem in proœmium Phyſicorum Ariſtotelis Digreſsionem de circulo lacteo pro Ariſtotele an. 1575. Franciſc. Sanſouinus.

ANTONIVS Pizzamanus Venetus, Epiſcopus Feltrenſis, præter id, quod emiſit in lucem, De intellectu, & intelligibili, ac de Dimenſionibus interminatis, ſcripſit De quærenda Solitudine, ac de vitæ ſolitariæ periculis.

ANTONII Poſſeuini, Tom. I. APPARATVS Sacri, quem Tomum reliqui ſubſequentur.

Ad {
Scriptores Veteris, & Noui teſtamenti.
Eorum Interpretes.
Synodos, & Patres Latinos, ac Græcos.
Horum verſiones.
Theologos Scholaſticos, quique contra Hæreticos egerunt.
Eos, qui caſus Conſcientiæ explicarunt.
Alios, qui Ius Canonicum ſunt interpretati.
Chronographos, & Hiſtoriographos Eccleſiaſticos.
Poetas Sacros.
Libros pios quocunque idiomate conſcriptos.
}

Venetijs, apud Societatem Venetam 1602. & auctus Colon. apud Ioan. Gymn. 1608.

Bibliotheca Selecta, de ratione ſtudiorum ad omnes diſciplinas, & ad ſalutem cunctarum gentium procurandam.

*In Prima autem Sectione continentur ſequentia poſt Ideam Operis.*

Lib. 1. Studiorum finis, Media, impedimenta: vbi de publicis Academijs, & Libris, ſiue De cultura ingeniorum.

2 Diuina Hiſtoria, ſiue Theologia poſitiua, ſiue De ſtudio ſacræ Scripturæ.

3 Theologia Scholaſtica, & Practica, ſiue de caſibus Conſcientiæ; vbi & de Græcorum Methodis, ac de Summa S. Thomæ.

4 Theologia Catechetica, ad domeſticos fidei inſtituendos. Vbi primò de Pueris, &

eorum Scholis, ac Catechiſmi tradendi ratione. Deinde de Clericis, & eorũ Seminarijs. Demum.
5 De Seminarijs Ordinum regularium, etiam Militarium: vbi de illorum Nouitiatibus, & inſtitutis: ac de Diſciplina quoque militari. De ſodalitatibus Scholaſticorum, & aliorum, qui nõ ſunt Regulares. De Principum filijs, qui vel ſecularem, vel Eccleſiaſticam vitam ſunt acturi. De alijs qui negotia pietatis, & pacis procurant nomine Principum Eccleſiaſticorum, & reliquorum.
6 Ratio amanter agendi cum Græcis, Rutenis, ſeu Moſcis, & alijs, qui ritus Græcorum (ſequuntur.
7 Ratio agendi cum Hæreticis variarum ſectarum.
8 De Atheiſmis Lutheri, Melanchthonis, Caluini, Beſæ, Vbiquetariorum, Anabaptiſtarum, Puritanorum, Arianorum, & aliorum fidei hoſtium.
9 Ratio agendi cum Iudæis, Saracenis, & Agarenis, ſiue Mahometanis, & Sinenſibus.
10 Ratio agendi cum reliquis gentibus, præcipuè Indis noui Terrarum Orbis, Sinenſibus, & Iaponijs.

*In Secunda verò Sectione.*

11 De Philoſophia generatim, mox de Platonica, deinde de Ariſtotelica, & eius interpretibus.
12 De Iuriſprudentia.
13 De Medicina generatim, mox de Hippocrate Choo, & Galeno.
14 De Mathematicis, vbi item de Architectura ad Religioſos præſertim ſpectante, deque Coſmographia, & Geographia.
15 De Humana Hiſtoria.
16 De Poëſi, & Pictura Ethnica, & fabuloſa collatis cum vera, honeſta, & ſacra.
17 De Cicerone collato cum Ethnicis, & ſacris Auctoribus: cuius occaſione agitur de ratione conſcribendi Epiſtolas, & de arte dicendi etiam Eccleſiaſtica.
18 Librorum, qui Miſcellanea, ſiue Dictionaria quoque, & Apparatus diuerſarum materiarum continent, Indicatio. Elenchi autem inſignium aliquot Auctorum ferè in vnaquaque facultate ſunt ad calcem omnium librorum adiuncti.

Canonici verò iuris tractatio APPARATVI Sacro adtexta eſt; quòd cum Canones è Patribus, Pontificibus, Synodis vim ſuam acceperint, æquum erat, vt inter ipſos, tanquam riui propè fontes locum haberent. Vide autem in eodem Apparatu, in verbo, Ius Canonicum.

Hæc autem Bibliotheca Selecta, primo edita eſt in Typographia Vaticana Summi Pont. Romæ; deinde varij ipſius libri, varijs in locis excuſi fuére ſeparatim.

Primus qui eſt de cultura Ingeniorum Italicè verſus, & Vicentiæ excuſus apud Georgium Græcum 1598.

Methodus Chriſtiana ad Iuriſprudentiam, Romæ apud Dominicum Baſam, an. 1593.

Apparatus ad Philoſophiam, Vicentiæ apud Georgium Græcum, anno 1599. ſed qui recognitus, editus eſt auctior Lugduni, an. 1602. apud Ioannem Pillehottam.

Tractatio de Medicina, Mantuæ apud Franciſcum Oſannam, an. 1600.

Apparatus ad humanam omnem hiſtoriam, Græcoſque & Latinos, atque alijs idiomatibus conſcriptos, Romæ primo, deinde Venetijs, ſecundo Latinè, tertio Italicè, quarto autẽ auctior, quarta parte, & emendatior, apud Ioan. Baptiſtam Ciottum, recuſus 1602.

Poëtica, Lugduni recuſa, apud Ioan. Pillehottam 1595.

Cicero collatus cum Ethnicis, & ſacris Oratoribus, Patauij apud Paulum Meiettum, & Coloniæ Agrippinæ, anno 1593.

Atheiſmi autem Hæreticorum, Vilnæ in Lituania, an. 1585. & Poſnaniæ in Polonia, & & Romæ, & Coloniæ Agrippinæ 1586. ac denique Venetijs in Bibliothecæ Selectæ poſtrema editione, anni 1602.

Cæterùm totius Bibl. Selectæ recognitæ ab Auctore, atque auctæ poſtrema editio Veneta apud Altobellum Salicatium, reliquis editionibus eſt præponenda. quæ & Coloniæ excuſa.

*Eiuſdem Auctoris.*

NOTAE Diuini Verbi, & Apoſtolicæ Eccleſiæ fides, ac facies, è quatuor primis OEcumenicis Synodis, ex quibus demonſtrantur.

Primo. Fraudes prouocantium ad ſolum Dei verbum ſcriptum.

Secundo. Atheiſmi Hæreticorum huius ſæculi.

Tertio. Errores aduerſantium Kalendario emendato.

Quarto. Vafricies peruertentium Canones, & abutentium nomine SS. Patrum, ac Principum in re fidei, aduerſus reſponſum cuiuſdam Dauidis Chytræi. Poſnaniæ in maiore Polonia, Typis Ioan. Volrabij 1586.



Digitized by Google

Commentarij Moſcouiæ iuſſu Gregorij XIII. Pont. Max. conſcripti, quibus agitur, & de religione, & de Liuonia Regno Poloniȩ reſtituta, vna cum pace compoſita inter Regē Poloniæ, & magnum Moſcouiæ Ducem. Liber hic primo editus Vilnȩ in Lituania, anno 1586. Deinde Coloniæ Agrippinæ 1586. apud Arnoldum Milium, cum Notis Diuini verbi, qui & ab eodem recuſus eſt an. 1595. Pariſijs autem, & Antuerpiæ apud Plantinum. Deinde in linguam Italicam verſi, & emendatè excuſi, Mantuæ apud Franciſcum Oſannam, cum qui antea Ferrariæ in lucē prodijſſent, fuerint ab Auctore exploſi, quoniam ea editio ſcatebat erroribus.

Miles Chriſtianus, qui nunc auctior recuditur. Qui liber anno 1569. Romæ cuſus eſt, cùm Pius V. Pont. Max. ſubſidium militū Carolo IX. in Gallias aduerſus hæreticos, & claſsi Chriſtianæ aduerſus Turcas miſit, quo tempore hæretici ad Moncoturcium, Turcȩ ad Inſulas Echinadas cæſi ſunt ad internecionem: is verò liber tūc diſtributus militibus, deinde recuſus eſt, Maceratæ 1576. & alibi.

De Sanctiſs. Sacrificio Miſſæ à tempore Apoſtolorum celebrato, & celebrando vſque ad conſummationem ſeculi, Italicè, Lugduni in Gallia, primò, apud Michaelem Iouium, an. 1563. mox in Anglicam ex Italica linguam conuerſo, & excuſo in Belgio, ann. 1564. Ferrariæ autem Italicè iterum apud Mammarellum, an. 1595. ac denique Mantuæ apud Franciſcum Oſannam, ann. 1597.

Reſponſio Italica Petro Vireto, & tribus alijs Hæreticis, qui varios libros biennij ſpatio Geneuæ excuſos ſcripſerant aduerſus Tractatum S. Sacrificij Miſſæ, eiuſdem Anton. Poſſeuini. Ea verò reſponſio Auenione è typographia Petri Rubei prodijt anno 1564.

Iudicium de quatuor Scriptoribus, mandato Innoc. IX. Pont. Max. Romæ editum apud Dominicum Baſam, anno 1592. deinde anno 1594. recuſum apud Ioan. Baptiſtam Buyſſon.

Primus autem eorum Scriptorum, ſiue Auctorum fuit Philippus Nua, qui librum prænotatum Gallicè (*Diſcours Politiques, & Militaires,* hoc eſt Diſcurſus Politicos, & Militares, nos *Theoremata*) è prelis Geneuenſibus emiſerat.

Secundus, Ioannes Bodinus, qui Methodum hiſtoriæ, libros de Republica, & de Dæmonomania ediderat Latinè, qui & Gallicè, & Italicè, præſertim qui de Republica, & de Demonomania prodierant.

Tertius, Philippus Mornæus *Du Pleſſis,* De veritate fidei Chriſtianæ.

Quartus, Nicolaus Machiauellus, & alius, qui licet contra eum ſcripſerat, miſcuit tamen hæreſes cum veritate, eique titulus, *Antimachiauellus.*

Epiſtola vberrima ad Stephanum Batoreum, Poloniæ Regem, aduerſus Andream Volanum Lituanum hæreticum, primo Ingolſtadij, anno 1583. poſtea Coloniæ, & Mantuæ edita.

Epiſtola de rebus Sueticis, Liuonicis, Moſcouiticis, Polonicis, Tranſyluanicis, ad Sereniſs. Eleonoram Auſtriacam Archiduciſſam Auſtriæ, Duciſſam Mantuȩ, ibidem apud Franciſcum Oſannam, an. 1580. Brixiæ apud Marchettum, atque alibi edita.

Vita, & mors eiuſdem Eleonoræ, Mantuæ in funere ipſius recitata. & ibidem, ac Romæ, & Brixiæ excuſa.

Vita, & mors Ludouici Gonzagæ Ducis Niuernenſis, Mantuæ recitata, & ibidem edita.

Sermo habitus in prouinciali Synodo Aquileienſi prima, celebrata Vtini, vbi vndecim Epiſcopi, & frequentes alij Eccleſiaſtici, ac Proceres conuenerunt, Mantuæ apud Frāciſcum Oſannum 1597.

Cauſſæ & remedia peſtilentiæ ab Epiſcopo Mantuano edi curatæ tum Mantuæ, tum Florentiæ apud Iuntas 1577. legenda tamen ſimul, quæ Bernardinus de Buſtis in Serm. de hoc argumento, & quæ B. Cardin. Borromæus, in fine ſex Conciliorum prouincialiū Mediolani excuſorum, anno 1596. & quæ in Archiepiſcopali Gabr. Cardin. Palæotti, pag. 421.

Explicatio breuis Euangeliorum totius anni ſub nomine Nicolai Gallerij, Coloniæ Latinè, & Italicè, Brixiæ excuſa.

Reſponſio Regi Septentrionali, qui in fide Catholica voluit inſtrui. Ingolſtadij Latinè 1583. Pragæ autem è Latino in Boemicum idioma conuerſa à Baltaſſare Boemo, Societ. Ieſu, & Pragæ emiſſa in lucem.

ANTONIVS Puccius Florentinus Card. tit. SS. Quatuor Coronatorum, pœnitentiarius maior ſcripſit in verba Cōſecrationis Euchariſtiæ è quatuor Euangeliſtis deſumpta,

Homilias quatuordecim eruditas,& pias. Incipiunt, *Cum ſit cuiq; natura tributum.* Claruit anno Domini.1548.

ANTONIVS Rampegolus(ſiue vt aiunt,de Rampegolis)Auguſtiniani ord.librum edidit,quem *Bibliæ Figuras* inſcripſit quemúe,vt incautè plerique adoleſcentiores concionatores verſarūt,ſic mirum videri poteſt,doctos alioquin, & cordatos Theologos haud antea obuiam iuiſſe ei malo,quod inde prodire poterat, dum minimè emendatus in manus omnium veniret. Et eum quidem Sixtus Senenſis rude vocat Opuſculum, quod Auctor ſcripſit ad Ordinis ſui Scholaſticos in Neapolitano cœnobio. At in quo nam ruditas illa ſe proderet, non attigit. Quin addidit in eo penè omnes ſacras hiſtorias trito eloquio moraliter exponi,ſingulaſq; ad ſingulas morales virtutes accommodari. Initium operis eſt. *Religioſis viris in Chriſto.* Ceterum,vt aliquam in Concilio Conſtantienſi operam nauauit aduerſus Huſsitas Sigiſmundo Imp. an. Dom.1418.ſic minus culto illo quo,nec tam ab reliquis hæreticis,qui poſtea exorti ſunt,oppugnato,Errores,à quibus periculum imminebat,attentius non ſunt obſeruati. Quare Rampegoli lapſus reſeruati in hæc tempora,vt liber ille,niſi exqurgatus,prohibitus ſit à Cle. VIII.Pont.Max.in Indice vlt.Rom.librorum prohibitorum.

Quod autem modo generatim de eo dicendum eſt,haud dubium,quin multi orrores graues ab Eccleſia proſcripti in eo comperiantur: tollenda verò ſint nonnulla deſumpta è Magiſtro hiſtoriæ Scholaſticæ, abſurda illa quidem,ac potius fabulas, quàm hiſtorias ſapientia.Plura item,quæ aliter in Biblijs habentur, quam quomodo Rampelogus poſuit. Quin & Diuina ſcriptura parum ſyncerè, nonnumquam autem malè citata,& ſine adnotatione locorum ipſius. Apocrypha quoque, qualia afferebantur è tertio libro Eſdræ, atque ex Epiſtolis Cyrilli Hieroſolymitani ad D. Auguſtinum de morte S. Hieronymi: Quæ omnia; quæ certe ſunt plurima; aut emendanda, vel expungenda ſunt, ne quis tyro concionator poſthac amplius tamquam certa, & explorata populo proponat. Atqui & ſententiæ Doctorum ex Patribus allatæ conferendæ ſunt cum ipſorum exemplaribus, ſiue operibus: quamuis neque omnes, quas ille citat, inueniantur. De Solœciſmis, ac barbariſmis plurimis, phraſibuſque obſcuris, quæ in eo ſunt, nil dicerem, niſi hęc etiam materiam ſacram haud decerent. Quod ſi hiſce mendis expurgatus ſit, nō mediocre commodum ex eiuſmodi Opuſculo exiſteret: quamuis(vt dicam quod ſentiam) fortaſſe præſtaret alterum de nouo condere, quam tot cicatricibus oblitum illud recudere.

ANTONIVS alius è Rampigolis Neapolitanus heremita Repertorium Bibliorū ſcripſit ad ſeriem Alphabeti.

ANTONIVS Raudenſis,Mediolanenſis,ord.Minorum Theologus, Lactantium Firmianum emiſit emendatiorem.Henricus Villot.

ANTONIVS Riciardus Brixianus,cōmentaria ſymbolica edidit,Venetijs apud Franciſcum Franciſcium Senenſem,ann. 1590.in duos Tomos diſtributa, quibus explicantur (vt præfert operis prænotatio)arcana ad myſticam, naturalem,& occultam rerum ſignificationem attinentia; Quæ nempe de abſtruſiore omnium prima Adamica lingua, tū de antiquiſsima Aegyptiorum,ceterarūq; gentium Orphia philoſophia:tum ex veteri Moſaica,& Prophetica,nec non cœleſti noua Chriſtiana Apoſtolica, & Sanctorum Patrum Euangelica Theologia differere conatus eſt.

Porrò totius Operis huius,cum ipſe in proloquio ad Lectorem, cauſſas, fructum, ſeriem, & rationem duplicis Indicis tradat,id quidem,niſi aliud obſtet, inde hauriendum erit, priuſquam aliquis ad vſum libri manum admoueat.

Quòd vero ſpectat ad nonnullos Auctores ſiue profanos, ſiue Chriſtianos, vnde ſua deprompſit,ſed quibus legendis modum Eccleſia præſcripſit, cum & aliquos eorū prohibuerit,quorum ille auctoritate vtitur in Allegorijs, & ſenſibus myſticis explicandis, cordatus lector è tanta ſupellectile videat,qua ratione ſint ſecernenda tutiora ab alijs.

ANTONII Riccij Italicus,Sermo(Ragionamento)Conſolatorius,Venetijs 1564.Porro Antonius hic è Nouellaria Oppido inter Rhegium Lepidi & Mantuam Carmelita Theologus De modo ſe bene præparandi ad mortem,& contra humanum ſenſum, & de conſolatione ſui etiam in eodem, ad Octauium Farneſium Parmæ, atque Placentiæ Ducem. Ferrariæ anno Domini 1565. apud Valentem Panizzam Ducalem Typographum Italicè emiſit. Liber eſt perutilis, & vberrimus,in quo de varijs argumentis Opuſcula.

ANTONIVS Roſellus Etruſcus,vir nobilis,& eruditus,ſcripſit librum,in quo prӕter alia egit, De poteſtate Pontificis Maximi, & Imperatoris. Sed ſciendum, in eo reperiri,

quę

quæ egeant lima. Martinus certè Nauarrus ab Azpilcueta *in Relectione Cap. Nouit. de Iudicijs Notabili tertio,* docet, illum haud rectè feciſſe, qui Imperatorem Papæ præpoſuiſſe videri poſſet, niſi quod alibi dixerit Papam ſimpliciter maiorem eſſe Imperatore, ſed excuſari non poteſt (ait) cum fuſius ſcribit Chriſto Saluatori noſtro nullam fuiſſe poteſtatem ſecularem, atq; ideo Petro nullam mandaſſe, quòd quidem diſertè idem Nauarrus cõfutat *numero octauo eiuſdem Notabilis tertij.* Corrigendũ eſt itẽ, quod illemet Antonius ſcripſit, his verbis: *Imperij iura fuiſſe populo Romano, antequam Chriſtus eſſet.* Chriſtus enim extitit ab æterno, ratione ſuppoſiti, & ſecundæ perſonæ Sanctiſsimæ Trinitatis; ſed credendum eſt, illum intellexiſſe, antequam Chriſtus Dominus cœpiſſet eſſe homo. Errauit porrò, cum *eodem in libro columna 24.* cenſuit Pilatum habuiſſe ordinariam iuriſdictionem, atque legitimam poteſtatem iudicandi Chriſtum. Cumque *fol. 12. col. 3.* iterum dixit, *Pilatum Tiberij Cæſaris Præſidem, poteſtatem habuiſſe coactiuam ſupra Chriſtum,* tum quia inferior non habet poteſtatem in ſuperiorem, tum quia (*vt ait S. Thomas libro de regimine Principum, lib. 3. c. 8.*) concludit Octauianum Auguſtum Chriſti vicesgeſsiſſe in temporalibus, licet ipſe id non intelligeret, ſicut & Cayphas prophetauit, non intelligens ſe id facere. Porrò idem Roſellus, Tritemio, vixit ann. Domini 1467.

ANTONII Scayni presbyteri, paraphraſis in omnes S. Pauli Epiſtolas cum Annotationibus. Venetijs 1589. ſed & pleraque alia ſcripſit in Ariſtotelem Patauij nouiſsimè edita.

ANTONINVS Senenſis, ordin. Prædic. Vide, in verbo, Ant. de Conceptione.

ANTONIVS Surianus nobilis Venetus, & Patriarcha Venetiarum, ord. Cartuſiani, librum reliquit de interiori informatione: & alterum de vita contemplatiua. Alium itẽ, de Solitudine.

ANTONIVS Syretus, ſiue Syrectus, Prouinciæ Turoniæ, ord. Minorum, *ad Scholaſticã Theologiam* Iſagogicas formalitates prædocuit, quæ Pariſijs, priuſquam è Philoſophorum claſſe emergant, præleguntur. Editę ſunt autem Pariſijs apud Io. Bouium, ann. 1588. Venetijs apud Societatem an. 1606.

ANTONIVS Thomaſinus, vitam S. Didaci carmine Italico abs ſe celebratam, edidit Veronæ apud Hieron. Diſcipulum, an. 1594.

ANTONIVS Trombetta Patauinus, ordin. Minorum, Archiepiſcopus Athenarum, & Epiſcopus Vrbinas, ſcripſit formalitates è doctrina Scoti. Quæſtiones itẽ in Metaphyſica Ariſt. ac de futuris contingentibus. Viuebat anno 1442.

ANTONIVS du Val. Gallus Speculum Caluiniſtarum, & munitionem Chriſtianorũ (Gallicè *Armeure*) Pariſijs emiſit an. 1559. ex officina Cheſneau, cum antea apud hũc ipſum typographum ann. 1567. edidiſſet contradictiones quæ extant in libris Caluini, Lutheri, & aliorum Nouatorum, vna cum interrogationibus, & reſponſionibus aduerſus Caluini librum de Prædeſtinatione. Quin & Catechiſmum, ſiue compendium fidei catholicæ ex operibus Lindani, & aliorum collectum protulit in lucem.

ANTONIVS Valentinus, ord. Minorum, lib. 1. Sententiarum Petri Lombardi Scholijs illuſtrauit Henr. Villot.

ANTONIVS Vercellẽſis, ordin. Minorum, Quadrageſimali erudito, de duodecim myſterijs Chriſtianæ fidei, alijſque conſcriptis libellis, inter viros doctos munerari meruit. Lugduni proſtabant, anno Domini 1504. ſed & fuerat excuſus ipſe liber de 12. mirabilibus Chriſtianæ fidei excellentijs, Venetijs apud Gregorium de Gregorijs, ann. 1492.

ANTONII Vinciguerræ Satyræ duæ. Prima contra falſum, & imperitum iudicium. Secunda aduerſus vitia capitalia. Item de cælibatu, continentia, & virginitate. Venetijs apud Io. Antonium Sabium 1527.

ANTONIVS Vlyſsipponenſis Luſitanus, ordin. Minorum, S. Franciſci diſcipulus, ſanctitate, miraculis, & doctrina clarus, ac quem Gregorius IX. Pontif. Maxi. arcam teſtamenti vocauit, ſcripſit Sermones de Tempore, & de Sanctis. Claruit eodem Pontifice Maxim. circa annũ Domini 1230. in cuius honorem humati corporis ingens templum Patauij extructum eſt, quamobrem, & Sanctus Antonius de Padua appellatur.

## A O

AONII Palearij Verulani ſcripta, & libri editi cum nondum accuratè fuiſſent expẽſi,

rerum autem plauſibilium ſpeciem aliquam habere videretur, fuerunt à Iacobo Sadoleto in Epiſtola eius operibus præfixa, commendati. Ea commendatione ( bona alioquin mente, facta) ne quis fallatur, ſciat eundem Aonium deinceps à ſancta Sede Apoſtolica proſcriptum, & inter primæ claſſis prohibitos libros in Romano Indice, adnumeratũ,

## A P

APHRAATES monachus, qui an. Domini 370. in Oriente floruit; vita, doctrina, qua hæreſes intrepidus oppugnauit, & miraculis, ſatis, factorum, ſi non ſcriptorum aliquid, poſteritati reliquit. Eius vitam Theodoretus, in hiſtoria, quæ vocatur Philotheus, ſcripſit, atque aliqua in hiſt. Vide eiuſdem lib. 4. c. 23. & 24.

APHREMIVS Syrus, ſuper omnes libros Noui, & Veteris Teſtamẽti diſtinctè, ac fuſè inter libros aliquot Arabicos, atque Syriacos, qui à tempore Gregorij XI. Pont. Max. dicebantur ſub terram defoſſi, & poſtea oblati ſunt venales Illuſtriſs. Epiſcopo Herbipolenſi fortè autem hic dici debet *Ephrem.*

APHRICANVS Hiſtoricus perantiquus. Vide, in verbo, Iulius Africanus.

APHRICANA. Vide, in verbo, Africanum Concilium, & in verbo, Carthaginenſe Concilium.

APIARII, qui anno 419. in Synodo Carthaginenſi in presbyterio relictus eſt, Confeſſio vltronea ingẽtium ſuorum criminum extat in Epiſtola patrum concilij Carthaginenſis ad Celeſtinum Bonifacij ſucceſſorem. Vide item res in eo Conc. geſtas.

APION Græcæ facundiæ profeſſor, & ſacrarum literarum amator, ſub Seuero Imp. ſcripſit in Hexaemeron Tractatus ſex eruditos, ſed in nonnullis à fidei regula recedentes. Vide in verbo, Appion.

APOCALYPSIS. Vide, in verbo, Ioannes Euangeliſta.

APOCALYPSIS, ſiue, quæ Beatiſsimæ Virgini, ſiue altera quæ Andreæ Apoſtolo aſcribitur ſunt apocryphę.

APOCRYPHI Scriptores magno priſcorum Patrum ſtudio vel notati, vel proſcripti ſunt, ne quis falſa pro veris, incerta pro certis hauriret, atque in Catholicorum damnum abuteretur. De Scriptoribus igitur iſtius generis, præter illa, quæ in Præfatione ad Lectorem indicauimus, quoniam è Bibliothecæ noſtræ Selectæ editione poſtrema, quæ Venetijs* prodijt, exemimus, quæ in Romana de hac re ſcripſeramus, vt hic, tãquam in proprio loco ponerentur, ideo inde hæc habe. Cum apochryphos libros dicimus, non tam ea intelligimus ſcripta, quæ cum obſcuri auctoris, & ambiguæ eſſent auctoritatis, ſacris aliquãdo voluminibus fuerunt intermixta quàm ea pręſertim, quę poſt Dominum aſcẽdentem in cœlum fuere ab incertis, atque adeo interdum ab hæreticis nomine Apoſtolorum, & piorum Theologorum euulgata.

*Colonię

Prioris generis ſunt Eſdræ, lib. quartus. Machabæorum, lib tertius, & quartus. At de his, & alijs egit præter alios Sixtus Senenſis, Sect. 3. primi lib. Bibliothecæ ſanctæ.

Secundi generis ſunt, qualia Gelaſius Pont. Max. edixit eſſe cauenda, cuius hæc verba ſunt. *Geſta, Sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confeßionũ triumphis irradiant, quis iſta eſſe Catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuiſſe perpeſſos, nec ſuis viribus, ſed gratia Dei, & adiutorio vniuerſa toleraſſe? ſed ideo ſecundum antiquam conſuetudinem ſingulari cautela in Sancta Romana Eccleſia non leguntur, quia & eorum, qui conſcripſere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis ſuperflua, aut minus apta, quam rei ordo fuerint ſcripta eſſe putantur; ſicut cuiuſdam Quirici & Iulitæ, ſicut Georgij, aliorumq́; huiuſmodi paßiones, quæ ab hæreticis perhibentur conſcriptæ. Propter quod, vt dictum eſt, ne vel leuis ſubſannandi oriretur occaſio, in Sancta Romana Eccleſia non leguntur.*

*Nos tamen cum prædicta Eccleſia omnes martyres, & eorum glorioſos agones, qui Deo magis quã hominibus noti ſunt, omni deuotione veneramur. Item vitæ Patrum Pauli, Antonij, Hilarionis, & omniũ Eremitarum, quas tamen vir beatißimus ſcripſit Hieronymus cum omni honore ſuſcipimus. Item Actus Beati Syluestri Apoſtolicæ Sedis præſulis, licet eius, qui conſcripſit nomen ignoremus, à multis tamen in Vrbe Roma Catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vſu multæ hoc imitantur Eccleſiæ. Item ſcripta de Inuentione Sãctæ Crucis dominicæ, & alia ſcripta de inuentione capitis B. Ioannis Baptiſtæ, nouellæ quidem reuelationes ſunt, & nonnulli eas Catholci legunt, ſed cum hæc ad Catholicorum manus peruenerint B. Pauli Apoſtoli ſententia præcedat, omnia probate, quod bonum eſt tenete.* Hactenus Gelaſius.

Quin & idem Gelaſius reiecit Itinerarij Clementis libros octo. Acta Andreæ, Philippi, Petri, Thomæ nominibus falſo edita; librum de Infantia Saluatoris; Alterum itẽ de

eiuſdem

Digitized by Google

eiuſdem Natiuitate; librum Paſtoris; Acta Teclæ, & Pauli, quæ Epiphanius vſurpat interdum, reuelationem Pauli: librum, qui Mariæ tranſitus inſcribitur; libellos de pœnitentia Adæ Origenis, Cypriani; Epiſtolam Ieſu ad Abagarum; Hiſtoriam demum Euſebij Pamphili, in qua retellenda (ait Canus) Gelaſius magna prudentia vſus eſt. Nã quod Rhenanus dixit, verba hec poſtrema Gelaſij non eſſe, ſed eſſe potius ab alino quodam adiecta, hoc inſolenter, imperiteq; dixit. Rationes cur Rhenanus errauerit, curque Gelaſius Euſebij hiſtoriam dixerit apocrypham, perſecutus eſt Canus vndecimo libro, qui eſt de hiſtoriæ humanæ auctoritate, c. 6. propè finem.

Et verò hoc ſeculo Cæſ. Baron. Card. & reliqui plura de ſcriptis huiuſmodi apocryphis, monuere, quæ ſi breuiſsimè huc adijcere velimus, non erit, quòd in ijs volutandis libris ſtudioſi veritatis laborent.

Sanè Tertullianus, *Si qua* (ait) *Pauli perperam ſcripta legunt exemplum Teclæ ad licentiam mulierum docendi, tingendiq; defendunt ſciant in Aſia presbyterum, qui eam ſcripturam conſtruxit, quaſi titulo Pauli de ſuo cumulans conuictum, atq; confeſſum id ſe amore Pauli feciſſe, loco excidiſſe*; ſic ille. Inſcriptus autem erat hic liber, *Periodi Pauli, & Teclæ*, continens, & baptizati *Leonis* fabulam, vt Hieronymus teſtatur, qui & ad Lætam de inſtitutione filiæ ſcribens, *Caueat*, inquit, *omnia apocrypha, & ſi quando ea, non ad dogmatum veritatem, ſed ad ſignorum reuerentiam legere voluerit, ſciat non eorum eſſe, quorum titulis prænotantur.*

Ceterum & in Synopſi Athanaſius, & ante illum Clemens Alexandrinus, li. Stromatum 2. 3. 6. 7. & Origenes in lib. Periarchon, ac de hæreſibus Philaſter, eiuſmodi apocrypha damnarunt. Hæc enim, atque eius generis alia, certum eſt ab hæreticis fuiſſe excogitata, ab Ebione in primis, qui falſa Apoſtolorum acta commentus fuerat, atque circuitus Petri corruperat, Pauliq; acta referta mẽdacijs introduxerat, vti Epiphanius in Pan. hær. 20. 30. & 47. tradit; vbi & ſcripſit, à Gnoſticis portentoſum librum fuiſſe conſcriptum de Sancta Dei genetrice Maria, & ab Encratitis productos eſſe in mediũ ad ſuam ipſorum hæreſim ſtabiliendam Actus Andreæ, Ioannis, Thomæ, ac eiuſmodi reliqua. Quod ipſum Manichæos feciſſe, ac nomine Apoſtolorum falſas conſcripſiſſe hiſtorias, Auctores ſunt Auguſtinus, lib. de fide contra Manich. & alibi. Cyrillus Hieroſolymitanus. Philaſter, & alij. At Priſcillianiſtas & ipſos innuiſſe alios Apoſtolorum Actus affirmat Oroſius, ep. ad Auguſt. de errorib. Priſcill. Vide autem Caium in Dial. diſput. Leonem, & alios.

Sed & ſexta Synodus. *Quæ*, inquit, *à veritatis hoſtibus falſæ conficta ſunt Martyrũ hiſtoriæ, vt Dei martyres ignominia afficerent, & qui eas audituri eſſent ad infidelitatem deducerent, in Eccleſia non publicari iubemus, ſed eas igni tradi: qui autem eas admittunt, vel tanquam veris his mentem adhibent, hos anathematizamus.*

Quin & Græci Epiſcopi auctoritatem ſecuti eiuſdem Synodi, accuratè, dũ viſebant Eccleſias, de conſcriptis martyrum Vitis inquirebant. Quare & Theodorus Balſamon (cuius tamen omnia ſcripta ſuo egent examine) de Nicolao Muzalo Epiſcopo ſcribit, *cum ille vitam ſanctæ Paraſceues, quæ in quodam Callicratiæ vico colebatur, à quodam vicano ineptè, ac indoctè, & ſancta angelica viuendi ratione indignè compoſitam inueniſſet, eam igni mandari iuſſit, & Diacono illi Baſilio mandauit Deo gratiam, & acceptam eius vitam conſcribere.* In Cano. 63. Synodi.

Olent porrò pleraque ſimilia apocrypha aut quæſtuoſam hominũ impoſturam (quod ſcripſit Canus) aut Hæreticorum fœtum, quod dicit Gelaſius. In eo autẽ errore cum ſæculis minus eruditis Mundus verſaretur, Gratianus quoq; impegit, vt librorũ deceptus indicibus, crederet omnia quæ Hieronymi, & Auguſtini nominibus inſcripta erant, Hieronymi, & Auguſtini verè etiam eſſe. Sic Hieronymi nomine vulgus circumferebat, cum paucisſimas tamen Patrum Vitas ille ſcripſerit, quæ etiam hoc loco ferè à Pontifice reſerũtur. Gelaſij itaq; teſtimonio error retunditur eorum, qui harum rerum auctorem Hieronymum peruulgarunt. Huius generis etiam eſt ſcriptum illud De Natiuitate Sãctæ Mariæ ad Chromatium & Heliodorum Epiſcopos. Sed hæc Marianus Victorius Epiſcopus Reatinus recognitis abs ſe Hieronymi libris, ſatis accuratè preter alios plures obſeruauit, quod in verbo, Hieronymus Stridonenſis, erit fuſius attingendum.

Poſtremò id adiecerim, circunſpectiſſimè agendum eſſe, quotieſcunque in nouas eiuſmodi hiſtorias (ſi hiſtoriæ dicendæ ſint) aut quæ dicuntur Reuelationes, inciderimus. Multa enim non tam pro ſpirituali Eccleſiæ ædificatione, quam pro hominũ affectu promuntur, quæ hæreticus ſubſannandi, cordatis dubitandi, pijs lacrymandi occaſionẽ præbent. Itaque & qui res exaggerant, nec Sanctorum, vel Sanctarum Vitas ſcribunt qua ſynceritate decet, ij maximè incommodant Eccleſiæ: vtiq; miraculis & exemplis faciunt, ne fides, quæ ijs debetur, adhibeatur.

Reliqua huius generis cerni poterunt in Melchioris Cani libr. vndecimo Locorum

com-

communium; in Roberto Card. Bellarmino; in Sixti Senenſis Bibliotheca Sancta; in Tomo potiſsimum primo Annal. Cæſaris Card. Baronij, in hoc noſtro Apparatu, varijs in locis.

APOLLINARIS. Vide, in verbo, Sidonius Apollinaris. Qui quidem cum ſcripſerit Scholia in Pſalmos iuxta editionem ſeptuaginta, licet commendetur à quibuſdam, eſt tamen circumſpectè legendus.

APPOLLINARIVS Hierapolita, qui fuit Hiſtoriographus, & Hierapolis, quæ ciuitas erat in Aſia, Epiſcopus, ſcripſit Græcis de Religione, ſiue de recto Cultu, & Veritate. Floruit Imp. M. Antonino Vero. Dignus pretio Vir, & dictione æſtimabili vtens. Dicuntur autem ipſius alia quoque extare commentaria veneranda, in quæ non incidimus. Ita Photius in Græca ſua Bibliotheca. At Hieronymus in Catalogo ſic habet. *Apollinarius Aſiæ Hierapolitanus Epiſcopus ſub Imp. M. Antonio Vero floruit, cui & ſigne volumen prò ſide Chriſtianorum dedit. Extant eius, & alij quinque aduerſum gentes libri, & de Veritate duo; & aduerſum Cataphrygas tunc primum exortos cum Priſcilla, & Maximilla inſanis vatibus, incipiente Montano.* Sophronius item qui Hieronymi catalogum, vertit in Græcum, & editio vulgata, habent *Appollinarius*: quem alij ſcribunt, *Appollinaris*. Codex Gemblacenſis m. s. in Belgio habet *Apollinaris; & de Veritate, duo.* Codex m. s. Sigebergenſis habet, *Libri tres de Veritate, duo aduerſus.* vt obſeruauit Suffridus Petrus. Vide verò, quæ de eodem Apollinario, ſiue Apollinari Euſebius li. 5. c. quintodecimo, aduerſus Montanum.

APOLLINARIVS, ſiue Apollinaris Laodicenus tam Pater, quàm filius, eodem hoc nomine appellati, vt conſtat è Sixto Senenſi, qui alterem, hoc eſt Patrum, *Antiquiorem*, alterum, hoc eſt Filium, *Iuniorem*, vocat. Verùm Hieronymus in catalogo nomẽ *Patris* ſubticuit, nec de alterutro quidquam in eo indicat, vnde errores ipſius, ſiue vtriuſque intelligi poſſint. Sic autem inquit: *Apollinarius Laodicenus Siriæ Epiſcopus, Patre presbytero magis Grammaticis in adoleſcentia operam dedit, & poſtea in ſanctas Scripturas innumerabilia ſcribens ſub Theodoſio Imperatore obijt. Extant eius aduerſus Porphyrium triginta libri, qui inter cetera eius opera, vel maximè probantur.* Idem, atque adhuc paucioribus verbis inquit Honorius in ſuo catalogo, qui quem Hieronymus *Apollinarium*, appellat *Apollinarem*, quemadmodum & codex Gemblacenſis habet. Ac tamen, vt ad Hieronymum redeam, is, quod in catalogo non fecit, alibi præſtitit: qui in Apologia contra Ruffinum, & in Epiſtolis 65. & 152. ſcribit conatum eũ fuiſſe Diuinorum librorum tranſlationes omnes in vnum aſſuere, quod tamen opus à Hieronymo probatum non eſt. Addit, ſe Appollinaris in Prophetas, & in Matthæũ Cõmentarios ita legiſſe, vt delectu habito è ſtercore aurum ſeligeret. Certè Baſilius, & reliqui Apollinarem, dum adhuc ſuos errores haud depromſerat, in honore habebant, ſed deinceps agnitus, atque à Damaſo in Concilio Romano, vti & poſtea in Antiocheno, dãnatus, factus eſt in opprobrium catholicis omnibus. Quare & à Baſilio Epiſtola 74. arguitur, quòd nimia facilitate ſcribendi vteretur, cum ſecundum Eccleſiaſten in multiloquio non deſit error: quòd item ad Theologiam ſpectantia non è Scripturæ probationibus, ſed ex humanis argumentis aſtrueret, quod ſcripſerit de Reſurrectione quædam fabuloſè, immò Iudaicè, quòd improbè ſenſerit de Incarnatiõe Domini. Anathematiſmos autem aduerſus eum, à Romano Concilio, à Greg. Nazianzeno, atque à Theodoreto, vide in verbo, Romanum Concilium.

Theod. lib. 4. fabularũ hæreticarum.

Atqui Vincentius Lirinenſis de eo accidiſſe ait, vt quem populi quaſi arietem gregis ſequebantur, eum deinceps, vt Lupum, fugere cœperint. Quę eo magis neceſſaria ſcitu cẽſuimus, quod adhuc quædam illius extant, qui Polemianos, & Apollinariſtas hæreticos ſui ſectatores reliquit, à quibus turbatus eſt Oriens; & ſi qui Philoſtorgij de illo hiſtoriã, aut quæ Sixtus Senenſis affert, legerint, præcaueant, quod cauendum eſt. Ac Suidas quidem vbi de illo pauca enunciauit, Philoſtorgij verba ſubdit, quæ ſic habent. *Apollinaris, ex Laodicæa Syriæ, temporibus Conſtantini, & Iuliani Parabatæ vſque ad Theodoſium Maiorem, æqualis Gregorij, & Baſilij Cappadocum illorum admirabilium. Fuit autem notus vtrique, & Libaneo Sophiſtæ, & alijs. Hic non modo Grammaticus, & Poëta dexter, ſed multo magis etiam in Philoſophia fuit exercitatus, & orator inſignis. Saluta Oratione contra Impium Porphyrium, ſcripſit libros 30. & verſibus heroicis totam Hebræorum ſcripturam perſecutus eſt. Epiſtolas item ſcripſit, & multos in ſacram Scripturam commentarios.*

Suidas, & Philoſtorgius quid de Apollinari.

Appollinaris etiam Philoſtorgius in ſua hiſtoria mentionẽ fecit hoc modo: *Apollinaris* (inquit) *ijs temporibus Laodiceæ Syriæ florebat, & Baſilius Cæſareæ Cappadociæ, & Gregorius Nazianzeni, qui eiuſdẽ Cappadociæ locus eſt. Hi tres viri tũ Homouſion cõtra Heterouſion defendebant, longo interuallo ſuperiores ijs omnibus, qui & prius, & poſt ad meã vſque ætatẽ cauſam eandẽ egerunt, vt puer præ ijs iudicaretur Athanaſius: Nã & in profanis hi literis maximos progreſſus, & ſacræ Scripturæ lectione, ex promptaque memoria magnum habebant vſum, præſertim Apollinaris, qui & Hebræam linguam intelligeret: Atque, etiã*

quilibet

*quilibet eorum in genere plurimum ſtylo valebat, Apollinaris ſcribendis commentarijs longè præſtabat; Baſilius in genere demonſtratiuo erat ſplendidiſſimus, Gregorij autem cum vtroq; comparata oratio, altiorem tenebat locum. Nam & Apollinari dicendo vberior, & Baſilio grauior erat. Cum autem tanta eſſent, & dicendi, & ſcribendi præditi facultate, ijs etiam fuere moribus, quibus oculi multitudinis maximè allicerentur. Itaq; & aſpectu, & oratione, & ſcriptis paſſim editis in ſuam ſententiam, & familiaritatem pertrahebant omnes, qui vlla ratione pertrahi commodè poterant.* Hæc de ijs obiter Philoſtorgius Arianus ſcripſit. Sed Sixtus Senenſis in hunc modum: *Apollinarius antiquior, in Laodicena Syriæ Eccleſiæ presbyterij dignitatem adeptus, Græcarum literarum Doctor, & Grammaticæ artis profeſſor, genere fuit Alexandrinus. hic primum Berythi docuit, deinde Laodiceam migrauit: ibiq; vxore ducta, filium Apollinarium habuit, eiuſdem poſtea Eccleſiæ Epiſcopum: cumq; multis annis vixit, ſacra Communione interdictus à Theodoro Laodiceno Epiſcopo, & à Gregorio eius ſucceſſore, vel quod cum his nollet conuenire, qui filium Dei Homouſion, & non Homiuſion docerent, vel quòd Epiphanio Sophiſtæ, cuius erat nomen Chriſtianis ſuſpectum, & Epiſcopis odioſum nimia familiaritate iunctus eſſet. Cum igitur Iulianus Apoſtata legem tuliſſet, qua Chriſtianis omnes Græcas diſciplinas, & inſtitutiones vetabat, affirmans non decere, eos ab his doctrinis vtilitatem capere, quas ipſi pro fabulis traducerent, & quas inde petitis armis oppugnarent, Apollinarius vniuerſum ferè vetus, ac nouum teſtamentum varijs carminum generibus elegantiſſimè reddidit, vt pueri, pro Græcis diſciplinis illa diſcentes, & Græcæ linguæ, & carminum peritiam conſequerentur. Feruntur autem ſacra ipſius poemata nominatim fuiſſe talia.*

*Ab exordio mundi vſq; ad regnum Saulis, heroici carminis libri vigintiquatuor, ſinguli ſingulis vigintiquatuor alphabeti literis inſcripti, ſecundum Homericam conſuetudinem.*

*A morte Saulis vſque ad finem Veteris Teſtamenti, variarum hiſtoriarum libri viginti, partim Lyrico metro ad formam Pindari, partim in morem Comœdiarum Menandri, & Tragœdiarum Euripidis elaborati.*

*Encyclicarum lectionum, hoc eſt, earum, quæ per anni circulum ex vtroq; Teſtamento in Eccleſia leguntur, libri duo, omni carminum varietate diſpoſiti.*

*Paraphraſeos in Pſalterium liber vnus, quæ nuper hexametro verſu impreſſa ſic incipit,*

Ὄλβιος, ὃς πεπόρευται δυσσεβέων ἐνὶ βουλῇ, hoc eſt.

*Felix, qui non adijt impiorum Concilium.*

*His poematibus vſi ſunt Chriſtiani in locum Homeri, & aliorum Poëtarum, donec Iouinianus, Auguſtus legem ſtatuit, vt Chriſtiani literis gentium imbuerentur, quo facilius gentilium errores expugnarent, aduerſus ipſos ipſorum armis vtentes.* Sozomenus, li.5. hiſtoriæ, de Apollinaris laborib. iudiciũ ita protulit *Appollinarius paruo tẽpore lucubrationes cõpoſuit, numero, virtute, conſcriptione, Charactere & diſpoſitione antiquis Græcis valde pares, & niſi vetuſtate homines honorarent, & quæ ſunt in vſu, grata crederet (vt ego reor) æqualia Veteribus Apollinaris Opuſcula decreuiſſent.* Vixit an. Do. 360. Sequitur verò Sixtus. *Apollinarius Iunior Laodicenæ Eccleſiæ in Syria diuinarum ſcripturarum Lector, & poſtea Epiſcopus, Apollinarij Senioris eiuſdem Eccleſiæ presbyteri filius, ab ineunte ætate Oratorijs artibus, quarum poſtea profeſſor fuit, nobiliſſimè imbutus eſt ab Epiphanio clariſſimo eius ſæculi Sophiſta: ob cuius etiam intimam conſuetudinem conſortio fidelium diu interdictus fuit à duobus Eccleſiæ ſuæ prædeceſſoribus Epiſcopis, Theodoro videlicet, & Gregorio. Sed cum Iulianus Imperator Græcarum literarum ſtudia Chriſtianis inhibuiſſet; ille, relicto Epiphanio, ſe totum ſacris literis addixit; in quibus cum & acumine ingenij, & aſſidua exercitatione breui tempore plurimum profeciſſet, Euangelica primum, & Apoſtolica dogmata ad formam Dialogorum iuxta Platonis exemplum apud Græcos redegit, hac arte Imperatoris aſtum eludens; deinde maiora aggreſſus, tantam edidit pro Chriſtiana fide voluminum multitudinem, vt rectè de eo D. Baſilius dixerit, Apollinarium repleuiſſe libris ſuis vniuerſum Orbem terrarum.* Hieronymus verò eius in diuinis litteris diſcipulus, teſtatur eum ſcripſiſſe in omnes ferè ſanctos libros non aſpernanda quidem commentaria, ſed tanta breuitate perſtricta, vt magis quaſdam expoſitionum notulas, quàm expoſitiones ipſas annotauerit. Sic enim ait: *Expoſuit omnia, vt vniuerſa tranſcurrat, & punctis quibuſdam, atq; interuallis, imò compendijs, grandis viæ ſpatia præteruolet, vt non tam commẽtarios, quàm indices, capitulorum collegiſſe videatur; vnde ob nimiam breuitatem, ſenſus magis tangentem, quàm explicantem, Lectorem ad perfectam intelligentiam ducere non potuit: quòd & ipſe agnoſcens, cum iam ſenior eſſet, rogantibus amicis Commentarios dedit in aliquot Prophetas aliquanto fuſiores ab his, quos iuuenis in eoſdem Prophetas perſtrinxerat.*

Scripſit quoque aduerſus inſanum Porphyrium libros triginta, cæteris eius Operib. omnium iudicio ſuperiores, inter quos grande volumen, hoc eſt vigeſimumſextum librum compoſuit pro defenſione libris Danielis: aduerſus quem Porphyrius duodecimũ librum de quindecim libris, contra Sanctas Chriſtianas Scripturas à ſe editis, conſcripſerat. Secutus eſt autem in expoſitionibus ſuis, aliquando Symmachi verſionem, aliquãdo vero editionem quandam ex omnibus editionibus à ſe ipſo conflatam: de qua Hieronymus in ſecundo contra Ruffinum libro, APOLLINARIVS, inquit, *bono quidem animo, ſed*

*non ſecundum ſcientiam de omnium tranſlationibus in vnum veſtimentum pannos aſſuere conatus eſt, & conſequentiam ſcripturæ non ex regula veritatis, ſed ex ſuo iudicio texere.* & iterum in commentarijs duodecimi Capituli Eccleſiaſticis, LAODICENVS, ait, *Symmachi interpretationem ſecutus, nec Iudæis placere poteſt, nec Chriſtianis, dum & ab Hebræis procul eſt, & Septuaginta interpretationem ſequi dedignatur.* Accuſatus eſt etiam Apollinarius à multis non cõtemnendi nominis ſcriptoribus, quod in errore fuerit Millenariorum, quòd in Trinitate introduxerit *magnum, maius, maximum*, ſpiritum ſcilicet appellans *magnum*, filium *maiorem*, patrem verò *maximũ*: Quod item de Chriſti Incarnatione non rectè ſenſerit, exiſtimans eum carnem attuliſſe de cœlo, & rationali anima caruiſſe, ſupplente Diuinitate rationalis partis officium. Sed, cum plerique grauiſsimi auctores, inter quos Theophilus Alexandrinus Epiſcopus, eius nomini maximè infenſus, referant illum Arianos, Eunomianos, Origeniſtas, multaſque alias hęreticorum ſectas multis voluminibus euertiſſe, credibile eſt (inquit Sixtus Senenſis) has hæreſes à diſcipulis ſuis excogitatas; qui, vt eis fidem conciliarent, magiſtro impoſuerunt, quod ipſi (vt Epiphanius in tertio Panarij libro teſtis eſt) neque ab ipſo didicerant, neque audierant. Vixit ſub Gratiano Auguſto anno Domini 380.

APPOLLONIVS Painus Bononienſis, ord. Seruorum, pręter munera, quibus functus eſt in adminiſtranda ſua Prouincia, inſignis concionator, edidit Italicè Sermones *Ragionamenti* ſcripturales in Canticum Ezechiæ, qui Venetijs prodierunt in lucem apud Ioan. Baptiſtam Ciotum, an. 1601. At & prę manibus habet librum, quem pręnotauit Academiã Animalium, per ſeriem Alphabeti, De virtutibus, & vitijs. Animalium enim naturas, ſiue inſtinctus ita notat, vt vniuſcuiuſq; ingenium (vt ita dicam) aptet eidem, de quo agit, argumento. Idq; cum è Philoſophis, atque alijs eiuſmodi ſcriptoribus faciat, tum præcipuè è Diuinis ſcripturis comprobat.

APOLLINARIVS Romanæ Vrbis Senator, ſub Commodo Principe à ſeruo Seuero proditus, quòd Chriſtianus eſſet, *impetrato*, vt rationem fidei ſuæ redderet, inſigne Volumen compoſuit, quod in Senatu legit, & nihilominus ſententia Senatus pro Chriſto, capite truncatus eſt, veteri apud eos obtinente lege, abſque negatione nõ dimitti Chriſtianos, qui ſemel ad eorum Iudicium pertracti eſſent. Hæc Hieron. in Catal. quæ & Honorius, ſed breuius. Vixit an. Domini 190. vt habet Tritemius, ſed vt habet Baro. Car. mortuus eſt ann. 189.

Ceterum, quod Hieronymus habet, *imperato*, Sophronius vertit ἐπιτατὲις. Lipſius ex Hildeſſemenſi m.s. cod. legit *impetrato*, cui conſentiunt cod. m.s. Gemblacenſis, & Martinenſis, eamque lectionem Tertullianus probat, ex quo Hieronymus hanc hiſtoriam videtur eſſe mutuatus. Suffridus Petrus.

APOLLONIVS (ait Hieron in Catal.) vir diſertiſsimus ſcripſit aduerſus Montanum, Priſcillam, & Maximillam inſigne, & longum Volumen, in quo aſſerit Montanum, & inſanas vates eius periſſe ſuſpẽdio, & multa alia, in quibus de Priſcilla, & Maximilla refert, dicens: *Si negant eos accepiſſe munera, confiteantur non eſſe Prophetas, qui accipiunt: & mille hoc teſtib. approbabo: Sed & ex alijs fructibus probantur Prophetæ. Dic mihi, crinẽ fucat Prophetes? ſtybio oculos linit Prophetes? veſtibus & gemmis ornatur? Prophetes tabula ludit, & teſſeris? Propheta fœnus accipit? Reſpõdeant, vtrum hoc fieri liceat an non, meum eſt probare, quod fecerint.* Dicit in eodem libro quadrageſimum eſſe annum, vſque ad tempus, quo ipſe ſcribebat librum, ex quo hæreſis Cataphrygarum habuerit exordium: Tertullianus ſex Voluminibus aduerſus Eccleſiam editis, quæ ſcripſit περὶ ἐκστάσεως, ſeptimum propriè aduerſus Apollonium elaborauit, in quo omnia, quæ ille arguit, conatur defendere. Floruit autem Apollonius ſub Commodo, Seueroq; Principibus. *Ita* (ſed breuius) *Honorius in Catalogo.* Vide To. 2. Baronij Card. ſub an. 189.

APOLLONIVS Tyanęus non hic ponitur, quaſi fuerit Chriſtianus, aut aliquid boni ſcripſerit, ſed vt qui in eius vitam à Philoſtrato conſcriptam inciderit, declinet venenũ hominis Ethnici perfidi, & quo Diabolus connixus eſt vti ad nomẽ Chriſti Domini eximendum ex hominum cordibus. Vide Bibliothecam noſtram ſelectam. Apparatum itẽ noſtrum ad hiſtorias Venetijs editum, ac Baronij Card. 1. & 2. To. Annal.

APOLOGETICVS Gregorij Nazianzeni de fuga ſua. Vide in Verbo, Gregor. Nazianzenus.

APOLOGETICVS ad Germanos. Vide, in verbo, Villhelmus Lindanus, ſiue Gulielmus Lindanus.

APOLOGETICVS pro defunctis. Vide, in verbo, P. Bacherus.

APOLOGI Creaturarum Antuerpiæ excuſi ſumptib. Ioan. Keerbergij, an. 1592. ignoti ſunt mihi cuius nã ſint Auctoris, aut quales, ſiue quò collineẽt, morale (puto) aliqd ſapiũt.



Digitized by Google

APOLOGIA Athanaſij pro fuga ſua. Vide, in verbo, Athanaſius.

APOLOGIAE variorum Scriptorum videndæ in verbo ipſorum auctorum, quorum ſinguli ſunt poſiti ſuo loco huius Apparatus; quales ſunt Apologia Tertulliani, pro Origene, in verbo, Tertullianus. Iuſtini Martyris pro Chriſtianis, in verbo, Iuſtinus Euſebij, ſiue Pamphili pro Origene, in verbo, Euſebius. Ruffini pro eodem Origene, & eius dogmatibus, in verbo, Origenes. Nam & ibi illius ex Photij Bibliotheca mentio fiet. Cōſtantini Imp. pro fide Catholica, in verbo, Conſtantinus. Ita Arnobij Apollinaris Hierapolitani Epiſcopi, Apollonij Senatoris, Athenagoræ, Melitonis, Minutij Felicis, Quadrati Epiſcopi Athenarum, Hieronymi contra Ruffinum. Recentiorum item omnium, ſiue qui ordines Religioſos defenderunt, ſiue catholicam Religionem, ſiue quælibet alia ad Eccleſiam, ſpiritualiaq; munera, ſpectantia, in verbo eorum, qui eas ſcripſere, vel illorum pro quibus laborem eiuſmodi ſuſceperunt. Sicuti & Apologia de reditibus Eccleſiaſticis in verbo, Martinus ab Azpilcueta Nauarrus. Et Apologiæ Socie. Ieſu, in verbo, Societas Ieſu.

APOPHTEGMATA aliqua SS. Antiquorum Patrum, Antonij, Arſenij, Geruntij, Abbatis Io. Colobij, Abbatis Paſtoris, Ammæ Sarræ Abbatiſſæ, S. Benedicti, vide ad calcem Secundi Tomi operum Ephræm in Latinum conuerſi à Gerardo Voſſio, & Romæ editi ann. 1593. Quin & edita ſunt hac inſcriptione Apophthegmata Sacra inſigniora ex Sacra Scriptura & Patrum ſcriptis collecta. Apud Soc. Venetam, in fol. an. 1603.

APONIVS, vir in ſacris literis diſertiſſimus, ſcripſit in Canticum Canticorum, iuxta ſeptuaginta editionem ad Armenium presbyterum, libros ſex, in quibus allegorico ſenſu Chriſti & Eccleſiæ nuptias exactè deſcripſit. Quos Lucas, Abbas Montis S. Cornelij in epitomen contraxit. Sed & Angelomus Monachus, in Stromatis Canticorum, à ſe editis, locos plurimos ex his decerpſit, non diſſimulato auctoris nomine. Operis initium eſt, *Magno quidem illo beatitudinis exemplo.* Claruit ſub Ludouico Imper. anno ſalutis noſtræ 810. Sixt. Senenſis.

APPION, ſub Seuero Principe, in Hexaemeron tractatus fecit Hieron. in Cata. Honorius autem in ſuo, vocat *Appium,* vixit ann. Dom. 200. Sixtus autem Senenſis ſcribit vnico P. *Apionem.*

APRIGIVS Hiſpanus, Pacenſis Ciuitatis in Hiſpania Epiſcopus, in ſæcularibus doctus, & eloquens, & ſanctarum ſcripturarum ſuo ſæculo peritus, edidit ſub Iuſtiniano Auguſto circiter annum Domini 530. in Canticum Canticorum, & in Apocalypſim Cōmentarios. Claruit temporibus Theodi principis Gothorum. Tritemius hunc vocat *Aprigium:* quem alij *Apiugum:* & floruiſſe, ait, tempore Theodoti Regis Gothorum, ſub Iuſtiniano magno. Honorius vocat *Aprigum.* Excuſus codex, *Aprugium:* Pro *Tendi,* idem habet, *Theodi.* Sigesbergenſis codex habet, *Teudi.*

APOSTOLORVM Acta. Vide, in verbo, Lucas Euangeliſta.

APOSTOLORVM nomina, & Vitas compendiarias Dorotheus Epiſcopus Tyri in ſua Synopſi: de quo tamen Dorotheo vide, in verbo, Dorotheus, & in verbo, Abdias.

APOSTOLORVM primum Concilium, Canones in eo editos, Epiſtolam Synodicā, Conſtitutiones, quas vocant, Apoſtolicas, Lucas in Actis, Clemens in octo libris Conſtitutionum Apoſtolicarum, plerique alij Patres, & Synodi commemorarunt. Noſtra ætate viri inſignes, varia de ijs obſeruarunt, vel qui mandato Grego. XIII. Pont. Max. Decreta Gratiani emendarunt, vel Franciſcus Turrianus noſter, tum aduerſus Magdeburgenſes, lib. 1. c. 15. tum vbi laborauit pro Canonibus Apoſtolorum, & vbi Scholia cum præfatione, Clementis conſtitutionibus Apoſtolicis adtexuit. Sed de Turriano nonnihil etiam videbis in verbo, *Clemens Romanus.* Acceſſere præter alios Robertus Bellarminus, & Cæſar Baronius Card. Hic autem Tomo Annalium primo, ſub anno 51. Acta Apoſtolorum, in quibus agitur de ipſo Concilio, declarat; ſed & Tomo Annalium ſecundo, ſub anno 102. de ijſdem Canonibus diſſerit, verſionem à Dionyſio Exiguo, quem Caſſiodorus maximè commendat, è Græco Latinam factam, numerum canonum tantum quinquaginta, demonſtrant. Sanè verò codicis canonum Apoſtolicorum mentio fit à Nicolao Papa, Cap. *Si Romanorum, diſt. 19.* Et ab eodem Nicolao ibidem, & à Leone IIII. cap. de libellis, diſt. 20. maximè auctoritatis eſſe dicitur, quoniam canonibus in illo contentis, Romani Pontifices in magnis cauſis dijudicandis vterentur. Huius verò codicis canonum exemplar teſtantur emendatores illi Decretorum Gratiani extare in Bibliotheca Vaticana, & eūdem codicem eſſe editum Moguntiæ, an. 1525. quod ex collatione cum alio exemplo videntur probare. Ceterum inter priuatos collectores, qui multo plura congerere ſtuduerūt, perantiquus eſt Iſidorus, cuius collectio protenditur canonibus Apoſtolorum vſque ad



Digitized by Google

concilium Hiſpaléſe ſecundum, habeturq; in duobus codicibus Vaticanæ Bibliothecæ: & in vno monaſterij Dominicani Sanctæ Mariæ ſupra Mineruam. Atqui, quod Gelaſij cenſura in Concilio Romano de libris apocryphis habet, librum Canonum Apoſtolorum adnumerari inter apocrypha, inde fortaſſe accidit, inquit Baronius Card. quod abſque Clementis nomine plerumque inſcripti reperirentur. Ac licet in Græcis codicibus eo modo, quo diximus, titulus Clementis eſſet inſcriptus, tamen quòd certa ratio, ac per-
To. 2. Annal. ſub ann. 102. ſpicua demonſtratio efferri nõ poteſt, eos ab ipſis Apoſtolis eſſe ſtatutos, Dionyſius Exiguus rogatus non à Stephano Papa, vt opinatus eſt Sixtus, ſed vt habet Caſſiodorus, à Stephano Epiſcopo Salonitano, eiuſmodi operi præpoſuit inſcriptionem hanc. *Incipiũt Ec-*
Caſſiodor. de Diuina lect. 1 *cleſiaſticæ regulæ Sanctorum Apoſtolorum prolatæ per Clementem Eccleſiæ Romanæ Pontificem: quæ ex Græcis exemplaribus in ordine primo ponuntur, quibus quamplurimi quidem facilem conſenſum non præbuerũt, & tamen poſtea quædam conſtituta Pontificum ex ipſis Canonibus aſſumpta videntur.* Hæc Dionyſius apud Creſconianam collectionem. Habet autem eadem verba idem auctor in ipſa Epiſtola ad Stephanum Epiſcopum Salonitanum ſcripta, quam editioni ipſorum Canonum Apoſtolicorum præfixit: mirandum vt non ſit, ſi Gelaſius, qui eadem fermè vixit ætate, eundem commẽtarium notet apocryphum: ſiquidem, ſi in omnibus certum, exploratũq; eſſet, & ipſa omnia ab Apoſtolis fuiſſe ſtatuta, planè inter agiographa, interque ipſos canonicos Diuinæ Scripturæ libros recenſenda fuiſſent, quòd inconſultè nimis feciſſe re-
Damaſc. libr. 4. de fide Orthod. c. 18. prehenditur Damaſcenus, dum libros canonicos recẽſens poſt librum Apocalypſis, mox ſubdit. *Canones deniq; Sanctorum Apoſtolorum per Clementem concinnati.* At Bellarminus Card. *Non ſine cauſa* (inquit) *Gelaſius* diſt. 15. Can. *Sancta Romana Eccleſia, poſuit propter aliquos, vel corruptos, vel additos ab Hæreticis.* Epiphanius autem in hæreſi Audianorum ait: *Apoſtolicas Conſtitutiones quidem non ab omnibus recipi,* ac tamen addit, *in eis nihil niſi verum, & ſanum contineri.*

Qui verò Apoſtolorum Canones, dicuntur ſextæ Synodi, non ſunt verè Sextæ Synodi, ſed cuiuſdam alterius Concilij poſtea celebrati, quod Summus Pont. Sergius, qui tũc ſedebat, non ſolum non approbauit, ſed etiam reprobauit, vt patet ex Beda in lib. de ſex ætatibus, in Iuſtiniano. Vide fuſiùs Bellarm. Card. lib. 1. de verbo Dei, ca. 20. To. 1. & vbi nos de ipſa Synodo agimus in hoc Apparatu.

APOSTOLORVM porrò Symbolũ extat, quòd vniuerſa recitat Eccleſia, de quo Ruffinus in expoſitione Symboli apud Cyprianum. Vide item To. 3. Ann. Card. Baronij.

APOSTOLORVM autem Miſſam cum omnibus cerimonijs, ſiue ritibus, quibus eo tẽpore vtebantur, inuicem eſſe aiunt m.s. duobus folijs comprehenſam, in monte Sancto Granatæ, & cum alijs operibus, ſiue ſecunda parte libri de Prouidentia Dei, miſſa eſt nouiſſimè ad Clementem IX. Pont. Max. ex Hiſpanijs. De qua quid ſentiendum ſit, tempus indicabit.

Sed & Apoſtolorum Acta, m.s. etiã in lingua Armenica extabant in Bibliotheca Car. Sirleti, quæ nunc eſt Aſcanij Card. Columnæ.

APOSTOLORVM, item in alia ſcripta, quæ quidem Apocrypha cum ſint, Actus, Doctrinam, Euangelium, quod inſcribitur ſecũdum duodecim Apoſtolos, ſortes, vitas, quæ ſub Abdiæ nomine prodiere, reuelationes; item qui dicũtur Apoſtoli Magni, & Apoſtolicus liber, qui à Marcione Hæretico collectus eſt è teſtimonijs Epiſtolarum Pauli, adulteratis, & mutilatis multis; atque Apoſtolorum Itineraria quædam fidè habeant, aut quęnam reijcienda ſint, vide Leonem Papam IX. contra epiſt. Niceti Abbatis, & antea Epiphanium in 3. libro Panarij, Ruffinum in Præfatione expoſitionis in Symbolum Apoſtolorum, Gelaſium, diſt. 15. Iſidorum in Decretis diſtin. 16. Auguſtinum in libro de Fide contra Manichæos, Hieronymum in lib. de viris Illuſtrib. & lib. 3. aduerſus Pelagianos, Oroſium in epiſt. ad Auguſtinum, quintam Actionem, ſecundi Concilij Nicæni, Concilium Braccarenſe Canone 17. Iacobum Archiepiſcopum Genuenſem in libro annuarum ſollemnitatum, Petrum Epiſcopum Equilinum, lib. 9. Catalogi Sanctorum, Caium Origenis diſcipulum, in Dialogo Diſputationum ſuarum: de quibus omnibus agit Sixtus Senenſis, ſecundo libro Bibliothecæ ſuæ ſanctæ in verbo, APOSTOLI. At & deinceps ſedulo in hoc ipſum incubuit Cæſ. Car. Baron. primo Annalium ſuorum Tom. ſub annum 44. Nam hi duo AVCTORES, Sixtus, & Baronius pene erunt pro omnibus, ne quis fruſtra alibi conterat tempus.

## A Q

AQVILA, Rabbi Akibæ diſcipulus (vt inquit Sixtus Senenſis) ſecundus Diuinorum voluminum ſiue Bibliorum Græcus interpres, curioſus, & non omnino rectè diligens,

natio-

natione Ponticus, patria Synopæus, vir vtriuſque Matheſeos peritus, & ob id Hadriano Auguſto charus; à quo etiam cõſtitutus eſt præfectus operum ad extruendam vrbem Hieroſolymam, à Tito dirutam, hic, inquam, cùm illa inſtaurata. Diſcipuli Apoſtolorum in ea Euangelium prædicaret, in Chriſtum credidit, & baptizatus eſt. Sed, cùm nimium Genethliacis intentus, quotidie geniturarum poſitiones inſpecto naſcentium horoſcopo, deſignaret, atque ob id à Patribus increpatus non deſiſteret, ſed potius ſeſe eis contumelioſè opponeret, ab ijſdem de Eccleſia pulſus eſt: quàm ille ignominiam vltra quam dici poteſt grauiter ferens, abnegato Chriſtianiſmo, proſelytus efficitur, & apud Iudæos circunciditur, breuique edoctus Hebræorum linguam, interpretatus eſt Græcè Diuinas ſcripturas de verbo ad verbum, irruens in Septuaginta duorum Interpretum tranſlationem, vt nonnulla teſtimonia de Chriſto in ſcripturis prolata, & ab eis tranſlata aliter ederet, ſicque acceptam confuſionem vlciſceretur. Eius editio, vt Hieronymus in principio Hebraicarum Quæſtionum, & Seuerionus Gabalenſis Epiſcopus in exordio Hexaemeron annotarunt, hoc habebit initium: Ἐν κεφαλίδι ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν. ἡ δὲ γῆ ἦν κενότης, καὶ οὐδὲν hoc eſt: *In capitulo, vel, in ſumma fecit Deus cælum, & terram: terra verò erat inanitas, & nihil.*

Vixit, vt Epiphanius ſcribit, ſub Hadriano Auguſto ann. Domini 120. vt autem Hieron. in tertio Commentario Eſaiæ autumat, multis annis ante vltimam captiuitatem Iudaicam.

AQVILEIENSE Concilium, an. 431 vbi 32. Epiſcopi virtute ſublimes, inter quos S. Ambroſius ex Africana Eccleſia Catholica Legati 2. Felix, & Numidius: ex Gallijs Narbonenſi, Viennenſi, & Lugdunenſi Legati 3. & alij. Fuit eius Synodi vnica tantum Actio vna die à prima hora vſque ad Horam ſeptimam aduerſus Palladium, & Secundianum hæreticos, in qua Anathema dixerunt omnibus ſecundum Arium ſentientib. Vide Baro. Car. To. 4. ſub annum 430. ſed & in verbo, Ambroſius, in hoc Apparatu.

AQVILEIENSIS Synodus Prouincialis noſtro tempore; cui præfuit Franciſcus Barbarus Patriarcha Aquileienſis. Vndecim verò Epiſcopi interfuere, clerus item multus. Actum eſt de præcipuis rebus Synodi Tridentinæ conferendis in vſum. Exitumque fauſtum habuit, quod ipſi vidimus.

AQVISGRANENSE Concilium Leone Papa III. celebratum Carolo Magno procurante, num de proceſsione Spiritusſancti canenda eſſet illa additio in Eccleſijs FILIOQVE ad Symbolum Nicænum, ſiue Conſtantinopolitanum. Vide Smaragdi ad Carolum Epiſtolam, in qua ipſa acta inſeruntur hac prænotatione. *Ratio, quæ habita eſt de Symbolo fidei in Secretario B. Petri inter Dominum Leonem Sanctiſſ. & Coeuangelicum Papam Vrbis Romæ, & Bernardum, atque Ieſſe Epiſcopos, ſiue Addhardum Abbatẽ miſſos Domini Caroli Imperatoris per indictionem ſecũdam.* Quæ acta à Frontone Ducæo Societatis noſtræ ex Codice ſcripto Antonij Auguſtini Epiſcopi Hiſpani deſumpta, ſuis Annalibus intexuit Car. Baronius, 9. Tom. ſub annum 862.

AQVILIVS Seuerus, (vt Hier. in Cat. habet) in Hiſpania, de genere illius Seueri, ad quẽ Lactantij duo Epiſtolarum ſcribuntur libri, compoſuit volumen, quaſi ὁδοιπορικὸν totius ſuæ vitæ ſtatum continẽs, tàm proſa, quam verſibus, quod vocauit καταστροφὴν, ſiue πεῖραν, & ſub Valentiniano Principe, obijt. vixit ann. 370. Eum autem vocat Honorius *Achilium*, cui conſentit cod. m. s. Viridis Vallis. Reliqui noſtri habent, *Acilium*, vt ex ſuis adnotauit Lypſius.

AQVILINI Viri ſancti Galli, & Epiſcopi Ebroicenſis Vita, ſcripta ad Audoenũ Epiſcopum. extat in Surij To. 5. ad diem 19. Octobris.

AQVINVS, ord. Prædic. quoniam præter quædam Mathematica, naſcitur, an quidquã de rebus ſacris ſcripſerit, hic vix habere poteſt locum.

## AR

ARABIANVS, quædam Opuſcula ad Chriſtianum dogma pertinentia edidit. *Honorius in Catal.*

ARABICA Synodus aduerſus Beryllum Boſtrorum Epiſcopum coacta eſt an. Dom. 229. qui cum peregrinam, atque alienam à fide doctrinam in Eccleſiam introducere tentaſſet, à Synodo illa damnatus, tandem opera Origenis reſipuit. Euſebius lib. 6. c. vigeſimoſexto.

ARABICI Canones nuper Latinè redditi, fide certa nutant. Car. Baron. Ann. Tom. 3.

ARAGONENSE Concilium ſeptimo Kal. Iunij ann. 1062. Alexandri autem ſecundi



Digitized by Google

Pont.Max.2.celebratum eſt apud S.Ioannem Rupenſem,ſub Ramiro Rege,multis cõuocatis Epiſcopis.Extat id tantum,vt Aragonij Epiſcopi ſumerentur ex Monaſterio S. Ioannis,quod antea per Regem Sancium fuerat inſtitutum. Vide Hieronymi Blacæ Commentaria rerum Aragonenſium,quæ incipiunt: *Reſidente glorioſo Principe Ramiro.*

ARASIVS quidam,quem Sanctum appellant, Reſponſiones ad oppoſitas ſibi Quæſtiones reliquit, quæ Græcè m.s.extant in Cæſ.Bibl.Viennæ Auſtriæ.

ARATOR,S.R.E.Cardinalis Subdiaconus,poeta inſignis,ſub Iuſtiniano Imperatore, an.Dom.540.ſcripſit Apoſtolicæ Hiſtoriæ libros duos:in quibus hexametro verſu cecinit quæcunque Lucas Euangeliſta in Actibus Apoſtolorum ſoluta Oratione narrauit,intermixtis Operi ſuo allegoriarum floribus; quos Beda Venerabilis presbyter in vnum colligens,commentarios ſuos in Actus Apoſtolorum,eorum elegantia exornauit. Horũ librorum volumen cum Arator ipſe Vigilio Papæ ante confeſsionem S. Petri, 7. Idus Aprilis in corona multorum Epiſcoporum obtuliſſet,id ipſum clara voce coram omnib. recitare à Pontifice iuſſus eſt. Sed cum iam horæ tempus præterijſſet,Vigilius Papa codicem Surgentio primicerio in ſcrinio locãdum tradidit,vt eius lectionem per ocium abſolueret,obnixè efflagitantibus omnibus,vt liber publicè coram omnibus de integro legeretur: Annuente igitur Pontifice,intra Eccleſiam S.Petri ad vincula in magna doctiſſimorum frequentia,ipſo Aratore diſtinctis verbis recitante,ambo libri,quatuor vicibus ſunt auditi,cum vno die vnius tantum libri dimidium vix legi poſſet, ob aſſiduas repetitiones, quas auditores fauſtis,crebriſque acclamationibus edebant. Operis initium eſt, *Vt ſceleris Iudæa ſui polluta cruore.* Extat in Bibliotheca SS. PP. Bignæi. Vixit anno 540. Trit.

ARAVSICANVM Concilium habens Canones quatuor.Vide in To. 7.Operum Auguſtini,editionis Louanienſium,in Appendice,in Diſpoſitione Partis poſterioris.

ARAVSICANVM Concilium,an.Dom.440.ſub Leone I.Pont.de Eccleſiaſtica diſciplina reſtituenda,deq; modo recipiendorum diuerſi generis Hæreticorum,atque vt nullus conuentus ſine alterius futuri conuentus denunciatione ſolueretur: Vndetriginta verò ſunt Sanciti Canones. Præfuit Hilarius Arelatenſis,& alij celebres Epiſcopi, Arauſica porrò Ciuitas in Gallia Narbonenſi nõ procul Auenione. Vide de hac Synodo Baroniũ Card.Tom.6.egregiè differentem,vti & de ſequenti.

ARAVSICANVM Concilium,an.441.Anno 2.Leonis eiuſdem Papæ.Interfuere quindecim Epiſcopi. Actũ eſt de Diſciplina Eccleſiaſtica,& de recipiendis variorum generum pœnitentibus.

ARAVSICANVM poſterius Concilium,anno Domini 463.ſub Hilaro Papa,non ſub Leone,vt quidam opinati ſunt. cui præfuit Cæſarius Arelatenſis Epiſcopus. Vide Card. Baron.To.6.Annal.ſub annum 463.Vide item Gabrielem Vaſquez To.1.in primam par. S. Thomæ Diſput.12.num.7.& Diſput.91.num.76.contra Semipelagianos. Vide in Appendice Baronij card.ad 10.Tomum,vbi corrigit quod de illo antea ſcripſerat.

ARBERTVS,qui ab alijs Bernardus vocatur,monachus, & Abbas cuiuſdã monaſterij (cuius non fit mentio)in Gallia,ſcripſit Vitã S.Glodeſindis Abbatiſſe,quæ extat in To.4. Surij 25.Iulij.

ARBOGASTVS Argentorati Epiſcopus,natione Scotus,Dagoberto Francorum Regi à Secretis,atque Concilijs in D.Pauli Epiſt.ſcripſit.Vixit anno 643.

ARCADII Imper.Epiſtolæ ad Innocentium Pont.Max.quem precatur,vt ſibi ignoſcat,quod Theophili Alexandrini Epiſcopi,& Acacij,atque aliorum ſuaſu deceptus in Io. Chryſoſtomum deſæuierit,extant in To.5.Annal.Baronij ſub an.Dom.407.ſextum autem Innocẽtij Papæ.Ibi item pulcherrima extat Epiſtola Honorij Imp.qui Arcadio Fratri iſta ſic exprobrat,vt denique,niſi ex hac vita migraſſet Arcadius,& aliqua interceſſiſſent impedimenta,ei bellum fuiſſet illaturus.

ARCHANGELVS Burgognonenſis. Vide,in verbo,Cabala.

ARCHANGELVS è Lonato,monachus S.Euphemiæ,Brixiæ,congreg.Caſſinenſis, aliàs.S.Iuſtinæ,qui hodieq;viuit,compoſuit ſacras cantiones,tum in Natiuitate Domini, tum in hebdomada ſancta decantari ſolitas; quæ excuſæ ſunt Venetijs apud Riccardum Amadinum,an.1585.

ARCHANGELVS Neapolitanus monachus S.Trinitatis Cauę,cõgreg.Caſsinenſis,aliàs S.Iuſtinæ,de Padua,ſcripſit hiſtoriam monaſterij Cauenſis ( quæ eſt in monaſterio Cauenſi m.s.) ſed adhuc tamen imperfectam. Arnol.Vuion.

ARCHANGELVS Rubeus Cremonenſis,& Canonicus Regularis, edidit Venetijs è prelo Nicolai Miſſerini,ann. 1601. Diſtinctiones vna cum ſuis fundamentis,in primum

ſententiarum librum, quibus accuratè explicat in eo contenta. Stylus preſſus, at perſpicuus, ac pro ratione ſcholarum, ſatis elegans. Porrò & concionatoribus vtilis, ſed qui, priuſquam prima hæc editio legatur, errata, quæ inter cudendum irrepſerunt, quæúe ante Proœmium extant, ſint percurrenda, quod & illemet bis Lectorem præmonet, vt fiat. Cæterùm in ſecundum librum, Sententiarum eiuſdem Magiſtri commentarium, quemadmodum fecit in primum, expectamus, quem vidi abſolutum. Nam an. 1603. apud Societatem Venetam ſubiectus erat prælo apud Societatem Venetam.

ARCHANGELVS Puteus à Burgo nouo, ordinis Minorum, Aloyſij Putei totius ordinis Generalis, frater Germanus, nominis Ieſu vim, & dignitatem Italicè ſcripſit. Addidit autem Apologiam Hebraicarum literarum. Henricus Villot.

ARCHELAVS Epiſcopus Meſopotamiæ librum diſputationis ſuæ, quam habuit aduerſum Manichæum exeuntē è Perſide, Syro Sermone compoſuit, qui tranſlatus in Græcum habebatur à multis. Claruit ſub Imperatore Probo, qui Aureliano Tacito ſucceſſerat. Vixit anno Domini 280.

ARCHIDIACONVS. Vide, in verbo. Guido à Baijs.

ARCVVLPHVS Galliarum Epiſcopus librum de Locis Terræ (vt vocant) Sanctæ, ſeu Palæſtinæ ſcripſit vtiliſsimum, vt inquit Beda, lib.5.cap.16.hiſt. Angl. qui eundem commentarium in compendium redegit, atque euulgauit. Porrò is ipſe Arcuulphus Palæſtinam inuiſerat, & rediens in Galliam, tempeſtate delatus in Angliam per Adamnatum, obtulit Alfrido Regi memoratum librum.

ARELATENSE Concilium manifeſto errore librariorum (in Tomo Conciliorum primo, Colonienſis editionis) mutilum ponitur abſque aliqua nota ſubſcriptionis Epiſcoporum, qui ei interfuerant. Contra verò nomina Epiſcoporum, qui eidem Synodo interfuerunt, adſcripta ſunt ei, quæ dicitur ſecunda Synodus Arelatenſis, quam celebratam poſt Concilium Nicænum, ac deinceps à Donatiſtis deprauatam, & truncatam fuiſſe conſtat, Card. Baron. Tom.3. Annal.

ARELATENSE Concilium tertium ſub anno Domini 473. in quo actum eſt de Eccleſiaſtica diſciplina ſeruanda in ordinandis Eccleſiæ miniſtris, & alia quædam decreta ſunt. Vide Tom. 1. Conciliorum. Præfuit Cæſarius Epiſcopus Arelatenſis. Quomodo autem hoc fieri potuit, conſule Baronium Tom. 6. ſub annum eundem 473. cum nō hoc anno verè, ſed poſtea coactum fuiſſe dicendum neceſſariò ſit. Cæſarius enim necdum Epiſcopus erat, ſed Abbas Monaſterij Arelatenſis.

ARELATENSE Concilium. Vide in eadem Appendice eiuſdem Card. ad decimum Tomum.

ARELATENSE Archiuum quaſnam Pontificum Romanorum Epiſtolas, Hormiſdæ, Ioannis, Agapeti, Vigilij, Pelagij, Zoſimi, Leonis, Hilari, Felicis, Gelaſij, Symmachi ſubminiſtrauerit Cæſari Card. Baronio, veritate (vt illemet teſtatur) conſtantes, fide ſynceras, integras, verè legitimas, atque germanas, venerandaque antiquitate decoras, vide earum exempla integra poſita ab eodem Card. Baron. in Appendice ex prætermiſſis ad calcem 7. Tomi ſuorum Annalium, in prima editione.

ARETHAS, Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus, collegit breuem quandam explicationem in Apocalypſim; quam ex commentarijs Diuinitus inſtitutis Andrææ Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ (vt diximus ſupra) in ordinem redegit. Eius initium eſt: *Sciendum, quòd vniuerſum, &c.* Porrò Ioannes Hentenius Hieronymianus, Latinū fecit è Græco hunc librum.

ARIAS Montanus. Vide, in verbo, Bnedictus Arias Montanus.

ARIBO Moguntinus Archiepiſcopus 19. poſt S. Bonifacium martyrem, vir diuinæ legis ſtudio clarus, quo mandante Synodus Prouincialis apud Selgeſtadium in Germania ſub Conrado Iuniore Auguſto collecta eſt, ſcripſit librū in 15. Pſalm. graduum. Claruit ſub Conrado Imperatore Iuniore, anno Domini 1031. At Aribo hic præter id, quod habet Sixtus, ad Abbatem Bennonem prolixam ſcripſit Epiſtolam. Obijt anno 1031. Moguntiæ ſepultus. Eiſingrenius.

ARIMINENSE Generale Concilium Epiſcoporum 600. ſub Conſtantio, an. 263. vt notat Hieronymus in Chronico, in quo ſublata eſt de Symbolo vox ὁμοούσιος, reprobatū eſt. Vide Auguſtinum, lib.3. contra Maximinum, cap. 24. Hieronymum contra Luciferianos. Ambroſium, Epiſt.32. Ruffinum, lib.10.cap.21. Socratem, lib.2.cap.29. Baſilium, Epiſt.52. ad Athanaſium. Hoc autem Concilium, licet habuerit 600. Epiſcopos partim Græcos, partim Latinos, tamen quia Romanus Epiſcopus, hoc eſt Summus Pontifex diſſenſit, ſemper habitum eſt erroneum. Contra, Concilium ſecundum 150. Epiſco-

porum Græcorum, & in quo nullus fuit Latinorum, quod à Pontifice Damaſo confirmatum fuit, à quo Ariminenſe fuerat reprobatum, ſemper habitum eſt in honore. Videmus igitur à Sede Petri Conciliorum firmitatem eſſe. Vide Card. Bellar. Tom. 1. controuerſ. 2. lib. 2. de Chriſto, cap. 28. & Card. Baronium, Tom. 4. in annum 365.

ARISTAEAS ſiue Ariſtæus, Hiſtoriam ad Philocratem fratrem ſuum, ſcripſit de Septuaginta Interpretibus Scripturæ ſacræ: Quæ incipit: *Cum permagni ſemper fecerit, &c.* Cæterùm Ariſtæi librum de editione Septuaginta Interpretum, non eſſe eum, qui hodieque extat, ſed ab Hebræis confictum, ſcripſere Ludouicus Viues, & Leo Caſtrius. At Bellarminus Card. affirmat eſſe veri Ariſtæi: Nam omnia (inquit) quæ Ioſephus, Tertullianus, Euſebius, & Hieronymus ex Ariſtæo proferunt, in hoc noſtro, qui nunc extat, ad verbum inuenimus. At, inquiunt, Epiphanius Ariſtæum legit, & citat, & tamen meminit cellularum; quod non faceret, ſi in ipſo vero Ariſtæi libro excluderentur cellulæ; Neſcio quid Leo Caſtrus velit conficere ex hoc teſtimonio Epiphanij; vel enim vult concludere tempore Epiphanij, librum Ariſtæi integrum fuiſſe, & poſtea eſſe corruptum; & tunc manifeſtè refellitur ex Ioſepho, & Euſebio, qui ante Epiphanium ſcripſerunt, & tamen in Ariſtæo cellulas non inuenerunt: vel vult, ante Epiphanij tempora nondum fuiſſe inuentum verum librum Ariſtæi, ſed tunc primum eſſe repertum; & hoc etiam dici nõ poteſt: nam Hieronymus, qui ſimul cum Epiphanio, & etiam poſt Epiphanium vixit, diſertè affirmat, ex Ariſtæo non probari, ſed refutari cellulas. Hæc Card. Bellarminus. At & poſtea Margarinus Bignæus. Non iniuria (inquit) miratur D. Peronius, in obſeruationibus in S. Iuſtini Parænesim ad Gentes, quinam venerit in mentem Ludouico Viui ad cap. 42. lib. 18. de Ciuitate Dei, S. Auguſtini, ſuſpicari librum hunc non ab Ariſtæa, ſed ab aliquo recentiore Scriptore compoſitum; Nam præter ſuperiores Patres; ipſe etiam D. Hieronymus in Præf. in Pentateuchum, & in Apologia prima contra Ruffinum, Philo Iudæus, & Zonaras Annalium Tom. 1. partim tacito, partim expreſſo Auctoris nomine, multa ex hoc libro citant. Hanc verò hiſtoriam Ariſteæ nõ eſſe; vel repertam, & editam aliam Ariſteæ Hiſtoriam, vel certè aliquo argumento nemo adhuc demonſtrauit. Vide ſecundam editionem. Bibl. SS. PP. Bignæi.

ARISTIDES Athenienſis Philoſophus eloquentiſſimus (inquit in catal. Hieronymus) & ſub priſtino habitu diſcipulus Chriſti, volumen noſtri dogmatis rationem continens, eodem tempore, quo & Quadratus, Hadriano Principi dedit, id eſt, Apologeticum pro Chriſtianis, quod vſque hodie perſeuerans apud Philologos ingenij eius iudicium eſt. Floruit Tritemio, anno Domini 126.

ARISTOBVLVS Antiquior (habet Sixtus Senenſis) natione Iudæus, ex Paneade Phœniciæ vrbe, quæ Cæſarea Paleſtinæ, vel Philippi dicitur, Agathobuli Iudæi viri ſapientiſsimi, qui & ipſe in Pentateuchũ ſcripſit, diſcipulus, vir ſingulari doctrina, & ſanctitate celebris, vnus ex illis Septuaginta Senioribus fuit, qui ab Eleazaro Hieroſolymitano Pontifice miſsi ſunt ad Ptolemæum Philadelphum ſecundum regẽ AEgypti, vt Hebraicos diuinæ legis libros in Græcam linguam transferrent, multaque ex traditionib⁹ Moyſis proponenti regi, percontantique reſponderent. Is ergo edidit in Pentateuchum Græco Sermone ad Ptolemæum Philadelphum Quæſtionum libros quinque, quorum Anatolius Laodicenus Epiſcopus mentionem fecit in libro de Paſchate, ex quo Euſebius in ſeptimo Eccleſ. hiſtoriæ longum teſtimonium profert Ariſtobuli verba complectens. Claruit Olimpiade 124. hoc eſt, anno ante Chriſti aduentum 350.

ARISTOBVLVS Iunior, gente Hebræus, de genere Sacerdotum, Ptolemæi Philometoris ſexti regis AEgypti præceptor, profeſsione philoſophus, ſecta Peripateticus, ſed ante omnia ſanctarum ſcripturarum eruditione à teneris annis imbutus, ſcripſit Græco diuerſoque eloquio ad Ptolemæum Philometorem regem, diſcipulum ſuum, in Pentateuchum Moyſis commentarios, doctrina, & eloquentia præſtantiſsimos; in quib⁹ oſtendit, vniuerſam Peripateticam philoſophiam fuiſſe ex lege Moſaica hauſtam. Meminit horum Clemens in quinto libro Stromatum, & Euſebius in octauo De præparatione Euangelica, & in Chronico. Extat ad hunc Ariſtobulum Epiſtola in principio ſecundi libri Machabæorũ præfixa, quam Senatus & populus Hieroſolymitanus ad ipſum tranſmiſit in hæc verba: *Populus, qui eſt in Hieroſolymis, & in Iudæa, Senatuſq́, & Iudas Ariſtobulo magiſtro Ptolemæi regis, qui eſt de genere Chriſtianorũ Sacerdotũ, & his, qui in AEgypto ſunt, Iudæis Salutem, & Sanitatem. De magnis, &c.* Claruit ſub eodem Ptolemæo Philometore Olympiade 151. hoc eſt annò ante Chriſtum natum 215.

Euſeb. lib. 8. de præparat. Euang. & in Chronico.

ARLOTTVS natione Thuſcus è Prato Oriundus, ordinis Minorum, ex prouinciali Thuſciæ, Generalis, ſcripſit Concordantias vtriuſque teſtamenti, quibus, vt ſibi inuicem

amborum

amborum reſpondent teſtimonia, demonſtrat; quæque paſsim Auctoris ſuppreſſo nomine omnium teruntur articulis, è Bibliorum corpore elicuit. Sermones autem diuerſi argumenti adiecit. Vixit ſub Adolpho Imperatore, an. 1290. obijt vt (fama eſt) Lutetiæ. Sixtus, Henr. Villot. Eiſingrenius.

ARMACANVS, qui ſummam contra Armenos, & alia ſcripſit, quæ cautè legenda ſunt. Vide in verbo, Richardus Radulphus Archiepiſcopus Armacani. Et in verbo, Rogerius Chonnoc, qui aduerſus illum ſcripſit.

ARMANDVS Beluiſus, ſiue de Bellouiſu Dominicanus, cuius extat opus difficilium terminorū tam Philoſophiæ, quàm Theologiæ, ſcripſit in Pſalmos Scholaſticam poſtillam, ac Meditationes, & preces, quæ an. 1593. Moguntiæ prodierunt auctiores, atque recognitæ opera Ioan. Henrici Behem.

ARMENIAE Concilium Epiſcoporum nobile celebratum eſt an. Domini 435. Sixti autem Papæ IIII. cui Acacius Melitenus Epiſcopus, cum Rabula Edeſſeno Epiſcopo interfuit, vterque Catholicus. In eo Concilio, ſtabilita fide Catholica, & cognitis Theodori Mopſueſteni ſcriptis, inuentiſque impijs à tramite Orthodoxæ fidei abhorrentibus, ne ipſi ſoli eos damnaſſe viderentur, ſed vniuerſa Eccleſia Orientalis; ad id peragendum legationē ex Synodo direxerunt ad Proclum Conſtantinopolitanum Epiſcopum. Baron. Card. Tom. 5. ſub eundem annum, ex Theodor. Collect. Bibl. SS. Patrum Tom. 2. & ex Liberato Diacon. in Breuiario, c. 10. in Tom. 2. Conciliorum. Ac tamen, vide, in verbo, LIBERATVS, cuius hiſtoriam hac de re mendacem probat Baronius, in eo quod attinet ad laudes Theodori Mopſueſteni. Vide, in verbo, Acacius.

ARMENORVM errores aperuerunt, atque confutarunt præcipui Patres Epheſinæ Synodi, Græci item, atque Latini, qui de Chriſti Domini incarnatione ſcripſerunt. Quod & ſtrenuè fecerunt Scholaſtici Theologi. Quin & Richardus Radulphus, qui dictus eſt Armacanus, hoc præſtitit vnde viginti libris, quos aduerſus Armenorum errores conſcripſit: Qui auctor licet in quibuſdam cautè ſit legendus, quemadmodum monuimus, vbi de illo egimus, pleraque tamen affert, quæ huc potiſsimum faciunt. Sanè verò Neſtorij hæreſim poſt Alphonſum à Caſtro, atque alios, diſerte, ac breuiter explicuit Card. Bellarminus, & confutauit tertio libro de Incarnatione cap. 5. & 6. Tomi primi controuerſiarum, ſed antiquitus S. Nicon, de quo, vide, in verbo, Nicon. & Diamperianum Concilium, de quo item in verbo, Diamperianum, & in verbo, Epheſinum, & in verbo, Neſtorius.

ARNALDVS Albertinus Maioricenſis, Epiſcopus Pacenſis, De agnoſcendis aſſertionibus Catholicis, & Hæreticis extat inter Tractatus nouiſsimè editos Venetijs, Tom. 9. parte 2. fol. 520.

ARNOBIVS, vt D. inquit Hieronymus, ſub Diocletiano Principe, Siccæ apud Africam, florentiſsimè Rhetoricam docuit, ſcripſitque aduerſus Gentes, quæ vulgò extant volumina; ſeptem nempè libros aduerſus Gentes, quemadmodum totidem diſcipulus eius Lactantius, emiſit. At Tritemius præter librum de Rhetorica Inſtitutione librum etiam in Pſalterium quaſi eiuſdē Arnobij recenſuit, cuius tamen Hieronymus nō meminit: Nam qui breuiſsimi in omnes Pſalmos Commentarij iuxta tropicum, & allegoricum ſenſum, ſub Arnobij nomine, ab Eraſmo Rotherodamo olim prodiere, ad Laurentiū & Ruſticum Epiſcopos conſcripti, neque Sixto Senenſi, neque alijs probantur: etenim præter ipſum ſtylum diſsimilem alteri, quo vſus eſt in ſeptem libris aduerſus Gentes, ea videtur euincere ratio, quæ ex Pſalmi 109. expoſitione colligitur; in qua nominatim Photinus refellitur Ebiomitarum hæreſeos inſtaurator. Neque enim Arnobius, qui Lactantium adhuc iuuenem, ſub Diocletiano Principe, hoc eſt circa annum Domini ducenteſimum nonageſimum, diſcipulum habuit, Photini hæreſim audire potuit, qui (vt ex quinto libro hiſtoriæ tripartitæ, & ex Hieronymo tam in Catalogo, quàm in Chronicis, colligitur) impietatem ſui dogmatis docere cœpit anno Domini 358. hoc eſt anno trigeſimo poſt interfectum Criſpum Cæſarem, Conſtantini Magni filium, cuius adoleſcentiam Lactantius Firmianus in extrema ſenectute præceptor inſtituit. Ad hoc accedit etiam coniectura, meo quidem iudicio non improbanda, quòd in explicatione Pſalmi centeſimi octaui, & centeſimi decimi ſeptimi, oppugnat ceu hæreticam, illorum ſententiam, qui profitentur, Deum ab æterno alios prædeſtinaſſe ad benedictionem, alios reprobaſſe ad maledictionem. Conſtat autem ex duabus Epiſtolis Proſperi, & Hilarij, ad Auguſtinum, hanc aſſertionem ſub ipſis Auguſtini temporibus agitari amplius cœptam, quam Auguſtinus de æterna prædeſtinatorum, & reprobatorum diſcretione à Deo facta doctiſsimè, (licet ab omnibus haud intellectam, neque receptam) docuit. Apparet

In catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, & in Epiſt. ad Magnum.



Digitized by Google

tamen hoc Opus, cuiuſcunque ſit (nam Hieronymus inter Arnobiana monumenta non enumerat) peruetuſtum eſſe: vtitur enim Beda presbyter in commentarijs Pſalmorum, eius teſtimonijs, Arnobij titulo prænotatis. Et ſi quid ſuſpicionibus & coniecturis tribuendum eſt, conijcere poſſumus, Auctorem ipſius, qui ſeſe in expoſitione Pſalmi 105. inter Sacerdotes collocat, fuiſſe Afrum, & Auguſtini ætate in Africa vixiſſe, atque Opus ſuum nuncupaſſe Laurentio, & Ruſtico Afris Epiſcopis, quorum nomina in Præfatione eiuſdem operis ponuntur: nam & in Concilio Carthaginienſi vna cum Auguſtino interfuiſſe Ruſticum quendam in Africa Epiſcopum, & Laurentium Icoſitanum Epiſcopum, Prouinciæ Mauritaniæ Legatum. Et in his commentarijs extant voces aliquæ Auguſtini temporibus vbique apud Afros vſitatæ, quemadmodum in expoſitione Pſalmi 131. vbi legitur: *Super ipſum autem Chriſtum floriet ſanctificatio mea:* quam dictionem, *Floriet*, Auguſtinus ætate ſua in ore populorum fuiſſe ſcribit lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, cap. 13. quo in loco de vitijs ſermonis diſſerens, inquit: *Illud etiam, quod iam auferre non poſſumus de ore cantantium populorum, ſuper ipſum floriet ſanctificatio mea, nihil profectò ſententiæ detrahit: auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, vt non, Floriet, ſed, Florebit, diceretur: nec quidquam impedit correctionem, niſi conſuetudo cantantium.* Et in explicatione Pſalmi 138. explicans illud, *Non eſt occultatum os meum à te:* ait: *Siquidem tibi occultum non eſt os meum, id eſt, oſſum meum:* quam vocem apud ſuos vulgò fuiſſe corruptam affirmat Auguſtinus in enarratione eiuſdẽ Pſalmi, inquiens; *Os ſuum dicit quod vulgò dicitur oſſum, & Latinè os dicitur: ſed nos potius oſſum dicamus: melius eſt enim, vt nos reprehendant Grammatici, quam non intelligant populi.*

Feruntur ſub nomine Arnobij Afri Annotatiunculæ quædam myſticæ non magni momenti in varios, ſed paucos Euangeliorum locos: quarum initium eſt: *In principio erat Verbum*, Coloniæ à Quentelio impreſſæ; de quibus ſuum cuique iudicium integrum relinquitur.

Iam verò Arnobij ſtylus (inquit Hieronymus ad Paulinum) inæqualis eſt, ac nimius, & abſque operis ſui partitione confuſus: qui quidem cum adhuc ethnicus ad Chriſti fidem occultis inſpirationibus vrgeretur, ab Epiſcopis Africæ Baptiſmi Sacramentum petijt: cumque illum reieciſſent, veriti quin illuderet Chriſtianæ religioni, quam eatenus oppugnauerat, obtulit eis in argumentum ſynceritatis ſuæ, tanquam fidei obſides, præſtantes illos, quos habemus libros, quos quum Ioannes Baptiſta Sigicellus, qui poſtea Epiſcopus Fauentinus à Pio IIII. Pont. Maxim. factus eſt, correxiſſet ac reſtituiſſet, Germani aliqui auerſi à Catholica Fide, non tam ſanarunt, quam immutarunt pro libito; vt vix antiquæ lectionis veſtigium pluribus in locis reliquerint. Quod incommodum cum Petrus Ciaconus Hiſpanus, vir eruditus animaduertiſſet, præclaris correctionibus illuſtratum Arnobium iamiam erat emiſſurus, niſi morte fuiſſet ereptus. Hos labores Pontifex Maximus, additis aliorum Doctorum hominum emendationibus, iuſsit à Fuluio Vrſino examinari, atque conferri. Itaque in textum, ſeriemque recepit, quæ multorum iudicio probata, & (vt ipſe inquit) ſine vlla controuerſia, vera ſunt viſa: Quæ autem non ita certa videbantur, ea ſuis diſtincta numeris, in oris paginarum, notandas cum curaſſet, adiunctis ſi quæ erant ad firmandas coniecturas, Notis, Arnobius Romæ editus eſt, quam fieri potuit emendatiſsimus.

De Dialogo Minucij Fœlicis.

Quoniam verò errore aliquorum factum eſt, vt ad ſeptem libros ARNOBIJ, octauus eius nomine adiungeretur, ſciendum eſt, MINVCIVM Fœlicem, cauſidicum Romani fori, librum hunc (vt Hieronymus ſcripſit) edidiſſe, cui titulus *Octauius* erat, vti & alterum contra Mathematicos; *ſi tamen inſcriptio* (inquit Hieronymus) *non mentitur:* de quo etiam idem Pater ſubdit hæc verba: *Quid Gentilium ſcripturarum* (Minucius Fœlix) *dimiſit intactum?*

Porrò & huius Minucij meminit Lactantius, & legenti opuſculum ipſum patet; Dialogum eſſe Chriſtiani, & Ethnici diſputantium, & *Octauium* inſcriptum fuiſſe ab Octauio, qui in eo partes agit: Auctorem verò eius, Romæ fuiſſe Cauſidicum, conſtat: quod initio ſtatim habetur, cum ait: *Nam negotij, & viſendi mei gratia, Romam contenderat, &c.* Et poſt, *Sanè ad vindemiam, feriæ curam iudiciariam relaxauerant.* Sed illud maximè omnium id ita eſſe conuincit, quòd cum Lactantius Firmianus lib. 1. cap. 11. ſic ſcribat: *Minutius Fœlix in eo libro, qui Octauius inſcribitur, ſic argumentatus eſt: Saturnum, cum fugatus eſſet à filio, in Italiamq; veniſſet, Cæli filium dictum; quòd ſoleamus eos, quorum virtutem miremur, aut qui repentino aduenerint, de cœlo cecidiſſe dicere: Terra autem, &c.* In hoc autem Dialogo Minucius ipſe Fœlix, libri AVCTOR, iudicis, ſeu arbitri partes ſuſtinet; Cæcilius natalis Ethnici, Octauius Chriſtiani. Porrò quod pertinet ad libros ſex ARNOBIJ aduerſus Gentes, is prodijt cum Notis Godiſcalci Stiuechij Heuſdani Antuerpiæ apud

Trognæ-

Digitized by Google

Trognæſium,& Coloniæ apud Bernardum Gualterum anno 1604. Pariſijs autem editio aucta cum Deſiderij Heraldi Animaduerſionibus, 1605.

ARNOBIVS autem alter, qui conflictum catholicum cum Serapione de Deo trino, & vno; De Duabus in Chriſto ſubſtantijs in vnitate perſonæ, De Gratiæ, & liberi arbitrij concordia, in duos libros diſtributum ſcripſit: Non eſt Arnobius ille, qui Diocletiano Imp. ſeptem libros aduerſus Gentes edidit, quoniam forma dicendi omnino diuerſa: & (quod maius) reprehenſi Ariani, Photiniani, Neſtoriani; laudati verò Auguſtinus, Ambroſius, Cyrillus, Alexandrinus, Damaſus, & Leo, alium eſſe hunc auctorem produnt. Hunc verò Franciſcus Feuardentius credit eum eſſe, qui breues in Pſalmos reliquit commentarios; quoniam hoc perſuadent eadem breuitas, acies animi, ſtylus neglectus, loca eodem ſenſu, ac penè verbis reddita, eædemque confutatæ hæreſes, temporis denique ratio conuenientiſsima, ac Leonis Summi Pont. ætas, qua ſcriptum fuiſſe non difficilè deprehenditur. Accedit Alcuini Caroli Magni præceptoris teſtimonium in Epiſt. ad Flauium Merium. Et lib. 6. contra Felicem Vrgelitanum. Quin & ante Alcuinum idem à nonnullis ita aduerſus Arianos citatur D. Auguſtini nomine. *Auguſtinus in altercatione Arnobij, & Serapionis.* è quibus manifeſtum eſt, ad illud, quod diximus ſæculum pertinere. Hæc igitur idem Feuardentius, qui primus omnium hoc opus è manuſcripto, quod in vetere Bibliotheca ordinis ſui extabat, edidit Coloniæ, an. 1096. Annotationibuſque illuſtrauit, & ſecundæ ſuæ editioni D. Irenæi martyris adtexuit. Vide, in verbo, Irenæus.

ARNOLDVS, vt Tritemius habet, eſt Ernaldus, Henrico de Gandauo.

ARNOLDVS Abbas Bonæ vallis. Vide, in verbo, Arnoldus Carnotenſis.

ARNOLDVS de Auſtria, ord. Carmelitani, cœnobij Viennenſis in eadem Auſtria, ſcripſit in Sent. lib. 4. & Serm. Claruit 1400. Trit.

ARNOLDI Albertini Maioricenſis, Epiſcopi Pacenſis, Tractatus de agnoſcendis aſſertionibus Catholicis, & hæreticis, omnibus ius Cæſareum, Pontificium, & ſacrã Theologiam profitentibus vtilis. Venetijs ad candentis Salamandræ inſigne 1571.

ARNOLDI Badeti, ord. Præd. Prouinciæ Toloſanæ prioris, reformati ſui cœnobij Burdigalenſis, *Margarita ſacræ Scripturæ, prauitatis hæreticæ deſtructrix.* Lugduni apud Petrum de S. Lucia, anno 1536.

ARNOLDVS Biſſalius Carmelita, Epiſcopus Galtelienſis, ſcripſit Sermones Dominicales; Incipit, *In medio Carmeli paſcentur Baſan.* Trit.

ARNOLDVS Boſtius Carmelita, Teutonicus, cœnobij Gandauenſis in Belgio, ſcripſit librum quidem ſoluta oratione, & carmine intermixtis, De Dei genitricis Patronatu Carmelitici ordinis. De illuſtribus item viris ordinis ſui, lib. 1. De illuſtribus viris, ordinis Cartuſiani, lib. 1. De puriſsima Conceptione Dei Genitricis, & Virginis Mariæ contra Vincentium Nouo Caſtro, lib. 1. De quatuor Nouiſsimis, lib. 1. Sermones quoque varios, & Epiſtolas plures, Carmina item nonnulla argumenti varij reliquit. *Viuebat,* inquit Trit. *Gandaui, componens alia, & multos ſtudia literarum prouocans,* ætate eiuſdem Tritemij. At plura, quæ paſsim in Belgio circumferuntur, emiſit, quorum tamen inſcriptio latuit Petrum Lucium Carmelitanum, cum de eo ſcriberet. Cæterum honorificam eius viri mentionem faciunt æquales eius temporis Iacobus Philippi, ord. S. Auguſtini in Supplemento Chronici, Marcus Guazzonius, Ludouicus Guicciardinus in deſcriptione Gandaui, & alij. Viuebat Maximiliano Imp. 1495.

ARNOLDVS de Buſco, ordinis fratrum Eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit De viris Illuſtribus ordinis ſui, & monaſterij VVindeſthimenſis. Epiſtolam quoque prolixam de modo proficiendi in Religione, ac de origine deuotionis modernæ, & reformationis ordinis ſui librum. Vixit an. 1470. Frederico III. Imp.

ARNOLDVS Carnotenſis, Abbas Bonæ vallis, S. Bernardi diſcipulus, & ad quem ipſe Bernardus familiares literas miſit, ſcripſit De ſeptem verbis Domini in Cruce; Incipit, *Vltima Chriſti verba, &c.* In præfatione autem ſic inquit: *Cum propius acceſſeris, & inſuderit ſe tibi illuminans ſenſum tuum Diuinæ radijs veritatis, intelliges, & videbis in ſcintilla incendium, & in ſtilla reperies pelagus, & in lechyto olei, vnde creditori reddas debitum, & tibi affatim ſuppeditabit inconſumptibilem cibum. Ante tamen exordium attendamus, quiſnam ille ſit, qui ſe clamat derelictum: Nonne ipſe, qui latroni promittit, & donat Paradiſum?* & quæ ſequuntur. Extat in Bibl. SS. Patrum Tom. 6. De laudibus B. Virginis, cuius initium eſt, *Si linguis hominum loquar & Angelorum, nihil dignè, nihil propriè de ſanctæ, ac perpetuæ Virginis Matris Chriſti Mariæ gloria eloqui potero, &c.* Extat autem & hic in eadem Biblioth. SS. Patrum Vitam S. Bernardi. Virorum illuſtrium geſta. Epiſtolas quaſdam. Vixit an. 1190. Arnoldo Vioni, ſed Tritemio 1160.



Digitized by Google

ARNOLDVS Chaperon Gallica Carmina edidit Rothomagi, in honorem Beatiſſimæ Virginis.

ARNOLDVS Corbeienſis Saxo, ord. S. Benedicti, Prouerbia Salomonis Heroico verſu cecinit. Viuebat anno. 1030.

ARNOLDVS Gandauenſis (*Ganthois*) Abbas, in ciuitate Duacenſi Collegium ſtudioſis in ea Academia inſtituit. Obijt autem in cœnobio ſuo, pridie Kalend. Maij, an. Domini 1582. Cuius in funere inſignem habuit orationem Thomas Stapletonus Theologus, quæ prodijt è prælo Duacenſi, apud Ioan. Bogardum.

ARNOLDI Gerardi Laurentiani Belgæ, De fide Catholica liber, Coloniæ apud Maternum Cholinum 1556.

ARNOLDVS Haldrenius Veſalienſis Canonicus maioris AEdis Colonienſis, vir ſanctimonia vitæ, ac notitia Diuinæ ſcripturæ, linguarũ quoque trium, Hebraicæ, Græcæ, & Latinæ peritia, non minus carmine, quam ſoluta oratione potens, libellum De decem præceptis Decalogi edidit; Incipit, *Si vis ad vitã ingredi.* Quin & ſcripſit de modo confitendi, ac de veneratione martyrum, vt inquit Eiſingrenius: ſed & eiuſdem Veſalienſis locorum communium Religionis Chriſtianæ Partitiones, Coloniæ anno 1568. prodierunt in lucem. Viuebat anno Domini 1530.

ARNOLDVS Horneus, (*ſiue de Horne*) Epiſcopus Leodienſis Gallicè ſcripſit Articulos tractatus pacis inter Deum, & homines. Pariſijs apud Petrum Gualterium, an. 1558. Libertatem conſcientioſam (vt ille Gallico verbo exprimit) Tabernariorum. Pariſijs apud Bufetum 1555. Antidotum (*La contrepoiſon*) quinquaginta duorum Pſalmorum Clementis Maroti, quod ipſe nominat Cantiones. (*Chanſons.*) Pariſijs apud Petrum Gualterium 1560. & 1562. Lamentationem noſtræ matris Eccleſiæ. Pariſijs. Certamen (*Le combat*) fidelis Papiſtæ peregrini Romani aduerſus Apoſtatam Antipapiſtam, vna cum deſcriptione ciuitatis Dei obſeſſæ ab hæreticis Rothomagi.

ARNOLDVS Abbas Lubecenſis ſcripſit Supplementum ad hiſtoriam Slauorum Helmoldi presbyteri, excuſam Francofurti, an. 1556. & iterum ibidem an. 1581. ſed vtrumque cauendum, quod in Scholijs, & Annotationibus ad marginem, & alijs adiunctis, plura indigniſſima lectu addita ſunt ab hæreticis.

ARNOLDVS Mermannius, Belga, Aloſtanus, Prouinciæ inferioris Germaniæ, Theologiæ in cœnobio Louanienſi profeſſor, ord. Minorum, edidit Theatrum conuerſionis gentium totius orbis, ſiue Chronologiam de vocatiõne omnium populorum. Antuerpiæ apud Plantinum 1572. Extat etiam eiuſdẽ Louanij excuſa an. 1564. De fugienda conſuetudine Hæreticorum, Oratio parænetica ad Catholicos, quam ſui totius ordinis Miniſtro Generali dicauit. Scripſit Exomologeſi ſacerdoti facienda, an. 1564. Libros tres de Rogationibus; & Peregrinationibus, & Hymnis, & ſolemnibus ſupplicationibus cum lucernis, & de omni Religionum panoplia. Louanij 1568. De ſancta quoque Cruce, eiuſque religioſa adoratione librum impreſſum Louanij; ſed ſine ordine conſcriptum; vt enim quæque occurrebant, ſic pius vir excepta ſcribebat, quod & obſeruauit Iacobus Gretſerus in ſuis egregijs de cruce laboribus. Eiuſdem *Dauus perduellis,* ſiue rerum publicarum perturbator. Louanij anno 1568.

ARNOLDVS Pontacus Vaſatenſis in Aquitania Galliæ Epiſcopus, vir magnis dotibus, & multa doctrina prędıtus Chronographiam à Chriſto nato vſque ad noſtra tempora, confecit, quam deinceps auctam ſuæ Genebrardus inſeruit, denique verò Chronicon Euſebij emendauit & edidit. Burdigalæ an. 1605. quo & diem obijt; quos autem libros in D. Scripturam ediderit, vide in eius Epiſtola ad Gilb. Genebrardum, quæ præfixa Chronologiæ vtriuſque editæ an. 1580. & poſterioribus temporibus, vertit enim quædam ex Rabbinis in minores Prophetas.

ARNOLDI Poſtenburch Embricenſis, Tractatus de Panoplia Chriſtiani militis, è ſacris ſcripturis deprompta, & alter de Oratione, Coloniæ apud Petrum Horſt 1573.

ARNOLDVS Royardi, Archiepiſcopus Salernitanus, ord. Minorum, ſcripſit librum Diſtinctionum, & De Arca ad Robertum Siciliæ Regem, Henr. Villot.

ARNOLDVS Sorbinus Vaſco, olim Parochus Eccleſiæ ſanctæ Fidei apud Vaſcones, deinde Theologus in Eccleſia Metropolitana Toloſæ, cõcionator deinceps Caroli IX. Galliæ Regis, Epiſcopus denique Niuernenſis, an. 1578. ſcripſit Gallicè, Homelias in Decalogum, quæ Pariſijs editæ ſunt apud Gulielmum Chaudiere, an. 1570. Signa (*Marques*) Eccleſiæ, quæ Pariſijs 1567. E' Latina verò in Gallicam linguam vertit Hiſtoriam Albingenſium, quæ apud eundem Typographum, anno 1569. Lætitiam item Galliæ ob fœlicem victoriam aduerſus hæreticos, & rebelles inter Coniacum, & Caſtrum nouum. Pari-



Digitized by Google

ſijs, an. 1569. Compendium vitæ Caroli IX. Galliæ Regis. Ibidem, an. 1574. Pleraſque orationes funebres de obitu Caroli IX. De Claudia Duciſſa Lotharingiæ, filia Henrici II. De Coſimo Medice magno Etruciæ Duce, De Memorantio Comiteſtabili duas. De Domino Maugrini Paulo de Cauſſade. De Antonio Leuy Comite Kaylus. Quæ omnia Pariſijs edita ſunt Gallicè apud eundem Chaudiere. De monſtris, quæ à temporibus D. Auguſtini, vſque ad noſtra apparuerunt, & de ijs, quæ procedente tempore miſerè acciderunt. Pariſijs apud Hieronymum Marneuium, & Gulielmum Cauellat 1570.

ARNOLDVS è Supercaſa, monachus S. Seueri è Roſtunio, ſcripſit libellum, cui titulus, *Piſtolet portans ignem inextinguibilem contra Geneuenſes Hæreticos.* Toloſæ apud Iacobum Colomerium 1558.

ARNOLDVS Veſalienſis, Epitomen ſingularum Diſtinctionum in quatuor libros Sententiarum, emiſit Pariſijs ex officina AEgydij Gorbini, an. 1575.

ARNOLDVS è Vetza Cadurcenſis, Vaſco, Gallus, Ioannis XXI. Papæ, ſororis filius, Cardinalis S. Euſtachij, in locum Iacobi è Vetza Cardinalis fratris ſui, paulò ante mortui creatus, in laudem B. Mariæ Virginis ſcripſit. Vixit anno 1317. Eiſingren.

ARNOLDVS Vuion Duacenſis Belga, monachus ord. D. Benedicti Operoſum, & valdè pium Opus contexuit, quod prænotauit LIGNVM VITAE, ORNAMENTVM, ET DECVS ECCLESIAE: In quo vniuerſi ordinis ſui, in præcipuas varias familias diſtincti initia, progreſſus, & viri doctrina, ſanctitate, dignitate clari, & fructus, qui ex ijs in vniuerſo Chriſtiano orbe percepti ſunt, indicantur ac ſi ſuperuixiſſet, recognouiſſet vtique Opus ſuum quod, Lignum Vitæ, inſcripſit.

Qua occaſione in primis vitam D. Benedicti, & originem Principum Auſtriacorum ex Anicia familia, è qua natus eſt ipſemet D. Benedictus, comprobare cônixus eſt, quanquam ſecus alij ſentiunt. Vide autem Apologeticum Antonij Gallonij ad Monachum Caſsinatem, vbi de Arnoldi Ligno vitæ, deque familia D. Benedicti ſuam & Card. Baronij ſententiam promit.

Habet autem præ manib⁹ Chronologiam Septuaginta Interpretum, quæ cum magnopere videatur diſcordare à Chronographia vulgatæ editionis Latinæ Bibliorum, viſus eſt ſibi (quod mihi ſcripſit) cœleſti potius, quàm humano lumine conſecutus, vt poſsit appoſitè vtraque conciliari ex duplici mentione, quæ fit in eis, Natiuitatis hominum, quos ſcriptura Diuina commemorat. Alterius nempè, quæ carnalis de qua agitur in vulgata editione; Alterius autem, quæ ſpiritualis, quæ texitur apud Septuaginta Interpretes. Sicque putatis temporibus, vtramque conuenire teſtatur.

Sed & eidem Chronologiæ, Chronicon ab Orbe condito vſque ad hæc tempora adiunxit.

Cæterùm collegit, & recognouit omnia opera Platinæ, quæ properant ad lucem, vir ſanè, vt pereruditus, ac verè religioſus, ſic pro ſancta Dei Eccleſia indefeſſus. Sed & hæc erunt recenſenda à Romanis cenſoribus.

ARNOLDVS ab Yſcha Belga, ord. Minorum, quinque Sermones Germanicè edidit. Quonam modo in Chriſtum Dominum ſalubriter credendum ſit, an. 1593.

ARNOLFVS Comes à Cham, & Vochburg. De SS. Emerano, & VVolfgango. Vide in verbo, Henricus Caniſius. Extat autem in Tom. 3. antiquæ lectionis, qui Ingolſtadij prodijt an. 1603. apud Angermarium.

ARNONIS Sermones m.s. extant in Cæſ. Biblioth. Viennæ Auſtriæ. At Arnonis Saliſburgenſis Archiepiſcopi tempore Caroli Magni Annotatio, ſiue Index eorum, quæ Eccleſiæ Saliſburgenſi tradita ſunt à Theodone, à Theodberto, ab Hucberto, ab Ottilone, à Taſsilone Ducibus Bauariæ, & ab alijs nobilibus Boiaricis extat in Tom. 3. Antiquæ lectionis edito ab Henrico Caniſio Ingolſtadij an. 1603.

ARNVLPHVS Gallus, monachus monaſterij Cluniacenſis, ſcripſit Epiſtolas elegantes, quæ excuſæ ſunt in 10. libro Epiſtolarum Petri Abbatis Cluniacenſis, cuius temporibus vixit, anno Domini 1230.

ARNVLPHI Epiſcopi, vitam compoſuiſſe fertur Beda, quæ reperitur in tertio operum eius Tomo; ſed incerti eſſe Auctoris apparet, non ſolum ex Card. Baronio in Notis ad diem eius Anniuerſarium, verum etiam ex alijs, & adeò ex Auctoris ipſius verbis: fatetur enim ſe interfuiſſe cum alijs monachis, & fratribus, morti S. Arnulphi, quæ contigit an. 640. ſecundum Baronium, vel 641. vti placet Franciſco Roſiereo. At tunc Bedam nondum fuiſſe natum ex hiſtorijs liquet, obijt enim anno 734.

ARNVLPHVS Ruzæus I. C. Aurelianenſis, de mandatis Apoſtolicis, & ſublimi Archipræſulum ſtatu, & conditione, Pariſijs an. 1542. Item de iure Regaliæ.



Digitized by Google

ARNVLPHVS Sanctus. Vide, in verbo, Paulus monachus Caſsinenſis.

ARNVLPHVS Monachus (forte quem Arnoldus Benedictinum ait fuiſſe) excipiens de Prouerbijs Salomonis conuenientiores ſententias, & literam, & allegoriam metrico lepore ſcripſit, & digeſsit. Vixit an. 1050. Trit. Sigeb. in catal.

ARSENIVS Belga, Leodienſis, monachus S. Pauli Romæ, & Abbas S. Mariæ (vt dicunt) de Florentia, obijt Romæ. Scripſit Epiſtolam ad Ioan. de Turrecremata Cardinalem, an. 1442. pro commendatione Regulæ S. Benedicti, quæ excuſa, & præfixa eſt commentarijs in Regulam eiuſdem Turrecrematæ.

ARSENII Diaconi miſsi à Damaſo Pont. Præceptoris Arcadio filio Imperatoris Theodoſij, vita apud Metaphraſten, die 8. Maij, & apud Surium 19. Iulij, licet habeat de duobus filijs Theodoſij, tamen de Honorio conſtat, hoc tempore hunc nondũ in lucem editũ fuiſſe, quem Placilla Auguſta peperit anno ſequenti, Ricomere, & Clearcho Conſulibus. Aliquis autem, quòd duos ſciret fuiſſe Theodoſio liberos, adiecit Honorium. Vide Card. Baron. Tom. 4. ſub anno 383.

ARTEMII, qui militans in exercitu Conſtantini Imp. vidit Crucem, quæ in cœlo apparens habebat hæc verba ἐν τούτῳ νίκα hoc eſt. *In hoc vince,* Acta, extant legitima, & ſyncera apud Metaphraſten, die 20. Octobris.

ARTVRVS Philo, edidit Pariſijs anno 1530. Speculum Curatorum, & Tractatum de myſterio Miſſæ.

ARVERNENSE Concilium, anno Dom. 541. Vigilij autem Papæ, ſecundo. Theodoberti Francorum Regis, vigeſimoſeptimo. Interfuere quindecim Epiſcopi, quorum quidam ingenti ſanctitate claruerunt. Præfuit etiam S. Gallus Epiſcopus Aruernenſis. Actum aduerſus eius temporis Regum licentiam, pro arbitrio concedentium petentibus bona Eccleſiaſtica.

## A S

ASAPH, filius Barachiæ, princeps cantorum ſonantium cymbalis æneis, ac laudantium Dominum, & miniſtrantium in conſpectu Arcæ, compoſuit Pſalmos 78. 79. 80. 81. 82. 83.

ASAPH, ſiue Aſaphus Scotus, monachus, & Abbas monaſterij S. Kentigerni Glaſgoenſis Epiſcopi, cuius vitam deſcripſit; ac deinde eius loci, qui ex illius nomine denominationem S. Aſaph accepit, primus Epiſcopus, circiter annum Domini 560. cum multos in viam ſalutis adduxiſſet, clarus miraculis, migrauit ad Dominum kalend. Maij, ſcripſit.

De vita S. Kentingerni Epiſcopi, lib. De ordinatione ſuæ Eccleſiæ, lib. Arnold.

ASCANIVS Martinengus, Brixienſis, Canonicus Regularis congregationis Lateranenſis, & Abbas, edidit Gloſſam magnam in primum caput Hexaemeron, quæ duobus Tomis comprehenſa eſt & excuſa, vir nobilis ingenij, & magnæ eruditionis, quique ſuæ congregationi Generalis cum laude præfuit: ſed mors inchoatum ingens Opus non permiſit abſoluere. Excuſa eſt Patauij in Canonica D. Ioannis Præcurſoris à Laurentio Paſquato Patauino Typographo.

ASCANIVS Valentinus, Sacellum Gregorianum in maiori ÆdeD. Petri, quæ eſt Romæ ad Vaticanum, ex ipſo Sacelli opere auguſto, quale à Gregorio XIII. Pont. Max. inter alia opera inſignia extructum eſt, carmine heroico, quod perdignum eſt lectu, deſcripſit. Id verò, cum Romæ, aut etiam alibi; tũ Ingolſtadij, in Germania apud VVolfangum Ederum editum eſt, anno 1584.

ASBENSIVS Aquitanus, ord. Minorum, Poſtillam ſcripſit in Apocalypſim, & in 4. lib. Sent. Item Sermones eruditos. Henricus Villot.

ASCETICA. Vide, in verbo, Baſilius.

ASCLEPIODOTVS (ait Suidas) *à puero acutiſsimus, & eruditiſsimus æqualium habebatur, neq; vnquam inquirere cauſas miraculorum tam naturæ, quàm artis opificiorum deſiſtebat, & cum à puero vſq; ad ſenectutem ingenio valeret, plurima ſacris contulit ingenij ſui inuenta, & rationes tum ſtatuis ornandis, tum hymnis quibuſdam adijciens: hæc grati animi ergò pauca pro multis reddendo, à me ſcripta ſint.*

ASCLEPIVS Afer, in Baienſi tractu, & in Vico non gradi, Epiſcopus, ſcripſit aduerſum Arianos, & Gennadij tempore aduerſum Donatiſtas ſcribere dicebatur. In docendo autem ex tempore grandi opinione celebrabatur. Hæc fermè Gennadius in Catalogo. Notandum autem pro Baienſi, in alijs codicibus *Vagenſi,* alijs *Gabacnſi* legi. Viuebat Theo-

doſio

doſio iuniore Imp. anno Domini 440. Tritemius autem addit eum etiam ſcripſiſſe Homelias innumeras ad populum.

ASIANVS Sardienſis, Epiſcop. Antonino Imp. Apologeticum pro Chriſtianis à ſe ſcriptum tradidit an.173. Euſeb.

ASSERTIO breuis ſancti Miſſæ ſacrificij è SS. Patribus cõtra impium Franciſci Stancari Scriptum, Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni.

ASSVERVS, quem Græci *Artaxerxem*, Ioſephus *Cyrum* Xerxis filium fuiſſe tradunt, ſcripſiſſe dicitur quoddam factum in Commentarijs, vt in c. 12. Eſther habetur. At pro ἔγραψε, ἐκράτησε intelligendum videtur: videlicet, quòd iuſſerit ſcribi.

Duarum verò Epiſtolarum auctor alterius, quàm AMAN ſuo nomine ad tollendos è medio Iudæos, ad vniuerſas Prouincias mitti iuſsit, alterius, quàm ipſe de Iudæorum liberatione, ſcripſit. Ea extat in 13.cap. libri Eſther. Vide Ioſephum lib.11. Antiquitatum, c.6. Et huius quidem Epiſtolæ apud D. Thomam initio commentariorum in Canonicas Epiſtolas allegorica expoſitio ſatis luculenta legitur.

ASTATHIVS martyr, vide, in verbo, Agapius.

ASTERIVS Amaſenus Epiſcopus, ſcripſit Grçcè De Pœnitentia. Et in D. Lucæ Euangelij c. 16. De diuite, & Lazaro Sermonem, qui in ſexta, ſecundæ Synodi Nicænæ actione citatur. Photius autem in ſua Bibliotheca quinque Sermonum eiuſdem meminit.

ASTERIVS Scythopolitanus, quartus, è Græcis Pſalmorum omnium explanator, Arianæ factionis ſectator; quem ego huic APPARATUI non intexerem, niſi id prior Hieronymus in ſuo Catalogo feciſſet; multa regnante Conſtantio Auguſto volumina in ſacras Scripturas compoſuit; quę à ſuæ partis hominibus ſtudioſiſsimè legebantur. Extant commentariorum eius in Pſalterium fragmenta in Catena Græca Pſalmorum, prępoſito eius nomine. Edidit autem breues quoque commentariolos in quatuor Euangelia, & in omnes Epiſtolas Pauli.

ASTESANVS Aſtenſis, (quæ ciuitas in Subalpinis, Aſta, ſiue Haſta olim Colonia dicta, ſeſquidiei, aut bidui iter Mediolano diſtat) Summam de Conſcientiæ Caſibus, octo libris conſcripſit, quæ primò fuit edita Venetijs apud Leonardum Vilt, an.1480. Viuebat an.1330. Ludouico Imp.

## A T

ATHANASIVS Alexandriæ Epiſcopus, multas ARIANORUM paſſus inſidias (vt in Catalo Scriptorum illuſtrium habet Hieronymus) ad Conſtantem Galliarum Puincipem fugit; vnde reuerſus cum literis, & rurſum poſt mortem eius fugatus, vſque ad Iouiani Imperium latuit; à quo recepta Eccleſia ſub Valente moritur. Huius autem ſcripta qui velit altius deguſtare, expedit, vt quod de Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi ſupra diximus, idem de Athanaſio prænoſcat: nimirum in quænam tempora inciderit; vnde ad Eccleſiam tutandam vocatus, quid egerit, ſcripſerit, perpeſſus ſit; Quidue aut in eius legitimis ſcriptis, aut in alijs incertis obſeruatum ſit, tamquam vel ſuppoſititijs, vel dubijs: denique quænam editio, & verſio è Græco in Latinum prodierit emendatior.

Et quidem is fuit Eccleſiæ vniuerſæ ſtatus, quo tempore natus eſt, ac vixit, vt ingentibus futuris tempeſtatibus ex ARIANORUM, & Macedonianorum hæreſibus, parandi eſſent à D. Prouidentia viri, tamquam impauidi naucleri, qui Catholicæ fidei naufragium non permitterent ſequi. Iſtorum igitur, vti & Nicæni primi Concilij præcipua pars fuit ATHANAſius, cuius omnino vita prælegenda eſt ab eo, qui eius ſcripta cum fructu cupit euoluere.

Vitam porrò ipſius luculenta oratione celebrauit Gregorius Nazianzenus. Poſtremæ item Pariſienſi editioni, quæ prodijt ex typis Niuellij (vt dicetur inferius) adiecta eſt vita eiuſdem ATHANAſij à diuerſis conſcripta.

At Cæſar Cardinalis Baronius in tertio, & quarto ANNALIUM Tomo paſsim de illo agit, nec fermè omittit quidquam, quod ad eius labores, perſecutiones, exilia, ſolitudines, ſcripta, pertinet; in quibus ſanè Diuinæ ſapientiæ vis elucet, virum vnum protegentis, ac tamquam Columnam Eccleſiæ ſuſtentandæ admouentis aduerſus omnes hæreticos, atque adeò contra ipſos Impp. qui eum vel interimere, vel deprimere fruſtra connixi ſunt. Id quod ipſemet Athanaſius vbere Epiſtola ad ſolitariam vitam agentes, ob oculos ponit, quamobrem & illam perlegiſſe neminem pœnitebit.



Digitized by Google

## *Doctrina vnde, & qualis Athanaſij.*

Anno Domini 311. Ruffin. lib. 1. c. 4. Sozom. lib. 2. c. 16.

Id verò conſtat, Athanaſium adhuc puerum, dum vna cum pueris alijs ad littus maris luderet, ab iiſque Epiſcopus dictus, catechumenos ritè baptizaſſet, ab Alexandro Epiſcopo Alexandrino, qui caſu ſuperuenit, accitum ad ſe, diſciplinis, vt imbueretur, ita curatum fuiſſe, vt poſtea in Epiſcopatu ei ſuccederet. Duodennis penè extitiſſe creditur, cum ad Alexandrum acceſsit, qui deinceps eo ſcriba,& commenſali, vti & clerico ingenio, & morum maturitate ætatem ſuperante, in Eccleſia vſus, fecit, vt ad eam frugem perueniret, vt plus minus annos natus 24. Epiſcopus ipſi ſufficeretur. Hic igitur nō ſolum Theologica altè percepit, verū etiam Iuris ſcientiam optimè calluit, quamobrem Seuerus, lib. 2. hiſt. ſuæ nominat eum *Iuriſconſultum.* Acceſsit continens cum Hæreticis concertatio, ſcriptioque; ac dū in exilio, in eremo, & in latebris diu deliteſceret, perennis ac liquidior veritatis contemplatio, atque defenſio; vt taceam quid ei lucis afferre potuerint Synodi Nicænæ tot inſignes athletæ, cum quibus ſua conferebat, Iulius Pont. Max. ad quem vocatus ſe contulit, abſolutio tertia in Sardicenſi Concilio, Actitata ſui cauſa apud Conſtantem, & Conſtantium Impp. Conſuetudo cum Antonio Magno, cæteriſque Anachoretis ſanctiſsimis viris, perpetuaque in ſummis difficultatibus Alexandrinæ Eccleſiæ procurata vſque ad mortem, ſiue ſui præſentis, ſiue abſentis, adminiſtratio. Præterea, inſignis animi demiſsio, quæ magnum habet momentum ad ſapientiam Diuinitus hauriendam: nam & tantus vir à Serapione Epiſcopo Thmueos emendari ſua ſcripta cupiebat: Et ſcribens ad ſolitariam vitam agentes, rogat eas vt nullum exemplar eius ſcripti edant, vel ſibi ipſis deſcribant, ſed cōtenti ſint, vt probi trapezitæ ſola lectione: non enim (inquit) tutum eſt ad poſteros peruenire noſtra iſta ſcripta, quæ, vt balbutientes, & indocti confecimus. Ac tamen Gregorius Nazianzenus, atque Baſilius ex Athanaſio tanquam è fonte fluuios ſui Sermonis effudiſſe dicuntur à Photio; Et Symbolum ipſius ab Eccleſia cantari ſolitum Apoſtolicam auctoritatem ſapit: & in Prato ſpirituali, cap. 40. apud Sophronium extat Coſmæ monachi Sancti de ſcriptis Athanaſij prçclarum Elogium. *Cum,* ait, *inueneris aliquid ex Opuſculis S. Athanaſij, nec habueris chartas ad ſcribendum, in veſtimentis tuis ſcribe illud.*

Anno Domini 326.

## *Scriptorum Athanaſij dictio qualis.*

Qui autem Græcarum literarū eſt gnarus, facilius intelliget, quinam ſtylus ſit Athanaſij; cumque turbantibus omnia hæreticis, neceſſe fuerit ſignificantia verba, & quaſi noua nomina in ſummo Sanctiſsimæ Trinitatis myſterio proferre, Athanaſij elocutionem, ſynceram illam ſanè, & nullo ornatu, qui non ſit rei conſentaneus, fucatā animaduertet. De eius Epiſtolis Photius inquit. Ἀνεγνώσθησαν Ἀθανασίου ἐπιστολαὶ διάφοροι, ἐν αἷς ἐμφέρονται καὶ αἱ τῆς γεγενημένης αὐτοῦ φυγῆς, ὥσπερ ἀπολογίαν περιέχουσαι, κομψῶς τε, καὶ λαμπρῶς, καὶ ἔτι σαφῶς συντεθειμέναι, καὶ τὸ πιθανὸν μετὰ τοῦ χαρίεντος ἀνθοῦσαι, ἡδονὴν (aliàs ἡδονῆ) τῆς ἐκεῖθεν ἀπολογίας. hoc eſt. *Recognitæ fuerunt Athanaſij Epiſtolæ variæ, in quibus feruntur & illæ, quæ factæ illius fugæ, tamquam Apologiam continent, ſcitè, ſplendidè, & adeò perſpicuè compoſitæ: quin & vigent arte ad ſuadendū idoneæ, & gratia; nec abeſt voluptas in eadem Apologia.* Sed & alibi idem Photius, cum ſe legiſſe ſcribit Magni Athanaſij Commentarium in Eccleſiaſten, & in Canticum Canticorum, *perſpicuum quidem illum eſſe* fatetur, *ſicuti ſemper eſt, verùm ad eam gratiam, atq; pulchritudinem haud perueniſſe, quæ in Epiſtolis, & Apologia, atq; alijs huc ſpectātibus cernitur.* Ego verò crediderim alterutrum: ſiue ab Athanaſio commentaria illa non fuiſſe ſcripta: quippe quæ neque extent (quòd ſciam) neque Hieronymus in catalogo eorum mentionem fecerit; quamuis hic ob breuitatem ſe plures illius libros omiſiſſe afferat: ſiue (ſi fuerint eius legitimi fœtus,) ipſum Athanaſium noluiſſe eam dicendi vim in ijs exerere, quæ à munere interpretis debet eſſe aliena; præſertim cum ſacræ Scripturæ contextus ſimpliciter exponitur, nō autem ſimul ad populum permouendum adhibetur, quod Chryſoſtomus, atque alij fecere. Cæterùm adhuc ipſe Photius cum de Athanaſij quinque libris aduerſus Arium ſcripſit, graue de illius ſtylo, genereque dicendi fert teſtimonium: nimirum, *eum eſſe clarum, vt aſſolet in omnibus, nil habere ſuperuacanei, & ſimplicem quidem, ac candidum, verùm, ſimul acutum, atq; profundum, & argumentationibus omnino ſolidum, quodq; ipſius in his naturale eſt, tantum eſſe, vt ſit mirabile: Logicis autem Methodis neq; nudè, ac quemadmodum pueri è dictionibus, quiq; initio diſcunt, faciunt, oſtentantes iuuenile honoris ſtudium; ſed philoſophicè ſimul, atq; magnificè animi conceptionibus ſolis, atq; his rectè efformatis vſum fuiſſe, teſtimonijsq; ſcripturarum, & demonſtrationibus conſtanter, atq; inuictè eſſe communitum. Ac in ſumma ſufficere hunc librum contra omnem Arianum apparatum, atq; conatum.* Quin

λβ. pag. 8. in Bibl. ad Taraſium.

ρλθʹ. κώδ. pag. 168.

ἀπέριττος. ἀφελής. δριμύς. βαθύς. εὔτονος.

& (ſubdit)

& (ſubdit) *ſi quis Gregorium Theologum, ac Diuinum Baſilium dixerit, ex hoc libro tamquam è fonte haurientes, effundere pulchros illos, atq; perlucidos ſuarum orationum aduerſus iſtum errorem fluuios, ſanè, non aberrabit à vero.* Hæc Photius, quæ nos è Græco exemplari caſtigatiore Photij Bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum edita vertimus: cum quæ Sixtus, aut alij aliundè nō è Græcis codicibus, vt opinor attulerint, minus ad Græcum exemplar reſpexiſſe videantur, aut ſanè in quibuſdam mutila fuerint.

Iam verò, qui Latinam Petri Nannij Alcmariani verſionem Athanaſij euoluent, id etiam (licet non eo prorſus guſtu) intelligent. Qua in verſione quæ ad trium Tomorum opera tantum peruenit, cum vir ille doctus laborauerit, laudandus quidem eſt valde: ſed & eſſet optandum, vt ſcripturæ auctoritates ad veritatem vulgatæ editionis verſæ fuiſſent; nonnulla verò cum Græcis exemplaribus collata diligentius (à Theologis præcipuè Scholaſticis,) ipſiſsimis (vt vocant) terminis enunciarentur, quos Eccleſia Occidentis vſu iam tritos admiſit; ipſe autem Nannius minus æſtimaſſet Eraſmum, cuius errores, præter alios in fide, aperuit multos, & graues in Patrum Græcorum verſionibus Iacobus Billius Prunæus, quemadmodū ſuis in locis huius noſtri Apparatus ſatis liquet; ne quid dicam aliud de Eraſmo, qui à reliqua Athanaſij verſione fortaſſe non tam abſtinuit, quòd (vt quidam ait) prolixus eſſet in Epiſtolis ſynodorum recitandis, aut quod quædā eſſent ſuppoſititiæ, quàm quod de ſanctiſsima Trinitate minus rectè ſentiret: id quod denique oſtendit, cum Nouis Arianis viam ſuis ſcriptis ſtrauerit: de quo & Bellarminus Card. & nos in Refutatione aduerſus Chytræum. Vide in verbo, Deſiderius Eraſmus.

### *Scripta Athanaſij pro legitimis habita.*

Extat verò Symbolum, quòd ab omnibus, appellatur Athanaſij, quodque ab Eccleſia Catholica receptum, recitatur vbique. Hoc autem Romam à Pont. Max. Iulio huius nominis I. vocatus, vt iudicaretur, cum eum Euſebiani vndique perſequerentur, & ſcripſit, ac tanquam Catholicæ ſuæ fidei profeſsionem publicè edidit: quod cum Actis Nicenæ Synodi in Archiuo Romano diu aſſeruatum, tandem poſt multa annorum curricula tradi meruit Eccleſiæ recitandum. Incipit autem. *Quicunq; vult ſaluus eſſe.* Aliud eſt autem ab altero illo Athanaſij ſcripto, quod inſcriptum eſt: *Expoſitio fidei,* quodque in primo operum eiuſdem Tomo habetur. Meminit autem Symboli ipſius Auguſtinus in Pſalm. 120. ſuper illud: *Per diem ſol non vret te, neq; Luna per noctem:* vbi citat integrum verſum eius Symboli, nec deſunt alibi loca, quæ eiuſdem verbis, atque ſententijs conſperſa cernuntur. Ac quamquā in vniuerſo penè Chriſtiano orbe id fuerit admiſſum, à Græcis tamen ijs, qui ſeſe à Romana pręciderunt Eccleſia, pars illa truncata eſt, qua Spiritū ſanctū, à Patre, & Filio procedere aſſeritur; eo falſo prætextu, quòd ſuperaddita (vt dixerunt) fuerit nuper à Latinis; cum liqueat, ante annos nōgentos ſeptuaginta, vt ita ſe nunc habet, legi ſolitum; quod & conſtat ex primo capite Toletani quarti Concilij, & ex teſtimonio Apoſtolicæ ſedis Legatorum ad Græcos Gregorio IX. Rom. Pont. ex illa ipſa fidei definitione, quæ in Vaticana, & Sfortiana Bibliothecis habentur in Vrbe; atque ex Decreto Eugenij ad Armenos in Concilio Florentino. Scio autem alios ſenſiſſe non Romæ, ſed apud Treuiros in puteo, vbi latitauit Athanaſius, hoc ſymbolum fuiſſe ſcriptum, quod & ipſa monſtrat inſcriptio, quæ hodieque in eodem Puteo legitur, vt forte probabile ſit ſanctiſsimæ Trinitatis propugnatorem vbicunque poterat, hymnum illum ſcripſiſſe, cantaſſe, diſſeminaſſe. Scripſere verò in hoc Symbolum, vel de ijs, quæ ad illud pertinent, quicunque ſiue Arianos ex profeſſo confutarunt antiqui Patres, Theologique deinceps Scholaſtici omnes, ſiue Nearianos noſtri temporis cum Bellarminus Card. & alij, tum Gilbertus Genebrardus librum elegantem, (de quo tamen ſuo loco agendum eſt) noſque aliquid, vbi de Atheiſmis hæreticorum egimus, Gennadijque ſcriptum de Proceſsione Spiritus ſancti in formā Catechiſmi è Patribus Græcis redegimus. Quin & Petrus Clenclerus vir doctus Herbipoli Diſputationes lectu valdè dignas de Symbolo Athanaſij paucos ante annos edidit: cum & ipſam fidei Athanaſij definitionem, quæ extat in Bibliotheca Vaticana, vt diximus, Voſſius Belga è Græco Latinam à ſe factam è Romano prelo euulgauerit. Sed & Gregorius de Valentia (non is, qui Societatis noſtræ Theologus multa edidit, vti ſuo loco dicemus,) ſcripſit appoſitè (ſermone licet minus culto) in diem Symbolum; Quod & eleganter, atque eruditè pręſtitit Nicolaus Serarius noſter, de quo ſuo loco diximus. Præterea, reliqui Theologi omnes dici poſſunt ſcripſiſſe in Symbolum Athanaſij, cum Magiſtrum Sent. ſiue D. Thomam ſunt interpretati; ita quoque SS. Auguſtinus, Hilarius, & alij, qui de ſanctiſs. Trinitate ſcripſerunt.

NOTA.

Baron. Card. Annal. To. 3. ſub an. 340.

## *Primi Tomi.*

Prѳter Symbolum Athanaſij extant in primo Operum Tomo, eorum, qui poſtremò ſunt editi.
Contra idola Oratio.
De Incarnatione Verbi Dei, eiuſque corporali ad nos aduentu.
Ad Epictetum Epiſcopum Corinthiorum Epiſtola aduerſus illum, & contra hæreticos.
Expoſitio fidei.
Liberij Romani Pont. Epiſtola ad Athanaſium, & Athanaſij ad eum Reſponſio.
Epiſtola ad Antiochenos.
De æterna ſubſtantia Filij, & Spiritus ſancti cum Deo contra gregales Sabellij Oratio.
Oratio, qua docet vnum eſſe Chriſtum.
Ad Adelphium fratrem, & confeſſorem contra Arianos Oratio.
Contra Arianos, Orationes quatuor.
Contra Arianos, in hoc Dictum. *Ex Deo Deus eſt Verbum.*
In hoc Dictum. *Omnia mihi tradita ſunt à Patre.*
Compendium è ſuperioribus deſcriptum contra eos, qui de Spiritu ſancto rectè non loquebantur.

## *Secundi Tomi.*

Athanaſij ad Imperatorem Conſtantium Apologia. Apologia de fuga ſua.
Epiſtola ad vbique Orthodoxos, cum per Arianos perſecutio fieret.
De ſententia Dionyſij Alexandrini Epiſcopi aduerſus Arianos.
Quòd Nicæna Synodus, animaduerſa Euſebij calliditate, congruis, & pijs verbis ſuper Ariana hæreſi expoſuerit.
NOTA. Contra Arianos Apologia ſecunda. In qua obſeruauit Card. Baronius Tom. Annalium 3. librariorum vitio factum fuiſſe, vt inſcriptiones Epiſtolarum Concilij Sardicenſis mutatæ ſint, nempè *circularis*, ſub titulo eius, quæ Miſſa eſt *ad AEgyptios*; & quæ *ad AEgyptios* ſub titulo, *circularis*, hoc eſt, encyclicæ.
Ad Serapionem fratrem Epiſtola.
Ad omnes vbique ſolitariam vitam agentes, & in fide fundatos Epiſtola vberrima, in qua contextus eſt corrigendus, vbi pro *Gregorio Georgij nomen* ſæpè ponitur.
De Synodis Arimini, & Seleuciæ celebratis Epiſtola; In qua dubitandum non eſt, quin quæ habetur inſcriptio hæc; *Edita eſt Catholica fides in præſentia Domini noſtri, religioſiſſimi, præclariq́, Victoris Regis Conſtantij Auguſti, AEterni, Coſſ. Clariſſ. viris Euſebio, & Hypatio, Arimini 11. Kalend. Iunias.* reſtituenda ſit neceſſario ita, vt legatur eam eſſe Syrmij editã coram Conſtantio; Arimini verò recitatam dicta die, atque conſulibus.
Ad Iouianum Auguſtum de fide Epiſtola. Error autem manifeſtus eſt in ijs codicibus, in quibus legitur ſcriptam eſſe hanc Epiſtolam ad Iouinianum, cum omnino ad Iouianum legi debet. Scripta eſt autem ab Athanaſio, anno Domini 363. cum eam Iouianus petijſſet.
Ad Dracontium, Epiſcopatum fugientem, Epiſtola.
NOTA. Ad Epiſcopos in Africa, Epiſtola; vbi textus è libro ſiue Epiſtola de Synodis conijcitur eſſe deprauatus, vbi ait ducentos partium Catholicarum conueniſſe Ariminum, quo men trecenti earum conuenere.
De his autem omnibus, quæ in primo, & ſecundo Tomo habentur, nemo fermè dubitat, quin ſint Athanaſij.

## *Tertij Tomi.*

De Incarnatione Verbi. De Natura humana ſuſcepta. De Incarnatione Chriſti.
De ſalutari aduentu Chriſti contra Apollinarium, ſiue Apollinarem.
Contra omnes hæreſes Sermo. Ad Maximum Philoſophum Oratio.
In illud. *Profecti in pagum, qui ex aduerſo eſt, inuenietis pullum.*
In Paſsionem Saluatoris.
NOTA. Ad Marcellinum de interpretatione Pſalmorum. Porrò Iſagogicus hic libellus de titulis, Pſalmorum à Caſsiodoro in Prologo, & calce commentariorum in Pſalmos commemoratur, qui & eum vocat *Sermonem magnificum.* Opuſculum autem hoc ab Angelo

etiam

etiam Politiano in Latinum è Græco fuit verſum,& à Capnione (vt fertur) locupletatum.

De Virginitate,ſiue de meditatione.

Teſtimonia ex ſacra Scriptura de naturali communione ſimilis eſſentiæ inter Patrem, & Filium,& Spiritum ſanctum.

Ad omnes vbique per Aegyptum,& Syriam,& Phæniciam, & Arabiam fratres.

Refutatio contra hypocriſim Meletij.

De Sanctiſſima Deipara Virgine Maria.

In Paſſionem, & Crucem Domini.

Ad Serapionem Epiſcopũ Thmeos,Epiſtola.De quo Serapione,vide,in verbo, Serapio:

In illud.*Quicunq; dixerit verbum contra Filium hominis,remittetur ei.*

Diſputatio in Nicæno Concilio contra Arium. Homilia de Semente.

Declaratio Leuitici de diuerſa eiuſdem rei nomenclatura.in ca. Leuit. 9.Incipit Sermo: *En tibi in iſto loco.* Hactenus Nannius vertit è Græco.

## *Quarti Tomi.*

De varijs Quæſtionibus Scripturæ ſanctæ ad Antiochum libellus. Sixtus autem Senẽſis non putat hunc eſſe Athanaſij,ſed à ſtudioſo quopiam è varijs Patribus collectũ,quippe qui in queſtione quarta Theologiam myſticam Diui Dionyſij citet, Athanaſij ſæculo (vt ipſe opinatur Sixtus) ignotam: & in Quæſtione 23.Athanaſium ipſum,& ab eo diſſentit. Ego verò niſi hoc poſtremum eſſet validius argumentũ, ipſaque dictio ſaperet magis Athanaſium , & alia non eſſent validiora argumenta,quæ librum nõ eſſe Athanaſij euincunt,non adeo commouerer ſuperiore Sixti argumento.In Origene enim cernũtur quędam,quæ haud improbabilem fidem faciunt , Dionyſij ſcripta eo tempore innotuiſſe. Qua de re egimus in verbo,Dionyſius Areopagita. Porrò argumenta alia illa ſunt , quod in quibuſdam exemplaribus feruntur quæſtiones 162.in quibuſdam ſolum 46.& in harũ quæſt. quarta citatur Epiphanius in opere inſcripto, *Panarius,* & quæſt. 8.Gregorius Niſſænus in lib.de Homine,tanquam antiqui Auctores. Dicitur enim *Sanctus Pater noſter Epiphanius.* Conſtat autem Athanaſium illos præceſſiſſe; quin & inde conſtat ψευδεπίγραφον eſſe,quod Chryſoſtomus,Scala Ioannis,Maximus,Nicephorus,& alij in illo citãtur.Extat m.s.Græcè,Num.77.in Auguſtana Bibliotheca.Ioannes autem Capnio vertit hunc librum ad Antiochum,& adiecit olim quaſdam ad eum annotationes,quæ tamen cum poſtremis editionibus non extant. Tractatus de definitionibus. Diſputatio contra Arium Laodiceæ habita. Ad Monachos exhortatio. De Paſſione imaginis Domini noſtri Ieſu Chriſti libellus, qui etſi dubium eſſe poteſt, num ſit opus Magni Athanaſij, tamen certũ eſt eum eſſe antiquiſſimi Auctoris,quandoquidem citatur tamquam antiquiſſima hiſtoria in ſeptima Synodo, Actio 4.Vide Bellarm.Card.li.2.de Imaginibus Sanctorum, To. 1.controu.7.

Ad Marcum Papam Epiſtola,& Marci Reſcriptum.Quæ ſine dubio non ſunt Athanaſij.Quoniam pacto quæſo(inquit Baronius Card.tertio Annalium Tomo , ſub annũ Domini 336.)ſub dictis Conſulibus potuit Athanaſius Alexandria ad Marcum ſcripſiſſe,qui iam exul hoc anno agebat in Gallijs?& quænam ſub Conſtantino graſſatio Arianorum contigit in Aegypto,cum non Marci tempore,ſed multo poſt,quando Cõſtantius Georgium in locum Athanaſij ſubrogauit,paſſa ſit Eccleſia Alexandrina violentam Arianorũ vaſtationem? Sed & quoniam pacto Marcus potuit decimo Kal. Nouembris ſcripſiſſe ad Athanaſium, cum hoc ipſo anno Nonis Octobris reperiatur eſſe defunctus? Eum quidẽ Pont. non niſi octo menſes ſediſſe Hieronymus teſtatur in Chronico. Cum autem eas citet Marianus Scotus, & pariter contendat, nõ niſi octo menſibus ſediſſe Marcum,quonã modo fieri potuit, eam datam eſſe ab ipſo Marco Epiſtolam , ſi iam ante ipſe ex humana vita deſierat? Quicquid ſit,vnum,eundemq; eſſe putamus auctorem,qui has concinnauit litteras,cum eo,qui finxit Epiſtolam illam Bonifacij Papæ ad Eulalium Epiſcopum Alexandrinum de reſtituta communione Eccleſiæ Africanæ;de qua conſule,quę in Notis ad Romanum Martyrologium idem Card.Baron.ſcripſit. Ad Serapionem de Spiritu ſancto Epiſtolæ duæ. De vnica Deitate Trinitatis,li.7.Synopſis totius ſacræ Scripturæ Noui,& Veteris Teſtamenti:quam Sixtus,& alij putant eſſe Athanaſij.Et hi quidem quatuor Operum Tomi vno in volumine comprehenſi,editi ſunt Baſileæ.an.1564. Inter quos cur nõ inſerta fuerit vita Antonij Magni ab Athanaſio conſcripta, mirum eſt; niſi quòd iam in ea ciuitate hæreſis inualuerat,quæ iſta lumina ferre non poteſt.



Digitized by Google

At ſubſecutæ ſunt editiones Operum Athanaſij, prima an. 1572. ſecunda an. 1581. Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellium virum Catholicum, apud quos eſt 5. Tomus.

## *Quinti Tomi.*

Vita D. Athanaſij Epiſcopi Alexandrini à varijs Auctoribus conſcripta.

Vita S. Antonij Abbatis ab Athanaſio Epiſcopo Alexandrino ſcripta: quam eam eſſe, quã nos habemus, & cuius meminit Hieron. in Catalogo, facile probat Cardin. Bellarminus aduerſus Magdeburgenſes Centuriatores, tum ex Patribus, tum ex antiquis hiſtoricis. Lib. de Monachis. Tom. 1. controu. 5. Cur verò quædam de Antonio Magno Hieronymus ſcripſerit, quæ Athanaſius non attigit. Vide, in verbo, Antonius Aegyptius, in hoc noſtro Apparatu. De Sanctiſſima Trinitate Dialogi quinque. Ad Ammonem monachum Epiſtola.

Sed & poſt haſce duas Pariſienſes editiones prodierunt in lucem, Ingolſtadij quidem apud Dauidem Sartorium, an. 1582. recentior Oratio de fide, ac religione Athanaſij Alexandrini ab Alberto Hungero verſa. Antuerpiæ verò apud Ioachimum Trognęſium, an. 1598. S. Athanaſij Epiſcopi Alexandrini in ſanctum Paraſceues diem Sermo primum editus Græcè, & Latinè, Petro Pantino Tiletano interprete.

Quin & Hieronymus in Catalago, inquit: *Feruntur eius aduerſus gentes duo libri. Et contra Valentem, & Vrſacium, vnus. De virginitate, ac de perſecutionibus Arianorum plurimi, & de Pſalmorum titulis, & hiſtoria Antonij vitã continens, &* ἑορταςικὴ *Epiſtola, & multa alia, quæ enumerare longum eſt.*

Citatur à D. Thoma Aquinate in libro aduerſus errores Græcorum, *Athanaſius in Theca, ſiue volumine ſuper Ioannem.*

Tritemius addit, Athanaſium ſcripſiſſe ad Luciferum Epiſcopum, librum vnum. At credo, voluiſſe indicare Athanaſium litteras miſiſſe ad Luciferum Calaritanum Epiſcopum, & Apoſtolicæ Sedis Legatum, qui intrepido pectore Eccleſiæ fidem tutatus eſt, atque aduerſus Conſtantium Imp. ſcripſit, & inter ſuos labores librum edidit, quem prænotauit, *Moriendum eſſe pro Filio Dei.* Vide tertium Annalium Tomum Car. Baronij ſub an. Domini 356.

Sed neque verum apparuit, quod idem Tritemius putauit ab Athanaſio ſcriptũ fuiſſe commentarium in omnes Epiſtolas Pauli, qui quidem primis in editionibus illis Athanaſij ante annum 1532. à typographis inſertus fuit. Nam & poſtea animaduerſum eſt Theophylacti potius Bulgariæ Epiſcopi, fuiſſe, quàm Athanaſij eum eſſe commentarium, qui à Chriſtophoro Perſena Latinus eſt factus, ac proinde Ceruicornus Coloniæ typographus, an. 1532. illum inter Athanaſij opera non edidit, licet Lutetiæ an. 1520. Argentinæ, ſiue Argentorati apud Knoboulchum an. 1522. Baſileę apud Frobenium 1527. prodierãt in lucem. Eiſingrenus autem & alij meminere Lexici Gręci, Athanaſij, quod extare dixerũt, Venetijs in Bibliotheca SS. Ioannis, & Pauli.

Iam in Bibliotheca Vaticana volumen m.s. Athanaſij Græcum habetur hac inſcriptione. Βιβλίον ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν ἀρχιεπισκόπου ἀλεξανδρείας Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου περιέχον λόγους λβʹ.

Alij inquiunt, Conſtantinopoli haberi Orationes Dialecticas Gręcè m. ss. aduerſus Arium, quibus coram Conſtantino Magno diſſeruit in prima vniuerſali Synodo Nicæna. Præterea Orationes eiuſdem Panegyricas, ſiue Conciones in duodecim feſta Dominicalia deinde in aliquos Sanctos, quorum feſta celebrantur initio Septembris: hoc eſt Demetrij, Myroblitæ martyris, S. Apoſtoli Philippi, Euſebij Pamphili, & aliorum. At hæc non modo incerta, ſed & contra veritatem. Euſebius autẽ Pamphili fuit Arianus, ipſique Athanaſio perinſenſus, neque vnquam pro ſancto habitus. De Demetrio item diſpiciendum eſt; Nam in Notis ad Martyrologium, nullius *Miroblitæ* meminit Baronius Cardin.

Denique, neſcio (inquit Card. Bellarminus, lib. 2. de verbo Dei, c. 5. To. 1.) quo errore factum ſit, vt cum Athanaſius, & Epiphanius diſertis verbis ſcribant Symmachum ſub Seuero, Theodorionem ſub Commodo Marci filio ſcripturas interpretatos eſſe, neque dubium vllum eſſe poſſit, quin Commodus Seuerum præceſſerit; tamen ijdẽ auctores Symmachum priorem, poſteriorem Theodotionem faciant.

Iam verò, qui Athanaſio aſcriptus eſt à Glyca Siculo recentiore hiſtorico, *Sermo de Aſſumptione Beatiſſimæ Virginis,* non poſſe ipſius Athanaſij eſſe à Card. Baron. To. Annalium primo oſtenditur. *Nam* (inquit) *cum ibi auctor multus ſint in cõputando Neſtorij dogmate, de quo tũc*

*eſſet*

*eſſet controuerſia, planè alius ab Athanaſio eſſe conuincitur. Si enim ea ab Athanaſio ſcripta eſſent, Cyrillus eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopus, & alij Patres, qui Epheſino Concilio aduerſus Neſtorium interfuere, & cuncta quæ à ſanctis Patribus ſcripta eſſent volumina,* vt illius hæreſim impugnarent, euoluerunt, *nequaquam adeo laboraſſent: ſed nullo negocio, quid de incarnatione Verbi ſentiendum eſſet, illa vna tanti Patris edita Homilia, occluſiſſent ora omnium blaſphemantium.* Vide Annales ibidem, ſub annum 48. pa. 356. primæ editionis.

Ceterum de operibus Athanaſij Græcis, & Latinis, vna cum Nicæna Synodo Græca, & Latina Vittembergæ, editis ann. 1597. ab ijs, qui ſunt extra catholicæ Eccleſiæ caſtra, erit aliquid dicendum, in verbo, Nicæna Synodus huius Apparatus.

Veruntamen in Bauarica Bibliotheca extant m.ss. Opera Athanaſij Græcè.

De Incarnatione, & S. Trinitate. Initium. Οἱ κακοτέχνως τὰς θείας γραφὰς βουλόμενοι νοεῖν, id eſt, *Qui doloſè Diuinas Scripturas volunt intelligere.*

Oratio contra Gentiles, ſiue idola.

De Incarnatione Verbi, & eius in corpore ad nos Aduentu,

Diſputatio contra Arium in Nicæno Concilio. Vide Baron. an. Dom. 325. num. 51.

Orationes, quæ extant Latinè. Prima in codice inſcribitur, Epiſtola Encyclica ad Epiſcopos Aegypti, & Libyæ contra Arianos.

Epiſtola ad omnes Orthodoxos, perſecutione ab hæreticis excitata.

Epiſtola ad Serapionem de Spiritu ſancto. *Literæ tuæ affectionis mihi datæ ſunt in Eremo.*

Ad eoſdem contra illos, qui dicunt Filium eſſe creaturam.

In dictum illud Euangelij: *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis.*

Vniuerſalis Epiſtola ad omnes per Aegyptum, Syriam, Phœnicem, & Arabiam Orthodoxos Epiſcopos.

Teſtimonia ſacræ Scripturæ de æqualitate Patris, & Filij cum Spiritu.

Ad Antiochum De varijs Scripturæ quæſtionibus.

Refutatio hypocriſeos Meletij.

Oratio contra Apollinarum.

Ad Marcellinum in Pſalmos.

Epiſtola ad Epicletum epiſcopũ Corinthi.

De Incarnatiõe Chriſti cõtra Apollinariũ.

Symbolum Orthodoxæ fidei.

Atqui cum indicauerimus Græcè m. s. huius Patris Codices, qui in alijs quibuſdam Bibliothecis aſſeruãtur (hoc enim ad calcem vniuerſi huius Sacri Apparatus præſtitimus) tum eiuſdem Opera, quotcunq; èatenus inuenire potuere, prodierunt an. 1600. ex Officina Commeliniana Græcè quidem cuſa ex integriore Baſileenſis Bibliothecæ codice, quem catholici ante Lutheranam & Caluinianam hæreſim in ea ciuitate reliquerant. Sed & addita Interpretatio, ſeu Verſio Petri Nannij Alcmariani (de quo paullò anteà locuti ſumus) & aliorum, vbi illa deſiderabatur: vt ſanè hæc editio cæteris ſit auctior, quàm quæ anteà alibi in lucem ſunt datæ.

***Catalogus autem Editionis iſtius librorum, qui in priore Tomo continentur, eſt ſequens: Nimirum alio ordine, quàm qui à Pariſienſibus eſt editus.***

Oratio contra gentes.

Oratio de incarnatione Verbi.

Diſputatio contra Arium in concilio Nicæno.

contra Arianos Orationes quinque.

- Prima.
- Secunda.
- Tertia.
- Quarta.
- Quinta.

In illud dictum, omnia tradita ſunt mihi à Patre.

Epiſtola ad Adelphium Fratrem.

Epiſtola ad Maximum Philoſophum.

Oratio contra eos qui dicunt Filium creaturam eſſe.

Epiſtola ad Serapionem contra eos, qui dicunt Spiritum ſanctum eſſe creaturam.

Teſtimonia in Sacra ſcriptura de naturali communione ſimilis eſſentiæ inter Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum.

Expoſitio fidei.

Liberij Rom. ad Athanaſium Epiſt.

Athanaſij reſponſum.

Epiſtola de fide ad Iouinianum.

Narratio de concilio Nicæno.

Epiſtola de Sententia Diony. Alexandrini.

Epiſtola catholica.

Refutatio hypocriſeos Meletij Euſebij, & Pauli Samoſatenſis.

Epiſtola ad Antiochenſes.

Epiſtola ad Epictetum.

De Incarnatione Verbi Dei.

De natura humana ſuſcepta.

De Incarnatione Chriſti contra Apollinarium.

Oratio contra Apollinarium.

Oratio contra gregales Sabellij.

Oratio quod vnus ſit chriſtus.
Epiſt. ad Serapionem de morte Arij.
Apologia ad Imp. conſtantium.
Apologia I. de fuga ſua.
Apologia II.
Epiſtola ad omnes vbique ſolitariam vitã agentes.
Epiſtola de Synodis Arimini, & Seleucæ.
Epiſtola ad Africanos.
Epiſtola ad omnes vbique Orthodoxos.
Epiſtola ad Ioan. & Antiochum.
Epiſtola ad Palladium.
Epiſtola ad Dracontium.
Epiſtola ad Marcellinum de interpretat. Pſalmorum.
De Sabbathis, & circumciſione.
In illud: *Quicumq; dixerit verbum contra filium hominis.*
In illud: *Profecti in pagum, &c.*
In Paſſionem Domini Noſtri Ieſu chriſti.
De Sanctiſſima Deipara Virgine.
De Virginitate.
Homilia de Semente.
Oratio contra omnes hæreſes.
Proteſtatio Populi Alexandrini.

*In poſteriore autem Tomo continentur. Quorum quæ nunc primum edita, ſtellula * hac ſunt ſignata.*

* Oratio in Aſcenſionem chriſti.
* Oratio de Melchiſedecho.
* De paſſione imaginis Domini noſtri Ieſu Chriſti duplex Græcè tantum.
Cui ſubiungitur idem Opuſculum Latinè tantum.
Ad Serapionem Epiſt. de Spiritusſancto.
* Ad eundem de Spiritusſancto alia Epiſtola.
* Contra Arianos.
* Colloquium Arianorum primum habitũ Antiochiæ cum Iouiano Imp.
colloquium eorundem ſecundum.
* Colloquium eorundem tertium.
* colloquium adhuc aliud eorundem.
De Incarnatione.
* Symbolum Athanaſij.
Epiſtola Iouiani Imperatoris ad Athanaſium.
* Athanaſij reſponſum.
Epiſt. Athanaſij ad Amm. fragmentum Epi. 39. feſtalis.
Epiſt. Athanaſij ad Ruffinianum.
Epiſt. Euſebij cæſarienſis ad eos, qui in eius ſunt diœceſi.
Definitiones quædam.
Synopſis Sacræ ſcripturæ.
* Dialogi quinque de Trinitate, quorum ſecundus magna acceſsione auctus eſt.
* Dialogi alij cum varijs quibuſdam contra diuerſas hæreſes Opuſculis, quorum omnium Index extat.
* Quæſtiones ad Antiochum, duplo quàm hactenus auctiores.
Dicta, & interpretationes parabolarũ Sancti Euangelij.
Quæſtiones aliæ anonymæ.

*Hactenus Græcolatina: ſequuntur quæ Græcè haberi non potuerunt.*

Diſputatio D. Athanaſij cum Ario Laodiceæ habita.
D. Vnita Deitate Trinitatis, lib. 7. ad Theophilum.
Ad Monachus exhortatio.
Epiſt. Athanaſij, & Aegyptiorum Epiſcoporum ad Marcum Papam Rom.
Marci Papæ reſcriptum.
Vita Sancti Antonij à Diuo Athanaſio conſcripta.

*Hactenus Athanaſij Opera. His acceſſerunt.*

* D. Gregorij Nazianzeni oratio in Sanctũ Athanaſium Græcolatina.
* Vita D. Athanaſij Græcolat. incerto Auct.
Vita eiuſdem ex Simeone Metaphraſte.
Vita eiuſdem ex Hiſtoria Sanctorum Aloyſij Lipomanni Veronenſis Epiſcopi.

ATHANASIVS alter Ancyræ Epiſcopus, qui Concilio Antiocheno ſub Iouiano interfuit, ſicuti & Concilio Tyanenſi, mortuus eſt ſuperſtite adhuc Baſilio Magno, qui Epiſtolam 67. conſolatoriam ſcripſit de eius obito, vocans eum *columnam & ſtabilimentum Eccleſiæ.* Vide Sozomenum, lib. 6. c. 12. Et probabile eſt multas ſaltem ſcripſiſſe Epiſtolas, dum publicam chriſti Domini, atque Eccleſiæ ageret cauſam; at exciderunt; niſi alicubi adhuc deliteſcant.

ATHANASIVS Balodius, Patriarcha Antiochenus, in Vetus, & Nouum Teſtamentum, inter libros aliquos Arabicos, atque Syriacos, qui à tempore Gregorij XI. Pontif.

Max. dicebantur ſub terrā defoſſi,& poſtea oblati ſunt venales illuſtriſs. Epiſcopo Herbipolenſi.

Athanasivs Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſcripſit Græcè Epiſtolas octo De neceſſaria Epiſcoporum reſidentia, varijs Epiſcopis, quæ Latinè extant in ſecunda editione Bibl. SS. PP. Bignæi Tom. 3.

Athanasivs Nemetum vrbis Spiræ Antiſtes, vir ſanctus, à ſacris Dagoberti Regis Francorum, qui plures finitimos populos ad fidem conuertit, multa volumina tū ad confirmationem noſtri dogmatis, tum ad confutationem Arianæ perfidiæ confecit. Vixit an. Dom. 612. Eiſingrenus.

Athenagoras Athenienſis Philoſophus, & Chriſtianus, legatione pro Chriſtianis, quo vbique vexabantur, ſuſcepta, M. Aurelio Antonino, & Aurelio Commodo Apologiam pro Chriſtianis obtulit, anno Domini 179. cum autem eandem (inquit Baronius) præſeferat inſcriptionem, quæ à S. Hieronymo tribuitur Iuſtino Martyri Apologia, dicente, alium librum ab eo datum ſucceſſoribus eiuſdem Antonini Pij, Marco Antonino Vero, & Lucio Aurelio Commodo: vehemens permouit multos ſuſpicio, vt credant eiuſmodi, de qua eſt ſermo, Apologiam eodem titulo præſignatam, eſſe Iuſtini, eo quòd ad Marcum, & Lucium data nulla alia reperiri videretur: ſed quam diximus, & ex Euſebio perſpicuè monſtratur ad eoſdem Principes eſſe datam, errore factum eſt, non vt ad illos, ſed ad Senatum Romanum legeretur inſcripta; reuera tamen ad Marcum, Aureliū & Luciū Verum, eūdemque & Commodum dictum, ſcripta. Sed longe fuiſſe diuerſum Lucium Verum Antonini fratrem, Commodum etiam cognominatum, qui cum eo regnauit vſq; ad annum nonum, à Lucio Commodo filio eiuſdem Antonini, qui anno decimoſexto eiuſdem à parte in collegam Imperij eſt aſſumptus, certum eſt, vt nihil penitus ſit, quòd Apologia M. Antonino, & L. Commodo data, Iuſtino, qui longe ante martyrio finem viuendi fecerat, adſcribi poſſit. Ea ergo germano auctori ſuo tribuenda eſt; nēpe (vt præſefert vetus inſcriptio) *Athenagoræ*. Eſt .n. hic illius operis titulus: *Athenagoræ Athenienſis Philoſophi Chriſtiani Apologia, vel Legatio pro Chriſtianis.* Cuius nomen fortaſſe, ea de cauſa antiquioribus parum innotuit, quòd nomine Iuſtini eiuſdem tituli commentarius apud nonnullos, vt eſt apud Hieronymum, haberetur inſcriptus. Egregium porrò commentarium De mortuorum Reſurrectione, quam irridebant Gentiles, idem Athenagoras ſcripſit, qui item Græcè editus eſt Lugduni ann. 1581. cum extaret Bononiæ m. s. Græcè in Bibl. S. Saluatoris, & iam antea an. 1541. Pariſijs excuſus fuiſſet apud Vuechelum Græcè & Latinè: ſed & Baſileæ ab Henrico Petri vtraque lingua, interprete Petro Nannio, prodierat in lucem. At Apologiam pro Chriſtianis, è Græco tranſtulit in Latinum, & Commentarijs illuſtrauit Suffridus Petrus Leouardienſis Friſius adiectis caſtigationibus. Coloniæ apud Arnoldum Birckmannum ann. 1567. Suffridus autem Catholicus eſt, non Geſnerus, qui eam item verterat. Græcè autem Lugduni editus eſt Athenagoras de Reſurrectione mortuorum, an. 1589. extant & Apologia, & Commentarius de Reſurrectione in To. 9. Bibl. SS. PP. Bignæi ſecundo editæ. Quin etiam Tom. Annalium ſecundo Card. Baronius ſub an. 179. verſus finem, inſeruit partem Apologiæ Latinæ eiuſdē Athenagoræ, quæ tanto liquidius intelligetur, quanto inde cernetur, quinam rerum Chriſtianorum ſtatus eo tempore fuerit.

Athenodorvm Athenienſem philoſophum, quem ſcripſere fuiſſe præceptorem Dionyſij Areopagitæ, conſcripſiſſe autem opus, quod Διαφορα, inſcripſit, non vidi. Athenodori quidem meminit Euſebius lib. 6. c. 23. qui cum Theodoro, qui poſtea Gregorius Thaumaturgus eſt appellatus, ad Origenem dicendi gratia venientes, Diuinæ Philoſophiæ, & doctrinæ Chriſtianæ amorem ſenſim hauſerunt, ij autem vixere an. Dom. 233. & quod ſuper eſt. Vide in verbo, Greg. Neocæſarienſis Epiſcopus, ſiue Thaumaturgus.

Athenogenes inſigni eruditione, & martyrij gloria celebris, ſcripſit Hymnum de quo Baſilius ad Amphilochium c. 29. de Spiritu ſancto ſic inquit: *Quòd ſi quis etiam nouit Hymnum Athenogenis, quem tamquam Aggreſſorium diſcipulis ſuis reliquit, feſtinans iam ad perfectionem, quæ fit per ignem, is nouit & martyrum ſententiam de Spiritu.* Nimirum (ait Card. Baronius) quod Athenogenis hymno, vna cum patre et filio prædicaretur, quoque Spiritus ſancti Diuinitas. Porro licet Athenogenis martyrij natalis dies in tabulis Eccleſiaſticis adſcriptus habeatur, nempe Ianuarij decima octaua die; tamen quo tempore martyrium ſubierit, non liquet.

Atticvs Epiſcopus Cōſtantinopolitanus ſcripſit ad Cyrillum Epiſtolas duas, quæ habentur in Nicephoro lib. 4. c. 26. Hæ pertinebant ad reſtituendum in album Epiſcoporum Io. Chryſoſtomum. Scripſit etiam alia. Vniuerſam autem hiſtoriam Baronius ſub

anno

anno 412. Tomo quarto ſuorum Annalium inſeruit. In qua illud de Cyrillo Alexandrino, qui infenſus Chryſoſtomo primum, deinde viſione exterritus ad cor redijt, dignum eſt, quod legatur ad B. Virginis quoque patrocinium in omnibus rebus procurandum. Scripſit item ad Reginas Arcadij Imperatoris filias de Fide, & Virginitate librum, in quo præueniens, Neſtorianum dogma impugnat, vt in Catalogo inquit Gennadius. Tritemius autem inquit vixiſſe anno Domini 420. qui ait extare Epiſtolam eiuſdem, & alia non pauca. Sed alij ſcripſere, Tritemium aliquando ſcribere libros aliquos extare, non quòd extent, ſed quod apud veteres extabant, è quorum libris ſæpe ſua tranſcribit ad verbum, nullam à quo ſumpſerit Auctoris mentionem faciens. Porrò meminit planius Suidas Attici: cuius & mores, & humanam quandam prudentiam, & conciones cùm commemorat, cordatis viris qualis nam fuerit, ſatis indicat, poſt Arſacium verò, qui defuncto Chryſoſtomo Eccleſiam Conſtantinopolitanam rexerat, Epiſcopus eiuſdem ciuitatis eſt factus.

ATTHVS Hiſpanus vir Sanctus, Verbi Dei concionator inſignis Generalis Abbas, ord. Benedictini creatus anno 1034. præfuit annis 19. menſibus quatuor, diebus 22. ſed aliquot annos ante mortẽ creatus Piſtorij Epiſcopus, obijt miraculis clarus an. 1053. die 22. Maij, ſepultus Piſtorij in Aede ſacra S. Ioannis Rotundi. Inde autem poſt 154. annos ſublatus die 12. Iunij incorruptus inuentus eſt ſcripſit inter alia. De tranſlatione capitis S. Iacobi Apoſtoli ex Hiſpania ad ſuam Eccleſiam; lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Et hæc quidem Arnoldus Vion, ſed valde dubito, quin quod de Attho Hiſpano ſcripſit, de Aucto Florentino intelligendum ſit: id quod paullò poſt ex ſequentibus liquebit.

ATTVLARIVS monachus breuem libellum de Eccleſiaſticis officijs ſcripſit. Poſtea ſcribens de eadem re ad Ludouicum Imperatorem; ordinem, & cauſas Eccleſiaſticorum officiorum quatuor libris diſtinctius digeſſit, & de myſterijs Miſſæ librum vnum edidit. Hæc Sigebertus in Catalogo. At obſeruandum eſt in Codice m.s. Viridis vallis, haberi in contextu *Attularius*, & adnotatum inter lineas *Amularius*, codex autẽ Martinianus habet *Annilarius*. Tritemius *Hamularius*: Gemblacenſis cod. habet *Amularius*, vt & Affligienienſis.

## A V

AVBERTVS Miræus, Canonicus Antuerpienſis, Elogia illuſtrium Belgij ſcriptorum, qui Eccleſiam Dei propugnarunt, & diſciplinas illuſtrarunt, edidit Antuerpiæ apud Bellerum an. 1602. emiſſurus breui ſecundam centuriam, & alia, quemadmodum is ipſe mihi nouiſsimè ſcripſit.

AVCTOR innominatus ſcripſit: Quomodo procedatur contra Apoſtatas. Vide in Tractatuum Tom. 2. par. 2. fol. 408. De forma autem procedendi contra inquiſitos hæreſeos, ibidem, fol. 41.

AVCTOR Quæſtionum veteris, & noui Teſtamenti falsò aſcriptus Auguſtino. Vide, in verbo, Auguſtinus, vbi de libris ipſius.

AVCTVS Florentinus Inſtituti Vallis vmbroſæ monachus, ſuæ congregationis Generalis Abbas, ſcripſit Epiſtolarum librum vnum. De tranſlatione capitis Iacobi Apoſtoli, cuius induſtria idem caput Piſtorium allatum eſt, librum vnum. obijt autem in eadem ciuitate 1147. ipſiuſque corpus, in Cathedrali Eccleſia reconditum eſt, quod denique intactum, an. 1337. compertum in locum anguſtiorem prope Valuas eiuſdem Baſilicæ tranſlatum fuit, vbi adhuc miraculis claret. Eius geſta ſcripſit Bernardus eiuſdem inſtituti monachus qui teſtatur eundem optimum Paſtorem vitas Sãctorum Ioannis Gualberti eiuſdem congregationis Inſtitutoris, & Bernardi Vberti Cardinalis conſcripſiſſe. Vide Michaelem Pocciantium in Catal. Scriptorum Florentinorum.

AVDEBERTVS Macereus Theologus Pariſienſis, libros Tertulliani De Corona militis, & De Præſcriptione aduerſus hæreticos Gallicè vertit, Prodiere Pariſijs apud Vaſcoſanum, an. 1562. & 1563. Viuebat anno 1563.

AVDENTIVS Epiſcopus Hiſpanus, ſcripſit aduerſus Manichæos, Sabellianos, & Arianos, ac potiſsimum contra Photinianos, qui vocabantur Bonoſiani, librum prænotatum De fide aduerſus omnes hæreticos, quo oſtendit antiquitatem filij Dei coæternam Patri fuiſſe; Neque verò initium Deitatis à Deo Patre accepiſſe, cum de Beata Virgine homo, Deo fabricante, conceptus, & natus eſt. Ceterum à Bonoſo Bonoſiani hæretici denominati ſunt. Vide Gelaſium in Concilio Roman. c. Sancta Romana Eccleſia. Gennad. in

Catal.

Digitized by Google

Catai. Viuebat an.390. Trit. Baro. Card. de eo ſub an.389. Tom.4. Annal.

AVDOENVS, qui & Dado Epiſcopus Rothomagẽſis, ſcripſit (vt Sigeberti verbis vtar) ad Robertum Pariſiorum Epiſcopum vitam Eligij Nouiomenſis Epiſcopi duobus libris, explicans miracula, quæ in vita, vel poſt mortem eius geſta ſunt; per eũ tertio libro Rhetoricè, & Commaticè totam vitam eius recapitulans. Erat autem apud Tritemium perperam ſcriptus *Andoemus*, ſed in Bibliothecis eſt *Audoenus*. Claruit an. Dom. 660. Eiuſdem Audoeni Rothomagenſis Epiſcopi De vita Sancti Remigij, liber vnus extat manuſcripta in Bibliotheca Monaſterij S. Galli in Heluetia.

AVENIONENSE Concilium, an. Dom. 1080. octauo autem Gregorij VII. Pont. Max. in quo S. Hugo Epiſcopus Gratianopolitanus creatus eſt. Vide Tom. 11. Annalium Baronij Card. ſub eundem annum.

AVGERIVS Giſlenus Busbequius, quæ apud Belgas eſt familia nobilis, natus Cominij, ſalutare (vt audio) conſilium Turcico bello imminente edidit. Obijſſe an. 1592. accepi, ſed vbi liber prodierit, nondum reſciui.

AVGVSTANA Synodus, cum antea nunquam data fuiſſet in lucem, denique opera Henrici Caniſij ex m s. Codice inſignis Monaſterij Vueingartenſis, quinto Tomo antiquæ lectionis prope eius finem adiuncta eſt. Qui Tomus Ingolſtadij prodijt an. 1604. ipſa autem Synodus habita eſt an. 952. de Diſciplina Eccleſiaſtica ſtatuenda.

AVGVSTANVM, Cõcilium Auguſtæ Vindelicorum, (vt plerique putant) celebratũ à Sancto Bonifacio ſub annum 740. monitis optimis refertum, & Canones in eo ſanciti extant in 9. Tom. Card. Baron. ſub eundem annum.

AVGVSTINVS Alueldenſis, ord. Minorum, ſcripſit Malagma aduerſus Ioannem Lonicerum, & Martinum Lutherum. De confeſſione Sacramentali, librum in Germania excuſum. Pro Miſſa contra Lutherum. De Apoſtolica Sede, quòd ſit de iure diuino. De vtraque ſpecie Sacramenti Euchariſtiæ. De matrimonio. Explicationem Cantici ab Hermanno Contracto compoſiti, quod Salue Regina nuncupatur. Henricus Villot.

AVGVSTINVS Anconas, ſiue de Ancona. Vide infra Auguſtinus Triumphus.

AVGVSTINVS Ariminenſis, de Maleficijs. Vide, in verbo, Angelus Aretinus.

AVGVSTINVS Aſculanus (nominant de Aſculo) Auguſtinianus, ſcripſit in lib. Sent. In Geneſim. De Euangelijs Dominicalibus, ad diſcipulos ſuos in Gymnaſio Patauino degentes. In libros item Ethicorum Ariſtotelis. Quæ omnia aſſeruantur Bononiæ, & Patauij in Bibliothecis eiuſdem ordinis; atque adeo Florentiæ prçſertim in Bibliothecis fratrum Seruorum, & Minorum. Vixit an. 1385.

AVGVSTINVS è Biella Auguſtinianus, ſcripſit librum prænotatum, Exempla virtutum, & vitiorum, qui adhuc ſine auctoris nomine circumfertur. Hunc enim compoſuiſſe aiunt Proſam Defunctorum, quæ incipit: *Dies illa*, ſed fuit auctor iſtius Humbertus Burgundus Quintus Magiſter Generalis Fratrum Prædicatorum. Floruit autem ille an. Do. 1486. Ioſeph Pamphilus.

AVGVSTINVS Bontempus, Attrebas, Belga, monachus Laubienſis, congregationis Burſfeldenſis, qui noſtra vixit ætate, ſcripſit carmine, vitas S. Vrſmari Abbatis, & Epiſcopi, & aliorum ſex Abbatum ſui Cœnobij, & alia nonnulla, quæ aſſeruantur Laubijs m. s s. audio tamen iam excuſas eſſe in Belgio. Arnold. Vuion.

AVGVSTINVS Clericus. Vide, in verbo, Auguſtinus Rhemenſis.

AVGVSTINVS Dathus Senenſis, Orator, & Philoſophus, plura ſcripſit, quæ Senis Etruriæ nobili ciuitate fuerunt excuſa an. Dom. 1503. Quæ etſi magna ex parte ad philologiam pertinent, pleraq; tamen ad Chriſtianam pietatem, atque ad Religionem ſpectant. Quorum hæc ſunt præcipua.

Tractatus decem de immortalitate Animorum. Quam ſcriptionem quoniam ſenex inchoauerat, abſoluere omnino haud potuit. Itaque in ijs manca quædam, & mutila ſunt, ſed quæ non indigna ſunt lectu.

Præfatio publica in D. Hieronymi libros aduerſus Iouinianum hæreticum.

Inuocatio Dei in principio alicuius libri explanandi, præcipuè laſciui.

De ſuis ipſius cognitione.

Tres Orationes de Laudibus Virtutis, quarum ſecunda eſt imperfecta: quæ inter alias diuerſorum argumentorum, numeratur quadrageſimaprima.

De hominis Dignitate, atque præſtantia. De recto hominis fine.

Ad diſcipulos, quod animus eſt colendus, vt ager.

Ad diſcipulos de rerum humanarum ſtatu. Et hæc quidẽ in primo libro, ſiue Tomo, præter alia, quæ attinent ad ſtudia humaniora.



Digitized by Google

Iam vero in ſecundo libro extant orationes Theologicæ, ac de laudibus Sanctorum. Oratio prima, De laudibus S. Hieronymi. Secunda, De Paſſione Domini. 3.4.5.6.7.15.16. De laudibus D. Bernardini Senenſis. S. Catharinæ Senenſis. S. Calliſti martyris. S. Andreę Apoſtoli. Sanctiſſimæ Euchariſtiæ. 8.9.10.11. Orationes in celebritate Epiphaniæ: cum dies feſti totius anni conuocato in templum Chriſtiano populo indicantur. 12. de laudibus Beatiſs. Virginis Mariæ. 13. De Aſſumptione Beatiſſimæ Virginis coram Pont. Max. 14. De Saluatoris aduentu coram eodem. 17.18.19.20.21.22.23. Oratiunculæ ad Deum in honoré D. Bernardini Senenſis. 24. Oratio, qua optimum eſſe aſſerit, vt totius vel Verbi, vel Operis, & à Deo nobis origo ſumatur, & in Deum conſummatio referatur. 25. Inuocatio ad Deum in principio alicuius operis faciendi. 26. Laudes Diuorum Auguſtini, Nicolai, Margaritæ, Theodoræ.

In libro Epiſtolarum ipſius quædam ſunt ſiue conſolatoriæ de immatura morte cuiuſdam, ſiue de Philoſophorum inter ſe diſſidio, ac verò de conſtantia, & vtilitate ſacrarum Scripturarum, ſiue quales eſſe debeant Rerumpublicarum Rectores, & Principes, ſiue quibus (& hæ ſunt 16.17. & 18. declarantur verba Pſalterij. *Lauabo inter innocentes manus meas*. Et illa: *Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac*.

In libro ſecundo Stromatum eſt Tractatus de ſeptem Virtutibus, Fide, Spe, Charitate, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudine, Temperantia.

AVGVSTINVS Dado Friſius, Canonicus ad S. Leonardum, Opera D. Auguſtini primus à tineis ac blattis vindicare, & in lucem eruere cœpit. Vtque opus hoc maiori cum fructu in publicum prodiret in ſingula Opuſcula parabat argumenta, & cenſuras ſumma cum diligétia, nec minori iudicio cum in ſacris literis exercitatiſſimus eſſet. Sed, vt ſunt res humanæ, editioni, quam adornauerat, ipſe præeſſe non potuit: eodem enim anno quo opus prelo ſubijciendum erat, hoc eſt anno 1501. peſte abſumptus fuit; Opus nihilominus excuſum ex officina Amerbachij prodijt 1504. Vixit auctor circa annum 1500. hæc Suffridus Petrus, libro de Friſiæ ſcriptoribus.

AVGVSTINI Docti (familiæ Patauinæ eſt cognomen) Threnus Religionis neglectę, ad Ladiſlaum Pannoniæ, Bohemiæque Regem, carmine conſcriptus extabat.

AVGVSTINVS Eugubinus. Vide in verbo, Auguſtinus Steuchus. Sed & haud incommodum fuerit legere, quid de ipſo ſentiat Ioannes Bapt. Criſpus De Philoſophis cautè legendis.

AVGVSTINI Ferentilli, Compendium Catechiſmi Tridentini. Venetijs 1570. Ad inſigne Salamandræ.

AVGVSTINVS Fiuizanenſis Auguſtinianus, Sermones varios ſcripſit. Ioſeph Pamph.

AVGVSTINVS Florentinus Camaldulenſis monachus, edidit hiſtoriarum Camaldulenſium libros tres è typographia Sermartelliana Florentiæ, an. 1575. quo & viuebat; ſed & in hiſce libris aliorum quoque religioſorum ordinum, & adeo militarium mentio fit; ad finé verò addita eſt vita Ambroſij Camaldulenſis Generalis, & interpretis Græci. Sed & idem Auguſtinus ſcripſit vitam, & miracula Sanctorum Chriſti confeſſorum Iuſti, & Clementis, ad Volaterranum Magiſtrum. Præfationis autem initium eſt. *Falſo quæritur de Diuina Diſpenſatione*.

AVGVSTINVS è Florentia, Ord. Seruorum procurator, & Diuini verbi præco inſignis floruit anno 1517. & eleganti ſtylo habitas in Collegio Apoſtolico edidit Orationes. Chronic. ordinis Seruorum.

AVGVSTINVS Fogiadenus Cremonenſis, Auguſtinianus, ſcripſit inter alia doctas expoſitiones in Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & Symbolum Apoſtolorum. Quæ extant Ferrariæ in Bibliotheca monaſterij Auguſtinianorum S. Andreæ, vbi vitam egit, atque obijt. Ioſeph Pamphilus.

AVGVSTINVS Hipponenſis Epiſcopus. Vide, in verbo, Aurelius Auguſtinus, inf.

AVGVSTINVS Hunnæus Theologus, & Regius in Academia Louanienſi profeſſor, edidit Catechiſmum Catholicum vnico Schemate comprehenſum, & recognitum, & in libelli formam redactum, apud Plantinum, Antuerpiæ an. 1567. deinde ibidem apud eundem 1570. De Sacramentis Eccleſiæ Axiomata, quibus D. Thomæ Aquinatis, & Eccleſiæ Doctrinam, De Sacramentis explanat, ibidem apud eundem, anno 1570. Quæ poſtea Summæ S. Thomæ Aquinatis ann. 1585. ibidem ab eodem Plantino fuerunt adiuncta, notatis locis, vbi præcipuæ materiæ à S. Thoma in Summa explicantur: Sed & Dialecticam perutilem euulgauit.

AVGVSTINVS Iuſtinianus. Vide, in verbo, Auguſtinꝰ Nebienſis Epiſcopus, paullo inf.

AVGVSTINVS Manfredus Mantuanus, è Cõgreg. S. Saluatoris, edidit Epitomen Ordinis Canonicorum commentarijs abs ſe illuſtratam, & Apologiam contra calumniatores ſuæ Congregationis.

AVGVSTINVS Milius Cœdicus, ordinis Minorum, montem Aluerniæ Etruſco ſermone deſcripſit.

AVGVSTINVS Moreſchinius, ord. Auguſtiniani Etruſcus, è ciuitate Montalcino Ordinis ſui Gymnaſiorum moderator, ex D. Auguſtini fontibus aduerſus noſtri temporis hæreticos, ſcripſit De Purgatorio. De cultu & inuocatione Sanctorum, & eorum Reliquijs, ac de Imaginibus venerandis. De Orationibus, Eleemoſynis, & Sacrificio pro defunctis. De Patientia, lib. 1. De itineribus ad æternitatem, lib. 1. Quæ omnia Neapoli fuerunt excuſa. Deceſſit Mediolani. Ioſeph Pamph.

AVGVSTINVS Muſæus Taruiſinus Auguſtiniani ord. edidit Tractatum de Diſtinctionibus ad mentem Aegidij Romani, & Apologiam in ſui defenſionem. Ioſeph Pamphilus.

AVGVSTINVS Nebienſis (quę ciuitas eſt in Corſica, ſiue in Cyrno inſula) Epiſcopus, patria Genuenſis, ex illuſtri Iuſtinianorum familia, Ordinis S. Dominici, nouo & ingẽti auſu primus omnium, Vetus, & nouum Teſtamẽtum quinque præcipuis linguis Hebręa, Ghaldæa, Græca, Latina, & Arabica in vnum corpus, OCTAPLA inſcriptũ, ita redegit, vt in ſingulis paginis octo columnas diſponeret; in quibus omnes prædictæ linguæ, proprijs characteribus expreſſæ, totidem lineis, totidemq; verbis ſibi reſpondentes, vno eodemq; aſpectu cernerentur, hoc videlicet ordine.

In Prima columella præpoſuit Hebræam editionem.
In Secunda. Latinam interpretationem, reſpondentem Hebreæ de verbo ad verbum.
In Tertia. Latinam communem, & vulgatam editionem.
In Quarta. Græcam.
In Quinta. Arabicam.
In Sexta. Thargum, hoc eſt paraphraſim Chaldaicam, ſermone quidem Chaldæo, ſed literis Hebraicis ſcriptam.
In Septima. Tranſlationem Latinam Chaldaicæ reſpondentem.
In Octaua. Scholiola, vel Annotatiunculas quaſdam breuiſsimas per interualla ſparſas, & interciſas, quibus potiſſimum Iudæorum errores redarguit.

Huius tam præclari operis ego duo tantum volumina videre merui, videlicet ex veteri Teſtamento, ad Leonem X. Pont. Max. in totum Pſalterium Octaplũ typis excuſum: cuius initium eſt: *Scio pater benigniſſime*, & ex nouo Teſtamẽto, in vniuerſa quatuor Euangelia Octaplum, ipſa auctoris manu atramento minioq; deſcriptum: cuius initium eſt, *Fructum ſalutiferum, magnumq; vtilitatis incrementum*. Floruit ſub Leone X. Pont. Max. Romæ in Concilio Lateranenſi clarus; At maritima tempeſtate abſumptus deceſſit ex hac vita an. 1530. dum in Corſicam ad Eccleſiæ ſuæ adminiſtrationem nauigaret. Et hæc quidem fermè Sixtus Senenſis. Veruntamen idem Auguſtinus Iuſtinianus in Præfatione ad Octaplum Pſalterij ad Leonem X. Pont. Max. inquit: *An verò noſter hic labor fructum aliquem ſit pariturus in Catholica matre, cui ipſe dignè præſides, libuit periculum facere, hoc Dauidico Pſalterio, quod ex toto opere delibamus tuo dicatum nomini.*

AVGVSTINVS Papienſis, de ordine Canonicorum Regularium, editus eſt ann. 1500. Florentiæ apud Bartholomæum Florentinum.

AVGVSTANVS Philippus Florentinus Theologus, Orationes nouem habuit coram Iulio II. & Leone X. Pontt. Maxx.

AVGVSTINVS Righinus Ferrarienſis, ordin. Minorum, ab Hercule primo Ferrariæ Duce ex Duodecim quos ille voto promiſerat in Franciſcanam familiam inducere, annos natus vix decem, promotus, breui, ad religionis munera, atque in primis ad Saxoniæ, Hibernię, Romaniæ, terræ Sanctæ, Orientis, Bononiæ adminiſtrationem vocatus, totius tandem in Italia Commiſſarius ord. ſui ſcripſit, Sermones de Aduentu Domini vſque ad feriam Paſchatis tertiam: Incipiunt, *Sicut Dormientes, &c.* Editi ſunt Venetijs apud Horatium de Gobis, anno 1581. Vixit nonagenarius, & obijt an. 1583.

AVGVSTINVS Romanus ſiue (vt aiunt) de Roma, Auguſtinianus, & Epiſcopus Nazianzenus, & Cæſennas, ex hac vita deceſsit an. 1445. illuſtribus ſuæ ſanctitatis relictis indicijs; ſcripſit verò In Primum Sent. Volumen grande, quod deinde in compendium redegit Gulielmus Becchius Florentinus. In omnes D. Pauli Epiſtolas, lib. 14. In Epiſt. Canonicas, lib. 7. & in Apocalypſim Ioannis. Quæ tria opera vidi ipſe m. ss. apud Eremitanos Patauij, ſed dubito, quin ſint Auguſtini de Ancona, de quo ſupra. De peccato originali.

De poteſtate Papæ. De libero arbitrio. De Sacramento Vnitatis Chriſti, & Eccleſiæ. De charitate Chriſti erga electos. De perfecta iuſtitia militantis Eccleſiæ. De meritis Chriſti. De Sacerdotio Chriſti,& electorum. In libros Ethicorum Ariſtotelis,atque alia multa. Eius corpus in oppido Prato in procul Florentia diſtante,nō templo S. Auguſtini cum veneratione aſſeruatur.

AVGVSTINVS Salernitanus EpiſcopusCapreenſis,deinde Enarienſis deſignatus,cōplura opuſcula carmine compoſuit potiſſimum in Deiparæ Virginis laudem. Chronic. ord. Seruorum.

AVGVSTINVS Steuchus Eugubinus, ſiue Iguinus,quæ eius Patria eſt inſignis in Vmbria,Canonicus Regularis,congregationis S. Saluatoris , Epiſcopus Kiſami, Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarius Floruit an. 1540. pleraque poſteritati reliquit, quæ denique omnia in tres Tomos diſtincta prodierunt ex Veneto prelo apud Dominicum Nicolinum, an. Dom. 1591. *In Primo Tomo hæc ſunt.* Coſmopeia, vel de mundano Opificio: ſiue expoſitio trium capitum Geneſeos, in quibus Moſes agit de Creatione Mundi.

De rebus in-corporeis,& inuiſibilibus.

Veteris Teſtamenti ad Hebraicam veritatem Recognitio, ſiue in Pentateuchum Annotationes.

In librum Iob enarrationes. An vulgata editio ſit D. Hieronymi.

Cui primo Tomo præfixa eſt Auctoris vita perdigna cognitu: Ad calcem autem primi Tomi emendata lectio omnium operum.

*In Secundo autem Tomo.* In Pſalmos pars prima, qui eſt primus Pſalmorum liber iuxta diuiſionem Hebræorum, qui continet hæc argumenta.

De Rege Meſſia. Creatione Mundi. Generis humani conditione.& de Spe cœleſti.

Adiectæ ſunt aliquot Explanationes nobilium Pſalmorum eiuſdem planè argumenti.

*In tomo deniq; tertio.* Libri decem de Perenni Philoſophia, qui ſatis laudari non poſſunt.

De Mundi exitio, quod eſt vltimum caput de Perenni Philoſophia.

De nomine Patriæ. *Eugubium.*

Contra Laurentium Vallam, *De falſa donatione Conſtantini,* libro duo.

De reſtituenda nauigatione Tiberis Oratio.

Pro Religione Chriſtiana aduerſus Lutheranos, libri tres.

Dilutio illatorum ſibi criminum ſub titulo reſponſionis.

Et antea quidem Enarrationes in Iob Venetijs editæ fuerant apud Cominum de Tridino an. 1568. ac pleraque alia fere omnia Pariſijs apud Michaelem Sonnium, an. 1578. vti & à Sebaſtiano Gryphio Lugdunenſi, Lugduni, à Manutijs Bononię, à Germanis typographis in Germania fuerunt euulgata.

Obſeruata ſunt tamen aliqua in eius Operibus, quæ, vt erat vir maximè ingenuus, non ſemel teſtatus eſt, ſe paratum eſſe eadem, ſi male ſentiret, refellere. Qualia ſunt.

In Coſmopeia. In Annotationibus in Pentateuchum, quod cœlum empyreum non eſſet creatum, ſed coæternum Deo.

In c. 2. Geneſ. Item cum ſcribit, ex Adami lapſu genus humanum in mortem animæ, non corporis incurriſſe, ac fuiſſe homines morituros, quamuis non peccaſſent. Addit tamen ſe, hoc, ſi forte contra fidem ſit omnino damnare, ac retractare. Quem errorem, & alij, vti & Sixt. Senenſis,& Car. Bellarm. oppugnant. Vide To. 3. eiuſdem Bellarmini controuerſiam primam, libro de Gratia primi hominis. c. 8.

Cum autem aſſeruiſſet, terreſtrem Paradiſum poſt primi hominis lapſum penitus deſijſſe, atque Henoch,& Eliam non eſſe in eo Paradiſo, non videtur eſſe reprehendendus. probabilior enim hæc videtur eſſe ſentētia, quam Benedictus Pererius noſter ſuis in Geneſim commentarijs validis comprobat argumentis: quidquid Sixtus Senenſis hanc ſententiam impugnet: cum iuſtius priorem illam alteram de morte corporis, etiam ſi primi parentes non peccaſſent, confutauerit, quæ ſine dubio aduerſatur tum Patribus, ac Diuo Auguſtino, tum Concilio Africano.

Porrò Steuchi hæc verba ſunt. *Hæc dico non ignorans, grauiſſimos, ſanctiſſimosq; viros, aliter ſentire: Quæ ſi parum Chriſtiana ſunt, retracto, prompteq; refello.*

Inſignis Virtus, Patiētia, Studium, labor Auguſtini Steuchi. At mirum eſt, quonam modo Auguſtinus Steuchus ex ſatis honeſtis parētibus ortus, ſed tam egenis, vt vix haberent vbi pedem ponerent in ſiro , & ſuſtentandæ vitæ cauſſa eam parcè, ac duriter agens, ferreoq; pectine dies, ac noctes lanam carpens, ſibi vitā quæritaret, in tantum nihilominus virum euaderet. Quin & cum deformi eſſet corpore, atq; ab omnibus maximo odio haberetur, pugnis,& calcibus eiectus è paupere caſa, ſiue potius è gurguſtio ſub dio quauis tempeſtate ſomnum capere cogebatur. quod vitę genus vſque



Digitized by Google

ad duos & viginti ætatis annos æquiſſimo animo tulit. Deinde in ordinem S. Saluatoris cooptatus cum ludibrio pene omnib. eſſet, nec aſſequi poſſet libros, & lucernam, ad quã noctu lucubraretur, ſumma animi contentione cuncta ſuperauit. Quamobrem de multa nocte è lecto ſurgens, & ſtragulis contectus in templum deſcendens ad huius Lychnum, ſeptennio integro, omne literarum genus vorauit. Et quidem eius virtus, atque diſcendi deſiderium viris religioſis ſui ordinis nota eſſe cœperat, quare conuerſo in admirationẽ ludibrio, cauebant, ne tantus vir nimiꝰ ſtudioſe conficeret. Is verò pergebat occultè agere, quod agebat. Linguas Latinam, Græcam, Hebraicam, Arabicam, Syriacam, ſcientias omnes, Philoſophiam in primis, & Theologiam perdidicit, vnde ad præclara Eccleſiæ munera, ſiue ad Epiſcopatum in Inſula Creta, vbi cum optimo nomine vixit, ſiue Romę apud Pontif. Maxi. qui eum inde reuocauit, ſiue in Synodo Tridentina indicta operam ſuam vſque ad mortem poſuit. Vir æterna dignus memoria, & Italiæ verum ornamentum.

Vitam porrò ipſius, vnde pauca hæc depromſimus, ſcripſit Ambroſius Morandus Bononienſis olim prior Generalis Canonicorum Regularium congregationis S. Saluatoris.

AVGVSTINVS Ticinenſis Canonicus, congregationis Lateranenſis, qui viuebat an. 1520. ſcripſit Elucidarium Chriſtianarum Religionum, ſiue Religioſorum ordinum; in quo fuſius de ordine Auguſtinianorum, deque D. Auguſtini vita, moribus, doctrina, ex Poſſidio, & alijs; quodque qui nunc Auguſtiniani, ſiue Eremitani dicuntur, fuerint multo poſteriores Canonicis Regularibus. Vide Bullam Io. XXII. Ipſum autem Elucidariũ, cum eodem Diplomate prodijt Brixiæ apud Angelum Britannicum, anno 1511. vna cum eodem Auguſtino Ticinenſi. Quin etiam explanationem Regulæ Diui Auguſtini, ſcripſit ſicuti & Compendium Speculi Crucis. Expoſitionem in Pſalm. *Deus in nomine tuo ſaluum me fac*, per modum orationis. Vitam B. Monicæ. De docta ignorantia. Chronicon magnum.

AVGVSTINVS Triumphus Anconitanus, ordinis Auguſtiniani, cum anno Domini 1243. Innocentio. IIII. Pont. Max. natus, ac deinceps liberalibus diſciplinis eruditus, Mũdo valedixiſſet, in Eremitanorum S. Auguſtini familiam fuit cooptatus. Hic vna cum Aegidio Columna Romano eiuſdem ordinis, Lutetiam Pariſiorum ad audiẽdos DD. Thomam Aquinatem, & Bonauenturã Balneoregienſem miſſus, ad veræ doctrinæ, pietatiſq; apicem peruenit. Quamobrem & patriam, & genus ſuum nobilitate Clarum, & Auguſtinianorum ordinem, atque Eccleſiam illuſtrauit; Carolo autem Secundo Neapolitanorũ Regi, & eius filio Roberto percharus, & à conſilijs cum fuiſſet, cœnobia ordinis ſui non pauca eorum auctoritate, in magna Græcia, hoc eſt in Calabria, excitauit: Denique cum totam vitam pietati, ſcriptioniq; librorum dediſſet, octogeſimoquinto ætatis ſuę anno, ſanctè deceſſit ex hac vita, vt etiam Beatum plerique illum appellauerint. Iuriſconſulti autem, atq; Theologi honorificam eius Scriptorum facientes mentionem oſtendũt, quo in loco habendus ſit, Ioannes Andreæ, S. Antonius, Turrecremata, Felinus, Decius, & alij. Quin etiam qui hoc ſeculo floruere, Martinus Nauarrus, Didacus Couarruuias, Melchior Canus, ac reliqui huiuſmodi: cum Ioannes Tritemius, Raphael Volaterranus, Sixt. Senenſis, Hieronymus Seripandus, Ioſephus Pamphilus Epiſcopus Signinus, & ceteri, eiuſdem, aut operum, aut pietatis memoriam reliquerint. Porrò quæ extant Opera vel edita, vel manuſcripta in Bibliotheca Vaticana, ſiue alibi, hæc ſunt:

In Ezechielem.
In Matthæum.
In Marcum.
In Ioannem.
In Acta Apoſtolorum.
Iterum in Acta Apoſtolorũ Catena Patrũ.
In omnes Epiſtolas Pauli, lib. 14.
Iterum in omnes Epiſtolas Pauli Catena.
In Apocalyſim.
In primum caput Lucæ ſuper *Miſſus eſt*: & ſuper *Aue Maria*, & ſuper Canticum *Magnificat*.
De introitu Terræ promiſſionis.
De Cantico ſpirituali, ſiue de decem chordis.
Sermones Dominicales ad Clerum, & ad eundem Sermones de Sanctis. Hi autem Sermones omnes extant Romæ m. ss. in Bibl. D. Auguſtini.
Milleloquiũ è ſcriptis D. Auguſtini, quod ſuperueniente morte reliquit inchoatũ: Quodq; deinceps Bartholomęus Epiſcopus Vrbinas perfecit, quare & huic aſcriptum eſt.
In Quatuor libros Sententiarum.
De Amore Spiritus ſancti.
De Spiritu ſancto contra Græcos.
De prædeſtinatione, & præſcientia.
De libero arbitrio.
De Reſurrectione mortuorum.

De conſolatione animarum beatarum.
De poteſtate Eccleſiaſtica.
De poteſtate Collegij, mortuo Papa.
De poteſtate Prælatorum.
De theſauro Eccleſiæ.
Quodlibeta Pariſijs diſputata.
Contra Diuinatores, & Somniatores.
Tabula, ſiue Index in Moralia S. Gregorij, cum alijs ſuis libris, & Tractatibus. Qui ſunt Mediolani in Bibl. Auguſtinianorũ S. Marci.
De ortu Romani Imperij.
De Sacerdotio, & Regno, ac de donatione Conſtantini.
Super facto Templariorum.
De prædicatione generis, & ſpeciei.
Deſtructio totius arboris Porphyrij.
De cognitione, & potentijs animæ.
Expoſitio, & Quæſt. in lib. Priorum Ariſt.
Commentatio in libros Poſteriorum.
Commentatio ſuper duodecim libros Metaphyſicorum.
Eiuſdem Summa de poteſtate Eccleſiaſtica edita an. Dom. 1584. Romæ.

Deinde & in Canticum Deiparæ Virginis Mariæ commentarius, ab Angelo Rocca Auguſtiniano emiſſus eſt in lucem Romæ, anno 1590.

Prætereà in Salutationem, & Annunciationem Angelicam Deiparæ commentarius, ab eodem Angelo Rocca Camerte Romæ, anno Domini 1592. editus.

Omnia verò Auguſtini Triumphi Opera ciuium Anconitanorum ſumptibus ex Archetypis deſcripta in magnis, & pulcherrimis voluminibus, Romæ in Bibliotheca Vaticana: Bononiæ item fermè omnia in Bibliotheca S. Dominici, aſſeruantur.

AVGVSTINVS Valerius Patricius Venetus, Veronæ Epiſcopus, & S.R.E. Cardinalis, vitam Caroli Borromęi Cardin. tituli S. Praxedis, Archiepiſcopi Mediolani, item Opuſcula duo, quæ inſcribuntur Epiſcopus, & Cardinalis, Latinè ſcripſit, edita ſunt apud Hieronymum Diſcipulum veronæ ann. 1586. ſtylus, & materia lectu perdigna.

Quæſtio item de fugiendis honoribus ad Fredericum Card. Borromæum extat m. s. Piſauri in Bibliotheca Senenſis. Ducis Vrbini.

Eiuſdem libri tres de Rhetorica Eccleſiaſtica Coloniæ, Pariſijs, Romæ editi, atque perutiles. In ijs verò, qui editi ſunt Pariſijs anno 1576. Synopſis addita, cum quibuſdam prælectionibus, quibus omnis eius Rhetoricæ explicandæ ratio traditur. Plura verò alia ſcripſit etiam de Reipub. adminiſtrandæ ratione, & quædam inſignia Opuſcula, quæ nōdum prodierunt in lucem, at mihi fuere oſtenſa ab eodem Cardinali, ſed & in Bibliotheca SS. PP. Tom. 2. extat eius nuncupatoria Epiſtola ad Sixtum V. Pont. Max. præfixa Sermonibus Sancti Zenonis Veronenſis. Præterea, lib. 2. de recta Philoſophādi ratione, quo tempore Venetijs philoſophiam profitebatur. Item præfationes ab eodem tempore habitas partim publicè, partim priuatim. Addidit opuſcula. Vnum, qua ratione ſit in Ariſtotele verſandum. Alterum, qui mores in Veneto ciue requirantur. Tertium, Quibus in artibus adoleſcens Venetus debeat excellere. Quartum, De commentarijs conficiendis memoriæ cauſa. Editus hic liber Veronæ anno 1577. apud Sebaſtianum, & Ioannem fratres à Donnis, ſed & edidit librum de Forma Epiſcopi. Alterum de perniciosis falſæ prudentiæ regulis. Item de regula variæ prudentiæ. De inſtitutione Monialium. De inſtitutione Virginum, viduarum, & coniugum. Vitas Sanctorum Epiſcoporum Veronenſium. Orationes, & alia multa. Viuit pluſquam Septuagenarius in Senatu Cardinalium.

Qui tandem, poſtquam hæc, quæ indicauimus, in prima Apparatus noſtri editione, Indicem ſuorum omnium Opuſculorum nobis rogantibus tradidit. Is verò eſt ſequens.

### *Index Opuſculorum Auguſtini Valerij Card. Veronæ.*

Oratio in Funere Lazari Bonamici, eius Præceptoris.
Oratio in Funere Petri Landi Ducis Venetiarum.
Oratio in Funere Marci Antonij Triuiſani Ducis Venetiarum.
Oratio in Funere Franciſci Donati Ducis Venetiarum.
Has Orationes conſcripſit exercendi ingenij, & acuendi ſtyli cauſa Patauij, anno ætatis octodecimo.
Epiſtola Conſolatoria ad M. Antonium Genuam in obitu eius filij, anno ætatis 20.
Libellus inſcriptus Petrus Franciſcus Contarenus Patriarcha, anno ætatis 25.
Somnium ad Marinum Grimanum ad imitationem Somnij Ciceronis, anno ætatis vigeſimoquinto.
Itinerarium poſt reditum Romam, vbi fuerat cum Auunculo Legato à Republica miſſo ad obedientiam præſtandam Paulo Quarto Summo Pontifici.

Libel-

Libellus ad Leonardum Donatum inſcriptus: *Qua ratione in Ariſtotele eſſet verſandum.*
Libellus contra barbariem.
Panegyricus Reipublicæ Venetæ ad Aloyſium Contarenum, anno ætatis 25. Senator Venetus.
Libellus inſcriptus De ſtudijs in quibus Venetus adoleſcens potiſsimum deberet verſari ad Aloyſium Contarenum.
Libellus de moribus, qui in Veneto laudantur, ad Bernardum Zane.
Libellus de ſcribendis Epiſtolis ad Gaſparum Contarenum.
Libellus hortatorius ad Iuſtinianum Contarenum.
Opuſculum de Ratione ſtudiorum ad Laurentium Priolum.
Libellus de Tempore. Libellus de Loco.
Meditatiunculæ quædam anno ætatis 28.
Præfationes nonnullæ habitæ in Gymnaſio Veneto cum delectus fuit à Senatu ad Philoſophiam nobilibus adoleſcentibus explicandam.
De Recta philoſophandi ratione, libri duo.
De conficiendis Commentarijs ad Aloyſium Contarenum.
25 De ambitione Dialogus ad Ioannem Grittum.
26 Epiſtola in laudem libri Hieronymi Oſorij de iuſtitia. edita.
Libellus quo probat refelli poſſe argumenta quibus Ariſtoteles probat Mundum eſſe æternum.
Libellus de amicorum immortalitate.
Libellus Hortatorius ad Nicolaum Barbadicum, vt more maiorum Venetijs cauſas ageret.
Libellus ad eundem de Conſolatione in fratris morte.
Opuſculum ad Iulium Guidam, in quo Iuris Ciuilis, & Canonici ſtudium Philoſophiæ ſtudijs præfert.
De Conſolatione in quocunque caſu. Opus non abſolutum.
Dialogus de fugiendis honoribus ad Bernardum Naugerium Auunculum.
Conuiuium noctium Vaticanarum. Romæ.
De vtilitate, quæ ab illis, qui Romæ viuunt percipi poteſt, ad Carolum Cardinalem Borromæum.
Epiſtola Conſolatoria ad eundem in obitu eius fratris.
Tranſlatio in Latinum libelli S. Baſilij de Virginitate, non abſolutum, an. 1562.
39 De Conſolatione Eccleſiæ.
Sermones quamplurimi Italico Sermone habiti Veronæ in Congregationibus, in Synodis, in viſitationibus, ad Moniales, &c.
Sermones ad populum ex ſuggeſtu in Eccleſia Cathedrali.
De Diſciplina Acolythorum, libri duo. editi.
Opuſculum de Legatione ad Aloyſium Contarenum.
Libellus ad Nicolaum Thomiſſum Polonum, quatenus cum Hæreticis eſſet verſandum.
Vita Cardinalis Naugerij Auunculi ad Ioannem Aloyſium eius Fratrem.
De Rhetorica Eccleſiaſtica, libri tres. editi.
Prælectiones tres ad Rhetoricam. editæ.
Libellus de nefario auſu in Cardinalem Borromæum.
49 Epiſcopus ad Cardinalem Borromæum. editus.
50 Homiliæ pluſquam centum in Euangelia ſecundum ritum Ambroſianum.
Libellus de amiſſa Nicoſia ad Philippum Mocenicum Archiepiſcopum.
Cardinalis ad Cardinalem Caraffam.
Libellus in quo complexus eſt omnia, quæ acciderunt Veronæ tempore peſtilentiæ editus an. 1575.
Liber de ſtatu earum, quæ Virginitatem cuſtodiunt, ad Donatam ſororem delle Diſmeſſe.
Ad Dominam Lauram delle Maritate. } Libri Italica lingua.
Ad Dominam Andrianam delle Vedoue. }
Liber de ſtatu Monialium ad Moniales Veronenſes Italica lingua.
Liber de conſcribenda Hiſtoria ad Aloyſium Contarenum equitem Italica lingua.
60 Libellus ad Nicolaum Barbadicum, qua ratione Bayli munus pro Republica Veneta Byzantij obeundum ſibi eſſet.

Libellus inſcriptus Memoriale, ad Aloyſium Contarenum equitem, Italica lingua.
Libellus ad Iacobum Surianum Congregationis Theatinorum, in quo oſtendit rationibus quamplurimis Religioſorum vitam Senatoriæ vitæ præferendam eſſe. Italica lingua.
Epiſtolæ nonnullæ hortatoriæ ad Iacobum Foſcarenum, totius Dalmatiæ Præfectum, Italica lingua.
Epiſtolæ aliæ, vel potius libelli ad eundem Præfectum Inſulæ Cretæ.
Liber inſcriptus, cur Conſtitutiones non ediderit. editus.
Epiſtolæ paſtorales Italica lingua initio viſitationum Dalmatiæ, Iſtriæ, Venetiarum, Patauij, & Vincentiæ.
Conſtitutiones ad vſum Prouinciæ Dalmatiæ.
Aliæ ad vſum Iſtriæ. } editæ.
Liber Paræneticus Conſtitutionum Venetarum.
70 Opus magnum in nouemdecim libros diſtinctum ſeu Hiſtoria de rebus geſtis Venetorum, de adulterinæ Prudentiæ regulis vitandis, ſiue de Politica prudentia cum Chriſtiana pietate coniungenda ex veterum potiſsimum hiſtorijs ad fratris, & ſororis filios.
71 Homiliæ quadraginta, & quatuor amplius, in Paſsione Domini.
Libellus de Epiſcopis Veronenſibus.
Concio de onere Cardinalatus habita ad Veronenſem populum in Eccleſia Cathedrali die Sanctorum Innocentium, quo biretum rubrum inſigne Card. ei allatum eſt.
Literæ quamplurimæ ad Cardinales, Epiſcopos, Principes, Venetos Senatores, & alios quamplurimos.
Homiliæ in Paſsione Domini auctæ.
Vita Cardinalis Sanctæ Praxedis. edita.
De occupationibus Diacono Cardinali dignis, ad Federicum Card. Borromæum.
De conſolatione Eccleſiæ ad Aſcanium Card. Columnam, libri ſex.
Opuſculum ad Federicum Card. Borromæum, quatenus fugiendi ſint honores.
80 De vtilitate capienda ex corporali ægritudine ad Card. Sfortiam.
Opuſculum de cautione adhibenda in edendis libris ad Syluium Antonianum poſtea Cardinalem.
Opuſculum de inueſtigandis remedijs tentationum Paſtoralium ad Nicolaum Sfondratum Card. Cremonæ, qui poſtea fuit Pont. Max. Greg. XIIII.
Somnium in Conclaui quando creatus fuit Vrbanus VII. Pont. Max.
De vtilitate capienda ex Conclaui.
Somnium de Carolo Card. S. Praxedis.
Libellus Italica lingua ad Albertum Epiſcopum Famaguſtanum, & Coadiutorem Veronæ, qui inſcribitur, Inſtruttione.
Somnium in ædibus S. Praxedis ad Federicum Card. Borromæum.
De benedictione Agnorum Dei ad Gregorium XIIII. Pont. Max.
Libellus Conſolatorius ad eundem Gregorium XIIII. Pont. Max.
90 De poſtremo Sermone Gregorij XIIII. Pont. Max. ad Cardinales habito.
Dialogus de lætitia Chriſtiana.
Soliloquium in Conclaui, in quo creatus fuit Clemens VIII. Pont. Max.
Commentarius Viſitationis Clem. VIII. Pontificis Maximi.
94 An aliquid addi poſſe videatur libro de Sacri Conſiſtorij conſultationibus à Cardinale Palæoto conſcripto.
95 De ſenectute recreanda ad eundem Card. Palæotum.
Quod oporteat ſemper orare præſertim pro Romano Pont. Chriſti Vicario.
De ſenectute Mundi.
De vtilitate ex dono lachrymarum.
De comparanda, & tuenda boni Principis exiſtimatione ad Ducem Vrbinatem.
De occultis Dei beneficijs.
Qua ratione monendi ſint detrahentes Reip. Venetæ.
De cautionibus adhibendis his temporibus à Clericis in diſputando.
Cauendum eſſe, ne quiſpiam ſibi ipſi nimium credat ad Federicum Cardinalem Borromæum.
De cauta imitatione Sanctorum Epiſcoporum ad eundem.
Libellus Conſolatorius ad eundem de obitu matris.

De

De memorabili die 17. Septemb. an. 1595. ad eundem.
De Paterna Charitate Clementis VIII. Summi Pontificis erga ampliſsimum Galliæ Regnum.
Hiſtoria anni Iubilæi 1600.
Apologia ad Veronenſes.
Homiliæ centum ad vſum Parochorū Mediolanenſium, ſed duodecim tantum repertæ.
Homilia in feſto S. Martini.
Homilia in feſto S. Andreæ.
Homilia in feſto S. Antonini.
Homilia in feſto S. Ceciliæ.
Homilia in feſto S. Romani.
Homilia in Baptiſmo S. Ambroſij.
Homilia in feſto S. Clementis.
Homilia in feſto S. Nicolai.
Homilia in nocte Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Homilia in Aurora Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Homilia in Dominica 4. poſt Epiphaniam.
122. Homilia in Dominica 5. poſt Epiphaniam.
123. De eximia Clem. VIII. humanitate, & indicijs plurimis paterni amoris erga Rempublicam Venetam, ad Bernardum Valerium.
Quod cum animi tranquillitate in vocatione in qua vocatus eſt, manendum eſt, ad Auguſtinum Valerium fratris filium.
De reuerentia, & obedientia erga Romanum Pont. Chriſti Vicarium.
Dialogi decemnouem dierum Canicularium habiti in Aula magna S. Marci, Romæ.

AVGVSTINVS Viuus (ſiue de Viuo) Neapolitanus, & ordinis Auguſtiniani, librum edidit Italicè, qui *Studium veræ Sapientiæ* inſcriptus eſt. Quo vnuſquiſque monetur, quonam modo ſe gerere debeat viuens ſiue ſanus, ſiue ægrotus, & moriens: vt ſanus rectè viuat; ægrotus autem, vt ſit patiens; moriens vt vincat rabidos Dæmonum inſultus. Volumen porrò hoc ſat iuſtæ magnitudinis dignum eſt quod & attentè legatur, & in rem conferatur. Excudebat Sebaſtianus Martellinus, an. 1585. Maceratæ in Piceno.

AVILA. Vide, in verbo, Ioan. Auila Hiſpanus.

AVITVS Viennenſis Epiſcopus. Vide, Alchimus Auitus, ſupra. Sed & Auitus alius inter præclaros rhetores nominatur à Sidonio Apollinari lib. 8. Epiſt. 11. ad Lupum.

AVITVS presbyter, ait Gennadius de Viris illuſtribus, c. 47. *Homo Hiſpanus genere, Luciani presbyteri ſcripturam in Latinum tranſtulit ſermonem.* Quinam verò fuerit Auitus iſte, inquit Baronius Card. Tom. 5. Annal. ſub an. 415. num alter duorum, qui malè audit in Epiſtola Oroſij ad Auguſtinum, quem, vt hæreticum Origeniſtam Oroſius ipſe vitaſſet omnino, haud penitus dixerim. Vide ibidem Auiti eiuſdem Epiſtolam ad Balchonium Epiſcopum Bracharenſem. Sciendum eſt autē hunc Scriptorem ab Honorio inter Gennadianos non agnoſci.

AVMONIVS Monachus Floriacenſis hiſtoriam miraculorum S. Benedicti ab Adrevaldo inchoatam perfecit, perducens eam à tempore Odonis Regis, vſque ad tempus Roberti Regis Francorum. Scripſit etiam hiſtoriam Francorum, & ſitū Galliarum diſtinxit. Hæc Sigebertus in Catalogo. Sed Trit. hunc vocat Ammonium. Anno Dom. 990. Trit.

AVRELIANENSE Concilium in Gallia monitu S. Remigij à Clodoueo Rege ſub annum Domini 502. Symmacho Pont. Max. coactum eſt. Interfuere antiſtites Viri Sancti plerique, inter quos Gildardus Rothomagenſis, Lupus Sueſsionenſis, & alij. Actum eſt de Eccleſijs, & clericis Arianis, deque bonis Eccleſiæ à Clodoueo datis, deque alijs. Vide inter alios Card. Baronij Annal. Tom. 6. ſub eundem annum.

AVRELIANENSE Concilium ſecundum, an. Domini 536. interfuere Epiſcopi triginta, licet per Vicarios ſuos nonnulli, anno 22. Childeberti Francorum Regis. Extant eius Canones 22. Vide Greg. Turon. lib. 10. cap. 31.

AVRELIANENSIS quinta Synodus, an. Dom. 552. Vigilij Pont. Max. 13. Childeberti Francorum Regis 38. in ea 23. Canones ſanciti, occaſione trium capitulorum celebrata. Interfuit Aurelianus Arelatenſis Epiſcopus, ille nimirum, qui ad Vigilium Papam agentem Conſtantinopoli legationem miſit.

AVRELIANENSE Concilium anno 1017. ſexto autem Benedicti Papæ VIII. quo in Concilio Epiſcoporum induſtria, & Roberti Regis Francorum vigilantia, extincta eſt hæreſis Manichæa, quam Heribertus & Liſoius duo Hereſiarchæ, genere, ac ſcientia valentiores, in Clero ſuſcitauerant, qui denique cum alijs vndecim combuſti ſunt ibidem. Vide Glabrum lib. 3. cap. 8. & Baronij Cardin. Tomum vndecimum ſub eundem annum.

AVRELIANVS Eccleſiæ Rhemenſis clericus, qui claruit (vt habet Tritemius) an. 900. Arnoldo Imp. Scripſit ad Bernardum Archicantorem (forte tum Præcentorem) poſtea

Epiſco-

Epiſcopum, de regulis modulationum, quas tonos, vel tenores vocant; & de ipſarũ vocabulis librum; cuius inſcripto eſt: *Tonarius regularis*. Scripſiſſe item alia quædam dicitur à Tritemio, ſed quænam fuerint, non affert.

AVRELIVS Auguſtinus, Tagaſtæ natus, Hipponæ Epiſcopus natione Afer, Hæreticorum malleus, multa ſcripſit: quæ pleraque omnia in præfatione Retractationũ ſuarum diuiſit in Epiſtolas, Tractatus, & libros. Floruit anno Dom. 420. vt ipſe teſtatur Epiſtola 80. ad Heſychium, ait enim, *A Natiuitate Domini hodie computantur anni fermè 420.* Idem colligi poteſt ex eius Epiſtolis ad Hieronymum, & Innocentium Papam, quorum æqualis fuit, licet decennium poſt Hieronymum ſuperuixerit. Obijt an. 433. vt habet Proſper in Chronicis.

Quoniam verò admirabili ingenio præditus, & omnibus liberalibus diſciplinis excultus, in Diuinis autem ſcripturis ſic eruditus fuit, vt non ſemper ab omnibus rectè intellectus ſit, quòd etiam ſublimitate ſublimium rerum adeò reconditus videatur, vt Hieronymus haud veritus ſit, eum aliquando obſcuriſsimum Scripturarum expoſitorem appellare, ideo, vt conſtet tanti Auctoris vſus, expendenda breuiter, atque perſpicuè ſunt eius operũ Doctrina, Stilus, Partitio, Cenſura illegitimorum, expurgatio Ludouici Viuis in lib. de ciuitate Dei, aſſecutio eius ſenſuum: Qua in re agetur in primis De varijs temporibus ſcriptionis illius, deque multorum laboribus in eo illuſtrando, ſiue item vertendo in Græcam, Gallicam, Italicam linguas. Demum hæc omnia ſequentur illius Operũ aptatio varijs locis vtriuſque Teſtamenti, & cautio de alijs ipſius editionibus antiquioribus.

## *Doctrina Auguſtini vnde, & qualis. Cap. I.*

Permotum fuiſſe Spiritu Dei Auguſtinum ad ſcribendum, vita ipſius, quæ omnino prælegenda eſt, ac ſumma animi demiſsio, atque modeſtia planiſsimè monſtrarunt. Qualis verò eius Doctrina fuerit, Diuinum ſignum, teſtimonia Synodorum Generalium, & Patrum, lucubrationes Theologorum in eius Opera, & vtilitas, quæ ad vniuerſam manauit Eccleſiam abundè teſtantur.

Vitam ſcripſere Poſsidius ex ijs quæ vidit, & audiuit ab eodẽ Auguſtino, addens eius operum Indicem, ſed non prorſus omnium. Noſtra ætate, præter alios Ioſephus Pamphilius Epiſcopus Signinus, accuratè, & ante illum Ambroſius Coranus, ac pleraque copioſè Card. Baronius, Tomo 5. Annalium. Quæ verò conſcripta eſt vita à Poſsidio, ea præfixa eſt Indicibus Operum Auguſtini in editione Pariſienſi Sebaſtiani Niuellij, an. 1586.

Demiſsio animi, atque modeſtia primò cernitur in libris Confeſsionum, *quos humilitatis ſanctæ memor* (ait Poſsidius) *iam nullam fallens, ſed laudem non ſuam, ſed ſui Domini de propria liberatione, ac munere quærens, noluit, vt de ſe quiſq; crederet, vel putaret, ſupra quàm ſe eſſe nouerat:* Cernitur item in libris Retractationum, quos vt ſcriberet, iam Septuaginta duos annos natus rogauit populum, vt ſibi liceret adlegere Eradium (ſicuti fecit) in Epiſcopatu adminiſtrando: futurum enim dixit, vt *hoc ocium haberet magnum negotium*, relegendis nimirum, atque emendandis ſuis ſcriptis, vt purgata poſteritati relinqueret. Sed & quæ tum ad finem libri, De bono perſeuerantiæ; tum alibi de ſeipſo teſtatus eſt, indicant Spiritum ſanctum eius Doctrinæ adfuiſſe, qui requieſcit ſuper humilem, & ſuper trementem verba ſua, quemadmodum de eius Præceptore Ambroſio diximus ſupra. Auguſtinus igitur ſic inquit: *Qui legunt hæc ſi intelligunt, agant Deo gratias. Qui autem non intelligunt, orent, vt eorum ille ſit Doctor interior, à cuius facie eſt ſcientia, & intellectus: Qui verò errare me exiſtimant, etiam atq; etiam ea, quæ dicta ſunt, conſiderent, ne fortaſſis ipſi errent. Ego autem cum per eos, qui meos labores legunt, non ſolum doctior, verum etiam emendatior fio, propitium mihi Deum agnoſco, & hoc per Eccleſiæ Doctores magis expecto, ſi & in ipſorum manus veniunt, dignentur noſſe, quæ ſcribo.* Quin & idem ipſe ſemel in rebus dubijs ſcripſit, ſe non audere rem determinare, quæ in nullo Concilio generali definita non eſſet, lib. 2. contra Parmenianum c. 13. & lib. 7. de Baptiſmo, cap. 53.

Accedit ad hæc omnia, quòd cum primum conuerſus eſt ad Deum, ita de relinquendo ſeculo cogitauit, vt tranſmittens in Africam, vẽdens omnia, & dans pauperibus, Mundo vale dixerit, paupertatem, caſtitatemque coluerit, monaſterium autem inſtituerit, in quo cum ſocijs Euangelicæ perfectioni operam dedit. Quam quidem vitæ rationem ſi hæretici iniuiſſent, ſiue initam haud deſeruiſſent, nunquam in tantum corruiſſent baratrum impietatis.

Diuino autem miraculo tribuitur, quòd ſcripta illius fuerint aſſeruata, cum anno poſt eius mortẽ concremata Hipponenſi ciuitate à furentibus Vandalis, ijsque Arianis,

ipſa eius Hipponenſis Bibliotheca illæſa permanſerit: adeò capillus non perit de capite Sanctorum.

Synodi, & Patres. Florentina enim dixit: *Auguſtinum illuſtriſsimum Latinorum Doctorum Quinta Synodus conſecrauit.* Vide eius ſeptimā Actionem. Sed & poſtrema Tridentina quanti ſecerit pluribus in dogmatibus ipſam Auguſtini doctrinam, ingenuus, & doctus quilibet vtramque inuicem conferens intelliget.

At Hieronymus ſcripſit ſe dilexiſſe *habitantem in Auguſtino Dominum Saluatorem,* quem Auguſtinum Catholici conditorem antiquæ rurſum fidei venerarentur, atque ſuſpicerent. Hieron. epiſt.25. ad Auguſt. in Tomo 2. operum eiuſdem Auguſt.

Paulinus Epiſcopus Nolanus *Sal Terræ, & lucernam dignè ſupra candelabrum Eccleſiæ poſitam, & Apem Dei,* ad Auguſt. epiſt.31. & 37.

Cœleſtinus Pont. *inter magiſtros optimos à ſuis ſemper prædeceſſoribus habitum.* Epiſtola ad quoſdam Galliæ Epiſcopos. Tom.2. Concil.

Proſper Epiſcopus Regienſis, præter alia, *præcipuam eum ſui temporis portionem Domini ſacerdotum.* Epiſt. de gratia, & libero arbitrio ad Ruffinum.

Hilarius Epiſcopus Arelatenſis *Excellentiſſimum Doctorem, defenſorem fidei, in Diuina meditatione ſemper aſsiduum, metu mortis intrepidum, deſtructorem ſacrilegorum, atq; victorem hæreticorum.* Epiſt. ad Aratum Diaconum.

Gregorius Magnus *ad comparationem Siliginis Auguſtini non eſſe quærendum ſuum furfurem.* ex regiſtro lib.8. Epiſt.

Caſsiodorus *Egregium literarum omnium magiſtrum, & (quod in vbertate rarum eſt) cautiſsimum diſputatorem, fontem puriſsimum, nulla fece pollutum, totum Catholicum, totum Orthodoxum, radiantem ſuperni luminis claritate.* In Prologo ſuper Pſalt.

Beda omnium *Doctorem eximium Eccleſiarum,* lib. de ſex ætatibus mundi.

Bernardus *validiſſimum malleum hæreticorum.* Serm.80. ſuper Cant.

Rupertus Abbas Tuitienſis *Columnam, & firmamentum veritatis,* lib.7. de operibus Spiritus ſancti, cap.19.

De laboribus autem aliorum in eo illuſtrando paſsim in hac Tractatione, ſed præcipue verſus finem huius Tractationis agitur.

## *Stilus Auguſtini.* Cap.2.

In Tractatibus Sixtus Senenſis ait) *Stilus Auguſtini eſt aliquanto parcior, & apertior, magiſq; accommadatus ad allegoricas, & morales explanationes: in quibus Auguſtinus propter aures imperitæ multitudinis ſæpè ſe vſq; ad barbariſmum demittit; illud frequenter dictum in ore habens, Malo, vt me reprehendant Grammatici, quàm non intelligant populi; eligens magis in barbariſmis, etiam damnantibus Grammaticis intelligi, quàm in mea diſertudine auditores deſerere, ſed tamen in pleriſq; operibus diſertus, elegans, & acutus eſt. Vtitur autem in cunctis explanationibus tranſlatione Diuinæ ſcripturæ ſuorum temporum, quæ Italica dicebatur: hanc enim ipſe in ſecundo de Doctrina Chriſtiana, tam verborum fidelitate, quàm ſententiarum perſpicuitate cæteris præfert Latinorum editionibus.*

## *Partitio Librorum.* Cap. 3.

Partitio autem eius Librorum variata eſt hactenus pro varietate eorum, qui Auguſtini libros ex varijs typographijs emiſerunt. Neque enim in eoſdem Tomos ijdem ſemper fuerunt redacti. Quin etiam, quæ ſiue cenſuræ, ſiue notæ, vel commentaria ab aliquibus inſerta erant, hæc poſtea vel à Patribus Eccleſiæ Catholicæ, vel à priuatis aliquot Theologis meritò ſublata ſunt. Et quidem Sixtus Senenſis lib.4. ſuæ Bibliothecæ diligens fuit tum in partiendis Auguſtini operibus, tum etiam in quibuſdam adnotandis, quæ digna obſeruatione videbantur: ſed multo antea deceſsit ex hac vita, quàm cernere potuerit labores à doctiſsimis viris in hoc Diuino Auctore ſuſceptos.

Anno enim ſuperioris ſeculi 71. opera Theologorum Louanienſium, factum eſt, vt eadem Auguſtini opera per eoſdem caſtigata prodirent ex officina Chriſtophori Plantini typographi in lucem; deinde verò Pariſijs octogeſimo ſexto, cum additione nonnullarum aliarum homiliarum ederentur. Hæc autem opera à Plantino edita omnibus prioribus editionibus eſſe præferenda cenſuit Ioannes Molanus Louanienſis: Primò, quia ex vetuſtiſsimis manuſcriptis exemplaribus innumeri, fœdique errores per ſingulos Tomos ſunt emendati, appoſita etiam ad vniuſcuiuſque Tomi calcem ſua caſtigatione: Secundò, quia quæcunque in his Tomis erant indoctæ aut cenſuræ, aut annotationes



Digitized by Google

tiones (vt nihil amplius dicatur) eæ ab hac editione abſunt: Tertio, quia ſingulis libris Retractio ipſius S. Auguſtini eſt præmiſſa; aut, vbi ea deeſt, breuis cenſura multorum Theologorum iudicio confirmata. Quæ autem certo Auguſtini non eſſe ſunt deprehenſa, ea in ſui Tomi Appendicem ſunt repoſita, præfixis cenſuris, quæ per Theologos aliquot Louanienſes ſunt diſcuſſæ, & approbatæ.

Porrò idem Molanus initio operum D. Auguſtini, ante vitam ipſius à Poſſidio Calamenſi Epiſcopo ſcriptam, Præfatione ad Chriſtianum Lectorem, de huius editionis ratione breuiter ſcribit, vt intelligatur ex variarum Bibliothecarum exemplaribus pluſquam ducentis manuſcriptis, quæ Thomas Gozæus Bellemontanus conquiſiuerat, per varios Theologos, iiſdem inter ſe conferendis, has emendationes eſſe deſumptas: præterquàm quòd caſtigationes ipſæ in Appendicibus ſunt adiectæ varijs Auguſtini Tomis, quemadmodum in editionibus Louanienſi, & Pariſienſi poſtrema cerni poteſt.

### *Sectio librorum omnium D. Auguſtini, qui extant, in decem Tomos à Louanienſibus facta. Cap. 4.*

In qua obſeruandum.
- * Denotare Libros omnes, qui in Appendicem reiecti ſunt.
- Δ Denotare { Libros quoſdam deſiderari qui hodie apud nos non putantur extare: quare duplex conſtituta eſt ſeries in ſeptimo Tomo, in quo reiecti ſunt, potiſsimũ qui deſiderantur.
- † Denotare Aliquid eſſe tranſpoſitum, idque ſuo loco reponendum.

*Primi Tomi contenta.*

Retractationum, lib.2.
Confeſsionum, lib. 13.
Grammatica, lib.1.
Dialectices principia capitibus decem.
Categoriæ decem.
Rhetorices principia.
Δ Principia { Geometriæ. Arithmetices. Philoſophiæ.
De Muſica, lib. 6.
Contra Academicos, lib.3.
De ordine, lib.2.
De vita beata, liber.
Soliloquiorum, lib.2.
De Magiſtro, liber.
De animæ immortalitate, lib.
De quantitate animæ, lib.
De libero arbitrio, lib.3.
De vera Religione, lib.
De moribus Eccleſiæ Catholicæ, lib.
De moribus Manichæorum, lib.
De Geneſi contra Manichæos, lib.2.
De Regula S. Auguſtini.

APPENDIX.

* Regulæ clericis traditæ fragmentum.
* Regula ſecunda.
* De vita Eremitica ad ſororem, lib.

*Secundi Tomi contenta.*

Epiſtolarũ volumen cõtinens Epiſt.nu.271
Appendix continens Epiſt. vndeuiginti.

*Tertij Tomi contenta.*

De Doctrina Chriſtiana, lib.4.
Locutionum, lib.7.
De Fide, & Symbolo, lib.
Enchiridion ad Laurentium.
De Trinitate, lib.15.
De Geneſi ad literam imperfectus, lib.
De Geneſi ad literam, lib.12.
De agone Chriſtiano, lib.
De opere Monachorum, lib.
† De ſpiritu & litera, lib.

*In 7. Tom. reponendus, ordine 23. par. 2.*

De diuinatione Dæmonum, lib.
Speculum ex vtroque Teſtamento.

APPENDIX.

* De definitionibus Orthodoxæ fidei, lib.
* De fide ad Petrum, ſeu Regula veræ fidei.
* De mirabilibus Sacræ ſcripturæ, lib.3.
* De ſpiritu & anima, lib.
Quæſtiunculæ de Trinitate.
* Interrogatio de benedictionibus Iacob.
* D. Proſperi Aquitanici Sententiæ, num. 388.

*Quarti Tomi contenta.*

De mendacio ad Conſentium, lib.
Contra mendacium ad eundem, lib.
De fide, & operibus lib.
Quæſtionum 655. de Diuinis, lib.7.
Quæſtionum 98. Euangelicarum, lib.2.
Quæſtionum 17. Euangelicarum ſecundum Matthæum.
De conſenſu Euangeliſtarum, lib.4.
Octogintatrium Quæſtionum, lib.
De diuerſis Quæſtionibus Quęſtiones ſeptẽ, lib.2.
De octo Dulcitij Quæſtionibus, lib.
De cura pro mortuis gerenda, lib.
De catechizandis rudibus, lib.
De continentia, lib.
De patientia, lib.
De bono viduitatis, lib.

De Sermone Domini in monte, lib. 2.
Expoſitionis Epiſt. ad Rom. inchoatæ, lib.
Expoſitionis quarundam propoſitionum ex Epiſt. ad Romanos, lib.
Expoſitionis Epiſt. Pauli ad Galatas, lib.
Annotationum in Iob, lib.

APPENDIX.

* Vigintiunius Sententiarum, lib.
* Sexagintaquinque Quæſtionum Dialogus.
* Quæſtionum Veteris, & Noui Teſtamenti, lib.
De Incarnatione Verbi, lib. 2.
De Trinitate, & vnitate Dei, lib.
De eſſentia Diuinitatis, lib.
* De fide rerum inuiſibilium, lib.
De ſubſtantia dilectionis, lib.
De vera & falſa pœnitentia, lib.
De ſalutaribus documentis, lib.
De amicitia, lib.

*Quinti Tomi contenta.*

De Ciuitate Dei contra Paganos, lib. 22.

APPENDIX.

* Caſtigationes.
* Ioannis Ludouici Viuis Commentaria.

*Sexti Tomi contenta.*

De hæreſibus ad Quoduulteum, lib.
De quinque hæreſibus oratio.
Concio ad Catechumenos.
Oratio aduerſus Iudæos.
De vtilitate credendi, ad Honoratum, lib.
Contra Epiſtolam Manichæi *Fundamentum* dictam.
De duabus animab⁹ contra Manichæos, lib.
Contra Fortunatum Manichæum, lib.
Contra Adimantũ Manichæi diſcipulum, lib.
Aduerſus Fauſtum Manichæum, lib. 33.
De actis cum Felice Manichæo, lib. 2.
Contra Secundinum Manichæum, lib.
De natura boni contra Manichæos, lib.
De fide, ſeu de vnitate Trinitatis contra Manichæos, lib.
Contra aduerſarium legis, & prophetarum, lib. 2.
Contra Priſcillianiſtas, & Origeniſtas, lib.
Sermo Arianorum diſtinctus, numeris 40.
Contra Sermonem Arianorum, lib.
Contra Maximum Arianorum Epiſcop. lib. 3.
De vnitate Trinitatis contra Felicianum, lib.
De Bono coniugali cõtra Iouinianum, lib.
De S. Virginitate, lib.
De adulterinis coniugijs ad Pollentium, lib. 2.
De Epicureis, & Stoicis Tractatus.
In illud: *Ego ſum, qui ſum,* Tractatus.

APPENDIX.

De altercatione Eccleſiæ & Synagogæ, lib.

*Septimi Tomi contenta.*

*Prioris partis diſpoſitio.*

Δ Pſalmus contra partem Donati.
Δ Contra Epiſtolam Donati, lib.
Δ Contra partem Donati, lib. 2. & contra Hilarium, lib.
Contra Epiſtolam Parmeniani, lib. 3.
De Baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 7.
De vnico Baptiſmo contra Petilianum, lib.
Δ Contra quod attulit Centurius, lib.
Contra literas Petiliani, lib. 3.
De vnitate Eccleſiæ contra Petiliani Epiſtolam, lib.
Contra Creſconium Grammaticum, lib. 4.
Δ Probationum, & teſtimoniorum contra Donatiſtas, lib.
Δ Contra neſcio quem Donatiſtam, lib.
Δ Admonitio Donatiſtarum de Maximianiſtis, lib.
Δ De Maximianiſtis contra Donatiſtas, lib.
Breuiculus collationũ cum Donatiſtis: Collatio dierum 3.
Epiſtolæ nomine Cirtenſis Concilij ad Donatiſtas poſt collationem.
Poſt collationem ad Donatiſtas, lib.
Δ Ad Emeritum, lib.
Sermo de Emerito ad plebem Cæſarienſis Eccleſiæ.
De geſtis cum eodem Emerito, lib.
† De correctione Donatiſtarum ad Bonifacium. Vide Tom. 2. pag. 79.
Contra Epiſtolas Gaudentij, lib. 3.

APPENDIX.

* Contra Fulgentium Donatiſtam, lib.

*Poſterioris partis diſpoſitio.*

De peccatorum meritis & remiſsione, lib. 3.
De ſpiritu & litera, lib.
De Natura & Gratia contra Pelagianos.
Δ De geſtis Pelagij, lib.
De gratia Chriſti & peccato originali contra Pelagium, lib. 2.
De nuptijs & concupiſcentia ad Valerium, lib. 2.
Contra Iulianum Pelagianum, lib. 6.
Contra duas Epiſt. Pelagianorum, lib. 4.
De anima, & eius origine, lib. 4.
De perfectione Iuſtitiæ contra Cœleſtium, lib.
De gratia & libero arbitrio, lib.
Ad Valentinum, & ipſius Monachos Epiſtolæ duæ.
De correctione, & gratia, lib.

Ad Auguſtinum Proſperi & Hilarij Epiſtolæ.
De prædeſtinatione Sanctorum, lib.
De dono perſeuerantiæ, lib.

APPENDIX.

* Proſperi Regienſis Epiſcopi, Reſponſionum, lib. 4.
* Cœleſtini Pontificis Rom. pro Auguſtino Epiſtola.
* Concilium Arauſicanum, habens Canones quatuor.
* Hypognoſticon, lib. 6.
* De prædeſtinatione, & gratia, lib.
* De prædeſtinatione Dei, lib.

*Octaui Tomi.*

Expoſitio in libros Pſalmorum.

*Noni Tomi contenta.*

In Euangelium Ioannis Expoſitio, Tractatus 124.
In Epiſtolam Ioannis Expoſitiones, nu. 10.
De decem chordis, lib.
De paſtoribus liber ſeu Sermo.
De Ouibus Tractatus ſeu Sermo.
De Symbolo fidei ad Catechumenos, lib. 4.

*Tractatus quatuordecim de diuerſis.*

De diſciplina Chriſtiana.
De Cantico nouo.
De cultura agri Domini, ſiue de feria 4.
De Cataclyſmo.
De tempore Barbarico.
De quatuor virtutibus charitatis.
De laudibus Charitatis.
De honeſtate mulierum.
De conuenientia decem plagarum, & decem præceptorum.
De vtilitate ieiunij.
De vrbis excidio.
De pugna animæ. Tom. 10. pag. 61.
De vtilitate pœnitentiæ.
Pſalterium Matri compoſitum.
Meditationum, liber.

APPENDIX.

* In Apocalypſim Ioannis Homiliæ, num. 18.
* De diligendo Deo, ſeu Meditationum, lib.
* Soliloquiorum, lib.
* Manuale, lib.

*Tractatus vigeſimusquartus.*

De triplici habitaculo.
De ſcalis Paradiſi.
De duodecim abuſionibus.
De contritione cordis.
De cognitione veræ vitæ.
De ſpeculo, lib.
De vita Chriſtiana.
De Aſſumptione B. Mariæ virginis.
De contemptu Mundi.
De vanitate ſeculi.
De obedientia, & humilitate.
De bono diſciplinæ.
De viſitatione infirmorũ Tractatus ſeptem.
De viſitandis infirmis.
De conſolatione mortuorum.
De eiſdem.
De ſobrietate, & caſtitate.
De ſpeculo peccatoris.
De conflictu vitiorum, & virtutum.
De rectitudine Catholicæ conuerſationis.
De creatione primi hominis.
De arbore ſcientiæ boni & mali.
De Antichriſto.
Super Magnificat.

*Decimi Tomi contenta.*

Sermones de Verbis Domini, num. 64.
Sermones de Verbis Apoſtoli, num. 35.
Homiliæ, num. 150.
Homiliæ de Tempore, num. 256.
Homiliæ de Sanctis, num. 51.
Sermones à Pariſienſibus additi, num. 17.
Sermonum de diuerſis, partes duæ, num. 138.
Fragmenta quædam operum D. Auguſtini, num. 27.

APPENDIX.

* De reuelationibus Stephani protomart.
* Appendix Sermonum, de diuerſis.
* Sermones ad fratres in Eremo.

Sciendum eſt autem, Indiculum librorum S. Auguſtini editum à Poſsideo, fuiſſe à Louanienſibus vitæ ipſius Auguſtini initio adiectum; deinde verò tripertitũ Indicem magna diligentia additum, Quorum Primus in tres Sectiones diuiditur: ſiquidem.

I. Librorum omnium nomina, capitaque iuxta ſeriem decem Tomorum, vna cum ſuis Appendicibus (*ſtellula notatis) continet.

II. Eoſdem libros, ac eorum capita, ſeriemque ordine Alphabetico complectitur.

III. Rurſus librorum nomina, initiaque titulorum capitumque omnium argumenta dilucidè narrat.

Secundus rerum ac ſententiarum, verborum ac nominum omnium, præter communem etiam Alphabeticum ordinem, ſingularem & compendiariam quiduis inueniendi viam demonſtrat: nec non & propriorum nominum nomenclaturam continet.

Tertius etiam in tres diuiditur Sectiones: nam

I. Sacrarum ſcripturarum loca citata, ad formã Veteris, & Noui Teſtamenti diſpoſita, tenet.

II. Scripturarum inter ſe pugnantium loca aliquot conciliata, eodem librorum ordine ſeruato proponit.

III. Scripturarum, quibus Eccleſia Dominicis, & feſtiuis ac alijs quibuſdam certis per annum diebus, ad formã Romani Miſſalis, ac Breuiarij iam caſtigati, explanationum loca complectitur.

Denique Index quartus additus eſt eorum, quæ ab Auguſtino inſignius ſcripta ſunt, ordine literario fideliter digeſtus.

Etſi autem ab ijſdem Louanienſibus, atque item ex Sixto Senenſi pleraque diligenter adnotata ſunt, placet tamen addere Roberti Bellarmini Card. Cenſuram, quam ipſe tum ex ijſdem, tum ex proprijs ſtudijs perſpicaci ſedulitate ſcriptam mihi tradidit. Ea verò ſic habet.

## *Altera operum D. Auguſtini cenſura ex Card. Bellarmino. Cap. 5.*

*In Primo Tomo.* Ex tribus Regulis, poſtrema eſt omnino Auguſtini, ſed ſcripta fœminis, non viris: nam habetur inter Epiſtolas, Epiſt. 109. & eius meminit Poſsidius in Indiculo. *Sanctimonialibus* (inquit) *obiurgationem & Regulam, &c.* Reliquæ duæ Regulæ nõ videntur Auguſtini.

Liber de vita Eremitica, ambigo, an ſit Auguſtini, cum nec in Retractationibus, nec in Indiculo reperiatur.

*In Secundo Tomo.* Epiſtola Auguſtini ad Cyrillum, & Epiſtola Cyrilli ad Auguſtinum, non poſſunt eſſe eorum auctorum; nam loquuntur ambæ de obitu D. Hieronymi, qui tamen obijt ſatis diu poſt Cyrillum, vt patet ex libro de Viris illuſtribus, vbi Hieronymus meminit Cyrilli, & dicit, eum poſt multas vexationes, ad extremũ octo annos quiete in Epiſcopatu vixiſſe. Præterea idem Auctor in ipſa Epiſtola de miraculis D. Hieronymi, dicit, hæreticum eſſe, qui putat, Chriſtum habuiſſe duas voluntates, & D. Hieronymum crediſſe, Chriſtum nõ habere niſi vnam voluntatem: Ex quo patet Auctorem huius operis, non ſolum impoſtorem, ſed & hæreticum fuiſſe; præſertim cum in ſexta Synodo, Act. 17. ab Agathone citetur Cyrillus iſte, ad probandum, Chriſtum duas habuiſſe voluntates.

Epiſtolæ item 16. Auguſtini ad Bonifacium, & Bonifacij ad Auguſtinum, nempè 182. 183. &c. non videntur Auguſtini: nam earum nec in Retractationibus, nec in Indiculo fit mentio: non tamen eſt euidens, non eſſe Auguſtini.

Reliquarum omnium meminit vel ipſe Auguſtinus in Retractationibus, vel Poſsidius in Indiculo; exceptis nouem, nempe 69. 81. 85. 127. 128. 135. 145. 162. & 202. tamen & ſtylus clamat, has etiam eſſe Auguſtini, & nec Eraſmus, nec alius, quod ſciam, oppoſitum cenſet.

*In Tertio Tomo.* Speculum tribuitur Auguſtino à Poſsidio, non ſolùm in Indiculo, ſed etiam in vita Auguſtini: tametſi ſciolus fortaſſe aliquis mutauit textum Scripturæ, vt pro eo, quem Auguſtinus poſuerat, poſuerit ipſe eum, quem noſtra tranſlatio habet.

Liber de benedictionibus Patriarcharum non videtur Auguſtini, ſed alicuius ſtudioſi, qui eum collegit ex Hieronymi traditionibus Hebraicis in Geneſim.

Liber Sententiarum; ſine dubio eſt Proſperi, collectus tamen ferè ex Auguſtino: neque ſolùm proſa, ſed etiam carmine hunc librum compoſuit, vt patet in eius operibus.

Liber de Fide ad Petrum, videtur eſſe Fulgentij: nam & Bertramus hæreticus, qui circa annum Domini 1050. extitit, in libro de corpore & ſanguine Domini, hunc librum tribuit Fulgentio: & Chronicon Honorij Fulgentium ſcripſiſſe dicit Regulas veræ fidei. Adde, quòd Petrus Diaconus in libello Fulgentij de Incarnatione & Gratia Chriſti, dicitur eum conſuluiſſe: Quocirca credibile eſt, Fulgentium hoc libro ei ſatisfeciſſe. Adde etiam, quòd in eo libro de Incarnatione, & Gratia, Fulgentius loquitur conformiter huic libro De fide ad Petrum; præſertim in illa ſententia de tormentis paruulorum, qui ſine baptiſmate morerentur.

Libri de mirabilibus Sacræ ſcripturæ, non ſunt Auguſtini, parumque valent, vt ait D. Thomas 3. par. q. 45. art. 3. ad 2.

Liber de Eccleſiaſticis dogmatibus, videtur eſſe Gennadij. Nam Algerus, qui floruit circa annum Domini 110. Libro primo de corpore & ſanguine Domini, cap. 22. citat ſub nomine Gennadij, cap. 53. libri de Eccleſiaſticis dogmatibus. Præterea Magiſter Senten-

tiarum, diſtinct.8.lib.2.& D.Thomas. Quod lib.12. art.11. & in Catena in primum caput Matthæi, tribuunt hoc Opus Gennadio. Platina in Symmacho idẽ habet: niſi quod Gennadium vocat Epiſcopum Maſsilienſem; quod tamen nuſquam aliàs legitur. Gennadium autem fuiſſe ex illa factione Gallorum, contra quam ſcribunt Proſper & Hilarius, & contra quam congregatum eſt Concilium Arauſicanum ſecundum, vel inde colligi poteſt, quòd Caſsianum laudat, reprehendit Proſperum, Ruffinum præponit D. Hieronymo, laudat librum Fauſti de Gratia, qua ſaluamur, quem conſtat non eſſe ſanum. Ex quo dubium adhuc ſupereſt, an eiuſdem Gennadij ſit hoc Opus: nam totus hic liber collectus eſt ferè ex Concilio Arauſicano ſecundo, & ex Epiſtolis Innocentij, Zoſimi, Cœleſtini, & Auguſtini contra Pelagianos.

Liber de Spiritu & Anima nõ eſt Auguſtini, ſed alicuius multò recentioris: nam c.37. citat Boëtium, qui an. Dom. 521. iuſſu Theodorici necatus fuit. Sæpè etiam citat Ariſtotelem, & 48. capite, multa citat ex libro Gennadij de Eccleſiaſticis Dogmatibus.

Liber Quæſtiuncularum de Trinitate, videtur collectus ex libris de Trinitate. Sitne verò Auguſtini, an non, incertum eſt: parum tamen refert, quia liber eſt parui momenti.

*In Quarto Tomo.* Liber Quæſt. in Matth. eſt certò Auguſtini: nam habetur in Indic. Poſſidij.

Liber vigintiunius Sententiarum, &

Liber Sexagintaquinque Quæſtionum, non ſunt Auguſtini: nam nec Auguſtinus in Retractationibus, nec Poſſidius in Indiculo, nec Beda, eorum operum meminerunt, nec aliquid habent graue, & dignum tanto viro.

Liber Quæſtionum Veteris & Noui Teſtamenti, non eſt Auguſtini, ſed hæretici alicuius: Nam quæſt.2. dicit, Mundum factum propter præſumptionem Diaboli: Quæſt.13. dicit, multos Sodomitarum non eſſe reos; nec eſſe, vnde ſibi ignoſci precentur, & à gehenna liberos: Quæſt.21. docet, mulierem non eſſe creatam ad imaginem Dei: Quæſt.43. dicit, Iepte nullũ habere teſtimonium iuſtitiæ; cum habeat tam apertum Heb. 11. Quæſt. 80. dicit, nec filios Dei nec filios Diaboli, homines naſci. Quæſt.109. dicit, Melchiſedech eſſe Spiritum ſanctum, & eſſe Sacerdotem, ſed non ſummum: vnde obiter reprehendit Canonem Miſſæ: *Non eſt* (inquit) *ſummus, vt in oblatione præſumunt Antiſtites.* Sed ex ſtercore aurum colligentes, obſeruanda hic Canonis ſacri antiquitas. Hunc librum ex propoſito videtur reprehendere D. Hieronymus in Epiſt. ad Euagrium: vbi dicit, Auctorem eiuſdem operis, in quo aſſerit, Melchiſedech eſſe Spiritum ſanctum, eſſe imperitum ſcientia, & ſermone, & non recipiendum. Quæſt.103. dicit, Adam nõ habuiſſe Spiritum ſanctum, contra omnes veteres. Alia multa paſsim inuenies falſa, & cum Auguſtini doctrina pugnantia. Adde, quòd quæſt.44. apertè dicit, ab excidio Hieruſalem vſque ad ſua tempora exactos annos circiter 300. cum tamen Auguſtinus lib.18. de Ciuitate Dei, c.54. dicat, ab aduentu Spiritus ſancti, vſque ad ſua tempora, exactos annos 400. id eſt, ab excidio Hieruſalem annos circiter 360. niſi fortaſſe Auguſtinus inter ſcriptionem huius libri, & illos de Ciuitate Dei, totos ſexaginta annos interpoſuit. Quæres, cuius Auctoris Opus hoc videatur? Reſpondeo, omnino videri eius, cuius ſunt Commentaria in Epiſt. Pauli, quæ ſub nomine Ambroſij circunferuntur: Quod vt intelligas, confer quæſt.7. cũ Commentario illo in 6. caput ad Epheſios, & quæſt.13. cum Commentario in quintum ad Romanos; & quæſt. 18. cum Commentario in 9. ad Romanos; *Non eſt volentis, neq; currentis, &c,* & quæſt.21. cum Commenmentario in primæ ad Corinthios 6. & 11. & quæſt.23. cum Commentario in ſeptimum ad Romanos, & quæſt. 113. cum Commentario in primum ad Epheſios, & in tertium eiuſdem, & in primum ad Coloſſenſes, & quæſt.47. cum Commentario in primæ ad Corinthios ſecundum, & quæſt. 74. cum Commentario in 2. ad Corinth.5. & quæſt. 96. vbi dicit Paſcha non dici à tranſitu, cum Commentario in 1. ad Corinth.5. cum tamen Ambroſius libro de Cain & Abel, cap.8. oppoſitum habeat. Confer item quæſt. 99. cum Commentario in 1. ad Corinth.10. & quæſt. 102. cum Commentario in 11. ad Romanos, & in 2. ad Timoth. 2. & quæſt. 108. cum Commentario in 3. ad Philippenſes: & quæſt. 109. & 125. cum Commentario in 8. ad Romanos, & quæſt. 112. cum Commentario in illud, *Video aliam legem, &c.* & quæſt. 113. in fine, cum Commentario in 2. ad Theſſal.2. & quæſt. 114. cum Commentario in 3. ad Epheſ. & quæſt.115. cum Commentario ad Epheſ. 2. Ex his conſtat, Auctores horum duorum operum eſſe omnino eiuſdẽ ſententiæ, & doctrinæ. Conſtat item vixiſſe eodem tempore: nam hic vixit anno 300. ab excidio Hieroſolymæ, & ille (ſi tamen eſt alius) vixit tempore Damaſi, vt patet ex Commentario in 2. ad Timoth. 2. Damaſus verò circa illa tempora vixit. Cuius igitur eſt hoc Opus? Auguſtinus lib. 4. contra duas Epiſt. Pelagianorum, cap. 4. citat



Digitized by Google

verba quædam tamquam S. Hilarij interpretantis illud: *In quo omnes peccauerunt:* Quæ verba in 5. caput ad Romanos in hoc Commentario inueniuntur. Sed tamen nec S. Hilarij poſſunt eſſe hæc Opera: multum enim diſtat eius doctrina ab his Operibus; Ac primum aliter exponit ipſe Genealogiam Ioſeph in 1. cap. Matth. quàm hic Auctor in quæſt. 62. Aliter etiam ille in cap. 1. Matthæi oſtendit numerum generationum, quàm hic in quæſt. 85. Fortaſſe igitur vtrumque Opus eſt Hilarij Diaconi Vrbis Romæ, cuius meminit Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos; contra quem Hilarium ſcripſit Decretum vnum Siricius Damaſi ſucceſſor. Hæc eſt opinio Ioannis à Louanio. Porrò

Libri de Incarnatione Verbi. De Trinitate & Vnitate Dei.
De eſſentia Diuina. De fide rerum inuiſibilium.
De ſubſtantia dilectionis. De ſalutaribus documentis.
De Amicitia, non videntur Auguſtini: cuius ſatis probabile argumentum eſt, quòd nec ſint in Retractationibus, nec in Indiculo Poſsidij, nec ſapiant phraſim Auguſtini.

Libri De continentia. De patientia.

De bono viduitatis, licet Eraſmus reclamat, veriſsimè ſunt Auguſtini. Id patet, primum, quia omnes ſunt in Indiculo Poſsidij; Deinde, quia citantur à Beda tamquam Auguſtini in illud ad Romanos 8. *Si ſpiritu facta carnis, &c.* Citat 5. caput libri de continentia, & aliàs ſæpè. Librum autem de bono viduitatis ſæpiſsimè citat, vt in 2. cap. 1. ad Corinth. & in 7. eiuſdem, & in 4. ad Philippenſes, & in 5. primæ ad Timoth. Denique quia Eraſmus nullum adducit validum argumentum.

Liber de vera & falſa pœnitentia, non eſt Auguſtini: Quod multis probari poſſet: ſed illud ſufficiat, quòd cap. 12. adducit ſententiam Auguſtini ex Sermone 41. Quinquaginta Homiliarum, & ab ea diſſentit. Adde, quòd neque hoc Opus eſt in Retractationibus, aut in Indiculo.

*In Sexto Tomo.* Libellus de hæreſibus ad Quoduultdeum, eſt verè Auguſtini: nam & habetur in Indiculo, & citatur à D. Gregorio Papa libro Epiſtolarum 6. Epiſtola 179. quamuis duæ vltimæ hæreſes, Neſtoriana, & Eutychiana, ab aliquo alio adiectæ ſunt: nam ipſe Auguſtinus in hoc ipſo Opere teſtatur, hæreſum omnium recentiſsimam eſſe Pelagianam. Præterea, hæreſis Neſtoriana orta eſt anno 431. Eutychiana verò an. 449. Diuus autem Auguſtinus, obijt an. 433. vt diximus.

Libellus de quinque hæreſibus, eſt Auguſtini, licet Eraſmo non videatur: nam & eſt in Indiculo, & citatur à Beda in primum caput ad Romanos.

Concio ad Catechumenos, Auguſtini non eſſe videtur Ioanni à Louanio.

Oratio contra Iudæos eſt Auguſtini: nam eſt in Indiculo, & citatur à Beda ad Rom. 11. & ad Hebr. 7.

Dialogus altercationis Eccleſiæ, & Synagogæ, non videtur Auguſtini: nam nec ſapit phraſim Auguſtini, nec habet ab aliquo bono auctore teſtimonium.

Liber de fide contra Manichæos, à nemine reprehenditur, & videtur planè eſſe Auguſtini. Sed mirum eſt profectò, non eſſe in Retractationibus, nec in Indiculo.

Libri contra Maximinum Arianum, Auguſtini ſunt: nam & in Indiculo ſunt, & citantur à Beda in c. 8. ad Rom. Et præterea 20. cap. lib. 3. citatur in ſexta Synodo, Act. 4.

Liber de Vnitate Trinitatis, ad Optatum, contra Felicianum, Auguſtini eſt; quidquid dicat Eraſmus: nam & eſt in Indiculo & citatur à Beda in primum caput primæ ad Cor.

Tractatus de Stoicis, & Epicureis non videtur Auguſtini: tamen res eſt incerta.

Tractatus in illud, *Ego ſum qui ſum, &c.* Auguſtini eſt, etiamſi aliter Eraſmo videatur: nam & Beda eum citat in c. caput 1. ad Cor. & Lanfrancus ait (vt dicitur à nonnullis) huius Tractatus meminiſſe Poſsidium, ſed ego nihil tale apud Poſsidium inuenire potui.

*In Septimo Tomo.* Liber contra Fulgentium Donatiſtam, incertum eſt an ſit Auguſtini, cum non habeat aliquod teſtimonium ab aliquo auctore graui.

Liber de Prædeſtinatione & gratia, non videtur Auguſtini: nam nec à Poſsidio, nec à Beda citatur, & ſimul diſcrepat à doctrina Auguſtini: immò videtur ſapere opinionẽ Caſsiani: nã cap. 9. tribuit libero arbitrio ſoli, eligere bonũ præcedente vocatione. Item c. 11. tribuit Deo velle, quia vocat, & illuminat; at homini conatum. Præterea dicit, quòd primò Deus vocat; ſecundò homo aperit, & dilatatos; tertiò Deus illud implet. c. 12. obijcit argumentum Pelagij, & non ſoluit, niſi ſicut Caſsianus ſoluiſſet, cap. 15. ad difficillimam quæſtionem ita reſpondet, vt in Nabuchodonoſor pœnitente ponat initium bonæ voluntatis, & Deo tribuat perfectionem. Vt omittam, quòd c. 16. dicit, hominem etiamſi non peccauiſſet, iuſte à Deo damnari potuiſſe, contra Auguſtinum in Epiſtola ad Paulinam, & lib. 2. de peccatorũ meritis & remiſsione, c. 16. & contra Conciliũ Arauſicanum.



Digitized by Google

Libellus de prædeſtinatione Dei, non eſt Auguſtini: nam in fine concludit, prædeſtinationem eſſe ex prouiſione operum; quod è diametro pugnat cum doctrina Auguſtini: Præterea non eſt in Retractationibus, nec in Indiculo.

Reſponſio ad articulos falsò ſibi impoſitos, Proſperi eſt, & habetur inter eius Opera.

Libri hypognoſticon, vt eruditi, & Catholici ſunt, ita Auguſtini non ſunt: nam nec ſunt in Indiculo, nec ſtylum habent Auguſtini.

Liber de perfectione iuſtitiæ, non ſolum eſt in Indiculo, ſed etiam ſæpè citatur à Beda, & à Proſpero in fine contra Collatorem.

*In Nono Tomo.* Liber de Speculo apertè non eſt Auguſtini: nam cap. 3. citat verſus Boëtij, & cap.27. negat Spiritum ſanctum procedere à Filio: cuius oppoſitum conſtanter docet Auguſtinus.

Liber de conflictu virtutum, & vitiorum tribuitur etiam Leoni: ſed nec Auguſtini eſt, nec Leonis: nã in fine commendat Regulam S. Benedicti, qui vtroque poſterior fuit. Videtur qui eum ſcripſit fuiſſe Mediolanenſis, vel certè Mediolani ſcripſiſſe.

Liber de Antichriſto, non eſt Auguſtini: nam mentionem facit Imperij tranſlati à Græcis ad Gallos, ſeu Germanos; quod contigit an. Dom. 800. Tribuitur hic liber à nonnullis Rabano Mauro; nec improbabiliter.

Reliqui, qui ſubijciuntur, dubium non eſt, quin ſint Auguſtini, cum & ſint in Indiculo, & à Beda citentur: De alijs incertum eſt, an ſint Auguſtini: neque enim poteſt ſatis euidenter probari, eſſe, & non eſſe.

Expoſitio in Euangelium Ioannis. Indiculum & Leo Epiſt. 97.
Expoſitio in Epiſtolam Ioannis. Indic.
De pœnitentiæ medicina. Beda.
De vtilitate pœnitentiæ. Indic.
De laudibus charitatis. Beda 1. Cor. 13.
De Paſtoribus. Indiculum.
De Ouibus. Indic.
De diſciplina Chriſtiana. Indic.
De vrbis excidio. Beda. 1. Cor. 10.
De decem chordis. Beda in 5. cap. ad Epheſ.
De creatione primi hominis. Indic.

*In Decimo Tomo.* Ex Homelijs de Verbis Domini, ſolum ſequentes non numerantur in Indiculo Poſsidij. 3. 14. 18. 19. 20. 22. 25. 28. 29. 34. 37. 38. 41. 47. 49. 50. 52. 54. 56. 57. 58. De quibus nihil certi habeo: reliquæ proculdubio ſunt Auguſtini.

Ex Homilijs de Verbis Apoſtoli, ſolum ſequentes non numerantur in Indiculo. 1. 10. 15. 24. 25. 26. 27. 32. 33. 34. 35.

Ex Homilijs quinquaginta, ſolum quæ ſubijciuntur, inueni in Indiculo Poſsidij. 10. 11. 28. 32. 34. 45. & 50. De reliquis ambiguum eſt: tametſi credibile eſt, vel omnes, vel maiorem partem eſſe Auguſtini.

Sermones noui nuper editi, omnes videntur eſſe Auguſtini: nam vel ſunt in Indiculo, vel citantur à Beda. De reliquis vix poſſet aliquid certò ſciri.

Obſeruandum poſtremò, ſolum tria Opera adiudicata fuiſſe Auguſtino, licet nõ ſint in Retractationibus, nec in Indiculo: nempè de vita eremitica ad ſororem, De fide contra Manichæos, & contra Fulgentium Donatiſtam.

## *Ratio intelligendi Auguſtinum. Cap. 6.*

Iam de modo intelligendi Diuinum hunc Auctorem, quemadmodum lectio eius vitæ à Poſsidio ſcriptæ, vtilis erit, vt diximus, quia ratio temporum, & ſtatus Eccleſiæ, quibus ſua edidit ſcripta, continentur; ſic vtiliſsimum erit, quod ipſe in lectione Opuſculorum ſuorum voluit obſeruari: nempè varietatem, & ordinem quadruplicem temporum, quibus ea ſcribi contigit: Alia enim ſcripſit cum eſſet Catechumenus, ſecularium literarum inflatus conſuetudine: Alia cum primum eſſet baptizatus, & adhuc in ſacris literis rudis, ac tyro: Alia factus presbyter exarauit, erudita magis, & docta: Alia demum ad Epiſcopatum aſſumptus, longè omnium eruditiſsima. Hanc temporum diſtinctionem idcirco Auguſtinus cenſuit obſeruandam, vt ex eius conſideratione aduerterent Lectores, quomodo ipſe, diſcentium more, paulatim ſcribendo profecerit; ſicque facilius ignoſcerent, ſi quid erratum in prioribus eius ſcriptis inuenirent, & ad vltimas eius lucubrationes, tamquam ad eruditiora, firmioraque Auctoris decreta confugerent.

Præſtat item prælegere libros duos Retractationum à ſe conſcriptos, quibus & inſignem modeſtiam, & cautionem oſtendit, ne qui ſua ſcripta legerint, in aliquos errores impingant, quos ipſe pro humana infirmitate, ſuis antea ſcriptis inſeruerat, vel adoleſcentior, vel nondum baptizatus, aut nondum Sacerdos.

Sed ſanè tamquam rectiſsima norma erit, ſi legendis aut ad hæreſes confutandas, aut

ad pie-

Digitized by Google

ad pietatem imbibendam, Auguſtini Operibus adhibeatur Hieronymi Torrenſis Theologi Socie. Ieſu, Confeſſio Auguſtiniana, Theologicè diſpoſita: Hic enim ex ipſis Auguſtini Operibus in locos communes Doctrinam ipſius, & verba, mirabili diligentia, & iudicio redegit. De qua Confeſſione, vide, in verbo, Hieronymus Torrenſis.

Quod verò pertinet vel ad Cenſuras Eraſmi, vel ad Commentaria Ludouici Viuis, in libros de Ciuitate Dei conſcripta, hæc modo ſatis ſint, quæ dicantur. Primò quidē, Eraſmum ab Eccleſia Catholica non ſine cauſſa prohibitū fuiſſe; quòd, etſi aliquando ob multam lectionem aliqua notauerit; ea tamen pronunciaſſe, vel tali faſtu, vel non citatis ijs, ex quibus illa recipiebat; vel etiam, quod pleraque omnia erroribus aſperſerat, ſic vt hæreſibus feneſtram patefaceret, merito eſſe reijciēda: Id quod, vbi de eius ſcriptis egimus, ad huc planius fecimus; Vide, in verbo, Eraſmus.

De Ludouico autem Viue, ſi hactenus vixiſſet, non dubito, quin ſeipſum correxiſſet, ſiue in laudibus, quibus eo tempore videbatur Eraſmus extolli, ſiue in Commentarijs in libros de Ciuitate Dei: Nam & propterea Theologi Louāenſes, præter Prologos ipſius Viuis quoſdam, quibus & antiquos commentarios eorum librorum irridebat, & Eraſmum extollebat, ſuſtulerunt etiam quod lib. primo, c. 21. Annotatione prima, ſcriptū reliquerat, vbi redarguebat omne, quod contra Chriſtianos geritur, bellum: & libro primo, cap. 27. Annotatione prima, vbi aſſerebat, neminem olim ſacro Baptiſterio admotū fuiſſe, niſi adulta iam ætate, & li. 16. c. 34. vbi Hieronymum damnat quaſi nuptias abominetur, & c. 22. vbi de Epiſtola B. Pauli Apoſtoli ad Hebræos, loquitur, & lib. 15. c. 22. Annotatione 9. quæ dicit de dilectione inimicorum; & vbi aiebat; *Ideo fruſtra mali ſacrificant*: Præter alia pleraque, quæ conferentibus eadem commentaria, occurrent. Sanè item Ioānes à Louanio De cultu Sanctorū reprehendit quod Viues in conſideratè li. 8. c. 27. de Ciuitate Dei, ſcripſit: *Nullum videri ſiue diſcrimen inter quorundam opinionem de Sanctis, & Gentilium de ſuis Dijs.* Sed & Nauarrus initio libri de Regularibus, meritò Viuem incuſat, quòd in libri tertij cap. 15. de Ciuitate Dei ſcribens, de Canonicis Regularibus loquatur imprudentius.

Id denique certum eſt, magni momenti fore, ad ſenſum D. Auguſtini percipiendum in varijs & contrarijs hæreſibus, quas ipſe confutabat; ſi quis tum Synodos, quibus ille interfuit, tum D. Thomæ Summam, & alia ſcripta, in quibus Auguſtini ſententiam plerumque ſecutus eſt, ad manum habuerit.

## *Alij Auctores, qui libros, ſiue Commentaria ex Auguſtini operibus conficientes, viam ad eius ſenſum aſſequendum, aut ad illius Doctrinam propugnandam ſtrauerunt* Cap. 7.

At & alij nōn defuere tam veteres, quàm hac noſtra ætate, qui Auguſtino propugnando, vel eius ſenſui aſſequendo perutilem operam præſtitere.

Cum in Gallias ſcripta Auguſtini aduerſus Pelagianos importata fuiſſent, nonnulli qui Pelagio adhærebāt, inter quos erat Ioānes Caſſianus presbyter Eccleſiæ Maſſilienſis, cognomento *Collator*, ea carpere cœperunt. Sed vna cum Cœleſtino Pontifice Maximo, qui ad Epiſcopos Galliarum Epiſtolas ſcripſit, patrocinium veritatis, & doctrinæ Auguſtini ſuſceperunt Proſper Regienſis Epiſcopus, & Hilarius Arelatēſis. Adeo non deſiſtit Deus ſuo præſidio communire eos, qui ſuam cauſam agūt: ſed & Gelaſius Papa libros Auguſtini approbauit.

Quin & idem Proſper è ſacris Auguſtini dictis duos contexuit libros: Alterum Epigrammaton carmine elegiaco, quem diſtinxit in nonaginta duo capita: Alterum maiore capitum numero, ſoluta oratione; Quod inſcripſit, *Opus Sententiarum Auguſtini*: Quodq; pro libro Sententiarum Proſperi in Decretis Canonicis ſæpe citatur.

Petrus item Abbas Tripolitanæ Prouinciæ (vti refert Caſſiodorus de Diu. Lect. c. 8.) S. Pauli Epiſtolas exemplis Opuſculorum Auguſtini ſubnotauit, *vt per os* (inquit) *alienū, ſui cordis declararet arcanum: Quæ ita ſingulis locis aptauit appoſitè, vt hoc magis ſtudio Auguſtini credas eſſe perfectam.*

Eugipius presbyter ad Probam Virginem ſacram ex Operibus Auguſtini quæſtiones, atque ſentētias varias decerpens, atque in vnum corpus aptè conflans, eaſdem trecentis, & triginta octo capitibus diſpoſuit. Quod teſtatur Caſſiodorus de Diuinis Lectionibus, c. 22, Circūfertur autem hodie titulo D. Eugipij, *(ſeu Eugyptij Abbatis Africani)* Theſaurorum Tomi 2. D. Auguſtini operibus ad Probam Virginem.

Honorius autem Auguſtodunenſis Eccleſiæ presbyter, & Scholaſticus, ex Opuſculis

Auguſtini ſcripſit librum vnum Dialogorum.

Petrus Lombardus, qui Magiſter Sententiarum eſt dictus, vniuerſam Theologiam ex auctoritatibus Auguſtini digeſſit in ordinem; quem Magiſtrũ Sententiarũ innumeri pene Intepretes, ſicuti Auguſtini doctrinam vbique propagarunt.

D. Thomas Aquinas meritò poteſt nominari alter Auguſtinus, cum adhuc ſolidius, atque in meliorem ordinẽ Doctrinam Auguſtini redegerit: Quam quidem Summam, & pleræque celebriores Academiæ, & viri admodum inſignes exponentes tractant, & docent: vt poſt tot ſecula viuat, doceat, & illuſtret Eccleſiam, atque Hæreticos expugnet vnus homo Auguſtinus, dum interea cœleſti gloria in dies auctiore perfruitur. Laus Deo. Amen.

Ad noſtra tempora, vt deſcendamus, Bartholomæus Auguſtinianus, qui & Vrbinas Epiſcopus, ſingula Auguſtini dicta, qua potuit diligẽtia in ſeriem Alphabeticam retulit, idque ab alio inchoatum, prænotauit *Milleloquium Auguſtini:* De quo vide nonnulla in verbo, Bartholomæus Epiſcopus Vrbinas.

Auguſtinus Ticinenſis De Auguſtini vita, moribus, Doctrina, & in Regulam Auguſtini ſcripſit. Vide, in verbo, Auguſtinus Ticinenſis.

Antonius de Nomis (vt vocant) Marciallenſis monachus Auguſtinianus è libris Auguſtini capita omnem ferè literarum Diuinarum tractationem continentia digeſſit, quę & inſcripſit, *Flores Doctoris S. Patris Auguſtini.*

Auguſtinus item Triumphus Milleloquium Auguſtini incœperat, quod vt diximus, Bartholomæus Vrbinas Epiſcopus abſoluit.

Ioannes Schuuaygerus Collegij ad B. Virginem Francofurti Scholaſticus, libros Cõfeſſionum Auguſtini tredecim in Epitomen redegit, quos apud Maternum Cholinum emiſit Coloniæ, an. 1569.

At paucos ante annos Iacobus Tribeſcus Brixianus, Canonicus Regularis Lateranenſis, edidit Venetijs, anno nimirum 1583. Reſponſiones perbreues ad mille Quæſita in omni fere facultate ex omnibus D. Auguſtini libris excerpta.

Sed & numquam ſatis laudata Louanienſium Theologorum opera, libri omnes Auguſtini ſunt accuratiſſimè expenſi, atque editi.

In primo Tomo corrigendo Martinus Baccius Tiletanus, qui poſtea fuit Aloſtenſis Paſtor.

In Epiſtolis, Iacobus Baius Melunenſis Collegij Sabaudiæ Louanij præſes operam poſuit.

In additamento Epiſtolarum Auguſtini ex Vrbe tranſmiſſo Ioannes Grauius, Louanienſis, & Societatis noſtræ ſacerdos.

In tertio Tomo, Henricus Cuyckius Culemburgenſis Profeſſor Ethices, Louanij.

In quarto Tomo, Embertus Eueraerds Arendoncanus, Paſtor Eccleſiæ D. Iacobi, celebris concionator.

In quinto Tomo, qui continet libros de Ciuitate Dei, explanando, paullo antiquiores quidem aliqui, inter quos Triuetius; Nam de Ludouico Viue iam eſt dictum, qui emendatione, & expurgatione indigebat.

De emendando denique ex alijs ſanioribus Codicibus, ipſo Auguſtini eorundem librorum contextu de Ciuitate Dei Louanienſes Theologi, inter quos Petrus Coretus Athenſis, qui deinceps fuit Paſtor, & profeſſor Criſpinienſis.

In ſexto Tomo, Chriſtophorus Broide Arienſis, qui paulo poſt ad Arienſis Eccleſiæ Decanatum eſt vocatus.

In ſeptimo Tomo, qui mendis ſcatebat: Henricus Grauius, Louanienſis, Regius Profeſſor, ſumma cum cura, atque induſtria.

In octauo Tomo, Claudius Porta Bapalmenſis, qui poſtea Bianchiæ Paſtorem, & Canonicum egit.

In nono Tomo, Guillelmus Eſtius. Gorconius.

Et hi omnes à facultate Theologica Louanienſi publicum eruditionis ſuæ teſtimonium habebant.

In decimo Tomo, Regulares Martiniani; in quem Tomum iampridem apud eos Martinus Lipſius Bruxellenſis, eiuſque diſcipuli Ioannes Coſterius, & Ioannes Vilmerius Louanienſes magni laboris impenſam egerant.

Quin, & Ioannes Vilmerius varios in editionem hanc Auguſtini à Louaniẽſibus procuratam, contulit à ſe repertos Auguſtini ſermones, multos etiam antea non editos, ex Cambronæ codicibus ſtudioſè tranſcripſit.

Ioan-

Ioannes Molanus, Auguſtini libris Retractationem ipſius, aut ſi ea deerat, breuem, cẽſuram multorum Theologorum ſententia confirmatam præmiſit. Quæ verò manifeſtè deprehenſa conſtabat Auguſtini non eſſe, ea præmiſſis cenſuris in Appendice ſui Tomi reponenda cenſuit.

Adhibita eſt doctiſſimi Theologi Ioannis Heſelij in nouem Tomos, & Martini Lipſij in Tomum decimum, quæ magno fuit vſui, cenſura manuſcripta.

Molano autem additi ſocij, & adiutores fuere à Collegio Doctorum Theologorum Louanienſium Henricus Grauius, & Laurentius Vueſterhouius.

Ceterum in alijs antiquioribus editionibus, quæ vel præfixæ erant Epiſtolæ, vel adiectæ ad marginem Notæ, vel deprauati (præſertim Frobeniani) Indices, expurgationes ex Indicibus expurgatorijs Hiſpano, & Louanienſi, ſunt ſequentes, quas hic apponimus, vt facile ab omnibus, quibus eſt cordi ſalus propria, haberi poſſint ad manum, hiſq; vtantur ad expurgandas antiquas Auguſtini editiones per homines fidos, atque peritos.

Euchariſtiam non eſſe ſacrificium, ſed ſacrificij memoriam. *tom.6.col.37.S.B. Auguſtinus tale quid non dicit.*

Euchariſtia paruulus neceſſaria. *to.7.col.566.A. quia D. Auguſtinus id nõ dicit: ſed accommodat paruulis locum Ioannis: Niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem.*

Fides, non opera, iuſtos ab iniuſtis diſcernit. *tom.7.col.902.B. Loquitur de fide Catholica, ponendo eam operibus ſine fide factis.*

Fides ſola iuſtificat. *tom.2.col.815.D.*

Imaginum vſus prohibitus. *tom.3.col.907. Non dicit hoc: ſed citat tantum locum Exod.20. Non facies tibi ſculptile.*

Imagines ex deſiderio morientium cœptæ conſtitui. *tom.6.col. 398.*

Iuſti ſumus ſola fide. *tom.4.col.1015.A. Docet neminem iuſtificari ſine fide.*

Iuſtos ab iniuſtis fides diſcernit, non opera. *Hoc hic iterum repeto, quia etiam in hac litera habetur repetitum in Indice.*

Liberum arbitrium non habet diabolus. *tom.2.col.496.D.*

Machabæorum liber apocryphus. *tom.3.col.752.D. Auguſtinus id non dicit.*

Matrimonium omnibus conceſſum, qui continere non volunt. *tom.3.col.226. Dicit iſtud Auguſtinus: ſed excepit eos expreſſè, qui votum emiſerunt.*

Mortuos non ſtatim ad ſanctorum locum deferri: ſed in requie diem Domini expectare. *tom.8.col.281.C.*

Mortuis nullam curam de viuis. *tom.4.col.890.D.*

Non opera, ſed fides iuſtos ab iniuſtis decernit. *idem habetur in hac litera repetitum in indice, ideoq; ego id quoq; deſcribendo duxi repetendum.*

Opera etſi non iuſtificent, ſunt tamen ad ſalutem neceſſaria. *tom.4.colu.599. B.C. Auguſtinus hoc non dicit: ſed tantum excludit merita iuſtificationis.*

Opera noſtra nos non ſaluare, *tom.3.col.1049.*

Petrus non ſimulauit, ſed verè in errore fuit Iudæorum. *tom.2.col.81. A. hoc in Indice huius poſtremæ & auctioris editionis non potuit inueniri.*

Peccata venialia damnant. *tom.2.col.507.*

Peccata per Baptiſmum omnia dimittuntur, quæ poſt illum perpetrantur. *tom. 2. col.225.*

Sanctorum legendas eſſe apocryphas. *tom.4.col.113. loquitur tantum de legenda S. Thomæ.*

Sanctorum inuocationem præcauit Ioannes. *tom.9.col.581. D.*

Sancti mortui poſt hanc vitam ſubuenire non poſſunt. *tom.4.col.352. Dicit damnatis ſubuenire non poſſe.*

## *Verſiones aliquot librorum Auguſtini in Græcam, Gallicam, & Italicam linguam. Deinde & Latinæ editionis.* Cap. 8.

At & laboraſſe ij in Auguſtino illuſtrando dici poſſunt, qui vel libros ipſius verterũt in alias linguas; vel aliquid pro illius Doctrina tuenda ediderunt: vel locos aliquos facilius explanarunt: vel Claues Scripturales ex eodem, vti fecit Angelus Roccha, elicuerũt, vel denique aliud inſigne de eius vita, operumq; ordine (vt Ioſeph Pamphilus Signinus Epiſcopus fecit) euulgarunt.

Et Maximus quidem Planudes monachus vertit è Latina in Græcã linguã libros quindecim Auguſtini de Sanctiſſima Trinitate. Demetrius autem Cydones capita aliquot ex eiſdem ſermonibus. Quæ Græcæ verſiones Romæ extant in Bibliotheca Vaticana. Quin & eundem Demetrium tranſtuliſſe Enchiridion Auguſtini tradunt. Sed & Poſſidius,



Digitized by Google

ſuperſtite ipſo Auguſtino, ſcriptum reliquit, *per multos, & in multis ſalubris Fidei, Spei, Charitatis Eccleſiæ innoteſcente doctrina, non ſolum per omnes Africanas partes, verum etiam in Transmarinis, & per libros editos, atq; in Græcum ſermonem tranſlatos, ab illo vno homine, & per illum multis, fauente Deo, multa innoteſcere meruiſſe.* Gentianus verò Heruetus hac noſtra ætate in linguam Gallicam libros de Ciuitate Dei conuertit, atque edidit, ſuaſu Ioannis Maldonati; qui dum publicè Theologiam Pariſijs profiteretur, in frequentiſsimo Auditorum conſeſſu huiuſmodi verſionem (ſi quis ei ſe accingeret) tamquam vtiliſsimam propoſuit.

Iulius Mazzinus Brixienſis libros tredecim Confeſſionum Italicos eleganter factos Romæ emiſit in lucem apud Iacobum Lunam è typographia Medicæa.

At etiam Italicè prodierunt Tractatus de Auguſtini Regula, Venetijs ann. 1564. Meditationes item, & Soliloquia eius nomine, & Manuale, ibid. an. 1572.

Sed quoniam aliqui náciſci cupiēt ſeparatas ab alijs Auguſtini libris, operum aliquot meliores editiones, quæ etiam facilè in itinere circunferri queant, propterea ſciant.

Libros tredecim Confeſſionum Antuerpiæ editos an. 1567. ſequenti verò anno ibidē minore forma: nēpe in ſextodecimo, vt vocant. Turoni item in Gallia, apud Claudium Michaelem, an. 1588.

Libros item tres de libero arbitrio in Enchiridij formam redactos: ac de Prædeſtinatione, & Gratia librum vnum Coloniæ apud Theodorum Baum, anno 1568.

De ſpiritu autem, & litera ad Marcellinum, De natura, & gratia, De fide, & operibus, Antuerpiæ apud Ioannem Gymnicum, an. 1568. R. P. Henrici Sommalij Socie. Ieſu presb. operâ iidem excuſi ſunt Duaci apud Petrum Bellerum an. 1607.

Meditationes, Soliloquia, Manuale, Dilingæ in Germania apud Sebaldum Meyer, an. 1571. Sermones autem aliquos cum Indiculo Poſſidij, ibid. an. 1564.

### *Paucorum aliquot locorum Auguſtini recta explanatio è Card. Bellarmino, & è Sixto Senenſi, & alijs. Vnde ipſius Auguſtini defenſio in alijs pleriſque colligi poſſit. Cap. 9.*

AVGVSTINVS autem cum ſcripſit libros ad Simplicianum, adhuc iuuenis erat, neq; multa inuenerat in difficillima quæſtione de prædeſtinatione, quę poſtea maiori diligētia inueſtigauit, & reperit. Itaque cum incidiſſet in illa verba ad Rom. 9. *Vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret,* & non poſſet intelligere, quomodo Deus eligeret, ſi nulla eſſet diſparitas in rebus eligendis, ſuſpicatus eſt mutandam eſſe interpunctionem, & Apoſtolum nolle dicere, *vt ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, ideo non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſſe, maior ſeruiet minori:* ſed velle dicere, *Iacob, & Eſau nihil boni, aut mali egiſſe, vt inde ſecundum electionem propoſitum Dei maneret.* Ex qua mutatione interpunctionis collegit *non propoſitum Dei ſecundum electionem manere, ſed contra, electionem manere ſecundum propoſitū Dei.* Sed poſtea intellexit hanc expoſitionem eſſe violentam, & extortam, & non fuiſſe neceſſarium redigi ad has anguſtias, cum dici potuiſſet *Deum diligendo, vel eligendo facere diſparitatem.* Sic enim ait in Epiſt. 105. ad Sixtum, & in Epiſt. 106. ad Paulinum. In quibus locis ſapienter dicit Bellarminus, cap. 15. lib. 2. de Gratia, & libero arbitrio. Tomo tertio. *Quā aliter ſapiat Auguſtinus ſenex, quam Auguſtinus iuuenis.* Nam ſenex ſcripſit ad Sixtum, & Paulinū; iuuenis ad Simplicianum. Ac tamen legi poterit, quid etiam de iſtis ad Simplicianum libris ſcripſit Gabriel Vaſquez Tom. 1. in primam par. S. Thomæ, vbi & ipſe agit doctè de Prædeſtinatione.

Præterea Auguſtinus, quamuis incertam crediderit eſſe originem animarum, & in li. 10. de Geneſi, cap. 23. ſcripſerit opinionem, quæ aſſerit *propaginem animarum niti fortioribus argumentis, quàm ſententias cæteras,* tamen in Epiſt. 157. ad Optatum, quam ſcripſit multo poſterius, aptiſsimè refellit eam ſententiam. Itaque (inquit) *Illi qui propaginem animæ inconſiderata temeritate defendunt.* Et in eadem Epiſtola loquens de ſententia Tertulliani, ſic ait: *Quo quid peruerſius dici poteſt?* Vide Card. Bellarm. lib. 4. de Amiſſione gratię, & ſtatu peccati, cap. 11.

Adde, quòd Epiſtolam ad Hieronymum (ait in eodem loco idem Card. Bellar. ca. 11. verſus finem) de Origine animarum, ſcripſit Auguſtinus poſterius quàm libros de Geneſi, & Epiſtolam ad Optatum adhuc poſterius, & poſt vtramq; ſcripſit li. 4. de Origine animæ, iam valde ſenex, vt ex lib. 2. Retractationum intelligi poteſt.

In his autem ſcriptis ſemper magis, ac magis inuenitur receſſiſſe à ſententia de progagine, & acceſſiſſe ad ſententiam de creatione Animarum.

Obſeruandum eſt item eodem tempore Auguſtinū ſcripſiſſe librum de Correptiōe, & Gra-

& Gratia, ac librum de Gratia, & libero arbitrio, & Epiſtolam 46. Omnia enim hæc ſcripta ſunt ad Valentinum occaſione quorũdam eius monachorum, qui gratiam Dei ſic defendebant, vt liberum arbitrium denegarent; quamobrem cum Hæretici, ſiue Caluinus, aliquid affert ex aliquo eorum librorum, vnde Catholicam ſententiam deſtruat dicendũ id eſt, quod Card. Bellarminus ſcribit contra Caluinum inquiens: *Quomodo credibile eſt Auguſtinum in libro de Correptione, & Gratia ad Valentinum ſcripto deſtruere voluiſſe, quæ ſcripſerat eodẽ ferè tempore, & eadem occaſione ad eundem Valentinum?* Vide librum quintum, cap. 17. de Gratia, & libero Arbitrio eiuſdem Card. Bellarmini.

Ad Auguſtinum item intelligendum, vti & ad ceteros Patres, magni refert, ſi non tãtum quod vno in loco de eadem re, ſed quod pluribus in libris, & locis ſcripſit.

Verbi gratia Auguſtinus, cuius tempore quæſtio eſt orta de peccato originali (vt ipſe teſtatur, lib. 3. de Peccatorum meritis, & remiſſione, cap. 5. 6. 7.) controuerſiam de peccato originis copioſiſſimè diſputauit in libro vnico de peccato originali cõtra Pelagium, in duobus ad Valerium de nuptijs, & concupiſcentia; in tribus ad Marcellinum de peccatorum meritis & remiſſione; in quatuor ad Bonifacium contra duas Epiſtolas Pelagianorum; in ſex ad Claudium aduerſus Iulianum, & in alijs libris, & Epiſtolis ſuis frequentiſsimè.

Quin & Doctrinæ Auguſtini ſolidè intelligendæ prodeſt admodum, legiſſe quæ S. Proſper cum alibi, tum quæ ad obiectiones Vincentianas 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. ſcripſit. Vide Cardin. Bellarm. libr. ſecundo, de amiſſione gratiæ, & ſtatu peccatorum, cap. 17. Tom. 3.

Auguſtini autem ignoſcendum eſſe, in ijs verbis, *Sic eum volo manere. Io. 12.* imperitiæ, & ſimplici credulitati, ait Eraſmus, qui etſi vir fuit Sanctus, integer, & acuto præditus ingenio, *fuit tamen* (ait) *credulus, & linguarum deſtitutus præſidio, ſine quibus Diuinæ ſcripturæ, vt par eſt, tractari non poſſunt.* His addit, *quod ſerò venerit ad Chriſtianiſmum, & mox iuuenis ad Epiſcopale munus raptus ſit, vt docendo diſcere cogeretur quod doceret, & ſcribendo diſceret, quod ſcriberet, ac proinde mirandum non eſſe, ſicubi non aſſequitur quod affectat.* Sed ſanè inſolenter, & ignoranter Eraſmus Auguſtinum lapſum eſſe ex ignorantia linguæ Græcæ iactat, quaſi tam expers Græcæ fuerit linguæ, vt Euangelium Io. Græcum legens nequiuerit diſcernere. At qui eius multa ſcripta teſtantur non omnino Græcas literas ignoraſſe, libro 1. Confeſs. Grammaticam Græcam ſe adhuc puerum didiciſſe, & Homeri carmina in ludo literario ceciniſſe. Sententias item aliquas Chryſoſtomi Græcæ integritati reſtituit: ſeptemq; locutionum Veteris teſtamenti volumina ſcripſit, in quibus ſacras locutiones ad Græcam fidem emendauit. Prædicamenta Ariſtotelis in Latinum vertit. Vide Sixti Annot. 220. libr. 8. Bibl. Sanctæ.

Auguſtini verò, & Gregorij Magni verba, quibus videntur damnatorum ſupplicijs addicere infantes S. Thomas mitigat in Quæſtionibus diſputatis in qu. de pœna peccati Origenalis artic. 2. contra quam Gregorius Ariminenſis in 2. Sent. diſt. 31. qu. 3. qui cenſet ea verba ſecundum rigiditatem illam, eſſe intelligenda. Vide etiam Sixtum Senenſem, li. 5. Bibl. ſanctæ. annot. 137.

Auguſtinus item quo modo exponendus in eo, quod dixit in verſiculum Pſal. 36. *Adhuc puſillum, & non erit peccator,* cum videatur innuere animas Sanctorum ante reſurrectionem in cœlo non futuras. Vide Annot. Sixti Senen. lib. 5. annot. 169. & 365. lib. ſexti Bibl. S. Auguſtinus porrò nõ dubitauit de gloria animarum ante iudicium, ſed de loco gloriæ, & de gradibus, ſiue de quantitate, ſiue de conſummatione gloriæ ante iudicium.

Auguſtinus librum de correptione & gratia ſenex ſcripſit. Bellarm. Card. lib. 2. de remiſſione gratiæ, & ſtatu peccati, cap. 6.

Auguſtinus tres libros de libero arbitrio ſcripſit, ea potiſsimum de cauſa, vt oſtenderet Deum non eſſe cauſam peccati. Idem Card. Bellarm. libr. 2. de amiſſione gratiæ, & ſtatu peccati, c. 13.

Duo Petiliani fuere, contra quos ſcripſit Auguſtinus, alter Cirtenſis Epiſcopus, vt licet videre in exordio primi libri aduerſus Creſconium. Alter Conſtantinienſis Epiſcopus, qui de vnico baptiſmo librum edidit aduerſus quem eodem nomine, & argumento ipſe Auguſtinus Commentarium ſcripſit. Sed putatur irrepſiſſe error in titulum commẽtariorum contra litteras Petiliani, vt loco *Conſtantinianenſis,* ſit poſitus *Cittenſis:* nam in primi libri exordio *Conſtantinianenſis* Epiſcopus inſcriptus reperitur. Erat autem Conſtantina Ciuitas in Numidia, de qua idem Auguſtinus, lib. 2. cont. lit. Petil. ca. 99. Vide Card. Baron. Tom. 5. Annal.

Porrò corrigendum eſſe eiuſdem Auguſtini contextũ, li. 9. confeſſ. c. 11. vt loco trigeſimi-

ſimitertij, ponẽdus ſit annus trigeſimuſquintus, idq; ex alijs eiuſdem Auguſtini locis obſeruauit Cęſ. Car. Baron. To. 4. pag. 573. primæ editionis, ſicuti etiam corrigendus eſt; vbi ait Concilium *Cauernenſe* celebratum à 43. Patribus ex alio eiuſdem Auguſtini loco in Pſ. 36. vbi recitãtur litteræ Synodales eiuſdem Concilij, leguntur ſubſcripti quinquaginta tres. Vide Card. Baron. To. 4. pag. 694. eiuſdem primæ editionis.

Monet autem rectè Ioan. Piſtorius Nidanus, qui & Theologus, & generalis per Epiſcopatum Conſtantienſem in ſpiritualibus Vicarius, ſcripſit in hæc verba Ioanni Pappa miniſtro hæretico. *Accedes* (inquit) *ad Chriſti Eccleſiam explicatam in S. Auguſtini de vnitate Eccleſiæ libro : qui vnus Auguſtanæ Confeſsioni iugulum incidit, & Lutheraniſmum totum euertit funditus.*

*Meminiſti quemadmodum tum ſtatim prædicerem, quod omnibus Scriptoribus vſuuenit idem contigiſſe Auguſtino: vt diuerſis locis, quia rem eandem non eadem attentione tractauit, nec priorem ſemper explicationem adhibuit: quod illum facere breuitas ſermonis, & occupationum multitudo, & res iſta ætate in omnium animis conteſtata perſpicuitas ſæpe non ſinebat: iam minutis, & in eius lectione nõ exercitatis viris pugnare, & diſsidere ſecum videatur: præſertim cum interſperſæ hinc inde in varijs libris ſententiæ vel à contextu orationis abiunguntur, vel non ſatis omnibus momentis conſiderantur.*

*Itaq; continuo promiſi, planum me facturum, nullam penè vnquam ſancto viro excidiſſe contrariam vocem, quam non ipſe ante mortem correxerit, vel corrigi non cupiuerit: Et cauſam, cur non omnia primo aſpectu congruere, vel Sancti Viri de religione ſententiæ in diſsimilitudine, & varietate poſitæ eſſe exiſtimantur, conſiſtere totam in hebetudine, & malitia eorum qui Sanctum Virum legunt, eoq; monui, ſi vir honeſtus, & literatus haberi velles, vt non in paucis verbis, nec in ſono externo, nec in vno ſemper loco hæreres; perpenderes magis quid in continuata, & à principio libri vel capitis ad finem profuſa Oratione, & quid in omnibus libris primis, medijs, poſtremis ſignificaſſet, aut quo animum retuliſſet ſuum vir ſanctus. Si quid obſcurum, vel difficultate implicatum occurreret, iuſsi, vt ex cæteris Sancti Viri libris, vbi ſentetiam ſuam maiori perſpicuitate illuminaſſet, tanquam ex fontibus, haurires intelligentiam, & numquam in iſtam te fatuitatem dares, vt contrariam vnam in S. Auguſtino eſſe ſententiam, quam ipſe non explicauerit, crederes; nec vllum vmquam ex S. Auguſtino in librum tuum apponeres teſtimonium, quod non accuratè in omnibus Auguſtini libris perſpexiſſes, & in conſcientia tua ad eam ſententiam, ad quam adſcriberes, ſerio valere iudicares.*

## *Aptatio librorum Auguſtini vtriq; Teſtamento. Cap. 10.*

Primò vniuerſæ Diuinæ Scripturæ *Libri quatuor de Doctrina Chriſtiana*; in quibus docet, quales eſſe debeat Scripturæ Sanctæ expoſitor; traditque præcepta legendi, intelligendi, interpretandique Sacras literas, oſtendens quarum linguarum, artiumque præſidio, & quorum auctorum lectione, quibuſue regulis opus habeat, qui ſcripturarum ſenſa inquirit: & quos enarrandi, exponendiq; modos habere oporteat ſacrorum voluminum Explanatorem. Vtrique item Teſtamento *Diſputationem libri triginta ſex aduerſus hæreticos Vetus Teſtamentum blaſphemantes, & nouum falſi criminantes.* E quibus vnus *contra Adimantum Manichæi diſcipulum: triginta tres contra Fauſtum Manichæorum Epiſcopum:* reliqui duo contra *innominatum Manichæum,* qui prænotatur: *Contra aduerſarium legis & prophetarum.*

Vtrique etiam Teſtamento *Quæſtionum libri tres,* quorum initium eſt: *Aduerſus eos, qui negant.* Quibus addi poteſt. *Opus octoginta Quæſtionum inſcriptum,* & quod inſcribitur, *Speculum Scripturarum.*

### *Veteri Teſtamento.*

In Pentatheucũ, *Adnotationum libri ſeptem*: qui ideo *Locutionum* titulo prænotantur, quia in his locutionibus idiotiſmi, & phraſes ſcripturæ, quæ paſsim occurrunt in ſeptem primis antiqui Teſtamenti libris, adnotantur. Item *Quæſtionum ſuper eadem volumina libri alij ſeptem:* Quorum initium eſt: *Cum Scripturas ſanctas.*

### GENESI.

In tria Geneſeos capita, ideſt ab initio libri vſq; ad eiectionem primorum Parentũ è paradiſo, continuatæ expoſitionis, li. 15. videlicet, De Geneſi iuxta allegoriam aduerſus Manichæos li. 2. De Geneſi ad literam imperfectè, li. 1. De Geneſi ad literam li. 12. In primum etiam Geneſeos caput extant libri tres, libris quæ Confeſſionem inſertiq; ſunt inter eos vndecimus, duodecimus, & tertiusdecimus, Quæſtionum de Geneſi:

Item

Item Locutionum, Liber Primus.
In Geneſim. Sermo vnus, qui eſt inter Sermones de Tempore 133.
In Gen. 6. De Cataclyſmo, & arca Noë Sermo vnus, qui eſt de Tempore 69.
In Gen. 12. De Abraham, Sermo vnus, qui eſt de Tempore 51.
In Gen. 15. De vacca triennе, Sermo de Tempore 70.
In Gen. 22. De tentatione Abrahæ, Sermo de Tempore 72.
In Gen. 22. De immolatione Iſaac, Sermones duo, qui ſunt de Temp. 71. & 73.
In Gen. 25. De conceptu Rebeccæ, Sermo de Tempore 68.
In Gen. 28. De ſcala Iacob, Sermo de Tempore 79.
In Gen. 37. De ſomno Ioſeph, Sermo de Tempore 81.
In Gen. 39. De Ioſeph, & eius domina, Sermo de Tempore 83.
In Gen. 42. De Iacob, quem latuit Ioſephum in Aegypto eſſe, Sermo de Tempore 82.

## EXODO.

Quæſtionum, & Locutionum, Liber Secundus.
In Exo. 1. De morte Ioſeph, & multiplicatione filiorũ Iſraël, Sermo qui eſt de Temp. 84.
In Exo. 1. De paleis Aegyptiorum, Sermo de Tempore 85.
In Exo. 2. De natiuitate Moſis, Sermo de Tempore 86.
In Exo. 3. De Apparatione Domini in rubo; Sermo vnus, qui eſt ex additis ad 10. To. 18.
In Exo. 4. De induratione Pharaonis, Sermo de Tempore 88.
In Exo. 7. De decem plagis Aegypti, Sermo de Tempore 87.
In Exo. 14. De Pharaone, Sermo de Tempore 89.
In Exo. 15. De itinere trium dierum, Sermo de Tempore 90.
In Exo. 15. De aqua amara, & manna, Sermo de Tempore 91.
In Exo. 17. De Raphidim, & de Petra percuſſa, & Amalech. Sermo de Tempore 93.
In Exo. 32. De filijs Iſraël, Sermo de Tempore 97.

## LEVITICO.

Quæſtionum, & Locutionum, Liber tertius.

## NVMERIS.

Quæſtionum, & Locutionum, Liber quartus.
In Num. 13. De exploratoribus, & botro, Sermo de Tempore 100.
In Num. 14. De populo mortuo in deſerto, Sermo de Tempore 102.
In Num. 16. De thuribulis, Sermo de Tempore 98.
In Num. 17. De virga Aron, Sermo de Tempore 99.
In Num. 21. De ſerpente æneo, Sermo de Tempore 101.
In Num. 22. De Balaam, Sermo de Tempore 103.

## DEVTERONOMIO.

Quæſtionum, & Locutionum, Liber quintus.

## IOSVE.

Quæſtionum, & Locutionum, Liber ſextus.
In Ioſue 1. Quòd iuſto Dei iudicio filij Iſraël terram repromiſſionis acceperint; Sermo de Tempore 105.
In Ioſue 6. De Raab, & ſubuerſione Hiericho, Sermo de Tempore 106.

## LIB. IVDICVM.

Quæſtionum, & Locutionum, Liber ſeptimus.
In Iud. 6. De Gedeone, Sermo de Tempore 108.
In Iud. 14. De Samſone, Sermo de Tempore 107.

## LIBRIS REGVM.

In libro de Ciuitate Dei, 17. c. 4. dum inter alia de Regum temporibus loquitur, Canticũ

Annæ expoſuit. Scripſit etiam librum ad Simplicianum Mediolanenſem Epiſcopum de ſolutione quinque Quæſtionum ex libris Regum, videlicet:
In 1. Reg. 10. De Spiritu Domini inſiliente in Saulem.
In 1. Reg. 15. De Pœnitentia Dei, quòd Saulem conſtituerit Regem.
In 1. Reg. 28. De Samuele per Pythoniſſam ab inferis reuocato.
In 2. Reg. 7. De Dauide intrante, & ſedente ante Dominum.
In 3. Reg. 17. De Helia expoſtulante cum Deo, quod filium viduæ occiderit.
In 3. Reg. 22. De ſpiritu mendacij, per quem deceptus eſt Achab Rex. Scripſit item in varios locos Regum Sermones decem. Hi autem ſunt.
In 1. Reg. 17. De Dauide & Goliath, Sermo de Tempore 196.
In eundem. De Dauidis monomachia Sermo, qui eſt in lib. 50. Homiliarum primus.
In 3. Reg. 3. De Salomonis erga duas meretrices iudicio; Sermo de Tempore 200.
In 3. Reg. 17. De Helia, & Vidua Sareptana, Sermo de Tempore 201.
In 4. Reg. 2. De Heliſeo à pueris illuſo, Sermones duo, qui ſunt de Temp. 204. & 206.
In 4. Reg. 5. De Naaman Syro, Sermo de Tempore 207.
In 4. Reg. 6. De Heliſeo, & Securi in gurgitem lapſa, Sermo de Tempore 210.
In eundem. De fame Samariæ, Sermo de Tempore 211.

## IN TOBIAM.

In Tobiam Sermo vnus de tempore 226.
In Tobiæ 4. Caput ſuper id. *Eleemoſyna à morte liberat.* Homil. 47.

## IVDITH.

In Iudith Sermones duo, qui ſunt de Tempore 228. & 229.

## IOB.

Liber, cui titulus eſt. Adnotationes in Iob.

## PSALTERIO.

In Pſalterium continuatæ, & integræ expoſitionis Tractatus, ſiue enarrationes 205. quas partim presbyter, partim Epiſcopus vſque ad exitum vitæ pro concione enarrauit.
Extant præter hos Tractatus, alij quoque Sermones in varios Pſalmorũ verſiculos, ideſt.
In Pſal. 9. ſuper id, *Tibi derelictus eſt pauper,* Sermo de Tempore 120.
In Pſal. 16. ſuper id, *Suſtine Dominum, viriliter age,* Sermo inter 50. Homil. 11.
In totum Pſalmum 21. ad Honoratum Epiſtola, quæ eſt num. 120.
In Pſal. 33. ſuper id, *Quis eſt homo, qui vult vitam,* Sermo, qui eſt in 50. Homil. primus.
In Pſal. 40. De principio eiuſdem Pſalmi, Sermo qui eſt inter 50. Homil.
In Pſal. 45. ſuper id, *Vacate & videte, quia ego ſum Deus.* Sermo de Tempore 251.
In Pſal. 49. ſuper id, *Deus manifeſtè veniet,* Sermones duo, vnus de Tempore 220. alter 20. in lib. 50. Homil.
In eundem Pſal. De illo, *Sedens aduerſus fratrem,* Sermo, qui eſt inter 50. Hom. ſecundus.
In Pſal. 67. ſuper id, *Sicut deficit fumus,* Sermo de Tempore 109.
In Pſal. 83. ſuper id, *Cor meum, & caro mea,* Sermo inter 50. Hom. 37.
In Pſal. 94. ſuper id, *Venite adoramus,* Sermo, qui eſt de verbis Apoſtoli vndecimus.
In Pſal. 97. ſuper id, *Cantate, & pſallite in cithara,* Sermo de Tempore 222.
In Pſal. 117. De primo pſalmi verſiculo, Sermo inter 50. Homi. 36.
In eundem Pſal. ſuper, *Hæc dies, quàm fecit Dominus,* Sermo de Tempore 136.
In Pſal. 118. ſuper id, *Bonitatem & diſciplinam, & ſcientiam.* Sermo inter 50. Homil. 4.
In eundem Pſal. ſuper id, *Greſſus meos dirige.* Sermo de verbis Apoſtoli 22.

## LIB. PROVERB.

In Prouerb. 13. Super id, *Sunt, qui ſe diuites putant.* Sermo de Tempore 212.
In Prouerb. 31. De muliere forti. Sermo 2. de Tempore 217. & 218.

## LIB. SAPIENTIAE.

In Sap. 7. *Slendor eſt lucis æternæ.* Sermo de Tempore 190

In Eccl.5.De eo. *Ne tardas conuerti ad Deum.* Homil.13.
In Eccl.31 De eo quod ſcriptum eſt, *Beatus vir, qui poſt aurum non abijt.* Hom.9.

## ESAIAE.

In Eſa.11.ſuper id, *Requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini.* Sermo de Sanctis 7.
In Eſa.53.ſuper id, *Aſcendet ſicut virgultum coram eo,* Sermo inter 50.Hom.36.
In Eſa.58.ſuper id, *Clama ne ceſſes,* Sermo inter 57.Hom.7.
In Eſa.58.ſuper id, *Frange eſurienti panem,* Sermo inter 50.Hom.17.

## EZECHIELI.

In Ezech.34.Libri duo, alter de paſtoribus, in quo prior pars huius capitis exponitur: alter de ouibus, in quo pars poſterior explicatur.

## DANIELI.

In Dan.3.de tribus pueris, Sermo de Tempore 240.
In Dan.13.De Suſanna, Sermo.2.qui ſunt de Tempore 118.242.Hiſtoriam autem Suſannę exponit tract.36.in Euangelium Ioannis.

## AGGAEO.

In Aggæi 2.De eo ſcripto, *Meum eſt aurum, & meum eſt argentum,* Hom.30.

## *Nouo Teſtamento.*

In quatuor Euangelia: De concordia Euangeliſtarum, lib.4.
Quæſtionum Euangelicarum.lib.2.

## MATTHAEO.

In Matthæum extat liber, De Sermone Domini in monte 5.6.& 7.capitibus.
Liber Quæſtionum Euangelicarum ſecundum Matthæum, quas Poſſidius, Adnotationes in Matthæum nominat.
In Matthæum, De Aduentu Magorum, & de cœde infantium, Sermones de Sanctis 9.10.
In Matthæi 3.ſuper, *Ego debeo à te baptizari,* Sermo de verbis Domini 63.
In Matthæi 4.ſuper, *Pœnitentiam agite,* Sermo de verbis Domini primus.
In Matthæi 5. De Beatitudine pauperum, Sermo vnus, qui eſt ex additis 10.tom.14.
In idem ſuper, *Audiſtis, Quia dictum eſt antiquis,* Sermo de Tempore 59.
In idem ſuper, *Diligite inimicos veſtros,* Sermo de Tempore 170.
In idem ſuper, *Luceat lux veſtra,* Sermo de verbis Domini 2.
In idem ſuper, *Qui dixerit fratri tuo Racha.* Sermo de verbis Domini 4.
In Matth.6.ſuper, *Neſciat ſineſtra tua.* Sermo de Tempore 10.
In idem de Oratione Dominica, Serm.tres, qui ſunt de Tēp.126.182.(& inter Hō.50.)42.
In Matth.7.ſuper, *Qui fecerit, & docuerit,* Sermo de verbis Domini 3.
In idem ſuper, *Petite, & accipietis.* Sermo de verbis Domini 5.
In idem ſuper, *Nolite iudicare, & non iudicabimini,* Sermo de Tempore 202.
In idem, De parabola zizaniorum, Sermo de Sanctis 36.
In Matth.8.De puero Centurionis, Sermo de verbis Domini 6.
In idem ſuper, *Domine ſequar te, quocunque ieris,* Sermo de verbis Domini 7.
In Matth.11.ſuper, *Confiteor tibi Pater,* Sermo de verbis Domini 8.
In idem ſuper, *Venite ad me omnes,* Sermo de verbis Domini 9.
In idem ſuper, *Inter natos mulierum,* Sermo de 50.Homi.44.
In Matth.12.De verbo in Spiritum ſanctum, Sermo de verbis Domini 12.
In Matth.14.De Petro ambulante ſuper aquas, Sermones 2.qui ſunt de verbis Do.13.14.
In Matth.15.De Cananæa, Sermo de Tempore 74.
In Matth.17.De Dæmonio, Sermo de Tempore 230.
In Matth.18.De Correptione fratrum, Sermones duo, qui ſunt de verbis Dom.15.16.
In Matth.19. *Si vis ad vitam ingredi,* Sermo 2.de Tempore 205.de verbis Domini 17.
In idem ſuper, *Si vis perfectus eſſe,* Sermo de Tempore 233.
In Matth.20.De duobus cæcis, Sermones duo de Temp.52.de verbis Domini 18.

In Matth.22.De tributo Cæſaris,Sermo de verbis Domini 19.
In idem ſuper, *Diliges proximum*,Sermo inter 50.Hom,38.
In idem ſuper, *Cuius filium dicunt eſſe Chriſtum*,Sermones duo,de Temp.234.235.
In Matth.24.ſuper, *Væ prægnantibus*, Sermo de verbis Domini 30.
In idem ſuper, *De die illa nemo ſcit*, Sermo de verbis Domini 21.
In Matth.25.De decem Virginibus,Sermones duo de verbis Domini 22. 23. & in libr. 83. Quæſtionum,quæſt.59.
In idem ſuper, *Venite benedicti patris mei*, Sermo de Sanctis 38.

## MARCO.

In Marco 8.De turba famelica ſequente Chriſtum, Sermo de Tempore 209.
In Marco 16. De duobus diſcipulis,quib.Chriſtus in alia effigie apparuit,Ser.de Tēp.146
In idem.De vndecim diſcipulis recumbentibus,Sermo de additis ad 10.tom.5.

## LVCAE.

In Luc.1.ſuper.*Miſſus eſt Gabriel*, Sermo de Sanctis 18.
In Luc.2.ſuper,*Fili,quid feciſti nobis ſic*,Sermo ſecundus ex additis ad 10.tom.
In Luc.6.ſuper,*Remittite,& remittetur*,Sermo ex 50.Homil.29.
In Luc.7.De muliere & peccatrice,Sermo ex 50.Hom.23.
In Luc.10.ſuper,*Qui vos ſpernit,me ſpernit*,Sermo de verbo Domini 24.
In idem, de Maria,& Martha,Serm.de verb.Domini 26.27.
In idem,De eo,qui incidit in latrones,Sermo de verb.Domini 37.
In Luc.11.ſuper, *Domine doce nos orare*, Sermo de verbo Domini 28. qui integrè deſcriptus eſt ex c.4.libri quinti,De Sacramentis D.Ambroſij.
In idem ſuper, *Qui ex vobis habet amicum*, Sermo de verbis Domini 29.
In idem,De Phariſæis,Sermo de verbis Domini 30.
In idem, De diuite agrum vberem habente,Sermo ex 50. Hom.58.
In idem 13.De ficulnea,Sermo de verb.Domini 31.
In idem, *Si pauci ſunt qui ſaluantur*, Sermo de verbis Domini 32.
In idem. De grano Sinapis, Sermo de Sanctis 34.
In Luc.14.De cœna magna,Sermo de verbis Domini 33.
In Luc.15.De filio prodigo,Sermo de verbis Domini 34.
In Luc.16.De mammona iniquitatis,Sermo de verbo Domini 35.
In idem.De diuite & Lazaro,Sermo de verbis Domini 25.
In Luc.17.De Iudice iniquo,Sermo de verbis Domini 36.
In Luc.22.ſuper illo, *Capillus de capite veſtro*.Sermo ex 50.Hom.14.
In Luc.23.De Cruce,& Latrone,Sermo de Tempore 130.
In Luc.24.De diſcipulis euntibus in Emaus,Sermo de Tempore 140.
In idem,De Ieſu ſtante in medio diſcipulorum, Sermo quartus ex additis,tom.10.

## IOANNI.

In Ioannis Euangelium Tractatus 124. continuatæ expoſitionis ab initio Euangelij vſq; ad finem.
In Ioan.1.ſuper, *In principio erat Verbum*, Sermones duo qui ſunt de Tempore 134.& de verbis Domini 38.
In idem ſuper,*In mundo erat*. Sermo de verbis Domini 39.
In idem,*Cum eſſet ad ficum*,Sermo de verbis Domini 40.
In Ioan. 2.De aqua in vinum conuerſa, Sermones duo,qui ſunt de verbis Domini 41. & de Tempore 41.
In Ioan.5.De languido, Sermo de verbis Domini 42.
In idem ſuper, *Si ego teſtimonium perhibeo de me*, Sermo de verbis Domini 48.
In idem ſuper,*Sicut pater ſuſcitat mortuos*, Sermo.2.de verbis Dom.44.& de 50. Hom.22.
In idem ſuper,*Scrutamini ſcripturas*,Sermo de verbis Domini 45.
In idem ſuper,*Venit hora, & nunc eſt,quando mortui*,Sermo de verbis Domini 64.
In idem ſuper,*Qui manducat meam carnem*, Sermo de verbis Domini 46.
In Ioan.8.De adultera,Sermo de verbis Domini 47.
In idem ſuper, *Si manſeritis in Sermone meo*, Sermo de verbis Domini 48.

In Ioan.9.De cæco nato,Sermo de 50.Hom.43.
In Ioan.10.De paſtore,& mercenario, & fure,Sermo de verbis Domini 49.
In idem,De bono paſtore,Sermo de verbis Domini 50.
In idem ſuper,*Ego & Pater vnum ſumus,* Sermo de verbis Domini 51.
In Ioan.11.De Lazaro Serm.2.de verbis Domin.32.& de Tempore 104.
In idem ſuper,*Qui credit in me,credit in eum,*Sermo de verbis Domini 53.
In Io.12.ſuper, *Qui amat animam ſuam,* Sermo de 50.Hom.37.
In Io.14.ſuper, *Ego ſum via,*Sermo.3.de verbis Dom.54.55.& inter 50.Hom.34.
In idem ſuper,*Quæ ego loquor,à me ipſo non loquor,*Sermo de verbis Domini 56.
In idem ſuper,*Pacem meam do vobis,*Sermones 3.de verbis Domini 57. de Tempore 167. & in additis decimo Tomo,vltimus.
In idem ſuper,*Non turbetur cor veſtrum,*Sermo de verbis Domini 58.
In Ioan.15.ſuper,*Surgit à cœna,* Sermo de Tempore 127.
In idem ſuper,*Ego ſum vitis,* Sermo de verbis Domini 59.
In Ioan.16. ſuper, *Expedit vobis, vt ego vadam,*Sermo de verbis Domini 60.
In idem ſuper,*Arguet mundum de peccato,de iuſtitia,& de iudicio,*Sermo de verbis Dom.61.
In Io.19.De Ioſeph rogante Pilatum,Sermo de Tempore 132.
In idem,De Sepulchro Domini,Sermo de Tempore 133.
In Ioan.20.De Magdalena flente ad monumentum,Sermo de Tempore 152.
In Ioan.21.De manifeſtatione Chriſti ad mare Tyberiadis,Sermo de Tempore 148.
In idem,vbi Dominus oues ſuas Petro commẽdat,ſiue ſuper, *Petre amas me,*Sermo de verbis Domini 62.
In idem ſuper,*Diligis me plus his.* Sermo de Sanctis 24.

## ACTIBVS APOSTOLORVM.

De Lectione Actuum Apoſtolorum , vbi Epicurei, & Stoici Philoſophi cum Apoſtolo Paulo contulerunt de teſtimonijs,extat in Tom.6.ſub finem.
In Actis 3.De aſcenſu Petri,& Ioan.in templum,Sermo de verbis Apoſt.29.
In Act.4.ſuper, *Nemo quicquam poßidebat proprium,*Sermo de verbis Apoſt.27.
In Act.9.De conuerſione Pauli,Sermo de Sanctis 14.
In Act.10.De exceſſu mentis in Petro,Sermo de Sanctis 45.

## EPISTOLÆ AD ROM.

In Epiſt.ad Rom.lib.2.vnus interpollatæ expoſitionis varios ſparſim eius Epiſt. locos, alter continuatæ expoſitionis,ſub titulo inchoatæ expoſitionis,tom. 4. ſub finem.
Ad Simplicianum ex eadem.Quæſtiones aliquot.
In 7.ad Rom.ſuper id, *Cum eſſemus in carne,* Sermo de verbis Apoſt. 4.
In idem ſuper, *Lex peccatum operatur,*Sermo de verbis Apoſt.5.
In idem ſuper, *Igitur ipſe ego ſeruio,*Sermo de verbis Apoſt.6.
In idem ſuper, *Non quod volo bonum,* Sermo. 2.de Tempore 43.45.
In idem. *Condelector legi Dei,* Sermo de Tempore 47.
In 8.ad Rom. *Si Deus pro nobis, quis contra nos,* Sermo de verbis Apoſt.16.
In idem ſuper,*Humanum dico propter infirmitatem,*Sermo de verbis Apoſt. 17.
In idem ſuper,*Spe ſalui facti ſumus,*Sermo de verbis Apoſt. 25.
In 9.ad Rom.ſuper, *Miſerebor cui voluero,*Sermo de verbis Apoſt.22.
In idem ſuper, *Cuius vult miſeretur,*De prædeſtinatione,& gratia, lib.1.tom.7.
In idem ſuper,*Nam & Rebecca,* vſque ad illud, *Niſi Dominus Sabaoth.*Quæſt.1.de cauſa electionis,& reprobationis ad Simplicianum.

## EPIST. AD CORINTH.

In 1.Corinth.6.ſuper,*Neſcitis quia corpora veſtra,*Sermo de verbis Apoſt.18.
In 1.Cor.7.ſuper,*His qui ſunt in coniugio præcipio non ego,ſed Dominus,*lib.2.ad Pollentium de incompetentibus nuptijs,ſiue de adulterinis coniugijs.tom.6.ſub finem.
In 1.Cor.9.ſuper,*Non ſic pugno,quaſi aërem verberans,* Sermo de verbis Apoſt.21.
In 1.Cor.12.Quomodo nos exemplo membrorum diligere debeamus.Se. inter 50.Ho.15.
In 2.Cor.3.ſuper, *Litera occidit,Spiritus viuificat,*De ſpiritu,& litera ad Marcellinum, libr.1. tom.3.

In 2.Cor.5.ſuper, *Oportet nos manifeſtari ante tribunal Dei*, Sermo. 2. qui ſunt de verbis Apoſtoli 19.& 20.
In idem ſuper, *Legatione fungimur pro Chriſto*, Sermo 30.Hom. 49.

## EPIST. AD GALATAS.

In Epiſt. ad Galatas *Continuatæ, & ſuccinctæ expoſitionis*, lib.1.
In 2.ad Gal.De Petro,& Paulo reprehenſo.Epiſt.2.ad Hieron.
In 3.ad Gal.ſuper, *Si data eſt lex, quæ poſſit iuſtificare*.Sermo de verbis Apoſt. 13.
In 5.ad Gal.ſuper, *Spiritu ambulate*,Sermo de verbis Apoſt.3.
In 6.ad Gal. ſuper, *Alter alterius onera portate*, Sermones duo de verbis Apoſt.22.24.
In idem ſuper, *Mihi abſit gloriari, niſi in Cruce*, Sermo quintusdecimus,qui eſt ex additis. Decimo Tomo.

## EPIST. AD EPHES.

In 3.ad Epheſ.ſuper, *Vt poſſitis comprehendere quæ ſit latitudo*, Sermo tertius inter 50. Hom.
In idem ſuper, *Potero non infirmari*,Sermo de verbis Apoſt.7.
In 4.Epheſ.*Super, Deponentes malitiam*,Sermo de Tempore 221.
In 5.ad Epheſ.ſuper, *Videte quomodo cautè ambuletis*,Sermo de verbis Apoſt.26.
In 6.ad Epheſ.ſuper, *Pax fratribus, & charitas*, Sermo17. inter 50.Hom.

## EPIST. AD PHILIP.

In 3.ad Phil.ſuper, *Non ſumus circuncisi*,Sermo de verbis Apoſt.5.
In idem ſuper, *Secundum iuſtitiam, quæ ex lege eſt*. Sermo de Tempore 221.

## EPIST. AD THESSALONIC.

In prima ad Theſſ.3.ſuper, *Qui non vult operari, non manducet*. De opere monachorum ad Aurelium Cathaginienſem Epiſcopum liber, in quo diſſeritur num monachi negligentes ex Pauli præcepto ad laborem cogendi ſint.
In 1.ad Theſſ.4.ſuper, *Nolo vos contriſtari de dormientibus*, Sermo 34.de verbis Domini.

## EPIST. AD TIMOTH.

In 1.ad Tim.1.ſuper, *Fidelis ſermo, & omni acceptione dignus*. Sermones, qui ſunt de verbis Apoſtoli 8.9.10.
In 1.ad Tim.6.*Quod radix omnium malorum ſit cupiditas*,Sermo octauus inter 50. Hom.
In 2.ad Tim.4.ſuper, *Prædica verbum, inſta opportunè*. Sermo quintus inter 50.Hom.

## EPIST. B. IACOBI.

In Iacobi 2.ſuper, *Qui offenderit in vno*, ad Hieronymum Epiſtola prima, quæ eſt inter Epiſtolas eius.29.
In Iac.5.ſuper, *Nolite iurare*, Sermo de verbis Apoſt.30.
In idem ſuper, *Confitemini alterutrum*.Sermo duodecimus de 50.Hom.12.

## EPIST. B. PETRI.

In 1.Petri 2.ſuper, *Depoſita omni malitia*, Sermo vigeſimus inter 50.Hom.
In 1.Petri 3.De Chriſto prædicante ſpiritibus, *qui erant in carcere*, ad Euodium Epiſt.1.quę eſt 99.
In 2.Petri.1. De voce allata de cœlo, Sermo vigeſimus,de verbis Apoſt.

## EPIST. B. IOANNIS.

In Epiſt.1.Ioan.à principio videlicet vſque ad dimidium vltimi capitis, Tractatus decē.
In 2.Ioannis 1.ſuper, *Si dixerimus, quia peccatum non habemus*.Sermo trigeſimus primus,de verbis Apoſt.31.
In 2.Io. 4.De non credendo omni ſpiritui, Sermo trigeſimus ſecundus, de verbis Apoſt.

## APOCALYPSI.

Multa ex Apocalypſi explicat à c.7.vſque ad 17.lib.20. de Ciuitate Dei.



Digitized by Google

AVRELIVS Brandolinus cognomento Lippus Florentinus, Ord. Auguſtiniani, ſcripſit Paradoxa Chriſtiana. De Humanæ vitæ conditione, & toleranda corporis ægritudine ad Matthiam Coruinum Hungariæ Regem. De ratione ſcribendi, lib.3. In quibus Rhetoricæ præcepta à dicendi ratione ad rationem ſcribendi transfert. De legibus librum. Carmina de morte Platinæ, quæ in fine Operũ ipſius Platinæ leguntur. Hiſtorias Sanctorum multas, & Hiſtorias omnes Veteris Teſtamenti. Librum, quo carmine Heroico Nouum & Vetus Teſtamentum complexus eſt. Ad omnes Epiſtolas Pauli Commentarios. Orationes itẽ multas, præſertim De Paſsione Domini ad Innocentium VIII. Pont. Maximum, & alia. Romæ diem obijt anno 1498. Extant ad ipſum quædam Pogij Epiſtolæ in eius laudem.

AVRELIVS Epiſcopus Carthaginienſis, an. 401. præfuit Generali Concilio Carthaginienſi, nomine Anaſtaſij Papæ; Deinceps Concilio Mileuitano, anno 402. ſcripſit ex Concilio Dioſpolitano Epiſtolam de erroribus Pelagij ad Epiſcopos Prouinciæ Biſacenæ, an. 415. Porrò Aurelij Carthaginienſis Epiſcopi, Epiſtola ad Damaſum Papam, quam Iſidorus Mercator in collectionis ſuæ exordio ponit, eſt commentitia. Vide Baron. Card. Tom. 4. ſub annum 374.

AVRELIVS Caſsiodorus. Vide, in verbo, Caſsiodorus.

AVRELIVS Clemens. Vide, in verbo, Aurelius Prudentius.

AVRELIVS Prudentius, Clemens, Hiſpanus, Cæſarauguſtæ natus, Chriſtianus, vbi ætas deferbuit, pietatem magis coluit, ſeſeque rebus ſacris ſcribendis addicens, floruit Valentiniani ſecundi, & Theodoſij Magni, ac filiorum eius Arcadij, atque Honorij temporibus. Vitam eius ſcripſit Aldus Manutius Pauli Pater, quæ veteribus Prudentij editionibus in Germania præfixa fuit. At à Catholicis typographis Antuerpiæ Chriſtophoro Plantino, Coloniæ Arnoldi Mylij ſumptibus recuſa eius Poëmata ſunt cum Theodori Pulmanni Graſſemburgij, & Victoris Giſelini emendationibus, & Notis, atque adeò Giſelini Commentario.

Scio autem Ioannem Sichardum in Pſychomachiam, Cathemerinon, hoc eſt Diurnarum rerum Opus, Periſtephanon, Apotheoſim; Eraſmum in Hymnos de Natali pueri Ieſu, & Epiphania Domini, Iacobum Spiegelium in Hymnos ad omnes Horas de miraculis Chriſti adnotationes ſcripſiſſe. Veruntamen Giſelini labor eſt præferendus: cumque Eraſmus in tam multis à fidei ſemita deflexerit, ne proponendus quidẽ eſt ſtudioſis, vbi veritatem pronunciauit. Sed de illo quidem, ſuo loco planius agemus.

Iam ad Prudentium quod attinet, vt alliciantur Chriſtiana ingenia ad Poëmata digna verſanda, & ad argumenta, quæ ſapiant hnmanam mentem, tractanda, hæc ſunt quæ ſcripſit.

| | |
|---|---|
| Præfatiunculæ duæ. | Fidei, & idololatriæ pugna. |
| Pudicitiæ, & libidinis pugna. | Patientiæ, & iræ congreſſus. |
| Superbiæ, & humilitatis pugna. | Luxuriæ, & ſobrietatis pugna. |
| Auaritiæ, & largitatis. | Concordiæ, & diſcordiæ pugna. |

Cuncta hexametro carmine, præter præfatiunculam, quæ Senarijs conſtat.

Liber Cathemerinon. Sunt autem Odæ è vario genere metri à matutino ad veſpertinum crepuſculum. Præfatio. Hymnus ad galli cantum Matutinus, ante cibum, poſt cibum. Ad incenſum cerei Paſchalis. Ante ſomnum. Ieiunantium. Poſt ieiunium. Omni hora. In exequijs Defunctorum. Octauo Kalend. Ianuarias. Epiphaniæ.

Liber Peri Stephanon, ſiue de coronis, hoc eſt de Coronatis martyrio: qui vario genere metri conſtat. De Eulalia Virgine. De S. Vincentio martyre.

Hymnus in honorẽ Sanctorum martyrum Hemiterij, & Cheledonij Calaguritanorum.

De duodeuiginti martyribus Cæſarauguſtanis. De D. Laurentio.

De Fructuoſo Epiſcopo Tarraconenſi, & Augurio, & Eulogio martyribus.

De Quirino martyre, & Epiſcopo Siſcianæ Eccleſiæ.

Locus vbi martyres paſsi ſunt, quod Baptiſterium appellatur.

Paſsio Caſsiani martyris, in foro Corneliano. Romani martyris ſupplicium.

De Paſsione Hippolyti martyris ad Valerianum Epiſcopum.

Petri, & Pauli Apoſtolorum Paſsio. De Agnete Virgine.

De Cypriano martyre, & Epiſcopo Carthaginienſi.

Apotheoſis, hoc eſt de Conſecratione ſiue relatione inter Sanctos, carmine hexametro, præter hymnum primum, qui ſenarios, & dimetros iambicos alternis habet.

In infideles hymnus. Contra hæreſim, quæ Patrem paſſum affirmat.

Contra Vnionitas, hoc eſt, Sabellianos hæreticos.



Digitized by Google

Aduerſus Phantaſmaticos, qui Chriſtum negant verum hominis corpus habuiſſe.
Aduerſus Iudæos. De natura Animæ. De reſurrectione carnis humanæ.

Hamartigenia, hoc eſt. De Origine peccatorum (quidquid Tritemius ſeparet.) Præfatio quidem Senarijs conſtat:ſed heroico carmine ipſum Opus eſt ſcriptum. Ad Operis calcem extat Argumentum; De integritate viſionis animæ,deinde Peroratio. Porrò agitur contra Marcionem hęreſiarcham,qui duos Deos ponens, Alterum veteris Teſtamenti,malum; Alterum noui bonum; animoſque à bono, corpora à malo eſſe creata, pugnare hæc inuicem dicebat detorquens illud Apoſtoli: *Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,&c.*

Contra Symmachum libri duo, qui carmine hexametro, at Præfatio Aſclepiadæis verſibus. Quo Opere de Dijs ethnicorum abſurdiſsima referens, crucis denique potentiam opponit. Secundo libro ad ſingulas Symmachi ſententias reſpondet. Eſt autem ante hoc opus Symmachi relatio ad Valentinianum,Theodoſium,Arcadium Auguſtos,pro veteri Deorum cultu, eaque perbreuis. Aduerſus autem iſtum Symmachum virum potentem, atque eloquentem ſcripſit oratione ſoluta Ambroſius, qui eodem tempore viuebat: vt qui Prudentium, & Ambroſium ſimul legerit, Chriſtiani vim ingenij liquidius ſit cogniturus, ac Deum glorificaturus. Quin & eædem rationes ethnicis Indis, & alijs, hodieque euincendis, percommodæ ſunt futuræ, aptatæ nimirum iſtorum erroribus ac tenebris diſpellendis.

Enchiridion Noui, & Veteris Teſtamenti, quod Græcè Διττοχαῖον, hoc eſt, *Duplicem cibum vocant.* Quod opus à Gennadio aſcribitur Prudentio,licet minus cultum,quàm alia. Quin & Gennadius eidem tribuit Hexaemeron. De Mundi fabrica, vſque ad primi hominis conditionem. Cæterum, ſi quæ occurrerint ſyllabæ in quantitate peccantes, condonandũ eſt Poëtæ ſacro, cuius argumentum, & pleraque eleganter, atque argutè dicta, eluit(ſi qua ſit)maculam ſyllabarum. Viuebat an.380.Trit. Gratiano Imp.Cæterùm cùm pleraque Prudentij extent in Tomo 8. Biblioth. SS. PP. edit.2. cumque antea Commentarij ad quædam ipſius Opera emiſſa fuiſſent Antuerpiæ, ab Anton. Nebriſſenſi conſcripta,audiuimus Vberti Giſanij haud contemnendas Notas,& Indicem ad Prudentium manuſcriptas apud eius Filium Pragæ aſſeruari, cum eius Parens ineunte Auguſto anno 1604. Catholicè (contra quàm alij ſuſpicati fuerant) obierit,& quidem Sacramentis omnibus præmunitus.

AVREOLVS Iuris Pontificij in Academia Toloſana profeſſor,ſcripſit additiones ad Commentaria Gulielmi de Monte Laudino in ſexto Decretalium.

AVSONIVS vir Conſularis Paulinum, qui dictus eſt Nolanus, Burdegalæ in Gallijs, dum publicè profiteretur, Rhetoricis atque poëticis inſtituit facultatibus. Auſon. idem Epiſt.20. & Paulin. Epiſt.39. fuit autem Auſonius Chriſtianus,nam & carmine Diuinum precatur numen, & Paſchalia feſta celebrat, & puer à Chriſtianis ſacris virginib⁹ ſuis materteris AEmilia, Hilaria, & Cataphronia fuit educatus, de quibus item honorificè ſcribit in Parentalibus,Epigrammate 6. & 26. ſed cum de Dijs, & amatorijs rebus plura ſcripſerit, viſus eſt aliquibus potius ethnicus, quàm Chriſtianus. Adeò iſta canere ſapit ethniciſmum,ac Deo ingratum eſt. Obiecit item (quod Mundi ſectatores faciunt) Paulino, quod ex atrabile valedixerit mundo, neſciens,vt carnalis, quid diceret. *Porrò Auſonij Burdigalenſis Viri Conſularis omnia, quæ in Veteribus Bibliothecis inuenta ſunt Opera. Item Pontij Paulini & Symmachi literæ ad Auſonium, Ciceronis, Sulpitij, & aliorum Carmina nonnulla tertio edita per Eliam Vinetum, Ioſephum, & alios, adiuncto Chronico rerum Burdigalenſium Gabrielis Lurbæi, Burdigalæ an. 1599. apud Gulielmum Chaudierę.*

AVSTREGISILI viri ſancti Bituricenſis Epiſcopi, qui obijt anno Domini 611. Acta extant apud Surium die 20. Maij.

AVTBERTVS, ſiue Authpertus Abbas 17. Ord. Benedictini,creatus die 26. Octobris an. 834. Præfuit annis duobus, menſibus 3. diebus 25. Obijt 10. Kalend. Martij an. 837. & Caſsini ſepultus eſt, ſcripſit

De Purificatione S. Mariæ Virg. Serm.1.qui excuſus eſt in Homiliario Alcuini,ſed diuerſus eſt ab illo, qui m.s. extat apud Arnoldum Vuionem.
De S. Matthia Apoſtolo, Serm.1.
De Aſſumptione S. Mariæ, Serm.1. *Adeſt nobis dilectiſſimi.*
De Natiuitate eiuſdem, ſiue ſermo communis in eius feſtiuitatibus. *Celebritas hodierna.*

Porrò Authpertus iſte in Bibliotheca Philoſophica, & alibi à nonnullis appellatur *Rupertus,* quem inquiunt vixiſſe an.1040.ſed duplex hic lapſus eſt,nimirum in nomine,& in annorum numero. Quippe in Caſsinentium Abbatum Catalogo nullus *Rupertus* inuenitur. Et verò an.1040. Richerius Abbas Monaſterio præerat.

AVXEN-

Digitized by Google

AVXENTIVS vir ſanctus, & Anachoreta, & Abbas, & miraculorum gratia inſignis, tempore Marciani Imp. & Concilij Chalcedonenſis floruit. Eius acta, & rectæ fidei confeſsionem Laurentius Surius ponit die 14. Februar. Vide Baronij Card. Annal. Tom. 6. ſub an. 451.

AVXILIVS ſcripſit Dialogum in perſona Inſenſoris, & Defenſoris, *Diuinis* (ait Sigebertus) *& Canonicis exemplis munitum contra inteſtinam diſcordiam Romanæ Eccleſiæ*, ſcilicet De ordinationibus, exordinationibus, & ſuperordinationibus. Viuebat anno 900. & quod excurrit.

## A Y

AYMARVS Falconeus Thautanus Præceptor domus D. Antonij Barriducis, hiſtoriam Antonianam in Quadripartitum Compendium conſcripſit. Impreſſum Lugduni apud Theobaldum Paganum 1534.

## B A

BAcchylus Corinthi Epiſcopus ſub Seuero Principe clarus De Paſcha ex omnium, qui in Achaia erant, Epiſcoporum ſententia, elegantem librum ſcripſit: Hieron. in Catal. vixit an. Dom. 200.

BACCIARIVS, qui Gennadio, *Bachiarius*, edidit librum de Fide aduerſus ſuſceptam à ſe peregrinationẽ pro integritate ſeruanda. Epiſtolam item vberem de recipiendis lapſis ad Ianuarium. Quæ extat in Biblioth. SS. PP. & alteram de Tom. 3.
fine Salomonis, vt meminit Fulbertus Carnotenſis Epiſt. 64. Vixit temporib⁹ Auguſtini. Codices in Belgio m.ss. Martinienſis, habet *Bacharius*, Gemblacenſis autem, & viridis vallis, *Bachiarius*: Honorius de Luminaribus Eccleſiæ, *Bachianus*. Quod verò Gennadij Catalogus habet eum ſcripſiſſe aduerſus *Querulos*, codex viridis vallis legit, aduerſus *Cerellos*. Suffridus Petrus.

BACHERIVS. Vide in verbo, clangor Tubæ pœnitentiæ.

BACHIARIVS. Vide hic ſupra, Bacciarius.

BACHOMIVS. Vide, in verbo, Pachomius.

BAGAIENSE Concilium in Bagai ciuitate Africæ à Donatiſtis habitum, nõ fuit Catholicum, nec proinde legitimum; conuenere duæ factiones eorundem hæreticorum Maximianiſtæ, & Primianiſtæ ſic dicti à duobus Pſeudoepiſcopis Maximiano, & Primiano Carthaginienſibus creatis in ſchiſmate. Extitit an. Dom. 394. Decimo Siricij Papæ. Card. Baron. Tom. 4.
Vide Auguſtinum in Pſal. 36.

BALAAM filius Beor libros Diuinationum creditur poſteris reliquiſſe, de quibus Origenes Homil. 13. in Numeros. Et Auctor operis imperfecti in c. 2. Matthæi. Interpretes ſcripturæ Diuinæ in Numeros, & in Apocalypſim legendi, ac præcipuè in hanc Theologi noſtræ Societatis, Franciſcus Ribera, & Blaſius Viegas Luſitanus. Num. 22. & 24. Apoc. 2.

BALDRICVS Archiepiſcopus Dolenſis in Armorica Britannia ſcripſit Vitam D. Samſonis, lib. 1. Hiſtoriam Hieroſolymitanam, lib. 1.

BALDVINVS Archiepiſcopus Cantuarienſis Opus de Euchariſtia doctum, & peracutum reliquit. Videtur contra reliquias Berengarij contendiſſe ſtylo. Extat in Collegio noſtro Louanienſi, charactere eleganti in membranis, m.s.

BALDVINVS Deuonius Ordinis Ciſtercienſis, Epiſcopus VVigornienſis, & poſtea Cantuarienſis Archiepiſcopus, ſcripſit

| | |
|---|---|
| De Corpore, & Sanguine Domini, lib. 1. | De amore, lib. 1. |
| De Sacramentis Eccleſiæ, lib. 1. | Super hiſtorijs regum, lib. 4. |
| De orthodoxis dogmatibus, lib. 1. | Contra Henricum VVintonienſem, lib. 1. |
| De ſectis hæreticorum, lib. 1. | Commendationem virginitatis, lib. 1. |
| Commendationem fidei, lib. 1. | Carmen deuotionis, lib. 1. |
| De vnitate charitatis, lib. 1. | De Cruce, lib. 1. |
| De Sacerdotio Ioannis Hircani, lib. 1. | De Angelorum nuncio, lib. 1. |
| Super eruditione Gyraldi, lib. 1. | Mythologiæ, lib. 1. |
| Sermones 33. lib. 1. | Epiſtolarum, lib. 1. |

Hic Ricardum Angliæ regem in Syriam ſecutus, anno ſalutis noſtræ 1190. Tyri obijt, vbi & ſepultus eſt.



Digitized by Google

BALDVINVS Parochus Padebornenſis, ſcripſit hiſtoriam vniuerſalem ab orbe condito vſque ad an.1418.

BALDVS Vbaldus Peruſinus præter illa, quæ ſcripſit in Corpus Ciuile, edidit volumen in librũ Decretalium. In familiam S. Franciſci ingreſſus, obijt an.Dom.1400. Eius (vt vocant) lecturæ prodierunt an.1572. Venetijs accuratius excuſæ.

BALTHASAR, Brabantinus, Ordinis Prędicatorum in Cœnobio Antuerpienſi, multa (vt tantum non ſuſpendium) paſſus ab hæreticis, è quorum manibus Diuina ope fuit ereptus, ſcripſit Homilias De filio prodigo, & alia. Viuebat anno 1577. vir facundus, doctus, & hæreticorum hoſtis acerrimus.

BALTHASAR ſic fuit appellatus Daniel (vt ait Suidas) ob honorem explicationis rerum Arcanarum. Vide, in verbo, Daniel.

BALTHASAR Etzelius Societatis noſtræ; quique, dũ hæc ſcribimus, Hebræam linguam docet Moguntiæ in Collegio eiuſdem Societatis, Latinas fecit è Syriaca lingua, Epiſtolam S. Petri ſecundam: Duas poſteriores S. Ioannis: Epiſtolam S. Iudæ: & Apocalypſim: quæ omnia deerant in Syriaco nouo Teſtamento ſiue Cæſareo, quod Viennæ in Auſtria, ſiue Regio, quod Antuerpiæ erat. Quæ quidem nos à Maronitis accepimus ex Orientalium Codicibus, in quibus extant.

BALTHASAR Gomezius Toletanus Baro Terræ Lercaræ ſcripſit Tractatum de poteſtate in ſeipſum. Panorm. apud Societ. an. 1607.

BALTHASAR Hertingius Germanus, edidit Inſtitutionem baptizandi iuxta ritum S. R. E. & iuuandi moribundos; ac celebrandi officia poſt eorum mortem. Venetijs anno 1569. Auguſtæ Taurinorum 1589. Aſſertiones de Euangelico ſacerdotio, Herbipoli in Franconia 1589. Doctrinam Baptiſmi Catholicam redactam in Tabulam. Brixiæ anno 1596.

BALTHASAR Praſpergius Merſpurgenſis, ſcripſit de Muſica chorali librum, regulis multis ac exemplis varijs refertum, & excuſum Baſileæ an.1500.

BALTHASAR è Sancto Ioanne, Ordinis Prædicatorum, Luſitanus, ſcripſit vitam S. AEgydij, qui fuit & ipſe Dominicani Ordinis: quique in Sancterenſi cœnobio Prædicatorum aſſeruatur, additum eſt ei vitæ Officium eiuſdem Beati. At in ipſo huius vitæ ſcriptore Antonius Senenſis Luſitanus putat eſſe mendum cum AEgydij obitum referat ad annum Dom. 1379. *quia* (inquit) *hic Beatus ad primum non ad ſecundum ſæculum noſtri Ordinis pertinet.*

BALTHASAR Sorionius Ordinis Prædicatorum, Theologus, & natione Hiſpanus, ſcripſit

Librum in Beatiſſimæ Virginis laudem, prænotatum, *Mariale,* editum Derthruſæ, quæ Cataloniæ eſt ciuitas in Hiſpania. Sermones de Sanctis ſat copioſos, & eruditos.

Homilias decem in Pſalm. 44. dicatas Duci Calabriæ.

Librum contra ſeptem blaſphemias inſcriptum *Ilerdenſi Epiſcopo,* & Barchinone excuſum. 1522.

De viris Illuſtribus Ord. Prædic. Prouinciæ Aragoniæ, quem citat Vincentius Iuſtinianus in vita D. Vincentij. Viuebat an. 1546.

BALTHASAR Verlinus Teutonicus Ord. Prædicatorum, Colmarienſis (& Colmaria quidem, quæ eſt propè Argentoratum, altera eſt ab ea, quæ eſt in Gothia) vir doctus, ſcripſit Appendicem ſecundam ad Tritemium, *De Scriptoribus Eccleſiaſticis,* excuſam anno Dom.1546. quo tempore floruit.

BAMBERGENSIS Synodus habita an.1011. Domini, tertio autem Sergij IIII. Papæ, in qua ſedatæ ſunt controuerſiæ inter Epiſcopos. Vide Ditmarũ lib.6. pag.74. & Baron. Card. ſub eundem annum 1011.

BANCHINVS Londinenſis Auguſtinianus, Oxonij olim primarius Theologiæ profeſſor, librum contra poſitiones VViclefi; Alterum, Determinationum variarum; Sermones ad populum reliquit.

BANKINVS Londinenſis, Anglus, ſcripſit contra poſitiones VViclefi, lib.1. Determinationes varias, lib.1. Sermones multos ad plebem. Viuebat an.1382.

BANDOMINA Galla ſanctimonialis S. Crucis viuens Pictauij anno circiter 580. vitam S. Radegundis Reginæ ſcripſit, quæ extat apud Surium, Tom.4. ad diem 13. Auguſti.

• BAPTISTA cognomine, *Hiſpaniolus,* ciuitate Mantuanus, quæ eſt in Gallia Ciſalpina (altera enim Carpentanorum, quę eſt in Hiſpania, Madritũ vulgo dicitur) inſignis Theologus, & Poëta verè pius, edidit Opera, quæ habet poſtrema editio Antuerpienſis à Laurentio Cupero recognita, & in quatuor Tomos diſtributa. Hæc autem continet.

## *Tomus Primus.*

Pſalmos ſeptem, Bononiæ, peſtilentia graſſante, an. Dom. 1482. emiſſos in lucem.
Apologeticum in laudem Poëſeos.
De horum temporũ calamitatibus, ſiue de ſeptem peccatis capitalibus, lib. 3.
Bucolicon, ſeu Eclogas adoleſcentiæ decẽ contra Poëtas impudicè ſcribentes.
Epigrammatum librum ad Falconem.
Carmen de morte contemnenda.
Conſolationem in mortẽ Collæ Aſculani.
Næniam in obitum Petri Nebularij Carmelitæ.
Carmen de morte Friderici Hiſpanioli.
De morte Ioannis Soreth Galli Generalis ſui Ordinis.
Querimoniam de morte Alexandri Corteſij.
Conſolationem de morte filij Ioan. Sebadini.
Exhortationem ad Reges, & Principes Chriſtianos, vt arma ſumantur contra infideles.
Vter præſtantior, orator, an Poëta.
De ſuſcepto Magiſterio Theologico.
Carmen contra amorem.
De natura amoris carmen iuuenile.
De vita B. Baſilij, lib. 2.
De vita B. Nicolai de Tolentino, lib. 3.
De bello Veneto, lib. 1.
Exhortationem ad Inſubres, lib. 1.
Agelariorum, lib. 6.
Ad Conſaluum Ferrandum Agelarium.
De Cupidine marmoreo dormiente, carmen.

## *Tomus Secundus.*

*Parthenices prima.* Quæ Mariana nuncupatur, lib. 3. Ad Beatiſsimam Virginẽ Mariam: Votum poſt febrim acerrimam.
Ad eandem Virginem pro extinguenda peſtilentia, Orationem.
*Parthenices ſecunda.* Quæ Catharina dicitur, lib. 3.
*Parthenices tertia.* B. Margaritæ Agonis, lib. 1.
*Parthenices quarta.* B. Agathæ Agonis, lib. 1.
*Parthenices quinta.* B. Luciæ Agonis, lib. 1.
*Parthenices ſexta.* B. Apolloniæ Agonis, lib. 1.
*Parthenices ſeptima.* B. Cæciliæ Agonis, lib. 1.
De vita B. Dionyſij Areopagitæ, lib. 3.
De vita B. Georgij, lib. 1.
De vita B. Ludouici Morbioli Bononienſis, lib. 1.
In laudem B. Ioannis Baptiſtæ, carmen.
In B. Albertum Carmelitam Siculum, carmen.
Faſtorum libros 12. ſecundum duodecim anni menſes digeſtos.
Vitæ ſuæ Epitomen ad poſteritatem.

## *Tomus Tertius.*

Ad Alphonſum Proregem Hiſpaniæ de victoria ad Granatam, lib. 6.
Trophæum Gonzagæ pro Gallorum ex Italia expulſione, lib. 5.
Carmen Panegyricum in Robertum Sanſeuerinatem.
De fortuna Franciſci Gonzagæ, carmen.
Somnium Romanum, eleganti carmine.
Carmen Panegyricum in Brixiam.
De Villa Ioannis Baptiſtæ Refrigerij.
De Quercu Iulia, carmen.
Syluarum, lib. 4.

## *Tomus Quartus.*

Contra detractores Dialogum.
Contra calumniatores Epiſtolam.
Ptolemæi Hiſpanioli Baptiſtæ Mant. Fratris contra Detractores ſuorũ operum Apologiam.
Eiuſdem de licentijs antiquorum Poëtarum Corollarium.
Tractatus de parte corporis Beatiſsimæ Virginis Mariæ, in qua conceptus eſt Chriſti. Redemptoris Mundi, Matris.
Eccleſiæ Lauretanæ Hiſtoriam.
De varijs interpretationibꝰ Sacrę ſcripturæ.
Apologiam pro Ordine Carmelitarum.
Ioannis Tritemij Spanheimenſis Abbatis librum de laudibus Ordin. Carmelitarum.
Eiuſdem de viris illuſtribus eiuſdem Ord.
Baptiſtæ Mantuani de patientia, lib. 3.
Eiuſdem de vita beata Dialogum, cui adtextus eſt Auguſtini Dathi Senenſis de vita beata libellus.

Porrò natus eſt Baptiſta Mantuanus, Nicolao V. Pont. Max. an. 1448. vt ipſe teſtatur in Epitome ſuæ vitæ, obijt an. 1516. ceſsit ſponte poſt triennium Generalatui Carmelitanorum. Eius integrum corpus extat Mantuæ apud Carmelitanos. Scripſere in eius libros commentaria Muro, Brantius, Aſcenſius quæ Pariſijs edita ſunt an. 1513. De illo autem perhonorificum reddidere teſtimonium Ioannes Picus Mirandulanus, Ioannes Iouianus Pontanus, Beroaldus, Ioannes Tritemius, Petrus Lucius, Petrus Caniſius noſter, Cæſar Cardinalis Baronius, & plerique alij.

Cæterùm Petrus Lucius Carmelita, qui de Scriptoribus ſui Ordinis librum edidit, fatetur ſe nunquam recordari vidiſſe excuſa, quæ Tritemius inquit à Baptiſta fuiſſe conſcripta. Nimirum, De ortu, & diuerſitate Religionum, lib. 1. Apologiam pro fratre Petro, lib. 3. Introductorium ſubtilis Scoti, lib. 1. Orationes elegantes, & varias, lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos penè innumerabiles.

Baptista Ferrarienſis, Carmelita, ſcripſit hiſtoriam à Chriſti Natiuitate vſque ad noſtra tempora, quam *Floridam* prænotauit. Chronicon quoque ſui ordinis, lib. 1. De ruina Romani Imp. lib. 1. Chronicon Ferrarienſium, lib. 1. De monte Syna, lib. 1. Sermones varios, lib. 3. Vitam Macthildis, lib. 3. Epigrammata diuerſo genere metri. Conuertit è Græco in Latinum complures ſermones B. Ioan. Chryſoſtomi.

At Petrus Lucius Carmelita inquit fuiſſe hunc virum eruditiſsimum, & Theologiæ profeſſorem egregium, cognomento *Panetium*. Pleraque verò (ſi non omnia) eius Opera extare typis excuſa; ſe tamen haud vidiſſe aliud, quàm Opus ſermonum Bononiæ impreſſum à Benedicto Calcographo an. 1506.

Baptista Fulgoſus, quem Raphaël Volaterranus *Baptiſtinum Fregoſum* nominat, Perini Genuenſis olim Ducis filius, Genuæ Dux fuit; cum autem hic vir, alioquin armis præſtans, ſe totum literarum ſtudijs addixiſſet, Valerium Maximum imitatus, è centum, & quadraginta Auctoribus de dictis, & geſtis memorabilib⁹ ordine excerptis, Opus compoſuit, quod filio Petro ad formandos eius mores inſcripſit: titulos, & capita rerũ ex Valerio quidẽ mutuatus; at exempla, verioraque Geſta, quas aut Valerius omiſerat, aut quæ poſt eius mortem acciderant, ſuis collectaneis intexens. Id autem cum lingua ſcripſiſſet Italica, in Latinum vertit Camillus Gilinnus. Nos huc illud adtexuimus, quod exempla pleraque è Scriptoribus Eccleſiaſticis petita, poſsint huius Apparatus argumento aptari.

Baptista prima Galentij Malateſtæ Piſauri Flaminiæ, Principis filia, & Guidoni Montisfeltrenſi Vrbinatum Comiti matrimonio iuncta, cum viris doctiſsimis ſępè cum laude diſceptans, De humana quoque fragilitate, ac de vera Religione Latinè, ac luculenter, Orationem item ad Martinum Pontificem Maximum, de ius Pontificatu ab omnibus optato ſcripſit.

Baptista Vernacia Genuenſis, Ord. Canonicorum Regularium Sanctimonialis deceſsit ex hac vita an. Dom. 1587. ſanctitatem ſpirans, quam in hac vita egregiè coluerat. Diuino afflatu, quemadmodum non ipſa ſolum, ſed & eius libri teſtantur, varia ſcripſit de Oratione, rebuſque ſpiritualibus, quæ poſt primam editionem, iam cum ipſa diem obijſſet, Venetijs recuſa fuere an. Dom. 1588. apud hæredes Franciſci Ziletti in tres Tomos diſtributa, & quidem Italicè conſcripta. Quartus autem, qui promittebatur, denique Veronæ prodijt vna cum eius vita, an. 1602.

### *In Primo Tomo.*

De vnione animæ cum Deo, vbi copioſè, ac ſublimibus ſenſibus Dominica oratio exponitur, *Pater noſter*. Matth. 6.
De cognitione Dei, in illud Ioannis 17. *Hæc eſt vita æterna.*
De cœleſtibus gaudijs in illud Matth. 25. *Intra in gaudium Domini tui.*
Appendix de modo obtinendorum cœleſtium gaudiorum.

### *In Secundo Tomo.*

De Oratione in illud Lucæ 18. *Oportet ſemper orare.* Duodecim ſpiritualia Cantica.
Gaudia, & planctus ſpirituales in illud Apoſtoli ad Rom. cap. 12. *Gaudete cum gaudentibus.*
De oſculo Diuino in illud Cantici Canticorum 1. *Oſculetur me oſculo oris ſui.*
De vita eorum admirabili, qui mortui ſunt mundo, in illud ad Coloſſ. 3. *Mortui enim eſtis.*
De perpetua vnione cum Deo in illud Ioan. 15. *Manete in me, & ego in vobis.*



Digitized by Google

### *In Tertio Tomo.*

De varijs contemplationibus. Tractatus de vita ſpirituali. Quadraginta ſex dubia cum reſponſionibus Calixti Placentini Ordinis Canonicorum Regularium (non autem Deſiderij Nigronij, ſicut in Operis initio fuerat ſcriptum) quas quoque ad marginem exponit Gaſpar Placentinus: Et verò expoſitio hæc à Lectore non eſt omittenda.

Porrò poſt Operis, & primi Tomi dedicatoriam, liquet ex altera Epiſtola Virginis ſanctimonialis, & ex alijs teſtibus fide dignis, cœleſtis quædam doctrina ipſius Baptiſtæ Vernaciæ. Nos pauca de multis, vt deinceps, quibus præmonitionibus ſint tutius legenda ipſius ſcripta, intelligatur.

Ac quidem Theodoſius Placentinus Canonicorũ Regularium Lateranenſium Rector Generalis, poſtquam aſſeruit, ſe viris pijs ac doctis ſui ordinis, dediſſe examinanda illius Virginis Opera, *Ego quoq;* (inquit) *vt de ijs, quæ vidi, quid ſentiam, dicam, planè fateor me tantum in eis inueniſſe cum verborum, ac ſententiarum copiam, perſpicuitatem, ac profunditatem, tum verò maximè latentis in ijs ſpiritus energiam, atq; efficaciam, vt ea planè non dubitem à Spiritu ſancto proceſſiſſe: Noui enim iamdudum Virginis antiquiſſimæ humilitatem profundiſſimam, flagrantiſſimam charitatem, & omnifarias virtutes.* Hæc ille.

Quin & priuſquam ederentur, eadem ſcripta à Carolo à Baſilica Petri, tunc Clerico Regulari ordinis S. Pauli Decollati, deinde Epiſcopo Nouarienſi, atque à duobus Theologis noſtris Franciſco Adorno, & Achille Galiardo, demum, & à tribus alijs Dominicani ordinis præſtantibus viris Nicolao Antonio Inquiſitore, Paulo Manara Priore, ac Lectore, AEgidio Placentino Lectore Theologo, quin & à Gaſpare Placentino Canonico Regulari Lateranenſe, recognita, & comprobata fuerunt. Quæ idcirco huc adiecimus, ne quis hos virginis libros minimi faciat, cum ſublimem Theologiam, & charitatem erga Chriſtum Dominum non ſapiant ſolum, ſed in animos pios etiam inſtillent. Quòd ſi antequam legantur, cordatus lector prælegerit, quæ idem Gaſpar Placentinus initio totius Operis præmonuit, non erit cur hæreat in ijs ſeu verbis, ſiue ſententijs, quæ poſſent inijcere ſcrupulum, niſi loca cum locis, ſenſus cum ſenſibus ipſius Virginis haud integrè collata fuiſſent.

Quod item proderit percurrendis ſine offenſa Ioan. Tauleri, Rusbroechij, Henrici Harphij, Suſonis, & aliorũ huiuſmodi pleriſque ſententijs; qui Theologiæ contemplatiuæ operam dederunt: quemadmodum, vbi de illis Auctoribus egimus, liquidius intelligetur.

### *In quarto Tomo.*

Vita ipſius Virginis Baptiſtæ Vernaciæ. Epiſtola ipſius de vita Parentum ſuorum.
Altera de ſua ipſius vita. Quatuor Cantica de Beneficijs à Deo acceptis.
De congregatione in Diuinum vnum, in ea verba, *Congrega nos de nationibus.*
Colloquia Diuina. De fœdere animæ cum Deo.
Pium fœdus aliquarum ſororum tempore carnis priuij. Epiſtolæ ad diuerſos.
Deſiderium ſponſæ, in ea verba, *Quis mihi det te fratrem meum?*
De reſuſcitatis cum Chriſto, in ea verba, *Si conſurrexiſtis cum Chriſto.*

Hic autem quartus Tomus, & ipſe, Italicè Veronæ eſt editus apud Angelum Tamum, an. Domini 1602.

Baptista Platina, quẽ ferè ſemper aliqui nominant Bartholomæum, Cremonenſis Italus, Apoſtolicus quondã ſcriptor, Sixti IIII. Pont. Max. familiaris, ac Bibliothecæ Vaticanæ præfectus, edidit De geſtis Romanorum Pontificum. De naturis rerum, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Et quædam alia, inquit Tritemius, qui & illum floruiſſe ait an. Domini 1481.

Feruntur ipſius De honeſta voluptate, & valetudine libri decem ad B. Cardinalem Rouerellan. excuſi Coloniæ apud Ceruicornum, an. Domini 1537. ſed & an. 1574. apud Maternum Cholinum ibidem prodierunt.

Præterea Hiſtoriæ de vitis Pontificum. Quibus Onuphrius Panuuinius Annotationes adiecit, vna cum vitis reliquorum Pontificum vſque ad Greg. XIII.

Acceſsit, eòdem Auctore, Romanorum Pontificum Chronicon longè quam antea emendatius, & locupletius.

Deinde Onuphrij de Ritu ſepeliendi mortuos apud veteres Chriſtianos, & cæmeterijs eorundem. Quod tamen iterum S. R. E. cura recenſetur, vt poſtrema editio ſit cæteris anteponenda, & interpretatio multarum vocum Eccleſiaſticarum, quæ obſcuræ, vel



Digitized by Google

barbaræ videntur. De Stationibus vrbis Romæ.
Sed præter Platinæ hiſtoriam de Pontificibus, extant eiuſdem.
De falſo, & vero bono Dialogi 3. ad Sixtum IIII. Pont. Max.
Contra amores Dialogus 1. ad Ludouicum Stellam Mantuanum.
De vera nobilitate Dialogus 1. cum Ioanne Vrſino Tranenſi Epiſcopo.
De optimo ciue Dialogi 2. cum Laurentio Medice, & Coſimo.
Panegyricus in Beſſarionem Patriarcham Conſtantinopolitanum Card. Nicænum.
Oratio ad Paulum II. Pont. Max. De pace Italiæ componenda, & de bello Turcis inferendo. Hiſtoria Rerum Mantuanarum, & Gonzagæ familiæ ſex libris conſcripta, quā Ioan. Oporinus dudū pollicitus erat emittere: ſed nunquam prodijt. Et tamen hæc extat m.s. apud Sereniſs. Mantuæ Ducem.

BAPTISTAE Rhegienſis Epiſcopi opera Viennæ Auſtriæ fuiſſe excuſa audiui, ſed non vidi. Ea ſunt. De flenda Cruce, carmen elegiacum. De morte, carmen. De B. Virgine. Commendationis animæ in extremis, elegia. Epiſtola Pilati Galli De nece Domini ad Claudium Imper. Lentuli Epiſtola ad Senatum Romanum, de ſtatura, & lineamentis Ieſu Chriſti. Sed de Lentuli Epiſtola, incertum mihi, vnde prodijt. Pilati quidem Epiſtola extat apud Egeſippum in ſua Anacephaleoſi de Morte, & Reſurrectione Chriſti, cui (ſi qua adhibenda fides) ait Baronius Card. primo Tomo, loco Claudij Tiberius ponendus eſt.

BAPTISTA è S. Blaſio Patauinus profeſſor publicus inſignis in Patria ſua, præter illa, quæ ſcripſit de Priuilegijs dotalibus, & de correlatiuis, ac Quæſtiones de Arbitris, edidit item in primam Rubricam Decretal. Viuebat Sixto IIII. Pontifice Maximo, an. Domini 1480.

BAPTISTA Salius, ſiue de Salis, Lygur, prouinciæ Genuenſis, Ordinis Minorum Summam Caſuum Conſcientiæ ſcripſit, quæ ab Auctore nomen ſortita, *Baptiſtiniana* vulgo appellatur, floruit Frederico III. & Maximiliano eiuſdem filio Imperatoribus, anno 1494.

BAPTISTA Trouamala, Ord. Minorum ſcripſit, Summam Caſuum Conſcientiæ, quam vocant *Roſellam*, quæ non ſemel excuſa eſt Argentorati, an. Dom. 1516. Floruit Louanij anno 1485.

BARBARAE Sanctæ, Virginis & martyris, Officium & Miſſale proprium, procurante Gulielmo Gonzaga Sereniſsimo Duce Mantuæ, qui & inſignem Aedem, ac Collegium Sacerdotum, cum Abbatibus, ac Sacerdotibus in eius honorem extruxit; editum eſt Mantuæ apud Franciſcum Oſannam ſicuti & Rubricæ, an. 1583.

BARCINONENSE Concilium, an. Dom. 549. celebratum eſt Barcinone in Hiſpania. Interfuere Epiſcopi duodecim. Extant Canones quatuor. Duo aduerſus Simoniacos. Vnus contra laicorum ordinationes haud ritè factas. Vnus de Virginibus, qui cum virginitatem promiſiſſent, retrò volebant reſpicere. Vide Gregorium Magnum Epiſtola 120. Indictione ſecunda. Garſias autem Loaiſa in collectione Conciliorum Hiſpanicorum inquit, Barcinonenſe primum eſt in Codice Hiſpalenſi tantum. Adieci Eram 578. De Concilio autē alio Barcinonenſi ait, fuiſſe id coactū ferè era 578. Interfuere octo Epiſcopi. Sanciti autem Canones decem, cum & aliud anno 14. Regis Reccaredi, Era 637. fuerit ibidem celebratum.

BARDESANES Syrus magni olim vir nominis, ſed qui poſtea non ſtetit in fide Catholica, Euſebium lib. 6. cap. 8. de præparatione Euangelica, & lib. 4. de hiſtoria Eccleſiaſtica: Hieronymum in Catalogo: Epiphanium hæreſi 56. mouit, vt eorum, quæ ſcripſit, ac deinde lapſuum eius in hæreſim meminerint. Is autem librum perutilem aduerſus eos edidit, qui Fatum aſſerebant, cuius fragmentum ibidem, (vbi ſupra) Euſebius poſuit. Et quidem liber ille è Syriaco Græcus eſt factus, quem *clariſſimum, & fortiſſimum*, ſiue (vt alij codices habent) *florentiſſimum* Hieronymus nominat. Scripſit autem contra Marcionis æmulos, & alias hæreſes penè omnes. At demum, vt Epiphanius inquit, *factus inſtar pulcherrimæ nauis, in quam incomparabile onus imponitur, & quæ iuxta ripas portus fracta eſt, & totum mercimonium perdidit, & alijs, qui nauim conſcenderunt mortem induxit, corruptus eſt enim per Valentinianos.* Obſeruauit Card. Baronius apud Auguſtinum agentem de hæreſibus, hæc verba de Bardeſane legi. *Addens de ſuo, vt Fato adſcriberet conuerſationes hominum.* Quæ verba non eſſe Auguſtini conſtat, tum quod veritati non quadrant, cum Bardeſanes accuratiſsimè aduerſus Fatum ſcripſit, tum quòd in omnibus Auguſtini exemplaribus non inueniuntur.

[Margin: Ad Marcum Aurelium Antoninum Imp.]

[Margin: Tom. 2. Annal. ſub an. 175.]

BARENSE Concilium Bari in Apulia ab ipſo Vrbano II. ſui Pontificatus anno

decimo,

decimo, anno autem Domini 1097. celebratum eſt, vt Græcos componeret, ne Hieroſolymitanam expeditionem impedirent.

Bargaevs. Vide in verbo, Angelus Bargæus.

Bargivs. Vide, in verbo, Iacobinus Malafoſſa.

Barlaami Epiſcopi Gyracenſis Epiſtolæ aliquot ad amicos in Græcia, de Proceſſione Sancti Spiritus ex Patre, & Filio, contra Græcos. Eiuſdem Ethica ſecundum Stoicorum placita. Extant manuſcripta in Bibliotheca celebris Monaſterij Sancti Galli in Heluetia.

Barnabas Cyprius (ait Hieronymus in Catalogo) *qui & Ioſeph Leuites cum Paulo gentium Apoſtolus ordinatus, vnam ad ædificationem Eccleſiæ pertinentem Epiſtolam compoſuit, quæ inter apocryphas legitur. Hic poſtea propter Ioannem diſcipulum, qui & Marcus vocabatur, ſeparatus à Paulo, nihilominus Euangelicæ prædicationis iniunctum ſibi opus exercuit.*

Is ſanè è ſeptuaginta diſcipulis vnus, vti Euſebius, lib. 2. cap. 1. Epiphanius lib. 1. cap. 21. & antea Lucæ Acta ſatis indicarunt, à Gamaliele vna cum Saulo, & Stephano literis imbutus, tranſtuliſſe dicitur ex Hebræo in Græcum, Matthæi Euangelium, vt refert Theodorus Lector in ſecundo libro Collectaneorum.

Epiſtolæ verò, quam ſcripſiſſe à Hieronymo dicitur cum Clemens in Stromatibus, Origenes in tertio libro Periarchon meminerint, fragmenta quædam cerni in ipſo Clemente Alexandrino aſſerit Sixtus Senenſis. Euangelium autem, quod ſub Barnabæ nomine circunferebatur, non fuit illius, quamobrem meritò à Gelaſio diſtinctione 15. inter apocrypha numeratur. Non item, quæ verè Pauli eſt ad Hebræos, ea Barnabæ fuit Epiſtola, licet id Tertullianus, & aliqui eum ſecuti tradiderunt. Nec Barnabæ Acta nomine Marci ſcripta, nec pleraque, in Recognitionibus Clementis, quæ poſt alios Cæſar Card. Baronius primo Annalium libro mendacij arguit, atque euincit. Quin & minus (Metaph. 11. Iunij.) probabile eſt, quod ex Alexandro Græco Metaphraſtes ait, Barnabam primum Romæ prædicaſſe Euangelium. Petrus enim vinculis ſolutus, quibus ab Agrippa Hieroſolymis vinctus erat, inde recedens, anno ſecundo Claudij (quod apud omnes conſtat) Romam aduenit, cum tamen Paulus, & Barnabas (vt extat in Lucæ Actis cap. 12. & 13.) non niſi poſt Agrippæ Herodis obitum, qui contigit, vt Ioſephus ſcribit Antiq. lib. 19. cap. 7. & de bello Iud. lib. 2. cap. 10.) anno quarto eiuſdem Claudij, Antiochiæ ſacris initiati, ad prædicandum Euangelium ſunt allegati.

Barnabas Riccobonus, Abbas Oliuetanus, ſcripſit Diſputationes tres de ſuprema omnium natura Diuina. De felicitate. De ſententiarum communicatione, & variarum opinionum cognitione. Hæ ſunt excuſæ noſtra ætate Patauij apud Laurentium Paſquatum, anno Domini 1593.

Bartholomaevs Albici, ſiue Albicij (vt habet Toſsiniacenſis) Piſanus, ord. Minorum, ſcripſit Opus conformitatum, quod idem Toſsiniacenſis ſcribit extare inter triginta ingentia volumina eiuſdem Auctoris. De laudibus item Sanctorum, & Beatiſs. Virginis. De verbis Domini. De conſcientiæ caſibus. Librum conformitatum Beatiſsimæ Virginis cum Chriſto. Quadrageſimale. Floruit anno 1380.

Bartholomaevs Angeli, ſiue ab Angelo Neapolitanus, Ordinis Prædicatorum edidit Italicè, Conſolationem pœnitentium. Quo libro agit de Indulgentijs. De oratione. De confeſsione, & alijs. Libellum de Roſario Beatiſsimæ Virginis. Quæ ſunt excuſa Neapoli anno 1575. & Venetijs an. 1583. Documentum quoque (Ricordo) benè moriendi ibidem, & eodem anno. Præterea Theſaurum Mendicantium, quo agit De ortu ordinum Mendicantium, deque eorum Auctoribus, ac dignitate. Confeſsionale per Dialogi modum inter Epiſcopum, & examinandum. Sed incertum, num hi duo libri prodierint in lucem. Viuebat an. 1577.

Bartholomaevs Anglicus cognomento *Grannuyſe*, quem neſcio cur Toſsiniacenſis dicat Burgundum, Ordinis Minorum, ſcripſit Sermones varios. Libros item vndeuiginti, De proprietatibus rerum, qui an. 1488. (vt placet alijs, vt verò habet Toſsiniacenſis in hiſtoria Seraphica, an. 1491.) excuſi fuere Argentorati. In quorum primo agit de Deo, ac de ijs, quæ de Deo dicuntur. In ſecundo. De Angelis bonis, & malis. In tertio. De proprietatibus animæ rationalis. In quarto. De proprietatibus ſubſtantiæ corporeæ, & quæ ſequuntur de rebus alijs creatis. Scripſiſſe quoque Chronicon de Sanctis, & Poſtillas ſcripturarum, ſubdit Henricus Villot. & claruiſſe, an. 1460.

Bartholomaevs Annulus (Anneau) Gallus vertit in Gallicam linguam, idque carmine, Paræneſim, ſiue Hortationem Eucherij Epiſcopi Lugdunenſis ſcriptam ad Valerianum. Addidit Notas ad eam, quæ excuſa eſt Lugduni 1552. apud Matthiam Bonhom-



Digitized by Google

me. Et Bartholomæus hic ille eſt, qui edidit pictam Poëſim, in qua variæ icones cum ſuis Epigrammatibus, quales Alciati Emblemata. Quod Opus ab eo Latinè ſcriptum, in linguam quoque Gallicam tranſtulit.

Euseb. hiſt. lib. 5. cap. 10. Hieron. de ſcript. Eccl.

BARTHOLOMAEVS Apoſtolus, non ſcripſit Euangelium, ſed ſcriptum à Matthæo, & deſcriptum ſecum detuliſſe, ad Indos profecturum, atque illis reliquiſſe ſcribitur ab Euſebio, atque Hieronymo. Propterea Gelaſius diſt. 15. Euangelium Bartholomæo aſcriptum cum cæteris ſcriptis apocryphis notauit.

BARTHOLOMAEVS Arnigius, ſcripſit Italicè librum prænotatum *Decem Vigiliæ De emendatis moribus humanæ vitæ*, quibus non ſolum agitur, quibus viuitur coram hominibus, & Deo, verum etiam acerrimè ea vitia arguuntur, per quæ homines deflectunt à recto itinere veræ Gloriæ, & gratia ciuilis corrumpitur. Brixiæ apud Franciſcum & Petrum Mariam fratres Marchettos anno 1577. Taruiſij apud Societatem Venetam, anno 1603.

BARTHOLOMAEVS Arnoldus Vſingenſis; præter Tabulas quaſdam omnem Logicam breuiter (licet parum Latinè) continentes, atque epitomen Phyſicæ edita Baſileæ, anno 1507. & 1511. Scripſit contra Coniugium Sacerdotum. Ac de inuocatione Sanctorum, & de tribus neceſſarijs ad vitam æternam virtutibus, Gratia, Fide, Operibus; de falſis item prophetis aduerſus Anabaptiſtas; Reſponſionem ad Ioannem Cuſamerum.

BARTHOLOMAEVS Bolſenech, Ord. Prædicatorum, Magiſter ſacri Palatij ſcripſit in quatuor libros, Magiſtri Sentent. librum item de Viro completo, quo multa Theologica continentur. Claruit circa an. 1312.

BARTHOLOMAEVS Bononienſis ſcripſit Tractatum de Verbis illis Domini: *Ego ſum lux Mundi*.

BARTHOLOMAEVS Bononienſis, Ord. Prædicatorum ſcripſit, Poſtillam in Lucæ Euangelium, quæ incipit. *Facias quatuor circulos*. Item in omnes Epiſtolas Canonicas, initium eſt *Ioſue ſexto præcepit Dominus*. Sixt. Senenſis.

BARTHOLOMAEVS Botta, Sacerdos & Præpoſitus S. Pantaleonis Papienſis ſcripſit carmine hexametro & pentametro Pſalmos Dauidis, & Commentarijs vberibus explicuit. Venetijs apud Franciſcum Zilettum 1581. Sed & Ticini editum eodem anno legi.

BARTHOLOMAEVS Brixianus Iuris canonici profeſſor, ſcripſit Repertorium Decreti, lib. 3. Diſputationes Decretalium, lib. 5. Epiſtolarum, lib. 1. Chronicon Italiæ, lib. 1. Viuebat clarus Friderico Imp. ſecundo, an. 1240.

BARTHOLOMAEI Camerarij, de Ieiunio, Oratione, & Eleëmoſina, Dialogi quatuor Lutetiæ, an. 1556.

BARTHOLOMAEVS Caranza è Miranda, Hiſpanus, & Dominicani ordinis, quique Regens (vt vocant) in collegio S. Gregorij eiuſdem Ordinis in Valle Oletana, & poſtea Archiepiſcopus Toletanus, edidit controuerſiam, De neceſſaria reſidentia Paſtorum explicatam Tridenti; quæ excuſa eſt Metis. Summam item omnium Conciliorum, & Pontificum à Petro vſque ad Paulum III. Qui liber prodijt Venetijs ad ſignum Spei 1546. Mortuus eſt Romæ, an. 1575. ſcripſerat autem Catechiſmum, qui in Romano Indice prohibitus eſt. Quin & alicubi lapſus eſt in ipſa Conciliorum Summa. Sic enim initio ſeptimæ Synodi vocat eam tertiam Epheſinam Synodum, quam antiqui omnes nominant Conſtantinopolitanam; eam nempè quæ coacta eſt ſub Leone Iſauro; quæ quidem merito reprobata fuit. Vide, in verbo, Conſtantinopolitanum Concilium ſub Leone Iſauro. Id patet ex iſto ipſo Concilio, quod inſertum legitur in ſeptima Synodo, Actione 6. Cauſa erroris videtur fuiſſe (ait Bellarminus Card.) quia iſti profanæ Synodo præſedit Theodoſius Epiſcopus Epheſinus: ſed & idem Caranza errauit, cum aſſeruit, in Can. 82. ſextæ Synodi, prohiberi imaginem Chriſti in forma agni, & Spiritus ſancti in forma columbæ. At Concilium non prohibet iſtiuſmodi imagines, ſed anteponit illis tantũ imagines Chriſti in forma humana. Vide fuſius Bellarm. Card. Tom. 1. controuerſ. 7. lib. 2. de imaginibus Sanctorum, cap. 8.

BARTHOLOMAEVS Cartuſianus, Prior domus Bethleem in Ruræmunda oppido Geldriæ, natione Teutonicus, ſcripſit Exercitium deuotionis, lib. 1. Summam vitiorum, lib. 1. De abſtinentia carnium, lib. 1. De proclamationibus fratrum, lib. 1. De iuramento, lib. 1. De iudicijs temerarijs, lib. 1. De voto, lib. Vixit an. 1446. Trit. Eiſingr. autem 1438. quod quidem vtrumque verum eſſe potuit.

BARTHOLOMAEVS Caſſaneus Burgundus ad Aquas Sextias in Senatu Curiæ præſes edidit Catalogum Gloriæ Mundi Venetijs anno Domini 1592. apud Vincentium Valgriſium.

BAR-

BARTHOLOMAEVS è Caſtello, vir religioſus edidit Italicè librum De vnione animæ cum Deo, is liber prodijt Peruſij an. 1538.

BARTHOLOMAEVS de Chaimis (ſiue Chaumis) Mediolanenſis Ordinis Minorum, Interrogatorium, ſiue Confeſsionale in quatuor membra partitum conſcripſit. Initium huius: *Cum ars artium, &c.* Venetijs an. 1486. Franciſc. Gonzaga in Hiſt. Seraphica.

BARTHOLOMAEVS Colonienſis Teutonicus ſcripſit Carmine, & ſoluta Oratione quædam, quæ neſcio an Eccleſiaſticum ſapiant. Tritemius, qui eum vixiſſe ſua ætate ſcribit, nimirum anno Dom. 1494. vidiſſe ſe inquit Opuſculum illius De laudibus Philoſophiæ, Syluam carminum libro vno, *Cur Plutoni aurum,* De ſecta Diogenis, lib. 1. *Quiſquis aut Cynica.* Epiſtolam mythologicam, Dialogum item eius nomine impreſſum, cuius titulum non indicat.

BARTHOLOMAEI Fabij Regij in Senatu Pariſienſi conſiliarij, & Inquiſitionū Præſidis Energumenicus, eiuſdem Alexicacus, Pariſijs 1571.

BARTHOLOMAEI Ferrarienſis Dominicani libri ſex De Chriſto Ieſu abſcondito pro ſolennitate corporis eiuſdem Domini noſtri, prohibiti ſunt, donec expurgentur. Vide Indicem librorum prohibitorum ſub Clem. VIII. Pont. Max.

BARTHOLOMAEI Fumi, Villaurenſis Placentini, Ord. Prædic. & hæreticæ prauitatis Inquiſitoris *Summa Aurea Armilla* nuncupata, caſus ad animarum ſalutem attinentes breuiter & dilucide complectens, ſæpè edita, & Lugduni, & Antuerpiæ apud Petrum Bellerum 1590. & Venetijs 1578.

BARTHOLOMAEVS Georgius, librum de Terra Sancta reliquit, qui Romæ prodijt, anno 1566.

BARTHOLOMAEVS Georgius Hungarus peregrinus ſcripſit de afflictione captiuorum, & ſub Turcæ tributo viuentium. Liber excuſus fuit Antuerpiæ.

BARTHOLOMAEVS Glauuyle è nobili Comitum Sudouolgiorum genere, Franciſcanus præter ſatis grande Opus, De rerum proprietatibus in duodeuiginti libros diſtinctum, ac librum de rerum accidentibus, Chronicon reliquit de Sanctis, de Mundo autem ac cœleſtibus, librum. Poſtillas quoque Scripturarum, & Sermones varios. Viuebat anno 1360. Qui & *Bartholomæus Anglicus* nominatur: de quo vide in verbo, Bartholomæus Anglicus.

BARTHOLOMAEVS Iſcanus, Anglus, Exceſtrienſis Epiſcopus, ſcripſit

| | |
|---|---|
| Ad Balduinum Ciſtercienſem Abbatem. | De prædeſtinatione, librum. |
| Dialogum contra Iudæos, lib. 1. | De libero arbitrio, librum. |
| Sermones eruditos, libro altero. | De pœnitentia, librum. |
| De morte D. Tomæ Archiepiſcopi Homil. | Epiſtolarum ad diuerſos, librum. |

Viuebat an. Dom. 1180. Ad hunc autem Ioannes Sareſburius Carnotenſis Epiſcopus ſcripſit.

BARTHOLOMAEI Kleindienſt, exhortatio Catholica, & Euangelica Germanos, qua docet quomodo ſe pij gerant in controuerſijs religionis, ne ab vlla ſecta ſeducantur. Dillingæ, an. 1569. Germanicè.

BARTHOLOMAEVS Latomus Arlunenſis, Regius Profeſſor Lutetiæ, De Eccleſiæ & Epiſcoporum communione, auctoritate, atque poteſtate, contra Bucerum: Refutationem item calumniarum Buceri edidit. Vide Eiſingr.

BARTHOLOMAEVS Ledeſma Dominicanus Theologus, & primariæ Theologorum cathedræ Mexici apud noui Occidentalis Orbis Indos moderator, deinde Epiſcopus Guaxaquenſis ſcripſit Librum, quem prænotauit Summarium ad Chriſtianam religionem, ac pietatem ſpectat, Salmanticæ apud hæredes Matthiæ Gaſtij, an. 1585.

BARTHOLOMAEVS Mariſcottus, orationē edidit vberem de vtilitate Concilij Tridentini, Fauentiæ in Diœceſana Synodo habitam, quæ excuſa eſt Florentiæ, an. 1565.

BARTHOLOMAEVS de Martyribus Luſitanus, & Dominicani Ord. deinde & Archiepiſcopus, & Primas Bracharenſis, quod munus, vt teſtatur Ludouicus Granatenſis, è maiorum ſuorū imperio, Eccleſiaſtica cenſura adactus recuſare non potuit, viginti fermè annos in cœnobio Victorienſi Theologiæ cathedram moderatus, emitti permiſit, ipſo eodem Ludouico Granatenſi vrgente, Compendium ſpiritualis doctrinæ, ex varijs Sanctorum Patrum libris magna ex parte collectum. Quod poſtremo recudit Pariſijs Gulielmus Calderius anno 1601. Quo de libro, quando ipſum Granatenſis iudicium extat, ſuperuacaneum eſt, vt afferam meum. Ille igitur de Auctore ipſius Compendij ſic inquit. *Inter varias Paſtoralis officij ſui curas, nunquam Rachelis ſuæ amplexum deſeruit, ſed diem Paſtoralis officij curis, noctem, Deo offerebat. Quo tempore quidquid de myſtica Theologia à ſummis viris, hoc eſt*



Digitized by Google

*Dionyſio, Bernardo, Bonauentura, Gerſone, ſcriptum eſt, ſtudioſè legens, has gemmas ſuper aurum, & topazion precioſas nobis miniſtrauit. Quibus ego legendis tantopere delectatus ſum, vt verè affirmare poßim, me nihil hactenus in vita legiſſe, quod acriores pijs hominibus ſtimulos ad cœleſtis philoſophiæ amorem adderet, maioremq; lucem ijs, qui huic ſtudio deditiſunt, præferret.* Hæc Granatenſis. Scripſit etiam librum, quem inſcripſit *Stimulum Paſtorum* è patribus contextum, perutilem omnibus qui animas regunt. Is primo Vlyſsippone, deinde Pariſijs an. 1583. excuſus eſt, cum & antea Romæ an. 1572. prodijſſet. Catechiſmum itẽ Luſitano idiomate, quem rudiores Parochi intelligerent, & populũ docerent. Expoſitiones porrò in Pſalmos difficiliores. At, num duos hoſce libros euulgauerit, neſcio, ſcriptos quidem, atque abſolutos ab eo fuiſſe teſtatur Antonius Senenſis Luſitanus in ſua Bibliotheca. Viuebat an. 1584.

BARTHOLOMAEI à Medina, ſiue Metimnenſis, Hiſpani, Ord. Prædic. primariæ Theologorum Cathedræ apud Salmanticenſes præfecti, expoſitio in primam ſecundæ Angelici Doct. D. Thomæ Aquinatis, Venetijs 1580. Eiuſdem expoſitio in tertiam D. Thomæ partem, vſque ad q. 60. complectens tertium librum Sententiarum, Venetijs 1582. & ibidem an. 1602. apud Societ. Venetam editio tertia Expoſitionis in primam ſecundæ D. Thom. prodijt.

BARTHOLOMAEVS Metuna, Metenſis, Prouinciæ S. Antonij, Ordinis Minorum, reliquit De vita B. Virginis lingua Hetruſca libellum. Et de Chriſti humanitate. Scripſit quoque in gratiam impuberum, qui in triuialibus ſcholis erudiuntur, Opuſculum. Prodijt autem Venetijs an. 1588. apud Petrum Fachinettum.

BARTHOLOMAEVS Oſa, Bergomenſis Hiſtoriam Pontificum, & Romanorum Imperatorum 16. libris expoſuit. Vixit an. 1340.

BARTHOLOMAEVS Paruus, Ord. Prædic. Poſtillam in Lucam ſcripſit, quæ incipit: *Oblatio iuſti impinguat altare.* Sixtus Senenſis.

BARTHOLOMAEVS Platina. Vide, in verbo, Baptiſta Platina.

BARTHOLOMAEVS è Paternione, Siculus, monachus S. Nicolai de Arenis, Cataneæ, Congregationis Caſsinenſis, alias ſanctæ Iuſtinæ de Padua, & eiuſdem Congregationis Prior, ſcripſit Italico carmine, de vita S. Agathæ Virginis & martyris, lib. 1. Excuſum Venetijs. Latino autem Sermone, Commentaria in Apocalypſim, & Chronicon monaſterij ſui, quæ ibidem aſſeruantur m. s. obijt an. 1593.

BARTHOLOMAEVS Picenus, Richardi confutationem Mahometi è Latino in Græcum conuerſam rurſus Latinitate donauit.

BARTHOLOMAEVS Piſanus, Ordinis Prædic. edidit Summam, quæ vocatur *Piſana*, quam auctor prænotauit *Summam Magiſtruciam.* Angelus Clauaſius fatetur ſe omnes conſcientiæ caſus, ex ea, in ſuam Summam tranſtuliſſe. Viuebat Piſanus 1338. Trit.

BARTHOLOMAEVS alter Piſanus, dictus *de Piſis*, Ord. Minorum Conuentualium ſcripſit librum, quem prænotauit, *Conformitatum vitæ B. ac Seraphici P. Franciſci ad vitam Ieſu Chriſti Domini noſtri.* Qui cum olim prodijſſet in lucem, deinde recognitus, emendatus, atque auctior fuit recuſus opera Ieremiæ Buchij Vtinenſis eiuſdem Ord. an. 1590. Bononiæ apud Alexandrum Benatium, cui Operi addita eſt perbreuis hiſtoria clarorum eiuſdem Ord. Virorum. Viuebat autem Bartholomæus Piſanus an. 1399. & quod excurrit. Nam eodem anno 2. die Auguſti, in Capitulo generali Aſsiſijs celebrato ab Henrico Generali Miniſtro, cæteriſque Miniſtris, & Diffinitoribus approbationem, & facultatem obtinuit hoc Opus euulgandi.

Præcipuarum autem materiarum, quas proſecutus eſt in Opere ſuo Bartholomæus Piſanus, quæ quidem Concionatoribus vberem dicendi præbent occaſionem, ſequentia ex illo capita hic tibi quam breuiſsimè indicantur.

De ſingulis actibus vitæ Chriſti. De ſingulis actibus vitæ B. F. De decem figuris competentibus B. F. De incarnatione Verbi. De Epiphania Domini. De virtute patientiæ. De inſidijs vitæ Chriſti factis. Diſcurſus de Amatoribus huius ſeculi, vbi ſunt. De Diaboli tentatione. De electione duodecim Apoſtolorum. De laudibus Apoſtolorum. De legibus Chriſticolis in Euangelio datis. De rebus, & malis, quæ in hoc mundo reperiuntur. Diſcurſus notabilis ſuper his, quæ Chriſtus docebat. De locutione Chriſti. De miraculis Chriſti. De amore Chriſti ad genus humanum. De Chriſti Transfiguratione. De diuitijs, & earum affectibus. De paupertate, & eius affectu. De gradibus humilitatis. De lumine gloriæ. De ſciẽtia Chriſti. De his, quæ Chriſtus prophetauit. De nomine Ieſu. De Nuptijs. De Oratione. De Miſericordia, & pietate. De Commendatione, & laudibus multorum. De Sacramentis veteris, ac nouæ legis. De Myſterio Crucis. De Chriſti morte. De Limbo. De Chriſti ſepultura. De Chriſti Reſurrectione. De Chriſti Aſcenſione.



Digitized by Google

BARTHOLOMEVS Riccius Caſtroficardenſis in Piceno, Socie. Ieſu, ſcripſit Italicè Tractatum de oratione, qui primò emiſſus eſt inſcio Firmi ciuitatis Archiepiſcopalis Piceni: deinde Romę prodijt auctior; ſed ſecũda editio ab eo recognita pręponẽda eſt alijs. Is aũt Tractatus deinceps Latinè reddit⁹, emiſſus eſt Colonię Agrippinę 1602. apud Cõradũ Butgeniũ. Bartholomæus Salutius ordin. F. minorũ de Obſeruãtiá edidit libellũ, cui⁹ iſta eſt inſcriptio: *Lux animæ ad perfectionẽ anhelantiũ*. Coloniæ apud Ioannem Crith 1606.

BARTHOLOMAEVS Rimbertinus Florentinus Epiſcopus Ceronenſis, librũ de ſenſilibus delicijs paradiſi, è Tractatu Ioan. Tambaci deſumptum edidit Pariſijs apud Iodocum Badium an. 1514.

BARTHOLOMAEVS de Riparia, Toloſæ Dominicanus, Epiſcopus Baionenſis, ſcripſit in Magiſt. Sententiarum, lib. 4.

BARTHOLOMAEVS Roquacallius, filius Comitis Roquacalij vigeſimus ſecundus Magiſter generalis Carmelitarum, & Epiſcopus Maſſilienſis, ſcripſit lecturam ſententiarum, lib. 4. Conciones item ad Clerum, lib. 1. Vixit an. 1433.

BARTHOLOMAEVS de Spina, ſiue Spinæus, Piſanus, Magiſter ſacri Palitij, Ord. Pręd. vir magni ingenij dotibus præditus, qui Ferrariæ interfuit diſceptationi Tho. Card. Caietani, & Ioan. Pici Mirandulani, quo in congreſſu nobiliſſimo, & conſeſſu frequentiſſimo decoratus eſt Doctorali Pileo à Ioachimo Turriano Veneto Magiſtro Generali ſui ordinis ſcripſit, Tractatum ſiue volumen, quod prænotauit Tutela veritatis de animæ immortalitate, contra Petrum Pomponatium Mantuanũ. Volumen alterum, in quo hæc habentur. Propugnaculum Ariſtotelis de immortalitate animæ. Flagellum in tres libros Apologiæ eiuſdem Petri, eodem argumento. Quæſtiones de Ordine ſacro. Quod quidẽ volumen Venetijs prodijt anno 1519. Volumen item aliud in quo extant Quæſtiones tres de Deo, aduerſus Caietanum. Quæſtiones quatuor de perſonalitate. De primis operibus Angelorum articuli quinque. Quæſtio de formatione Animæ intellectiuæ. Tractatus de vniuerſali corruptione generis humani. Tractatus de Conceptione B. Virginis, contra Caietanum. Quæſtio de præſumptuoſo appetitu Epiſcopatus. Quæſtio de Simoniaca redemptione vexationis Eccleſiæ. Quæſtio de forma Baptiſmi. Quæſtio de neutra intentione baptizati. Quæſtio de neceſſitate Baptiſmi paruulorum. Quæſtio de forma conſecrationis Sanguinis Chriſti, Venetijs an. 1535. à Stephano Sabio dicatum Marino Grimano Card. & Patriarchæ Aquileiæ. In quarto autem volumine, Tractatus de Strigibus. Alter de neceſſitate Confeſſionis ante ſacram Communionem. Alius de coniugio in gradibus Diuino iure prohibitis. Tractatus de diſpenſatione cõiugij cum vxore relicta fratris defuncti. Declaratio poteſtatis Eccleſiæ ſuper gradus prohibitos. Quædam dubia reſoluta in materia Simoniæ. Caſus vnius vſurarij deciſio, quando ſcilicet ſocius in ſe ſuſcepit onus exactionis, & refuſionis ex ſuo faciendæ Cameræ, ante terminum Salariũ exigens, ad ratam refuſionis factæ ex pacto à ſocijs in termino. Caſus matrimonialis deciſio, quando contrahens cum eo, qui infectus eſt Gallico morbo contra voluntatem propalatã, vel etiã non propalatã, eſt à tali matrimonio ſoluta. Quæſtio de præſtantia Alexãdri ſuper Salomone in poteſtate, & affluẽtia diuitiarũ. Venetijs apud eundẽ Sabiũ, eodẽ an.

BARTHOLOMAEI Sybillæ Monopolitani, Ordin. Prædic. Speculum peregrinarum quæſtionum, in quo de Animabus, de Cœlo, de Purgatorio, de Inferno, de Angelis bonis, & malis deque alijs rebus agitur, Venetijs an. 1575. ſed & anno 1582. ibidem apud Ioan. Bertanum, varijs cum additionibus Raphaelis Maffæi Veneti Ordinis Seruorum. Viuebat anno Dom. 1534. Cum etiam idem Opus prodijſſet Lugduni ann. 1521. apud Iacobum Myt. Martinus autem noſter Delrius, eum aduerſus imagines Magorum fictitias citat, li. 1. c. 3. q. 1. Diſquiſitionum Magicarum, quem & laudat.

BARTHOLOMAEI Torres Epiſcopi Canarienſis Commentaria in decem & ſeptem Quæſtiones primæ partis S. Thomæ Aquinatis, De ineffabili Trinitatis myſterio, vbi expenduntur triginta tres diſtinctiones primi libri Magiſtri Sententiarum, Venetijs 1588.

BARTHOLOMAEVS Tridentinus hiſtoricus, ſcripſit Vitas Sanctorum, lib. 1.

BARTHOLOMAEI Valuerdi, Ignis purgatorius poſt hanc vitam ex Latinis Patribus Orthodoxis, & alijs aſſertus, Venetijs 1590.

BARTHOLOMAEVS Veronenſis, monachus, & Abbas monaſterij S. Nicolai de Littore Venetiarum, congregationis ſanctæ Iuſtinæ de Padua tunc incipientis, ſcripſit circa annum Domini 1440. ab ædificatione monaſterij ſui vſque ad ſua tempora elaboratum opus, quod prænotauit Chronicon monaſterij S. Nicolai de Littore, cuius initium eſt *Mirabilis Deus in S. ſuo Benedicto*. Aſſeruatur m. s. in Archiuo eiuſdem monaſterij.

BARTHOLOMAEI Vgolini è Monteſcutulo I. C. De ſacramentis nouæ legis, Tabulę

Arimini 1587. Explicatio in Bullam Cœnæ Domini, Venetijs anno 1602.

BARTHOLOMAEI Vgolini Reſpõſum ad tractatum ſeptem Theologorum pro cauſa Veneta ſcribentium, per quod eorum rationes & concluſiones refelluntur, editum eſt an. 1606. Moguntiæ apud Albinum.

BARTHOLOMAEVS Vrbeuetanus, Ord. Auguſtiniani, Gratianus Florentinus, Chriſtophorus Bononienſis, Lucas de Offida, & Boethius Tolentinus, Theologi præſtantes, & in Academijs Auguſtiniani Ordinis per Italiam (vt vocant) Regentes anno 1420. ſuas lectiones ediderunt, vt in multis membranis in bibliothecis eiuſdem ordinis repertis annotatum inuenit Ioſeph Pamphilus, qui hoc teſtatus eſt.

BARTHOLOMAEVS Vrbinas ciuis, & Epiſcopus Auguſtiniani Ordinis, & Auguſtini Triumphi (quem vocant) de Ancona, alumnus, cum Lutetiæ Pariſiorum, atque Bononiæ ſtudijs diſciplinarum, & Theologiæ operam dediſſet, ſcripſit Milleloquium Ambroſij, & alterum Auguſtini. Opus de Bello ſpirituali. Tractatum aduerſus errores, qui emerſerunt tempore Ludouici Ducis Bauariæ. Incipit autem: *Domine labia mea aperies.* Qui quidem Tractatus in Archiuo Auguſtinianorum Romæ aſſeruabatur. Redegit in compẽdiũ, librum de Regimine Principum ab Aegydio Romano editum. Euangelia Quadrag. expoſuit. Tractatus de quatuor donis compoſuit.

Huius meminit pręcipuè Io. Andreæ I.C. & Decretalium interpres. Tritemius ait vixiſſe an. Dom. 1410. Ioſeph Pamphilus perhonorificè de eo ſcripſit. Quod & fecit Sixtus Senenſis, qui ad ea, quæ reliqui de illo attigerant, inquit, *Bartholomæus, &c. vir planè doctus, & memoriæ ſingularis, atq; omnia ferè D. Auguſtini volumina memoria tenens, contexuit è varijs ſententijs, ac locis D. Auguſtini Opus ingens duobus Tomis diſtinctum in Explanationem totius Diuinæ Scripturæ. Quod Opus nuper Ioannes quidem Gaſtius, deleto veri Auctoris nomine, & in eius locum proprio nomine in volumine præpoſito, ſibi ſatis impudenter vſurpauit, & quod grauius eſt, tranſpoſitis, detruncatis, ac detortis quibuſdam eiuſdem Operis locis ad Lutheranorum hæreſim, vtiliſſimum, ac pijſſimum Catholici Auctoris laborè contaminauit, & hæreſcos ſuſpicione notauit.* Claruit an. Dom. 1410. Clementi Papæ V. apprimè charus. Hæc Sixtus Senenſis.

BARTHOLOMAEVS Vrſinus Romanus, Ord. Minorũ, Quadrageſimale edidit, quod Franciſcus Gonzaga eiuſdem ordinis olim Generalis, & modo Epiſcopus Mantuanus perutile eſſe ſcripſit in ſua Hiſtoria Seraphica.

BARTHOLOMAEVS Vſingen Germanus Auguſtiniani Ord. in Lutheranam hæreſim ſcripſit, De falſis prophetis tam in perſona, quam in doctrina vitandis à fidelibus. De prędicatione Euangelij, quibus ſcilicet conformiter Euangelium debeat prædicari. De cœlibatu Sacerdotum nouæ legis: Reſpondit item ad Sermonem Langij de Matrimonio Sacerdotali,, quẽ habuit in nuptijs impijs, ſiue potius inceſto, Culſameri ſacerdotis. Quæ omnia excuſa ſunt Erphordiæ in Germania, an 1525.

BARTHOLOMAEVS Zucchius nobilis Modoetienſis (& Modoetia oppidum eſt inſigne in ditione Mediolanenſi, vulgò *Monza*) libellum Meditationum ſpiritualium De Paſſione, & morte Domini, vna cum pia oratione ad latus Chriſti Domini, Italico idiomate conſcriptum emiſit Venetijs ex prelo Io. Baptiſtæ Ciotti, ann. 1601. Libellum inquã mole exiguum, ſed & argumento, quo nullum poteſt eſſe præclarius, & iudicio magnum, quo dilucidè, ac preſsè proponuntur, quæ mens excitata poteſt ſanctè concipere ſibi ſalutaria.

Ceterum idem Zucchius libros Hieronymi Plati è Societate noſtra, de Bono Statu Religionis. Quemadmodum, & noſtri Horatij Torſellini Lauretanam Hiſtoriam, Italicè reddidit.

BARVCH librum eſſe Canonicum contra quam ſenſit inter Catholicos Io. Driedo, lib. 1. De Scripturis, & dogmatibus Eccleſiaſticis probant & Sixtus Senenſis, li. 8. Bibliothecæ Sanctæ, & Card. Bellar. lib. 1. de Verbo Dei, c. 8. To. 1. Veteres paſſim citant hunc librũ ſub nomine Hieremiæ, quoniã Baruch ſcriba & diſcipulus fuit Hieremię, vt patet ex libro Hieremiæ c. 36. quæ cauſſa fuit, cur Cõcilia antiqua, & Patres non poſuerint Baruch nominatim in Canone, quia nimirum hunc librum partem iudicarunt Hieremiæ vaticiniorum, & ita Patres aliquot citant varia loca Baruch ſub nomine Hieremiæ.

Ceterum de eo ſic ſcribit Sixtus Senenſis primo libro ſuæ Bibliothecæ Sanctæ. *Baruch id eſt, Benedictus, propheta, Neeriæ filius, Maaſiæ nepos, Sedechiæ pronepos, Sedei abnepos, Ieremiæ prophetæ diſcipulus, & ſcriba, cum poſt euerſam vrbem ex Aegypto, quo cum Ieremia fuerat abductus, veniſſet Babylonem, ſcripſit Hebraico Sermone librum propheticum, in quo calamitatem Chaldaicæ captiuitatis, & eiuſdem cauſas, incredulitatem ſcilicet, & ingrati populi Iudaici animum defleuit intermiſſis vaticinijs de felici Iudæorum in patriam reditu, de pollicitatione Teſtamenti Noui, & de Aduentu filij*

*Dei in carnem; quem librum, cum ipſe audiente ac flente vniuerſo populo, qui erat Babylone captiuus, corã Rege Ieconia, & optimatibus eius legiſſet, placuit omnibus, vt liber vna cum pecunijs Hieroſolymam, ſiue potius ad ruinas iam inceſa Hieroſolyma mitteretur ad Ioachim filium Helchiæ, & ad cæteros Sacerdotes, qui de reliquijs captiuitatis in vrbe ſupererant, vt pro ſalute populi captiui, & pro incolumitate Nabuchodonoſor regis Deum precarentur. Liber editus lectus, & miſſus fuit Hieroſolymam anno quinto Hieroſolymitanæ deuaſtationis, & Babylonicæ captiuitatis menſe primo, ſeptima die menſis, quem concilia Florentinum, & Tridentinum in Catalogo Canonico enumerant. Cyrillus item Hieroſolymorum Epiſcopus, ante mille ac ducentos annos eundem inter ſcripta Diuina irrefragabilis auctoritatis recenſet, Oratione, ex ijs, quæ inter eius Catecheſes habetur, quarta. Hilarius libro quarto de Trinit. citat huius libri teſtimonia ſub nomine Hieremiæ, quod & alij veterum facere ſolent, id ſcilicet, quod diſcipuli eſt, magiſtro tribuentes.* Partitionem huius prophetiæ ſimul cum Epiſt. Ieremiæ, tribus breuiſſimis Tabulis proponit Ederus in ſua Oeconomia.

Scripſere in Baruch. Qui in Hieremiam Prophetam. Vide, in verbo, Hieremias.

Ceterum quod ad varias lectiones Græcæ editionis 70. pertinet, vide pauca quædam in eiuſdem editione, quæ Romæ prodijt Six. V. Pont. Max.

BASCALCVS Erfordienſis, Ord. Præd. Theologus, Librum pium, & eruditũ ad Virgines Deo dicatas ſcripſit. Viuebat ann. 1420. PP. Mon. Ord.

BASILEENSE Concilium inchoatum an. 1431. & cõtinuatum Baſileæ, ac deinde Lauſannæ vſque ad annum 1449. quo tempore ceſſit Nicolao V. Pont. tam Concilium, quam Felix V. Papa in Schiſmate ab ipſo Concilio creatus. Vide acta Concilij, & ei annexã Bullam Nicolai V. Huius Concilij nihil eſt ratum, & probatum, niſi quædam diſpoſitiones circa beneficia Eccleſiaſtica, quas (pacis, & vnitatis gratia) Nicolaus Papa approbauit. Cõcilium verò ipſum reprobatur in vlt. Concilio Lateranenſi, Seſſ. 11. Bellarm. Card. libr. 1. de Concilijs, cap. 7. ad finem. Ceterum Baſileenſis Concilij breuem, ſed veriſſimam hiſtoriam idem, præter alios, Bellarminus perſtrinxit Tomo 2. poſtremæ editionis, lib. 3. de Eccleſia militante cap. 6. ea verò ſic habet: *Baſileenſe Concilium initio quidem fuiſſe legitimum; nam & Legatus aderat Romani Pontificis, & Epiſcopi plurimi; at quo tempore Eugenium depoſuit, & Felicem elegit, non fuit Concilium Eccleſiæ, ſed Conciliabulum Schiſmaticum, ſeditioſum, & nullius prorſus auctoritatis. Sic enim appellatur in Concilio Lateranenſi vltimo, Seſſ. 11. & proinde Eugenius ſemper fuit verus Pontifex, & mendacium eſt apertiſſimum Caluini, qui dicit, hoc Concilium vſq; ad finem perduraſſe in eadem auctoritate, & dignitate.* NOTA.

*Nam inprimis, quo tempore Concilium in Pontificem ſententiam pronuntiare auſum eſt, non erat in Cõcilio Legatus Pontificis, & Epiſcopi præcipui omnes diſceſſerant, ſed Cardinalis quidam Arelatenſis aſſumpſerat ſibi munus præſidendi, & quia Epiſcopi pauciſſimi erant, introduxerunt in Synodum ingentem multitudinem presbyterorum, ita vt contra omnem formam antiquorum Conciliorum, non Epiſcoporum ſed presbyterorum Synodus eſſet.*

*Deinde eodem tempore agebatur Florentiæ Concilium alterum, in quo præſidebat Summus Pontifex, & cum eo ſedebant Epiſcopi Latini, & Græci ſine comparatione plures, quàm eſſent Baſileenſes, & vna cum Epiſcopis aderat Imperator Græcorum, & Legatus Imperatoris Latinorum, vt nullo modo dubitari poſſet, vtrum ex duobus eſſet verum Concilium Eccleſiæ generale.*

*Tertio, Deus quoq; ſententiam ſuam dicere volens, tam horribili peſte Baſileam tunc affligebat, vt maior pars eorum Patrum, qui ibi erant, vel extincti, vel ſecedere coacti fuerint. Quæ omnia refert Aeneas Syluius in hiſtoria Concilij Baſileenſis, cui ipſe interfuit, & quam ediderunt nuper hæretici Baſileenſes, tãquam ſibi fauentem, propter damnatum Eugenium, cum reuera illis plurimum noceat. Adde quod Conciliũ Baſileenſe Lauſannæ continuatum, ſubiecit ſe Nicolao, vt patet ex Epiſtola Nicolai V.* Porrò Baſileenſi Concilio facem accenderunt publicata ab Henrico Caniſio in tertio Tomo Antiquæ lectionis Io. Raguſini Oratio, in qua per octo dies eodem in Concilio reſpondit in Articulum primum Boemorum De communione ſub vtraque ſpecie propoſitum à Ioan. Rochyzana Huſſita: Aegydij quoque Carlerij Decani Cameracenſis, Oratio, qua in eodem Concilio reſpõdit per quatuor dies ad art. 2. Boemorũ De corrigendis peccatis publicis, quos propoſuit Nicolaus Taborita. Et diſputatio Capituli Eccleſiæ Pragenſis cum Rochyzana, & Huſſiticis controuerſijs habita per dies quinque anno 1465. coram Gytziconе Rege Bohemiæ. In quarto autem Tomo promiſit Henric. Caniſius ſe foras daturum Orationem Ioannis Palomar, quod & præſtitit. Quæ omnia ſi perlegantur, intelliget quilibet, cui cor ſapiat, quàm firmis fundamentis cauſſa Catholicæ fidei etiam ibidem fuit defenſa. Extant Tomo 4. Conciliorum generalium editione, quæ autore Seuerino Binio prodijt Coloniæ apud Ioannem Gymnicum, & Antonium Hierat anno Domini 1606.

Greg. in Monodia Baſilij, quæ eſt oratio 20.

Ibidē vt ſupr. Greg. Naz. Epi. ad Atha. 4.8.51. Theodo. Cyrenſis Epiſt. c. 19. li. 4. Baſil. Epi. ad Occidētales 61.69.70. Grego. Naz. Epiſt. ad Baſil. 20. Et in fine Orat. funebris, ſiue Monodicæ in eum.

Basilius Magnus (quem hic non tam Alphabeti ſerie, quam dignitate primum inter alios Baſilios locamus) Cæſariæ Cappadocum, quæ olim, vt inquit Suidas, Maſaca vocabatur, Epiſcopus, natus eſt in Helenoponto, Ponti oppido, è nobilibus parentibus Baſilio, qui deinceps delectus eſt Epiſcopus, & Emmelia, quæ Græcè *concinnitatem* deſignat, vti Gregorius Nazianzenus etiam notat. Auum habuit martyrem. Fratres duos Epiſcopos, & hoſce inſignes, Gregorium Nyſſæ, Petrum Sebaſtæ, duas ſorores, quæ ſeculo valedixerunt, alios item fratres. Neque verum eſt, quod Sixtus Senenſis ſcribit, eum fuiſſe arctiſſima familiaritate cum Io. Chryſoſtomo iunctum, cum hic multo iunior fuerit, ac libros, quos de Sacerdotio ſcripſit ad Baſilium, nō ad Baſilium magnum, ſed ad alteru(in ſignem & illum quidem Epiſcopum) miſerit, quod in Io. Chryſoſtomo oſtendemus.

Porrò cum perſecutionis Eccleſiæ tempore natus ſit Baſilius vitamq; & ſanctiſſimè, & in agmine tentationum (vt idem ait Nazianzenus) traduxerit, plurima perpeſſus ab Imperatoribus, ab Hæreticis, à Catholicis item, quin etiam à Iuliano Apoſtata deſtinatus ad necem, vti ad exilium à Valente, ſed & à ſeipſo multa paſſus, dum virtutes omnes coleret, diſciplinis omnibus & ſacris literis etiam ab infantia imbueretur, in Eremo viueret, paupertatem, & virginitatem ſummo ſtudio eſſet amplexus, morbos corporis ſemper haberet comites, Eccleſiæ non tam ſuæ, quam omnium, vel cum ægrotus, ſollicitudinem haberet, Diuinam ſcientiam, & pietatem ſpirare nunquam deſiſteret, cum aliquando exclamans ea verba pronunciaſſet, *Gratias ago tibi Pater, ô conditor hominum tuorum, quòd nos etiā inuitos rectè fingis, & per externum hominem internum purgas, & per aduerſa ad beatū finem nos perducis.* denique moriens clauſit hanc vitam, Domini verbis, dicēs: *In manus tuas commendo Spiritum meum.* Et Euolauit ad cœlum, Gratiano imperante.

Nos quod de Ambroſio, Athanaſio, Auguſtino, fecimus, id de Baſilio accurate faciendum cenſuimus, eò magis, quod non ſolum, & Auctores, qui eius vitam conſcripſere, & Doctrina, & Dictio, & legitimi eius fœtus, & ſcripta, cum ſuppoſititijs, verum etiam editiones, ac verſiones variæ nobis, & conferendæ cum codicibus Græcis, & perpendendæ fuerint, conquirendum autem, ſicubi aliqua laterent m.s. Baſilij, vt excitari poſſent ingenia Catholicorum ad eadem in lucem & Græcè, & Latinè proferenda, cum ſine vlla amplificationis nota, præſtantiſſimus, & vtiliſſimus Pater, & Scriptor hic fuerit.

## *De vita Baſilij quinam ſcripſere.* Cap. I.

Gregorius Nazianzenus, qui cum Baſilio continenter fermè, & Athenis, & in Eremo, & in Epiſcopatibus coniunctiſſimè vixit, illuſtrem in Demonſtratiuo genere poſt ſuum ex Vrbe Conſtantinopolitana in Patriam reditum, orationem ad Baſilij ſ[illegible] pulchrum habuit. Quę etſi, primò illam inſpicientibus, videri longior poſſit, legendi tamen patientiā compenſabit fructus vberrimus, qui ex ea capietur. Quod & nos experti ſumus.

Porrò cum aliqua profana gentilium huic Orationi Gregorius admiſcuiſſet, Iacobus Billius ſapienter CL. viro qui hoc obijciebat, reſpondit temporis, quo hæc Gregorius dixit, rationem ab eo habitam fuiſſe, quippe & Athenis, & in pleriſque alijs Græciæ Vrbibus, ſceleratos, & impuros falſorum Deorum cultus cum oculis vſurpaſſet, libeter oblata occaſione in eos ſtylum ſtrinxiſſe, quod qui hac tempeſtate faceret, aut ineptiæ, aut vanitatis notam non effugeret.

Vide, in verbo, Amphilochius, in hoc Apparatu.

Sed & idem Gregorius Epitaphium, ſiue Carmen funebre in Baſilij laudem ſcripſit. Quam verò Baſilij vitam ab Amphilochio fuiſſe conſcriptam & alij, & Sixtus Senenſis ſcripſerunt, ea non fuit Amphilochij, quod vbi de Amphilochio locuti ſumus, oſtendimus. Quamobrem ea legenda non eſt, niſi adhibitis cautionibus, quas ibidem attulimus.

Damaſc. ora. 1. de imagin.

Helladium quoque Baſilij diſcipulum, res geſtas ſui Præceptoris ſcripto mandaſſe, auctor eſt Damaſcenus: ſed eæ non extant, quòd hactenus ſciam.

Baptiſta Carmelita Mantuanus heroica aliquot carmina de Baſilij Vita, & virtutibus cecinit.

Cæſar Card. Baronius & ipſe pleraque paſſim Tomo ſuorum Annalium diligenter intexuit, quæ ad geſta Baſilij pertinent.

## *Iudicium de Baſilij Doctrina, & ſcriptis.* Cap. II.

Porrò egregios Baſiliū elaboraſſe libros, & de Spiritu ſancto volumen, & in Hexaemeron Homilias nouem, & ἀσκητικόν, & breues, varioſque Tractatus Hieronymus

tractatus eſt;at præterea nullum alium de ijs iudicium tulit,neque adeo alios ſe vidiſſe Baſilij libros indicauit.

Reliqui plerique omnes doctrinam,& eloquentiam Baſilij ſuſpexere. Sed vnus pro omnibus ſit nobis Gregorius Nazianzenus , qui etiam Hieronymi ſui diſcipuli futuram breuitatem antea ſuppleuerat ſequentibus verbis, quæ lecturo Baſilij ſcripta, lectu ſunt digniſſima. Is igitur ſic: *Cum Hexaemeron illius in manus ſumo, atq; in ore habeo , cum Creatore coniungor, ac creationis rationes cognoſco, Creatoremq; magis admiror, ac ſuſpicio, quàm prius ſolebam, cum ſolo aſpectu magiſtro vterer. Cum libros eos,quibus hæreticorum ſcripta confutat,lego, Sodomiticum ignem cerno, quo improba, ac ſcelerata lingua in cinerem rediguntur, aut Chalanæ turrim ,vt malè conſtructam, ita rectè interruptam,atq; deletam. Cum ea, quæ de Spiritu ſancto ſcripſit,euoluo, Deum, quem habeo,nanciſcor, veritatem libero, & fidenti animo prædico, illius videlicet Theologiæ,atq; contemplationi inſiſtens. Cum alias eius enarrationes perlego, quas ijs,qui hebetiori ingenio ſunt, explicat trifariam in ſolidis cordis ſui tabulis deſcribens, eò adducor, vt non in externo literæ cortice pedem figam, nec verborum tantum ſuperficiem ſpectem, ſed vlterius progrediar, atq; ex profundo in profundum tranſeam , abyſſum per abyſſum inuocans, ac per lumen inueniens,quouſque tandem ad ſummum verticem peruenero. Cum martyrum encomia lego, corpus contemno, & cum ijs, qui laudibus efferuntur, animo verſor, atq; ad certamen excitor. Cum orationes eas, quas de moribus, ac bene viuendi ratione ſcripſit, in manus accipio, animo , & corpore purgor, templumq; Dei capax efficior, atque inſtrumentum muſicum à Spiritu pulſatum , Diuinamq; gloriam, & potentiam canens. Per eas corrigor, & concinnor, atque Diuina quadam immutatione alius ex alio efficior.* Hæc Nazianzenus. Qui cum alia ſubdidiſſet, quibus rationem in ſcribendo à Baſilio adhibitam pro ratione aut temporis, aut Hæreticorum, cum quibus decertabat, explicuit, addidit, *Baſilium in ſcribendo de Spiritu ſancto calamum quaſi ex Spiritus pyxide mouiſſe.* Eſa.70.Interpr. ea eſt Turris Babel.

At cum Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus eandem,quam Gregorius iſte viam inſtitiſſet,vt veritatem libero,& fidenti animo & ipſe prædicaret,Baſilij Theologiæ inhærens, Ephrem autem vir ſanctus,præter alia,quæ agnoſcit in Baſilio, hæc de illo, ad illũ conuerſus, pronunciauerit *Inſtar Petri prædicaſti, inſtar Pauli docuiſti,inſtar Thomæ Filium Dei cõfeſſus es, inſtar Matthæi, Marci,Lucæ,Ioannis de rebus Diuinis diſſeruiſti:* atque adeo Gregorius Niſſænus Baſilij frater ſuper Baſilij dexteram viderit inſidentem columbam , eidem cõcionãti,Sermonem ſuggerentem, Baſilius verò ipſe omnem operam ſemper dediſſet,vt quã puriſſima vita Verbum Dei intelligeret, ac tractaret,nemo non de cœleſti eius doctrina dubitauerit,quin auidiſſimè ſit & legenda,& haurienda. Quod ſi vſus gignit eruditionẽ, ac perpetua cum hoſtibus concertatio acuit ingenium,quanta fuerit eruditio,& acumen illius,qui in palæſtra aduerſus hæreticos ſemper ſtetit,ac Satanę omnes aſtutias noſcens, eas inuictus aperuit,& vicit?

## *Dictio Baſilij qualis. Cap. III*

Scio autem non defuiſſe noſtra ætate,qui Græcam linguam callentes, mirantes Baſilij ſtylum, eum appellauerint Chriſtianum Demoſthenem, ſtylum autem gemmeum ipſius dixerint. At qui in media Græcia nati erant, ſiue ipſi Ethnici,ſiue etiam Chriſtiani, (quamuis in omnibus haud Orthodoxi) potuere adhuc melius cœleſtem eius eloquentiã agnoſcere. Quamobrem Libanius præter alia multa, ori Baſilij ſcribit ineſſe eloquentiæ fontes,quorum riuuli quoſuis ſuperent latices. Sed & Gregorius Nazianzenus Beſcleelis ſapientis artificis Sermonum, ac dogmatum Spiritum in eodem Baſilio teſtatur, quem & veritatis ſcintillã,& Solem alibi ſine vlla aſſentationis nota nominat. Photius aũt inquit: Ἀνεγνώσθη Βασιλείου τοῦ θεσπεσίου τὰ εἰς τὴν ἑξαήμερον, ἄριστος δὲ ἐν πᾶσι τοῖς αὐτοῦ λόγοις ὁ μέγας Βασίλειος. λέξει τε γὰρ καθαρᾷ καὶ εὐσήμῳ, καὶ κυρίᾳ, καὶ ὅλως πολιτικῇ, καὶ πανηγυρικῇ δεινὸς, εἴ τις ἄλλος, χρήσασθαι. νοημάτων τε τάξει, καὶ καθαρότητι πρῶτος, ἀλλ' οὐδενὸς δεύτερος εἴδεται, πιθανότητος, καὶ γλυκύτητος, καὶ γε λαμπρότητος ἐραστὴς, καὶ ῥέων τῷ λόγῳ, καὶ ὥσπερ ἐξ αὐτοσχεδίου, πηγάζων τὸ ῥεῖθρον. τοσοῦτον δὲ τῷ πιθανῷ ἐπὶ τὸ αὐτὸν ἥκειν ἀποκεχρημένος ὥς εἴ τις πολιτικοῦ λόγου τοὺς αὐτοῦ λόγους παράδειγμα ἑαυτῷ θείη, ἔπειτα τούτους ἐμμελετῴη, μηδὲ τῶν εἰς τοῦτο συντελούντων δηλονότι νόμων ἄπειρος ὑπάρχων, καὶ οὐδενὸς αὐτὸν ἑτέρου δεήσεσθαι, οἶμαι, οὔτε Πλάτωνος, οὔτε Δημοσθένους. οἷς οἱ παλαιοὶ ἐνδιατρίβειν προτρέπονται, εἰς τὸ πολιτικόν τε, καὶ πανηγυρικὸν ῥήτορας γενέσθαι. hoc eſt, *Diuini etiam Baſilij in Hexaemeron Homiliæ perlectæ à me ſunt: Omnino in omnibus ſuis Orationibus magnus Baſilius eſt præſtantiſſimus. Nã dictio ipſius eſt , & pura & propria, & animi ſenſa exprimens optimè, & in vniuerſum conueniens, & apta ſi cuiuſquam alterius, vt ad Orationes, quæ in populi cœtu, & ciuium Concilijs habentur, transferatur. Primus certè, vel nemini ſecundus, quòd ſciam, eſt in ſententiarum & puritate, & ordine: ſtudioſus autem orationis ad perſuadendum accommodatæ, & ſuauis, & ſplēdidæ, & ita Sermone fluens, vt profluat inſtar riuuli, qui ex ipſo ſuo fonte emanat:*

*Et profectò eouſque in perſuadendo, diuturno vſu progreſſus eſt, vt ſi quis ipſius Orationes ad exemplar alicuius orationis publicè habendæ ſibi proponat, & ipſas fuerit diligenter meditatus, modo planè regularum illarum, quæ ad id videlicet conducunt, penitus expers non ſit, vt equidem ſentio, nullo prorſus alio magiſtro egere videatur, neq; adeo Platone ipſo, aut Demoſthene, quorum ſcripta Rhetores antiqui euoluere eos hortantur, qui volunt ſummi Oratores tam in ciuium Concilijs, quam in populi conuentib. euadere.* Hæc Photius, qui & de Baſilij libris moralibus, Epiſtolis, duobus libris Aſceticorum abs ſe lectis, idem alibi iudicium in eadem fert Biblioth.

NOTA. Ac certè, vt hoc obiter ipſe addam, quoniam elegantiſſima Baſilij dictio Latinis auribus vix poteſt innoteſcere, propterea ſi in gymnaſijs adoleſcentum libri, ſiue Homiliæ in Hexaemeron Baſilij Græcè exponerentur, miros excitarent in adoleſcentum animis igniculos ad veritatem, ac pietatem: cumq; plurima inde eruditione imbuerentur, non facilè dixerim, quanta iucunditate ipſius Attici ſermonis ex vno Baſilio perfunderetur.

## *Græca Baſilij ſcripta, quænam extent ſiue in lucem edita, ſiue non edita. Quidq; in deprauatis eorum aliquibus cauendum. Cap. IIII.*

Id autem ſciendum, licet Hieronymus in Catalogo de Scriptorib. Eccleſiaſticis pauca Baſilij enumeret ſcripta, multo plura tamen illum conſcripſiſſe; quæ cum nondū prela, & typographiæ exiſterent, haud ita facile paſſim haberi poterant ad manus. Caſſiodorus certè in Præfatione libri Inſtitutionum Diuinarum lectionum, Baſiliū inter eos Scriptores ponit, qui à principio vſque ad finem Diuinam ſcripturam expoſuere.

Duas verò Græcas Operum Baſilij editiones præter Aldinam præcipuè euoluimus. Alteram, quæ ann. Dom. 1532. Baſileæ ex officina Frobeniana, alteram, quæ ann. 1535. apud Stephanum Sabium, emiſſa eſt Venetijs:

In Baſileenſi ſunt Homiliæ 11. in Hexaemeron, adnumeratis duabus de quibus diximus, Gregorij Nyſſæni. Homiliæ 15. in Pſalmos. Homiliæ aliæ variæ 29. De Spiritu ſancto ad Amphilochium, lib. 1. Epiſtolæ Baſilij, & Gregorij Nazianzeni 180.

In Veneta Sabij, præter alia ſunt, quæ aduerſus Eunomium ſcripſit. Sed & poſtea Baſileenſes Græcè item ediderunt Baſilium cam libris contra ipſum Eunomium.

In hos autem codices ſiue prelis ſuppoſitos, ſiue manuſcriptos, etſi nō in omnes quoniam è falſatis exemplaribus varij irrepſerunt errores, quorum exemplarium adhuc in Veneta Sancti Marci Bibliotheca, aliqua aſſeruantur, ideò nonnulli neceſſariò inſerendi ſunt huic loco, licet hoc ipſum in libro ſexto noſtræ Bibliothecæ Selectæ fecimus, vbi actum eſt de iuuandis Græcis.

Tertiò igitur Sermone, ſeu libro aduerſus Eunomium, conati ſunt aliqui, Spiritui ſancto aliam, quàm Patri, & Filio naturam tribuere. Codex tum excuſus ſic habet. Τίς γὰρ ἀνάγκη, ἐν τῷ ἀξιώματι, καὶ τῇ τάξει τρίτον ὑπάρχει τὸ πνεῦμα, τρίτον εἶναι αὐτὸ καὶ τῇ φύσει; ἀξιώματι γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ παραδιδῶσιν (ἴσως) ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος. Φύσει δὲ τῇ τρίτῃ χρῆσθαι οὔτε παρὰ τῶν ἁγίων γραφῶν δεδιδάγμεθα, οὔτε ἐκ τῶν προειρημένων κατὰ τὸ ἀκόλουθον δυνατὸν συλλογίσασθαι. At illud (ἴσως) inſeruit aliquis Trinitatis oſor, vt ſententiam Baſilij faceret dubiam. Neq; enim illud (ἴσως) cohæret cum ijs verbis, & aſſeueratione, quam Baſilius ipſe affert ibidem. Nec in verſione Latina Georgij Trapezuntij viri eruditi, & Græci extat. Hic enim ſic: *Cur enim neceſſe eſt, ſi dignitate, ac ordine tertius eſt Spiritus, natura quoq; ipſum tertium eſſe? Dignitate namq; ipſum ſecundum eſſe à filio, tradit pietatis ratio. Natura verò tertia, vti nec à Diuinis ſcripturis docti ſumus, nec ex prædictis poßibile eſt conſequenter colligi.*

Paullo poſt frauduleter quoque interpoſita illa verba ſunt, ἵν' ὅλως καὶ συγχωρήσωμεν, Sic enim editus illemet Venetijs codex habet, οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα, τὸ ἅγιον εἰ καὶ ὑποβέβηκε τὸν υἱὸν τῇ τε τάξει, καὶ τῷ ἀξιώματι (ἵν' ὅλως καὶ συγχωρήσαμεν) οὐκέτ' ἂν εἰκότως ὡς ἀλλοτρίας ὑπάρχων φύσεως, καὶ τὸ ἀκόλουθον ἐκεῖθεν δῆλον. At neq; illud cohæret neq; extat in verſione Trapezuntij. Qui quidē ſic habet: *Ita videlicet & Spiritus ſanctus, etſi dignitate, & ordine ſecundus à Filio eſt, non tamen veriſimiliter alienæ ipſum eſſe naturæ inde conſequetur.*

Deinceps & illud doloſè adiectum, ὥς λέγουσιν. codex enim ſic editus deprauatus eſt, vt ancipitem certiſſimi dogmatis faceret ſenſum. οὕτω δηλονότι καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, εἰ καὶ ἀξιώματι, καὶ τάξει ὑποβέβηκεν, ὥς λέγουσιν. Mox item vox, quæ ſequitur, Φησὶ, eandem fraudem ſapit. Ita enim cuderunt. παρειλήφαμεν γὰρ αὐτό (φησὶ) τρίτον ἀπὸ πατρὸς, καὶ υἱοῦ ἀριθμούμενον, αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἐν τῇ παραδόσει τοῦ σωτηρίου βαπτίσματος παραδεδοκότως τὴν τάξιν, ἐν οἷς εἶπε. πορευθέντες βαπτίζετε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος. Et Trapezūtius igitur rectè hoc quoq; ex non falſato codice vertit. Sic inquiens; *profectò & Spiritus ſanctus dignitate quidem ordinis tertius eſt. Accepimus enim ipſum tertium à Patre, & Filio numeratum, cum ipſe Dominus in traditione*

*ſalutaris*

*ſalutaris baptiſmi ordinem tradiderit, his verbis. Euntes baptizate in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.*

Videt igitur, quiſquis acutius inſpicit in rei propoſitæ ſcopum, quantum è pauciſſimarum dictionum ſubdola interpoſitione fieri naufragium poſſit in re omnium ſumma. Vniuerſæ enim Diuinitatis negotio eſt ( oſtendit idem Baſilius libro contra Sabellianos, Arium & Anomæos) ſi quis æquali honore non affecerit Spiritum ſanctum, atque afficit Patrem, & Filium. ὥστε (inquit) *μὴ τιμῶν τὸ πνεῦμα, οὐ τιμᾷ τὸν υἱόν, καὶ μὴ τιμῶν τὸν υἱόν, οὐ τιμῶν τὸν πατέρα. οὕτως ἄρα ἡ περὶ οὕ τι τῶν πιστευομένων ἀγνωμοσύνη, ὅλης ἐστὶ τῆς θεότητος ἄρνησις.*

Ceterum præter ſexcenta alia Baſilij loca huc ſpectantia, Gregorij Nazianzeni teſtimonium de illo, hoc de dogmate, fraudem deprauantium Baſilij codicem planiſſimè aperit. Sic enim Gregorius in Monodia, ſiue Oratione, quæ viceſima eſt numero, in funere Baſilij. *Tum verò in ſuis ad me Sermonibus apertius id demonſtrauit (neque enim quicquam vnquam, cum de his rebus mecum colloqueretur, animo tectum, occultumquè habuit) non ſimpliciter affirmans, ſed quod antea ipſi perrarò acciderat, ſibi rem omnium maximè horrendam imprecatus, nempe vt ab ipſo Spiritu excideret, niſi cum Patre, & Filio Spiritum vt conſubſtantialem, & honore parem veneraretur.*

Addo locum illum Baſilij, lib.3. aduerſus Eunomium in Concilio Florentino dixiſſe Græcos corruptum fuiſſe, ac non haberi niſi in quibuſdam codicibus. At Latini reſponderunt Græcum codicem potius eſſe ab ipſis corruptum, & exhibuerunt codicem antiquiſſimum ſcriptum ante ſexcentos annos, vbi erant omnia, quæ ad veritatem hanc pertinent, præterquam quod è conſequentibus patet id quod diximus. Sanè in Græco textu Baſileæ edito an.1551. habétur hæc verba ſine voce illa *ἴσως. ἀξιώματι μὲν γὰρ δευτερεύειν τοῦ υἱοῦ παραδίδωσιν ὁ τῆς εὐσεβείας λόγος.*

## *Catalogus m.ss. Operum Baſilij, quæ ſunt in varijs Bibliothecis præſertim in Vaticana. Cap. V.*

In Vaticana quidem Pont. Max. Bibl. extant his inſcriptionibus varia Baſilij varijs in voluminibus, ſiue ſeiunctis libris.
Epiſtolæ, & Sermones varij.
Aſcetica. Ethica.
In Eſaiam Prophetam plura exemplaria.
Homiliæ variæ.
Epiſtola ad Greg. Theol.
De vera incorruptione in virginitate.
Epiſtolæ mutuæ Baſilij, & Libanij.
Sermo adhortatorius ad Baptiſma.
Homiliæ aliæ 44. & varij Sermones contra Arianos.
In Hexaemeron.
In Pſalmos aliquot.
In Chriſti Domini Natiuitatem.
Adhortatoria ad ſacrum Baptiſmum.
De Ieiunio.
Sermo contra ebrios.
Sermo contra iracundos.
De Euchariſtia.
De Inuidia.
In S. martyrem Iulittam.
In Quadraginta martyres.
Encomium in S. Barlaam.
Homilia in ſextum Pſalmum.
In quadrageſimum Pſalmum.
Contra fœneratores.
In alios Pſalmos aliquos.
Quòd Deus non eſt cauſſa malorum.
In illud, Attende tibi ipſi.
In illud Lucæ, contra Diuites.
Ad Diuites.
Initium Prouerbiorum.
Homilia recitata in Laciſis.
De illo. *In principio erat Verbum.*
Homilia in peſte.
Homilia de humilitate.

## *Baſilij ſcripta in Auguſtana Vindelicorum Bibliotheca. Cap. VI.*

Sermones Græci m.s. quadraginta ſex locati, num.14. Trecentæ & quadraginta octo Epiſtolæ. Num.16. Aliquot verò decadas non traditarum prelis adornauit alius elaborator Auguſtæ. Contra Eunomium *ἀντιρρητικοί.* Et de Spiritu ſancto ad Amphilochium. Num.15. Hom. de Nuncio vitæ remittendo, deque perfectione. Num.68. Quænam verò item alia, & eorum Græcè, vel nondum edita. Quæue illarum ſint inſcriptiones: ad calcem totius Apparatus Sacri erunt cum aliquibus alijs Catalogis inſignium Bibliothecarum adiuncti.



Digitized by Google

### *Baſilij opera, quæ Græcè extant manuſcripta in inſigni Bibliotheca Siciliæ. Cap. VII.*

At præter hæc extant aliarum inſignium Bibliothecarum Indices, ſiue Catalogi, in quorum altero, qui Pio IIII. Pont. Max. iubente confectus eſt anno 1563. Meſſanæ in Sicilia, opera Ioannis Cerdon Ducis Medinæ Cœli, in Archimandridatu S. Saluatoris, librorum Græcorum manuſcriptorum hæc inſcriptio cernitur. Baſilij Magni Dialogi trecenti, & quindecim. Eiuſdem pœnæ irrogatæ Sacerdotibus delinquentibus. Eiuſdem exercitatoriæ Conſtitutiones ad eos, qui in Monaſterijs viuunt, partim Dialogis conſcriptę, partim per Epiſtolas traditæ, in folio. In altero autem Catalogo. Liber Diuinorum dogmatum, & præceptorum Gregorij Theologi, Gregorij Niſſæni, Baſilij Magni, Athanaſij, Damaſceni, Chryſoſtomi, & aliorum aduerſus Philoſophos Græcos. At in alios D. Baſilij Magni Archiepiſcopi Cæſarienſis in Pſalmos expoſitio à primo Pſalmo vſque ad cẽteſimum quartumdecimum interpollata, & Sermones aliquot de diuerſis rebus, vbi ſunt duo de Euchariſtia. Opus corruptum in principio, & mutilum in fine. Sermo item m. s. eiuſdem Baſilij in Transfigurationem Domini. Et Homiliæ in Pſalmos diuerſos, Opus corroſum. Item liber hac inſcriptione. D. Amphilochij Epiſcopi Iconij copioſa hiſtoria, de vita, & miraculis D. Baſilij Magni. Alius item quo Baſilij Sermones continentur. Quorum primus eſt Prologus, & Præfatio exercitatoriarum deſcriptionum. Prætereà Moralia, Dialogi, & Epiſtolæ. Homilia quoque Baſilij Magni adhortantis ad ſacrum Baptiſma.

### *Baſilij manuſcripta Græcè in Bauarica Bibliotheca Monachienſi. Cap. VIII.*

Verum enimverò ingens penu nobilium librorum, qui ſunt in Bauarica Bibliotheca, habet item plures libros Baſilij m. s. ex ijs quos commemorauimus. In Eſaiam Prophetam tres varios codices. De incorrupta virginitate non ſemel. Aſcetica initio mutilata. Hiſtoriam Myſtagogicam, & Eccleſiaſticam, hoc eſt myſtica Altaris, & Sacerdotalium ornamentorum expoſitionem. De inſtituenda iuuentute. Prætereà Argumenta, & Summaria, & expoſitiones breues in Pſalmos, & inſcriptiones Pſalmorum ex Euſebio Niſſæno, Athanaſio, Baſilio, Marcellino, & alijs. Cæterum, ad finẽ huius Apparatus, verij Catalogi erunt, vt diximus, qui ſubinde è varijs Bibliothecis inſignioribus procurantur.

### *De quibuſdam operibus, deq; alijs Baſilio aſcriptis cautio. Cap. IX.*

Iam verò illud, quod ad decimam, atque vndecimam Homilias pertinet, quæ quidem alijs nouem in Hexaemeron Baſilij fuerant adiunctę, eę nequaquam Baſilij legitimi ſunt fœtus: ac tamen Gregorio Nyſſęno eius fratri aſcriptæ ſunt, cuius ſtyli, atque tractationis non exigua eſt à Baſilio diuerſitas. At quod ſpectat ad eiuſdem Baſilij Quæſtiones compendio explicatas, haud certò conſtat eas eſſe Baſilij Magni, an potiùs Euſtachij Sebaſteni, cuius multi, & graues errores damnantur à Concilio Gangrenſi. Euſtachio namque iſti tributum à pluribus fuiſſe hunc librum, teſtes ſunt Sozomenus lib. 3. cap. 15. & Nicephorus lib. 9. cap. 16. & lib. 13. cap. 9.

Cæterum quod Baſilius in prima, & in ſecũda Homilia in Hexaemeron viſus ſit cum Origene, atque alijs quibuſdam Patribus (etiam Latinis) credidiſſe, creatos fuiſſe ante hũc Mundum Angelos, ac Mundum ipſum inuiſibilem; primo quidem hæc Acacius Cæſarienſis in libro Selectarum quæſtionum, Diodorus Tharſenſis in primum cap. Geneſeos, & Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus in tertiam Geneſeos quæſtionem, adhibita quadam cautione, confutarunt. Deinde Synodus Lateranenſis ſub Innocentio III. anno 1215. viſa eſt ſequentibus verbis reprobaſſe illis verbis. *Creator omnium inuiſibilium, & viſibilium, ſpiritualiuũ, & corporalium ſua omnipotenti virtute ſimul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturm, ſpiritualem, & corporalem, Angelicam videlicet, & Mundanam.* Sed quomodo hoc ſit intelligendum, viderit Lector S. Thomam, & Caietanum Card. exponentes primam Decretalem eiuſdem Concilij. Cùm autem apud antiquos Auctores conſtet Leontium Cæſareæ in Cappadocia Epiſcopum interfuiſſe Nicæno Concilio, cui & ſubſcriptus reperitur in calce, putatur S. Baſilius (quod humanum eſt) memoria lapſus, cum Leontij ſucceſſorem Hermogenem ſediſſe ait cum Patrib⁹ in Nicæno Concilio, ſic dicens: *Hermogenes ex diametro hoſtis erat Arij improbatæ opinionis, quemadmodum notum eſt ex fide, quæ primum ab illo viro pronuntiata*

*ciata eſt.* Et hæc quidem verba in Epiſtola Baſilij 82. cũ in ſeptuageſima idem Baſilius nominet eundem Hermogenem Epiſcopum Cæſareæ Cappadociæ ciuitatis. Vide Card. Baron. To. 3. Annalium ſub annum 325.

## *Latina Baſilij verſio à varijs. Editiones item diuerſæ, ac quanam tum melior, tum auctior. Cap. X.*

At Baſilij Magni opera, à pluribus & verſa, & excuſa ſunt. idq; tum à Catholicis, tum ab Hæreticis. In quo Diuinæ ſapientiæ vis intelligi maximè poteſt, tum quod inimici noſtri Patrem hunc vertentes, atque ſæpè cudentes, iudices (velint, nolint) ſunt aduerſus ſemetipſos, qui iam mentiri non poſſint Eccleſiam Catholicam eadem fide, Sacramentis, Ritibus, Poteſtate, Traditionibus, Votis, Monachiſmo ſtetiſſe, quibus hodieque cõſtat: tum etiam, quòd Patrum labores nunquam pereunt, quibus apud nos ſicuti apud Deum charitate, atque orationibus ſartam, tectam orthodoxam noſtram religionem tuentur, non minus quàm fecerunt, dum hic fuere ſuperſtites. Delectus tamen habendus eſt vti editionum, ita interpretum, qui Baſilium è Græco, ſiue item è Syriaco idiomate in Latinum verterunt.

Et quidem Interpretes Catholici, qui Baſilij non omnia, ſed quædam inter ſeſe partientes, hoc præſtitere, ſunt, qui ad manus meas hactenus peruenerunt, ſequentes.

D. Ambroſius, de quo vide in verbo, Ambroſius Ambroſij F.

Dionyſius Exiguus Romanus tranſtulit Hexaemeron Baſilij in Latinam linguam, ſed cum non plenè ſatisfaceret, Godefridus Tilmannus monachus Cartuſianus, id colluxatum (vt ipſemet inquit) ac mutilum ſuæ natiuæ integritati reſtituit.

Et Ruffinus antiquitus verterat Aſcetica Baſilij, ſed non integrè, nec verſione reſpõdente contextus continuationi, ſed hinc inde è Baſilij præſertim fuſioribus, atque item ex contractioribus ſi hæ Baſilij ſint.

Io. Argyropylus Bizantinus & ipſe Baſilij Hexaemeron vertit: ſed duas poſtremas homilias à nonnullis Gregorio Niſſæno attributas omiſit. Quas tamẽ Ioachimus Perionius cum reliquis vertit. Sed cum in huius verſione deſideratum ſit, vt Græcum ſenſum magis aſſequeretur, nos, quæ huc pertinent, ad calcem huius Tractationis adiecimus.

Reliqui ſunt Raphael Volaterranus, Ambroſius Camalduléſis, Georgius Trapezuntius, Petrus Franciſcus Zinus, Gulielmus Budæus (quamquam hic vnicam, ſed longam Epiſt. Baſilij de vita in ſolitudine agenda ad Greg. Nazianzenum, tantummodo vertit) Iac. Mycræus, Gentianus Heruetus, qui Canones Baſilij commentarijs Balſamonis Antiocheni Patriarchæ explicatos, Andreas Maſius, qui è vetuſtiſſimo codice Syriaca lingua, & charactere ſcripto, precationem Baſilij, qua ſolebat ſacra facturus, vti apud Deum, tranſtulit in Latinum. Et hæc quidem verſio extat in Bibl. SS. PP. ſecundæ editionis Pariſienſis. Tom. 6. ſicuti in To. 4. eiuſdem Bibl. inſertus eſt Dialogus Baſilij, & Gregorij Theologi de inuiſibili Dei eſſentia. Staniſlaus item Iiouius, (quem puto eſſe Catholicum, neq; enim in Indice notatur prohibitorum librorum) vigintiquatuor Baſilij orationes interpretatus eſt. Incerti porro aliqui, & anonymi, vti habet editio Antuerpienſis apud Nutium, an. 1568. Et Alex. quidem Braſſicanus in præfatione ad lib. Saluiani de verò iudicio Dei ſe habuiſſe ſcribit Baſilij Hexaemeron integrum, ac multò copioſius, quam vel ab Argyropylo, vel ab Euſtachio ad Syncleticam Germanam fuerit in Latinam linguam cõuerſum. Sed & Petrus Galeſinius, promiſerat B. Carolo Cardin. S. Prax. in dedicatione Saluiani, & aliorum 4. Auctorum veterum, ſe verſurum è Græco Greg. Nazian. & Baſiliũ, verum dum plura parturiebat, non potuit (opinor) tam multa parere. Neſcio verò an in ſuis ſcriptis, quæ Card. Borromæo iuniori legauit, ſit aliquid iſtarum verſionum. Iam editiones quoque Catholicorum duæ præcipuè fuerunt, quæ nobis poſtremo Baſilium auctiorem, & emendatiorem tradiderunt, Philippus Nutius Antuerpiæ, an. 1569. Sebaſtianus Niuellius Pariſijs, an. 1571. Quæ verò continentur in ijs, catalogus inſertus capiti poſtremo indicat.

Sanè verò Baſilij Opera, & Ceremoniale Syrochaldaica quoque extare audio: cum & Italicè quædam Baſilij orationes ſint verſæ.

## *Obſeruata in verſione Homiliarum Baſilij Magni, & Gregorij Nyſſani, facta à Ioachimo Perionio. Cap. XI.*

Libenter, ne dicam, & neceſſariò contuli Ioachimi Perionij verſionem Homiliarum



Digitized by Google

Magni Baſilij, cum contextu Græco, vt qui Patres antiquos euoluunt, intelligant, quantopere expediret, vt Græcæ linguæ vſus in Scholis reuiuiſceret (id, quod in Bibl. Selecta nó vno in loco aſſeruimus) ac vt, qui eam linguam non callent, verſiones certè meliores agnoſcerent, & adeo, ſi poſſent, procurarent, vt tantorum virorum, quorum Baſilius dici poteſt anteſignanus, lumina ſplendidè omnibus illuceſcerent.

Ioachimus igitur Perionius vir alioqui doctus, & Catholicus, ſed, & ſui ſtyli tenacior, & minus aliquando Græcæ (Atticę præſertim) linguę vim aſſecutus, vereor quin magis auertat, quam alliciat Lectorem Baſilij, ad hunc deguſtandum: cum interea mihi Ioannis Argyropyli verſio in Hexaemeron magis probetur.

Initio igitur primæ, ſiue Homiliæ, ſiue, vt ille vocat, Orationis in Hexaemeron, cum planius potuiſſet interpretari, quæ ad pręparandum animum ad eam lectionem ſpectant, potuiſſet item magis pro dignitate Auctoris, atque D. Scripturæ (addo & pro captu, & fructu legentium) ſi vulgata Bibliorum tranſlatione vſus fuiſſet, eandem fermè paſſim omiſit vertendi rationem, cum ſcripturæ verba tranſtulit. E duobus autem, vel tribus Baſilij periodis hoc liquebit.

Loquens Baſilius de Moyſi, ait εἵλετο συγκακουχεῖσθαι τῷ λαῷ τοῦ θεοῦ ἢ πρόσκαιρον ἔχειν ἁμαρτίας ἀπόλαυσιν Perionius autem ſic. *Maluit cum Dei populo opprimi, quàm peccati, quæ ad tempus durat, voluptate perfrui.* Io. verò Argyropylus ita. *Praelegit calamitates, ærumnasq́; cum Dei populo experiri, quàm vt tēporaria voluptate perfruitus ſe obnixium redderet peccato.* At ſcriptura, vnde hoc Baſilius ſumpſit, habet. *Magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iucunditatem.* Paulò infra, de eodem Moyſe Baſilius loquens: εἶδε θεὸν, ὡς ἀνθρώπῳ ἰδεῖν δυνατόν. μᾶλλον δὲ ὡς οὐδενὶ τῶν ἄλλων ὑπῆρξε, κατὰ τὴν μαρτυρίαν αὐτὴν, τοῦ θεοῦ, ὅτι ἐὰν γένηται προφήτης ὑμῶν τῷ κυρίῳ ἐν ὁράματι αὐτῷ γνωσθήσομαι, καὶ ἐν ὕπνῳ λαλήσω αὐτῷ οὕτως ὡς ὁ θεράπων μου Μωϋσῆς ἐν ὅλῳ τῷ οἴκῳ μου πιστός ἐστι, στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ ἐν εἴδει, καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων. Perionius ſic. *Vidit Deum, vt cum cernere homo poteſt, atq; adeo, quemadmodum contingit adhuc nemini, vel Deo ipſo teſte. Si fuerit Propheta veſter Domini, aſpectu ei notus ero, & per quietem cum eo loquar, non ita eſt ſeruus meus Moyſes, qui in tota doma mea fidelis eſt, os ad os loquar cū eo, in ſpecie, & non in ænigmate.* At Argyropylus propius ſcripturæ ita. *Deum vidit, quoad videre poteſt homo, verius quantum mortalium nemini conceſſum eſt videre, id comprobante Dei teſtimonio dicētis: Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, & per ſomnium alloquar, eum, At non ſic, vt ſeruus meus Moyſes, qui in tota domo mea fidelis eſt, ore ad os loquar ei in viſione, & non per ænigmata.* Sed & Diuina Scriptura, quamuis Baſilius ex 70. (nec omnia verba) afferat, habet in vulgata noſtra editione Latina. *Si quis fuerit inter vos Propheta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquor ad illum. At non talis ſeruus meus Moyſes, qui in omni domo mea fideliſſimus eſt: ore enim ad os loquar ei: & palam, & non per ænigmata, & figuras Dominum videt.* Ceterum in verborum, aut ſenſuum vi aſſequenda Perionius poterat præſtare aliquid melius.

In eadē prima Oratione, vbi Græcè legitur. νῦν γὰρ συνιόντων ἀλλήλοις τῶν ἀμερῶν σωμάτων, νῦν δὲ μετασυγκρινομένων τὰς γενέσεις, καὶ τὰς φθορὰς ἐπιγίνεσθαι, καὶ ἐπὶ τῶν διαρκεστέρων σωμάτων τὴν ἰσχυροτέραν τῶν ἀτόμων ἀντεμπλοκὴν τῆς διαμονῆς τὴν αἰτίαν παρέχειν. Perionius vertit.

*Nunc enim complexionibus, concurſionibusq; indiuiduorum corporum inter ſe, nunc declinationibus ortus, interitusq; rerum conſequi. Et in corporibus maioribus atomorum è regione inhæſione, quæ ſit fortior, cauſam ſtabilitatis afferre.* Sed rectius videtur, ſi vertatur. *Nunc concurſione, nunc concretione atomorum res oriri, atq; interire. Et in corporibus fortioribus, validiorum atomorum connexionem præbere cauſam firmitatis.* Septem lineis infra. τί καλὴ ἡ τάξις; ἀρχὴν πρώτην ἐπέθηκεν, ἵνα μὴ ἄναρχον αὐτὸν οἰηθῶσί τινες; Perionius. *Principium primum præclara adhibuit deſcriptio, vt ne, &c.* At vertendum cum interrogatione, ſic. *Quam præclarus ordo à primo principium poſuit? vtne, &c.* ſequ. pag. Προαναφώνησις τῶν περὶ συντελείας δογμάτων, καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου μεταποιήσεως, τὰ νῦν ἐν βραχέσι κατὰ τὴν στοιχείωσιν τῆς θεοπνεύστου διδασκαλίας παραδιδόμενα. Perionius. *Prædicta eſt Decretorum, quæ de extinctione anteceſſit, ac de Mundi mutatione, quæ modo breuiter Elementis à Deo inſita doctrina tradita ſunt. Nos autem ſic. Prædictio hæc eſt dogmatum extinguendæ, immutandæq; vniuerſitatis, quæ nunc ex prima Diuinitus inſpirata doctrina traduntur.*

In eadem Oratione prima Perionius ita vertit. *Erat quædam huius Mundi ortū antiqua forma præſtantiſſimis naturis digniſſima.* At κατάστασις potius *cōſtitutionem* deſignat, & ὑπερκόσμια, quę ibi habetur, *id quod ſupra Mundum eſt.* Rectius igitur ſic. *Erat quædam huius Mundi ortu antiquior conſtitutio naturis, quæ ſupra Mundum ſunt digniſſima.*

In eandem, ἢ τάχα διὰ τὸ ἀκαριαῖον, καὶ ἄχρονον τῆς δημιουργίας. Perionius. *aut fortaſſe propter molitionem, quæ caruit tempore, dictum eſt.* IN PRINCIPIO. Nos, *vel fortaſſe quia ipſe affectio per exigua fuit, & ſine tempore, dictum eſt, &c.*

Paulò inferius, quod Baſilius habet. ἀθρόως, καὶ ἐν ὀλίγῳ. Perionius vertit. *Summatim & in*

exiguo

*exiguo momento.* Cum potius dicendũ eſſet, *ſtatim, ſimul, confeſtim.* Nã hæc omnia vult, ἀθρόως.

Duabus lineis, vel tribus poſt. κατὰ νοῦ ἐνέργειαν. vertit *animi actionem.* Cum debuiſſet vertere. *Mentis actionem.*

Poſt mediũ ipſius primæ Orationis ἀλλ' εἶπεν ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν οὐκ ἐνήργησεν, οὐδ' ἐπέστησεν, ἀλλ' ἐποίησεν. Perionius, ſed dixit. *In principio fecit, non egit, non conſtituit, ſed fecit.* Sanè exprimendus erat Baſilij ſenſus planius, ἐνήργησεν enim *actionem oſtendit, nihil poſt ſe relinquentem,* ἐπέστησεν. autem *aggreſſionem* quandam declarat hoc loco.

Non valdè procul à fine. Perionius habet, *particepsq; terra propter locum è regione oppoſitũ.* Sic enim vertit vocem illam Baſilij ἀντιτυπίαν. verbi vis, atque notio propriè eſt *durities ſeu vis reſiſtendi.*

In tertia oratione Perionius vertit, perſpicuè, & artificioſè hæc orationis figura ſumpta eſt. At Baſilius loco illius, *perſpicuè,* habet, σοφῶς, hoc eſt *ſapienter.* puta exemplar Græcũ Perionij, habuiſſe. σαφῶς. loco σοφῶς.

In eadem Perionius. Sed vt hæc profana *Barbaris* miſſa faciamus. Græcis eſt τοῖς ἔξω. ijs, qui ſunt extra, ideſt, *externis.* In eadem item orat. poſt vnã pag. Perionius vertit ἀντίτυπον, καὶ στερέμνιον *contrariam, & pruuantem naturam,* cum debuiſſet vertere *obſiſtentem, & duram.*

In eadẽ duab. magnis paginis ante finẽ. Grӕcus Cod. habet, ὡς μηδὲν δόξαι τῶν ὑγρῶν ἀπαναλίσκειν τὸν ἥλιον. Perionius habet. *Nullum calorem videri à Sole diſſipari.* Cum debuiſſet dicere. *Nullum humorem videri à ſole diſſipari.*

Paucis lineis poſt. ἐκ τῆς τοῦ ἡλίου δαπάνης. Perionius vertit. *Propterea quod Sol vndis alatur.* Cum debuiſſet vertere, propter *Solis conſumptionem.* Sol enim maris vapores, ſiue humorẽ conſumit, vt ideo fluuij in illud influi dicti ſint ab aliquibus.

Paucis lineis poſt. Perionius vertit. *Terra ab ea conſtantia, quæ in illis eſt,* At Græcus Codex habet. εὐταξίας, ideſt, *ordinis,* ſiue *ordine,* non autem *conſtantia.*

Paulò pluribus verſibus poſt, Perionius vertit, *barbarorum,* quod vertendum erat, *exterorum.* Baſilius enim habet. τῶν ἔξωθεν. Sibi enim in eiuſmodi vocibus vir ſapiens, & Sanctus temperabat, niſi aliquando neceſſe fuiſſet eas exprimere.

Duobus, vel tribus verſibus poſt, Perionius vertit, *reprehendendis opinionibus.* Sed Grӕcè eſt. ψευδεῖς, vt vertendum ſit, *mendacijs.*

Vno verſu poſt, Perionius. *Spectare repugnantias?* Græcè eſt. πολέμου. hoc eſt belli: Tredecim verſibus poſt, in Oratione quarta Perionius, habet *diſtinctio curru.* Græcè eſt. ἅρματα μεταζευγνύντες. hoc eſt. *Succedentibus inuicem curribus.*

In eadẽ 4. Oratione poſt vnam pag. Græcè eſt ἐπειδὰν δέ τινος πρανοῦς λάβηται, εὐθὺς ὁρμήσαντος τοῦ προάγοντος, τὸ συνεχὲς αὐτοῦ τὴν βάσιν τοῦ κινηθέντος ἐπιλαμβάνει. Perionius autem. *Poſtea verò quàm decliuitatem aliquam adepta eſt, ſtatim impetum impellentis, id quod ei adiunctum eſt, veſtigia eius rei, quæ agitata eſt, conſequitur.* Cum vertendum fuiſſet. *impetum præcurrentis ea, quæ cũ priore hæret.* Illa verò vox. *rei,* demenda.

Mox Perionius, *ſemper id, quod impellit, elabitur,* At τὸ προάγον hoc loco, non quod *impellit,* ſed quod *præcurrit,* ſignificat.

Duobus verſibus poſt, Perionius quam *ſuperiora.* Græcè eſt, τὰ νῶτα, hoc eſt terga, pagina poſt, Perionius. *repreſſo, cohibitoq; impetu,* Cum vertendum fuiſſet. *In ſpumam diſſipato impetu.* Græcè enim eſt, εἰς ἀφρὸν διαλύσασα τὴν ὁρμήν.

Altera pagina poſt, Perionius. *Etſi exiguæ ſunt quædam colluuiones.* Sed rectius. *Et ſi ſunt quædam coitiones aquarum.* Græcè enim eſt, συστάσεις.

Alia penè pagina poſt, Perionius vertit *Adriaticum,* quod vertendum erat *Tyrrhenum.* pagina cum dimidia ante finem, Græcè eſt, οἷον ἡ γῆ ξηρὰ οὖσα, καὶ ψυχρὰ ἑνοῦται μὲν τῷ ὕδατι κατὰ τὴν συγγένειαν τῆς ψυχρότητος, ἑνοῦται δὲ διὰ τοῦ ὕδατος τῷ ἀέρι Perionius vertit. *Veluti vt terram, quæ ſicca eſt, & frigida, frigoris cognatio cum aere aquam coniungit, & copulat: quoniam his aqua interiecta, quaſi duarum impreſſione, cum vtraq; qualitate adiacenti cum terra frigore, & cum aëris humore copulatur.* At pace Perionij, Baſilij ſenſus, & verba hoc habẽt. *Veluti terra quæ ſicca eſt, & frigida, frigoris cognatione cũ aqua coniungitur, per aquam cũ aëre copulatur, quoniam inter vtrumq; elementum media aqua interiecta vtraq; qualitate, quaſi vtraq; manu vtrumq; connectit elementum.* Sic enim habet Græcus codex. καὶ οὕτως γίνεται κύκλος, καὶ χορὸς ἐναρμόνιος συμφωνούντων, πάντων, καὶ συστοιχούντων ἀλλήλοις ὅθεν κυρίως αὐτοῖς ἡ προσηγορία τῶν στοιχείων ἐφήρμοσται.

Mox infra, καὶ συστοιχούντων ἀλλήλων. Perionius. *Conueniunt omnia.* Græca tamen verba melius rem exprimunt. Quaſi diceres *ordine quodam inter ſe aptantur.*

Paucis verſibus poſt, Perionius. *Sed quaſi pacificis quibuſdam verticibus eam collidit.* Græcè eſt. εἰρηνικαῖς τισιν ταῖς πλοκαῖς κατασπάζεται. hoc eſt. *Pacificis quibuſdam amplexibus eam ſalutat.*

Semipagina, poſt, Perionius, *Nautas,* quod Græcè eſt, ναυτιλλομένων. Rectius *nauigantes.*

Prope finem, Perionius. *Concentus quaſi cuiuſdam vnde ad littus accommodatæ.* Græcè eſt, ὡς ἂν συμμιγὴς ἦχος ἠόνι προσφερομένου. hoc eſt. *Commiſtus ſonus quaſi cuiuſdam vndæ ad littus delatæ.*

In quinta oratiōe, Perionius, poſt p. 1. vertit *allium*, at omiſit ille crocum κρόκον. At fortaſsis in ſuo codice habuit tantummodo σκόροδον. Ceterum ſani codices habent, ὅτι ἄγρωστις, ὅτι μίνθη, ὁ κρόκος, ὁ σκόροδον, ὁ βούτομον, καὶ ἄλλα μυρία γένη φυτῶν σπερματίζοντα φαίνεται.

Paulò poſt. τὰ συγγενῆ τοῖς καταβληθεῖσιν ἐπιβλαστάνει. Perionius. *Eiuſdem generis cum ijs, quæ orta ſunt.* Vertendum, *iacta ſunt.*

Paucis verſib. poſt. καταπεπλησμένος ὑπὸ τρυφῆς. Perionius. *Diffluit delicijs.* Potius *adipatus.*

Initio ſequentis paginæ. πᾶσαν τὴν κατ' αὐτὸν σκηνὴν ἐξαπίνης ἀπογυμνοῦσα. Perionius. *Eā omni ſuppellectili repente ſpoliat.* Vertendum potius. *De repente omnem eius ſcenam nudat.*

Paucos poſt verſus. Perionius. *Vt frutices.* Græcè habet, φρυγανικά. *Virgulta.*

Infra. ὡς μὴ εὐδιάρπαστον εἶναι τοῖς σπερμολόγοις. Perionius. *Vt ne facile ſurripi poſſet.* Omiſit autem ſiue ille, ſiue qui typographiæ, aut eiuſdem verſionis deſcriptioni operam dabāt vocem illam, σπερμολόγοις hoc eſt *à frugilegis.* Sic enim Gaza σπερμολόγους. auiculas quaſdam interpretatus eſt.

In ead. pag. Baſilius. τῇ προβολῇ τῶν ἀνθερίκων, οἷον ἀκίσι τὰς ἐκ τῶν μικρῶν ζώων ἀφίστησι βλάβας, Quod quidem ita vertendum eſt, *Proiectione ariſtarum, quaſi telis, iniurias minorum animalium arcet.* Perionius autem, è libro Ciceronis de Senectute verba integrè, non autem ex Baſilio accepit, quæ ſunt hæc. *Præterea contra auium minorum morſus, & iniurias muniuit vallo ariſtarū.*

Sequente pag. Perionius. *Ex improbi diſciplina.* Græcè habet. πονηροῦ, id eſt, *Dæmonis.*

Sequ. iterum pag. πυρὸν συγκομίζομεν. Perion. *Nigrum hordeum metamus?* At πυρὸς. eſt triticū exuſtum.

Paulo poſt, τὰ εὔκαρπα φρίσσοντα τοῖς λήιοις. Perionius. *Spicæ flaueſcentes.* Cum vertendum ſit. Agri vndantes ſegetibus.

Poſt pa. alteram Baſil. ἀεὶ θάλλουσαν ἔχων περὶ σεαυτὸν τὴν διὰ πίστεως σωτηρίαν. Perionius *Semper ſtudioſè ſaluti tuæ, quæ fide conſtat, conſulas.* Vertendum eſſet autem, *quæ fide viget.*

Mox Perionius. *Ita enim teporem ſempiternum plantæ imitabere.* At Græcè ſic. οὕτω γὰρ τὸ ἀειθαλὲς τοῦ φυτοῦ μιμήσῃ hoc eſt. *Sic enim viriditatem ſempiternam plantæ imitabere.* Sequitur Baſil. καὶ τὸ πολύκαρπον δὲ αὐτοῦ ζηλώσεις. Quod Perionius vertit. *Vberesq́; tuos fructus diliges.* Cum vertēdum ſit. *Illiusq́; vberes fructus æmulabere.* Poſt quæ verba Baſilius habet ἄφθονον τὴν ἐλεημοσύνην ἐν παντὶ καιρῷ παρεχόμενος. Perionius, (aut typographus) omiſit vocem illam ἄφθονον. Senſus autem eſt. *Si affluentem eleemoſynam indigentibus omni tempore largiaris.*

Mox, τὰ μὲν ἔγκαρπα. τὰ δὲ ἐρέψιμα. Perionius. *Alia frugifera, alia infrugifera.* At ἐρέψιμα. Ligna ſunt tectis concinna.

Paulò poſt. οἷον θεμελίους τινὰς ἀναλογοῦντας τῷ βάρει τῶν ἄνωθεν ὑποτιθείσης τῆς φύσεως. Perionius. *Ac ſpeciem fundamentorum gerant eorum grauitati, & ponderi, quæ ex natura ſubiecta in cœlum feruntur.* Cum ſit vertendum. *Et quaſi quædam ſint fundamenta earum partium, quæ in ſublime ferūtur, ſubiecta.*

Poſt quatuordecim circiter verſus. Perionius. *Earum cortex ad radicem.* At quod Grçcè eſt στέλεχος, non eſt cortex, ſed *truncus.*

Paulò poſt. τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειας. Perion. Virtutis auſpicijs Cum vertendum ſit. *Virtutis ſtudio.*

Poſt duas paginas. Peronij verſio habet. *Et in ijs arboribus minuerentur.* Cum dicendū ſit, *numerentur.* Qui potuit error eſſe typographiæ.

Orat. vj. poſt primam pag. Perionius. *Expulit homicida cum eum ſuis illecebris in ſeruitutem redegiſſet.* Clarius ſi dicatur: *Cum hominem:* Seq. pag. *Sculptores.* At Græcè τορευταὶ *tornatores.*

Poſt duas p. Perion. *Serenitatē denūciat.* Græcè habet. σταθερὰν εὐδίαν. *Stabilem ſerenitatem.*

Paulò poſt. Quod Perionius habet. *Vniuerſalis etiam huius diſſolutionis.* Græcè melius, *Vniuerſitatis huius diſſoluendæ.*

Poſt medium ipſius Orationis vj. *Nec falcem comparet.* Græcè θηξάμενος δρεπάνην. *acuens falcem.*

Mox Perio. *Iſto et modo Chriſtiani de ſua ſpe, quā magnam habēt, decident.* Græce, αἱ δὲ μεγάλαι χριστιανῶν ἐλπίδες φροῦδοι ἡμῖν οἰχήσονται. Hoc eſt, *Magna item Chriſtianorum ſpes erunt nobis inanes.*

Pagina proxima Perion. *Semina & fruges ad maturitatem compellit.* Deeſt, quod eſt Grçcè καὶ τὴν αὔξησιν *& ad incrementum.*

Duabus pa. circa finem eiuſdē Orat. vj. *Aſpectus ipſe craſſo aëre diſſipatus, & imbecillus factus.* Sic Perion. Qui loco illius vocis *imbecillus*, vertere debebat, *exilis.* Græcè enim ὑξίτηλος. Paulò poſt. *& infinitis partibus inanius.* Puto eſſe lapſum typographiæ. illud enim *inanius* dicēdum eſt, *maius.* Græcè habet. ἀπειροπλασίων τοῦ φαινομένου.

Paulò poſt, Perionius. *Nocturnas tenebras.* Græcè, τ͂ νυκτὸς τὴν κατήφειαν. hoc eſt, *Noctis triſtitiam.*

Pag. ſeq. Perion. *Aëris impulſiones Lunæ mutationes imitantur.* Græcè, τὰ πάθη *Impreſsiones.*

Paulò poſt, Perion. *Lunæ magnitudinem, ac differentiam.* Sed Græcè habet. διάστημα. quod non ſignificat differentiam, *ſed ſpacium, & interuallum.*

ORAT. VII. poſt pag. vnam. Perion. *Ac imperium quidem paucis verbis, aut potius nullis comprehenſum eſt.* Græca autem verba melius ſic. *Ac imperij quidem vix pauca, immò verò ne vix quidem.* ἡ μὲν φωνὴ τ͂ προστάγματος μικρὰ, μᾶλλον δὲ οὐδὲ φωνὴ, ἀλλὰ ῥοπὴ μόνον, καὶ ὁρμὴ τ͂ θελήματος, τὸ δὲ τὴν ἐν τῷ προστάγματι διάνοιαν πολύχουν ὥστε ἐστὶν, ὅσαι αἱ τῶν ἰχθύων διαφορὰς καὶ κοινότητες.

Mox Perionius. *Multiplex autem imperij ſententia.* Græcè, πολύχουν τ͂ διανοίας. *Sententia fæcunditas, & vbertas.*

Poſt ſemipagina Perionius. *Quæ Silicum duritia teguntur.* Græcè, ὀστρακόδερμα. *Quæ oſtreacea appellantur.*

Non multo poſt Perion. *Catulos ſuos etiam tum tenellos.* Græcè, διαπτοηθέντας perterritos.

Poſt paginam, Perion. *Ita valido operculo.* Græcè, ἑρκίῳ. *Septo.* Habet enim Baſilius. ἀρραγεῖ γὰρ ἑρκίῳ τ͂ σαρκὸς ἡ φύσις κατησφαλίσατο.

Paulò poſt Perionius. *Ego autem nolo, te eam parandarum opum rationem, & induſtriam, quæ cancrorum eſt propria, imitari, vt à proximorum iniuria te abſtineas.* Cum tamen contrario modo vertendum ſit è Græco contextu. Nempè ſic: *Volo te rationem, & induſtriam cancrorum imitari, ſed ab aliena iniuria abſtinere.*

Semipagina poſt. *Domos, & agros coniungimus.* Rectius. *Domos cum domibus agros cum agris coniungimus.*

Paulò poſt Perionius. *Cum enim tempus conceptus venit.* Fortè ambiguitas literarum fefellit Perionium. Legit enim κύησις cum Græcè ſit κίνησις, hoc eſt *motus, impetus, ſiue profectio.*

Pagina poſt, Perionius. (ſiue fuerit error Typographiæ) *Quæ enim regum theſauri capiunt.* Græcè, ἐπιθυμοῦσι. *Cupiunt.*

ORAT. VIII. Semipagina poſt initium, Perionius. *Præteritarum acris viget recordatio.* Dicendum eſt. *Præteritarum rerum acris viget recordatio.*

Mox Perionius. *In terrenis autem animi, & qui corpora gubernent.* Vertendum. *Animæ,* nam animus verè eſt hominis, loquitur autem Baſilius de brutis.

Pagina integra poſt, Perionius. Nunquam feros mores poſſunt deponere. Græcè, συνεχῆ τ͂ χειρὸς ἐνόχλησιν οὐχ ὑφίσταται. *Contingentis manus importunitatem non ferunt.*

Paulò poſt, Perionius. *In pauone ſpecies, & decor.* Græcè, φιλόκαλον. Pulchritudinis, ſeu formæ ſtudium.

Paulò poſt, Perionius. *Deterrimum quemq; magiſtratui præficeret,* dicendum eſt, Præfecit. προϊστήσατο, vel præficere ſolet. Dixerat autem Baſilius à populo imperito id fieri, ἀκρισίᾳ τ͂ δήμου, quod quidem Perionius vertit rigidius, dicens: *Qui nihil valet iudicio:* quare & Argyropylus, *imperitia populi* melius vertit.

Tribus verſibus inf. Perionius. *Ad multitudinis imperitæ mores transferuntur.* Græcè, ὡς τὰ πολλὰ, γίνονται. Hoc eſt, *Vt ſæpenumero fiunt.* Nam Perionium fugit certa ſententia verborum Græcorum; quam tamen aſſecutus eſt Argyropylus, cum illud, ὡς τὰ πολλὰ, interpretatur, *plerumq;.*

Paulò poſt, Perionius. *Coactum ad accommodatam, ſuamq; conformationem.* Cum vertendum eſſet, *Concoctum, ad ſuam conformationem.* Græcè enim habet, συμπεφθὲν πρὸς τὴν οἰκείαν σύστασιν, καὶ ἡδονὴν ἐπανέρχεται.

Paulò poſt, Perionius. *Opus ſit aliorum cauſa comparatum.* Loquitur de apibus, de quibus Baſilius ait. Prouidentia eſſe factum, ne vna perpetua camera fieret, ne grauitate humor delaberetur. Argyropylus igitur melius, qui vertit: *Deinde tempore concoctum, ad ſuam propriam craſsitudinem, ſuauitatemq; redit.*

Non multo poſt, Perionius. *Vt geometriæ inuenta prudentiſsimæ apis opus ſit aliorum cauſa comparatum.* Græcè, ὡς τὰ τ͂ γεωμετρίας εὑρήματα, πάρεργα ἐστὶ τ͂ σοφωτάτης μελίσσης. Sanè neque hic Perionius aſſecutus eſt ſententiã Græcæ dictionis: Quare Argyropylus rectè. *Animaduerte quæſo vt ea, quæ à dimetiendi facultate comparata ſunt obiter,* πάρεργα. *Et quaſi negligenter à ſapientiſsima ape fiunt.* Decem verſibus poſt, Perionius. *Quod autem Ibes faciunt.* Græcè, πελαργὰ *Ciconiæ.* Ibid. Perionius. συνέσεως λογικῆς. *Prudentia humana.* Argyropylus melius. *Prudentia, & ratione,* Siue dixeris, *prudentia cum ratione.*

Mox Perionius. *Cum volant, eas quaſi armati quidam cornices ſtipant.* Græcè, κορῶναι. quas alij coruum, alij fulicam, alij cornicem, alij mergum interpretantur.

Semipagina poſt. *Halcyon auis eſt, quæ mare accolit.* Ita Perion. Græcè θαλάττιον ὄρνεον. hoc



Digitized by Google

eſt, *auis maritima, id eſt, in mari degens*. Alcedonem vertit Argyropylus mari maximoperè gaudentem.

Tantundem poſt, Perionius. *Ventis mare terrā alluit*. Græcè, ἀνέμοις ἡ θάλασσα τῇ γῇ προσ-ραάσσεται. Argyropylus. *Procellis exagitatum voluitur ad littora vaſtum mare*. Rectius autem, προσ-ραάσσεται, ſignificat, allidit, vt fit, quando pluribus, & vehementibus ventis Mare Terram allidit.

Pagina poſt, Perion. *In media autem Solis luce reſtinguitur*. Græcè, ἀμαυροῦται *Obſcuratur, ſiue debilitatur*. Semipagina poſt, propè finem, Perionius. *At cum eorum, quæ dicta ſunt, magnitudinem conſidero*. Græcè, πλῆθος. *multitudinem:* non μέγεθος.

ORAT. IX. Semipagina poſt initium. Perionius. *Sua quiſq; refellerunt*. Græcè, τὰ ἀλλήλων. *alterum alteri*. Loquitur de multiplici diſsidio philoſophorum, qui de Mundo differuere, cum quiſque ſuam ſententiam comprobans, alienam reprobauit.

Mox Perionius. *Nutuq; coniuncta*. Græcè, κινηθεῖσα. *Impulſa, ſiue concitata*. Mox idem. *Dum finem ſuum conſequantur*. Græcè, αὐτὸ καταντήσει. hoc eſt. *Dum ad finem ipſum perueniant*.

Ibid. idem. *Nam & equum equi ſucceſsione efficit*. Rectius. *Nam & equum equi ſucceſſorem efficit*.

Penè, pag. poſt, Perionius. *Animus autem vnus eſt eorum, quæ ratione carent*. Græcè, μία δὲ ψυχὴ τῶν ἀλόγων. *Vna eſt anima brutorum, hoc eſt, vnius naturæ*.

Tantundem poſt. Perionius. *Oues hyeme inſtante paſtu ſe continentes infarciunt*. Græcè, λάβρως. *Largè, ſiue largiter*. Crediderim typographiæ errore factum, vt *continentes*, pro *continenter* cuderetur. Argyropylus, rectè, *copioſius*.

Semipagina poſt. Perionius. *Sui enim ore, quod in medijs fructibus eſt, verberat*. Græcè, ταῖς αὐτοῦ χηλαῖς. *Suis forficulis*: Loquitur de formica.

Mox Perionius. *Numquam imber ex nubibus*. Græcè, ἀμέλει. Quod ipſe non vertit. Dicendum eſt itaque. *Profectò nunquam ex nubibus imber delabi videri poteſt, quamdiu frumentum ex formicarum cauernis prolatum eſt*.

Quaſi pagina poſt, Perionius. *Contentusq; eſt* (agnus) *fœminis matribus, quæ macilentæ ſunt ſi eas nanciſcatur, etiamſi, &c.* Græcè, μητρῴαις θηλαῖς, hoc eſt, *maternis papillis*. Vertendum igitur, *Contentusq; eſt maternis papillis, & ſi macilentæ ſunt, quamuis mammas graues, plenaſq; percurrerit*.

Tertia fermè pagina poſt, Perion. *Quod Leo eum timeat*. Dicendum. *Quòd elephantus eum timeat*.

In fine, Perionius. *Gulæ irritamentis*. Græcè, καρυκευμάτων. *Ciborum condimentis*.

In ORAT. X. & XI. quoniam à tribus interpretibus verſæ ſunt, nimirum à Petro Franciſco Zino, à Ioachimo Perionio, à Godefrido Tilmanno Cartuſienſi (mitto enim modo VVolfgangi Muſculi verſionem, quoniam hic extra Catholicam Eccleſiam fuit) ex earum verſionum collatione, facilè cordatis Lectoribus patebit, & quis aptior fuit interpres. Et in Perionio quidem ſimiles nõnulli ſunt nçui, quales in verſione ſuperiorum Orationum indicauimus. At Tilmannus vtramque hanc orationem pro loco ſparſim diffudit paraphraſticè, vt vtraque prodiret explicatior. Sed quia Zinus fecit, quæue vnà cum operibus alijs Gregorij Nyſſæni edita eſt an. 1573. ab eodem Niuellio Pariſijs, hanc etiam legendam iudico, quæ ſicubi à contextu Græco videtur abeſſe, id non videtur tanti, vt à recta Auctoris intelligentia longè diſcedat.

Porrò in eadem Oratione X. Perionius initio. *Non obliuione inſtituti mei*. Græcè, ἀγνωμοσύνῃ τῆς προαιρέσεως. *Non voluntatis culpa ſponte ſuſcepta*.

Mox Perion. *Et ex terra eduntur attingunt, tradiderimus*. Græcè, διδαχθέντας. *Didicerimus*.

Mox Perionius. *In lucem proferre*. Græcè, φωτισθῆναι. *illuminari*.

Pag. poſt Perionius. *Initium ortus noſtri, vera Diuinitas eſt*. Græcè, θεολογία. *Theologia*.

Duabus fermè paginis poſt, Perionius. *Primum nobis datus eſt ferarum principatus*. Græcè, ἀπῳκισμένον. *Eorum, quæ ſede à nobis diſiuncta ſunt*.

Mox Perionius. *In priſtinum ſtatum mutauit?* Græcè, εὐκοσμίαν. *rectum ordinem*.

Sex lineis poſt, Perionius. *Cur non præſis piſcibus?* Græcè, κητῶν. *immanibus piſcibus*.

Mox bis Perionius. *Retia*, quod Græcè, ἄκιστροι. *hami*.

Tribus lineis poſt, Perionius. *Vrnas*, quod Græcè, *vtres*.

Mox, Vrnarum natura leuis eſt. Græcè, ἀνωφερής, *Vtrium natura ſuperna petit*.

Semipagina poſt, Perionius. *Sæpè puer viſus eſt arundinem arundini ſubijcere*, deeſt verbum, quod habetur in Codice Græco, ἀδολεσχῶν. *nugis ſtudens*.

Mox Perionius. *Manu auem capere*. Græcè, μικρὰ προσψαύσει.

Semipagina poſt, Perionius. *Progredimurq; ad ſecundum ætatis ſeptenarium numerum, iam debemus eodem modo in omni parte vitæ noſtræ, in ſeptenarios numeros ætatem partiri*. Græcè autem

ſic.

Digitized by Google

ſic. οὐ γὰρ ἐπειδὴ ἐν τῇ πρώτῃ ἐπ᾽ ἀετίᾳ τρεφόμεθα, καὶ λαμβάνει ἡμᾶς μεθηλικίωσις ἐπὶ τὴν δευτέραν ἑβδομάδα τῶν ἐτῶν ἤδη ὀφειλόμεθα ὁμοίως ἐν παντὶ μέρει τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας, καθ᾽ ἑβδομάδας μεθηλικιοῦσθαι. Quare vertendum ſic, *mutamurq́; ætate in altero annorum ſeptenario, non autem in reliqua etiam vita ſemper annorum hebdomadas mutari nos oportet.*

Mox Perionius. Deinceps eſt puerorum ætas, Græcè, ἡ δευτέρα, *quæ ſecunda eſt.*

Paucis lineis poſt, Perionius. *Quod leue eſt, & mutabile.* Græcè, κοῦφον, καὶ εὐκίνητον. *agilitatem, leuitatem,* ſic enim hoc loco recipiendum eſt.

Poſt ſeſquipaginam, Perionius. *Num interuenit remiſſio effectoris.* Græcè, ἀτονία. Vt ſit. *Num interuenit infirmitas effectoris.*

Paulò poſt, Perion. *An effectoris potentia remiſſa eſt?* Græcè, ἠτόνησε. planius igitur vertendum eſt. *Infirmata eſt.*

Paulò poſt, Perionius. *In prima rerum molitione hoc nobis datum eſt, vt ad Dei ſimulacbrum effecti ſimus. Voluntate autem, iudicioq́; à nobis efficitur, vt ad Dei ſimilitudinem ſimus.* At planius, & rectius vertendum eſt. *Ad ſuam ſimilitudinem fecit nos Deus, poteſtate, cum largitus eſt liberum arbitrium, ad imaginem nos ipſi nos reducimus.* Sic, & quæ ſequuntur, ad hunc ſenſum collineant. Græcus enim codex habet. ἐνεργείᾳ δὲ ἑαυτοῖς ἐπαγόμεθα.

Plusquam pagina poſt, Perionius. *Vidi ego mulierem, quæ clam res præclaras ſurripiebat.* Græcè, καλὰ κλέμματα. præclara furta.

Plus ſemipagina poſt, Perionius. *Qui verò propenſus eſt ad libidinem.* Græcè, πρὸς ὕβριν. Vt vertendum ſit. *Incenſus ad inferẽdam iniuriam.* Quare, & Baſilius ſubdit, *nonne eſt ſcorpius?* Mox, *Et qui clam ad propulſandam iniuriam rapitur.* Rectius, *ad vindictam rapitur.*

Mox, Qui mulieroſus eſt. Græcè, θηλυμανής.

In xi. Oratione, penè nil aliud eſt obſeruatum: quam quod τρίμματα, vertit *bellaria,* cum dicere debuiſſet *cupedia.*

## *Obſeruata item in Verſione Georgij Trapezuntij in Baſilij libris aduerſus Eunomium. Cap. XII.*

Sed & ſtudioſis pergratum fore ad Dei gloriam ſperamus, ſi non ſolum noſtra verum etiam aliena huc adtexamus, eorũ præſertim, qui & in Theologia, & Græcæ linguæ peritia eminuerunt. Inter quos Iacobus Billius Prunæus (de quo plura ſuo loco) palmam facilè tulit, qui & partem Irenæi Græci, & Gregor. Nazianzenum, & Iſidorum Peluſiotam, & Ioan. Damaſcenũ accuratè, ac verè Latinos fecit. Qui cum alias Baſilij verſiones, atque alios Codices Græcos cum ſanioribus contuliſſet, aut emendaſſet, orſus ab illa Georgij Trapezuntij ad libros Baſilij aduerſus Eunomium hæc habet pag. 647. lin. 5. poſt hęc verba τοὺς γὰρ ἐκ τῆς βασιλικῆς αὐλῆς. Addo, πάντας, pag. 648. verſ. 4. lego δυσχερῶς ἔχειν. & verſ. ſeq. pro τύφου. legendum eſſe φόβου, conſtat ex præcedentibus Eunomij verbis, verſ. 18. pro ὁμοῦ, legit Trapezuntius οὕτος, quæ vera eſt lectio. Neque enim ὁμοῦ quicquam, quod ei reſpondeat, habet, verſ. 34. αἰχιστου legit, nõ ἀνεπαισχύντου vtraque tamen lectio probabilem ſenſum habet, verſ. 43. προήρηται cũ eo lego, quemadmodum, & 48. πίστεως, non ἐπιτάσεως pag. 649. verſ. 3. προσαγο[illegible]ύεται. verſ. 6. poſt ἀληθείας addo, τοῖς ἐχθροῖς ἀληθείας verſ. 32. cum ἀγεννήτος, & γεγέννηται ſcribatur, atque hanc lectionem, & hic, & inf. ſequatur Trapezunt. atque adeò paſſim in his libris τὴν ἀγεννησίαν vrgeat Eunomius, videndum eſt num verſu quoque 28. ἀγέννητος & γεγεννῆσθαι ſcribi debeat. Illud certè exiſtimo, vel toto hoc loco huiuſmodi vocabula per ſimplex, ν, ſcribẽda eſſe. Vt Eunomij verbis reſpõdeant, vel certè in verbis Eunomij huiuſmodi voces per duplex, ν, ſcribi debere, ne à priorib⁹ poſteriora diſſentiant, verſ. 34. pro ὁμοῦ, legit Trapezunt. πρῶτον. Et rectè, ſequitur enim ἔπειτα. pag. 650. verſ. 19. ex Trapezuntij verſione, atque adeò ex ipſo ſenſu liquet, hic aliquid deeſſe, ſic autẽ fortaſſe locus expleri queat. ὁ δὲ ὥσπερ ὁδοῦ τινὸς λαβόμενος ἐκ τοῦ κηθ᾽ ὑφαρπαγὴν, εἰς τὸ κατασκευάζειν ἔρχεται τὴν ἀγεννησίαν εἶναι τὴν θεοῦ τῶν ὅλων. Hoc eſt, vt vertit Trapezuntius: iſte autem ex eo, quod vi rapuit, ad affirmandũ procedit, quod inuiſibilitas Dei ſubſtantia ſit: verſ. 39. poſt τῆς τόγε, repetit Trapezuntius has voces, οὐκ ἔστι. pag. 651. verſ. 13. ταυτὸν lego. verſ. 34. ἀσύμβαται. verſ. ſeq. θεῷ. pag. 652. verſ. 6. pro ἐνεργειαν, ἀλήθειαν legit Trapezunt. Neutra tamen lectio improbanda, verſ. 17. poſt. ἀποδόσει legiſſe videtur Trapezuntius, κεκλήσεται, vt etiã verſ. 21. poſt φύσιν, προσόντων. At contra verſ. 27. hanc vocem κύειν non agnoſcit. pag. 653. verſ. 23. poſt τῶν addit Trapezuntius περὶ τοῦ θεοῦ, ſed de ſuo, vt opinor, quamquam minus incommodè hunc locum vertit, quam quidam Eccleſiæ hoſtis. Nam cum Græca ſic habeant εἰ γὰρ ἡ οὐσία ἐν τοῖς μὴ οὖσι, σχολῇ γ᾽ ἂν ἄλλο τι τῶν λεγομένων. Sic tamẽ vertit: Nam ſi eſſentia inter ea ponatur, quæ non ſunt, quicquid præterea dixeris, vanum & inane fuerit. Atqui potius ita vertendum fuerat. Nam ſi eſſentia in eorum, quæ non ſunt numero, ponenda eſt, multo

minus

minus quicquam aliud ex ijs,quæ dicuntur erit. Hac enim ratione Eunomij errorem refellit Baſilius, qui ἀγεννησίαν οὐσίας ratione habere, atque à Deo ipſammet eſſentiam ſignificare contendebat. Nam poſtquam oſtendit ἀγεννησίαν ἀφαιρετικὸν, potius quam θετικὸν vocabulum eſſe oſtendit, ita diſputat. Si ἀγεννησία idem eſt quod οὐσία, ſanè cum ἀγεννησία τῶν μὴ προσόντων τῷ θεῷ ſit, οὐσία quoque eandem rationem habitura eſt: quod ſi inter ea, quæ Deo nõ inſunt,eſſentiam quis ponendam cenſuerit,quid tandem ex omnib⁹ quæ Deo attribuuntur,eſſe dicendum erit cum eſſentia ipſa ei non inſit? verſ.27.poſt εἰ addo ex Trapezuntij τὸ ἀγέννητον. pag.654. lege ποία pag. 657. vocem hanc ἱκανῶς veteris interpretationis deleo, ibid.verſ.vlt.in his verbis,ἵνα τῆς ἀσεβείας ἐν τοῖς πράγμασι γυμνωθείσης,&c. à veteri tranſlatione Græca non nihil diſcrepant. Sic enim illa habet,vt impietate in rebus verſata, cum ad perſonas progreſsio fiat,&c. Quocirca nõ dubito quin Trapezuntius, pro γυμνωθείσης legerit γυμνασθείσης. Quæ quidem lectio proculdubio mihi rectior, ac ſyncerior videtur γυμνάζειν enim τὸν λόγον frequens eſt apud Theologos Grȩcos,ac prȩſertim apud Chriſoſt. locutio, pro τῷ λόγῳ ἐνδιατρίβειν, vel ἐμφιλοχωρεῖν. Vult autẽ hoc loco Baſilius,Eunomium, in ingeniti ac geniti vocibus impietatem ſuam veteratoriè exercere, ac longa oratione aſtruere,quæ poſtea à rebus ad nomina migrans, nihil iam, quod ab Orthodoxa fide abhorreat,dicere videatur.pag.656.verſ.35. expungo αὐτῇ. Veteris Interpretis auctoritate, quemadmodũ,& ſeq.pag.verſ.7. κατὰ τὸν λόγον pag.658.17.Videtur legiſſe Trapezuntius, προλαμβάνει pag.659.verſ.9. ἀσυμφωνίας lego,cum eod.& 26. ὑμετέραν.pag.661.verſ.4. lego μετὰ ἀριθμοῦ μείζοντας.pag.662.41.lego καὶ υἱὸς ἐδόθη,& 47.διδασκαλεῖς.pag.663.verſ.3. ὅτι ἂν ἐκεῖνοι. 48.γεννήσεως pag.664. verſ.25. τὸ μὴ εἶναι 27. deleo καὶ 34. pro αἰτίου legit Trapezunt. ἐναντίου pag.665.verſ.21.συλλογισμῶν.24.γεννήσεως.verſ.35. hæc verba διὰ τούτων vſq; ad οὐ τι γὰρ à Trap. nõ agnoſcuntur.verſ.38.lego ὅτι οὐκ ἦν,& 45.τοῦ ὄντος. At verò linea pen.quod quidam in his verbis εἰ δὲ aliquid deeſſe putant planè opinione ſua falluntur.Etenim propter impietatem hæc verba reticuit, μὴ ἦν ea videlicet figura, quã Græci ἀποσιώπησιν vocant. pag.66. verſ.22.cum Trap.lego οὐκοῦν ὕστερον πρὸς γεγένηται. Sunt enim Baſilij verba: & ibidẽ ſubmoueo τοῦτο.At verſ.37.in his verbis,καὶ ἀντὶ τῶν ἐρωτημάτων τούτων, ἃ τῶν γραφῶν οὐδὲν ἀπολείπεται, τὴν ἐφ' ἑκάτερα ὑπόληψιν ἐπικίνδυνον ἐχόντων. Procliue quidẽ eſt mendũ animaduertere (quis enim nõ prima fronte videat γραφῶν cum ἐχόντων nullo modo iungi poſſe?) at illud tollere, non perinde procliue eſt. Tentatum id quidẽ eſt à quodã fidei Catholicæ infeſtiſsimo hoſte, ſed fruſtra. Sic enim ſe hunc locum in integrum reſtituturũ putauit, ſi pro γραφῶν, γραπτῶν repoſuiſſet. Ego verò cum hoc loco ad veterem interpretationem, tanquã ad ſacram anchoram confugiſſem,ac Græca hæc verba ἃ τῶν γραφῶν οὐδὲν ἀπολείπεται ita à Trapezunt. reddita fuiſſe,comperiſſem, quæ nihil ab inſolubilibus deſunt,ſtatim animaduertit pro γραφῶν, quod apertiſsimè vitioſum eſt, vnica litera mutata γρίφων reponendũ eſſe. Sunt enim Griphi,perplexi atque ænigmatici ſermones:quique in varios ſenſus accipi poſſunt,quales hoc loco Eunomij ſermones eſſe ait Baſilius. Hanc huius loci genuinã eſſe lectionem, neminem veritatis potius, quam altercationis amantem, fore puto, qui non mihi facilè conceſſurus ſit,verſ.41. pro τὸ εἶναι τὸ ἀρχέτυπον videtur legiſſe Trapez. καὶ τοῦτον τῷ ἀρχετύπῳ clariore (meo quidem iudicio)ſenſu. verſ.48. deleo δὴ, & verſ. pen. ἐστι pag.667. verſ.1. ἀποκρ.verſ.13.poſt αἰώνιον addo εἶναι. ex vet. interpret. & 44. pro περὶ, lego περὶ & 48. poſt ὥστε,adde ὁ.pag.668.ver.32.legit.Trapez.ἐπειδὴ μόνος τῆς ἀγεννήτου.40.πᾶν ὄνομα.46.ἄλλως τε. verſ.pen. hæc verba τῶν κτισμάτων nõ habet vetus interpretatio. pag.669. verſ.16. lego ὑμᾶς. verſ. 34. χριστιανοῖς.pag.670. verſ.32. δέξασθε. verſ.39. ἀπαλειφόμενον. pag.671.verſ.32. ἢ τοῦτον. verſ.47.ſic lege ἢ τὸ γεννητὸν, τὸ γεννητὸν δηλονότι. pag.672.verſ.pen. τῷ εἴδει vel γένει. pag.673. verſ.34.fortaſſe pro παραλυπήσουσι legendũ παραλύσουσι.pag.674. verſ.30. Hæc verba,παρέλκον ἂν εἴη non agnoſcit Trapezuntius.Ac ſanè redundare mihi videtur.Vult enim Baſilius, Eunomianos inficiari nullo modo poſſe,quin vera ſint,quȩ prius dixit. Alioqui enim inquit magno emptũ vellem, vt hanc blaſphemiam inficiari poſſent. verſ.38. poſt τῆς addo τῶν πραγμάτων. ex vet.Interpret.pag.675.verſ.35.lego cum Trapez.ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου.verſ. 43.χριστοῦ πνεῦμα λέγοντος.verſ.47. διαφερόντως.non agnoſcit Trapez. pag.679. verſ.vlt.lego, εἰ ὁ υἱὸς οὐχ ἁπλῶς. pag.680.verſ.9. εἰρήσεται.pag.681.verſ.26.ὁμοουσία οὐ πάντα τὰ γεννήματα pag. 683.verſ.5.pro ἐλάττονα. vet.Interpretis authoritate reponendũ ἀλλά. Et poſt. ἤδη ὡσανεὶ πρὶν. verſ.26.ἐπεί.ibid. αὐτὸς γάρ. verſ.ſeq. ἀπαραλλάκτου. verſ. 29. δι᾽ ἄλλου. pag. 685. verſ.25. ἐπεὶ τὸ πιστεύειν, atque eodem loco impius quidam interpres malè vertit πρὸ αὐτοῦ poſt ipſum. pag. 678. verſ.2. ὀφειλόμενον, quod quidem vocabulum imperſonaliter accipitur hoc loco, vt θεὸν pag. 690. verſ. 42. hæc verba, ἀλλ' ἱκανῶς προσειρήσθαι non videtur habuiſſe liber ille, quo Trapezuntius vſus eſt. verſ. vlt. mutila Græca ſunt, ſic ex vet. interpret. explenda. οὐκ ἐπιτυχὼν τῆς θείας ὁμοιώσεως, καὶ τοῖς κτήνεσιν ἀσυνέτοις παρασυμβληθεὶς, καὶ ὁμοιωθεὶς αὐτοῖς.

pag.

pag. 692. verſ. lego ταύτῃ τὸ βίῳ. verſ. 29. περιφρονῶν, vel καταφρονῶν. verſ. ſeq. Videtur in ſuperlatiuo Trapezunt. legiſſe μωρότατα. verſ. 38. lego ἀνεῖλεν. verſ. 41. λαλούμενον. pag. 694. verſ. 8. ἴδια. non agnoſcit Trapezun. verſ. ſeq. ἄξιον lego. verſ. 12. δέδοικας. pag. 694. verſ. 13. ὦ οὗτοι. verſ. 28. Trapezun. legiſſe videtur οὐ γὰρ διὰ κτίσματος ἐνεργείαν θεὸς δοξάζεται. verſ. 64. pro εἴτε τίς repono εἴπε τίς. pag. 695. verſ. 9. poſt γεννηθεὶς addo υἱός. Et ibid. lego ἀνομοιουσιαστῶν. verſ. 15. καὶ μάλιστα τὰ μετὰ πίστεως πᾶσι φανερά, non vt vulgo ἀπιστίας. verſ. ſeq. hæc verba in Trapezuntij verſione non habentur. καὶ τῶν εἰς αὐτὸν μελλόντων ἐλπίζειν. quæ tamen haud quaquam ſubmouenda cenſeo, verſ. 35. legendum videtur ὑπόστασις. pag. 696. verſ. 10. κατ' ἰσοτιμίαν. Atque hæc ſanè ſunt, in quibus, etſi leuiuſcula quædam fortaſſe nõnullis videbuntur: nihil tamen leue eſt, quod non rudioribus, quorum etiam rationem in hoc ſcripti genere habendam eſſe puto, negotium interdum faceſſere poſsit.

## *Obſeruata in Verſionibus, atq; Editionibus Baſilij, quæ ab improbatis Auctoribus prodierunt. Cap. XIII.*

De Eraſmo autem, poſt Catholicos, quos attulimus Interpretes, primò dicendũ eſt, non tam quod aliqua Baſilij verterit, quàm quod curauerit, ſi potuiſſet, euertere. Ac de illo quidẽ locutus erat aliquando perhonorificè, vti decebat, Diuinitatem nempè, gemmas, ſummamque in eo eloquentiam agnoſcens. Veruntamen vbi verſioni Baſilij manũ admouit, dubias fecit, & Paraphraſim ipſius in ſexdecim capita Eſaiæ, & partem Operis de Spiritu ſancto ad Amphilochium, & ſecundam Homiliam de ieiunio. Hæc enim ipſe Latinè reddidit, teſtatus aliorum verſiones mendis ſcatere. Sic igitur ſcrupulum lectoribus inijciens, nec eximens, ſeminauit zizania, & abijt; qui neque fidem præſtitit Culmenſi Epiſcopo, & Ioan. Roffenſi, poſtea martyri in Anglia, quorum iudicio in retractandis ſuis ſcriptis ſeſe ſtatutum promiſerat.

Ac de Paraphraſi quidem Baſilij Godefridus Tilmannus vir doctus, atque Catholicus Apologiam pro legitimo fœtu, ac germano Opere Baſilij aduerſus illum, quem vocat; Opinatorem (non Ariſtarchum) texuit. Ea præfixa eſt, in Antuerpienſi editione an. 1567. Verſioni ſuæ eiuſdem Paraphraſeos. Non ſapere eam dicebat Eraſmus phraſim Baſilij, ac poſſe eſſe alicuius alterius Baſilij. Sic item Lutherus, & Laurentius Valla, quibus Tilmannus reſpondet, pro re nata ſolitos fuiſſe Patres, ac pro diuerſitate argumentorum, & qualitate Perſonarũ modo attollere, modo demittere ſtylum. Qui Auguſtinum De ciuitate Dei, ac in Pſalmos ſcribentem perlegit agniturũ eſſe hanc ſublationem, & demiſsionem in alterutro Opere. Mox è Simeone Metaphraſte (quem & magiſtrum, & logothetem vocarunt) in ſuis collectaneis ex Antonio Meliſſa, & Maximo in ſuo itẽ Opere collectaneo, & ex Ioan. Damaſceno in libellis de ſacris imaginibus, ſententias affert, quas Patres illi Græci è Baſilij Magni Paraphraſi, tamquam ex ipſius fœtu legitimo decerpſerunt. Et ſanè itẽm perantiqua exemplaria m.ss. paſsim idem præferunt nomen. Iam de parte Operis aduerſus Eunomium, quam Eraſmus opinatur aſſutam Baſilio fuiſſe. *Equidem* (ait Iacobus Billius) *vix riſum in ſtomacho tenere potui, cum quam leuibus planeq; ſtuppeis ratiunculis, auctoritatem eruditiſsimi libri obterere tamquam pio viro germanum ſuum fœtum eripere, aut certè imminuere nititur, animaduerto.* Primum ergo illud de varietate ſtyli, quod Eraſmus hic quoque obijcit, eluitur ſuperiore ratione, quam Tilmannus, ac deinceps Billius attulere. Secundum autem quod carpit, quaſi aliquid ſubinane inſit in eo Opere, & in quo velut ſe oſtendat didiciſſe, quæ Ariſt. in Prædicamentis, Porphyrius in libello de quinque vocibus tradiderunt, vix dignum eſt reſponſione; quam tamen Billius cordatè non omiſit. *An* (inquit,) *cum totius diſputationis cardo in exiguarum quidem, ſed permagni interim momenti verſaretur fideiq; aduerſarij externæ diſciplinæ præſidijs aduerſus orthodoxos abuterentur, eruditiſsimum virum minimè decuit, quo gladio illi per ipſius latus Eccleſiam petebant, eodẽ ipſos trucidare, planumq; facere, eos armis etiam illis, quibus plurimum confidebant eſſe inferiores.*

De ſecunda verò Homilia de ieiunio neſcit quid dicat Eraſmus. Stylus idem eſt, & illa citatur à Damaſceno in Pararellis; quod & facit Euthymius, qui quoties hunc librum in ſua Panoplia nominat, eum triginta capitum nuncupat.

Cæterùm ſibi rectius conſuluiſſet Eraſmus, ſi verſiones ſuas accuratius expendiſſet, quare qui cenſor aliorum voluit eſſe, cenſuram patiatur & ipſe ab alijs. Sic autem Billius de illo.

Quoniam librum illum de Spiritu ſancto, qui Baſilij Magni nomine circunfertur, verum ac germanum ipſius eſſe ſuperiore capite oſtendimus, nunc in quibus Eraſmi verſio à Græcis interdũ diſsident annotare non grauabor. Nec tamen omnia huc cumulabo, ſed

ea dun-

ea duntaxat quibus ſententia corrumpitur, aut certè obſcuratur. Ac primum ipſius verba apponam, tum Græca, quæ mox ipſe, vt potero, Latina faciam. Cap. 1. *Verum etiam vt eos, qui illi huius ſtudijs conſortes ſunt, & omnium laborum ſocij ſunt, ad perfectionem feſtinanti, ad vberiorem profectum prouocemus.* Græcè, προάγειν δὲ εἰς τὸ πρόσω, συνεφαπτομένους αὐτῷ τῆς σπουδῆς, καὶ πάντα συνεκπονοῦντας ἐπειγομένῳ πρὸς τελείωσιν. id eſt, *vt eum porro prouehamus, ſtudiumq́; vna cum eo ſuſcipiamus, atq; ad perfectionem contendenti ſocios laboris nos adiungamus.* Paulò poſt teſtimonijs de Chriſto prolatis. G. ἐν τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρίοις. id eſt, *tum cum martyrio pro Chriſto perfungendum eſt.* Et infrà. *Cum alij quidem ex his, qui tum aderant, id obſeruarunt.* G. ἐπέσκηψαν τινὲς τῶν παρόντων. id eſt, *ingruerunt in nos, vel reprehenderunt nos.* Non enim idem eſt, ἐπισκήπτειν, quod ἐπιτηρεῖν. Cap. 2. Librariorum negligentia pro Aëtio, Aërio legitur. Cap. 3. *Aliàs ſine quibus ratio nō ſubſiſtat.* τὰ δὲ τῶν in Græcis his verbis aliquid deeſſe Latina ſatis oſtendunt: poſt dictionem ἄνευ οὐκ ἄνευ λόγον ὑπέχειν. id eſt, *aliàs autem hanc rationem habere, vt ſine ijs nil efficiatur.* Mox, *vt cauſæ vocabulo aliàs declaretur ipſe conditor, aliàs inſtrumentum.* G. ὥστε ἄλλως τὸν δημιουργὸν σημαίνεσθαι, καὶ τὸν ὄργανον ἄλλως. id eſt, *ita vt aliter opifex, aliter inſtrumentum ſignificetur.* in fin. *à rebus ſenſilibus.* G. παρὰ τῶν ἔξωθεν. id eſt, *à profanis auctoribus.* Cap. 4. *Haud tamen libertatem vllo modo ſeruire iuxta ſubmiſſionem, & indignitatem rerū ſenſibilium, ſed iuxta id, quod ſemper adeſt, ad exprimendam rerum proprietatem vocabulis nonnihil abutimur.* G. οὐ μὴν τήν γε τοῦ πνεύματος ἐλευθερίαν δουλεύειν πάντως φαμὲν τῇ σμικροπρεπείᾳ, τῶν ἔξωθεν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἀεὶ προστυγχάνον οἰκείως ταῖς χρείαις ὑπαλλάττειν τὰς ἐκφωνήσεις. id eſt, *haud tamen Spiritus libertatem humilibus & abiectis, externorum auctorum diſciplinis prorſus ſeruire dicimus, verum habita ratione eius quod ſubinde occurrit, accommodatè ad id quod ex vſu eſt, enunciationes immutare.* Cap. 5. *Quis hic non prorſus id, quod abſurdum eſt, ſignificat* ἄπορον, non idem eſt quod ἄτοπον, ſed ἀδύνατον. Et infrà. *Ioſeph loquens de inſomnijs, quæ viderat in carcere.* Vertendum potius. *Quæ viderant ij, qui in carcere erant.* Cap. 6. *Vt iam non poſſint dicere per hanc vocem inferiorem dignitatis gradum ſignificari.* G. λοιπόμενον τοίνυν αὐτοὺς τῆς ἀξίας ὑποδεέστερον διὰ τῆς φωνῆς ταύτης δηλοῦσθαι λέγειν. id eſt, *Reliquum eſt igitur, vt per hanc vocem inferiorem dignitatis gradum indicari aſſerant.* Et aliquanto poſt; *Scabelli locus ijs conuenit, qui ſunt inferioris exiſtimationis.* G. τοῖς ὑποδεομένοις ὑποπτώσεως. id eſt, *ijs, qui ſubiectione opus habent.* Cap. 7. Nouam formā præferunt veteri. G. ἐσθῆτα *veſtem*, vbi etiam per φιλοκόσμους *mundi amantes* libentius intellexerim, quàm *ornatus ſtudioſos.* Cap. 8. *Rex vocatur eorum, qui iam tranſgreſſi ſunt, legitimaq́; caſtigatione opus habent.* G. βασιλεὺς δὲ λέγεται τῶν ὑπερανα βεβηκότων ἤδη, καὶ τῶν ἐν νόμου ἐπιστασίας δεομένων. *Rex autem dicitur eorum, qui altius iam aſſurrexerunt, ac legitimo imperio, & gubernatione opus habent.* Paulò poſt, *grauiter laborantem ſuſcipere dignatus eſt.* G. ἐξιωμένους *ſanare* ita vertit Eraſmus, quaſi legiſſet δεξιούμενος. Non longè hinc, *ob promptitudinem illius, quod erat in nobis.* G. ἐκ τῆς ἑτοιμασίας τοῦ ἐφ' ἡμῖν. id eſt, *per liberi arbitrij noſtri præparationem.* Aliquanto inferius. Audientes enim viam, &c. G. τὴν γὰρ εἱρμῷ καὶ τάξει διὰ τῶν ἔργων τῆς δικαιοσύνης, καὶ τοῦ φωτισμοῦ τῆς γνώσεως ἐπὶ τὸ τέλειον προκοπὴν ὁδὸν ἐξακούομεν, ἀεὶ τοῦ πρόσω ἐπορεγόμενοι. id eſt, *per viam profectum eum, qui ſerie quadam, atq; ordine per iuſtitiæ opera, & ſcientiæ illuminationem ad perfectionem fit, intelligimus ſemper id, quod anterius eſt appetentes.* Videtur autem Eraſmus legiſſe, ἀεὶ ἐπὶ τὸ πρόσω ἐποιγόμενοι, non τοῦ πρόσω ἐπορεγόμενοι. Non longè hinc, *Qui gubernat omnia verbo veritatis ſuæ.* Lege, *qui portat omnia verbo veritatis ſuæ.* Mox, *naturam habet inuiolabili potentiæ obſequentem.* G. βουλήματι ἀβιάστῳ *voluntate nō coacta.* Non longo poſt interuallo, *neq; enim ex operum differentia, &c. Hæc, ſi mallem. Non enim ex operum differentia Pater conſpicitur, quòd videlicet peculiarem, atq; à filio diſtinctam actionem habeat (quæcunq; enim viderit Patrem facientem, hæc & filius ſimiliter facit.) Verum ex gloria quæ ei, ab vnigenito defertur, operum miraculum carpit.* In fine, *non autem ſumitur ad proloquium cauſæ efficientis.* G. ἐπὶ κατηγορίᾳ, *ad inſectationem, ac reprehenſionem.* Cap. 9. *A tumultu cupiditatum.* G. κηλῖδος, *labe*, Cap. 10. *Sicut ſolent æris alieni debitores, qui ſanè cordati ſunt* G. οἱ δῆθεν εὐγνώμονες. id eſt, *qui ſcilicet candidi ſunt.* Hæc enim ironicè legi debent. Aliàs enim potius ſcribendum eſſet ἀγνώμονες, hoc eſt *malæ fidei.* Neque enim debitores illi bonæ fidei ſunt, qui niſi ſyngraphis ſuis vrgeantur, debita non agnoſcunt. Cap. 12. *Neminem verò debet offendere.* G. παρακρουέσθω, *in fraudem inducat*, παραλογιζέσθω. Cap. 14. in fine. *Quorſum igitur attinet his aliquid addere in quibus abundè multæ ſunt obiectiones diſſolutæ?* G. τί οὖν πρὸς ταῦτα ἔτι, πολλῶν γὰρ δὴ τῶν διαλύσεων εὐποροῦσιν. id eſt, *quid igitur adhuc ſequitur? Multis quippe ſolutionibus abundant.* Cap. 15. *Quæ & præcedentem finiat, & initium det ſecuturæ.* Corruptè hic in Græco legitur παραιτιῶντα, pro quo ſcribendum περατιῶντα, vt etiam apparet legiſſe Eraſmum. Inf. *vtq; quæ illud ſeculum iuxta naturam poſſedit, hæc nos occupantes corrigamus.* G. ὥστε ἅπερ ὁ αἰὼν ἐκεῖνος κατὰ φύσιν κέκτηται ταῦτα προλαβόντας ἡμᾶς ἐκ προαιρέσεως κατορθοῦν. id eſt, *vt quod æuum illud ſuapte natura habet, hòc nos per animi inductionem occupantes præſtemus.* κατορθοῦν enim longè aliud ſignificat quam διορθοῦν. Id quod plerique non ſatis animaduertentes, ſæpè labuntur. Non longè poſt. *Inſuper & illinc cognoſcitur, quàm excellens ſit gratia, quæ à ſpiritu confertur in baptiſmate.* G. ἔτι κἀκεῖθεν τὸ ἀπὸ τοῦ πνεύματος

χάριτος

χάειτος πρὸς τὸ ἐν ὕδατι βάπτισμα γνώριμον τὸ διάφορον. id eſt, Adhac hinc, quoq; perſpicuum eſt, quantum inter eam gratiam, quæ à ſpiritu proficiſcitur, & baptiſmum eum qui aqua tantum conſtabat, diſcriminis ſit.

Atqui quæ etiam in capitibus ſequentibus obſeruata ſunt ab eodem Billio, hæc ſunt. Cap.16. Ita in intelligibili gubernatione impoſſibile eſt illam inſititiam manere vitam abſq; ſpiritu. G. οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς νοητῆς διακοσμήσεως ἀμήχανον τὴν ἔνθεσμον ἐκείνην διαμεῖναι ζωὴν ἄνευ τοῦ πνεύματος. id eſt, ſic etiam in eo ordine, qui animo tantum ac ratione intelligitur (hoc eſt in Angelis) impoſſibile eſt piam illam ac ſanctam vitam permanere citra Spiritum ſanctum. νοηταὶ διακοσμήσεις, idem quod οὐράνιαι δυνάμεις. id eſt, Angeli, videturque Baſilius hoc vocabulum mutuatus à Dionyſio Areopagita in cœleſti Hierarch. Inf. Attamen aliquo pacto videtur eſſe ſemel conſignatis. G. ἐσφραγισμένοις. id eſt, Baptizatis. Id enim hoc loco vox hæc ſignificat. Cap. 17. Verbo tantum intelligibilem λόγῳ. id eſt, ratione. Non multo poſt. Prolixius quàm vt huic conueniat feſtinationi. G. μακρότερον ἢ κατὰ τὴν παροῦσαν ὁρμήν. id eſt, longius quàm pro præſenti inſtituto. Cap.18. Alij verò qui cæteris in rebus nihil immutant, &c. Multa hoc loco peccat interpres, quæ, ne prolixus ſim, non enumero. Græca autem ſic habent. οἵ γε οὐδενὸς τῶν ἄλλων ἐκ τῆς τοῦ ἀριθμοῦ προσθήκης ἀλλοιουμένου, ὅμως ἐπὶ τῆς θείας φύσεως εὐλαβοῦνται τὸν ἀριθμόν, μὴ δι᾽ αὐτοῦ τὸ ὀφειλομένης τῷ παρακλήτῳ τιμῆς ὑπερβῶσι τὸ μέτρον, &c. id eſt, Qui quidem, cum nulla omninò res alia ob numeri acceſſionem immutetur, tamen in diuina natura numerum metuunt, ne ſcilicet per eum honoris Paracleto debito modum excedant. At ô ſapientiſſimi, maximè quidem ſupra numerum ſint ea, quæ intellectu comprehendi nequeunt: quemadmodum priſca Hebræorum pietas peculiaribus quibuſdam notis ineffabile Dei nomen exprimebat, ita nimirum eius ſupra res omnes eminentiam indicans. Quod ſi etiam numerum adhibere opus eſt, at certè nequaquam per eum verſutè deprauanda eſt veritas. Aliquanto pòſt, quantum par eſt, ſolitarium à rebus compoſitis, ac multitudinem habentibus abeſſe. G. ὅσον εἰκὸς τὸ μοναδικὸν τῶν συστηματικῶν. id eſt, quantum probabile eſt ſingularem numerum à compoſitis diſtare. Et proximè, ſed os Dei maieſtas. G. καὶ τὸ στόμα θεοπρεπῶς. id eſt, & os vt Diuinitati conſentaneum eſt, intelligi debet. Mox natura generabilis. G. γεννητή. id eſt, generata. Ibid. in ſua magnitudine incomprehenſibilem. G. ἐν τῷ μεγέθει αὐτοῦ ἀποκαλυπτον. id eſt, in ſua magnitudine reuelans. Eraſmus ita vertit quaſi eſſet, ἀκατάληπτον, ſed malè. Cap. 19. Quodq; in beatitudine nihil deſiderant virtutes. G. τὸ ἐν μακαριότητι διαρκές. id eſt, Beatitudinis perpetuitas. De Angelis loquitur. Paulo poſt, à terrena mortaliq; vita. G. ἐμπαθοῦς, turbulentis affectibus obnoxia. Mox, num hæc ſunt humilis aut aſpernandi verba? G. κατεπτηχότος, trepidi ac metu conſternati. Non longè hinc, Quin & interpellat, inquit, pro nobis. Itaq; quantum ſupplex eſt infra beneficij auctorem, tantum ſpiritus iuxta dignitatem excedit à Deo. G. ἀλλὰ καὶ ἐντυγχάνει, φησίν, ὑπὲρ ἡμῶν, ὥστε ὅσον οἰκέτης τοῦ εὐεργέτου λείπεται, τοσοῦτον τὸ πνεῦμα κατὰ τὴν ἀξίαν ἀποπέπτωκε τοῦ θεοῦ. id eſt, at inquies etiam pro nobis interpellat. Ac proinde quantum is, qui ſupplex eſt, beneficij auctore inferior eſt, tantum quoq; Spiritus ratione dignitatis à Deo excidit. Et paulò poſt. Ideò pia ac Diuina gloria illum multabis. G. τούτου ἕνεκεν τὴν εὐσεβῆ, καὶ θείαν δόξαν περὶ τούτου ζημιωθῇς. id eſt, ideo pia ac religioſa de eo fide ſententiaq; multaberis. Cap.20. Excutiunt ſeruitutem. G. ἀφηνιάζουσι. id eſt, Imperium detrectant, neq; enim Dei ſeruitutem quiſquam excutere poteſt. Cap.21. Euaneſcunt lucernæ ſolis aduentu ἀργοῦσιν. id eſt, Superuacaneæ ſunt. Cap. 22. Collaudatis diſcipulis, quod mundæ eſſent vitæ. G. μαρτυρήσας τοῖς μαθηταῖς. id eſt, cum hoc diſcipulis teſtimonium dediſſet, &c. Cap. 24. Plebeius homo. ὁ κοινὸς quilibet homo. Mox, in donis ad obedientiam conferentibus. G. ἐν ταῖς εἰς ὑπήκοον χάρισιν. id eſt, in beneficijs erga ſubiectos. Paulò poſt, In Dei laudibus. G. ἐν ταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ ἀπολογίαις. id eſt, in defenſionibus pro Chriſto. Ibidem, eſſe qui hæc omnia neglexerint, & ignorata communione, quæ eſt in omnibus Patri, & Filio, diſtrahant Spiritum, neſcio an quiſquam Sancti Spiritus particeps confecturus ſit. G. ταῦτα πάντα παριδόντας, καὶ τῆς ἐν πᾶσι κοινωνίας ἐπιλαθομένους, ἀπὸ πατρὸς, καὶ υἱοῦ διασπᾶν, οὐκ οἶδ᾽ εἴτις μέτοχος πνεύματος ἁγίου συνθήσεται. His omnibus neglectis, communioneq; ea, quàm in omnibus rebus habet, obliuione tranſmiſſa, à Patre, & Filio eum diſtrahere, haud ſcio an quiſquam ſpiritus particeps vnquam aſſenſurus ſit. In fine. Vertunt in inſultum blaſphemiæ. G. ἐφόδιον, id eſt, πρόφασιν, occaſionem. Cap. 25. Ne nobis faceſſant negotium. G. μηδὲ ἡμᾶς ἐξειργέτωσαν, id eſt, Ne nos quidem ab ea extludant, id eſt, nobis quoq; idem ius permittant. Proximè, non eſt amplius ad contraria accommodabilis. G. οὐκέτι ἐστὶν ὁμοίως τοῖς ἐναντίοις ἐπιχείρητος. id eſt, non iam æquè aduerſariorum aggreſſionibus patet. Non multo poſt, Vt in ſcriptura repertas inducere. G. τὰς μὲν ἐγγράφειν. comprobare. Ibidem, tametſi primo ſtatim auditu euidens ſit vtendi libertas. G. ἐναργὲς ἔχει τὸ χρήσιμον. id eſt, euidentem vtilitatem habet. Haud longè hinc, indenunciatum bellum. G. ἀκήρυκτον. implacabile. Non ita longè hinc, Mordicus hanc vocem in velut humilem addunt ſpiritui. G. καὶ ἐκθυμότατα τῆς φωνῆς ταύτης ὡς ταπεινῆς τοῦ πνεύματος περιέχονται. Quo loco ſi ſententiæ vllus reſpectus eſt, delendum, τοῦ πνεύματος. acerrimè, ac velut conſertis manibus hanc vocem vt humilem retinent. In fine. Si non eam proditricem pronunciarint. G. ὡς προδότην ἀποκηρύξωσιν. id eſt, vt proditricem abdicent. Cap.26. Et vna ſimul cum ipſo igni eſſe; lege, at vna. Paulò inferius, At ſanè illud nequaquam, leuis



Digitized by Google

momenti eſt. G. τοῦτο οὐκ ἀβαρές. id eſt, Hoc non caret inuidia, φορτικόν ἐστι. Cap. 27. Imprudentes & ea damnabimus, quæ in Euangelio neceſſaria ad ſalutem habentur. G. λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον. id eſt, Imprudentes grauiſſimum Euangelio detrimentum inferemus. Loquitur de traditionibus, quæ ſine certiſsimo Euangelij detrimento cõuelli abijcique nequeunt. Proximè inuocationis verba, cum oſtenditur panis Euchariſtiæ, &c. τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα. intelligit verba hæc, quibus in ſacra Liturgia Græci precibus à Deo poſtulant, vt Spiritus ſanctus ſuper propoſita dona veniat, eaque benedicat, & ſanctificet, atque in Chriſti corpus & ſanguinem vertat. De quo vide Liturgiam Baſilij, & Chryſoſtomi. Mox, conſecramus aquam baptiſmatis. G. εὐλογοῦμεν. id eſt, Benedicimus. Rurſus infrà, Iam ter immergi hominem vnde eſt traditum? G. πόθεν. id eſt, vnde ex ſcriptura hauſtum? Vt enim vertit Eraſmus, ſeipſum oppugnaret Baſilius. Aliquanto poſt. Mentem ad contemplationem dogmatum inhabilem exercens. G. δυσθεώρητον κατασκευάζουσαι τὸν νοῦν τῶν δογμάτων. id eſt, intellectu difficilem reddens dogmatum ſententiam: vel, dogmata ita comparans, vt eorum ſenſus non facilè percipi poſſit. Infrà, adhuc neque mediocrem perfectionem ad myſterij vim afferentem. G. συντέλειαν. id eſt, adiumentum. Non longè à fine, reijcere aut aliter ſcribere. G. ἀθετῆσαι (ſic enim ſcribendum, non ἀπαιτῆσαι, vt editum eſt) ἢ διαγράφειν inducere, obliterare. Cap. 28. Videamus ſi quam excuſationem. G. ἀπολογίαν. id eſt, defenſionem. Excuſantur enim errata. Grauius autem eſt id quod ſequitur. Iſtos verò ne id quidem ſpiritui, qui in eos venit, tribuere. G. τῷ δὲ πνεύματι τούτους μηδὲ τοῖς ἀνθρώποις ἐξ ἴσου μετὰ Χριστοῦ εἶναι. (Sic enim ſcribi debet, non οἷον, vt excuſum circumfertur) τό γε εἰς αὐτοὺς ἧκον μεταδιδόναι. id eſt, Hos verò ſpiritui, quantum quidem in ipſis eſt, neque hoc tribuere, vt æquè ſaltem atque homines cum Chriſto ſit. Infra, Nam ſimul affligimur, ſimul quoque glorificabimur. Ibidem, vt pari ſaltem tecum honore digneris. G. ὡς οὐδὲ τοῦ τῶν ἴσων τυγχάνειν ἀξιῶν. id eſt, tanquam nec pari quidem tecum honore afficiendum ducent. Mox, Non vt oſtendam tantundem. Adde, duntaxat. Hoc enim hic ſignificat τοσοῦτον. Alioqui impius eſſet ſenſus. Quæ ſequuntur valdè vitioſa, & à Baſilij mente aliena ſunt. Quid autem orabunt iſti, qui cum neſciant, an aliquid magnificum, vel loqui prouocentur à ſpiritu, tamen tanquam poſſint aſſequi dignitatis modum, quod in dictis nimium eſt, caſtigant, quod oportebat ſuam deplorare infirmitatem, quoniam pro his, quæ facta accepimus, ne verbis quidem gratias agere ſumus idonei. G. οἱ δὲ τί προσεύξονται μὴ εἰδότες, ἐάν τι καὶ φθέγξασθαι σεμνὸν ὑπὸ τοῦ πνεύματος προαχθῶσιν, ὡς ἐφικνούμενοι τῆς ἀξίας, κολάζουσι τοῦ λόγου τὸ ὑπερπῖπτον τὴν συμμετρίαν, &c. id eſt, Iſti autem quid orare debeant neſcientes, ſi quid etiam magnificè loqui à ſpiritu impellantur, perinde atque dignitatem ipſius aſſequantur, quod in dictis modum excedit reprimunt. Quos quidem potius imbecillitatem ſuam deplorare conueniebat, &c. Cap. 29. Ex nobis primum cœpit impetus. G. ὥρμηται, initium ſumpſit. Et infra. At de cæteris fortaſſe dubitari poſſit, aut credi poſſint per intolerabilem audaciam à ſcribis immutata, ἢ καὶ μεταγραφέντα δυσφώρατον ἔχειν τὴν κακουργίαν. id eſt, aut etiam immutata iam ratione, vt fraus ægrè deprehendi poſſit. Eraſmus ita vertit, quaſi δυσφόρητον haberetur in Græco. Sed planè incommodè. Non multo poſt, quem tanquam aggreſſorium (ſic enim legitur librariorum errore) diſcipulis ſuis reliquit feſtinans iam ad perfectionem, quæ fit per ignem. G. ὃν ὥσπερ ἀγαθόν τι ἐξιτήριον τοῖς συνοῦσιν αὐτοῦ καταλέλοιπεν, ὁρμῶν ἤδη πρὸς τὴν διὰ πυρὸς τελείωσιν. id eſt, quem velut aliud quoddam legatum familiaribus ſuis reliquit, cum iam ad ignem, nam hoc martyrij genere perfunctus eſt) proficiſceretur. τὰ ἐξιτήρια, dona ſunt, quæ quiſpiam in diſceſſu in amicos ſuos confert. Non longo interuallo. Nonne per hanc vocem orat? G. οὐχὶ ταύτην τὴν φωνὴν πρεσβεύει. id eſt, Nonne hanc vocem tuetur, ac ſummo honore proſequitur? Cap. vlt. Rapidumque Aquilonem. G. λάβρον ὕδωρ. id eſt, vehementem imbrem. Proximè, alios quidem veluti ſui proditores ad ipſam deſperationem vltro transfugere. G. τοὺς μὲν καταπροδιδόντας, καὶ παρ' αὐτὴν τὴν ἀγωνίαν αὐτομολοῦντας. id eſt, alios quidem caſtra ſua prodentes, atque flagrante prælio transfugientes. Mox, ad extremum prouecta inuidia. G. ὁ πρὸς τὸ ὑπερέχον φθόνος. id eſt, inuidia aduerſus præſtantiores. Non longè hinc, incredibilium malorum, dum ob omnem vitæ ſpem ereptam prorſus non timent peccare. G. τῆς τῶν κακῶν ὑπερβολῆς διὰ τὴν πρὸς τὸ ζῆν ἀπόγνωσιν πᾶσαν αὐτοῖς τοῦ ἁμαρτάνειν ἄδειαν ἐμποιούσης. id eſt, incredibili quadam malorum magnitudine ob vitæ deſperationem omnem eis peccandi licentiam afferente. Ibid: primam aſſequendi laudem, &c. Apertius, de primatus contentione nihil remittant. Notandum autem id, quod non longo poſt interuallo ait Baſilius ad firmandum inter ſceleratos homines ſeditionis ſocietatem, nullam coniurationem parem vim habere, atque erroris ſimilitudinem, id quod calamitoſiſsima tempeſtate magno ſuo malo experitur noſtra Gallia. Quid enim hac Hidra hæretica tetrius, quæ toties ſecta, atque truncata, ſemper coaleſcit? Sed his omiſsis duo hæc loca quæ reſtant, abſoluamus. Nam ſi vera locutus eſt Eccleſiaſticus, lege, Eccleſiaſtes. Paulò poſt, alij verò dominantur. G. ἐπικροτοῦσι plauſus excitant: Videtur Eraſmus legiſſe, ἐπικρατοῦσι. ſed malè.

Hære-

## *Hæreticorum verſiones. Cap. XIIII.*

Sed & alij quoque qui fuerunt hæretici Baſilium verterunt in Latinum, quorum penè primus, Ianus Cornarius Medicus Zuiccanenſis, qui plura eius Patris Latinitate donauit, exceptis in Eſaiam, & Pſalmos Commentarijs, atque Epiſt. alijs quibuſdam, quæ ſunt in poſterioribus editionibus Pariſienſi, atque Antuerpienſi. Acceſsit VVolfgangus Muſculus, qui & verſionem ſuam, vna cum quibuſdam alijs emitti curauit an. 1565. ex Baſileenſi typographia, Bilibaldus autem Pirkaimerus vertit Monodiam Gregorij Theologi in Baſilium, quæ verſio in Antuerpienſi editione an. 1568. vti & aliorum quorundam hæreticorum inſerta eſt.

De quibus omnibus nil aliud dicendum eſt, niſi quòd cum in Regula tertia Indicis librorum prohibitorum à Pio IV. ac deinde ab alijs Pont. Max. verſiones Scriptorum etiam Eccleſiaſticorum, quæ hactenus editæ ſunt à damnatis auctoribus, permittantur, modo nihil contra ſanam doctrinã contineant, hoc inprimis curatũ iri ſpero, vt hæ verſiones inter ſeſe collatæ aut purgentur, ſicuti de Eraſmo Billius fecit, aut certè à Catholicis Baſilius integrè, & optimè verſus, faciat illas omnes euaneſcere. Interea ꝙ initio de iſtis verſionibus dixi, claudam hanc meam de Baſilio tractationẽ verbis ipſius Muſculi, vt intelligatur, quàm ſe ipſos hæretici ſuo gladio iugulent. Is enim Epiſtola illa ad Lectorem, quã editioni ſuæ præfixit, ἀσκητήρια, quæ ſunt cœnobia regulis religioſis inſtituta, mirificè commendat, cum de Aſceticis à Baſilio Magno ſcriptis agit. At ô bone Ieſu, ecquam fidei puritatem, ac quænã cœnobia Muſculus à Baſilio commemorata cernimus alia, quàm ea, in quibus cum Damaſo Pont. Romano, cum Ambroſio Epiſcopo Mediolanenſi, cum Gregorio Nazianzeno, Catholica tunc communicabat, ac hodieque cõmunicat Eccleſia?

## *Baſilij Magni Operum Catalogus, quæ circumferuntur ex Officina Philippi Nutij, Anno 1568. Antuerpiæ. Cap. XV.*

In Opificium ſex dierum, Homiliæ 11.
De Paradiſo, Homiliæ 4.
In quoſdam Pſalmos, Homil. 18.
Ad Populum varijs argumentis, Hom. 19.
Exhortatio ad Baptiſma.
De Baptiſmo, lib. 1.
Terra promiſsionis, quibus debeatur, Homil. 1.
Aduerſus Apologeticum Eunomij, lib. 5.
De Spiritu ſancto, lib. 1.
In Aſcetica, ſiue exercitamenta monachorum, Homil. 8.
Ethicorum, hoc eſt, Moralium, Regulæ 80.
De inſtitutionibus monachorum, Hom. 11.
Regulæ fuſius diſputatæ, num. 55.
Regulæ compendioſius diſputatæ, nu. 313.
Animaduerſiones aduerſus Canonicos delinquentes.
Conſtitutiones Monaſticæ.
Ad Chilonem Diſcipulum Epiſtola.
Admonitio ad Iuniores.
De laudibus Eremi.
Ad monachos elapſos Epiſtolæ 11.
Animaduerſiones in Cœnobitas, num. 49.
De vera Virginitate, lib. 1.
Epiſtolæ Baſilij, & Gregorij Theologi 180.
Ad Filium ſpiritualem admonitio.

*Adiecta ſunt.*

Expoſitio in 16. priora Prophetæ Iſaiæ capita.
Aduerſus eos, qui calumniantur, quòd colamus tres Deos.
Epiſtolæ tres ex deſcriptis calamo libris.
Canones Baſilij cum Commentarijs Balſamonis.
Orationes 24. ex Baſilio excerptæ per Simeonem Magiſtrum.
Liturgia, ſiue Miſſa D. Baſilij.
Grehorij Nazianzeni Theologi Monodia in laudem Baſilij.
Scholia D. Baſilij in Pſalterium Dauidicum.
Viginti, & vna D. Baſilij Epiſtolæ.
Gregorij Nazianzeni in Baſilium funebria, ſiue ſepulchralia.
Ex primo Faſtorum Baptiſtæ Mantuani, carmen in laudem D. Baſilij.

Admonitos autem velim doctos viros, qui editioni operum S. Baſilij præſunt, eos de Commentario in Pſalmos, qui ad calcem reiectus eſt, edendo admodum ſollicitos eſſe non debere, cum nihil aliud ſit quam cinnus duorum Patrum Commentariorum Chryſoſtomi ſcilicet, & Theodoreti.

Nam ea, quæ in Pſalmum primũ ſcribuntur, & in alios tredecim ſequentes, ex Chryſoſtomi homilijs in Pſalmos decerpta ſunt, in epitomen redactis, quarum antiquus eſt interpres apud Chryſoſtomum, vt ex manuſcriptis collegit noſter Fronto Ducæus, qui & me hac de re monuit, nõ autem Gentianus Heruetus, vt credidit Sixtus Senenſis. Iſtius



Digitized by Google

verò commentarij Baſiliani VVolfgangus Muſculus interpretationem pertexuit anno 1565. & apud Oporinos Baſileæ curauit excudi.

At quia non extabant (vt neque nunc extant) homiliæ Chryſoſtomi in Pſalm. 15.16. 17.& cæterorum, vſque ad quadrageſimum ſecundum, is, qui Commentarium hunc conſarcinauit, Theodoreti verba exſcripſit, vt ex collatione interpretationis Muſculi, & Antonij Card. Caraffæ liquebit.

Iam quia reperitur homilia Chryſoſtomi in 42. Pſalmum, & reliquorum vſque ad quinquageſimum primum, ex cuius ſcriptis in Compendium redactis ſic collector ſuam telam confecit.

Rurſus vbi ſe deſtitui Chryſoſtomi Sermonibus ſenſit, ad Theodoretum redijt, vt in quinquageſimum primum, & cæteros vſque ad centeſimum octauum commentaretur, eiuſque factus eſt amanuenſis.

Centeſimum verò octauum, & reliquos quadraginta duos è Chryſoſtomo petitis enarrationibus illuſtrauit: quo admonemur fruſtra nos Chryſoſtomi homilias nō quęſituros in alios Pſalmos, quarum epitomen in hoc Oporiniano Commentario apud Baſilium non repererimus.

De hoc item monendum cenſeo Lectorem, ne forte Græcum textum iſtius Commentarij in Pſalmos requirat, neúe onerentur iiſdē duplicatis voluminibus, qui Sanctorum Patrum opera Græcolatina ſunt empturi, & bis eiuſdem rei pretium numerare cogantur.

Porrò Baſilij Operum editio Græca extat antiquior Baſileæ excuſa an.1532. quæ continet ſermones in Hexaemeron, in Pſalmos; & Homilias ſequentes librum de Spiritu ſancto, & Epiſtolas. Extat item aliud volumen, Venetijs editum an.1535. apud Sabios, quo continentur Ethica, & Aſcetica, liber de Virginitate, & contra Eunomium libri.

Tertia editio Baſileenſis eſt anni 1551. cui Ianus Cornarius præfuit. Altera verò ibidem, de qua diximus an. 1565. curante VVolfgango Muſculo hæretico, qui Argyropyli, Volaterrani, & aliorum interpretationes caſtigaſſe ſcripſit, & quoſdam libros ipſe vertit, ſi non euertit.

At ſecunda editio. Iani Cornari, qui Opera omnia Latinitate donauit, prodierat in lucem Baſileæ an.1552. apud Frobenianos & Epiſcopios.

Vltima verò, Pariſienſis fuit anni 1566. quam Gillotius Torrenſis correxit, & Tilmannus Cartuſianus in multis ad exemplar Græcum caſtigauit, quam typographi deberent ſibi proponere ſequendam, & è regione Gręci textus attexendam. Ad quam denique adijcerentur Notæ eiuſdem Frontonis Ducæi ad eundem Auctorem, quas ſe habere in promptu mihi nouiſſimè ſcripſit. Cæterùm, audio cudi nunc Pariſijs D. Baſilium. Cùm autem poſt eam Nutij editionem, alia eiuſdem D. Baſilij Opera in lucem ſint data, eadem huc meritò adijcimus, quæ ſunt: Sanctorum Baſilij, & Gregorij Theologi, Dialogus De inuiſibili Dei eſſentia. Tomo 4. Biblioth. SS. PP. Anaphora ex vetuſtiſſimo Codice, Syriaca lingua & charactere, ſcriptó, traducta per Andream Maſium. Eiuſdem precatio qua ſolebat factis ſacris, vti apud Deum, tranſlatus ex Syriaco, per eundem Andream Maſium Tomo 6. Biblioth. SS. PP. edit.2. & S. Baſilij Liturgia de qua in liminari Epiſtola Victorius Scialach Maronita, ſcribit ad Marcum Velſerum, cui tres à ſe conuerſas, ex Arabico Liturgias dicauit. Sed & vide in hoc Apparatu, in verbo, Liturgica, ſiue Liturgiæ, & in verbo, Victorius Scialach. Quin & Henricus Caniſius Tomo 5. antiquæ Lectionis inſeruit, Rationes Syllogiſticas Baſilij Magni, atque huius & Gregorij Nazianzeni Expoſitionem fidei. At poſtremò, hoc eſt an.1603. Michaël Sonnius Pariſijs Baſilium Magnum, ſic recudit, vt ſuperiori Catalogo adiecerit.

Hexaemeron D. Baſilij ab Euſtathio tranſlatum, nunc primum in lucem editum ex Bibliotheca Nicolai Fabri. Quam quidem verſionem in gratiam Sincleticæ Germanæ Diaconiſſæ Latinam fecit Euſtathius, cuius meminerunt Caſſiodorus libro de Inſtitutione Diuinarum Scripturarum, Iunilius Epiſcopus Africanus, ſiue potius Beda (nam Iunilius Afer Euſtathio antiquior eſt) in præfatione Commentarij in Geneſim. Sigebertus, cap.21. libri de Illuſtribus Scriptoribus.

Epiſtolæ duæ S. Baſilij ad Presbyteros Tarſenſes, & ad eos, qui ſunt Tarſi, Flaminio Nobilio interprete. Sunt autem (ait idē Flaminius) à ſanctiſſimo illo Patre ad duos quaſi hominum conuentus ſcriptæ, nonnihil in cauſis Eccleſiaſticis diſſidentes, quos ita inter ſe conciliare ſtudet, vt in præcipuis tamen dogmatibus, id eſt in iis, quæ ab Eccleſia ſunt definita, aut ex Sacra Scriptura manifeſto deducantur concordes eſſe velit. Itaque optimam hæ Epiſtolæ diſſenſionum ſedandarum rationem docent.



Digitized by Google

Additus eſt Tractatus S. Baſilij De conſolatione in aduerſis, ſiue Epiſtola conſolatoria, vberrima, incerto, ſed perantiquo Interprete.

Anaphora, ſiue Miſſa S. Baſilij ex lingua Syriaca in Latinam conuerſa ab Andrea Maſio, qui & cauſas affert cur iſta ſit compendioſior, quàm ea, qua prolixiore Græci ex Baſilio vtuntur, & oſtendit in vniuerſa Syria hodieque Anaphoram hanc, ſiue Liturgiam ad vſum adhiberi. In Opera S. Baſilij Notæ Frontonis Ducæi Societatis noſtræ Theologi. Reliqua verò D. Baſilij, quæ Græcè m.s. extant, cum in varijs Bibliothecis aſſeruentur, è Catalogis, quos Apparatui noſtro adtexuimus, cognoſci poterunt.

BASILIVS Ancyranus Epiſcopus *Arcis Michea*, ſcripſit contra Marcellum, & de Virginitate librum, & nonnulla, & ſub Rege Conſtantio Macedonianæ partis cum Euſtathio Sebaſteno Princeps fuit, hæc Hieronymus in Catal. Vixit anno 330. Trit. At alij codices habent *Epiſcopus artis medicinæ*. Lypſius verò pro *Medicinæ* legit *Medica*: quomodo & codex Viridis Vallis habet. Sophronius Simpliciter habet βασίλειος ἀγκυρανὸς ἐπισκόπος; hoc eſt, *Baſilius Ancyranus Epiſcopus*. De arte Medica verbum nullum. In Gemblacenſi cod. *Baſilius Ancyranus, Epiſcopus Arcis Mithea*: quam lectionem veram, ac genuinam putat Suffridus. Eſt autem (inquit) Mecha ciuitas Arabiæ, in qua pſeudopropheta Mahomet conditus eſt, ideoque ob illius memoriam hodie non minus à Saracenis, ac Turcis peregrinatione ſuſcepta inuiſitur, quàm Hieroſolyma à Chriſtianis. Hæc igitur Arx quondam in Ciuitatem progreſſu temporis per Saracenos erecta eſt, ita vt nunc inter Arabicas præcipua ſit: codex Sigebergenſis habet etiam *arcis Michea*. Suidas autem apertè illũ nominat ἰατρὸν, hoc eſt, arte Medicum.

BASILII Cappadocis monachi (alius hic eſt à Baſilio Magno) ἀναφορὰ πρὸς τὸν μητροπολίτην θεσσαλονικέα ἐκείνων κύριον Νικήταν, habetur cum canonibus Conciliorum, quos Ioannes Zonaras expoſuit.

BASILIVS Cilix, Eccleſiaſticam (vt inquit in ſua Bibliotheca Photius) hiſtoriam condidit ab obitu Simplicij Romani Pontificis vſque ad Anaſtaſium Dicorum Imp. & Simplicius ille fuit, qui Acacio Conſtantinopolitano Epiſcopo ſcripſit, ne cum Petro turbante Alexandriam communicaret. Cæterùm Baſilius hic, ſe duos alios hiſtoriæ libros ſcripſiſſe dixit, alterum à tempore Martiani Regis vſque ad Zenonem, alterum à Zenonis tempore vſque ad regnum Iuſtini. Eſt autem (ait Photius) ſcriptor hic in ſtylo, & dictione non valde accuratus, κέχρηται δὲ μάλιστα ταῖς παρ' ἀλλήλων τῶν ἐπισκόπων σταλλομέναις ἐπιστολαῖς, εἰς πίστιν (ὥς φησιν) ὧν αὐτὸς γράφει· αἳ καὶ πολύστιχον ποιοῦσι τὸ βιβλίον, καὶ ἐν πλήθει λόγων ὀλίγων συναγαγεῖν ἱστορίαν. διὰ καὶ τὸ σαφὲς τῆς ἱστορίας τῷ πλήθει περικόπτεται τῶν παρεντιθεμένων. hoc eſt: *Vſus eſt autem maximè Epiſtolis Epiſcoporum inuicem miſſis, ad fidem* (vt inquit) *eorum, de quibus ſcribit. Quæ & ingens reddunt volumen, & in ſermonum copia exiguam colligunt hiſtoriam, quamobrem, & eorum, quæ interſerit, multitudine, perſpicuitatem hiſtoriæ circuncidit.* Atqui & (ſiue hic, ſiue fortaſſis alter) Baſilius Cilix, quem Photius alio in loco ſuo Bibliothecæ vocat *Presbyterum Eccleſiæ Antiochiæ*, Flauiano ibidem Archiepiſcopo, Romanis verò imperante Anaſtaſio, ſcripſit contra Ioannem Scythopolitam, cui ſexcenta exprobrat crimina, tum de Manichæi erroribus, tum quod ſanctam Quadrageſimam ad tres redigebat hebdomadas, quibus neque à volucrium carnibus abſtinebat, & verò ſacris gentilium intererat, ac totus ventri addictus, ne ſacrificij quidem noſtri Chriſtiani finem expectabat, ſed illico poſt lectum Euangelium ſe ſubtrahebat, ad menſam accurrens, ſicque totum librum aduerſus illum referciens. Qui quidem tres contineret colloquentes Lampadium oppugnantem ipſum Ioannem, Marinum autem defendentem, Taraſium denique ſuperuenientem, ac ſententiam ferentem. Sed cum fuſius materiam horũ Dialogorum Photius explanet, addit Baſilium iſtum nec dictione, nec ſcriptione, nec ordine commendandum, qui & verbis è triuio vtatur, nec ſolœciſmis careat, ac, quod deterius eſt, Neſtorij morbo laboret. Scripſit autem Commentarium hunc Leontio, quem vt ſanctiſſimum, ac Dei amantiſſimum, & Patrem veneratur.

BASILIVS Gradi, Raguſeus de virginitate librum Romæ an. 1584. emiſit in lucem.

BASILIVS alius Epiſcopus Irenopolis Ciliciæ, ſub Anaſtaſio Imp. Baſilio Cæſarienſi, & ingenio, & virtute ſimilis, ſcripſit contra Archelaum Coloniæ presbyterum. Suidas.

BASILII Imp. Conſtantinopolitani Exhortationum cap. 60. ad Leonem filium cognomento Philoſophum. Tom. 4. Bibl. SS. PP. edit. 2. Nos eadem è Græco Italicè reddita, libro noſtro, qui *Miles Chriſtianus* inſcriptus eſt adiecimus. Qui & Venetijs an. 1604. apud Dominicum Imbertum recuſus eſt.

BASILII & Iſaacij Angeli σημείωμα εἰς τὸ ἀποκείρεσθαι τὰς τῶν ὑποψηφίων ἀρχιερέων γυναῖκας, habetur cum canonibus Conciliorum.

Basilii monachi, & presbyteri Aſceticæ Vitæ deſcriptio in Latinum è Græco verſa à Iacobo Pontano, & vnà cum Simeone iuniore edita Ingolſtadij an. 1603.

Basilii Theſſalonicenſis Commentarij in Nazianzenum, Græcè m.s. fol. in Bibl. Imperatoris Viennæ Auſtriæ.

Basilius è Ripa Brixienſis, Auguſtiniani Ord. compoſuit librum De vita priuata. Poſt exordium incipit: *Varios, de te loquentium ſuſcitaſti ſermones amicorum.* Tractatum item, cui titulus eſt; Publica deſcriptio ficulneæ, cucurbitæque, cuius initium, *Ficulneam in agello ſuo colonus quidam plantauit.* Scripſit quoque vitam B. fratris Bartholomæi è Palatiolo, ad Paulum è S. Genelio Epiſcopum Heleneapolitanum. Præterea, libellum in Iure Canonico, & Orationes non paucas. Conciones etiam ſacras complures. Quæ omnia Brixiæ in Bibliotheca S. Barnabæ aſſeruantur. In patria mortuum eius corpus humatum eſt. Ioſeph Pamphilus.

Basilius S. Sabæ Abbas Epiſtolas ſcripſit Theodoro Studitæ ſibi amiciſsimo, quẽ putabat Schiſmaticum eſſe factum. Vide Card. Baron. in 9. Tomo Annal. ſub an. 808.

Basilius Seleuciæ Epiſcopus, ſiue Archiepiſcopus, quem Photius in ſua Biblioth. *μακάριον*, hoc eſt *Beatum* appellat, quindecim Sermones, ſiue Homilias conſcripſit.

I. De illis Verbis. *In principio creauit Deus cælum & terram.*
II. De Adamo.
III. De Chaimo, & Abele.
IIII. De Abrahamo.
V. De Ioſepho.
VI. De Moyſe.
VII. De Helia.
VIII. De Iona.
IX. De Centurione.
X. Super ijs verbis Euangelij. *Nauigabant, ſiue erant in naui diſcipuli cum Ieſu.*
XI. De illo. *Venite ad me omnes, qui laboratis.*
XII. De Publicano, & Phariſæo.
XIII. De matre filiorum Zebedæi, ſuper illis verbis. *Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus à dextris, alter à ſiniſtris.*
XIIII. De illo. *Quem me dicunt eſſe filiũ hominis.*
XV. De illo. *Tu ne es ille, qui venturus eſt, an alium expectamus?*

Atqui in Vaticana Bibliotheca habetur Symeon in Manda m.s. Græcus, in quo, prętor alios continetur Baſilij Epiſcopi Seleuciæ Iſauriæ, in Actus Apoſtolorum Protheoria, ſiue *prauius proſpectus* Protomartyris Theclæ, *χαρακτῆρι* (vt ait) *συγγραφικῷ*, hoc eſt charactere hiſtorico. Sed & paucos ante annos prodierunt in lucem Baſilij Seleuciæ Archiepiſcopi in Sacratiſsimæ Deiparæ Annunciationem, ſeu de Verbi Incarnatione Oratio, Theodoro, Peltano Societatis noſtræ Theologo interprete; & eiuſdem Baſilij Conciones, ſiue Orationes de Lazaro tres: hæque omnes extant in Bibl. SS. PP. in 2. Tomo, ſecundæ editionis Pariſienſis; quæ Græcè manuſcripta habentur in Bibliotheca Bauarica vna cum Homilia in illud: *Erat quidam ægrotus Lazarus à Bethania:* & altera in illud. *Nondum enim intrauerat in Vicum, ſed erat in loco, vbi Martha occurrit.* Et alia. Quòd Philoſophi ab Apoſtolis victi ſint, & fides ſine operibus ſit inanis. Et de fornicatione, & adulterio; & alia in illud: *Ieſus eleuauit oculos ſuos, & dixit: Pater gratias ago tibi, quia audiuiſti me.* Et alia de inuidia, & de Auaritia. Sanè verò priuſquam Photij iudicium de hoc Auctore huc inferam, id primò ſciendum, Baſilium Seleuciæ Epiſcopum fuiſſe adnumeratum inter eos quinque, qui cum Dioſcoro præfuerunt improbo Epheſino conuentui: qui quidem erant, Iuuenalis Hieroſolymitanus, Thalaſsius Cæſareæ Cappadociæ, Euſtathius Berythi, Euſebius Ancyræ, Baſilius Seleuciæ Epiſcopi. Qui tamen quinque in Chalcedonenſi Synodo vna cum alijs Catholicis ex interlocutione Iudicum cognitorum, rectæ fidei ab omnibus acceptæ, atque probatæ (nempè Nicæno Symbolo, atque Conſtantinopolitano, Decretis Epheſi, & Epiſtolæ S. Leonis Papæ) vna cum alijs Epiſcopis ſubſcripſere; qui & damnarunt his contraria ſentientes. Quamobrem iuſsi ſunt Synodum ingredi, à qua antea fuerant repulſi, vtpote cum Dioſcoro in Synodo, rei ſcelerum patratorum.

Concil. Chalced. Act. 4. quãuis in Græco cod. Actio Synodalis de Eutychianis Archimandritis hanc præcedat.

An. Dom. 451. Leonis Papæ XII.

At vt iſtius Baſilij vnum aliquod addam, ex quo perſpicax eius ingenium intelligatur, is in Homilia de S. Helia propheta diſſerit, cur ille tranſlatus ſit ex hoc Mundo in Paradiſum, atque inquit hoc factum, *quòd nimio, & aſperiore iuſtitiæ zelo ageretur, non valens errores publicos, atq; diſſenſiones ferre; Deum itaq; ab humana conſuetudine illum ſubmouiſſe, atq; in placido, & quieto loco poſuiſſe: ſibi interim ipſum Deum habenas ſui populi adminiſtrandi ſumpſiſſe, quippe qui ſciat eiuſmodi adminiſtrationem temperare.* Quibus è verbis, eſt, quòd Mundi principes, atque adeò qui clauos Eccleſiarum regunt, cogitent, ſi quis publicus Miniſter alioquin bonus, atque fidelis ſit acerbior, vt à publica adminiſtratione ſubmotus pro ſua tamen fide remunerationem accipiat, alteri autem qui rem ſciat publicam moderari eam conferat.

Iam de doctrina, & dictione Baſilij huius, ita Photius. *In his igitur huius S. Patris orationibus (ſi quemquam alium ex Patribus, id aliquando factitaſſe obſeruauimus) eum maximè elaboraſſe puta-*

mus,

Digitized by Google

*mus, vt orationis, & id genus conſectaretur, q́ſimul & tranſlationibus abundaret, vehemensq́; & concitatum, crebriſq́; parium membrorum conſtructionibus, vt videre eſt, ornatum appareret, & ſimul dilucidum, iucundúq́; foueret, & contineret. Quod enim in eo genere nimium eſt figurarum, ſatietatem plus æquo parit, & crebra verborum, ac ſententiarum, quaſi perſonata larua, vel continuata, & ſint modo adhibita, & quaſi perpetua, neque ſparſim huc illucúe diffuſæ, & triſtitiam, mœſtitiamq́; auditori gignunt, & ad calumniandum ſcriptorem permouent, ipſamque ſcriptionem vituperationi obnoxiam reddunt, quaſi (vt videtur) in artis poteſtate eius non ſit, ipſam naturam arte temperare, & regulis incompoſitam dictionem componere. Qui autem ſimul & pluribus dicendi figuris abundat, & ex quo, tamquam ex fonte, locutiones figuratæ ſponte ſcaturiunt, neq́; frigidi oratoris inſtar, niſi forte aliquantulum, hæret in ſalo, neque ob verborum obſcuritatem, caliginem ſententijs offundit; ſed membrorum, & circumſcriptionum volubilitate, & dictionum vi, atq́; efficacia difficultatem, quæ ex figuris prouenit, vel amouet, vel ſuperat. Veruntamen, vt etiam dicebam, ſacietas gratiam omnem obnubilat, & quaſi frangit, & ipſa figurarum nimietas, & ſuperfluitas doctrinæ, præceptiones plus iuſto euagari non ſinit. Ceterum hic potius eſſe videtur, quàm magnus Cæſareæ Archiepiſcopus Baſilijs, ad quem omni ex parte B. Ioannis Chryſoſtomi libri de Sacerdotio directi ſunt. Nam & hic fuit cum eo amicitiæ vinculo coniunctus, eiuſq́; patriæ conterminus, & multa ſanè Magni Ioannis Verborum, & Sententiarum, præſertim autem expoſitionum S. Scripturæ in Baſilij huius orationibus apparent veſtigia, quaſi ambo ab eodem diſciplinarum fonte ſua apophoreta, ſeu bellaria hauſerint, aut collegerint. Quòd ſi nihil aliud intercederet, concinna illa & efficax figurarum explanatio, conſuetudinis cum magno Ioanne, eorundemq́; ſtudiorum ſocietatis mutuæ magnum eſt argumentum. Vtitur enim magnus ille vir & ipſe iſto figurarum artificio, quamuis moderatè admodum, & opportuno ſolum tempore, idq́; duntaxat, vt hac quaſi tenuitate ſuæ dictionis amplitudinem molleſcat, eam quaſi generoſe mitigans, & per illud totam ſuam orationem ad communis locutionis inſtar transformans. Eſt autem idem Baſilius, qui de Protomartyris Theclæ Opera, & certamina coronaſq́;, ſeu triumphos metrica oratione proſecutus eſt, aliaque ipſius extant Opera.* Hæc Photius.

BASILIVS Zanchius, in omnes Diuinos libros edidit Notationes perbreues, & Queſtiones in quatuor lib. Regum, & in ſecundum Paralipomenon, Romæ apud Antonium Bladum an. 1553. Quin & librum, quem inſcripſit. De modo & ratione interpretandi Sacram ſcripturam, præter illa, quæ Carminibus elegantibus cecinit, ac Romæ excuſa ſunt; quæúe de ſtudijs humanioribus, ſiue de linguę Latinę puris dictionibus emiſit. Quæ item de Ciceronianis, quæ non extabant in Nizolij obſeruationibus.

BASSACIVS Abbas Generalis Benedictinus 18. creatus die 17. Martij anno Domini 837. præfuit annis 19. Ordinem Monaſticum aliqua iam ex parte corruptum in Lyguria, Burgundia, & Germania correxit, & nitido ſatis, apertoque ſermone quoſdam Tractatus compoſuit, vt auctor eſt Petrus Diac. cap. 11. de ſcript. Baſſinenſibus: At quinam fuerint illi Tractatus, ſiue cuius argumenti, non indicat. Obijt anno 856. die 16. Kalenda. Aprilis.

BASSIANI Ambroſij & aliorum Epiſtola ad Syricium Papam, extat in decimo libro Epiſtolarum D. Ambroſij.

BATHERIVS ex monacho Lobienſi Epiſcopus Veronenſis, vir miræ ſimplicitatis, ſcripſit vitam S. Vrſmari Lobienſis, & bis pulſus ab Epiſcopatu Veronenſi, ſcripſit librũ, in quo faceta ſatis vrbanitate deplorat ærumnas ſuas, multa ſuæ cauſæ interſerens, quæ poſſunt legentibus placere, ac prodeſſe. Poſtea ordinatus Epiſcopus Leodienſis Eccleſię, & ab ea pulſus, ſcripſit librum, quem prænotauit, *Phreneſim*, & alterum, De inefficaci Garritu. De corpore quoque & Sanguine Domini, ac de Prædeſtinatione Dei. Et librum aduerſus hæreſim Anthropomorphitarum, ideſt dicentium, *quòd Deus habeat corpoream, & humanam formam*, qua hæreſi tunc vexabatur Italia, ſcripſit itẽ Agoniſticon, ideſt proloquiorum libros ſex, Confeſſionum librum vnum, & alia. Vixit an. 930. Sigeb. in Catal.

BAVARICA Synodus in Villa publica Dingoluinga ſub Taſſilone Bauariæ Duce tẽporibus Caroli Magni an. 772. celebrata, cum diu delituiſſet, tandem Opera V. C. Marci Velſeri extulit caput, & ab Henrico Caniſio Nouiomago I. C. & SS. Canonum in Academia Ingolſtadienſi profeſſore ordinario emiſſa in lucem, vnà cum Chronicis Victoris Epiſcopi Tunnunenſis. & Ioannis Biclarenſis Epiſcopi Gerundenſis, Ingolſtadij anno 1600. apud Andream Angermarium.

Porrò in hac Synodo multa cernuntur, quibus eadem facies Eccleſiæ, diſciplinæque, & cultus, atque Epiſcoporum, Ordinum ſacrorum, & ſanctimonialium atque ſanctiſſimi Altaris ſacrificij, apparet fuiſſe, quæ hodieq; eſt in Eccleſia Catholica.

BAVO Germanus, monachus, & Abbas monaſterij S. Viti Corbeiæ Saxoniæ, librum reliquit De ſui temporis Actis memorabilibus. Claruit an. 900.

## B E

Beatvs Hiſpanus,monachus de Valcauado,qui floruit an. Domini 770. ſcripſit in Apocalypſim,& contra errores Felicis Epiſcopi.Qui ſunt m.s.in Cœnobio S. Iſidori in Hiſpania.

Beci Opera quædam contra Græcos in Florentino Concilio,Græcè.In 4.manuſcripta in Bibl.Imperatoris Viennæ.

Beda,ſiue Bedas,appellatus etiam dum viueret,*Venerabilis,* natus in pago Iarv, ſiue *Girnuico,* à Io. Beuerlacio viro ſua ætate doctiſſimo primis diſciplinis, atque ita in Vuirmuthenſi,ac Ciruuicenſi ſub Benedicto Abbate vix quinque milliaribus diſtantibus Cœnobijs,Apoſtolis Petro,& Paulo dicatis,inter ſexcentos degens monaſticæ Benedictinæ vitæ commilitones(erant enim tunc in cœnobijs vberiores ſcholæ) ætatem exegit. Trigeſimum natus annum presbyter factus eſt.In omni diſciplinarum genere Græcæ etiam, atque Latinæ linguæ gnarus excelluit.Poëta,licet mediocris,Rhetor,hiſtoricus, Aſtronomus,Arithmeticus,Chronographus,Coſmographus,Philoſophus,Theologus,ita eo tempore mirabilis, vt in prouerbium apud eius ſeculi doctiores abierit,*Hominem in extremo orbis angelo natum,vniuerſum orbem ſuo ingenio perſtrinxiſſe.* Et tria per totam vitam fuere familiaria.*Orare.Scribere.Docere.*Numquam ex Anglia pedem extulit(quidquid ſecus aliquis dixit) erat enim natione Angloſaxo,quamuis à Gregorio II.Pont.Max.vt Romam iret, inuitatus fuiſſet. Frates ei duo fuere,Strabo,& Haimo viri docti,pijque, quorum hic ſacras Homilias,ille Commẽtarios in Geneſim ſcripſit.Diſcipulos reliquit eruditiſſimos Rabanum,Albinum,*ſiue Alcuinum,*Claudium,& Ioannem Scotum,qui primi Lutetiæ Pariſiorum docuerunt,vnde poſtea in reliquum Chriſtianum orbem doctrina fluxit vberrima. Nonaginta annos natum die ſacro aſcendenti in cœlum Chriſto Domino, inter diſcipulorum manus Spiritum Deo reddidiſſe aſſerunt quidam , & quidem anno Domini 762.vigeſimoſexto die menſis Maij cum octoginta tres annos in monaſterio,ſeptẽnis enim(vt ſcribit ipſe)traditus eſt Benedicto,de quo diximus,Abbati vixiſſet.Tranſlatum denique è ſuo monaſterio eius corpus,& cum S.Cuthberto Lindisfarnenſi Archiepiſcopo conditum,ad ciuitatem Dunelmenſem,eiuſque in Sarcophago ad noſtra vſque tẽpora,verſus legebantur rudes quidẽ,ac qui in quantitate ſyllabarum claudicent,ſed è quib. ob antiquitatem,veritas conſtare poſſit eorum,quæ diximus.

*Beda Dei famulus, Monachorum nobile ſydus;*
*Finibus è terra, profuit Eccleſia.*
*Solers iſte Patrum ſcrutando per omnia ſenſum,*
*Eloquio viguit, plurima compoſuit;*
*Annos in hac vita ter duxit vita trigínta,*
*Presbyter officio,vtilis ingenio.*
*Iunij ſeptenis viduatus carne Kalendis,*
*Angligena, Anglicam commeruit patriam.*

Ex quo Epitaphio refelluntur,qui anno ætatis 60.62.72.vel 94.& die 24.vel vltimo Maij,idq; an.729.731.732.733.734.735.736.vel 766.mortuum tradunt.

Quæ cum in hunc modum aſſerantur, non defuit lima Car.Baronij,qui nono Annalium Tomo,Sigeberti,Mariani,Scoti Tritemij, varias de anno obitus Bedæ ſententias promentes,his rationibus explodit,quod an.Dom. 731. conſtat Bedam abſoluiſſe quinquageſimum nonum annum,quodque Diaconatum,& Presbyteratum acceperit à Ioanne Auguſtaldenſis Eccleſiæ Epiſcopo, qui deceſſit anno ſeptingenteſimo, vigeſimoprimo,quòd item ipſemet Beda in Epiſtola,quam de Aequinoctio iuxta Anatolium ſcripſit ad Patrem Vuichredam presbyterum, habet hæc verba. *Vt te exemplis ad inueniendam inſtruam feriam, qua decima quarta occurrat Luna, vtputa anno præſenti Dominicæ Incarnationis ſeptingenteſimo ſexto ſume Epactas huius anni, &c.* Ex quo,idem Card. Baronius refellens, quæ poſſent obijci,colligit,aut Bedam ad centeſimum quintum annum perueniſſe, aut eam Epiſtolam,quam Bedæ aſcribunt omnes,eſſe reijciendam. Atqui ipſe Beda in fine hiſtoriæ, partem operum ſuorum,quibus Diuinam ſcripturam expoſuit,adnumerauit. Quem itẽ Annalibus ſuis, vti & eius vitam Baronius inſeruit ſub annum Dom.731. Nos tamen Catalogum integrum adiecimus, qualis ex officina Heruagij Baſileæ editus eſt, octo tomis comprehenſus,anno 1563.quandoquidem in editionem aliam recentiorem,quæ ſit integrior,non incidimus. Sed & addimus obſeruationes in nonnulla eius opera, non tacentes,ſi quid illorum ſeparatim deinceps editum ſit, Antuerpiæ,Louanij,Venetijs,& alibi.

Cete-

Digitized by Google

Ceterum ante annum Domini 1563. Pariſijs emiſſa ſunt in lucem opera Bedæ an. 1545. tribus Tomis in fol. & ibidem Tomis octo anno 1554.

## *Primi Tomi.*

Cunabula Grammaticæ artis Donati.
De octo partibus orationis, lib.
De arte Metrica, lib.
De Schiſmatibus ſcripturæ. lib. } Incipiunt, *Solet aliquoties in ſcripturis.*
De Tropis Sacræ ſcripturæ, lib. }
Scripſit aūt hos duos libros aduerſus Græcos glorianteſ ſeſe troporū fuiſſe inuentores cum multo antea omnia ſchemata, & tropi extiterint in Diuinis ſcripturis.
De Orthographia, lib.
De Arithmeticis numeris, lib.
De Computo Dialogus.
De Diuiſionibus temporum, lib.
De Arithmeticis propoſitionibus.
De Ratione calculi.
De Numerorum diuiſione.
De Loquela per geſtum digitorū, libellus, Bridferti item Rameſienſis in eundem libellum commentariolus, & Io. Nouiomagi Scholia ad eundem.
De Ratione vnciarum, libellus, & Bridferti commentariolus in eundem.
De argumentis Lunæ.
De Ephemeride, ſiue computus vulgaris.
De emboliſmorum ratione computus.
Decem nouennales circuli.
De cyclo paſchali.
De mundi cœleſtis, terreſtriſq; conſtitutione, lib.
De muſica Theorica.
De muſica Quadrata, ſeu menſurata.
De circulis Sphæræ, & Polo.
De planetarū, & ſignorū cœleſtiū ratione.
De tonitruis, libellus.
Prognoſtica temporum.
De menſura horologij, libellus.
De aſtrolabio, libellus.
De natiuitate infantium, libellus.
De minutione ſanguinis, libellus.
De ſeptem mundi miraculis, libellus.
Hymni.
De ratione computi, libellus.

## *Secundi Tomi.*

De natura rerum, lib.
De temporum ratione, lib.
De ſex ætatib. mūdi, ſiue chronica, libellus.
De temporibus, liber ad intelligendam ſupputationem temporū D. ſcripturæ perutilis. Incipit. *De natura rerum, & temporum.*
Sententiæ ex Ariſtotele.
Sententiæ ex Cicerone.
Prouerbiorum, liber.
De ſubſtantijs.
περὶ διδάξεων, ſiue elementorū philoſophię, lib. 4.
De Paſchę celebratione, ſiue de ęquinoctio vernali, lib.
De diuinatione mortis, & vitæ Epiſtola.
De Arca Noë.
De linguis gentium.
Sibyllina oracula.

## *Tertij Tomi.*

Gentis Anglorum eccleſiaſtica hiſtoria li. 5. qui ſeparatim an. 1566. editi ſunt Antuerpiæ in duodecima parte folij.
Epitome eiuſdem hiſtoriæ.
Vita D. Cuthberti: quæ etiam excuſa eſt in To. 2. Surij die 20. Martij, alij autem codices *Heutbertum*, alij *Hautbertum* legunt.
Vita D. Felicis, quam è metrico Opere Paulini inquit ſe in proſam, hoc eſt in ſolutam orationem vertiſſe.
Vita Diui Vedaſti.
Vita Diui Columbani.
Vita D. Attalæ.
Vita D. Patricij, lib. 2. ſed hæc vita non à Beda, ſed à Probo Hiberno fuit ſcripta, quē admodum liquet in fine eius vitæ. De puteo autem S. Patricij meminit, atque adeo texuit hiſtoriam Mombrit. tom. 2. Quæ verò obſeruanda ſint in hac vita à Probo conſcripta, vide Baron. Card. in Notis ad Martyrologium die 17. Matiij, vbi agit de S. Patricio.
Vita Diui Euſtaſij.
Vita Diui Bertolfi.
Vita Diui Arnolfi.
Vita Diui Burgundoforæ.
Iuſtini martyrium, carmine.
Martyrologium, quod ſeparatim editum eſt Antuerpiæ, an. 1565.
De ſitu vrbis Hieruſalem.
Interpretatio nominum Hebraicorum, & Græcorum in ſacris Biblijs.
Excerpta, & collectanea quædam.



Digitized by Google

## *Quarti Tomi.*

Hexaemeron. In Geneſim expoſitio, ſanè verò Beda ſcripſit in tria prima Geneſeos capita, vſque ad eiectionem primorum Parentum è Paradiſo, Collectaneorum ex Baſilio, Ambroſio, Auguſtino libros duos ad Accam Epiſcopum. Quorum prior incipit, *De principio libri Geneſeos.* Typographi autem quædam Iunilio Afro, perperam adſcripſere. Sed & in eadem rurſus tria Geneſeos capita cum Beda ſcripſiſſet alterum Collectaneorum librum. Incipit, *Iſtud Capitulum,* Scripſit item in prima viginti quatuor Geneſeos capita, cuius Operis hoc eſt initium, *Omnium librorum caput eſt.* Is verò liber, qui eſt collectaneorum in totum Geneſeos librum. Incipit, *In principio vtiq; temporis.* Atqui & quæſtionum in Geneſim, quem typographi locarunt in octauo Tomo. Incipit, *Primo omnium præceptor mi.*

In Exodum explanatio, quæ incipit, *Hac ſententia Eſdræ.* Videlicet, qui eſt Collectaneorum liber vnus. Nam libri tres in eundem Exodum à 24. cap. vſque ad trigeſimum, De tabernaculo, & vaſis eius, & veſtibus Sacerdotum quique in fine huius Tomi, eſt poſitus. Incipit, *Locuturi iuuante Domino.* At liber Quæſtionum in Exodum, qui locatus eſt octauo Tom. Incipit, *Quædam myſteria.*

In Leuiticum Explanatio Collectaneorum, nempe liber vnus, cuius initium, *Ab aliquibus interrogari ſolet.* Sed liber Quæſtionum in Leuiticum, qui extat in octauo Tomo. Incipit, *In Exordio Leuitici, quatuor genera.*

In Librum Numeri explanatio.

In Deuteronomium explanatio 19. Incipit, *ſciendum ſanè eſt.* Vide & To. 8.

In Samuelem prophetam allegorica expoſitio, libris quatuor ad Accam, quorum initium, *Quæcunq; ſcripta ſunt.*

In libros Regum Quæſtiones, quæ incipiunt, *Poſt librum Iudicum.*

In Eſdram quæ incipit, *Eximius ſacræ interpres.* & in Neemiam prophetam, Allegorica expoſitio.

In librum Tobiæ, expoſitio allegorica. Incipit, *Liber S. Patris Tobiæ.*

In Iobum expoſitio, libris tribus. At Sixtus Senenſis inquit, *In Iob ad Nectarium Epiſcopum commentariorum libri tres. Fertur enim in Iob exegeſes adhibuiſſe, quarum tamen Tritemius in Catalogo nuſquam meminit.* Ioannes Heruagius typographus pro ijs immiſcuit Bedæ Operibus libros tres explanationum in Iob ad Nectarium, incipientes. *Adhortante te.* Sed eos ipſe Beda in libello de ratione vnciarum, *Philippi presbyteri* eſſe fatetur.

In parabolas Salomonis expoſitio, libris tribus. Incipit. *Parabolæ Græcè.* Hi autem falsò inſerti fuerant Hieronymi operibus.

In Canticum Canticorum expoſitio, libris ſeptem myſticæ explanationis. Incipiũt. *Scripturus iuuante gratia.* Confutat autem in primo, Iuliani Pelagianiſmum.

De Tabernaculo, & vaſis eius, ac veſtibus Sacerdotum, libris duobus.

## *Quinti Tomi.*

In Matthæum expoſitio libris quatuor. *Mos etenim ſcripturarum eſt.*
In Marcum expoſitio, libris quatuor. *In expoſitione Euangelij.*
In Lucam expoſitio, libris ſex. *Mira verè eſt, & vera mirè.*
In Ioannem expoſitio. *Hic eſt Ioannes Euangeliſta.*
In Acta Apoſtolorum. Retractationum, liber vnus. *Scimus eximium Doctorem.* & alter Quæſtionum ſex, cuius initium. *Quid iudicat illud.*
De hominibus locorum, vel ciuitatum, quæ in libro Actuum Apoſtolorum leguntur.
In Diui Iacobi Epiſtolam expoſitio.
In Primam D. Petri Epiſtolam expoſitio.
In ſecundam eiuſdem Epiſtolam expoſitio.
In primam B. Io. Epiſt. expoſitio, quæ eſt ex Homilijs Auguſtini ſuper eandem excerpta.
In ſecundam eiuſdem Epiſt. expoſitio.
In tertiam eiuſdem Epiſt. expoſitio.
In Epiſt. Iudæ Apoſtoli expoſitio. In Apocalypſim Io. Apoſtoli explanatio. libris tribus, qui excerpti ſunt ex Commentarijs, quos Tyconius Afer in eum librum addiderat eruditos. Incipit. *Dixit de hoc Iacobo Paulus.*



Digitized by Google

## *Sexti Tomi.*

Retractationes in Acta Apoſt. } Vide, quæ diximus de his, ſup. in Operibus 5. Tomi.
Quæſtiones in Acta Apoſt. ſex }
In Epiſtolas omnes Pauli. Sed hæc omnia etiamſi non putantur à Sixto Senenſi eſſe Bedæ, ex ijs tamen, quæ Beda reliquit ſcripta, legitima fuiſſe illius crediderim. Vide infra, quæ nos Calalogo huic adiecimus.
Aniani Epiſtola ad Euangelium presbyterum.
Ioannis Chryſoſtomi Epiſtola de Laudibus Beati Pauli Apoſtoli.

## *Septimi Tomi.*

Homiliæ æſtiuales de Tempore 33. Homiliæ Quadrageſimales 22.
Homiliæ æſtiuales de Sanctis 32. Homiliæ hyemales de Sanctis 16.
Homiliæ hyemales de Tempore 15. Sermones ad Paulum varij.
Horum autem Sermonum complures non ſunt Homiliæ, nec adeo Sermones integri, ſed laciniæ expoſitionum ab incerto Auctore ex Commentarijs Bedæ (vt alij putant) reuulſæ, & in volumen Sermonum relatæ. Fuere autem hi Sermones excuſi ſeparatim Pariſijs & Louanij duobus Tomis in octaua parte folij.
Scintillæ, ſiue Loci communes. De muliere forti, libellus. De Officijs, libellus.
Fragmenta quædam in libros Sapientientiales, & Pſalterij verſus

## *Octaui Tomi.*

De Templo Salomonis, lib. In quintum, & ſextum c. 3. lib Reg. *Hortatur nos vas electionis.*
De ſex dierum creatione, lib. }
Quæſtiones ſuper Geneſim. } Vide ſuprà, quæ diximus ad ſexti Tomi Catalogum.
Quæſtiones ſuper Exodum. }
Quæſtiones ſuper Leuiticum. }
Quæſtiones ſuper librum Numeri. *Prima quæſtio nobis oritur.*
Quæſtiones ſuper Deuteronomium. *Deuteronomium iuxta fidem.*
Quæſtiones ſuper librum Ieſu naue. *Poſt mortem ergo Moyſi.*
Quæſtiones ſuper librum Iudicum. *Hiſtoria Iudicum.*
Quæſtiones ſuper librum Ruth. *Videamus nunc de Ruth.*
Quæſtiones duobus Operibus, ſuper quatuor libros Regum. *Poſt librum Iudicum & quæ de libro Regum.*
Quæſtionum variarum, liber.
In Pſalmorum librum Commentaria, quorum volumen eſt locupletiſſimum, quodque incipit, *Quoniam illo auxiliante, ſine quo omnis actio.* Sed in Pſalm. 52. Commentarius vberior cuius initium. *Complures clericos.* Et in Pſalteriũ quidem ex Hebraica veritate, Meditationum, liber vnus: in quo excerpti ſunt omnes verſiculi, ac ſententiæ ad orationem pertinentes, inſertis nonnullis precatiunculis, quo mens orantis excitata, & inſtructa Dauidicis verbis, facilius, & ardentius in Deum euehi poſſit.
Vocabulorum Pſalterij expoſitio, item de diapſalmate collatio.
Sermo de eo. quod in Pſalmis legitur. *Dominus de cælo perſpexit, &c.*
In Boetij librum de Trinitate, Commentarius.
De ſeptem verbis Chriſti, Oratio.
Meditationes paſſionis Chriſti per ſeptem diei horas.
De remedijs peccatorum.
Vita venerabilis Bedæ, quam, & res geſtas ipſius, deſcribit quoque monachus hiſtoriæ ipſius continuator, lib. 1. c. 6. 7. & 8. Obitus eiuſdem.

At quod Sixtus Senenſis inquit Bedam ſcripſiſſe in omnes Prophetas, libros duodeuiginti, Hoc eſt in Eſaiam libros duos. In Hieremiam totidem. In Ezechielem vnum, in duodecim Prophetas minores, libros duodecim, ij nondum ad meam notitiam peruenerunt. Idem dicimus de duobus libris, in libros Paralipomenon, & de libro in Eccleſiſten à Tritemio citatis.

Feruntur etiam Bedæ nomine in omnes Pauli Epiſtolas Collectaneorum libr. 14. quos ex omnibus Operibus Auguſtini, eiſdem ſententijs, ac verbis in vnum coaceruatis

collegit aliquis alius. Eorum initium eſt. *Paulus Apoſtolus, qui cum Saulus.* Sunt autem (inquit Sixtus) qui exiſtimant hæc Collectanea à Bartholomæo quodam Auguſtiniano ſatis confuſo ordine conſarcinata; eo nimirum, qui Milleloquij habetur auctor. Sunt & qui hoc Opus Floro monacho tribuant, ſed ipſemet Beda, vti Sigebertus quoque obſeruauit in Catalogo, teſtatus eſt ſe in Apoſtolum, quæcumque in Opuſculis Sancti Auguſtini expoſita inuenit, cuncta per ordinem ſcribere curaſſe.

Sed & Venetijs eſt excuſus liber ſub nomine Bedæ, De remedijs Peccatorũ, cum Auctoribus Canonum Pœnitentialium, an. Dom. 1584.

Catalogus autem Scriptorum Britanniæ indicat Bedam ſcripſiſſe vitam, & actus Sancti Andreæ Apoſtoli, & miracula eius, quæ apud Scotos edidit.

Quin & idem Beda inquit ſe librum vitæ, ac Paſſionis Sancti Anaſtaſij malè è Græco tranſlatum, & peius à quodam imperito emendatum, ad ſenſum, vt potuit, correxiſſe.

Porrò qui Martyrologium Bedæ cum Romano Martyrologio contulerit, animaduertet quædam irrepſiſſe in illud, quod in ratione temporis ſit emendandum. Quale inter alia notat Card. Baron. Tom. quinto Annalium de die obitus Siricij Pontif. Max. Deceſſit enim hic, (vt omnes indices habent) octauo Kalendas Martij, cum Beda poſuerit ſexto Kalen. Decembris.

*Inter eius autem lucubrationes,* ait Arnoldus Vuion *inuenitur quædam Rota vitæ, & mortis, ad cuius intelligentiam, pernecеſſaria eſt ſcientia, quantum ſcilicet olim valebat vnaquæque litera Alphabetica Latina, alioquin Rota illa nemini fiet penetrabilis. Huiuſmodi verò literarum, vim & numerum aliquando repperi m. s. in Bibliotheca S. Benedicti propè Mantuam in peruetuſto codice, qui ob vetuſtatem vix legi poterat: quem quidem tunc, vt erat, ex quadam potius curioſitate, quàm quòd ſperarem aliquando vſui futurum, integrum deſcripſi, & tunc primum rem me vtilem feciſſe intellexi, cum in Rota præfata lectionem incidiſſem, quæ vt ab omnibus etiam poſſit intelligi, eiuſmodi literarũ vim & numerum, hic appoſui, qui talis erat.*

| | | |
|---|---|---|
| A | *Poſſidet A, numerum quingentis ordine recto.* | 500 |
| B | *Et B, tercentum per ſe retinere conatur.* | 300 |
| C | *Nonplus quam centum C, conſtat habere connexum.* | 100 |
| D | *Alphæ D, compar duo, & tria nomina portat.* | 500 |
| E | *E, Quoq; ducenti, ſeu quinquaginta tenetur.* | 250 |
| F | *Sexta quater decem gerit F, quod diſtat ab Alpha.* | 40 |
| G | *G Quater centum, quod nunc audita reſeruat.* | 400 |
| H | *Littera H, quondam duocentum, notaque quondam.* | 200 |
| I | *I, Retinens centum, vocalibus vna tenetur.* | 100 |
| K | *K, Centenarium medium conſeruat, & vnum.* | 151 |
| L | *Quinquies L, decem monſtrat numeralibus ecce.* | 50 |
| M | *M, Caput eſt numeri, quem ſcimus mille tenere.* | 1000 |
| N | *N, Nonaginta capit, quæ ſic caput eſſe videtur.* | 90 |
| O | *O, Numerum geſtat, qui nunc vndecimus extat.* | 11 |
| P | *G, Similis quoque P, numerum monſtratur habere.* | 400 |
| Q | *Q, Sicut D, ſequitur numerum ſimilemq; tenendo.* | 500 |
| R | *Octoginta facit numerum, quæ dicitur hic R.* | 80 |
| S | *Hebdomadæ diem ſpecies S, ſuſcepit ordine ſeptem.* | 7 |
| T | *T, Centum cum ſexaginta tollit bicornis.* | 160 |
| V | *V, Verò perfundens non pluſquam quinque redundat.* | 50 |
| X | *X, Duplex ſolito decem iam morte putatur.* | 10 |
| Y | *Argolicum callem graditur K, Y, que character* | 150 |
| Z | *Vltima Z, canit finem bis mille tenere.* | 2000 |

*Omnes autem hi literarum numeri, aptiſſimè conueniunt numeris in Roda Bedæ citatis, vna S, litera tantummodo dempta; quàm hic auctor valere ait numerum 7, verum ſi numeris Bedæ conuenire velimus, non concordat; ſupergredi enim videtur numerum ſibi affixum, valereq; non vt ait hic noſter auctor 7, ſed 26. ſi numeris Bedæ conuenire velimus.*

*Huiuſmodi autem literarum vim, quibus Romani priſci vtebantur, antequàm notas Arithmeticas haberent, reperi deinceps, in lib. 6. de Origine, & amplitudine Ciuitatis Veronæ Torelli Saraynæ legum Doctoris, qui in omnibus cum prædictis numeris noſtris cohæret, literis, tantum quinq; exceptis, quibus aliam à noſtra vim tribuit, videlicet:*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| K | ——— | 151 | | |
| N | *Secundum Græcos* | 50 | *Secundum Latinos* ——— | 90 |
| P | ——— | 7 | | |
| S | ——— | 70 | ——— | *vel 7* |
| Y | ——— | 159 | ——— | *Arnoldus.* |

Porrò Monachus Continuator Bedæ, Anglus, anno Dom. circiter 1070. ſcripſit ad hiſtoriam Bedæ de geſtis Anglorum, vſque ad Gulielmum conquæſtorem libros tres, impreſſos Lugduni apud Renatum Potelerium an. 1587. cum alijs Britannicarum rerum Scriptoribus. Vita autem S. Cutberti carmine conſcripta à Beda, cum in celebri S. Galli apud Heluetias Bibliotheca eam reperiſſet Iacobus Gretſerus noſter, inſeruit ſuis Lectionis Antiquæ Tomis Henricus Caniſius.

BEDA Profeſſor Academiæ Pariſienſis pro fide noſtra contra Eraſmum, deinde & cõtra Lutherum ſcripſit hac noſtra ætate.

BELLATOR presbyter, ſeptem libris expoſuit librum Sapientiæ Salomonis, claruit an. Dom. 840. Tritemius.

BELLINVS Patauinus, ſiue (vt vocant) de Padua, Auguſtinianus, Theologus, pius, & doctus, ſcripſit libellum, De laudibus martyrum, qui Venetijs fuit excuſus. At de bellino hoc Bernardinus Scardeonius ſic loquitur: *Paulo Zabarellæ fermè par floruit Bellinus inſignis Theologus, cuius non modicæ laudi fuit editio, & correctio Martyrologij, quod olim cum præ ſua raritate in choris tantum, & in conuentibus publicè legeretur, nunc huius opera factum, vt ab omnibus legatur, & propterea merito eius nomen, non tantum in illa prima impreſſione mille, & amplius voluminum inſcriptũ eſt, ſed poſtea quoque quoties huiuſmodi Opus imprimitur, non niſi ſub Bellini Eremitani Theologi Patauini correctoris nomine publicatur.*

BELISARII Poëtę, de Sedulio, Acroſtichis. To. 8. Bibl. SS. PP. edit. 2.

BELLOVACENSE Concilium anno Dom. 845. celebratum eſt in Gallia, vt Eccleſiæ Rhemenſi iam pluribus annis deſtitutæ Paſtore poſt depoſitionem Ebbonis conſuleretur. Communi Epiſcoporum conſenſu datus eſt Archiepiſcopus Hincmarus. Vide Frodoardum in Vita ipſius, cuius partem recitat Card. Baron. Annal. 10. ſub annum 845.

BELLOVACENSE Concilium decima octaua die Menſis Nouembris, an. 1934. in Gallia celebratum pacis ſtatuendæ cauſſa, fuit Prouinciale, de quo poſt Glabrum vide vndecimum Tomum Annal. Card. Baronij ſub eundem annum.

BELTRAMVS Pogius Florentinus, elaborauit ſoluto, & tragico carmine, (ſed idiomate Italico) Inuentionem Sanctæ Crucis Domini noſtri, ad Iſabellam Mediceam. Michael Pociantius.

BELIRANDVS, alias Bertrandus Agenus à Turre, ex Cambonico, Cadurcenſis, Aquitanus, vel, vt alijs placet, Mediolanenſis, Ordinis Minorum. Hic ex Aquitaniæ Prouinciali Epiſcopus Salernitanus, ac poſtea Cardinalis Tuſculanus, Auenione an. 1326. moritur. Edidit Commentarios in 4. lib. Sent. Conciones in Euangelia, & in Epiſtolas totius anni, & de Sanctis, ac Quadrageſimale, Quæſtionum de paupertate Chriſti, & Apoſtolorum. Claruit Ludouico Bauaro Imp. Hen. Villot.

BENCIVS Longobardus, omnium gentium atque nationum, regum populorumq; hiſtorias, à mundi exordio ad ſua vſque tempora texuit.

BENEDICTVS Abbas, & Benedictinorum Monachorum inſtitutor, atque vir Sanctus, Origine Romanus, è nobiliſſima Aniciorum familia, Nurſiæ, quæ Ciuitas eſt in Vmbria, natus an. Dom. 480. ex Eupropio, & Abundantia, quæ vno fœtu illum, cum Scholaſtica ſorore, enixa, illico diem obijt, anno ætatis quartodecimo Eremum petijt, ac denique vitam cœleſtem agens, & Sanctorum cœnobia inſtituens, vnde Chriſtianus Orbis, & ipſum cœlum plurimis ditatum eſt, deceſſit ex hac vita ętatis ſuæ anno ſexageſimoſecundo, à Chriſto autem nato 542. ſiue 543. Indictionis ſextæ decimæ, quinto, vel ſexto, die duodecima Kal. Aprilis, Sabbatho ſancto Paſchæ illuceſcente, & in Oratorio. S. Io. Baptiſtæ ſepultus eſt.

Vitam eius, qui vel ſcripſerunt, vel attigerunt, fuere Gregorius Magnus, Summus Pótifex, *a* Alexander II. & Victor II. & hi Summi Pontifices, Chronica Caſſinenſia, *b* Io. Tritemius. *c* Bonifacius Simonetta, *d* Bugianus, *e* Angelus Sangrinus, *f* Io. Petrus Villa, *g* Cæſar Card. Baronius, *h* Arnoldus Vuion, qui Lignum Vitæ duobus Tomis (vt diximus) cõplexus eſt, in quo Propago tanti Patris conſcripta eſt.

In Ioanne autem Tritemio cauendus eſt error, qui forte lapſu librariorum irrepſit, dũ Patrem Sancti Benedicti legimus *Prouidum*, cum legendum ſit, *Eupropium*. Idem verò dicendum eſt de Bugiano, & de quibuſdam m.s. codicibus, qui *Proprium* pro *Eupropio* habent.

*a* In priuileg.
*b* De viris Ill. ord. S. Bened.
*c* Lib. 4. ca. 20.
*d* In Monaſt. hiſt.
*e* In Prologo vitę S. Benedicti ęneis typis excuſæ.
*f* In Tract. de Inuẽt. SS. Placidi, & Soc.
*g* Annal. & in notis ad Martyrolog. Ro.
*h* In Ligno Vitę, & in Epiſt. liminari longa, vbi de Anicia familia.

Cauendus item in vtroque alter lapſus, dum Iuſtinianum S. Benedicti Auum putarūt eſſe Imperatorem, ſimili nomine decepti, rationem Chronologiæ non aduertentes. Iuſtinianus enim ille fuit Conſul Romanus, & ipſe è generre Aniciorum Pater Eupropij, Tertulli, ac Germani. Quorum primus Abundantia Vxore ducta, SS. Benedictum, atque Scholaſticam, vt dictum eſt. Secundus Tertullum patrem S. Placidi, & fratrum eius. Tertius Sorore Iuſtini Imp. ſibi ſociata, Iuſtinianum Imp. nomine Auum ſuum Iuſtinianum referentem, ac Germanum ſibi æquiuocum genuit. Cum autem Iuſtinianus Imperator, teſte Onufrio Panuuinio natus fuerit anno Domini 483. vixerit autem annos 83. obierit verò, an 565. at S. Benedictus, ipſo Tritemio aſſerente natus ſit anno Dom. 480. mortuuſque (Leone Hoſtienſe id in Caſſinenſibus Chronicis approbante) an. 542. qui fieri poteſt, vt Iuſtinianus Imperator, ne natus quidem ante S. Benedictum, fuerit eius Auus? Porrò Annales Nurſini habent, Abundantiam S. Benedicti Matrem, fuiſſe Nurſię Dominam, vti & alij, qui Eupropium Nurſiæ Comitem faciunt. Sed cum Bonifacius Simonetta perſecutionem Chriſtianorum ſcribens, S. Benedictum ex Illuſtri Vrſinorum genere ortum dicat, mendoſè, aut certè minus circunſpectè, id poſitum eſt; cum Nurſinorum, prima addita litera N, crediderim potius fuiſſe ſcriptum, ſed ab amanuenſium aliquo dempta, qui cogitauerit Nurſiæ familias vix fuiſſe olim illuſtres. Ceterum Vrſinorum familiam aliquot ſeculis poſt S. Benedictum Romæ claruiſſe eamque è Gallijs, non ex Vrbe originem duxiſſe, Arnoldus Vuion, in eo quem memorauimus Opere, Ligno Vitæ retulit.

Inter tot verò miracula, quibus D. Benedictus in Mundo claruit doctrinæ quoque verbo, vt ait Gregorius, non mediocriter fulſit, ſcripſit enim Regulam Monachorum, li. vno, qui incipit, *Auſculta fili.* Ea verò non Latinè ſolum, ſed & alijs idiomatibus verſa, edita èſt ſępiſſimè. In quam item celebres Commentarij prodierunt Coloniæ apud Geruinū Calenium, & hæredes Quentelij, an. Dom. 1575. à Ioanne de Turrecremata Cardinali, & à Smaragdo Abbate conſcripti, quibus additi ſunt Ioannis Tritemij Abbatis Spanheimēſis de viris Illuſtribus Ord. S. Benedicti, libri quatuor. Regulæ quoque DD. Baſilij, Auguſtini, & Franciſci.

Porrò Benedictus X. Pont. Max. antea vocatus *Frater Iacobus,* natione Gallus, Regulam D. Benedicti, & ipſe expoſuit. Quam Tritemius inquit ſermone loculentam, & diſcretione præcipuam, à Simplicio eius diſcipulo latenter euulgatam.

Scripſit item De ordine Monaſterij, qualiter (inquit) à Fratribus religioſè ac ſtudioſè conuerſari, ac Domino militare oportet, lib. 1. *In primis nocturnis horis.* Hic verò liber vna cum Regula excuſus fuit apud Iuntas Venetijs ann. 1593. in 16. parte folij, procurante. Arnoldo Vuione.

Ad Sanctum Remigium Epiſtolam, quæ incipit, *Domino Sacerdoti Remigio.* Ea excuſa eſt in fine Chronici Caſſinenſis, & alibi aliquoties.

Ad Sanctum Maurum, cum in Gallias proficiſceretur, Epiſtolam, cuius initium. *Accipe dilectiſſime.* Ea extat in S. Mauri Vita à S. Fauſto monacho conſcripta.

In diſceſſu S. Mauri Sermonem, cuius ea prima ſunt verba: *Si triſtandum dilectiſſimi.* Quē integrum habemus in Martyrologio Benedictinorum Arnoldi Vuionis, ad diem decimamquartam Ianuarij.

In paſſione Sancti Placidi, & Sociorum. Sermo. *Sicut Patris eſt gaudere.* Hic verò excuſus eſt in Epiſtola Siculorum ad Sanctum Benedictum, quæ ad calcem Caſſinenſis Chronici fuit adtexta, fol. 199.

Num autem S. Benedictus viderit in carne mortali Diuinam eſſentiam, quod ſolet vocari in diſquiſitionem, vide præter alios, quæ nouiſſimè ſcripſit Gabriel Vaſquez Societatis noſtræ Theologus diſt. 56. nu. 5. primi Tomi in primam par. Summæ S. Thomæ.

Ceterum Arnoldus Vuion monachus Benedictinus, nouiſſimus omnium quàm diligentiſſimè, vt diximus, collegit, quæcunque pertinent ad ſancti Benedicti Inſtitutionē, & propagationem ordinis ſui, atque aliorum, qui ſub eadem regula viuunt. Vide, in verbo, Arnoldus.

Sed quæ Epiſtola fuit aſcripta S. Benedicto ad ſanctum Remigium, arguitur impoſturæ à Baron. Cardinali, qui & in vita ſancti Remigij ab Hincmaro ſcripta inquit Hincmarum æquiuocaſſe, qui pro Benedicto altero prædiuite in Prouincia, ſanctum hunc Benedictum poſuerit. Vide Tomo ſexto Annalium, an. Dom. 507. nouo autem Symmachi Papæ. Quod autem diximus eum ex nobiliſſimo genere ortum fuiſſe, id non eò diximus, quòd ei tantam nobilitatem, quemadmodum Arnoldus fecit, tribuamus, ſed vt cum S. Gregorio Magno ſentiamus, qui libro Dialogorum octauo, in initio ait ex liberiore familia Nurſiæ exortū, hoc eſt, (vt Antonius Gallonius in Apologetico cordatè loquitur)



Digitized by Google

valde ingenuo & procul à ſeruili: tot ceterum eadem S. Benedicti Regula cum Declarationibus, & Conſtitutionibus Congregationis Montis Caſſini auctior prodijt Pariſijs, an. 1604.

BENEDICTVS de Accoltis, Aretinus, de bello à Chriſtianis contra barbaros geſto pro Iudæa, & Sancto Chriſti ſepulchro recuperandis.

BENEDICTVS Anglus, monachus & Abbas ſancti Petri de Burgo in Anglia, congregationis Cluniacenſis, qui claruit an. Dom. 1090. ſcripſit vitam, & paſſionem S. Thomæ Epiſcopi Cantuarienſis. Arn. Vuion, & ante illum, Eiſingr.

BENEDICTVS Arias Montanus Hiſpalenſis, qui hodieq; eſt ſuperſtes, poſt Biblia ſacra quæ vocantur Regia, quorum editioni nomine Philippi II. Regis Hiſpaniarum præfuit, quæ & quinque linguis Hæbraica, Chaldaica, Græca, Syriaca, & Latina octo Tomis comprehenſa edi curauit, cum Apparatum ad ea Sacrum ſcripſerit, edidit quoque monumenta humanæ ſalutis, in quibus Bibliorum figuræ æneis typis eleganter expreſſę, ac diuerſo carminum genere ab eodem explicatæ ſunt Antuerpiæ 1571.

Eiuſdem Ariæ, Pſalmi Dauidis Regis aliorumque Sacrorum Vatum in Latinum carmen conuerſi, cum argumentis & elucidationibus Antuerpiæ apud Plantinum 1574.

Et in Eſaiam Prophetam, apud eundem. Rhetoricorum libri.

Liber Generationis, & Regeneratiõis, ſiue de Hiſtoria generis humani operis magni Partem primam, hoc eſt, de Anima.

In Bibliotheca verò noſtra Selecta, quæ diximus de Ariæ Montani Biblijs, ibi legenda ſunt. Vide 2. lib.

Dictatum Chriſtianum, ſiue communes, & aptæ diſcipulorum Chriſti omnium partes, ex magiſtri præceptis, & inſtitutis ad puſilli gregis inſtitutionem, à condiſcipulo Benedicto Ariæ montano in breuem ſummam collatis Antuerpiæ apud Plantinum 1575. v. in 12.

Elucidationes in quatuor Euangelia, Matthæi, Marci, Lucæ, & Ioannis, quibus accedunt eiuſdem elucidationes Acta Apoſtolorum. Antuerpiæ apud Chriſtoph. Plant. 1574. & 1578.

Eiuſdem Commentaria in duodecim minores Prophetas ab ipſo Auctore recognita. Antuerpiæ 1582. A. 4. & ibid. 1571. v. in fol.

Eiuſdem de optimo Imperio, ſiue in librum Ioſue commentarius Antuerpiæ 1583.

Eiuſdem liber de varia Republica, ſiue Commentaria in librum Iudicum. Antuerpiæ apud Viduam, & Io. Moretum 1592. Apparatus ad Sacra Biblia, in quo hæc habentur.

Collationes, & Familiares Hebraicæ linguæ idiotiſmi Bibliorum interpretationibus, præcipuè verò Latinæ verſioni Sanctis Pagnini, accommodati.

Liber Ioſeph, ſiue de Arcano ſermone, in quo præter totius argumenti ſuſcepti diſputationem, habentur (vt ille inquit) vltra vndecim mille Sacræ ſcripturæ loca explicata, ad quæ, cætera quæcunque eiuſdem generis fuerint, referri poſſunt. Hunc verò librũ cum proximo de Actione coniunctum, parare poſſe vnicuique aſſerit perpetuũ ſacrorum librorum Commentarium.

Thubalchaim, ſiue de Menſuris ſacris liber tribus voluminibus diſtinctus. De Cubito, De Satho. De Siclo.

Phaleg, ſiue de gentium ſedibus primis, Orbiſq; terræ ſitu liber: In quo item de vtilitate, quæ ex ſacrorum librorum lectione percipitur, deq; Geographiæ ratione, atque vſu agitur.

Liber Chanaam, ſiue de duodecim gentibus. Chaleb, ſiue de terræ promiſſæ partitione.

Exemplar, ſiue de ſacris Fabricis liber. Noah, ſiue de Arcæ fabrica, & forma.

Beſeleel, ſiue de Tabernaculo. Ariel, ſiue de Templi fabrica, & ſtructura.

Aaron, ſiue Sanctorum veſtimentorum, ornamentorumq; deſcriptio.

Nehemias, ſiue de antiquę Hieruſalem ſitu.

Daniel, ſiue de ſeculis Codex integer, hoc eſt ſeculorum Index de temporum ratione ex ſacris nominibus ſubducta.

Index Biblicus Ioanne Harlemio Socie. Ieſu Theologo, Auctore.

Hebræa, Chaldæa, Græca, & Latina nomina virorum, mulierum, populorum, idolorum, vrbium, fluuiorum, montium, ceterorumque locorum, quæ in Biblijs vtriuſque Teſtamenti leguntur, in veteri interprete, cum aliquot appellatiuis Hebraicis, Chaldaicis, & Græcis vocibus, adiecta eorum expoſitione, & explicatione. Locorum præterea deſcriptio ex Coſmographia.

Loca ex Chaldaica Paraphraſi reiecta, quæ ſuperuacanea videbantur.

Variarum in Græcis Biblijs lectionum libellus à Gulielmo Cantero concinnatus.
Variarum lectionum in Pſalmos Gulielmi Sirleti S.R.E. Cardinalis.
Tabula euangelicarum lectionum, ſicuti ex Matthæo, Marco, Luca, & Ioanne, in Dominicos, & feſtos dies anniuerſarios Eccleſiæ Syriacæ ritu diſtribuuntur. Numeri verſibus ſingulis aſcripti ad paginas, in quibus lectionum huiuſmodi capita literis minoribus diſtincta ſunt, referri debent.
Loca reſtituta in Noui Teſtamenti Syriaci contextu, ope antiquiſſimi manuſcripti.
Variæ lectiones in Latinis Biblijs editionis vulgatæ ex vetuſtiſſimis exemplaribus collectæ, & ad textum Hebraicum, Chaldaicum, Græcum, & Syriacum examinatæ, opera, & induſtria aliquot Theologorum in Academia Louanienſi.
Variæ lectiones in Nouo Teſtamento ad textum Græcum, & Syriacum expenſæ.
Erit autem operæpretium Benedicti Ariæ Apparatum hunc, cuius partes ſiue libros hic adnumerauimus, conferre cum ijs, quæ poſtea in Commentarijs ad Ezechielem poſt Hieronymum Pratum accuratè adnotauit Ioan. Baptiſta Villalpandus, de quo vide in verbo, Io. Bapt. Villalpandus. Quin & quę Alphonſus Salmeron egit eruditè, ac fusè in Prologomenis in Sacroſancta Euangelia. Vide, in verbo, Alphonſus Salmeron.
Eiuſdem Commentaria in 21. priores Pſ. Dauidis Antuerp. excudit Io. Moretus an. 1605.

BENEDICTVS Aſtenſis, Ord. Minorũ, qui ordini ſuo Generalis Miniſter præfuit, edidit librum Orationum ſpiritualium Italicè.

BENEDICTVS Barenſis Apulus, monachus S. Trinitatis Cauæ, Congregationis Cluniacenſis, ſcripſit librum prænotatum, De ſeptem ſigillis, qui eſt Cauæ m.s. in membranis, Floruit an. 1220. Quem eximiæ doctrinæ virum nominat. Ard. Vuion.

BENEDICTVS Biſcopius, Anglus, monachus primum Lirinenſis in Gallijs Congregationis Floriacenſis, deinde Abbas monaſterij SS. Petri, & Pauli, Londini, & Congregationis Giribennæ auctor, Magiſter venerabilis Bedæ, ſcripſit Cōcordiam regularum, li. 2. & exhortationes de eadem, ac librum de Priuilegio ſuo. Obijt anno Dom. 703. die 12. menſis Ianuarij. Arnold. Vuion.

BENEDICTVS Blancutius Romanus, Philoſophus, atque Theologus, collegit, ac digeſſit Indices tres obſeruationum, variarumq; lectionum, & miſcellaneorum ſex & viginti, Scriptoribus Theologis perutile, Iuriſconſultis, Medicis. & Philoſophis ac potiſſimum humanarum literarum, & hiſtoriarum ſtudioſis.

BENEDICTVS Bonoſus Bonifacij filius, Romanus, ex monacho Summus Pontif. 16. Kalen. Iunij anno Chriſti 577. Indict. 10. creatus. Scripſit Epiſtolam ſatis prolixam ad Dauidem Epiſcopum, de Sancta Trinitate, quæ excuſa eſt in To. 1. Epiſt. Decretalium, Romæ an. Dom. 1591.

BENEDICTVS Bonſignorius Nanni filius Florentinus, Benedictini inſtituti monachus, Abbatiæ Florentinæ Abbas, D. Chryſoſtomum, ac ſpiritum Diui Bernardi imitatus, Homilias emiſit in omnes ſollemnitates, & Dominicas totius anni. Quarum eſt initium. *In primis quo ad titulum, & inſcriptionem.* Homilias item ſex in Pſal. 44. *Anno ſuperiori his ſacris Aduentus.* Homilias 4. in Pſal. 84. *In animo eſſet amantiſſimi fratres.* Homilias 4. in Iſaiæ verba. *Populus qui ambulat. Opera pretium eſſet.* Homilias 4. in quatuor Dominicas Aduentus. *Quemadmodum origo.* Sermones in Aſſumptionem Domini. *Si vera eſt opinio Aquinatis.* Orationes in promotione ad dignitates. *Non abſque ingenti robore.* Natus Florentiæ 1516. obijt anno 1567.

Porrò eius vitam ſcripſit Raphael Caſtrucius, eiuſque Homiliæ prodierunt in lucem. Florentiæ, cuius & meminerunt Michael Pociantius. & Arn. Vuion.

BENEDICTI Bouij liber de Cenſibus: in quo centum graues articuli enodantur. Venetijs apud Marcum Amadorum an. 1569.

BENEDICTVS è Burgo Petri, Ordin. Benedictinorum in eodem loco apud Anglos Abbas, ſcripſit librum de S. Thomæ martyris miraculis. Vixit an. 1200.

BENEDICTVS Canophilus Sagrinus, monachus Caſſinenſis I.V.D. qui floruit anno 1550. Scripſit Tractatum De foro fori, & foro Poli. & Repertorium Iuris Ciuilis, & alia pleraque in Iure Canonico. Summam quoque rerum, quæ excuſa Venetijs.

BENEDICTVS Capra, Perufinus, vir I.V.C. ſcripſit in Decreta, lib. 5. Conſilia quoq; plura, lib. 1. Viuebat an. 1480.

BENEDICTVS Cumanus Epiſcopus, Ord. Præd. ſcripſit librum Quæſtionum Theologicarum, vt teſtatur Ant. Senenſis Luſitanus, qui & illum vixiſſe inquit, an. 1262.

BENEDICTVS Crinigrandus Prou. Aragoniæ, ſcripſit in Mag. Sent. Floruit an. 1420.

BENEDICTVS à S. Germano monachus Caſſinēſis, & poſtea eiuſdem Cōgregationis

Abbas,

Abbas,Latinam,Græcam,& Hebraicam linguas callens,qui viuebat anno 1570. Scripſit,
In Pſalterium Hebraicum commentaria. In Epiſtolas Pauli Commentaria.
In Pſalmos expoſitionẽ,& Tract.de vſuris. Prouerbia Animalium,Opus eruditum.
Tractatum de imitatione Ciceronis. Apologiam cõtra calumniantes opera ſua.
In libros Perhiermias,Priorum,Poſteriorum,& de Anima Ariſtotelis.Diſputationes in libros Prædicamentorum.

BENEDICTVS Guidius Venetus, monachus S. Georgij maioris Venetiarum Congregationis Caſſinenſis,& Abbas eiuſdem Congregationis,ſcripſit
De laudibus mulierum,ſuppreſſo nomine,vulgari idiomate.Qui liber excuſus eſt Vene.
Quædam de quatuordecim irruptionibus Turcarum in Prouinciam Foro Iulienſem Latino,& Italico ideomate,quæ extant m.s.Epiſtolas item operib. Iſidori Clarij,& Miſſalibus Ord.Benedictini præfixas.Orationes nõnullas Latinas,Lirini,& alibi habitas.
Iſtriæ deſcriptionem,& bellum à Venetis contra Tergeſtinos geſtum, & Bellum Venetũ cum Turcis ab an.1569.ad finem vſque victoriæ naualis ad Echinadas.
Vitam Marci Danduli Procuratoris,Doctoris,& Equitis,quæ extat m.s.Ad Iuſtinianum autem præfectum claſſiſq; LegatosOrationem,quæ incipit,*Magno meo dolore.* Hæc autẽ circumfertur ſub nomine Alberti Corbantini.Epigrammaton diuerſo carminum genere,m.s.Obijt Abbas S.Nicolai de Littore,an.1590.menſe Auguſti,& in Cœnobio S. Georgij Venetijs ſepultus eſt. Arn.Vuion.

BENEDICTVS de Hallis.Vide,in verbo,Benedictus Stendel.

BENEDICTVS Herbeſtus Nouomiaſtanus Roxolanus,Societatis Ieſu, ſcripſit Catechiſmum Polonicum,& quædam Opuſcula contra Rutenos ſchiſmaticos, Latinè, & Polonicè,Cracouiæ,edita.

BENEDICTVS Icenius Anglus, Ord. Auguſtiniani, Epiſcopus Cardicenſis, ſcripſit Sermones per annum. Librum quoque Epiſtolarum hortatoriarum. Ioſeph. Pamph. Eiſing.

BENEDICTVS Luchinus Mantuanus,monachus,& Abbas Benedictinus Sanctæ Mariæ Gratiarum in Tractu Placentino,ſcripſit ItalicèChronicon de vera origine,ac geſtis Mathildæ Comitiſſæ. Addidit hiſtoriam fundationis monaſterij S.Benedicti propè Mãtuam,& aliarum rerum ad aliud ſpectantium.Mantuæ apud Franciſcum Oſannam, anno 1592.quo tempore viuebat. De ſacrorum autem apud monachos Inſtitutione Dialogos Italicè ſcriptos,nec dum excuſos apud ſe m.s.habebat Arnold. Vuion eiuſdem Ordinis monachus amicus meus.

BENEDICTI primi, Pont.Max.Decreta extant in Volumine Conciliorum , & Decretorum,Coloniæ impreſſa.

BENEDICTVS IX.huius nominis Papa,qui antea vocatus Nicolaus Bocaſinus,ſcripſit Sermones in diebus ſolemnibus habitos.

BENEDICTVS Papa cum ſediſſet menſes octo,& dies decem,ac ſeptem,moritur ſeptima die Maij,qua relatus inter Sanctos reperitur in tabulis Eccleſiaſticis.Is antequã moreretur ſcripſit ad Hiſpaniarum Epiſcopos,monens eos, vt nonnulla corrigerent, quæ legiſſet in litteris ſcriptis ab ipſis,& Romam miſſis cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum, quibus quæ decreta erant de fide Catholica in Conſtantinopolitana Synodo probarẽtur, an Dom.681.Io.Papæ quinto.

BENEDICTVS Papa huius nominis XII.antea dictus Iacobus Fornerius,ſiue Furnius, è tractu Toloſanæ prouinciæ in Oppido Saccarduno diœceſeos Pamieſis ciuitatis natus, vel(vt alij ſcribunt)Cadurcenſis:Ioan.autem Papæ XXII.ex ſorore nepos,primo Carmelita,deinde monachorũ Ciſtercienſium ſub Regula S.Benedicti militantium Abbas Fontis Frigidi,ac deinceps S.R.E.Cardinalis tituli S.Priſcæ,denique Pont.Max.an.Do.1285. in cuius Epitaphio leguntur Romæ in æde D.Petri hæc verba.

*Hic iacet Benedictus,quem Carmelus protulit,Caſſinus aluit,Vaticanus coronauit,* ſcripſit Regiſtrũ Epiſtolarum,& Conſtitutionum in decẽ Tomos diuiſum,quod extat m.s.in Bibliotheca Vaticana in folio,vt vocant,*Regali.*

Conſtitutionem item de Reformatione monachorum Nigrorum , quæ appellatur, *Benedictina,* quæ item m. s. cum Commentarijs Petri Boerij Abbatis S.Aniani aſſeruantur in Bibliotheca S.Benedicti de Mantua.Grauiſſimas verò ipſius ſententias ipſius Hermanus Schedelius Germanus retulit in ſuo Chronico, Norimbergæ olim excuſo , Extrauagantes, & Conſtitutiones edidit,li.2.Pariſijs in 8.De ſtatu nigrorum monachorum, li.1. Decretalem religioſorum,lib.1.De ſtatu Canonicorum,lib.1.

BENEDICTVS Pauli Florentinus,Ord.Prædicatorum,edidit librum,qui prænotatus

eſt, *Fons vitæ*, in tres libellos diſtributum, cuius initium: *Fons vitæ apud te Domine*. plura item carmine cecinit de virtutibus, de donis, & beatitudinibus, quæ collecta in vnum inſcripta ſunt *Faſciculus mirrhæ*. At & in lucem miſit librum alterum Carminum Italicorum, De ſua conuerſione ad Deum, ac de laudibus Hieronymi Sauonarolæ, cui nomen fecit, *Cedrus Libani*, Incipit, *Vdite ô cieli il mio parlare*. Ceterũ Chronicon ſacri ſui ordinis breue quidem, ſed verè contexuit. Incipit, *Sicut ex diuerſis Chronicis*. Horum omnium Opuſculorum archetypon aſſeruatur in Bibliotheca Gaddiana Florentiæ. Floruit an. 1500.

BENEDICTVS Pererius Philoſophus, & Theologus Societatis Ieſu, edidit quatuor Tomos commentariorum, & diſputationum in librum Geneſeos, qui & Romæ, & Lugduni & Coloniæ excuſi ſunt, referti inſigni eruditione, ac perſpicuitate, quæ illius in ſcribendo eſt propria.

Commentarios item in Danielem prophetam, lib. 16. adiecti ſunt quatuor Indices. 1. Quæſtionum, alter eorum, quæ pertinent ad doctrinam moralem, & vſum concionantium, tertius locorum Sacrę ſcripturę, quartus generalis, & alphabeticus, quorum duo poſteriores in ſecunda editione auctiores facti Lugduni in officina Iuntarum 1588. & 1591. ibidem. In quibus materiam Chronographiæ eorum temporum accuratè eſt perſecutus.

Aduerſus fallaces, & ſuperſtitioſas artes, ideſt, de Magia, de obſeruatione Somniorũ, & de Diuinatione Aſtrologica libris tribus. Ingolſtadij & Coloniæ apud Gymnicum.

Scripſerat verò antea idem Pererius librum de Principijs rerum naturalium, qui ad Ariſtotelis libros de Phyſico auditu pertinent, editi primi Romæ, deinde alibi, vt poſtrema editio ſit præcipuè ſequenda. Viuebat adhuc cum hæc ſcriberemus, ann. 1602.

Porrò & nouiſſimè edidit Selectarum Diſputationum in Sacram ſcripturam Tomum 1. continentẽ ſuper libros Exodi 127. diſputationes Ingolſtadij excuſas. Anno 1601. apud eundem Adamum Sartorium. Reliqui duo erant in promptu mox edendi, vti & labores pius eruditi in Euangelia. Sed & poſtea datæ ſunt in lucem Diſputationes eiuſdem in Epiſtolam ad Romanos. Ingolſtadij, an. 1604. Tomus III. Diſputationum 143. ſuper Apocalypſi B. Ioannis Apoſtoli editus eſt anno 1606. Lugduni apud Horatium Cardon.

BENEDICTVS Poſcantinus Bergomenſis Dialogum edidit de Meſſia. Venetijs anno 1548. Italicè.

BENEDICTVS Sangallus, Bergomas, Ord. Minorum, Sermones Dominicales compoſuit, ex innumeris (vt inquit Toſſiniacenſis in hiſtoria Seraphica) philoſophorum monumentis, correctos à Fratre Ioanne Mapello, quos ſe manuſcriptos vidiſſe Bononiæ teſtatur.

BENEDICTVS Stendel de Hallis, quod eſt Saxoniæ oppidum, qui Theologiam publicè, ac diu Erphordiæ fuerat profeſſus, edidit in Pentateuchum libros quinque: Collationum item diuerſarum librum, & alterum Quæſtionum variarũ. claruit Paulo II. Pont. Max. an. Dom. 1470.

BENEDICTVS Taracredus Pecuſinus, Ord. Præd. ſcripſit aduerſus errores Fratricellorum, De paupertate Chriſti. Lecturam itẽ (vt vocant) in quatuor libros Sent. & Sermones prædicabiles, ac ſolennes collationes. Claruit an. 1260.

BENEDICTVS Vernierus, monachus, ſcripſit de Sacramento Euchariſtiæ hac inſcriptione, *Magnum & vniuerſale Concilium Eccleſiæ militantis ſuper Euchariſtiæ Sacramento, quod inſtar Sacroſancti Concilij Nicæni trecentis decem & octo patribus orthodoxis conſtat.* Ex tot enim ſcriptoribus teſtimonia coaceruauit. Liber impreſſus Pariſijs apud Niuellium, anno 1554.

BENEDICTVS Veronenſis, ord. Præd. ſcripſit Sermones de Tempore per totum annum. In orationem Dominicam, in Symbolum Apoſtolorum, in Dialogum. Claruit an. Dom. 1420.

BENEDICTVS de Villa, Hiſpanus, monachus Montiſſerrati, Cõgregationis Villiſoletanæ, qui floruit ſuperiori ſeculo, ſcripſit Hiſpanicè in Pſ. 150. Paraphraſes duas: excuſas (ait Arn. Vuion) in Hiſpania in folio, ſed vbi inquit, nõ recordor, eas tamẽ vidi, & legi.

BENEDICTVS Vrbeuetanus, ſiue de Vrbe Veteri, Ord. Præd. Sermones ſcripſit De Tempore, & de Sanctis Claruit ann. 1260.

BENEDICTVS de Vua, Capuanus monachus Caſſinenſis, qui floruit ann. 1570. cecinit carmine Italico Rythmos ſpirituales, li. 1. De cogitatione mortis, lib. 1.
Triumphos quatuor de Martyribus, Virginibus, Confeſſoribus, & Beatorum gloria.
Paſſiones Sanctorum Iuſtinæ, Agnetis, Agathæ: excuſas Florentiæ, ann. Dom. 1587. in 4.
Iephte tragœdiam.



Digitized by Google

BENEVENTANVM Concilium, an. 1087. Victoris autem tertij anno ſecundo, in quo iterum damnatus fuit Guibertus hæreſiarcha, & actum eſt de recentibus ſchiſmaticis vitandis. Vide Canones huius Concilij in vndecimo Tomo Annalium, ſub eundem annum.

BENEVENTANVM Concilium Generale an.1091. quarto autem Vrbani Pont.Max. qui ſententiam anathematis ſuper Guibertum hæreſiarcham, & omnes eius complices Synodali iudicio confirmauit. Vide Annalium Card. Baronij vndecimum Tomum:Sub eundem annum.

BENIAMINVS Beauport, *Pulchri portus*, Franciſcanæ obſeruantiæ, edidit Gallicè Harmoniam, & conſenſum Euangelicum, Pariſijs apud Gabrielem Bonum, an. 1560. cum & ibidem apud Viduam Mauritij à Porta an.1552. emiſiſſet Monoteſſaron Euangeliorum. Viuebat an.1561.

BENIGNVS Florentinus inſtituti Vallis Vmbroſanæ Abbas Generalis, hiſtorias 15. ſuæ Religionis Latinè ſcripſit, Florentiæ typis excuſas an. 1500. Opuſculum item inſcriptum, Clauſtrum animæ, obijt 1236. 17. Iulij.

BENNO pſeudo Cardinalis fertur ſcripſiſſe vitam Gregorij VII. impudentiſsimorum mendaciorum plenam, cui nulla fides habenda eſt, tum quòd contrarium ſcribunt omnes alij auctores, qui illo ipſo tempore aliquid hac de re ediderunt, tum quòd hi multi ſunt, ille vnus tantum, atque adeò quòd Benno fuit Cardinalis non à vero Papa Gregorio VII. creatus, vt mentitur Bibliander hæreticus in Chronico tabula 13. qui Bennonem Gregorij Cardinalem, & ipſi Gregorio intimũ fuiſſe dicit, ſed ab Antipapa Clem. III. quem Imperator in odium Gregorij cõſtituerat, vt patet ex libro Onuphrij de Pontificibus. Cum enim eſſet Cardinalis Antipapæ non poterat loqui niſi falſa de vero Papa. Itaque Benno mendax, improbus, nundinator pudendarum mercium, nebulo, [illegible]llatus merito à Baronio Card. in 11. Tom. Annal. ſub annum 1048. ſiquidem in ſigillationem Gregorij VII. Pont.Max. in quem venenatas ſagittas intendit, ſanctiſsimum item virum Laurentium Archiepiſcopum Amalphitanum, quem eiuſdem Gregorij dicit fuiſſe Magiſtrum, inſignem magum extitiſſe declamat.

BENO, vt quidam vocant, eſt Benno, quare vide in verbo, Benno hic ſupra.

BENTIVENGA, de Bentiuengis de Aquaſparta, Vmbrus, Ord. Minorum Card. Albanus, & maior Pœnitentiarius, S. Thomæ Aquinatis auditor, ſcripſit Veritatis Theologicæ Volumen, Sermones item plures ad populum habitos.

BERARDI Boniannis, Epiſcopi Camerini Epitome in vniuerſam Theologiæ D. Thomæ Aquinatis Summam, Lugduni an.1579.

BERCHIOLDVS Hochbergerus Campidonenſis, Benedictinus Abbas, Germanus, ſcripſit de laude Martyrum, viuebat an.1181. Eiſingr.

BERCHORIVS creditur eſſe auctor libelli de Oſculo morali, qui ſapit doctrinam, & pietatem pluſquam mediocrem, hic an. Dom. 1496. Venetijs prodijt in lucem à Patre Lacepiera Theologo recognitus, ex officina Ioan. Herzog.

BERENGARIVS Turonenſis, *ſcripſit faſtuoſo ſtylo* (vt verbis vtar Sigeberti) *contra Almanum Grammaticum Epiſcopum, non agnoſcens amici corrigentis beneuolentiam, ſed defendens ſuam de myſterijs Chriſti ſententiam. Et quia multi ad eum, vel contra eum hac de re ſcripſerant, ſcripſit & ipſe contra eos, & dum Dialecticis Sophiſmatibus, contra ſimplicitatem Apoſtolicæ fidei abutitur, nec ſe excuſat, nec alios ædificat, quia magis interpollat clara, quam dilucidat obſcura.* Hæc Sigebertus. At Berengarium iſtũ refutarunt tres inſignes ſcriptores, qui ſimul cum Paſchaſio editi ſunt, Lantfrancus, Guitmundus, Algerus, de quibus ita cenſuit Petrus Cluniacenſis initio libri de Sacrificio, vt diceret *Lantfrancum ſcripſiſſe contra hæreſim Berengarij benè, plenè, perfectè; Guitmundum melius, plenius, perfectius; Algerum optimè, pleniſſimè, perfectiſſimè.* Cæterùm apud noſtros in Collegio Louanienſi extat *Balduini Archiepiſcopi Cantuarienſis* Opus de Euchariſtia, doctum, & peracutum. Videtur autem hic contra reliquias Berengarij contendiſſe ſtylo. Et quòd miretur aliquis, ibidem inter libros vetitæ lectionis, habent noſtri ipſius *Berengarij* Opus malum, quia hæreticum; ſed tam vetuſtæ notæ, vt vel ipſius tempore conſcriptum quis non iniuria ſuſpicetur. Vſus eius duplex viſus, nam & ex eo libris aduerſarijs Lantfranci, Algerique poſſet lux, & à librariorum erratis medela non exigua præſtari: & apparet, quanto nepotibus ſuis malus ille melior, ac modeſtior fuit, & quanto illi Patres in pretio, quorum malè detortis verbis maximè nititur.

BERENGARIVS Biterrenſis Eccleſiæ ſuccentor, ac deinceps Epiſcopus, denique Cardinalis, ad quem Gulielmus Mandagotius librum de Prælatorum electionibus ſcripſerat, nimirum alter ex ijs, qui iuſſu Bonifacij VIII. Pontificis Max. Sextum Decretalium



Digitized by Google

conflarunt in vnum, ſcripſit eidem Gulielmo tunc Nemauſenſi Archidiacono, poſtea verò Ebredunenſi Archiepiſcopo Elucidationem Summæ Hoſtienſis per ſeriem Alphabeti, eam, quam prænotauit, *Oculum*. Sed & ſcripſit librum, De ſententia excommunicationis. Claruit Alberto Imperatore, an. 1300.

BERENGARIVS alius Gallus, Ord. Seruorũ edidit libros duos De Cœleſti præmio, ac de Catholica fide.

BERENGOSIVS Abbas ad D. Maximinum extra muros Treuirorum, vetuſtus & eruditus ſcripſit de Laude & Inuentione S. Crucis, lib. 3. De myſterio ligni Dominici, & de luce viſibili & inuiſibili, per quam antiqui Patres olim fuerunt illuſtrati, lib. 2. Sermones item duos in natali martyrum è Pſalmo 58. *Deus repuliſti nos, &c.* Sermonem de vno confeſſore, de eo, quòd per legem ſimilia in Sacrificium offerri iubetur, vbi de ea dicitur: *In ſartagine oleo conſperſa frigetur: offeret eam calidam in odorem ſuauiſſimum Domino Sacerdos, qui patri iure ſucceſſerit, & tota cremabitur in altari.* Sermonem, item de vno Confeſſore, ac Pontifice; De eo, quod lex præcipit: *Ignis in altari ardebit ſemper, quem nutriet Sacerdos, & ſubijciens mane ligna per ſingulos dies, & impoſito holocauſto deſuper adolebit adipes pacificorum, &c.* Sermonem in dedicationem Eccleſiæ, deque Reliquiarum veneratione. Quæ Coloniæ excudit Iacobus Soter, an. 1555.

BERINVS Dorceſtriæ Epiſcopus, Italus, ab Honorio I. Papa in Angliam miſſus, ſcripſit ad Honorium PP. Epiſtolas aliquot. Meminit huius Beda in Anglorum hiſtoria. Vixit an. 635.

BERNARDINVS Balbanus, vir religioſus, edidit Italicè Speculum orationis, Venetijs, an. Dom. 1560.

BERNARDINVS de Beſſa Aquitanus, Ord. Minorum, ac D. Bonauenturæ Generalis mini[illegible]cius, legendam (vt vocant) De triplici Religione S. Franciſci, & Chronicon Ge[illegible]m vſque [illegible] Bonamgratiam, qui fuit Generalis Decimus, & Tractatum de triplici ordine, & v[illegible] S. Franciſci, & vitam B. Chriſtophori nominati de Romandiola, & librum prænotatum, Speculum diſciplinæ poſteris reliquit.

BERNARDINVS Bonævoglia Ord. Minor. Obſer. Quintuplices Sacras Quadrageſimales inuentiones, an. 1607. Romæ apud Societ. Coloniæ apud Ioannem Crith.

BERNARDINVS de Buſtis Mediolanenſis, Ord. Minorum, De excellentijs Reginæ cœli. Commentarium, ſiue eruditiſsimum, & vberrimum Roſarium, & complures alios Sermones plenos pietatis, & bonarum rerum ſcriptos, an. 1607. Coloniæ apud Antonium Hierat excuſos Eccleſiæ reliquit. Opera verò eius in tres Tomos diſtributa prodierunt emendatiora, an. 1589. Brixiæ. Officium item Conceptionis B. Virginis approbatum à Sixto IV. Pont. Max. an. 1480.

BERNARDINI Caruaiali Pacenſis Epiſcopi, Regis Hiſpaniæ Oratoris, Oratio de eligendo ſummo Pontifice, habita Romæ in Eccleſia S. Petri apud Cardinalium Senatum, Innocentio VIII. mortuo, extat Romæ excuſa an. 1492.

BERNARDINVS Feltrenſis. Vide infra, Bernardinus Tomitanus.

BERNARDINVS Florentinus, Ord. S. Franciſci, emiſit Dialogum De laudibus Caſtitatis, atque Virginitatis, ad Franciſcum Card. S. Petri ad Vincula, qui poſtea fuit Sixtus IV. Pont. Max. Exordium præfationis eſt. *Cum ſæpè mecum Reuerendiſſime Domine.* Archetypon aſſeruatur in Bibliotheca S. Crucis. Florentiæ obijt an. 1480. Franciſcus Gonzaga. Michael Pocciantius.

BERNARDINVS Gadolus, Brixianus, Abbas Camaldulenſis, vir non minoris ſanctitatis, quam doctrinæ, qui vixit an. 1446. ſcripſit inter alia.

In omnes Bibliorum libros Commentaria, ſiue Opus Annotationum.

De fugiendo ſeculo, & Religione amplectenda, lib. 1.

Opera S. Hieronymi in ordinem redegit pro ratione eius temporis, quo nondum tanta rerum anteactarum claritas illuxerat, quanta extitit hoc ſeculo ex colliſione tot hæreſum cum Catholica religione.

Contra ſuperbiam, & ambitionem, lib. 1.

Sermonum, qui extant, lib. 1.

Epiſtolarum, lib. 1.

BERNARDINVS Grillus Aquilæ Ciuitatis in Brutijs Annales ſcripſit. Qui Romæ fuerunt excuſi, an. 1576.

D. BERENGOSII, ad S. Maximum extra muros Treuirorum Abbatis, de laude, & inuentione S. Crucis, libri tres. Eiuſdem libellus inſignis de myſterio ligni Dominici, & de luce viſibili & inuiſibili, per quam antiqui Patres meruerunt illuſtrari. Eiuſdem, in illud ex Pſalmo 58. *Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos.* Sermo in Natali martyrum legendus. Eiuſdem de eodem Pſalmo. Sermo de Martyribus. Eiuſdem, in illud ex Leuitici, cap. 6.

*In ſar-*

*In ſartagine oleo conſperſa frigetur, offeret eam calidam in odorem ſuauiſſimum Domino Sacerdos, qui iure fratri ſucceſſerit.* & ſuper illud: *Ignis in Altari ſemper ardebit, quem nutriet Sacerdos.* Sermo de vno Confeſſore, atque Pontifice. Eiuſdem ſermo in dedicationem Eccleſiæ, deque Reliquiarum veneratione. Tom.2. Bibl. SS. PP. Bignæi, edit.2.

BERNARDINVS (quamquam vulgati codices Bernardus legunt) Iuſtinianus, Venetus, Philoſophus, & Orator, ſcripſit B. Laurentij Iuſtiniani Patriarchæ Veneti patrui ſui vitam, lib.1. Hiſtoriarum quoque, lib. 1. Orationes plures, & elegantes, lib.1. Claruit an. Dom. 1470.

BERNARDINVS Landuccius Senenſis, & Carmelita, qui Ordinis ſui Generalis fuit, plura ſcripſiſſe fertur, ſed non extat aliud, quòd viderim, quàm libellus De Senſu compoſito, mole exiguus, eruditione magnus, vt teſtatur Petrus Lucius.

BERNARDINVS Roſſiniolus Vlmetanus Diœceſeos Albenſis in Subalſpinis Italiæ, ſiue Lyguribus montanis, Theologus Societatis Ieſu, quinque libros de Diſciplina Chriſtianæ perfectionis conſcripſit, ac primo Ingolſtadij edidit an. Dom. 1600. apud Adamum Sartorium, qui mox Venetijs, & alibi ſunt recuſi. Hiſce autem libris, quibus de triplici ſtatu Incipientium, Profitentium, ac Perfectorum agit quàm pleniſsimè ac ſolidè, ex veteribus præcipuè Patribus, id conſilij ſuſcepit, vt quando ex ijſdem Patribus alij materias varias, vt Magiſter Sententiarum Dogmata, Gratianus Canones decerpſerunt; qui labores in Eccleſia præſidio veterum Patrum fructum vberem, ac perpetuam vtilitatem attulere, ſic ipſe conflaret hoc opus, quo ſecurũ iter ſterneret ad eas virtutes conſequendas, quibus omnes (inprimis autem Religioſi) informantur, informati autem, atque imbuti ſunt tanquam oſſa, & nerui huius corporis myſtici, quod eſt Eccleſia. At præter hoc opus duos edidit libros de Virtutis actionibus: quibus libris Proficientem ad ſolidas actiones bonas ex virtute, & facili induſtria cum Dei gratia obeundas, Sanctorum Patrum doctrina, & exemplo inſtituit; qui etiam Ingolſtadij ſunt cuſi.

BERNARDINVS Scardæonius, Patauinus presbyter, ſcripſit lib.7. De caſtitate, & de ſacris virginibus 1. De cælibatu 2. De coniugio, & continentia Sacerdotum 3. De moleſtijs coniugatorum 4. De malè profitentibus Religionem 5. De pudicitia matrimonij 6. De ratione coercendæ libidinis 7. Venetijs apud Andream Arriuabenũ an.1542. Idem ſcripſit lib. De antiquitatibus Vrbis Pataui, & claris ciuibus Patauinis, qui prodijt Venetijs apud Valgriſium an. 1558. Additus his eſt Epitaphiorum liber, eorum qui Patauij ſepulti ſunt. Qui item Baſileæ prodijt apud Nicolaum Epiſcopium an.1560. Vide lib.16. noſtræ Bibl. Selectæ.

BERNARDINVS Senenſis, natione Etruſcus, Ordinis Minorum, plura, ſtylo quidem Scholaſtico, ac neruoſo reliquit. In Apocalypſim, lib.1. *Beatus qui legit, &c.*

De Euangelio æterno, lib.1.
De Chriſtiana religione, lib. 1.
De Conceptione Beatiſs. Virginis, lib.1.
De Paſsione Domini, lib.1.
Sermones contra Iudæos.
Sermones de Tempore, lib. 1.
De virtutibus, & vitijs.
De fructibus eleemoſynæ.
De triplici ſtatu animæ.
De triplici amore Magorum.
De ſacrificio Abraham.
De Veritate.
De amore Dei, & animæ.
De Spiritu ſancto.
De caſibus proprietatis.
Sermones de Sanctis, lib.1.
Deuotũ officium pretioſiſsimi nominis Ieſu.
De mundana proſperitate.
De paſtorali gubernatione.
De Ioſeph, ſponſo Virginis.
De circunſtantijs nationum.
De Diuino amore.
De triplici Chriſti Domini Natiuitate.
De tribus tormentis peccatorum.
De obedientia.
Defenſorium veritatis.

Item cum ſui Ordinis Vicarius eſſet Generalis Vltramontanus, ſcripſit Epiſtolam ad vniuerſos fratres Italiæ, & librum de feſtiuitatibus Glorioſiſsimæ Virginis per annum; quem excudit Norimbergæ Fredericus Kreuſnerus an. 1493. Obijt Aquilæ, quæ ciuitas eſt in Brutijs, an. 1449. die 20. Maij, annum natus 63. Quem Nicolaus V. Pontif. Maximus in Sanctorum numerum retulit, an. 1450. Recognita verò eius opera à Rodulpho Franciſcano Epiſcopo Senogallienſi, Venetijs è prælo Iuntarum anno 1591. prodierunt in lucem.

BERNARDINVS Tomitanus Feltrenſis, cognomento Paruulus, Ord. Minorum, Patauij inſtituit ſacrum Montem pietatis, an.1491. Illo Vincentiæ concionante, viſos in aëre Angelos plures quàm eſſent in terra homines, qui attentè audiebant verbum Dei, auctor eſt celebris Bernardinus de Buſtis. Edidit conciones nonnullas Italico idiomate

De per-

Digitized by Google

De perfectione vitæ Chriſtianæ eruditas. Obijt Ticini anno 1494. Cæterùm non eſt hic Bernardinus ille Tomitanus, cuius Commentarius in Matthæum proſcriptus eſt in Romano Indice.

Bernardvs Abbas Monaſterij S. Honorati, cũ ſcripſiſſe Epiſtolam ad Simplicium Abbatẽ Monaſterij Caſsinenſis feratur ab aliquibus, eam fuiſſe commentitiam, & ab aliquo recentiore auctore fuiſſe confictam ſat validis rationibus probat Ant. Gallonius in ſuo Apologetico ad Conſtantinum Bellotum monachum Caſsinatem.

Bernardvs de Ambaſia, Prouincialis Carmelitarum Toloſæ, Lector magni Palatij in Curia Romana, ac tandem Cardinalis, ſcripſit ſuper Sententias lib. 4. In Epiſtolam Iacobi 64. Lectiones, lib. 1. In Canonicam Ioannis 112. Lectiones, lib. 1. Sermones Hyemales, lib. 1. Sermones æſtiuales, lib. 1. Quadrageſimale quoque, lib. 1. Collationes varias, lib. 1. Viuebat an. 1364.

Bernardvs Angrianus, Bononienſis, Carmelita, Italus, ſcripſit Sermones per annum, lib. 1. & alia claruit an. 1390.

Bernardvs Andreas Toloſanus, Auguſtinianus diuerſi generis carmina edidit, Hymnos ſacros per totũ annum, lib. 3. Vitam S. Andreæ Apoſtoli, lib. 1. Atque alia. Sexageſimum annum natus Londini obijt, apud ſuos Auguſtinianos ſepultus. Ioſeph Pamph.

Bernardvs Aquilanus à Foſſa in Brutijs oppido, Ord. Minorum, Latinè & Italicè ſcripſit, Quadrageſimale. Funerale. Quodlibeticum. Centurionem atque peregrinum in Saluatoris noſtri memoriam, qui ei ſpecie peregrini apparuerat. Admonitiones D. Bernardini Senenſis. Eiuſdem, & B. Philippi Aquilani vitas. Breuiſsimam item nonnullorum familiæ Franciſcanæ in ipſius D. Bernardi Prouincia ſepultorum, & eiuſdem Prouinciæ cœnobiorũ deſciptionem. Florebat Frederico III. & Maximiliano I. Imp. obijt an. 1503. natus an. 83. Alios item concionum libros tantum inchoatos reliquit.

Bernardvs Arnoldi Toloſanus, Ord. Præd. ſcripſit Poſtillam in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, & in Apocalypſim. Viuebat an. 1296.

Bernardvs de Aſta Lygur Theologus, Ord. Minorum, orationes quaſdam ſpirituales, & Sermones Italicè ſcripſit. Romæ delectus ſui ordinis Miniſter Generalis, anno 1536. ci nouennium præfuit. Henr. Vuillot.

Bernardvs Auguſtinianus, ex Angeliorum gente, librum reliquit, prænotatum, *Speculum Charitatis*. Incipit, *Nihil dignius, quam vt creator ametur à creatura*. Extat Florentiæ in Bibliotheca Sancti Spiritus. Ioſeph Pamphil. Michaël Pocciantius.

Bernardvs de Beſſa Aquitanus, Ordinis Minorum. Vide in verbo, Bernardinus de Beſſa, vt ſupra.

Bernardvs (ſiue Bernaldus) è S. Blaſio, ſcripſit Apologeticas rationes contra Schiſmaticorum obiectiones ad Adalbertum Nemetenſem Præpoſitum, quibus aſſerit ipſum & alios Monachos S. Blaſij meritò ab excommunicatis abſtinere. Extant eiuſdem de lege excommunicationis Epiſtola ad Adelbertum Argentinenſem Præpoſitum. Et eiuſdẽ argumenti Epiſtolæ duæ ad Recchonem quendam. Ad Paulinum item de emptione Eccleſiarum Epiſtola. Et alia ad quendã Sacerdotem, de Othonis Epiſcopi Conſtantienſis reiectione, & alterius in eius locum ſubſtitutione. De officio presbyterorum ad fratres in Rettenbach. Ad VValterum Sacerdotem Tractatus de ſolutione iuramentorum, ad Reuerendiſsimum Antiſtitem Geberardum, De excommunicatorum ordinatione, & ſalute paruulorum qui ab excommunicatis baptizati ſunt, & alijs quibuſdam ad Concilium proximè futurum pertinentibus. Vixit circa an. 1066.

Bernardvs Breitembachius Itinerariũ Terræ ſanctæ edidit, & vixit ætate noſtra.

Bernardi Bonioannis Epiſcopi Camerini Epitome in vniuerſam Summam Theologiæ D. Thomæ Aquinatis. Lugduni 1579.

Bernardvs Monachus è S. Blaſio Germanus, ſcripſit Apologeticas rationes contra Schiſmaticorum obiectiones ad Albertum Spirenſem Præpoſitum, De lege item excommunicationis, Epiſtolam ad Adelbertum Argentinenſem Præpoſitum. De eadem quoque re Epiſtolas duas ad Rheconem quemdam. Viuebat an. 1066. Eiſingr.

Bernardvs natione Burgundus, Patria Fontanus, nobilibus parentibus ortus cum ſocijs pluſquam 30. Ciſtercienſium ordinem an. Dom. 1113. ingreſſus, deinde Abbas Clareuallenſis, vixit tempore Lotarij II. Imperatoris, & Innocentij II. Pontificis Maximi, cumque potius Diuina, quàm humana ſcientia fuiſſet imbutus, multa geſsit, & ſcripſit, quæ pietatem ſpirant, & veritatem. Petrum enim Abailardum in Concilio Senonenſi, Gilbertum Porretanum in Rhemenſi, Henricumque nõ rectè ſentientes, conuicit, ac repreſsit. Burdegalenſem Eccleſiam perditorum aliquorum hominum factione agitatam,

libera-

liberauit oratione, miraculis, & auctoritate. Præterea ad Galliæ Regem, ad Cæſarem, & ad alios Principes viros, interdum item Genuam, & Mediolanum de arduis Eccleſiæ negotijs miſſus, felici exitu res demandatas confecit.

Eius ſcripta cum vnà cum aliorum ſcriptis ſuppoſititijs (quamquam non diſsimilis pietatis) circumferrentur, edita denique fuēre caſtigatiora Pariſijs, an. 1586. apud Iacobum Puteum, Sebaſtianum Niuellium, & Michaëlem Sonnium Typographos, cum antea prodijſſent ex Officina Antuerpienſi hæredum Ioannis Stelſij an. 1576. Baſileæ verò an. 1566. Sed & antea, & deinceps Venetijs an. 1549. 1568. 1575. & 1583. ac multo antea, hoc eſt an. 1508. Pariſijs, & alibi ſæpius. Quoniam verò præter ea, quæ ſiue Sixtus Senenſis, ſiue alij de Operibus D. Bernardi ſcripſerunt, Ioannes Gillotius, in editione anni 1586. ſic laborauit, vt etiā libros D. Bernardi, vel auctiores, vel ſcholijs aliquibus, ſeu notis illuſtratos, ſiue etiam meliorem in ordinem redegerit, ſecernens eadē opera legitimos à ſpurijs, ideò de tota re vide ipſius Epiſtolam huic editioni præfixam. Sed & præter illa, quæ D. Bernardo attribuuntur, extat apud Arnoldum Vuion, paruus libellus m.s. De doctrina Religioſorum ipſi S. Bernardo aſcriptus, qui ſic incipit, *Religioſorum datur hic doctrina virorum.* Alter item m.s. in Monte Caſsino in pluteo quinto ad læuam Bibliothecæ, De operibus ſex dierum, cuius prologus incipit: *Vltima Chriſti verba:* ipſe autē Tractatus. *Omnium quæ ſunt, mouentur, & viuunt.* Tractatus autem eiuſdem nomine in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, excuſus eſt cum alijs eius Operibus Venetijs an. 1583. in quarto. Fertur & ipſius eſſe maximè pius ille Hymnus toties in laudem B. Virg. decantatus. *Aue Maris Stella, Dei mater Alma.* Neque ab hac ſententia diſſentit Franciſcus Coſterus Societatis noſtræ Theologus, qui in Meditationibus, quas in hunc Hymnum compoſuit, ſic in principio ait: *Hoc carmen incerti quidem auctoris eſt: refert tamen dulcedinem melliflui Bernardi, cui à nonnullis tribuitur.* Atqui ſeparatim excuſi ſunt varijs in locis D. Bernardi. Quales ſupra illud Euangelij *Miſſus eſt*, cum alijs quibuſdā Opuſculis Brixiæ 1495. Meditationes eiuſdem, Venetijs 1543. & 1553. in 16. Ad ſororem item, Venetijs 1492. in 8. In Canticum Canticorum Lugduni apud Iuntas, an. 1589. in 16. Flores autem ipſius Bernardi item Lugduni 1546.

At D. Bernardi Operum Catalogus iuxta editionem Pariſienſem, quam omnium hactenus nacti ſumus pleniorem, an. 1586. eſt ſequens.

De Aduentu Domini, Sermones ſeptem. Habetur etiam Tractatus De vndecim oneribus in Aduentu Domini, fol. 1775. H. Et de Conceptione, fol. 371. I. Tomo 2.

De ferijs quatuor Temporum in Aduentu, ſuper *Miſſus eſt.*

De laudibus Beatiſsimæ Virginis. Hom. 1. 2. 3. 4.

De Beatiſsima Virgine, Sermones. Tom. 1. 119. K. & ſequent. 333. C. & Tom. 2. 348. H. 403. K. 460. I. & ſequent.

In Vigilia Natiuitatis Domini, Sermones ſex.

In die Natiuitatis Domini, Sermones quinque. Præterea, & in Tom. 2. alij tres Sermones de eadem Natiuitate, fol. 361.

In feſto ſanctorum Stephani, Ioannis, & Innocentium. De quatuor continuis ſolemnitatibus, Sermo vnus, ſed & de S. Stephano alter in 2. Tom. 382. K.

In Circunciſione Domini, Sermones tres.

In Epiphania Domini, Sermones tres.

In Octaua Epiphaniæ. De Circunciſione, Baptiſmo, & Verbis Domini ad Ioannem: *Sic decet nos implere omnem iuſtitiam.*

In Dominica infra octauam Epiphaniæ. De puero Ieſu duodenni, Hom. 1. quæ dicitur eſſe Adilredi Abbatis cuiuſdam cœnobij Ciſtercienſis. 106. A.

Dominica prima poſt Octauam Epiphaniæ, Sermones duo. De miraculo facto in nuptijs, & ſuper illud. *Et vos ſimiles hominibus.*

In conuerſione S. Pauli, Sermones duo.

In feſto Purificationis Beatiſsimæ Virginis, Sermones tres. Et alius ſermo D. Guerrici Abbatis Igniacenſis. Tom. 2. 700. C. poſt Sermones Gilberti.

In Septuageſima, Sermones duo.

In Quadrageſima, Sermones ſeptem.

In feſto S. Benedicti, Sermo.

In Annunciatione Beatiſsimæ Virginis, Sermones tres. Et plura alia de Beatiſsima Virgine 320. K. & ſeq. & ſermones quidē ſuper *Salue Regina,* circa fin. Tom. 2. 460. I. & ſeq.

In Dominica in Ramis Palmarum, Sermones tres, à pag. 172. vſque 177. Sed & alius Sermo, pag. 1075. cum Epiſtola in Tom. 1.

Feria quarta Hebdomadæ pœnoſæ, Sermo de Paſsione Domini. Habetur etiam Tractatus

de ea-

de eadem paſsione 1521. A.
In Cœna Domini. De Baptiſmo, De ſacramento Altaris, & ablutione pedum, Serm. 1.
De Cœna Domini, Serm. 2. Vide etiam vbi de die corporis Chriſti.
De eadem. Vide Sermo. Tomo ſecundo, 386. D.
In Paraſceue. De Paſsione Domini, Serm. De lamentatione Virginis Beatiſsimæ.
In Reſurrectione Domini, Sermones quatuor.
Feria ſecunda Paſchæ, Sermo vnus.
In Octaua Paſchæ, Sermones duo.
In Rogationibus. De tribus panibus, Sermo.
In Aſcenſione Domini, Sermones ſex.
In feſto Pentecoſtes, Sermones tres.
In die Corporis Chriſti. De corpore Chriſti, Sermo, ſiue de Cœna Domini.
In Natiuitate ſancti Ioannis Baptiſtæ. De lucerna ardente, & lucente, Sermo.
De priuilegijs autem Ioannis Baptiſtæ. Tomo ſecundo, 394. E.
In Vigilia Apoſtolorum Petri, & Pauli, Sermo.
In feſto Apoſtolorum Petri, & Pauli, Sermones tres.
Dominica quarta poſt Pentecoſtes. De Dauid, & Golia, & quinque panibus.
Dominica ſexta poſt Pentecoſtes, Sermones tres.
In Natali Sancti Victoris, Sermones duo.
Dominica 10. poſt Pentecoſt. Sermo vnus. Sed & vide eius Epiſt. 103. fol. 141. Tomo 2.
In feſto S. Mariæ Magdalenæ, Sermo vnus.
In Aſſumptione Beatiſsimæ Virginis Mariæ, Sermones ſeptem. Lege plura de eadem Virgine in Annunciatione, fol. 159. K. & ſeq.
In Natiuitate Beatiſsimæ Virginis. De Aquæductu, Sermo.
In feſtiuitate S. Michaëlis, Sermones duo.
In feſtiuitate omnium Sanctorum, Sermones quinque.
In tranſitu S. Malachiæ, Sermones duo. De hoc ſancto lege quæ ſcripſit D. Bernardus in eius vita. Tom. 2. 712. E. Et de eodem ſancto, Sermo alter. fol. 749. L. Tom. 2.
In Kalendis Nouembris, Sermones quinque.
In feſto S. Martini. De exemplis obedientiæ, Sermones.
In feſto S. Clementis. De tribus aquis, Sermo.
In Vigilia S. Andreæ Apoſtoli, Sermo.
In feſto S. Andreæ Apoſtoli, Sermones tres. In feſto S. Nicolai, Sermo.
In obitu deuoti Huberti monachi Sermo. In dedicatione Eccleſiæ, Sermones ſex.
Sermones de diuerſis Argumentis, qui aptari poſſunt tum præcedentibus, tum exhortationibus, hi verò ſunt quadraginta ſex.
Sermones parui, numero octoginta duo. Liber Moralium Sententiarum.
Soliloquia. Quæ quidem, quoniam Iacobus Pamelius adiecerat ſuæ editioni, an. 1566. addita ſunt item huic alteri, licet conueniant, (titulo mutato, paucíſque adiectis, aut variatis) cum libello de Amore Dei. Quod ita eſſe ſentiet, qui libellum hunc à principio cum Soliloquijs à numero conferre voluerit.

Ioan. Gillotius Campanus præfat. ad Lectorē.

Explanationis in Pſal. 90. *Qui habitat in adiutorio altiſſimi*, Sermones decem, & ſeptem.
Expoſitionis in Canticum Canticorum, Sermones octoginta ſeptem.
Sermo exhortatorius ad Milites Templi. De conuerſione ad clericos.
De conſideratione ad Eugenium Pont. Max. Habes hos libros nunc in capita diſtinctos, & argumentis illuſtratos opera Henrici Cnycij.
De Gratia, & libero arbitrio, liber.
De præcepto, & diſpenſatione, liber. Idem Cnycius hunc librum diuiſit in capita.
De deligendo Deo, liber. De humilitate ex regula D. Benedicti, Tractatus.
De duodecim gradibus humilitatis, & ſuperbiæ, Tractatus.
Ad Gulielmum Abbatem, liber Apologeticus.
Declamationes de verbijs Euangelij: *Ecce nos reliquimus omnia, &c.* Rectius autem inſcribitur in antiquis. De contemptu Mundi, & appetitu vitæ æternæ ad clericos.
Ad fratres de monte Dei, De vita ſolitaria. Meditationes.
De interiori domo, id eſt de conſcientia, Tractatus, qui alijs dicitur, Speculum conſcientiæ, vel liber De conſcientia. De conſcientia, liber.
De cōſcientia, liber alter. At hic poſterior rectius D. Bernardo aſcribi videtur, quā prior.
De ordine vitæ, ac morum inſtitutione, liber, qui aliàs inſcribitur, De doctrina puerorum, & correctione morum. Scala clauſtralium, ſiue de modo orandi.

For-

Digitized by Google

Formula honeſtæ vitæ. Quo item titulo notatur. Liber de honeſtate vitæ, qui in hac editione prodijt integer, cum eſſet antea mutilus. Speculum monachorum.
De amore Dei, liber. Confer autem hunc librum cum Soliloquijs, quæ habes ſupra.
De natura, & dignitate amoris Diuini, Tractatus.
De paſsione Domini, ſuper illud Ioannis, *Ego ſum vitis vera, &c.* Tractatus, in quo videtur Auctor ſtylum attemperaſſe captui Virginum quibus ſcribebat.
De modo benè viuendi, liber. De Cœna Domini, Sermones.
In Aduentu Domini, De vndecim oneribus.

## *Rythmicæ Orationes.*

Oratio Rythmica ad vnum quodlibet membrorum Chriſti in cruce pendentis.
Iubilus in commemorationem Dominicæ paſsionis.
Oratio Rythmica ad Ieſum Chriſtum, eiuſque Virginem Matrem.
Proſa Rythmica in laudem Dominicæ Natiuitatis.
Sermones varij, & de rebus diuerſis. D. Bernardo aſcripti, & inter eius Opera.
De Natiuitate Domini, Sermo.
De eadem, ſiue potius de Conceptione B. Mariæ Virginis.
De S. Stephano: ex lectione Actuum Apoſtolorum Sermo.
In Cœna Domini.
De priuilegijs B. Ioannis Baptiſtæ.
De B. Maria, Sermo.
In illud Sapientiæ, *Sapientia vincit malitiam.*
De decem Virginibus.
De ſeptem gradibus confeſsionis.
Confeſsionis priuatæ formula.
De virtute obedientiæ, & eius gradibus.
De quinque negotiationibus, & quinque regionibus.
Parabola de Fide, Spe, & Charitate.
Parabola de nuptijs filij Regis, & de ornamentis ſponſæ ſuæ.
Ad clerum in Concilio Rhemenſi congregatum.
Ad paſtores in ſynodo congregatos.
Super *Salue Regina,* Sermones quatuor.
Meditatio deuotiſsima ſuper *Salue Regina.*
Diſputatio iuſti cum Deo.
Doctrina D. Bernardi.
Deſcriptio ſituationis Claræuallis.
Ratio qua quis perfectionem vitæ ſpiritualis conſequatur.

## *Quæ ſequuntur non ſunt D. Bernardi, ſi modo demas vitam S. Malachiæ.*

Gilberti Abbatis de Holandia, Sermo in Cantica Canticorum ab eo loco, quo D. Bernardus morte præuentus finierat.
In die Purificationis Guerrici Abbatis Igniacenſis.
Bernardi Sylueſtris Epiſtola.
Hiſtorica quædam.
Vita S. Malachiæ Epiſcopi, à D. Bernardo edita.
Vitæ D. Bernardi.
- Liber Primus per Gulielmum Abbatem.
- Liber Secundus per Bernardum Bonæuallis Abbatem.
- Liber Tertius. Liber Quartus. Liber Quintus. — Per Gofredum Monachum Claræuallenſem.

Canonizatio D. Bernardi, per Alexandrum Papam.
Epigrammata, ſeu Epitaphia D. Bernardi.
D. Bernardi Flores.

Exierunt autem rurſus, S. Bernardi, de Conſideratione ad Eugenium Papam libri quinque, argumentis, & ſcholijs illuſtrati à D. Gerardo Voſsio, Belga. Acceſsit Opuſculum, quod dicitur, ad quid veniſti? apud eundem 1605.

BERNARDVM quendam, Ord. Prædicatorum virum haud contemnendæ doctrinæ nominat Albertus Venetus, vbi agit de ſeptimo Magiſtro Generali Ordinis, eumque inquit ſcripſiſſe in quatuor libros Sententiarum, claruiſſe autem an. 1292.

BERNARDVS de Buſco, Ord. Prædicat. edidit librum Sermonum inſcriptum Roſarium Sermonum prædicabilium, excuſum Venetijs 1498.

BERNARDVS Cartuſiani Ord. domus Paſsionis Ieſu Chriſti, prope ciuitatē Lignitz ſcripſiſſe quidem multa fertur, ſed à Ioan. Tritemio ſolius Dialogi mentio fit, quem pulcherrimum de laudibus, & miraculis B. Virginis eleganter compoſuiſſe aſſerit. Claruit ſub Frederico Imp. III. an. 1480. Trit. At Eiſingr. 1497.

BERNARDVS Caſsinenſis, Abbas Benedictinus, Regulam D. Benedicti, & Sermones

ad Fratres, ac Speculum Monachorum, & de præceptis Regularibus ſcripſiſſe dicitur à Gulielmo Eiſingrenio, quem, inquit, floruiſſe an.1347. At alterius Bernardi Caſsinenſis monachi, qui ſancti Amici Confeſſoris miracula, & alia quædam reliquit, quique anno 1150. viuebat, meminit Arnoldus Vuion in libro Ligni Vitæ.

BERNARDVS Claremontanus, Ord. Prædicat. duos edidit libros. Alterum pro D. Thoma Aquinate aduerſus Henricum à Gandauo, & Gottifredum de Fontibus: Alterum contra Iacobum Viterbienſem, Ord. Auguſtiniani. Commentaria quoque ad quatuor libros Sententiarum. Viuebat an.1292.

BERNARDVS Monachus, monaſterij Cluniacenſis, qui floruit an.1050. ſcripſit conſuetudines eiuſdem monaſterij, & prænotatur hic liber: *Conſuetudines Cluniacenſes.* Tritem. Arnold. Vuion.

BERNARDVS Comenſis, ſiue Nouocomenſis, Ord. Præd. Inquiſitor, librum edidit prænotatum Lucerna Inquiſitorum hæreticæ prauitatis excuſum Mediolani an. 1566.

BERNARDVS *Presbyter,* Compoſtellanus, ſcripſit ſuper Decretalibus, lib.5. Caſus Decretalium, lib. 5. Breuiarium Iuris Canonici, eius Lectura extat in 1. lib. Decretalium, cum apoſtillis Antonij De Creuant edita Pariſijs. Item ad 5. libros Decretalium Norimbergæ an.1493. Hunc autem quidam Bernardum Græcum nominant. Vixit an.1259. Eius verò caſus ſuper Decretales prodierunt Argentorati an.1498.

BERNARDVS Corbeienſis Abbas. Vide, in verbo, Bernardus Saxo.

D. BERNARDI Epiſcopi Eduenſis contra Petrum de Cugnerijs pro Eccleſijs Gallicanæ libertate, libellus. Eiuſdem de origine, & vſu Iuriſdictionum, ſiue de ſpirituali, & temporali poteſtate, Tractatus. Tom.4. Biol. SS. PP. edit.2.

BERNARDVS Gallus S. R. E. Cardinalis, monachus primum, & Abbas monaſtarij S. Honorati Inſulæ Lirinenſis, deinde iuſſu Vrbani Papæ IV. Abbas 59. creatus anno 1263. præfuit anno 19. obijt Caſsini, vbi & ſepultus eſt 1252. ſcripſit In Regulam S. P. Benedicti, lib. qui extat Caſsini, & in Cœnobio S. Benedicti de Mantua m.s. Speculum monachorum qui excuſus Venetijs 1520. in 16. Collationum, Beneficiorum, & Officiorum montis Caſsini, Regeſtum vnum, Inquiſitionum, Iurium, & Bonorum in Caſtris, & Villis montis Caſsini; Regeſtum alterum. Quæ reperiuntur in Archiuo monaſterij Caſsini manu ſcripta: crediderim verò ipſe, hunc Bernardum eſſe eundem quem Eiſingrenius vixiſſe ſcribit an.1347.

BERNARDVS è Franchouen Sermones plures ad populum habitos reliquit poſteris. Viuebat an.1292.

BERNARDVS Guidonis, Lemouicenſis, Dominicanus, Inquiſitor olim Toloſæ, Epiſcopus Laudonenſis, ſcripſit Speculum Sanctorum, lib.2. Chronica Pontificum & Cæſarum, lib.2. Chronica Regum Francorum, lib. 1. Chronica Comitum Toloſatium, lib.1. Geſta Prædicatorum, lib.1. Vixit an.1300.

BERNARDVS Hildeſſemenſis Epiſcopus, & vir ſanctus, Synodales conſtitutiones ex iure, ac Patrum ſcriptis ſiue Decretis colligens propoſuit Clero, vt perfectius vitæ iniret inſtitutum.

BERNARDVS Hiſpanus, Ord. Præd. ſcripſit (vt Leander lib.4. teſtatur) commentaria in aliquot libros Bibliorum; Quodlibeta item tria; & Quæſtiones; De Spirationibus ac de Potentia Dei; præterea librum de Anima corpori iuncta.

BERNARDVS Iuſtinianus vitam edidit B. Laurentij primi Patriarchæ Venetiarum Auunculi ſui, præter Hiſtoriæ Venetæ quindecim libros, Epiſtolarum, & Orationum libros duos, verſionemque Iſocratis è Græco in linguam Italicam.

BERTRANDVS Lignicius, ſiue (vt vocant) de Lignitz. Vide ſupra in verbo, Bernardus Cartuſianus.

BERNARDVS Lucemburgenſis, Ord. Præ. in laudem B. Ioſephi Sponſi Virginis, & librũ de Purgatorio ſcripſit, qui Coloniæ, & alibi prodijt in lucem, an.1510. Catalogum item hæreticorum omnium ad annum Chriſti vſque 1530.

BERNARDVS Meſſanenſis Siculus, monachus S. Placidi, Congr. Caſsinenſis, ſcripſit De miraculis in Inuentione ſanctorum Placidi, & Sociorum, extabat hic liber apud Abbatem Caſsinenſem m.s. viuebatque is paucos ante annos quàm hæc ſcriberemus.

BERNARDVS Morlauenſis, monachus Ord. Cluniacenſis, ſcripſit ad Petrum Cluniacenſem Abbatem, De contemptu mundi, lib. 3. Verſus de mundo, lib.1. Colloquium Gabrielis & Beatiſs. Virg. lib.1. Claruit an.1140.

BERNARDVS Nouocomenſis. Vide, in verbo, Bernardus Comenſis, paulo ante.

BERNARDVS Oliuerius, Valentinus profeſsione, Auguſtinianus, Theol. Pariſienſis,

& Epiſco-

& Epiſcopus Daruicenſis, ſcripſit in Magiſtrum Sent. lib. 4. ſuper c. cũ Marthæ, de celeb. Miſſæ, lib. 1. Quæſtiones Quodlibetales, lib. 1. De Diuinis officijs, lib. 1. Ioſeph Pamph.

BERNARDVS Olerius, Hiſpanus, Magiſter Generalis Carmelitarum, ſcripſit ad Vrbanum VI. De antiquitate ordinis ſui, lib. 1. Et de Conceptione Beatiſs. Virginis, lib. 1.

BERNARDVS Parentinus, Ord. Præd. Prouinciæ Toloſanæ, ſcripſit librum à ſe prænotatum Librum Miſſæ, in quo ſacri Canonis, & totius Miſſæ capita iuxta Doctrinam D. Thomæ enodantur, Pariſijs excuſum an. 1531. claruit Tritem. 1440. Sermones quoque ſcripſiſſe dicitur ab Eiſingrenio.

BERNARDVS Placentinus, monachus Congregat. ſanctæ Iuſtinæ (vt vocant) de Padua, & Abbas S. Georgij maioris Venetiarum, qui floruit an. 1450. ſcripſit heroico carmine libros quinque, Quorum

Primus. De contemptu Mundi, & de aſſumenda Religione.
Secundus. De primordijs inſtitutionis monachorum Congreg. ſanctæ Iuſtinæ.
Tertius. Quomodo debeat religioſus in monaſterio conuerſari, & de modo orandi.
Quartus. De Paſsione Chriſti Domini.
Quintus. De Reſurrectione eiuſdem.

Extant m.s. in Bibliotheca S. Georgij maioris Venetijs in quarta parte folij.

BERNARDVS Paſchaſius Lemouicenſis, qui affinis, ſiue conſanguineus Clementis VI. & Innocentij VI. Pont. Max. qui item fuère Lemouicenſes, Theologus, & Iuriſconſultus, ſcripſiſſe fertur plura tam ad Theologiam, quam ad ius ſpectantia, conciones item lingua Prouinciæ in qua eſt ſita Maſsilia. Diem obijt Auenione, an. 1353.

BERNARDVS Porrus, Ord. Seruorum Mediolanenſis, edidit de miſeria humana lib. duos, & De cultu feſtorum.

BERNARDVS Pugalis, Toloſanus, Auguſtinianorum 23. Magiſt. Generalis, ſcripſit in 1. & 2. Sentent. lib. 2. In Paulum item ad Romanos, lib. 1. Tractatum de vſuris, lib. 1. De intentione & remiſsione formarum, lib. 1.

BERNARDVS de Roma, Italus, Carmelita, Epiſcopus Sutrienſis, ac S. R. E. Cardin. ſcripſit Lecturam Sententiarum, lib. 4. Sermones ad Clerum Romanum, lib. 1.

BERNARDVS Clauonenſis Auguſtinianus Theologus, ſcripſit in omnes D. Pauli Epiſtolas Commentaria, quæ Ferrariæ cum alijs eius ſermonibus in Bibliotheca S. Andreæ aſſeruantur. Ioſeph Pamphilus.

BERNARDVS Saxo, monachus Ord. D. Benedicti, ſcripſit luculento ſtylo, (vt teſtatur Ioan. Tritemius) ad Hartuuinum Magdeburgenſem Archiepiſcopum, librum contra Henricum IIII. huius nominis Imp. claruit an. 1070.

BERNARDVS Teutonicus (quem Tritemius nominat Bertramum) Epiſcopus Theſelicenſis, & Suffraganeus Epiſcopi Metenſis, atque in ſpiritualibus Vicarius ſcripſit in quatuor libros Sententiarum, ac de illuſionibus Dęmonum, ad Cunnonem Archiepiſcopum Treuerenſem. De ſchiſmate item ad eundem Sermones quoque varios (vt vocant) prædicabiles, obijt an. 1387. Tritem. & PP. mon. ord. vt paulo antea diximus.

BERNARDVS de Trillia Diœceſeos Nemauſenſis prope Prouinciam, & Auenionem, Ord. Prædicatorum, Theologus, ſcripſit Poſtillas in Eccleſiaſten in librum Sapientiæ, in Ioannem, vſque ad 11. cap. in Apocal. in Pſalterium, in Canticum Canticorum; Quæſtiones de differentia eſſe, & eſſentiæ. De anima. De potentia Dei. De ſpiritualibus creaturis. Quodlibeta aliquot. Quæſtiones ſuper totam Aſtrologiam. De cognitione animæ ſeparatæ; quod moriens non potuit abſoluere. Viuebat an. 1291. Ant. Senenſis Luſitanus.

BERNARDVS Vallis vmbroſæ monachus, ſcripſit hiſtoriam de Abbatibus Generalibus Vallis vmbroſæ, quæ excuſa eſt Florentiæ in 4.

BERNARDVS è nobili Vbertorum familia, Florentinus, inſtituti autem Vallis vmbroſæ Generalis Abbas, Eccleſiæ Parmenſis Epiſcopus, apud quam adhuc eſt in veneratione, & denique Cardinalis, qui etiam Paſchali II. Pont. Max. Legatus ſedis Apoſtolicæ in Gallia Ciſalpina, & Tranſalpina ad componendas ſeditiones, extirpandaſque hæreſes allegatus, quique multa pro fide pertulit, ſumma verò prudentia è manibus hoſtium eundem Pontificem liberauit. Sermones, & ſuæ Congregationis hiſtorias texuit.

BERNARDVS è Caſtro S. Vincentij, Ord. Prædicatorum, ſcripſit Chronicon eiuſdem ordinis, cuius Archetypus Bononiæ in cœnobio Dominicanorum aſſeruabatur. Chronicon autem ipſum ab exordio Dominicani ordinis deducitur vſque ad annũ 1304. contexuit quoque Annales Summorum Pontificum, & Impp. vſque ad Ioannem XXII. Tractatum etiam de Synodis generalibus à primo Concilio vſque ad ſua tempora, qui in Vaticana Bibliotheca extabat. Vitam fratris Aldobrandini Caualcantis Florentini: &

alteram fratris Angeli Acciaioli Archiepiſcopi Florentini, quæ extant in monumentis aſſeruatis in cœnobio Gratiarum, Ord. Prædicat. Mediolani: Quin & fertur ſcripſiſſe alias Religioſorum, & Sanctimonialium Ord. Præd. vita S. Floruit circa annum 1305. Vide Leandrum lib. 4.

BERNARDVS Vltraiectenſis, clericus ſuper eclogas Theod. commentatus Diuinas hiſtorias, & ſeculares fabulas allegorica expoſitione elucidauit.

BERNARDVS Vngertius edidit exercitium pium ad ſacrum Miſſæ, ſiue Liturgiæ officium piè audiendum, in ſingulos hebdomadæ dies. Ingolſtadij apud VVolfgangum Ederum, an. 1590.

BERNARDVS Zane, Venetus; Theologus; ſcripſit De Euchariſtia, & Paſsione Domini: Plures item Orationes, quas habuit coram Alexandro VI. Pont. Max. & conceſſu Cardinalium.

BERNENSIS, Ord. Prædicatorum collegit gratiſsimā Antiphonam *Regina cœli. Quam pulchra es,* è diuerſis partib9 Antiphonarum, Reſponſoriorum, Hymnorum, retinentibus tamen proprium ſenſum cum proprijs melodijs, quæ finit *tuum precare filium,* an. 1314.

BERNO Germanus, monachus Prunienſis, & Abbas monaſterij Augienſis Congregationis Cluniacenſis, qui floruit an. Dom. 1020. ſcripſit De Muſica, ſeu Tonis. De inſtrumentis Muſicæ. De Aduentu Domini. De ieiunio Sabbati. De ieiunio quatuor Temporum. De menſura Monachordi. Epiſtolarum ad diuerſos. Vitam S. Vdalrici Epiſcopi Auguſtani excuſam in Tom. 4. Surij. De officio Miſſæ, lib. 1. excuſum Coloniæ, an. 1568. in folio, cum alijs veterum ſcriptis: De officio Eccleſiæ, Romæ an. 1590. in folio, & Venetijs an. 1572. in 8. in Speculo Miſſæ, & in Tom. 4. Bibliothecæ Sanctorū Patrum, obijt an. Dom. 1745. ſeptimo Idus Iunij, regiminis verò ſui quadrageſimo, ſepultus eſt in monaſterio Augienſi. Liber autem de officio Miſſæ numeratur inter libros officinæ Heruagij: ſed & habetur in Bibliotheca SS. PP. Tom. 6. Eiſingr. verò addit fuiſſe à Bernone ſcriptas Epiſt. ad S. Henricum Imp. de vera laude Regis.

BERNOLDVS presbyter Eccleſiæ Conſtantienſis in Sueuia, natione Germanus, lib. quem ſcripſit, prænotauit, Ordinem Romanum, claruit 1060. Trit. ſed Eiſingr. addit, eum quoque ſcripſiſſe, de Sacr.

BEROSVS Chaldæus, quem Annius Viterbienſis in lucem ante aliquot annos protulit, nō eſt legitimus ille, quem Ioſephus Iudæus citat in 1. lib. aduerſus Appionem. Quòd vero iſte Beroſus Annij ſit ſuppoſititius, oſtendimus in Apparatu ad omnium gentium Hiſtorias, qui eſt 16. liber Selectæ noſtræ Bibliothecæ.

BERTA S. VVolfelmi Abbatis ſoror, ſanctimonialis Vilecenſis, quæ Othone Imp. vixit, reliquit vitam S. Adelheidis primæ Abbatiſſæ Vilecenſis; eaque vita extat apud Surium Tom. 7. de vitis SS.

BERTHARIVS, qui apud Tritem. legitur *Berthorius,* Gallus, Regij ſanguinis, & martyr 19. Generalis Abbas Ord. D. Benedicti, creatus an. 857. præfuit annis ſeptem ſuprà viginti, menſibus ſeptem: Quo temporis ſpatio plures à Sarracenis, qui Italiam inuaſerant, eſt perpeſſus iniurias; cumque annos ſeptemdecim non ſolum Caſsinenſe monaſterium, verumetiam Italiam, quantacumque potuit ratione, ab eorū incurſionibus defendiſſet, eorum denique gladijs occubuit, an. 84. die 11. Kal. Nouemb. & in æde S. Saluatoris olim ad radicem Caſsini montes primo humatus, deinde ſub ſacello eius inuocationis conditus. Vir fuit doctus, vt eius Opera produnt. Scripſit enim ante conuerſionem ſuam quædam de Medicina, & Grammatica, nimirum De innumeris morbis, hincinde collecta volumina duo. De Grammatica libros aliquot. Sed conſilio deinceps, vti & inſtituto vitæ, mutato, factus animarum medicus, elaborauit ſententiarum de pluribus Vet. & Noui Teſtamenti quæſtionibus, lib. 1. qui extat in Bibl. Caſsinenſi m. s. literis Longobardicis: prænotatur autem Anticemenides. Sermonum, & Hom. lib. 1. Quarum apud Arnold. Vuion extant aliquæ m. s. in Euang. de decem Virginibus, in die S. Scholaſticæ. Vna quæ incipit, *Lectio S. Euangelij.* De S. Matth. Apoſtolo, Serm. 1. *Inclytam & glorioſam.* De S. Romano Abbate, Serm. 1. *Adeſt nobis dies.* Extat & eiuſdem Sermo de S. Luca Euang. in Breuiarijs Ord. S. Benedicti. Ad Angelbergam Auguſtā Carmen. Vitam etiam S. Benedicti Hexametro, & Pentametro verſibus deſcripſit, &c. quæ eodē Arnoldo procurante excuſa eſt Romæ an. 1590. in tertio poëmatum volumine Proſperi Martinengi monachi Caſsinenſis, vna cum alijs duobus Poëtis, qui nondum erant excuſi.

BERTOLDI Dominicani, Theſaurus veræ pietatis, ſiue Meditationes de vita, & beneficijs Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Item Horologium deuotionis Coloniæ 1577.

BERTOLDVS de Maiſberch, ſcripſit Summam Theologiæ. Et in philoſophiam Platonis.



Digitized by Google

tonis. Et Commentaria in librum Elementorum Procli. Et librum de polo Iridis, exponens tres libros Meteororum. Claruit an. 1320.

BERTOLDVS Ratiſponenſis, Auguſtinianus, Philoſophus & Theologus, & Academiarum Ordinis per Germaniam (vt vocant) Regens, ſcripſit in Magiſtrum Sententiarum, & in lib. Ariſt. de Anima, quæſtiones notabiles, quæ in multis Germanicè Bibliothecis extabant.

BERTOLDVS ſcriptor. Vide in verbo, Toloſanum Concilium Generale.

BERTRAMVS Gallus presbyter, De corpore, & ſanguine Chriſti, qui Carolo Caluo Galliæ Rege, circa an. 810. ſcripſit, prohibitus eſt omnino à Clem. VIII. Pont. Max. in poſtremo indice librorum prohibitorum, itaque amplius legendus non eſt, niſi ſi quis conceſſu S. Sedis Apoſtolicæ, ad refellendos, qui ex illo auctore, errores afferantur, hæreticos velit reuincere. Quod verò de eius erroribus, aut de ijs, qui illi aliqua aſſuerunt, vel adeò de ipſo Bertramo, qui Diuinum hoc myſterium haud rectè intelligebat, neque credebat, iudicauit Vniuerſitas Duacenſis, poteſt quidem legi in Expurgatorio Indice Louanienſi, at nõ vt propterea quis exiſtimet licitam inde amplius fieri Bertrami lectionem. Vide Annotationes 196. lib. 6. Sixti Senenſis in Bibl. Sancta.

BERTRAMVS, ſiue Bernardus (vt diximus ſupra) Epiſcopus Theſelicenſis, Ord. Præd. Germanus ſcripſit in lib. 4. Sent. ac De illuſionibus Dæmonum. Sermones item ad populum. Alia quoque, quæ Tritem. inquit ad ſe non perueniſſe, obijt an. 1387. Confluentiæ ſepultus.

BERTRAMVS Fetzalem Anglus, 4. lib. Sent. Lombardi expoſuit, & ſcripſit Serm. aliquot.

BERTRANDI Canonici Regularis S. Victoris, quod eſt inſigne monaſterium Pariſijs, Precationes piæ. Pariſijs apud Huillier an. 1570.

BERTRANDVS de Deacio Gallus Card. vitam, & Paſsionem Chriſti Saluatoris Carmine Sapphico cecinit.

BERTRANDVS Hiſpanus ſcripſit in Clementinas.

BERTRANDVS Lagerius è Figiaco Gallus, Ord. Minorum Card. de Schiſmate contra ſui temporis hæreſes ſcripſit.

BERTRANDVS Mediolanenſis, Ord. Minorum, & (vt quibuſdam placet) Cardinalis, ſcripſit in Sententiarum lib. 4. Sermones, de Epiſtolis, & Euangeliorum lib. duobus. Vixit an. 1325. Ioan. XXII. Pont. Max.

BERTRANDVS Parayte Toloſanus Auguſtiniani Ordin. reliquit Commentaria in Apocalypſim D. Ioan. Apoſtoli, quę aſſeruabantur Pariſijs in Bibliotheca ipſius Ordinis.

BERTRANDVS Paſtoris, Toloſanæ vrbis Auguſtinianus, præter illa quæ ſcripſit in Priorum Ariſtotelis, lib. 2. In Topica, lib. 4. egit De triplici bono Eccleſiæ, lib. 3. Claruit an. 1390.

BERTRANDVS è Turre nobili, Serm. Quadrageſimales compoſuit. Volaterranus, lib. 21. Vrb. Comment. Expoſitionum item & Sermonum in Epiſtolas & Prophetias per totum annum volumina tria.

BERTRANDVS Teutonicus Epiſcopus Theſelicenſis. Vide in verbo, Bernardus Teutonicus ſiue in verbo, Bertramus Epiſcopus Theſelicenſis.

BERTRANDVS è Trilla Ord. Præd. ſcripſit Cõmentaria in 4. lib. Sent. Claruit 1296.

S. BERTVLFI Confeſſoris vitam ſcripſit Monachus Blandinij Monaſterij S. Petri Gandaui, Congregationis Cluniacenſis, an. Dom. circiter 1073. iuſſu Folchardi Abbatis. Ea verò extat m.s. in eodem monaſterio.

BERYLLVS Arabiæ Boſtrenus Epiſcopus, cum aliquandiu glorioſè rexiſſet Eccleſiam, ad extremum lapſus in hæreſim, quæ Chriſtum ante incarnationem fuiſſe negat, ab Origene correctus ſcripſit varia Opuſcula, & maximè Epiſtolas, in quibus Origeni gratias agit: ſed & Origenis ad eum literæ ſunt. Extat Dialogus Origenis, & Berylli, in quo hæreſeos coarguitur. Claruit autem ſub Alexandro Mammeæ filio, & Maximiano, & Gordiano, qui ei in Imperio ſucceſſerunt. Codex autẽ Gemblacenſis habet *Beryllus Arabs*. Hieron. in Catal. & Honor. Anno Dom. 235. Trit.

BESSARION Grӕcus, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Cardinalis Nicænus ſcripſit, Librum in illud Ioannis cap. 21. *Sic enim volo manere*.

Confutationem aduerſus Marcum Epheſinum Epiſcopum, malè ſentientem de Spiritu ſancto, libros quinque pro Philoſophia Platonis. At ij, qui hos legerint, prælegant, quæ Ioan. Baptiſta Criſpus libro de Philoſophis cautè legendis: Quæúe nos 12. noſtræ Selectæ Bibliothecæ libro, vbi de Philoſophia Platonica.

Libros tres Conſolatorios ad Græcorum Imp. Orationes, atque Epiſtolas plures.

Inſignem autem Bibliothecam m.s. librorum Græcorum, & aliorum, quam Venetijs in-

ſtituit. Serenis. illi Reipubl. legauit, quæ adhuc extat multis alijs Auctoribus ditata. Et Aldus quidẽ Manutius Pauli Pater Opera Beſſarionis hæc, quæ ſequuntur, euulgauit.

Libros quatuor in Calumniatorem Platonis.

Librum, in quo ex 12. libris Platonis De legibus, pleraque recitantur, quæ cum in Latinũ verterit è Græco, oſtendit eadem Opera, quam perperam tranſlata fuerint à Georgio Trapezuntio.

Tractatum, An Natura, & Ars conſultò agant. Nam cum Gemiſtus Conſtantinopolitanus, qui & appellatus eſt *Pletho*, ſtudioſior eſſet Platonicæ doctrinæ, Peripateticæ autem Theodorus Gaza Theſſalonicenſis; à Beſſarione Card. rogatus ſuã vt ſententiam ſcriberet, breuem hac de re libellum edidit, cui cum Georgius Trapezuntius contradixiſſet, hoc, quem diximus, Tractatu Beſſarion reſpondit. Librum de Euchariſtia. Ad Gemiſtum autem Græcè, De eo, quod per ſe ſubſiſtit; & Epiſtolas.

Ariſtotelis Metaphyſices libros quatuordecim ab eodem Beſſarione in Latinum verſos, & libros quatuor Metaphyſices Theophraſti, & Xenophontem De Factis, & Dictis Socratis. Vide autem ſcripta eiuſdem Beſſarionis in Appendice Catalogorum Codicum Græcorum m. s. quæ eſt in fine vniuerſi huius Apparatus Sacri, cum in Collegio Græcorum Romæ extet Beſſarionis ad Alexium Laſcarim De Proceſsione Spiritus ſancti, libellus; & Refutatio Epiſtolæ Marci Epheſij miſſæ ad Orientales Græcè m.s.

## B I

BIBLIA, hoc eſt libri Spiritu ſancto dictati, qui, Sacra ſcriptura, Verbum Dei ſcriptum, Teſtamentum, Pactum, Fœdus, Chirographum, Lex, Euangelium, Theologia poſitiua, dicuntur, cur his nominibus appellati ſint, ſcripſimus in primo capite ſecundi libri noſtræ Selectæ Bibliothecæ: Adiecimus, eidem libro, quæcunque ad eos æſtimandos, intelligendos, atque ad vſum adhibendos, pro captu noſtro è peritiſsimis Diuinę hiſtoriæ Tractatoribus ſeligere, Deo iuuante, potuimus. Itaque eò Lectorem, cui libeat, amandamus. Porrò Bibliorum nomine, Libros intelligimus Teſtamenti Veteris, & Noui.

*Veteris quidem hi ſunt.*

1 Geneſis.
2 Exodus.
3 Leuiticus. } Qui & Pentateuchus.
4 Numeri.
5 Deuteronom.
6 Ioſue.
7 Liber Iudicum.
8 Ruth.
9 Regum quatuor.
10 Paralipomenon duo.
11 Eſdræ primus, & ſecundus.
12 Tobias.
13 Iudith.
14 Eſther.
15 Iob.
16 Pſalterium Dauidis, & aliorum 150.
17 Prouerbia.
18 Eccleſiaſtes.
19 Canticum Canticorum.
20 Sapientia.
21 Eccleſiaſticus.
22 Eſaias.
23 Hieremias.
24 Baruch.
25 Ezechiel.
26 Daniel.
27 Oſeæ.
28 Ioel.
29 Amos.
30 Abdias.
31 Michæas.
32 Nahum.
33 Abacuch.
34 Ionas.
35 Sophonias.
36 Aggæus.
37 Zacharias.
38 Malachias.
39 Machabæorum duo.

*Noui autem Teſtamenti ſunt.*

Euangelium à Matthæo, Marco, Luca, Ioanne conſcriptum.

Pauli Epiſtolæ quatuordecim, vna ad Romanos, duæ ad Corinthios, vna ad Galatas, vna ad Epheſios, vna ad Philippenſes, vna ad Coloſſenſes, duæ ad Theſſalonicenſes, duæ ad Timotheum, vna ad Titum, vna ad Philemonem, vna ad Hebræos.

Epiſtolæ Canonicæ, ſiue Catholicæ ſeptem, Iacobi vna, Petri duæ, Ioannis tres, Iudæ vna, Apocalypſis Ioannis.

Eæ verò Epiſtolæ Catholicæ ſunt dictæ, hoc eſt vniuerſales, tum quia Catholicam, & cum cæteris Apoſtolicis conſentientem doctrinam continent, ſic enim & Auguſtinus

vocauit Apoſtolicas; tum quoniam generatim ad omnes fideles, ſiue Iudæos, qui erãt diſperſi (ſicuti fecit Petrus) ſiue Chriſtianos ſub eadem fide degentes miſſæ ſunt, non autem ad aliquem hominem, vel gentem, quemadmodum à Paulo factum eſt.

Porrò hi libri, cum ipſis Apoſtolorum Epiſtolis in Canonem Eccleſiaſticum ita ſunt relati, vt nemini amplius liceat de ijs ambigere; ſi quis verò aliquid eorum recuſet, aut reijciat, is, vti vel Iudæus, vel Hæreticus, vel Schiſmaticus, vel Ethnicus, ſit habendus. Nã obſtrepentium quorumcumque obiectiones vna Eccleſiæ auctoritas exploſit, quæ colũna eſt, & firmamentum veritatis. Vide Decretum Sacroſancti Concilij Tridentini, Seſſione quarta; vt mittam, quæ ex alijs Synodis, & Patribus huc poſſunt afferri. Quæ quidem à pluribus egregiè pertractata, Robertus Card. Bellarminus, initio primi Tomi ſuarum cõtrouerſiarum, agens de Verbo Dei ſcripto, accuratiſſimè expendit.

De libris Veteris, & Noui Teſtamenti. Athan. Hier. Carth. conc. Aug. Caſſio. Trid. Conci. Driedo. Canus. Sixt. Senen. Robert. Card. Bellar. & alij.

Quoniam verò idiomate, ſiue Hebræo, ſiue Græco, ſcripti ſunt hi libri initio, ideo quis in ijs exponendis, partiendis, vertendis, emendandis operam ſuã poſuerit, ſuo quodque loco in hoc Apparatu reperies: vt de Pentateucho in verbo Moyſes, de Ioſue in verbo, Ioſue, & ſic de ſingulis. Quod & de Noui Teſtamenti libris intelligendũ eſt, vt in verbo Matthęus, Marcus, & reliquis, idem ſit faciendum. At de Euangelio generatim, in verbo, Euangelium.

Veruntamen quenam vniuersè Bibliorum editiones, atque verſiones prodierunt, in lucem, nos quidem eodem, de quo diximus, ſecundo li. Selectæ Bibliothecę noſtrę fuſius egimus; ſed & idem Card. Bellarm. pleraque attulit, vt ſatis ſit eadem huc adtexere.

Prima ergo editio Bibliorum Hebraica fuit Moyſis, & Prophetarum, quam nunquã perijſſe ſolidiſſimis rationibus euincitur. quamuis Eſdras fuerit Librorum Sanctorum inſtaurator, quippe qui non omnia iſtorum dictauerit, ſed inſtaurauerit, atque in vnum corpus ordinatè ſcripturas conflauerit, quarum partes hinc inde colligens, ſi quid Amanuenſium errore fuerat deprauatum, emendauit.

Hebraica editio Bibliorũ

Libri verò Eſdræ cum vocum Chaldaicarum ſint pleni, non purum illud putum, & antiquum Hebraiſmum obtinent, quod in Moyſi, & Prophetis cernitur.

Secunda editio Chaldaica fuit ſiue partium aliquarum, quemadmodũ libri Tobiæ, & Iudith, & ex parte libri Eſdrę, & Danielis, ſiue tota Paraphraſticè ex Hebræo in Chaldęũ, quam Paraphraſim ipſi nominant *Targum*. Et quidem Pentateuchum tranſtuliſſe fertur Rabbi Aquila, qui Chaldaicè *Onkelus* dicitur. Prophetas autem priores, ac poſteriores, hoc eſt, Ioſue, Iudices, & Regum libros; item Iſaiam, Hieremiam, & ceteros Prophetas, Rabbi Ionatham Vzielis filius, Pſalmos verò, & Iob, Ruth, Eſther, & Salamonis Opera, Rabbi Ioſeph cæcus. Quæ quidem Pharaſticæ tranſlationes apud Hebræos magnæ ſunt auctoritatis, & idcirco (vt rectè monet Card. Bellarminus) nobis etiam vtiles, vt ex ijs conuincamus Hebræos. Alioquin ab Eccleſia non vſque adeo magni fiunt, neque ex ijs argumentũ firmum duci poteſt. At excepta Paraphraſi Chaldaica, quæ extat in Pẽtateuchum, reliquę Iudaicis fabulis, & Thalmiſtarum nugamẽtis referta ſunt. Quas ex merito Ximenius Cardinalis à ſua Complutenſi editione reiecit. Qui autem legerit Paraphraſim in Threnos, in Canticum Cãticorum, in Iob, In Pſalmos, & in Prophetas omnes, facilè quod diximus, animaduertit. Idem verò quibuſdam locis allatis comprobat Bellarm. tertio c. lib. ſecundi de Verbo Dei. Sed neque Paraphraſis Aquile in Pentateuchum omnino integra, & incorrupta cenſenda eſt: habet enim illa ſuos errores, tametſi pauciores, & leuiores, quàm ceteræ Ionathæ, atque Ioſephi cæci.

Chaldaica.

Targum.

Tertia editio, quæ *Syriaca* dicitur, nulla dici poteſt; ſi totius Veteris Teſtamenti libri ſpectentur. Nec enim Veteris Teſtamenti liber aliquis à primo Auctore ea lingua cõſcriptus eſt, niſi forſan liber primus Machabæorum, & Eccleſiaſticus, quorum priorẽ Hebraicum ſe vidiſſe ſcribit Hieronymus in Prologo Galeato: De poſteriore autem idem ſcribit in Prologo Prouerbiorum, ſed neuter extat hac lingua. De Teſtamento nouo valde probabile eſt, Euangelium Matthæi, & Pauli Epiſtolam ad Hebræos, Syriaca lingua ſcriptos fuiſſe, quòd validis probat argumentis Albertus Vuidmanſtadius Ferdinandi Imp. Cancellarius, qui primus in Europa Teſtamentum nouum Syriacum edi curauit, & Guido Fabritius, cuius eſt Latina interpretatio Noui Teſtamenti Syriaci in Regijs Biblijs: ſed in his editionibus cum deſint Epiſtolæ, ſecunda Petri, duæ Poſteriores Ioannis, vna Iudæ, quam habemus, & Apocalypſis, putarunt hæretici quidam ſe aliquod nactos argumentum vellicandi libros iſtos. At Catholici ſciant in Orientalium codicibus eos extare. Quod quidem, à Maronitis Libani montis, qui ſunt alumni Pontificij, ac Romæ diſciplinis imbuuntur, accepimus: quæ quidem allata iam ex vrbe Herbipolim, & Moguntiã, Latinè iam reddidit Profeſſor noſter Hebreæ linguæ Barthaſar Etzelius.

Syriaca.

Ceterum, totum nouum Teſtamentum è Græca in Syriacam linguam verſum fuiſſe à ſancto Marco, Syri arbitrantur. Quod tamen cum antiquis Patribus ignotum fuiſſe credamus, quoniam nulla eius verſionis mentio fit, comparanda non eſt cum auctoritate, quam Græca, & Latina obtinuit. Vnum tamen eſt, præter alia, (ſubdit Card. Bellarminus) eius Syriacæ verſionis inſigne commodum, quòd cum in titulis, ac ſectionibus capitum, mentio fiat ieiuniorum, venerationis crucis, precum pro defunctis, vigiliarum, memoriæ Sanctorum, aliarumq; eiuſmodi rerum, quas Lutherani quaſi eſſent Romani Pontificis traditiones, deteſtantur, apertiſſimi mendacij Lutheranos euincit.

Sed & cum Syriacam linguam dicimus, eam intelligimus, quæ Hebraicæ, atque Chaldaicæ quaſi ſoboles fuit. Namq; Hebræi in Babylonicam abducti captiuitatem, ac penè propriam linguam obliti, addiſcentes Chaldaicam, nec rectè hanc pronunciantes, quin & ſimul aliquid Hebraiſmi ſubinde immiſcentes, tertium quoddam idioma pepererunt, quod tamquam maternum in reditu in Syriam, atq; Hieroſolymam ſemper retinuerunt.

*Græcę editiones Teſtamēti Veteris.*

Sequuntur variæ aliæ editiones characteribus, ſiue idiomate Græco, quæ decē numerari poſſunt.

Prima, ſeptuaginta Interpretū: de qua vide in verbo, Ariſteas, & in verbo Septuaginta. Hæc verò editio poſtremò prodijt diligenter expenſa Romæ Sixto V. Pont. Max. additis varijs lectionibus ex m.s. antiquis codicibus.

Secunda, Aquilæ, anno duodecimo Adriani Imperatoris.

Tertia, Theodotionis, Commodo Imperatore.

Quarta, Symmachi, Seueri Auguſti temporibus.

Quinta, quę reperta eſt in dolijs quibuſdam apud Vrbem Hierico, ſiue Herichuntem, anno 7. Antonini Caracallæ, qui Seuero patri ſucceſſit in Imperio.

Sexta, ſine nomine Auctoris, quæ in dolijs incluſa apud Nicopolim inuenta eſt, cum Alexander Mammeæ filius imperaret. Ex quibus omnibus Origenes conflauit Hexapla, ſiue Tetrapla, ſiue etiam Octapla. Nam primo diuiſit ſingulas paginas in ſex columnas. Ac in prima quidem deſcripſit Hebraicum textum literis Hebraicis, in ſecunda eundem textum, Græcis literis; in tertia interpretationem Aquilæ; in quarta interpretationem Symmachi; in quintą interpretationem 70. ſeniorum, in ſexta interpretationem Theodotionis: atque hæc volumina propter quatuor interpretationes Tetrapla: propter ſex columnas, Hexapla dicebātur. Addidit deinde quintam, & ſextam verſionem, in duabus columnis alijs, & ea volumina Octapla nominauit.

Septima, editio Origenis, quæ non tam verſio, quam emendatio fuit, qui ſcripturas ex Hebræo tranſtulit, & interpretationem Septuaginta ita emendauit, multis ex Theodotione admixtis, & notatis ſigno aſteriſci, ſiue ſtellæ radiantis, multis etiam obelo, ideſt, veru iugulatis, vt nouam editionem feciſſe videretur. Ita verò probata eſt eo tēpore hæc editio, vt breui Bibliothecas omnes repleuerit, quemadmodum Hieronymus ſcripſit in Epiſt. 89. ad Auguſtinum, quæ eſt 11. inter Epiſtolas Auguſtini. Eandem quoque editionem *κοινὴ*, hoc eſt communem apellari ſolitam, idem inquit Hiero. præfat. li. 16. in Eſaiā.

Octaua, Sancti Luciani Martyris.

Nona, Eſychij, qui iterum Interpretationem Septuaginta ſeniorum emendauit, atq; Aegypti Eccleſijs tradidit.

Decima, fuit, cuius ante iſtas meminit Clemens Alexandrinus, lib. 1. Stromatum, quæ in certum quo Auctore prodierit, antequam rerum potiretur Alexander Magnus, & ex qua Plato cete-rique Philoſophi non pauca hauſerunt.

*Editio partim Græca partim Hebraica Noui Teſtamenti.*

At quod pertinet ad Teſtamentum nouum, id Gręcè ab ijs Apoſtolis eſt ſcriptum, vel Euangeliſtis, quorum nomina in ſingulis libris, vel Epiſtolis prænotantur, præter Matthæum, Marcum, & Pauli Epiſtolam ad Hebræos, qui quidem Hebraicè ſcripſerunt: de quibus ſuo loco.

At Matthæi Euangelij in Græcam linguam tanſlatio, quæ Iacobo Apoſtolo Athanaſio, ſed ab alijs ipſi Matthæo aſcripta, non minorem apud Eccleſiam conſecuta eſt auctoritatem, quàm ſi primò ea lingua Matthæi Euangelium fuiſſet conſcriptum. Quamobrem ſapienter monet idem Card. Bellarminus, nos non egere Euangelio Hebraico, quod Mūſterus edidit, nec illo item, quod poſtea curauit edi Io. Tilius in quo quidem multa deſunt, multa ſunt ſuperuacanea, non pauca etiam immutata cernātur. Ac Deus nouit num id factum ſit ad detrahendam fidem Græcæ, & Latinæ noſtræ editioni, aſtu videlicet Iudæorum, è quorum promptuarijs pleraque deprompta ſunt.

*NOTA. In vita S. Petri quę in Pōtificali Damaſi primum locum tenet.*

Marci Euangelium etiam Latinè ab ipſo Marco Romæ, ac deinceps ab eodē Aquileiæ in Græcum fuiſſe conuerſum ſatis conſtat.

Pauli

Pauli Epiſtola ad Hebræos, vel ab ipſo Paulo Apoſtolo, Græcè quoque fuit ſcripta, vel certè ab Apoſtolico aliquo viro ex Hebraico Sermone Græco eſt reddita.

Et Adrianus Finus, lib. 6. Flagelli Iudæorũ, & Petrus Antoni Beuther. Annot. 8. & 9. ad Scripturã ſacram.

Græci autem hi omnes codices generatim corrupti non ſunt, vt neceſſario quidquid ab eis diſſentit, corrigendum ſit, quemadmodum falsò opinati ſunt hæretici. Vide in hoc Apparatu ſuo loco, vbi de ſingulis Auctoribus agimus.

Sanè conſtat in plurimis Græcis codicibus deeſſe multas veræ ſcripturæ partes, vt hiſtoriam adulteræ, Ioan. 8. vltimum caput Marci, teſtimonium pulcherrimum Sanctiſſ. Trinitatis, primæ Io. & alia: Quin & quædam extant in ijs, quæ non ſunt partes Diuinæ ſcripturæ. Quale illud Matth. 6. Orationi Dominicæ additum. *Quia tuum eſt regnum, & potentia, & gloria in ſecula.* Quod Tertullianus, Cyprianus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus non exponunt.

Fuere autem penè innumerabiles olim editiones Latinæ Teſtamenti Veteris ex Græca verſione Septuaginta, & Teſtamenti Noui è Græco fonte, nimirum ante Hieronymi tempora. Vna tamen erat communior, quæ Vetus, & Vulgata editio dicebatur. *In ipſis* (ait Auguſtinus) *interpretationibus Itala cæteris præfertur. Nam eſt verborum tenacior, cum perſpicacitate ſententiæ.*

Editiones Latinæ.

Aug. lib. 2. de Doctr. Chriſtiana, c. 11.

Sanctus verò Hieronymus bis Teſtamentum Vetus in Latinum conuertit. Primum è Græco, ideſt, ex Verſione Septuaginta, & rurſus ex Hebræo.

Nouum autem Teſtamentum tantummodo emendauit ob multos errores, qui vitio librariorum in illud irrepſerant.

Porrò Hieronymi verſio Teſtamenti Veteris ex Hebræo in Latinum, mox cœpit à quibuſdam Eccleſijs recipi, ac publicè legi, ita tamen, vt etiam antiqua altera non reijceretur.

Denique poſt Gregorij Magni tempora Latinæ omnes editiones videtur euanuiſſe, præter vnam hanc veterem vulgatam, quam & Synodus Tridentina retinendam omnino cenſuit.

Et quidem, quòd ad vulgatam editionem attinet, Teſtamentum nouum Latinum editionis vulgatæ ex antiqua verſione habemus, quod tamen Hieronymus emendauit.

Vulgata editio.

Præterea Pſalterium vulgatæ editionis non eſt illud, quod Hieronymus ex Hebræo tranſtulit, neq; quod vertit ex verſione Græca Septuaginta Interpretum, ſed illius, quod ipſe emendauit, tranſlatum ab interprete antiquo ex editione S. Luciani Martyris. Hieronymus enim in Pſalterio laborauit, quippe qui ex Hebræo in Latinũ, & ex Græco in Lanum, ex pura editione Septuaginta, vt habebatur in Hexaplis Origenis vertit, ac denique bis emendauit antiquam Latinam editionem, quæ tranſlata erat, ex cõmuni, & è vulgata.

Bellarm. c. 9. lib. 2. de Verbo Dei.

Probabile verò eſt, librum Sapientiæ, & Eccleſiaſtis, & Machabæorum nos non habere ex verſione Hieronymi, ſed ex antiqua tranſlatione, cuius auctor ignoratur.

Reliqua omnia ex Hieronymi verſione ex Hebræo habemus in editione vulgata. Vide verò, quæ de hac ipſa vulgata editione quàm breuiſſimè ſcripſimus in libro ſecundo Bibliothecæ Selectæ.

Prodijt item Sedis Apoſtolicæ iuſſu è Vaticana Typographia, Sixto V. Pont. Max. verſio Latinogræca, atque emendata editionis Septuaginta Flaminio Nobilio in id potiſſimam operam nauante, quæ magna commoda affert ijs, qui Diuinam ſcripturam tractant: ſi & conferatur cum vulgata, vbi huius liquidior ſenſus eſt hauriẽdus, & Notationes, quæ ad eam adiunctæ ſunt, interim attentè perpendantur.

Verſio Latinogræca. Editionis 70. Interpretum.

Ceterum, editioni Bibliorum vulgatæ, quæ Romæ (vt diximus) hiſce annis emendata prodijt, adtexti ſunt ij quoque libri, qui in Canonem haud fuere redacti, quales ſunt tertius, & quartus Eſdræ, & tertius, ac quartus Machabęorum, atque Oratio Manaſſis, de quibus ſuo loco in verbo, Eſdras, & Machabæi, & Manaſſis.

Reſtant editiones aliæ, quarum in Bibliotheca Selecta meminimus, Complutenſis, ac Regia, quæ Antuerpię curante Benedicto Aria Montano, fuerunt excuſæ, de quibus & hic omnino tamquam in propria ſede non eſt tacendum.

Præceſſerat autem Franciſci Ximenij Ciſnerenſis, Hiſpani, Ord. Minorum deinde, & Cardinalis atque Archiepiſcopi Toletani, ſimul item Archicancellarij Hiſpaniarum, Cõplutenſis editio, quam linguis Hebraica, Chaldaica, Græca, Latina edi curauerat ab Academia Complutenſi diligenter, & exemplaribus abſcitis ex primarijs Europæ Bibliothecis emendata. Et Pentateuchus quidem triplici editione prodijt Hebraicè, & Chaldaicè cum Græca Septuaginta Interpretum verſione: quibus reſpondent Latina Hieronymi Hebraicæ veritati, Latina altera de verbo ad verbum Chaldaicæ à viris eius linguę peritis elaborata. Latina tertia interlinearis, Græcæ Septuaginta Interpretũ. Agiographi autem,

Editio Complutenſis.

& Pro-

& Prophetici libri duplici lingua, Hebræa, & Græca, cũ duabus Latinis verſionibus, quæ ijs reſpondent, libri duo, qui extra Canonem ſunt Hebræorum, quos Eccleſia ad ædificationem legit, & in Canonem recipit, Græcam tantum habent ſcripturam, cum verſione altera Hieronymi altera interlineari de verbo ad verbum. Noui autem Teſtamenti contextui Gręco adeſt Hieronymi verſio, & ipſe contextus Græcus, nudis tantum literis cõſcriptus, ſine vllis aut tonorum, aut ſpirituum notis, ad imitationem antiquiſſimorum Græcorum, ſimplici tamen apice in poliſyllabis dictionibus adiecto, tanquam notula, qua dirigi poſſit lector, ne in prolatione labatur.

Additum eſt vberrimum dictionarium Chaldæorum, Græcorumq; vocabulorũ, cum locis in Veteri Teſtamento, quibus vnaquæque Hebraica dictio, propter linguæ illius fæcunditatem multiplicat ſignificata, adiectis item concordantijs quamplurimis.

At quoniam vix amplius huius editionis exemplaria reperiebantur, quæ Leone X. Pont. Max. prodierant, eadem editio renouata, & alijs acceſſionibus aucta fuit mandato Philippi II. Catholici Regis, de qua hæc habemus, quæ modo dicentur.

Editio Regia Philippi Catholici Regis

Regia quadrilinguis Antuerpienſis editio ab ipſo Benedicto Aria Montano, qui in ea edenda, & Apparatu augenda, cum alijs viris laborauit, quæ, quantaúe æſtimari deberet, Arias ipſe ſecunda in eam editionem præfatione de totius Operis vſu, dignitate, apparatu, & ordine diſſeruit. Quamquam verò idem Benedictus Arias reliquorum (præter illã Onkeloſij in Pentateuchum) Chaldaicas in veteres Sanctæ ſcripturæ libros paraphraſes non paſſus ſit in Regio iſto opere deſiderari, cum eædem paraphraſes omnes in Complutenſi non extitiſſent, fatetur tamen ingenuè, id fuiſſe conſultò prætermiſſum à Ximenio Cardinali ob eam potiſſimum cauſam, quod quædam in Chaldaico textu reperirentur, quæ vel ſuperuacanea, vel apocrypha viderentur. Porrò ſuum Apparatum adiecit.

Ceterum, non deſunt eruditiſſimi viri, qui in hac editione deſiderauerint nonnulla, quæ ex Rabbinis petebantur, ad Eccleſiæ Catholicæ ſenſum eſſe referenda; qualia de Iuge, & incruento Sacrificio, quod Malachiæ teſtimonio prænunciatum eſt eſſe futurum: id quod ad Gentium ſacrificium Arias videatur retuliſſe. Cum autem noſtrum hoc loco non ſit eo de labore ferre iudicium, monemus lectorem, vt editionem Grǽcam ſeptuaginta Interpretum, & huius verſionis, verſionem Latinam Sixti V. Pont. Maxi. iuſſu Romæ editam, conferat cum ea quæ prodijt Antuerpiæ: ſic enim rem totam liquidius aſſequetur.

Biblia alia ſeptem linguis conſcripta ab Auguſtino Iuſtiniano. Vide in verbo Auguſtinus Nebienſis

Præterea inſigni auſu Auguſtinus Iuſtinianus, vt diximus alibi, editionem Bibliorum aliam attentauit omnium primus, præcipuis linguis Hebræa, Chaldæa, Græca, Latina, & Arabica, quam & ipſe Octapla prænotauit. Vtque eius ſpecimen ederet, Pſalterium Hebræum, Græcum, Arabicum, Chaldæum cum tribus Latinis interpretationibus excuſum Genuæ an. Dom. 1516. Leoni X. Pont. Max. inſcripſit.

Verſio Bibliorũ, ſiue Paraphraſis Frãciſci Vatabli.

Acceſſere Franciſci Vatabli nomine, Bibliorum Verſio alia, ſiue paraphraſis, quemadmodum Theologi Salmanticenſes, qui eam emacularunt, ſapienter obſeruarunt. In quam, quoniam Caluiniani hæretici, errores pleroſque inſeruerunt, ea tantum verſanda eſt, quæ ann. Dom. 1584. Salmanticæ expurgata, ibidem apud Gaſparem Portonarum prodijt, ſiue quæ ad idem exemplar deinceps fideliter cudentur. De quo quidem Franciſco Vatablo, verè Catholico, vide in verbo, Franciſcus Vatablus. Huc verò ſpectat, quæ in Regula tertia Indicis Romani librorum prohibitorum extant his verbis: *Si quæ verò annotationes, cum huiuſmodi quæ præmittuntur, Verſionibus, vel vulgata editione circunferuntur, expunctis à facultate Theologica alicuius Vniuerſitatis Catholicæ, aut inquiſitione Generali, permitti eiſdem poterunt, quibus & Verſiones. Quibus conditionibus totum volumen Bibliorum, quod vulgo Biblia Vatabli dicitur, aut partes eius, concedi viris pijs, & doctis poterunt.* Sed quoniam incautus aliquis cogitare poſſet, hæc Vatabli Biblia, quæ olim Pariſijs, ſiue alibi fuerant edita, legi poſſe, idcirco ſciant, eadem eoſdem, quos diximus, errores continere, cum & eorum alia editio Leoni Heluetio hæretico fuerit attributa. Quæ cauſa eſt, cur in huiuſmodi tractandis libris memores eſſe debeamus eius, quod Pius IIII. Pont. Max. præter alia mandauit: *Si quis autem* (ait) *aduerſus eas Regulas, prohibitionemq; fecerit, is quidem qui Hæreticorum libros, vel cuiuſuis Auctoris ſcripta propter hæreſim, ipſo iure in excommunicationis pœnam incidat. eamq; ob cauſam in eum, tanquam de hæreſi ſuſpectum inquiri, & procedi liceat, præter alias ſuper hoc ab Apoſtolica Sede, ſacriſque Canonibus conſtitutas. Qui autem libros alia de cauſa prohibitos legerit, habueritúe, præter peccati mortalis reatum, Epiſcoporum arbitrio ſe nouerit puniendum.*

Geneb. Chronog. lib. 4.

Ibidem.

Biblia Iſidori Clarij.

Quin & Iſidori Clarij Brixiani Biblia extant, at ex quibus Prologus, & Prolegomena præcidenda ſunt; Eius verò textum, nemo textum vulgatæ editionis exiſtimet: ſic enim in eodem Indice Pontificio Librorum prohibitorum eſt cautum.

Reg. 3.

*Librorum autem Veteris Teſtamenti* (habet idem Index) *Verſiones, viris tantum doctis, & pijs iudicio Epiſcopi concedi poterunt; modo huiuſmodi Verſionibus tanquam elucidationibus vulgatæ editionis, ad intelligendam Sacram ſcripturam, non autem tanquam ſacro textu vtantur. Verſiones verò Noui Teſtamenti ab Auctioribus primæ claßis huius Indicis factæ nemini concedantur, quia vtilitatis parum, periculi verò plurimum Lectoribus ex earum lectione manare ſolet. Si quæ verò annotationes, cum huiuſmodi, quæ permittuntur Verſionibus, vel cum vulgata editione circunferuntur, expunctis locis ſuſpectis à faclutate Theologica alicuius vniuerſitatis Catholicæ, aut inquiſitione generali, permitti eiſdem poterunt.* Hæc in Reg. 3. Indicis Romani.

Verſiones Latinæ variæ ab Hæreticis falſatæ.

Iam de pleriſque alijs Latinis verſionibus, quas Hæretici emiſerunt, nos, quæ Hiſpani Theologi ſanctæ Inquiſitionis ſapienter admonuerunt, Bibliothecæ noſtræ Selectæ editioni primæ Romanę pridem inſeruimus, vti ex eius libro ſecundo c. 13. cuilibet conſtare poterit.

Verſio Bibliorum Italica, Germanica, Gallica, Anglica, Polonica.

Iam verò de verſionibus in alias linguas quid ſentiendum ſit hæc habeat Lector. Nimirum primum omnium, qui vtriuſq; Teſtamenti Diuina volumina, in Italicam linguã conuertit, fuiſſe Iacobum de Varagine Archiepiſcopum Genuenſem, quem Sixtus Senenſis, cum aſſerat ſumma fide, & diligentia vtrumq; Teſtamentum Italicè vertiſſe, cumque idem Iacobus de Varagene, in ſacris declamationibus ſat celebris, trecentos ante annos vixerit, quo tempore nullum ab hæreticis hac in re periculum Italiæ imminebat; validiſſimæ autem rationes ſint, quæ Eccleſiam mouerint, cur non paſſim ſiue hæ; ſiue aliæ vulgares editiones tractentur ab omnibus, ſanè circumſpectè in his omnibus incedendu eſt. Nec verò vni Sixto Senenſi ita fides habenda, vt credamus Iacobi de Varagine Verſionem nulla egere animaduerſione, quippe cui nec linguæ politioris Italicæ, neque hiſtoriarum, quas idem affert de viris Sanctis, & notitia fuerit, quin in Martyrologijs, & Annalibus Eccleſiaſticis, ſiue huiuſmodi alijs perlegendis, quæ deinceps Eccleſiæ Catholicæ iuſſu, ac pietate prodierunt ad omnium vſum, rectius ponendum ſit tempus.

Ceterum cur vulgari idiomate Biblia (licet optimè eſſent verſa) non vbique aut ſemper, aut ab omnibus ſint legenda, ſcripſere plures magna cum laude: ſed qui librum hac vna de re, non ita multos ante annos edidit fuit Iacobus Ledeſmius Societatis noſtræ Theologus; quamuis deinceps Bellarminus Card. cum egiſſet de editionibus vulgaribus, eaſdem rationes, & alias ſic perſtrinxit, vt facilè, ac paucis verbis inde percipi queant.

Neque verò me latet inter tot verſiones, quæ populari lingua erupere ex Lutheranis, Zuinglianis, Caluinianis, Arianis, Picardis, Anabaptiſtis, Trinitarijs, quæ omnes inter ſeſe mirificè diſſident, rem ipſam loqui; nempe ab ijs, qui extra Eccleſiam ſunt, quique hæc ad popularem auram excipiendam, non ad Dei gloriam ſolidè propagandam attentarunt, nihil denique ſolere conſequi, quam linguarum diuiſionem eam, quæ mirificè in Turri Babelis cecidit ſupra ſuperbos. Ac tamen vt Germanorum deſiderio piorum aliquatenus ſatisfieret, ſimul autem fallaces Hæreticorum laquei apparerent, viri doctiſſimi, vereq; Catholici, Dietembergius, & Hieronymus Empſerus, ille Biblia, hic Nouum Teſtamentum, edidere Germanicè; qui & trecentas in vno Nouo Teſtamento deprauationes Diuini verbi, ex verſione Lutheri obſeruauit.

Germanica Bibliorum editio.

Caluiniani autem cum à Caluino magiſtro ſuo Biblia in Gallicam linguam potius tranſuerſa, quam conuerſa accepiſſent, occaſionem præbuere curioſis ingenijs, ac præcipuè pleriſque nobilibus, vt ea perlegerent; at cum hæreticam verſionem Catholici deſiderarent, fuit, qui alteri verſioni manum admouit; quam cum inchoatam, neque verò abſolutam prelo typographi ſubieciſſent, dum operæ folia vrgebant, factum eſt, vt ex Caluiniana verſione plura extemporariè multis in locis deſumpta fuerint, & ita euulgata. Quare non ita multò poſt agnita mendis atq; erroribus grauiſsimis referta, à Sorbonica Schola vnanimi ſunt condemnata. Quæ tamen (gliſcente in Gallię Regno licentia, & Hæreticis liberè venena ſua ſpargentibus) fieri nõ potuit, quin adhuc à pluribus legantur, & retineantur. Sed denique obuiam itum eſt huic malo ab Academia Louanienſi, quæ Biblia emiſit purgatiora quidem, & Gallica facta; ſed quibus præſtantiſsimos illos Theologos adhibuiſſe iam vel certè adhibituros alteram limam non dubitamus

Gallica editio.

Anglica item verſa ſunt Biblia à Gulielmo Alano Anglo, qui poſteà fuit Cardinalis, à Gregorio Martino, & à Richardo Briſtoo Theologis, quæ & Rhemis in Gallia ſunt edita; quibus ſubſcripſere Petrus Remigius Archidiaconus maior Metropolitanæ Rhemenſis Eccleſiæ Generalis Vicarius, Hubertus Morus eiuſdem Eccleſiæ Decanus, & Eccleſiaſtes, ac Theologus, & Cancellarius ipſius Rhemenſis Academiæ, atque Gulielmus Balbus Theologiæ profeſſor Collegij Rhemenſis Archimagiſter.

Anglica editio.

Preter Anglicam verſionem, Biblia quoque in linguã Polonicam ſunt verſa mandato

Polonica editio.

Grego-

Gregorij XIII. Pont. Max. atque in lucem edita conceſſu Clementis VIII. Pont. Max. & hæc quidem recognita à noſtris eiuſdem gentis valdè peritis, atque Theologis: quæ verſio perutilis, & neceſſaria fuit ad extirpandos errores, qui ex falſa nouorum Arianorum, & aliorũ Hæreticorũ verſione paſſim ſerpebant: cum in eã Catholicam verſionem diligentiſſimè inſudaſſet Iacobus Viecus Vangrouecenſis Polonus Theologus Societatis noſtræ. De quo vide alia in verbo, Iacobus Viecus.

Scripſerunt aũt inter alios in Diuinam Veteris, & Noui Teſtamenti Scripturam ſiue generatim, ſiue Introductiones, & alia huiuſmodi ad eam, ij qui ſequuntur. Quorum labores diſtinctius in ſingulis eorum nominibus quęrendi erũt ſuo loco in hoc Apparatu.

A

Adrianus Cardinal. Quomodo Sacra ſcriptura tractanda, libr. 3. de vera Philoſophia.
Aegidius Romanus, de Canone Bibliorum.
Albertus Magnus.
Alexander Halenſis.
Alphonſus Salmeron.
Alphonſus Toſtatus.
Allegorię ſimul, & Tropologiæ in locos vtriuſq; Teſtamenti, è monumentis vnius & triginta Auctorum per Godefridum Tilmannum. Vide in verbo, Allegoriæ.
Ammonius.
Anſelmus Laudunenſis.
Antonius Poſſeuinus Iſagoge, quæ in ſecundo libro Bibliothecæ Selectæ continetur.
Apollinarius Iunior.
Aquila.
Athanaſius, qui Synopſim.
Auguſtinus Iuſtinianus Nebienſis Epiſcopus.
Auguſtinus Steuchus.
Aurelius Auguſtinus.
Aurelius Caſſiodorus.

B

Bartholomeus Vrbinas.
Beda.
Benedictus Arias Montanus.
Bernardinus Gadolus.
Biblia Græca cum commentarijs ſparſim collectis, extabant Venetijs in Biblia Sanctorum Io. & Pauli.

C

Contrapoſitorum, ſiue cõtrariorum in ſpeciem vtriuſque Teſtamenti locorum cõcordantia antiquitus ſcripta, ſed ab Henrico Sachſio edita.

D

Dionyſius Cartuſianus.

E

Emanuel Sà.
Euſebius Cæſarienſis, ſed qui in dogmatib. non eſt tutus. Vide in verbo, Euſebius Cæſarienſis.

F

Franciſcus Feuardentius, qui cum Iacobo Cuillico, & Ioanne Dadræo emiſerunt Gloſſam ordinariam emendatiorem.
Franciſcus Georgius, ſed ille, qui ex auctoritate S. Sedis Apoſtolicæ fuerit expurgatus.
Frãciſcus Ribera in 12. Prophetas minores.
Franciſcus Vatablus, ſed qui emendatus eſt à Theologis Salmanticenſibus.
Franciſcus Ximenius.

G

Gaſpar Caſalius de Axiomatib. Chriſtianis.
Georgius Ederus.
Gerardus Bergomenſis de Concordantia Noui cum Veteri Teſtamento.
Gloſſa ordinaria.
Godelbertus.
Godefridus Tilmannus.
Godefredus Viterbienſis.
Guido Ferrarienſis.

H

Haymo.
Hermanus de Scildis, De ſenſibus ſacrę ſcripturæ.
Heſychius.
Hieronymus Stridonenſis.
Hieronymus Ederus.
Hugo Carenſis.
Hugo Victorinus.

I

Iacobus Genuæ Archiepiſcopus.
Io. Copgraue de Doctrina Chriſtiana.
Io. Caſtellenſis.
Io. Chryſoſtomus Archiepiſcopus Conſtãtinopolitanus.

Io.Chryſoſtomi Zanchi Bergomatis, & Canonici Regularis, extat m.s. Dictionariũ Hebraicum, & Græcolatinum in vniuerſa Biblia in aliquos Tomos Digeſtum: Quod nõ omnino abſolutum fuit, quod in eo curſu mors illum intercepit.
Iſidorus Iunior Cordubenſis.
Iſidorus Peluſiota.
Iuſtus Tiberin.

L

Laurentius Xereſanus De rectè formando Sacrarum literarum ſtudio.
Ludouicus Carbo Introductione ad Theologiam Scholaſticam, vbi quædam interſerit ſpectantia etiam ad poſitiuam.
Lucianus Martyr.
Ludouicus Marſilius Florentinus Auguſtiniani Ord. qui heroico carmine Vetus, & Nouum Teſtamentum conſcripſit.

M

Matthæus Doringus.
Melchior Canus.

N

Nicephorus Calliſtus, qui Synopſim. Sed de hoc Nicephoro vide primum in verbo, Nicephorus Calliſtus.
Nicolaus Gorran.
Nicolaus Lyranus.
Nicolaus Zicenius.

O

Origenes.

P

Paterius.
Patrophilus.
Paulus Burgenſis, cuius extat Scrutiniũ ſcripturarum.
Petrus Aureoli, ſiue de Verberia.
Petrus Brunaquellus.
Petrus Berchorius.
Petrus Cantor.
Petrus Comeſtor.
Petrus Garſias Galarſa Epiſcopus Caurienſis.
Petrus Paludanus.
Petrus Riga.
Petrus de Roſenchen.
Pontius Carbonellus.

R

Rabanus.
Richardus Victorinus.
Robertus Bellarminus.
Rupertus Tuitienſis.

S

Sanctes Pagninus, qui & Iſagogem ad ſacras literas edidit, ac Compendia in omnes libros hiſtoricos Veteris Teſtamenti per argumenta capitum adiecit.
Sebaſtianus Barradius.
Scholaſtici omnes.
Sedulius presbyter.
Septuaginta Interpretes. Vide in verbo, Septuaginta.
Seuerus, qui duos ſacræ hiſtoriæ libros conſcripſit.
Seraphinus Capponius à Porrecta.
Seraphinus Cumiranus.
Sixtus Senenſis.
Sophronius.
Strabus Fuldenſis.
Symmachus.

T

Theodoretus Monachus.
Theodotion.
Thomas Beaulxamis.

Reliquorum autem, qui in Pentateuchum, aut in reliquas Sanctarum ſcripturarum partes aliquid edidere, ſiue item, qui quoniam eas in Compendium redegerũt, Abbreuiatores, & Compendiarij ſunt dicti, vel alijs de cauſis Adnotatores, Coaceruatores, Collectores, Chronographi, Dialogiſtæ, Dictionarij, Diſputatores, ac Quæſtionarij, ſiue alij Eclogiſtæ, Epiſtolarij, Geographi, Harmonici, Homiliaſtæ, Iſagogici, Paraphraſtæ, Partitores, Indiciſtæ, & ſi qui alij aliter appellati ſunt, Nomina, & labores, ſuis quique locis in Verbo illorum ſunt adnotata. in hoc noſtro Sacro Apparatu.

Bibliotheca quo nomine non tam deſignantur loci, in quibus libri locãtur, quã qui eodem nomine prænotantur, duplicem hic præbet occaſionem de varijs Bibliothecis agendi. Ac quidem ex ijs, quos habemus, qui Bibliothecæ nomine ſuos libros appellarunt, fuere Diodorus Siculus, Photius Conſtantinopolitanus Archiepiſcopus, Sixtus Senenſis: Quos poſtea ſubſecuti ſunt, qui Bibliothecam Homiliarum, & Sermonum; quiq; illam, quæ dicitur Patrum: Quin & qui Gallicam edidit, & alij, de quibus mox dicetur. Ac Diodorus Siculus, quoniam è pluribus Hiſtoriographis ſuos libros conflauit, Bibliothecam nominauit. Photius vero, quoniam multorum ſcripta non tam legit, quam de ijs iudicium tulit. Sixtus aũt Senenſis, quòd quidquid cenſuit ad ſacros libros atque horum *Vide de vnoquoq; in ſuis locis huius Apparatus.*

interpretes facere, id ipſum è varijs auctoribus, & Patribus in ſuâ quam nominauit ſanctâ Bibliothecam intulit. Quò tamen ſpectant (mutato licet nomine) qui Catalogum librorum Eccleſiaſticorum, ſiue Synopſes, ediderant, Euſebius, Athanaſius, Hieronymus, Gennadius, Honorius, Sigebertus, Henricus Gandauenſis, denique Io. Tritemius, Eiſingrenius, & alij: quorum initio ante noſtrum Apparatum nomina, & labores indicauimus.

Laurentius Cumdius.

Iam Laurentius Cumdius Italus Bibliothecam Homiliarum, & Sermonum Priſcorũ Eccleſiæ Patrum collegit, quæ tam in Officio tempori accommodato, quam omnibus feſtis diebus toto anno in Miſſa leguntur, quemadmodum in Miſſali ex Decreto Sacroſancti Concilij Tridentini reſtituto, extant, videlicet Expoſitiones, & pleræq; eorundẽ Patrum conciones in quatuor partes digeſtæ.

Gerardus Moſanus.

At laborem iſtum Cumdij, Franciſcus Gerardus Moſanus Germanus, Ord. Prædi. eo demortuo vſq; ad finem perduxit. Addita ſunt ad marginem ijſdem auctoribus Scholia, quæ hæreſes noſtri temporis iugulant. Homilias autem in Euangelia, quæ ſunt à Dominica prima Aduentus vſque ad primum Quadrageſimæ diem, Sermoneſq; eidem tempori accommodatos complectuntur. Ea Bibliotheca Lugduni in Gallia, è Iuntarum typographia prodijt an. Dom. 1588.

Margarinus autem Bignæus Bibliothecam Sanctorum Patrum editione ſecundâ locupletatam, & modis, ac numeris multis caſtigatam, ab ſe nimirum recenſitam, atque à Gilberto Genebrardo, Franciſco Feuardentio, & Io. Dadræo recognitam, emiſit Pariſijs in nouem Tomos diſtributam an. Dom. 1589. de qua vide in verbo, Margarinus.

Edidit verò quidam Dominus à Cruce Cænomanenſis Bibliothecam Auctorum eorum, qui Gallicè ſcripſerũt, Gallico & ipſe idiomate, qui & alterius Gallicæ Bibliothecæ meminit, quam Antonius Verderius, qui Latinorum Auctorum emiſit Appendicem, ſcribebat. Sed ex his multi Auctores hæretici ſunt expungendi. Sanè Bibliotheca Conſtantinopolitana, & altera ex operibus SS. Hieronymi, Auguſtini, & reliquorum confecta, ſed & Bibliotheca Studij Theologici ex pleriſque Doctorum priſci ſeculi monumentis collecta à Ioanne Criſpino, ſiue ab alijs excuſa, prohibitæ ſunt in Romano Indice à Clem. VIII. Pont. Max. an. 1595. emiſſo, donec expurgentur.

Nos Selectam Bibliothecam ſcripſimus (vti ſuprà monſtratum eſt) in qua methodum Diſciplinarum, & meliores ſcriptores, atq; ad quẽ vſum legendi, docẽdiúe eſſent, conati ſumus oſtendere, cum & nũc hoc Sacer Apparatus, qui eſt altera Bibliotheca prodire iam inceperit.

At quòd ad eos attinet, qui vel antiquitus, vel hoc ſeculo celebres Bibliothecas inſtituerunt, aut collegerunt, paucis dicendum eſt hic, quod alij fuſius attigere. Ac vt mittam, quas à Moyſe, ab Eſdra, Babilonicam verò à Nabuchodonoſore, Grecã à Piſiſtrato, hãcq; à Xerſe, deinde à Seleuco ſeruatam, & auctam, Alexandrinam à Ptolomæo Philadelpho ſeptuaginta voluminum millibus ditatam, Apamienſem, in qua libri viginti mille extabant; & Romanas publicas, venio ad illas, quæ præcipuè à viris Apoſtolicis fuerunt inſtitutæ, Hieroſolymitanam ab Alexandro Epiſcopo, & martyre, Cæſarienſem à Pamphilo martyre: Conſtantinopolitanam tricenorum, & trium millium librorum, quæ fuit à Leone Iſauro hæretico concremata. Vaticanam à Romanis Pont. vti & alteram quæ apud Canonicos D. Petri Romæ habetur. priuatas autem à diuerſis tum Impp. Regibus, aut Regulis, tum Cardinalibus & alijs Clariſſimis viris quas in fronte huius Apparatus ſub aſpectum poſuimus. Et Alphonſus quidem Aragonum, atque Siciliæ Rex, Coſimus deinceps Medices Senior, Matthias Coruinus Rex Vngariæ eam quæ Budæ à Turcis capta interijt, Franciſcus Galliæ primus huius nominis Rex, & in Palatio fontis Eblaudi (vulgo Fõtaine blau) reliqui item, vt Vrbini Dux, Fredericus Feltrius, eam quæ extat Vrbini, Franciſcus autem Maria Piſauri, Philippus II. Hiſpaniarum Rex in Cœnobio S. Laurentij ad Scoriacum, Franciſcus Ximenius Archiepiſcopus Toletanus, & Cardinalis, Compluti, Ducis Bauariæ Monachij, Beſſarion Cardinalis, illam, quæ eſt Venetijs apud S. Marci ædem, Fuggeri Auguſtanam in ipſa Vrbe Auguſta Vindelicorum, Cracouienſis Academia, & alibi aliæ Academiæ ſuas Bibliothecas inſtituerunt, cum & omnia penè cœnobia illuſtria habuerunt hodieq; habeant communes Bibliothecas, quas tamquam vigiles obſeruant, atque inde quaſi ex Armamentarijs tela depromãt, vnde fidei hoſtes, atque ipſa peccata confodiant.

Extat in Italia Mediolani in Cœnobio Sãcti Marci Bibliotheca inſignis, altera Cæſannæ in Cœnobio Sanct. Franciſci, quemadmodum & apud Dominicanos Florentiæ, & apud S. Marcum, altera à Mediceis, nam altera apud S. Laurentium habetur, alia Cremonæ, apud Auguſtinianos, apud Aſcanium Card. Columnam Romæ alia, ad quam acceſſit,

quæ erat Gulielmi Car. Sirleti, alia apud Card. Sfortiam, alia apud Cardin. Montaltum, alia apud Dominicanos Romæ, alia apud Card. Ioioſam, qui è tribus inſignibus Bibliothecis vberem ſuam conflauit, quarum vna erat Pythæi viri in Gallia, celebris, alia apud Dominicanos, ſupra Mineruam, alia apud alios, nam & noſtri in Collegio Romano habent haud contemnendam, ad quam acceſſerunt Bibliothecæ M. Ant. Mureti, & Cardin. Montisregalis, & quam Card. Toletus, quamque manuſcriptorum Græcorum librorum intulit in Societatem noſtram Franciſcus Turrianus.

BIGA ſalutis, quod erat (opinor) prænotatio alicuius operis Fratris Ord. Minorum. Nam & Rodulphus Toſſiniacenſis in ſua Seraphica hiſtoria ſe non inueniſſe ipſius nomẽ ſcribit, quem tamen fuiſſe Pannonium inquit, Sermones edidit eruditos ad feſtos totius anni dies, quos Peſti in Hungaria, vbi erat magna in exiſtimatione compoſuit. incipiũt, *Venite poſt me.* edidit etiam in præcepta Decalogi, & miracula quædam. Florebat anno 1516.

BILIBALDVS Birckheimerus, etſi librum edidit de vera Chriſti carne, & de vero eius ſanguine ad Io. Oecolampadium hæreticum, iuſtis tamen de cauſſis prohibitus eſt in Indice Romano, quod dictum volui, ne tituli ſpecie aliquibus noceat: Nam & idem Bilibaldus non fuit in Catholica fide integer.

BINDVS Senenſis, Ord. Minorum edidit Sermones prædicabiles Franc. Gonz. Epiſt. Mant.

BISACENVM, ſiue Viſacium Concilium in Africana an. Do. 541. celebratum eſt, Vigilij autem Papæ II. & ex eodem Concilio Legatio miſſa eſt ad Iuſtinum Imperatorem.

BISACENVM Cõcilium in Aphrica iuſſu Gregorij I. an. 602. celebratum in cauſa Clementis Primatus Prouinciæ Biſacenæ. Vide Baronium Card. ſub eundem annum To. 8. & Greg. magnum, li. 9. Epiſt. 22, Indic. 4.

BISACENA Synodus, quæ ſcripſit ad Conſtantem Imperatorem cum nondum eſſet detectus hæreticis, annó 646. Extant in Lateranenſi Concilio habito ſub Martini Secretario.

BITVNTINA Diœceſana Synodus Cornelij Muſſi Epiſcopi, quæ totam fere Eccleſiaſticã diſciplinam Sermonibus, conſtitutionibus, legibus ſynodalibus complectitur in qua nouo, & erudito modo agitur, de cauſa, & ratione viſitationis, deque Clero; & Populo reformando. Vide alia iſtius docti, & eloquentis viri, in verbo, Cornelius Muſſus.

BITVRICENSE Cõcilium die 3. Menſis Nouemb. an. 1034. in Gallia celebratum Pacis cauſſa fuit Prouinciale, de quo Vide poſt Glabrum, Annal. Baron. Card. ſub eundem annum, To. 11. Res autem geſtæ Bituricenſis Synodi relatæ ſunt in Lemouicenſi Synodo, cuius Acta recenſet ordine idem Baronius Card.

## B L

BLASIVS Andernarius Carmelita, Gallus, ſcripſit in Sent. lib. 4. Quæſtiones quinque, & Collationes varias in Scholis diſputatas. Annum verò quo claruit Tritemius non ſcribit.

BLASIVS Viegas Eborenſis in Luſitania Societatis noſtræ Theologus ſcripſit in Apocalypſim D. Ioan. perdoctè; is editus in Hiſpania, deinde item apud Arnoldum Mylium Coloniæ ac Ludguni apud Cardonem, recuſus denique eſt à Veneta Societate, Venetijs an. 1602.

BLOSII Abbatis Latenſis opera omnia excuſa ſunt Coloniæ apud Bernardum Gualteri an. 1605.

BLOSIVS vir valde pius, ſcripſit inſtitutionem Spiritualem, Apologiam, & alia quædam quæ Louanij prodierunt an. Dom. 1570. item Margaritum ſpirituale, quod ibid. an. 1555. Præterea Pſychagogiam, quæ Romę 1587. At & Coloniæ eiuſdem opera excuſa ſunt an. 1572. Vide in verbo, Ludouicus Bloſius.

## B O

BOETIVS Epo Nordahuſanus Friſius, qui vir & doctus, & pius admodum fuit, Heroicarum, & Eccleſiaſticarum quæſtionum libros ſex. De Iure ſacro, ac iuris Pontificij libros tres, ann. 1588. quo florebat, edidit Duaci in Belgio apud Ioan. Bogardum, quem poſtea diem obijſſe audiuimus. Ad eum autem ſi perueniſſent annales Card. Baronij, qui poſtea prodierunt in lucem, non dubito quin aliquid ſuis ſcriptis adieciſſet vbi in libro ſecundo de Iure Sacro; agit de Concilijs particularibus. Quin & notatione, quam ad ſyno-



Digitized by Google

dorum generalium enumerationem paulo antea adhibuit, cum quaſi legitimam fuiſſe eam, quæ Conſtantinopoli eſt habita videatur exiſtimaſſe, id non ita habere conſtat. Nos de illa Synodo fuſius in Refutatione noſtra aduerſus Dauidem Chytræum. Quin & nouiſſimi Canones ſextæ ſynodi non fuerunt à Romana Eccleſia recepti, ſicuti quoque adnotatum eſt ad Gratiani diſtinctionem 16.c.5.in poſtrema Romana Decreti editione. Iã verò, quod inquit, Nicænum primum Cõcilium fuiſſe celebratum ſub an.330.nos in verbo, Nicænum Concilium, probauimus id an.325.accidiſſe.

BOETIVS Prouinciæ Daciæ, Ord.Præd. Theologus ſcripſit librũ de æternitate mundi, & in libros Ariſt. De ſenſu, & ſenſato, & de morte, & vita eiuſdem, & de ſomno, & vigilia. Quoto autem anno vixerit non meminit Antonius Senenſis Luſitanus, cum tamen aſſerat hũc fuiſſe Theologum præclarum, atque Philoſophum profundum, vt verbis vtar ipſius.

BOETIVS Romanus Patricius, qui & Anitius, Manlius Torquatus Seuerinus eſt dictus, quique conſulatum geſſit, & Reipub.atque Senatus Romani defenſor, à Theodorico Rege Gothorum vna cum Symmacho Boetij ſocero, eoque maximè pio, ac docto, interfectus eſt an.526.poſt obitum Io.Papæ. Floruit autem doctrina, eloquentia, ſapientia, pietate, martyrio.

Eius vitam ſcripſit accuratè Iulius Martianus Rota, quæ omnino prælegenda eſt ei, qui fructum vberem ex hoc Auctore perutili capere velit. Neque verò in hac eius vita, eſt quod remoretur Lectorem, niſi tantulum illud quod ſeptimo Tom. Annal. Card. Baron. obſeruauit, dum inquit, Boetij filios, quoniam dicti ſunt conſulares, non fuiſſe conſules, quod quidem Iulius Martianus eſt opinatus. Sic enim, ait, appellati ſunt, quoniam paaentem habuere conſulem: nam & vxor conſulis nominata eſt interdum conſularis.

Porrò cum neque in Faſtis vlla eorum conſulatus mentio ſit habita, & verò adhuc pueri eſſent, qui poterant eſſe conſules? hæc fermè Cardin. Baronius. At Boetius de ſe ſub vicaria perſona Fortunæ teſtatus eſt his verbis: *Poterit ne illius memoria lucis quantalibet ingruentium malorum mole deleri? cum duos pariter conſules liberos tuos domo prouehi ſub frequentia Patrum, ſub plebis alacritate vidiſti? Cum eiſdem in curia curules inſidentibus, tu regiæ laudis orator, ingenij gloriã, facundiæq; meruiſti?*

Præter Iulium Martianum, Ioannes Marmelius? ne quid dicam de Hẽrico Glareano) ſed & antiquiores fide digni Scriptores pleraque de Boetio ſuis operibus inſeruerunt. Caſſiodorus, qui lib.1.Epiſt.45.quæ eſt Theodorici Regis ad Boetium miſſa. lib.item ſecundo, Epiſtola Quadrageſima. Beda vltimo ſuorum Scriptorum Tomo. D. Thomas Aquinas qui Boetij aliqua, vt mox dicemus, eſt interpretatus, Cæſar Card. Baronius, cũ annum Regni Theodorici Regis trigeſimum quartum, Iuſtini Imp. nonum in 7. Tõ. Anna. expendit, at & ante Baronium complures alij.

## *De Doctrina Boetij.*

Doctrinam, quænam fuerit, ſi diſpiciamus, Theologicam certè, ſolidam, orthodoxã, & plenam pietatis cernimus. Liber de Trinitate hoc teſtatur ad Symmachum ſcriptus, dum eſſet in vinculis; *Vobis* (inquit in eo Boetius) *inſpiciendum eſt, an ex B. Auguſtini ſcriptis ſemina rationum aliquos in nos venientia fructus intulerint.* Id verò libri quoque Conſolatione, atque alia commonſtrant. Sin doctrinam Philoſophicam excutere velimus (in qua nonnulli Platonicum magis, quàm Peripateticum illum exiſtimarunt) non tam ex alijs, quàm ex ipſo Theodorico Rege, & ex Priſciano Cæſarienſi, qui Boetij tempore viuens Conſtantinopoli docebat, grauiſſima extant teſtimonia. *Hoc in multa* (inquit Theodoricus Rex) *eruditione ſaginatum ita noſſe didicimus, vt artes, quas exercent vulgariter neſcientes, in ipſo diſciplinarum fonte potaueris.* Priſcianus autem in libro de Ponderibus, Boetium probitatis, & omnium ſcientiarum attigiſſe verticem ſcribit. Quæ ſanè in Boetio ſcientiæ Sigebertum in Catalogo virorum illuſtrium ambigere fecerunt, *num conferendus, an præferendus Philoſophis & ſecularibus, & Eccleſiaſticis, eſſet illuſtrior inter ſeculares, aut inter Eccleſiaſticos.*

Epiſt.45.li.1. Caſſiod.

Caſſio.de ortograph.c.12.

## *Dictio Boetij quænam.*

Stilus autem, & Dictio Boetij fluens, Latina, & propria eſt. Neque verò habemus in eo ſcribendi genere, qui Romanum magis ſapiat. *Sic enim* (ſcripſit ad eum idem Rex Theodoricus) *Athenienſium ſcholas longè poſitus introiſti. ſic Palliatorum curis miſcuiſti togam, vt Græcorum dogmata doctrinam feceris eſſe Romanam. Didiciſti enim qua profunditate cum ſuis partibus Speculatiua*

*cogitetur; qua ratione Actiua cum ſua diuiſione diſcatur deduces ad Romuleos Senatores, quicquid Cecropidæ Mundo fecerant ſingulare. Tranſlationibus enim tuis Pythagoras Muſicus, Ptolemæus Aſtronomus leguntur Itali; Nicomachus Arithmeticus; Geometricus Euclides audiuntur Auſonij; Plato Theologus; Ariſtoteles Logicus Quirinali voce diſceptant; Mechanicum etiam Archimedem Latialem Siculis reddidiſti. Et quaſcunque diſciplinas, vel artes facunda Græcia per ſingulos viros edidit, te vno auctore, patrio ſermone ſuſcepit: quos tanta verborum luculentia reddidiſti claros, tanta linguæ proprietate conſpicuos, vt potuiſſet & illi Opus tuum præferre, ſi vtrumque didiciſſent.*

## *Scripti à Boetio Libri.*

De Sancta Trinitate, liber vnus. Incipit, *Inueſtigatam diutiſſimè.*
De vnitate, Trinitatis, liber vnus. *Quæro an Pater, & Filius.*

Scripſit autem hos ad Symmachum ſocerum ſuum dum in cuſtodia detineretur; hoc eſt. De Sancta Trinitate ad illum. De Vnitate autem Trinitatis. ad Ioannem Diaconum.

Atqui in lib. de Trinitate ſcripſit commentarios Gilbertus Porretanus Epiſcopus Pictauienſis, qui extant in editione Baſileenſi an. Dom. 1570. & Beda venerabilis.

De duabus naturis in Chriſto, lib. vnus. *Anxiè te quidem, diuque.* Breuiſſimus autem eſt hic libellus contra Eutychen, atque Neſtorium.

De Fide ad Ioannem Diaconum, liber vnus. *Chriſtianam fidem noui.*

De Conſolatione Philoſophiæ lib. quinque, partim carmine, partim ſoluta oratione conſcripti, dum eſſet in exilio. Quorum initium, *Carmina, qui quondam.* Porrò carmina hęc ſeparatim excuſa ſunt Romæ an. 1587. in typographia Ioannis Tornerij ad calcem primi voluminis Poematum, ſiue Poetarum veterum, è quibus (vti ethnicis) ſublata eſt obſcęnitas, additusq; Theodori Pulmanni libellus de metris Boetianis. In hos autem libros D. Tho. Aquinas, ac deinceps Ioan. Murmelius, & in eoſdem ex parte, Rodulphus Agricola commentaria ſcripſerũt. Ac quidem Boetius in libris de Conſolatione, quos ſcripſit ſenex in carcere, mirificè expreſſit, quam in humanis rebus nulla felicitas ſolida; quam vnicuique minimè ſit gloriandum in ſecundis, dolendum in aduerſis; deinceps quodnam ſit ſummum Bonum, & in quo ſitum, quanam ratione ipſum aſſequimur; Præterea, Bonos ſemper eſſe potentes, Malos ſemper impotentes; Bonis ſua nunquam præmia, Malis ſua nunquam deeſſe ſupplicia; Denique, quid ſit Diuina Prouidentia; quid caſus; quid fatum; quid liberum arbitrium, ac pleraque alia, quæ Chriſtiano Viro in ærumnis poſito poſſunt eſſe magno ſolatio, dum ipſe dolentis, Philoſophia conſolantis perſonam agit.

Ad libellum De ſcholarium diſciplina quod attinet, Boetius cernens plurimos abuti tempore, ac ſumptibus, dum recta per tramitem ſtudiorum haud incederent, rudibus, adultis, elatis, proficientibus, in magiſtratu item conſtitutis viam munit. Quod D. Thomas poſtea cordata interpretatione illuſtrauit. Incipit hic libellus, *Veſtra nouit intentio.*

## *Reliqui libri ſpectant ad Diſciplinas, ſeu Philoſophiam.*

De vnitate, & Vno, liber vnus. *Vnitas eſt, qua Vna.*
De Arithmetica, libri duo. *Inter omnes priſcæ auctoritatis.*
In Geometriam Euclidis, libri tres. *Quia verò mi Patrici.*

At tertius nil ferme habet ex Euclide, vſum eius in varijs rebus docens, præcipuè in terminis. Et præfatio quidem in hoſce prodijt aliquando Nicolai Iudeci Veneti, in qua Euclidis interpretum errata reprehendebantur tum ſenioris, tum iunioris Campani. At de hac tota re conſulendus eſt noſter Chriſtophorus Clauius in ſuorum aditu Commen. ad Euclidem.

De Muſica, lib. 5. *Omnium quidem perceptio.*
De hebdomadibus, lib. 1. *Poſtulas, vt ex hebdomadibus.*
De Iſagoge Porphyrij, lib. 2. *Hiemantis anni tempore.*
In ſecundam eius editionem, lib. 1. *Secundus hic arreptè.*
In Categorias Ariſtotelis, lib. 2. *Expeditis his, quæ ad.*
In Peri Hermenias Ariſtotelis, li. 1. *Magna quidem libri.*
In editionem eius ſecundam, lib. 6. *Alexander in Commentarijs.*
De diuiſionibus, lib. 1. *Quam magnos ſtudioſis.*
De definitionibus, lib. 1. *Dicendi, ac diſputandi.*
Ad categoricos ſyllogiſmos introductio, (lib. 1. *Multa veteres Philoſophi.*
In Topica Ciceronis, lib. 6. *Exhortatione tua.*

De differentijs Topicis, lib. 4. *Omnis ratio differendi.*
De ſyllogiſmo Categorico, lib. 2. *Multa Græci veteres.*
De ſyllogiſmo Hypothetico, lib. 2. *Cum in omnibus Philoſophis.*
De locis Rhetoricis, lib. 1. De prædicatione poteſtatis, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

Nam cum nemo Latinorum de Hypotheticis ſyllogiſmis egiſſet, ac ne Ariſtotelis quidem extaret aliquid conſcriptum; Theophraſtus autem (vt ipſemet inquit Boetius) rerum tantum ſummas eſſet executus, Eudemus vero etſi quædam ſemina ſparſerat, nullum tamen frugis prouentum extulerat, Boetius totam hanc rem dilucidius tractãdam ſuſcepit.

At & Boetij Operibus duo alia adtexuntur, quæ vel morte, vel alijs occupationibus præuentus haud potuit abſoluere.

Alterum { Quemadmodum ex æqualitate fiat inæqualitas Perſonarum.
{ Quomodo Ptolemæus diuidat Diateſſaron in duas partes.

Ceterum Ticini Turris hodieq; viſitur, carceris Boetij, ſanguiniſq; ipſius aſperſione celebris, cuius etiam ciuitatis incolæ ſemper à maioribus traditum conſtanter aſſeuerãt, Boetium, cũ ei regius ſpiculator lætale vulnus intuliſſet, vtraque manu (ſicut olim Dion. Areopagita) diuulſum caput ſuſtinuiſſe; interrogatumque autem à quonam ſe percuſſum exiſtimaret? ab impijs, reſpondiſſe, atque ita cum in vicinum templum veniſſet, & flexis genibus ante altare ſacra percepiſſet, poſt paululum expiraſſe. Hæc Iulius Martianus.

Sepulchrum eius in æde S. Auguſtini, qua parte in aditum templi aſcenſus incipit, hoc epitaphio eſt inciſum.

*Mæonia, & Latina lingua clariſſimus, & qui*
*Conſul eram, hic perij, miſſus in exilium.*
*Et quia mors rapuit, probitas me vexit ad auras,*
*En nunc fama viget maxima, viuit Opus.*

Porrò Beda venerabilis non vno in loco mentionẽ Boetij facit, quem & geſſiſſe Conſulatum cum Symmacho ſcripſit, pag. 12.3. Vnde verò dictus ſit Anicius, pag. 1088.8. De libris eius de Trinitate 1088. 1094. 8. De Boetij exilio 1089. 8. De genere ipſius 1088. 8. De interitu 1089. 8. In editione apud Io. Heruagium Baſileæ an. 1563.

BOMBOLOGNINVS è Gabiano Bononienſis, Ord. Prædic. ſcripſit Commentaria in quatuor libros Sent. Claruit circa annum 1320. PP. Mon. Ord.

BONAVENTVRA Aeſinus, Ord. Minorum cõciones in ſingulas anni Dominicas dies ſcripſit, quæ Patauij apud eius ordinem extabant m.s.

BONAVENTVRA Blancus è Cotiniola Aemiliæ Prouinciæ, ſiue Romandiolæ oppido Ord. Minorum, edidit Quadrageſimale. Homelias per annum. De illuſtribus rebus noui, & veteris Teſtamenti. Bononiæ anno 1534. apud Baptiſtam Faellum.

BONAVENTVRA Brixianus, Ord. Minorum, Regulam Muſicæ planè digeſſit, vt inquit Rodulphus Toſſiniacenſis.

BONAVENTVRAE Brocardi Palæſtina: Pariſijs apud Poncettũ. Le Preux. Vide autẽ in verbo, Brocardus.

BONAVENTVRA è Callio, Ord. Minorum nonnullos Tractatus m.s. Bononiæ in Bibliotheca Franciſcanorum reliquit. Henr. Villot. Franciſcus Gonzaga Epi. Mant. & Rodulphus Toſſiniacenſis, qui tamen eorum inſcriptiones haud narrant.

BONAVENTVRA à Cineribus, Ord. Minorum vberem Tabulam in libros D. Bonauenturæ Cardinalis concinnauit.

BONAVENTVRA, quem alij Eutychium, quod nomen Bonauenturæ reſpondet, alij Euſtachium nominant, alij cognomento *Fidanzam*, ſiue *Fidantium*, cum Ordini Minorum ſe addixiſſet, & ſub Alexandro Halenſi mirificè in Theologia Scholaſtica profeciſſet, ita mores & pietatem eum ſcientia, coniunxit, vt idem ipſe Halenſis de eo dicere ſoleret, videri ſibi *Adamum in Bonauentura non peccaſſe*. Ioannes item Gerſon Cancellarius Pariſienſis in Opuſculo de libris legendis à Religioſis, conſideratione quinta, ait; *Singulariter inter omnes Doctores Catholicos videri D. Bonauenturam idoneum, & ſecuriſſimum ad illuminandum intellectum, & ad inflammandum affectum*: quem ideo pleriſque alijs Theologis præfert, quod *vt ſolidus eſt*, (inquit) *ſecurus, pius, & deuotus, ſic recedat, quoad eius fieri poſſit, à curioſitate, neque poſitiones immiſceat extraneas, vel doctrinas ſeculares Dialecticas, aut Philoſophicas theologicis terminis obumbratas, more multorum: ſed dum ſtudet illuminationi intellectus, totum refert ad pietatem, ac religioſitatem affectus. Quare* (ſubdit) *factum eſt, vt ab indeuotis Scholaſticis, quorum (proh dolor) maior eſt numerus, ipſe minus extiterit frequentatus.* Et ita quidem Gerſon, qui alijs item in locis

D. Bo-

D. Bonauenturam extollit, appellans *Doctorem Seraphicum, atq; Cherubicum*, digniſsimum nimirum, qui plurimorum manibus teratur. At Tritemius ita ait: *S. Bonauentura in ſcribendo profundus non verboſus; ſubtilis, non curioſus, diſertus, non vanus; flammantia non inflantia verba proferens. Vnde & ſecurius legitur, facilius ab amante intelligitur, vtilius frequentatur, pauci, verò ſcribendo libros docuerunt vtrumq; : Bonauentura autem & multos ſuperauit, & paucos; dum eius doctrina deuotionem, deuotio inſtruit doctrinam. Si ergo & doctus vis eſſe, & deuotus, illius Opuſculis eſto intentus.* Hæc ille.

Atqui & à B. Thoma, *Sanctus*, dum viueret, fuit appellatus. Natus igitur hic Balneo regij (quæ ciuitas eſt Pontificiæ ditionis, atque Hetruriæ finitima) cum tantus euaſiſſet, octauus Generalis miniſter Ordinis ſui creatus eſt, quem poſtea Gregorius X. Pont. Max. in Cardinalium numerum adſciuit; Quo Pontifice in Concilio Lugdunenſi quod celebratum eſt an. 1272. ſiue 1273. diem obijt, miraculis clarus, quem Siſtus IV. in Sanctorum Catalogum retulit, cum eius corpus Lugduni ſepultum eſſet; qua in Ciuitate cum ſemper Catholici illud eſſent venerati; eiuſque nomini in Dei gloriam inſigne, quod extat, templum excitaſſent, anno ſuperioris ſeculi 61. Caluiniani hæretici in profluentem Araris, qui mox in Rhodanum influit proiecerunt, ſicuti & alia corpora Sanctorum Irenæi, & aliorum vel combuſſerunt, vel diſperſere; Caput tamen ſiue cranium D. Bonauenturæ ſeruatum eſt opera pij Religioſi eiuſdem Ordinis, quem & Hæretici miris cruciatibus affecerunt, vt eius Eccleſiæ theſauros hoc eſt vaſa ſacra promeret, id quod conſtanter tacuit. Hiſce rebus cum eodem tempore Lugduni interfuerim, nolui rem celatam, vt & quoddam martyrij genus in Bonauenturæ corpore tanto poſt tempore fuiſſe intelligatur.

De Sancti autem huius viri vita extat Oratio, quæ coram Pont. Max. Siſto IV. habita eſt ab Octauiano Martiniano ſacri Conſiſtorij aduocato, cum Regum, & aliorum Principum nomine Chriſtianus orbis peteret, vt in Sanctorum numerum D. Bonauentura adſcriptus in Eccleſia legeretur. Eam Surius in capita quædam redegit, reſectis quæ ad hiſtoriam haud facerent, ſed & vitam ipſius ſcripſit Petrus Galeſinius. Sur. Tom. 4. in vita D. Bonauenturæ.

Porrò cum Bonauentura compoſuiſſet multa, quæ partim edita fuerant, partim manuſcripta latebant in Bibliothecis, Siſto V. Pontif. Max. qui eum inter ſanctos Eccleſiæ Doctores adnumerauit, & eiuſdē D. Bonauenturæ nomine collegium ſui ordinis Theologorum in Vrbe inſtituit; excuſa ſunt in Vaticana Biblioth. & Moguntiæ. Ea verò ſunt, quæ ſequuntur per Alphabeti ſeriem.

A

Alphabetum boni Monachi. tom. 7. par. 4.
Amatorium. to. 7. p. 3.
Amoris incendium. to. 7. p. 3.
Animæ regimen. to. 7. p. 3.
Appendix. to. 7. p. 4.
Apologia Euangelicæ paupertatis. to. 7. p. 4.
Apologeticus in eos, qui Ord. Minorum aduerſantur. to. 7. p. 4.

B

Breuiloquij Procemium. to. 7. p. 1.
Breuiloquij, pars 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. to. 6.

C

Cardinales virtutes. p. 1.
Centiloquij pars 1. 2. 3. & 4. to. 6. p. 1.
Collationes in Ioannem. to. 2.
Collationes monaſticæ. to. 7. p. 4.
Compaſsio B. Mariæ Virginis. to. 7. p. 2.
Compendiū Theologicę veritatis. to. 7. p. 4. in Appendice.
Contemplationis gradus. to. 6. p. 2.
Confeſsionale. to. 7. p. 3.
Confitendi peccata ratio. to. 7. p. 3.
Corona B. Mariæ Virginis. to. 7. p. 2.
Cherubim ſex alæ. to. 7. p. 3.
Chriſti Ieſu feſtiuitates. to. 6. p. 2.
Chriſti paupertas. to. 7. p. 4.
Chriſtus, & Apoſtoli nudis pedibus inceſſerunt. to. 7. p. 4.
Chriſtianæ vitæ Inſtitutio. to. 7. p. 3.

D.

Dei eſſentia, inuiſibilitas, & immenſitas. to. 7. p. 4.
Dieta ſalutis. to. 6. p. 1.
Dona ſeptem Spiritus ſancti. to. 6. p. 1.

E

Eccleſiæ illuminationes, ſeu expoſitio in Hexaemeron. to. 1.
Eccleſiaſtica Hierarchia. to. 6. p. 1.
Eccleſiaſtes expoſitio. to. 1.
Elogium S. Bonauenturæ. to. 4.
Exercitiorū ſpiritualiū libellus. to. 7. p. 3.

F

Faſcicularius. to. 7. p. 3.
Feſtiuitates Chriſti Ieſu pueri.

H

Hierarchia Eccleſiaſtica. to.6.p.1.

I

Ieremiæ lamentationum expoſitio. to.1.
Illuminationes Eccleſiæ. to.1.
Index in Opera omnia. to.8.
Inſtitutio vitæ Chriſtianæ. to.7. p.3.
Ioan. Euang. expoſitio poſtillaris. to.2.
Itinera æternitatis. to.7. p.3.
Itinerarium mentio in Deum.

L

Laudiſmus de ſancta Cruce. to.6.p.2.
Lamentationũ Ieremiæ expoſitio. to.1.
Lignum vitæ. to.6.p.2.
Lucæ Euangelij expoſitio. to.2.

M

Matthæi, c.6. expoſitio. to.2.
Meditationes vitæ Chriſti. to.6.p.2.
Meditationum libellus. to.6.p.2.
Memorialia viginti. to.7. p.3.
Mentis reformatio. to.7.p.4.
Minorum fratres cur prædicent, & confeſſiones audiant. to.7.p.4.
Miſſæ expoſitio. to.7. p.3.

N

Nouitiorum formula, & regula. to.7.p.4.

O

Officium de Paſsione Domini. to.6.p.2.
Opuſculum de quatuor virtutibus Cardinalibus. to.6.p.1.
Opuſculum de ſeptem donis Spiritus ſancti. to.6.p.1.
Opuſculum de Reſurrectione à peccato ad Gratiam. to.6.p.1.
Opuſculum, de tribus ternarijs peccatorum. to.6.p.1.
Opuſculum, quod Diæta ſalutis inſcribitur. to.6.p.1.

P

Peccatorum tria ternaria. to.6.p.1.
Poſtillaris expoſitio in Euangelium Ioannis. to.2.
Pręparatio Sacerdotis ad Miſſam. to.7.p.4.
Præcepta decem Dominica. to.7. p.3.
Principium compendioſum in libros Sententiarum. to.6.p.1.
Prologi Magiſtri Sentent. expoſitio. to.4.
Pſalterij expoſitio. to.1.
Pſalterium B. Mariæ Virginis, to.6. Alterum ibidem. p.2.
Pharetræ liber primus de perſonarũ varietate, lib.2. De Vitiorum & Virtutũ multiplicitate, lib.3. in quo De Periculoſis agitur, lib. 4. in quo de Gratioſis agitur. to.6. p.1.
Philomena Paſsionis Domini aptata per ſeptem horas Canonicas. to.6.p.2.

Q

Quæſtiones in primum, & ſecundum librum Sententiarum. to.4.
Quæſtiones in tertium, & quartũ librum Sententiarũ, cum Indice in quatuor libros. to.5.

R

Reductio artiũ ad Theologiam. to.6. p.1.
Regulæ Franciſcanæ defenſio. to.7.p.4.
Regulæ Minorum expoſitio. to.7.p.4.
Religionis proceſſus. to.7.p.4.
Religioſorum ſtatus triplex. to.7.p.4.
Reſurrectio De peccato ad gratiam. to.6. p.1.

S

Salue Regina expoſitio. to.6.p.2.
Salutationis Angelicę expoſitio. to.6.p.2.
Sapientiæ expoſitio. to.1.
Sæculi contemptus. to.7.p.4.
Sententiarũ lib.1.& 2.to.4.lib.3.& 4.to.5. cum Indice eorundem.
Sententiæ Sententiarum quatuor libri, Carmine digeſti. to.6.p.1.
Seraphim Alæ. to.7.p.3.
Sermones de Tempore. to.3.
Sermones de Sanctis. to.3.
Soliloquium. to.6.p.2.
Speculum Diſciplinæ. to.7.p.4.
Speculum de laudibus B. Virg. to.6.p.2.
Speculum animi. to.7.p.3.
Stimulus amoris. to.7.p.3.

T

Ternaria tria peccatorum. to.6.p.11.
Theologia myſtica. to.7.p.4. in Appen.
Theologiæ terminorum declaratio. to.7.p.1.

V

Verba Domini in Cruce. to.9. p.2.
Vitæ lignum. to.6. p.2.
Vitæ Chriſtianæ Inſtitutio. to.7. p.3.
Vitæ perfectio ad ſorores. to.7.p.4.
Virtutum gradus. to.7. p.3.
Virtutes Cardinales. to.6. p.1.

Alter

Digitized by Google

## *Alter Index omnium Opuſculorum D. Bonauenturæ ſecundum ordinem Partium, in quibus materiæ ſunt collocatæ.*

Opuſcula S. Bonauenturæ in quatuor partes, & Appendicem diſtributa ſunt. Prima, & ſecunda pars tomo vno: tertia verò, & quarta cum Appendice, tomo altero comprehenduntur. Pars item prima Opuſcula continet, quæ magis ad Theologicam doctrinam ſpectant. Pars ſecunda comprehendit ea, quæ ad meditationes potiſsimum, & ad Chriſti Saluatoris noſtri Paſsionem, eiuſque Sanctiſsimæ matris laudes ſoluta Oratione, & Carmine idem S. Bonauentura compoſuit. Pars verò tertia complectitur quæ ad vitæ Inſtitutionem & exercitium pro cuiuſque ſtatus ratione præcipuè pertinent. Pars etiam quarta continet Opuſcula, quæ ad Religioſos, ac præſertim ad Fr. Ord. Minorum attinent. Appendix denique quorundam Opuſculorum eſt, quæ S. Bonauenturæ attribuuntur. Index vero Opuſculorum iuxta nouæ huius diſtributionis ſeriem, quam in fine cuiuſque Tomi inuenies, hic eſt.


*Pars Prima.*

De reductione artium ad Theologiam.
Breuiloquium.
Centiloquium.
Pharetra.
Declaratio terminorum Theologiæ.
Principium compendioſum in libros Sententiarum.
Quatuor lib. Sententiarum Carmine digeſti.
De quatuor virtutibus Cardinalibus.
De ſeptem donis Spiritus ſancti.
De tribus ternarijs peccatorum.
De reſurrectione à peccato ad gratiam.
Dieta ſalutis.
De Eccleſiaſtica Hierachia.

*Pars Secunda.*

Soliloquium.
De meditatione vitæ Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Meditationum libellus.
De ſeptem gradibus contemplationis.
De quinque feſtiuitatibus pueri Ieſu.
Officium de Paſsione Dominica.
Laudiſmus de Sancta Cruce.
Lignum vitæ.
Speculum, ſiue de laudibus B. Mariæ Virg.
De corona B. Mariæ Virginis.
De compaſsione eiuſdem.
Philomena Paſsioni Domini aptata per ſeptem horas Canonicas.
De ſeptem verbis Domini in cruce.
Pſalterium B. Mariæ Virg.
Pſalterium minus eiuſdem.
In Salutationem Angelicam.
In Salue Regina.

*Pars Tertia.*

De inſtitutione vitæ Chriſtianæ.
De regimine animæ.
Speculum animi.
De decem præceptis dominicis.
De gradibus virtutum.
Itinerarium mentis in Deum.
De ſeptem itineribus æternitatis.
Stimulus amoris.
Paruum bonum, ſiue incendium amoris.
Amatorium.
Exercitiorum ſpiritualium libellus.
Faſcicularius.
Vigintiquinque memorialia.
Confeſsionale.
De ratione confitendi peccata, &c.
De Puritate conſcientiæ.
De inſtructione Sacerdotis ad ſe præparandum ad Miſſam.
Expoſitio Miſſæ.
De ſex alis Cherubim.
De ſex alis Seraphim.

*Pars Quarta.*

De triplici ſtatu religioſorum.
Speculum diſciplinæ, ſiue de ratione informandi nouitios.
Viginti paſſus, ſiue formula nouitiorum.
In regulam nouitiorum.
De proceſſu religionis.
De contemptu ſæculi.
De reformatione mentis.
Alphabetum paruum boni monachi.
De perfectione vitæ ad ſorores.
Declaratio ſuper regulam Minorum.
Quæſtiones circa eandem regulam.
Quare fratres minores prædicent, & confeſſiones audiant.
De paupertate Chriſti.
Quod Chriſtus, & Apoſtoli nudis pedibus incedebant.
Apologia Euangelicæ paupertatis.
Cõtra Franciſcanæ Regulæ calumniatorem.
Apologeticus in eos, qui Ordini Minori aduerſantur.
De non frequentandis Quæſtionibus, ad Fratres.
Collationum Monaſticarum ad fratres libellus.
De reformandis Fratribus ad miniſtros Prouinciales.

APPENDIX.

Compendium Theologicæ veritatis.
De eſſentia, inuiſibilitate, & immẽſitate Dei.
De myſtica Theologia.

Eiuſdem, opera omnia poſt Vaticanā editionem impenſis Antonij Hierat Colonienſis Typographi recuſa ſunt Moguntiæ, an. Dom. 1608.

BONAVENTVRA Fidantius, ſiue Fidanza, idem eſt, qui ſupra, Eutychius, Ordinis Minorum.

BONAVENTVRA Gonzaga à ſecretis Ordinis Minorum, edidit Carmina ſpiritualia Italicè, & in *Magnificat anima mea Dominum*, & in Prædicamenta Ariſtotelis. Viuebat anno Domini 1576.

BONAVENTVRA Oldenzeel Belga, Ordinis Minorum, Traiecti ad Moſam conciones frequentes, an. 1518. habuit, quæ extant m.s. in Louanienſium Minorum Bibliotheca.

BONAVENTVRA Patauinus Auguſtinianus Cardinalis, cum pro tuenda Eccleſiæ libertate Franciſco ſeniori Carrarienſi Patauinæ Ciuitatis Principi, reſiſteret, eo procurante per occultos Sicarios, Romæ, ſagitta per pontem Sancti Angeli miſſa transfixus occubuit. Scripſit In libros Sententiarū commentaria excuſa in Germania tomis quatuor. Meditationes in vitam Chriſti valdè pias. Speculum Mariæ editum Auguſtæ 1476. Vitas Sanctorum. In Canonicam Epiſt. Iacobi. In Canonicas Ioannis comment. Sermones de Tempore. Sermones de Sanctis. Sermones ad Clerum varijs argumentis. Pariſijs autem (vti ex Regeſtis Ordinis conſtat) ſtudijs literarum operam dedit, vbi Doctoratus inſignia ſuſcepit, & propè decennium ibi Theologiam publicè profeſſus eſt. Hic Franciſco Petrarchæ fuit peramicus. Huic etiam tunc Cardinali, nonnullas pias & doctas S. Catharina Senenſis Epiſtolas miſit. Romæ ſepultus eſt in Eccleſia S. Auguſtini iuxta Sacellum S. Nicolai à Tolentino. Hunc in martyrum numerum adnumerandum exiſtimat Ioſeph Pamphil. ſicut eius fratrem Bonſemblantem inter ſanctos Confeſſores. Quin & ante Ioſephum Pamphil. Tritemius ſcripſit, eum martyrio fuiſſe coronatum. Claruit anno 1320.

BONETVS, Ord. Minorum formalitates è Scoti doctrina in lucem edidit, & ſcripſit in Metaphyſica Ariſtotelis. At & iuſſu Clementis V. Pont. Max. Tractatum, De Conceptione. Rodulphus Toſſiniacenſis, & Henricus Vuillot.

BONIFACIVS Anglus, qui deinceps Moguntinus Archiepiſcopus, & Apoſtolicus in Germania per annos plures Legatus, demum poſt plures populos Germaniæ ad Chriſtianam fidem conuerſos, & Reges, atque Eccleſiaſticos Viros ad frugem ſæpè inſtitutos, à Friſijs tandem ob Euangelium, quod eis prædicabat, trucidatus, martyr inſignis, in album Sanctorum relatus eſt. Vitam eius conſcripſere Diſcipulus ipſius VVilibaldus, quique poſt VVilibaldum additis Epiſtolis res eius geſtas eſt perſecutus, at & Ruthardus Rabani Diſcipulus heroico carmine eandem cecinit, ac denique ipſius acta Baronius Card. Tom. 9. ſub an. Domini 755. quo quo quidem anno diem obijt, ex quo autem munus accepit prædicationis à Gregorio II. Pont. Max. 36. Epiſcopatus verò, cui à Zacharia Papa eſt conſecratus, anno decimo. Quod dictum velim, ne quis vitam eius perlegens fallatur in numero. Scripſit autem varias Epiſtolas ad Summos Pont. de rebus, quas Deus gerebat in Germania, quaſúe ad exitum perduci tum in ea vaſta Prouincia, tum Romæ cupiebat. Ad Archiepiſcopos item: ad Danielem: ad Nothelmum; ſed & ad Epiſcopum Pecthelmum, quem inter alia de cognatione ſpirituali conſuluit; ad Abbates quoque Cuthbertum, & ad Duddonem, quem & ipſum de cognatione ſpirituali conſuluit (licet Diſcipulum ſuum) & ſacros Tractatus in Epiſtolas Pauli ad ſe mitti rogat, ad Herbertum, à quo literas ſuas emendari petit, ad Fubrardum item, & alios, & ad Lullum virum ſanctum, ad Reges etiam, ad Pipinum, & ad Athelbaldum, quem in quibuſdam commendat, ſed (licet Regem) rogat, vt carnis laſciuiam abijciat. Gulielmus Eiſingranus ſcribit eum inter alia ſcripta confeciſſe volumen, De ſua fide, ac Doctrina, alterum De Sanctitate Religionis, alium pro rebus Eccleſiæ, alium De ſuis laboribus in Germania, De ritibus Sanctorum, ac de Vnitate fidei aduerſus Hæreticos. Porrò S. Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini Epiſtolare, ſeu Volumen Epiſtolarum, in quo 76. ves 77. Epiſtolæ continentur, partim S. Bonifacij ad varios, partim variorum ad S. Bonifacium. Extat m.s. & in Bibliotheca S. Galli in Heluetia, In Tomo autem tertio Surij excuſi habentur Duo libri de Vita ipſius ad diem 5. Iunij. Qui vna cum Præd. Epiſtolis opera Nicolai Serarij excuſi ſunt Moguntiæ apud Balthaſ. Lipp. an. 1605.

BONIFACII Epiſtolæ 8. ad D. Auguſtinum, inter Auguſtini Epiſtolas leguntur, his numeris 183. 186. 188. 190. 191. 193. 195. 197.

BONIFACIVS Papa I. (vt habet Tritemius) B. Zoſimo ſuccedens præfuit Eccleſiæ, pluraque pro Eccleſiaſtica diſciplina ſtatuit, quæ extant ſparſim in Canonibus SS. Patrum, ſcripſit autem, vt ferunt, Epiſtolarum Decretalium lib. I. cuius initium eſt, *Eccleſia*

*Romana,*

Digitized by Google

*Romanæ, cui.* Mortuus eſt Honoriæ, ac Theodoſio Impp. an. 422. Huius etiam Decreta legimus in volumine Conciliorum edito Coloniæ. Vixit an. 417. Extat verò Bonifacij alterius Pont. Max. Tractatus Decretalis, vbi diſpenſatur cum fratribus SS. Dominici & Franciſci, ad prædicandum, & ad confratres audiendum.

Bonifacii II. Papæ nomine conficta fuit ab impoſtore Epiſtola ad Eulabium Epiſcopũ Alexandrinũ De Reconciliatione Eccleſiæ Carthaginenſis cum Romana, quaſi (quod falſum eſt) fuiſſet ſchiſmate diſciſſa temporibus Bonifacij, ac Celeſtini prædeceſſorum Romanorum Pontificum. Quin & altera quæ dicitur eſſe Eulabij Epiſcopi Carthaginenſis ad eundem Bonifacium, valdè ſuſpecta eſt. Nam imprimis pugnare videtur cum ijs, quæ de coniunctione Auguſtini, Eugenij, Fulgentij, & aliorum Africanorum cum Romana Eccleſia certiſsimè conſtant. Deinde Eulabius Alexandrinus, ad quem Bonifacius ſcribere videtur, nullus fuit, aut certè eo tempore non fuit, vt patet ex Chronologia Nicephori Conſtantinopolitani. Præterea, Bonifacius ſignificat in Epiſtola ſua, Iuſtino imperante ſe ſcribere; at Iuſtinus obierat, antequã Bonifacius regere inceperat, vt ex hiſtoricis omnibus liquet. Ad hæc, Epiſtola, quæ Bonifacio aſcribitur, tota ferè conſtat è duobus fragmentis, quorum alterum ſumptum eſt ex Epiſt. Hormiſdæ Pont. ad Ioan. Alterum ex Epiſt. S. Gregorij ad Epiſcopos Galliæ, quæ eſt 52. lib. 4. At S. Gregorius nondũ eo tempore erat natus, & ſtylus omnino Gregorianus eſt. Quin & in Epiſtola, quæ Eulabio Carthaginenſi tribuitur, quædam ſententia Gregoriano inſeritur ex lib. 4. Epiſt. 36. ad Eulogium; & reliquum eius Epiſtolæ nihil eſt niſi fragmentum Epiſtolæ Ioan. Epiſcopi Conſtantinopolitani ad Papam Hormiſda. Vide Bellarm. 4. Tom. 1. controuerſ. 3. lib. 2. de Rom. Pont. c. 25. ad finem.

Bonifacivs Papa IV. an. Dom. 607. coegit Concilium Epiſcoporum in Baſilica Vaticana contra ambientes Papatum.

Bonifacii Papæ V. Epiſtolas quaſdam Baronius Card. Tom. ſuorum Annalium octauo, inſeruit ſub annum 618. quo rexit Eccleſiam.

Bonifacivs VIII. Pontifex Maximus Patria Anagninus De Chriſtianæ fidei, & Romanorum Pontificum perſecutionibus ſcripſit. Edidit præterea ſextum Pontificij Iuris Codicem, quem iuſsit à tribus doctiſsimis viris colligi, quibuſdam Decretis nouis ab ſe additis vocaturque Sextus Decretalium. Eiuſdem de Indulgentijs anni Iubilei, Reſcriptum quoque, & alia quædam, adiectis Iulij Rozæ ſcholijs. Epiſtolarum plurium ad diuerſos lib. 1. vixit an. 1303. *An. 1294. Eiſingr. Bibl. SS. PP. to. 6.*

Bonifacivs de Cecca, Lygur, Prouinciæ Franciæ miniſter Ord. Minorum ſacrarum conſtitutionum leges, velut Teſtamento ad Regulæ obſeruantiam legauit. *Rodulphus Toſſiniacenſis.*

Edidit & reſponſionem ad quandam aduerſus ſe ſcriptam inuectiuam. Præterea Quadrageſimale, & pauca quædam. Viuebat Ludouico Francorum Rege, obijt Pariſijs, vbi & ſepultus eſt an. 1507.

Bonifacivs Cremonenſis, Ord. Præd. edidit Serm de Tempore, ac de Sanctis.

Bonifacivs Epiſcopus ſcripſit metrico ſtylo librum De virtutibus, & vitijs. Sigebertus in Catal.

Bonifacivs Ferrarius, Valentinus Catalanus, & Cartuſianus B. Vincentij frater ſcripſit, cur in Ordine Cartuſiano pauci canonizati ſint, & miracula publicè non faciant ad Bonifacium eiuſdem Ordinis, librum quoque, De approbatione Ordinis ſui. Vixit an. Dom. 1430. Eiſingrenius.

Bonifacivs Gallus, Ord. Minorum Prouinciæ S. Bernardini Miniſter edidit Quadrageſimale. Franciſ. Gonzaga.

Bonifacii Symonetæ, Doctoris, ac Monaſterij, Cornu, quod oppidum eſt in tractu Placentino, Abbatis, Congregationis Ciſtertienſis, in perſecutionum Chriſtianorum hiſtoriam, Pontificiumque extant commentarij excuſi Mediolani apud M. Antonium Zarotum Parmenium, an. 1492.

Bonifacivs Vitalinus Commentarium edidit ad Clementinas, & Diſputationem: Quinam caſus requirant ſpeciale mandatum. Et practicam criminalem.

Bonifacivs VVanefridus Monachus Circeſtrenſis ſcripſit De ſua fide & doctrina, lib. 1. De Religione Sanctitatis. Pro rebus Eccleſiæ. Inſtituta Synodalia. De ſuis in Germania laboribus. Ad Echelbaldum Danorum Regem, lib. 1. Vitam S. Liuini martyris. Vitas aliorum Sanctorum. De fidei vnitate, lib. 1. Contra hæreticos, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Viuebat an. 750.

Bonioannes de Meſthana, Ord. Præd. dicitur ab Antonio Senenſi Luſitano in ſua Bibl. Ord. eiuſdem ſcripſiſſe librum quadripartitum per fabulas figurarum moralium:

at quo-

Digitized by Google

at quoto anno vixerit, tacet. Nec verò tractatio illa, quam non vidi, ad hunc pertinet Apparatum, ni quatenus ille fertur in Sacra ſcriptura, & Patribus valde fuiſſe verſatus.

S. BONONII Abbatis Vita à monacho Locedenſi S. Mariæ, extat in Tomo 7. Surij die 30. Auguſti.

BONSEMBLANTES Patauinus, Auguſtinianus Theologus inſignis, Bonauenturæ Prioris Generalis frater vterinus, ſcripſit (referente Iordano) vtile opus ſtudentibus, & ſermones ad clerum, & varias quęſtiones tam in Philoſophia, quam in Theologia. Extant verò Mediolani, & Bononiæ in Bibliothecis Ord. Auguſtinianorum Lecturæ Bonſemblantis in primum, ſecundum, & tertium Sent. Venetijs ſanctè obijt. Cuius vir tamquam ſuo tempore ſingularis, Franciſcus Petrarcha Epiſt. lib. 12. meminit, ad eius fratrem ſic ſcribens: *Qualem proh dolor virum, quod ſydus?* & paulò poſt. *Ita me ille amet, cuius in amore felicitas vera eſt: vt ego viuentium fama forte aliquos, neminem ſibi vel ingenio, vel eloquio, vel morum ſuauitate præferendum noui, tanta illi inerat anima, vt ab ipſius verbis, & congreſſu numquam niſi lætior, tranquilliorq; diſceſſerim, neq; mihi vnquam tam longa confabulatio ſecum fuit, quin cupidis auribus, atq; animo ſitiente breuiſſima videretur.*

BONSIGNORIVS Cacciaguerra, Senenſis, vir pius, atque eorum Sacerdotum quaſi anteſignanus, inter quos Philippus Nerius vir Beatus tamquam prima Petra, & Inſtitutor eius Congregationis, quæ Romæ, & alibi, dicitur Oratorij, ſcripſit lingua Hetruſca duos libros Spiritualium literarum, quarum alter Romæ an. 1575. alter Venetijs excuſus eſt an. 1582. De frequenti item vſu Sanctiſsimæ Euchariſtiæ, qui Romæ, & Venetijs editi ſunt an. 1569. & 1575. Sed & libellum de Tribulatione, atque Epiſtolam, & Speculum Crucis, ibidem, & Tom. 1. Meditationum, quod Romæ eſt emiſſum, an. 1583. & Dialogum ſpiritualem, & vitam B. Felicis, an. 1564. Venetijs. Floruit autem ſub Iul. III. Paulo IV. Pio IV. Pontt. Maxxx. & in æde D. Hieronymi in veſtibulo portæ humatus eſt.

BORGIAE opera Spiritualia. Vide in verbo, Franciſcus Borgia.

BORROMAEVS. Vide in verbo, Carolus Borromæus.

BORNASIVS Siculus Ord. Præd. ſcripſit accuratè de vita B. P. Dominici, vt habet Ant. Senenſis Luſitanus in Bibl. Patrum ſui Ord.

BOSSVS, ſcripſit de veris animi gaudijs. De tolerandis aduerſis. De gerendo magiſtratu, iuſtitiaque colenda. De immoderato mulieris cultu. Argentorati autem anno Dom. 1509. prodijt in lucem.

BOSTONNVS Burienſis, Anglus, ad Eadmundi Templum Monachus, Angliam vniuerſam circumiuit, & omnes monaſteriorum Bibliothecas inuiſit, ac librorum titulos collegit, authorum ætates, vitas, operum initia adiunxit, & in quibus cœnobijs inuenienda eſſent demonſtrauit. Opus hoc inſcripſit, *Catalogum Scriptorum Eccleſiæ.* Scripſit etiam Speculum Cœnobitarum, lib. 3. In quo oſtendit monachorum initia & progreſſus. Item de rebus Cœnobij ſui, lib. 1. Viuebat an. 1410.

## B R

BRABIANVS ſub Imp. Seuero edidit quædam Opuſcula ad Chriſtianum dogma pertinentia. Hier. in Catal. Hunc m.s. Codices noſtri *Arabianum* vocant, ſicut & Honorius, contra Sophronium. Vixit an. Dom. 200.

BRACARENSE Concilium primum, currente Era 599. anno tertio Ariamari (ſiue Theodomiri, quem Loaiſa eundem putat cum Ariamiro) Regis die Kalend. Maiarum, aduerſus Priſcillianum, ac de Diſciplina Eccleſiaſtica celebratum eſt, duoque & viginti Canones ſanciti. Octo ſubſcripſere Epiſcopi. Vide Notas Garſiæ Loayſæ ad illum. Id verò ſciendum, extare ſeriem Regum Sueuorum ſub quibus Bracarenſia Concilia ſunt habita, apud ipſum Loayſam in collectione Conciliorũ Hiſpanicorum pag. 114. Cæterùm Sueuorum Regnum deletum eſt tempore Leouegildi Gothorum Regis, poſtquam in Hiſpania regnauere annis centum, & ſeptuaginta ſeptem, vt Auctor eſt Iſidorus. Vide autem Notas eiuſdem Loayſæ ad ipſum primum Bracarenſe Concilium.

BRACARENSE ſecundum Concilium 12. Epiſcoporum, in quo decem ſanciti Canones. Poſt illud apud Loayſam extant Capitula ex Orientalium Synodis à Martino Epiſcopo ordinata, atque collecta apud Lucenſe Concilium pag. 173. Vide autẽ fragmenta, quæ citantur ex Concilijs Bracarenſibus, & in eis Concilijs non extant, apud Loayſam pag. 194. vbi ſcriptum eſt: *Nota in Concilium Bracarenſe ſecundum.*

Anno ſecundo] Dicitur in excuſis, hoc Concilium ſub Honorio Papa primo fuiſſe coactum, ſed perperam; cum ex Eræ ſupputatione conſtet, Honorium primum ſeptua-



Digitized by Google

geſimum nonum à Petro Romanam ſedem rexiſſe, an. Domini 623. temporibus Siſebuti Regis: Concilium verò Bracar.2. an. Dom.572. fuit geſtum: fortè ſub Ioanne IV. temporibus Leouigildi Gothorum Regis. Neque etiam prouinciale fuit ſtrictè: cum à duobus Metropolitanis totius prouinciæ Gallæciæ fuerit celebratum.

BRACARENSE Concilium tertium. Era 713. Anno autem Quarto VVambanis Regis interfuere Epiſcopi octo. In Vigilano, & Lucenſi (ait Loayſa) dicitur: cui interfuerunt Pontifices octo: in vtroque Toletano [vocatur quartũ; eo quod Canones Orietales collecti à Martino Bracarenſi, vocentur tertium Bracarenſe. Similiter in Lucenſi vocatur quartum. Cæterùm in eo Concilio III. nouem Sanciti ſunt Canones, qui ſunt:

1 De Fide.
2 Vt repulſis omnibus opinionibus ſuperſtitionum, panis tantum & vinum aqua permixtum in Sacrificio offeratur.
3 Ne vaſa Domini Sacrata humanis vſibus ſeruiant.
4 Ne Sacerdos ſine orario Miſſam audeat celebrare.
5 Ne Sacerdotes, ſiue quicumque ex clero, ſine teſtimonio cum quibuſlibet fœminis habitent
6 De damnata præſumptione quorundam Epiſcoporum, qui in feſtiuitatibus martyrum ad Eccleſiam procedentes; appenſis collo reliquijs, ab albatis Diaconibus in ſellulis vectantur.
7 De honeſta honoratorum diſciplina.
8 Ne repromiſsione munerum honoris gratia venundetur.
9 Ne Rectores Eccleſiæ plus propria, quàm Eccleſiaſtica iura laborare intendant.

BRANDO, Monachus Dunenſis, Ciſtercienſis Ord. ſcripſit minuta Chronicorũ, lib.1.

BRANDOLINVS Ord. Minorum, ſcripſit expoſitionem Regulæ S. Franciſci. Rodulphus Toſsiniacenſis.

BRAVLO Frater Ioannis Cæſarauguſtani Epiſcopi, & in eundem Epiſcopatum poſt fratris mortem ſuffectus, ſcripſit vitam S. AEmyliani cuiuſdam monachi. Vixit in Epiſcopatu temporibus Siſenandi, Cinthilis, Tulganis, & Sindaſuindi regum, hæc S. Ildephonſus in Catalogo virorum illuſtrium Hiſpaniæ.

BRENDANVS, ſeu Brandanus Hibernus, vir habitus ſanctus, monachus Benedictinus, & Abbas Benchorenſis, ſcripſit De Legibus monachorum, lib.1. & Reuelationes de futuris temporibus, lib.1. Arnold. Vuion.

BRENNACENSIS Synodus in Gallia an. Dom. 583. ſexto autẽ Pelagij Papæ II. Gregorius autem Turonenſis affuit; nam celebrata eſt in cauſa ipſius Gregorij, cum reus factus eſſet, quod in Reginam Fredegundem vxorem Chilperici Regis, & in Bertherannum Burdegalenſem Epiſcopũ crimen nefarium compoſuiſſet, atque euulgaſſet, Vide ipſummet Gregorium, lib.5. hiſt. Francorum, c. 47. 48. 49. & Venantium Fortunatum carm. lib.9. Porrò Brennacum Villa erat.

BRESTENSIS Synodus. Vide in verbo, Rutheni.

BREVIARIA, quibus Diuinæ laudes recitantur, & lectiones Sacrarum ſcripturarum, ac vitæ Sanctorum, ſiue eorum commemorationes continentur, varia, pro variarum familiarum Religioſarum ordinibus, habentur.

Breuiarium ſecundum Monachorum nigrorum obſeruantium Ordinem D. Benedicti, Congregationis Caſsinenſis in 16. Venetijs 1586.

Breuiarium itẽ Ord. S. Benedicti de nouo in monte Pannoniæ S. Martini ex Rubrica Patrum Mellicenſiũ ſumma diligentia extractũ Viennæ apud Lucam Alantho, an. 1579.

Breuiarium etiam vna cum Pſalterio, ſecundum ritum & ordinem Monachorum de Obſeruantia S. Benedicti in Tegernſeæ iam primo impreſſum cum adnotationibus numerorum in marginibus Pſalmorum, Hymnorum, quoto libro Bibliorum, & quoto capite facilè inueniri queant, Tegernſeæ 1577.

Breuiarium Carmelitarum ſecundum vſum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, & Dominici ſepulchri, ſub Ioan. Baptiſta Rubeo ipſius Ord. Generali, editum Lugduni 1575. 16.

Breuiarium Sacri Ord. Ciſtercienſis à mendis quamplurimis repurgatũ Pariſijs 1575.

Breuiarium eiuſdem Ord. Summarijs ad vnumquemque pſalmum, illuſtratum: adiunctus eſt item ordo in Lectionibus, & Euangelijs in communi Sanctorum decantari ſolitus, antea, nunquam impreſſus, Pariſijs apud Hieronymum de Marnef. 1581.

Breuiarium ſecundum ritum Ord. Præmonſtratenſium auctoritate Ioan. de Pratis totius eiuſdem Ord. Generalis editum, ac repurgatum Pariſijs 1576.

Breuiarium Romanum ex Decreto Sacri Concilij Tridentini à Pio V. Pont. Max.

emiſſum, reſtitutum, atque deinceps cum Kalendario Gregoriano, ac denique à Clemente VIII. Pont. Max. Reſtitutum. Romæ, Venetijs, & alibi prodijt hoc an. 1602.

Arnoldus Vuion.

BRIDFERTVS, ſiue Bridefertus monachus Rameſienſis, & Doctor, qui floruit anno 980. ſcripſit de Inſtitutione monachorum, lib. 1. Scholia in Bedam de Temporibus, & de Natura; & hæc vna cum operibus Bedæ excuſa ſunt.

Henr. Vuill.

BRIDVS, Ord. Minorum edidit Sermones De Cœna Domini. Rodulphus Toſsiniacenſis.

S. BRIGIDA Laginenſis, natione Scota, Dabothi Principis filia, Reuelationum ſuarum lib. 12. obſcuriſsimè compoſuit, hæc verò non eſt Brigitta Suetica, ſiue Gothica, de qua mox.

S. BRIGITTA, ſiue Brigitta vidua ſancta, quæ à Bonifacio IX. relata eſt in numerum Sanctarum, cuius reuelationes diligenter examinatæ, & approbatæ à viris doctis fuerunt. Sed vide Card. Baronium, vbi de Traiano. Vita autem eius extat apud Surium. Tom. 4.

BRINCHIVS antiquus Doctor, Ord. Minorum ſcripſit Diſtinctiones Theologicas, lib. 1. Lecturam Sententiarum, lib. 4. Determinationes, lib. 1.

BRINKELEY Minorita, Anglus, antiquus Theologus, ſcripſit diſtinctiones Theologicas, lib. 1. Lecturam Sententiarum, lib. 4. Determinationes, lib. 1.

BRITANNICVM Concilium celebrandum iuſsit Gregorius VII. Pont. Max. de falſa pœnitentia proſcribenda, ſub an. Dom. 1079. Septimo autem ſui Pontificatus. Vide Tomo 11. Annal. Baronij Card.

BRITHVVALDVS Glaſsonius, Ordinis Apoſtolici Abbas, ſcripſit de Eueshamenſis Cœnobij Origine, lib. 1. Vitam Eguuini VVecciorum Pontificis, lib. 1. Vixit an. 731.

BRITONIS in D. Hieronymi Prologos incerta commentaria, & fortè ab illo, ideò conſcripta, vt breuitati, qua ſe oppreſſum dixit Nicolaus de Lyra, ſubueniret; quæ vt nullius penè ponderis, ac tãto opere indigna, penitus expunxerunt tres Theologi Pariſienſes è Gloſsis ordinaria & interlineari, quas eos emiſiſſe emendatiores diximus, in verbo, Gloſſa.

BRITTO Poëta, Ord. Minorum Carmen conſcripſit de expoſitione vocabulorum ſacrorum Bibliorum. Exordium autem operis eſt; *Difficiles ſtudio partes, quas Biblia geſtat,* & quidem carmen hoc ſatis cultum eſſe teſtatur Toſsiniacenſis.

BROCARDVS, alijs Burchardus, vel Burgardus Argentoratenſis, Ord. Præd. librum edidit de deſcriptione Terræ Sanctæ. Floruit circa an. 1260.

Io. Villanus, lib. 8. hiſt.

BRVNETTVS Latinus, Dantis Florentini, & Guidonis præceptor, ſcripſit volumen, ſiue Theſaurũ in tres libros diſtributum, in quorũ primo egit, De rebus peractis tempore Noui, & Veteris Teſtamenti. De regnis Gentilium; De prophetis; De Apoſtolis; De adoptione Eccleſiæ; De tranſlatione Imperij ad Græcos, Gallos, & Germanos; De elementis, & ſitu regionum; De animalib. in ſecundo de Philoſophia morali. in tertio de præceptis Rhetoricis. edidit etiam alterũ volumen, quod prænotauit Theſaurulum carmine Hetruſco; De moribus hominum, & de varietate fortunæ; ſcripſit item, de vitijs, & virtutibus lib. 1. Claues theſauri; De adminiſtratione Ciuitatis; Præterea è Latino in Italicam linguam conuertit Ariſtotelis Ethica, quæ primum Lugduni edita an. 1568. & Ciceronis Rhetoricam, quam, & Commentarijs illuſtrauit, Romæ paucos ante annos excuſam. obijt Florentiæ, an. 1295. De quo cum Dantes malè ſentire videatur in 15. cantu ſecundi ſui cantici, id tribuitur, quod contrarias Danti partes Guelfas Brunettus ſectaretur.

BRVNO Cartuſianorum fundator, natione Germanus, patria Colonienſis, Theologus Pariſienſis, Rhemenſis Eccleſiæ Canonicus, qui relicto ſeculo ſeceſsit cum ſocijs in Eremum Cartuſiæ Celeſienſis, ſcripſit in omnes Dauidis Pſalmos, quorum initium. *Pſalterium eſt quoddam.* In omnes item Pauli Epiſtolas; quæ incipiunt. *Paulus nondum Romam venerat;* librum de Laudibus Eccleſiæ; De Paradiſo; De Arca Noë, De Tabernaculo fœderis; De templo Salomonis; De muliere, per quam Eccleſia figuratur; De ciuitate Sancta Hieruſalem; De Baſilicis, quæ ab Epiſcopis ordinantur, & conſecrantur; De Eccleſiaſticis lectionibus; De bonis, & malis arboribus; librum De ornamentis Eccleſiæ, Vbi de fide, ſpe, charitate, & alijs virtutibus, quibus Eccleſia ornatur; Eiuſdem autem extat liber de nouis; De nouo Mundo, Cœlis nouis, Nubibus nouis, Arboribus nouis, Animalibus nouis, Poteſtatibus nouis, Mare nouo, Piſcatoribus nouis, Auibus nouis, Fluminibus nouis, Feſtiuitatibus; Feſtiuitatum, ſiue de feſtis Domini. Præterea de Sacroſancta Trinitate Serm. 3. In varios quoque dies feſtos anni; liber de Laudibus, & feſtiuitatibus Beatiſsimæ Virginis quinque Sermonibus, De martyribus, Serm. 11. De Confeſſoribus; De S. Michaële Archangelo; Sermo alius De contemptu diuitiarum: Vita verò B. Brunonis

addita eſt; altera ſoluta Oratione,& altera Carmine. Carmen denique Apologeticum de phraſi eiuſdem. Extat autem m.s. liber de laudibus Vitæ ſolitariæ ab eodem Brunone conſcriptus apud Paulum Rogerium Cartuſianum Cartuſiæ Venetæ. Porrò Brunonis Opera apud Iodocum Aſcenſium excuſa fuere Lutetiæ Pariſiorum.

Brvno Archiepiſcopus Colonienſis Imperatoris Henrici Aucupis Saxoniæ Ducis filius, Othonis Magni Cæſaris frater, Vitas aliquot Sanctorum ſcripſit; mortuus eſt anno 965. ſepultus in monaſterio S. Pantaleonis Coloniæ. Ac de hoc quidem Archiepiſcopo Colonienſi ſcribit Sixtus Senenſis, eum edidiſſe in quatuor Euangelia commentarios nô negligendos; quorum initium eſt. *Poſt Pentateuchum Moyſis, vt noua veteribus iungeremus.* Extat in Bibliotheca Bononienſi Dominicanorum. Idem autem Bruno teſtatur ſe in Pentateuchum ſcripſiſſe.

Brvno Germanus; non autem Italus (vti Tritemius, quique eum ſecuti ſunt, Sixtus Senenſis,& Eiſingrenius, falſi ſunt) ex Illuſtri familia Procerum, quos vocat vulgo *Barones de Querffurt*, non autem *Aſtenſium*, (vti Eiſingrenius ſcripſit) Magdeburgenſis, non autem *Caſinenſis* monachus, quod quidem Sixtus, & Eiſingrenius cum alijs ſunt opinati, errorem alij ex alijs propagantes Archiepiſcopus Ruthenorum ſcripſit Commentarios in Apocalypſim: (non item in Geneſim ſicuti Tritemius, ac Sixtus Senenſis ſunt opinati, æquiuocatione alterius Brunonis Itali, de quo infrà) cum verò zelo Chriſtianæ fidei Chriſtum Dominum inter Prutenos prædicaret, ab ijſdẽ abſciſsis manibus, pedibuſque, atque amputato capite martyr glorioſiſsimus euolauit ad cœlum, an. Dom. 1008.

Brvno Germanus Comitum ab Aurach ſtirpe ortus, & in Sueuia natus, qui fuit Benedictinus Abbas, Vitas aliquot Sanctorum ſcripſit. Vixit an. Dom. 1105. Eiſingrenius.

Brvno Herbipolenſis in Germania Orientalis Franciæ Epiſcopus, idemque Germanus, quem Eiſingrenius vocat Ducem Carnorum,& Comitem Artemburgenſem, Patruelis Conradi II. Imperatoris, ſanctitate,& eruditione celebris, collegit (vt inquit Sixtus Senenſis) ſed qui (vt inquit ante illum Tritemius) Franciæ Orientalis ſingularis Patronus habetur, & Catalogo Sanctorum fuit inſcriptus) ex Orthodoxorũ Patrum explanationibus ſtrictum, & elegantem in omnes Pſalmos Commentarium, cuius initium eſt. *Noua non vidimus, ſed vetera renouamus.* Moritur Henrico II. Imperatore, an. Dom. 1045. vt idem habet Tritemius. Quin Brunonis huius Commentarij breues, In Canticum Moyſis, Annæ, Dauidis, Iſaiæ, Ezechiæ, Abacuch, ex Teſtamento Veteri. Item ex Nouo Teſtamento in Orationes Zachariæ, B. Mariæ, Simeonis, & in Orationem Dominicam, in Symbola Apoſtolorum, Ambroſij, Athanaſij Annotationes excuſæ ſunt cum eius Pſalterio ab Antonio Koburger, an. 1494.

Brvno, ſiue Brunus Lygur, ex illuſtri Aſtenſium ſanguine,& vir Sanctus, Epiſcopus primò Signinus, deinde abdicato Epiſcopatu, Monachus Caſsinenſis, poſtea ab Othonis 44. Abbatis obitu omnium Fratrum concordi voluntate Abbas 45. Anno 1107. Idibus Nouembris electus, præfuit annis tribus, menſibus decem, quibus elapſis, à Paſchali Papa XXII. coactus, anno quarto Idibus Septembris Abbatia relicta, ad Epiſcopatũ ſuum reuerſus eſt, quem ſanctè adminiſtrans migrauit ad Dominum, pridie Kalend. Septembris, ſcripſit

| | | |
|---|---|---|
| In Geneſim, lib. 1. | | In Exodum, lib. 1. |
| In Leuiticum, lib. 1. | Et hi tres ſunt in Bibl. Caſsinenſi m.ss. | In Iudicum, lib. 1. |
| In Numeros, lib. 1. | | In Pſalmos, lib. 1. |
| In Deuteron. lib. 1. | | In Iſaiam, lib. 1. |
| In Cantic. Canticorum, lib. 1. | | In Apocalypſim, lib. 1. |

In Sententiarum, lib. 4. qui item extat in Bibliotheca Caſsinenſi m.s. in membranis: Sermones 69. de Dominicis, & præcipuis anni feſtiuitatibus, lib. 4. Quorum primus eſt de laudibus Eccleſiæ, ac continet Serm. 9. Secundus, de ornamentis Eccleſiæ, Sermonibus decem. Tertius, de nouo Mundo, Sermonibus decem. Quartus, de præcipuis feſtiuitatibus anni, Sermonibus 36. Conſtantinus autẽ Syracuſanus Ordinis D. Benedicti Monachus Catanenſis, hoſce omnes dono accepit ab Arnoldo Vuion. Homilias porrò ſcripſit, idem Bruno de diuerſis, quarum apud Arnoldum extabant ſequentes m.ss.

| | |
|---|---|
| In Dominicam Primam Aduentus, Hom. 1. | *Duos diſcipulos.* |
| In Dominicam Secundam Aduentus. | *Quibus interrogantibus.* |
| In Dominicam Tertiam Aduentus. | *Ioannes Baptiſta.* |
| In Dominicam Quartam Aduentus. | *Omnes enim exiſtimabant.* |
| In fer. Quartam quatuor Temp. Aduentus. | *Miſſus eſt, inquit.* |
| In fer. Sextam quatuor Temp. Aduentus. | *Virgo Deo plena.* |



Digitized by Google

In peruigilium Natiuitatis Domini. *Primum autem quærendum eſt.*

BRVNO de VValtershuſem profeſſor Gymnaſij Lipſienſis Canonem Sacroſanctæ Miſſæ expoſuit.

BRVNVS. Vide in verbo, Vincentius Brunus.

BRVSSANVS Columbus Foroiulienſis diœceſeos, presbyter edidit librum, prænotatum, *Sydus nouum* duos tractatus continens. Quorum alterò diuiditur peccatum in originale, & actuale; actuale verò in mortale, & veniale. In quo extant ſingulorum peccatorum definitiones, ac ſpecierum, & filiarum prædictorum peccatorum cum pleriſque dubitatiunculis. In altero autem definiuntur virtutes generatim, quas diuidit in Theologicas, & Cardinales, deinde declarat quot ſunt dona Spiritus ſancti, & beatitudines. Auenione apud Ioan. de Channey, an. 1528.

BRVSSELVS Catholicam expoſitionem in Epiſtolas, & Euangelia Dominicarum totius anni Gallicè edidit Pariſijs apud Gabrielem Bonnum, an. 1575.

## B V

BVGIANVS Monachus Benedictinus, qui monaſticam hiſtoriam texuit, deſideratur ab Arnoldo Vuione (& ipſo Benedictino) diligentior in ratione temporis, & cautior in veritate ſcribenda, in qua pleroſque illius lapſus obſeruauit, ſed & in colloquio ſecundo eiuſdē hiſtoriæ monaſticæ notat, quod monachus cœnobij Mauri, pro *Mailros* dicat fuiſſe *Alpedum*, ſiue *Ealpidum*, qui in Anglia Rex Northumbriæ fuerat: Quod item an. Domini 606. floruiſſe aſſerat, cum (vt ex Beda, & ex Epitome hiſtoriæ ſuæ conſtat) an. Domini 705. mortuus ſeculo fuerit in aſſumptione ſtatus monaſtici, id eſt, centum annis poſt Bugiani computum. Quamobrem & corrigendus F. Paulus Morigia Ord. Ieſuatorum in ſuo libro de viris Illuſtr. monachis. Cum enim (idem inquit Arnoldus) verborum Bugiani ſit ſimplex relator, nulla temporum, locorum, aut perſonarum habita conſideratione, multa in ſcriptis ſuis inſeruit, quæ caſtigatione indigent.

BVCONIVS Caſtellani Mauritaniæ oppidi Epiſcopus ſcripſit aduerſus Eccleſiæ inimicos, Iudæos, & Arianos, & alios hæreticos, quin & lib. de Sacramentis.

BVRCHARDVS Anglus, Dorceſtrius, monachus, & Eremita congregationis Giribennæ, an. Dom. 870. ſcripſit paſsionem S. Fremundi Regis, & martyris.

BVRCHARDVS ſiue Brocardus Epiſcopus VVormacienſis Iuris Pontificij Doctor, & Decretorum, ſiue ſacrorum Canonum collector ſextus, natione Heſſus, in cœnobio Laubienſi, Ordinis S. Benedicti Congregationis Cluniacenſis, vitam monaſticam edoctus, Alberto, poſtea Abbate Gemblacenſe, magiſtro vſus eſt; cuius doctrina imbutus, magnos in Sacroſancta Eccleſia fructus edidit: inter quos is præcipuus fuit, quòd poſt Iſidorum Peccatorem (errant, qui hanc laudem S. Iſidoro Hiſpalenſi tribuunt) qui ſextus ſacrorū Decretorum collector annumeratur, & ſententijs Sanctorum Patrum, ac Generalium Conciliorum, Summorumque Pontificum Decretis, opus inſigne, Decretorum libros viginti, de varijs conſilijs, & accidentibus, per annos; plus quadringentos, ab anno ſcilicet 600. ad 1020. vel circiter, magna cum ſua totiuſque monaſtici Ord. laude, in publicum Eccleſiæ commodum compoſuerit, qui libri excuſi ſunt Pariſijs, an. 1499. in 8. & Coloniæ, an. 1548. in 8. & alibi.

An. 1020. Sigeb. & Trit. Scripſit quoque Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Quarum vna ad VValterum Spirenſem Epiſcopum extat apud Gratianum diſtinctione 73. obijt VVormaciæ an. Dom. 1025. Epiſcopatus autem ſui 29. vbi, & ſepultus eſt, die 20. Auguſti, in ſumma Baſilica. Cæterùm Burchardi ordo Miſſæ, Romæ eſt editus an. 1559.

BVRDEGALENSE Concilium an. Dom. 385. primo autem Siricij aduerſus Priſcillianum, coactum eſt, à quo idem Hæreſiarcha prouocauit ad Maximum Tyrannum, à quo cum ſuis occiditur. Proſper in Chronico.

Concilij autem Prouincialis Burdegalenſis, ſub Antonio Præuotio Archiepiſcopo, & Aquitaniæ Primate, habiti noſtro hoc ſeculo decreta edita fuerunt Burdegalæ in Aquitania 1583. apud Simonem Millangium.

## B Y

BYTERII Hieroſolymitani præclarum encomium in S. Dionyſium Areopagitam, cum alijs quibuſdam dignis, quæ legantur, Coloniæ apud Ioannem Quentelium, anno Domini 1556.

## C A

CABALA, ſiue Kabala, id eſt receptio, comprehenſa fuiſſe dicitur libris ſeptuaginta, quos Eſdras ſapientibus reliquiſſe ſcribitur, ne in vulgus manaret. Ioan. Picus Mirandulæ Comes, quæſt. 5. ſuæ Apologiæ, eam ita approbat, allatis item quorundam Patrum ſententijs, vt dicat hæc verba: *Hos ergo libros ſumma impenſa mihi coemptos, cum diligenter perlegerem, inueni in eis multa, immò penè omnia conſona fidei noſtræ, quibus Chriſtiani Iudæos ſuis telis confodiant, apud quos auctoritas Cabaliſtarum in magno honore, & reuerentia eſt. Hæc igitur Kabala eſt, de qua credo me primum apud Latinos, explicitam feciſſe mentionem.* Hucuſque Picus. Cæterùm docet Sixtus Senenſis lib. 2. ſuæ Biblioth. in verbo, *Eſdras*, hanc non eſſe eam Cabalam, quam Iudæi plenam errorum, & vanitatum confinxerunt, quæúe, vt cæteri libri Cabaliſtici iſtius generis à ſancta Sede Apoſtolica merito damnata eſt: vide etiam tertium eiuſdem Sixti librum Biblioth. Sanctæ, vbi de vera Cabaliſtica arte agit: quā ſimilem ſenſui Anagogico facit. Cæterùm Cabaliſtarum ſelectiora, obſcurioraque dogmata à Ioanne Pico ex eorum commentationibus pridem excerpta Archangelus Burgognonenſis interpretationibus illuſtrata Venetijs euulgauit apud Franciſcum Franciſcium, an. 1569.

CABASILAS. Vide in verbo, Nicolaus Cabaſilas.

CABILONENSE Concilium ſub Clodoueo Rege, an. Dom. 662. Habentur vndeuiginti eius Canones. Interfuere inter alios, Epiſcopi ſancti viri Audoenus, & Eligius. Alterum item Concilium Cabilonenſe celebratum eſt Leone III. Pont. Max. an. Dom. 813. in quo Canones ſeptuaginta ſeptem ſunt ſanciti. Vide Annal. Baron. To. 9.

CACCIAGVERRA. Vide in verbo, Bonſignorius.

CADVCANVS Britannus genere, Baugorenſis Epiſcopus, *rerum Theologicarum peritiſſimus*, edidit Speculum Chriſtianorum, lib. 1. Homiliarum Opus, lib. 1. *& alia quædam.* Obijt anno 1125.

## C AE

CAECILII, & ſociorum nomine Concilia, Apoſtolorum iuſſu, in Hiſpanijs habita, & lingua Arabica, ſiue AEthiopica ſcripta, nouiſsimè apparuere, quaſi inuenta ſint in Hiſpanijs (vt inde ſcriptum eſt) in Monte S. Granatæ. Vnde ad Clementem VIII. Pont. Max. allata ſunt, contecta plumbo, & æneofilo colligata, de quorum tamen fide nondum aliquid eſt certi, quod ſciam. Et quidem erat inter hæc Concilium prænotatum. Primum Illiberitanum. Secundum Ilepulitanum, vnumquodque ſexdecim magna folia continens. Tertium, vita, miracula S. Iacobi 16. Foliorum. Quartum, de regno, & domo Inferni 16. Foliorum. Eiuſdem de ſumma Prouidentia, alter de Miſericordia, tertius de Iuſtitia, ac de omnibus, quæ Deus fecit creans mundum, qui videntur Theologiam continere; quartus de creatione Angelorum. Vnuſquiſque 16. folia continens. Porrò ab eiuſdem S. Cæcilij nomine verſus ex Arabico, & 22. folijs contentus, eſt liber inſcriptus. Miracula fidei, ac de Annulo Regis Salomonis dictatus à B. Virgine Maria S. Iacobo Zebedæi, quem eſſe Apocryphum vix eſt, qui non cogitet.

CAECILIVS Cyprianus. Vide in verbo, Cyprianus.

CAECILIVS alter, ſiue Cæcilianus, qui fuit catechiſta S. Cypriani, & Diadumeni Cæſaris. Vide Card. Baron. Annal. Tom. 2. ſub annum Domini 250.

CAECILIVS quidam, & aliquot alij Coepiſcopi apud Cyprianum, lib. 1. Scripſerunt Epiſtolas 2. 11. & 12.

CAECILII à Bilta Verba apud Cyprianum in ſententijs Epiſcoporum de hæreticis baptizandis.

CAELESTINVS. Vide in verbo, Cœleſtinus.

CAELIVS Sedulius. Vide in verbo, Sedulius.

CAELII Pannonij Collectanea in Apocalypſim D. Ioan. Apoſtoli, & Euangeliſtæ, ex veterum, & recentiorum commentarijs. Pariſijs octauo 1571. Venetijs autem multo ante anno 1547.

CAEREMONIALE, Epiſcoporum iuſſu Clmentis VIII. Pont. Max. nouiſsimè reformatum omnibus Eccleſijs, præcipuè autem Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis perutile, ac neceſſarium cum Romæ fuiſſet excuſum, Venetijs etiam anno 1600. recuſum eſt apud Nicolaum Miſſerinum. In Romana igitur editione, cum quæ ad orthographiam pertinent, corrigenda, multa quoque in textu mutanda, addenda, & delenda iudicarent ij, ad quos ſpectat, tabulæ quædam ad calcem operis fuerunt adiectæ, quibus



Digitized by Google

diligenter inſpectis Lector ſuo quæque loco facilius reſtituere poſsit, ac debeat.

Cum verò idem Clemens VIII. Pont. Max. conſtitutionem emiſiſſet ſuper approbatione & vſu cæremonialis nouiſsimè reformati, monuit, non propterea antiqua cæremonialia eſſe abolenda, vel abroganda in ijs, quæ huic cæremoniali ſunt conformia, ſed illorum etiam vſum (ſalua reformatione prædicta) permitti.

CAESARAVGVSTANVM Concilium I. Epiſcoporum XII. Era 418. ſub Pontificatu Damaſi Papæ celebratum eſt contra Priſcillianiſtas. Annotationibus & ſcholijs Garſiæ Loayſæ & Seuerini Binij illuſtratum extat Tomo 1. Conciliorum generalium autore prædicto Binio editorum Coloniæ anno Domini 1606. apud Ioannem Gymnicum & Antonium Hierat.

CAESARAVGVSTANVM Concilium II. Era 630. anno ſeptimo Reccaredi Regis habitum eſt ſub Gregorio I. an. Chriſti 592. Tres Canones eiuſdem Concilij vna cum ſubſcriptionibus 14. Epiſcoporum ſcholijſque prædictorum Garſiæ & Seuerini Binij reperies Tom. 2. Conciliorum ſupra memoratæ editionis.

CAESARAVGVSTANVM Concilium III. habitum eſt tempore Sergij Papæ anno Dom. 691. ipſis Kal. Nouemb. Era 729. an. 4. Regis Egicani. Extat vna cum annotationibus Garſiæ Tomo 3. præd. Conciliorum, deſcriptum ex Hiſpalenſi & Vigilano m.s. Codicib. Caret ſubſcriptionibus Epiſcoporum. Porrò Cæſarauguſta Tarraconenſis Prouinciæ Vrbs inſignis adhuc, hodieque eſt, de qua vide Ptolemæum, lib. 2. c. 6. Geograph. Melam, lib. 2. c. 6. Plinium, lib. 3. c. 3. Strabonem, lib. 3. De ordine autem, & tempore Sacerdotum Cæſarauguſtanæ Eccleſiæ, extat Epiſtola Antonij Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis, Viri doctiſsimi ad Hieronymum Blancam Aragonenſium rerum accuratum ſcriptorem.

• CAESAR Baronius Soranus, primo ſacerdos congregationis Oratorij Romæ, deinde à Clemente VIII. Pont. Max. in numerum Cardinalium S. R. E. cooptatus, Martyrologium, & Annales Eccleſiaſticos ſcripſit, illud hortatu Gregorij XIII. Pont. Max. hos vrgente neceſsitate Eccleſiæ, ac Deo ipſo, per B. Philippum Nerium cōgregationis Oratorij inſtitutorem, quaſi prophetico ſpiritu impellente. Quippe delatum alijs negotium de Eccleſiaſt. hiſtoria ſcribenda, cum haud ſucceſsiſſet, Baronius denique, qui in eam ſcriptionem à puero propenſus fuerat, ſæpè verò publicè per triginta annos hac de re in ſuis ſermonibus egerat, tandem feliciter aggreſſus, magno labore, ac ſyncero, & verè Chriſtiano dicendi genere, quod ab omni fuco abeſt, plures iam tomos eiuſdem hiſtoriæ emiſit in lucem. Porrò ea fuit Eccleſiæ neceſsitas, quòd hæretici Diuinum verbum, & antiquas hiſtorias peruerterant, aut aboleuerāt, centurias verò ab ineunte Eccleſia vſque ad pleraque ſecula conſarcinauerant, vnde expugnari traditionum veritatem poſſe ſperabant, quamobrem contra eaſdem centurias profuere quidem plurimū Virorum doctiſſimorum ſcripta, ſed in plurimis earum iugulum petijt Annalium Baronij ſcriptio. Quorum aliqua præſtat huc etiam adtexere, vt cum varia eorum vtilitas conſtet, tanto libentius quiſque eam arripiat. Apoſtolicas enim traditiones, & ritus Eccleſiaſticos legitimos explicuit, explanatos conſtituit, atque paſsim illuſtrauit, vbi ſe dedit occaſio: Synodos pleraſque, quæ erant abditæ, aut de quibus ob præpoſterum ordinem, vel altū ſilentium, dubia erat fides, accuratiſsimè conquiſiuit, & quaſi rediuiuas fecit. Sacros Canones, plures quidem è denſis latebris eruit, vt paſsim opportunè doceat, qui nā legitimi, ſiue ſpurij ſint fœtus, qua item pietate obſeruandi. quantum Cæſareo iuri præſtent. Vt Anaſtaſius Germonius Vrbini Ducis apud Clementem VIII. Pont. Max. Orator, idemque, vtriuſque ſignaturæ Referendarius, interrogatus ecquid de Baronij Card. Annalibus ſentiret, reſpondit: *Ego verò Baronianam hiſtoriam, quaſi cæleſtem facem ſuſpicio, atq; oblatam nobis lucem cupidiſsimè intueor. Interdum etiam Auctorem ipſum in arcanis Pontificum, & Conciliorum actis conſulo perſtudioſè.* Sic quidem Germonius: qui antea Canones ſacros Auguſtæ Taurinorum multos annos docuit, & doctis commentarijs eſt interpretatus.

Vide octauū Tom. Annal. in ipſa ad Lectorem præfatione.

At præter hæc, Baronius ponit ob oculos, martyrum geſta, labores, victorias; cibum vtique fulciendis viribus piorum; vt & fidem Chriſti Domini tueantur; ac præcepta, & conſilia ſua quiſque vocatione ſeruent, demumque impauidi ad coronas æternas aduolent. Quin & non defuit qui ex Melchioris Cani Locis communibus Theologicis oſtendit ab Annalibus Baronij poſſe comparari plurima, quæ ad integrum (vt ita dicam) Theologum efformandum ſpectent, quæ nempè in alijs diſiecta, vel lacera, vel adeò pugnantia, vel ambigua in vnum veluti corpus accuratè examinata redegit; cum præter alia Diuina dona firmam quoque valetudinem ſit aſſecutus, qua plus quadraginta annis in hunc laborem incubuit.



Digitized by Google

Ad Martrylogium autem Romanum quod attinet,quodq; in primis illuſtrauit ſcholijs ſciant ſtudioſi,editionem,quæ Antuerpiæ facta eſt, emendatiorem quidem ſuperioribus fuiſſe,ſed & Antuerpienſi caſtigatiorem prodijſſe Romanam,ann.1600.Nam dum plurima Annalibus degerendis peruolutanda fuere,agnouit ingenuè,quæ primis editionibus aut manca, aut non omnino ad plenam veritatem abs ſe fuerant ſcripta, id quod & in Annalibus non ſemel teſtatus eſt. Annales autem cum partim Romæ, partim Antuerpiæ excuſi fuerint, cudebantur item,dum hæc ſcriberimus,à typographo Scoto Venetijs omnes ſimul eo futuri emendatiores,quo diligentius recognoſci potuere.

Nouiſſima Martyrologij & Annalium Baronij editio, ideoque maximè emendata eſt, quæ prodijt Coloniæ anno Dom. 1602. apud Ioannem Gymnicum & Antonium Hierat.

Præterea ſi quis editiones iam emiſſas,ante Venetam,quæ eſt poſtrema legerit,meminerit,priuſquam libros decurrat, inſpicere, quid ijs ad calcem tomorum adiectum eſt. Inueniet enim Appendices quaſdam,quæ ſuum in locum referri, aut legi poterunt, & ſeriem hiſtoriæ integrè complecti.

Sed & Baronius teſtatur, ſe ab anno Domini 562. incipere numerare annos Indictionis (cum iam eum deſerant Conſules)rationemque initiorum, quam Caſſiodorus monſtrauit,idq; à Natali Domini.Quod quidem ad fidem hiſtoriæ pertinet, vt noſcas.

Cum autem Tomos decem Annalium felici progreſſu,nullo morbo laborem tãtum interturbante,abſoluiſſet,optimè factum eſt,quòd Appẽdicem decimo Tomo adtexuit, qua addit,elucidat,& ſyncera ingenuitate Auguſtinum Sanctũ imitatus retractat, & corrigit,ſicubi opus eſſe ex iteratis cogitationibus,atq; adeo ex aliorum monitis iudicauit. In quo primum noſſe Lectorem expedit,quod ipſe item Lectori ſcribit his verbis.

*Prima illa cenſeri debet Scriptorum felicitas,ſi à veritate numquam pedem efferre contingat.Sed iſtud Diuinis duntaxat libris eſſe conceſſum vt nullum penitus in eis ſit reperire mendacium, grauiſſimi Eccleſiæ Doctores affirmant; quamuis nec cum eis ita feliciter actum ſciamus, quin Librariorum incuria, vel interpretum imperitia aliquod mendum irrepſerit, quod corrigatur. Secunda verò felicitas illa debet exiſtimari, ſi qua humana imbecillitate errata noſcuntur,eadem cognita emendare; quam nos aſſequi cum exoptemus,ita comparati ſumus, vt monitores noſtros tamquam inſignes colamus benefactores; à quibus nec etiam ſeparemus eos,qui ſe ipſos aduerſariorum loco conſtituunt, dum noſtra infenſo animo carpunt,& tamquam Harpeiæ, vbi ſunt lautè epulati, quæ ſuperſunt putore detractionis inquinant, & vt muſca in corpore ſano ſaniem ſicubi ſit auidè quærunt. At quod à detrahentium dicacitate nullus immunis ſit (inquit S. Hieronymus)niſi qui nihil ſcripſit; conuertamus in noſtrum lucrum aliena diſpendia,& ſi quid vanè obiectu confutemus,ſi quid attendatur erratum,corrigamus,ſi quid obſcurum,elucidemus; inſuper, & ſi quid ſuperaddendum deuenerit in manus,pariter adijciamus. Nihil,cum oritur,ſtatim perfectum eſt; neque in longa, & perdifficili via illæſo ſemper incedere pede conceditur; atq; vbi multa vigilia,non leuem ſaltem irrepere ſomnum haud patitur humana conditio.* Hæc Baron. Card.

Hiero.ep.67: & Aug.ep.79 apud eundẽ.

Hier.in Præf. in Chron.Euſebij.

Iam verò Primvs Annalium Tomus continet Apparatum ad ipſos perutilem,& geſta Eccleſię Chriſtianæ ab anno Chriſti Domini vſque ad 90.qui ſeptimus fuit Clementis Romani Pont.Max.eius nominis Primi.

At vt is ipſe Apparatus omnino eſt prælegendus,antequam legi incipiantur Annales, ita meminiſſe oportebit eorum, de quibus in Appendice decimi Tomi à Baronij Card. nouiſſimè ſumus præmoniti. Vbi enim illa verba ſunt, ſiue *E Græcis nobiliſsimorum Theologorum Gregorius*—ibi—*nauant operam*, docet addenda eſſe aliqua pro Virginitate Beatiſſimæ Virginis aduerſus nouum Interpretem,qui oblatæ Deo à S.Maria Virginitati repugnauerat. Quin & ad finem eiuſdem Apparatus adiecit accuratam, quam ipſe ſuſcepit,defenſionem pro ſua ſupputatione de nato Chriſto ſub Cõſulatu Lentuli,& Meſſalini.Porrò hæc extat in Romana eiuſdem Decimi Tomi editione anni 1602.

Quæ autem in ipſis Primi Tomi Annalibus obſeruari voluit,hæc ſunt.

NB. Hæc quæ ſequuntur ſupra memorata Colonieſi editione aſſignatis locis emendata reperies.

*Tom.1.anno Chriſti 3. eius exordio cum incipit:* Anno Chriſti tertio Caius Cæſar, & Lucius Aemilius Paulus Conſulatum geſſerunt. *his adde iſta:* Ita Faſti Conſulares Onuphrij,quos nos ſequentes, ſeriò licèt, erraſſe cum ipſo ſenſimus ex Dione,qui hoc anno non Caium Conſulem, ſed Auguſtum decimumquartum ponit vna cum eodem Paulo Aemilio collega. idemque Dio teſtatur, petitum quidem fuiſſe à Caio Conſulatum, ſed ab Auguſto negatum,quod ei non liceret per ætatem, nec mores ſuffragarentur. hæc itaq; cum adeo conſtent ex accuratiſſimo hiſtorico Dione, euaneſcit obiectio illa ex dicto Conſulatu Caij male aſſerto aduerſus ea quæ dicta à nobis ſunt in Apparatu, Cyrinum ſiue Quirinũ in Syriæ præfectura ſucceſſiſſe Caio,quaſi errantes dixerimus,Caio defuncto Quirinum ante natum Chriſtum in præfectura Syriæ ſucceſſiſſe,quem cõſtaret adhuc Chriſti anno

tertio fuiſſe ſuperſtitem, & Conſulatum cum P. Aemilio collega geſſiſſe. Ceterum qui hæc obiecit, haud de Quærini præfecturæ tempore meum aſſecutus eſt inſtitutum. Quod illud fuit, vt multiplici ratione, atque aũctoritate ex Ioſepho Iudæo petita, eumdem ipſum adeo delirantem de tempore eiuſdem præfecturæ Quirini, quam non ante annum à Chriſto nato decimumſextum ponit exacto iam à Regno Archelao, ſub Tiberio Imperatore, contra ipſam Euangelicam veritatem, erroris multipliciter redarguerem, demonſtrans teſtificatione Taciti, Quirini præfecturam in Syria tempore Herodis ſenioris nõ ſemel tantum, ſed iterum contigiſſe, ex quo vt dixi idem Ioſephus manifeſti redargueretur erroris, dum videlicet oſtendi priorem eius in Syria præfecturam poſt eiuſdem Quirini Conſulatum, poſteriorem verò tunc contigiſſe cum Caio in Syriam proficiſcẽti datus eſt ab Auguſto Rector, cui & ſucceſſit poſt mortem; adeo vt tum Caio viuente, & poſt eius obitum eamdem prouinciam Syriæ Quirinus adminiſtraſſe reperiatur. Sicque contra Ioſephi deliria certo appareret, ſub Auguſto Imperatori viuente Herode ſeniore, reperiri duplicem, immo triplicem Quirini in Syria præfecturam, primam poſt Conſulatum ipſius, quæ exemplo aliorum potuerit eſſe prolixior, ſecundam cum Caio ipſi inhærente Rectore, & tertiam poſt eius mortem, cum eam ſolus adminiſtrauit. Hæc autem cum ex eodem auctore ad Ioſephum arguendum monſtrauimus, nequaquam diximus deſcriptionem illam famoſam ſub Quirino factam, contigiſſe poſt obitum Caij, vt ſic potuiſſem iure coargui ex falſo aſſerto dicto eius Conſolatu hoc tertio Chriſti anno, quo nec Caius (vt dictum eſt) ponendus eſt Conſul, ſed Auguſtus Decimumquartum—— Sequenti anno Vinit——

*Tom. 1. anno Chriſti 16. §. 1. in fine ibi*—— vltimo contigiſſe ait exilium Archelai in Galliam· *his hæc adde:*——Aduerſus autem iſta hæc nobis obiectio facta eſt ex Ioſepho Iudæo: Si poſt tot Chriſti annos vixiſſe ponatur Herodes: non potuit (vt à Ioſepho aſſeritur) eijci ab Auguſto in exilium Archelaus.] Cui primo reſponderim, ſi Ioſephum quis ſibi ſequendũ proponat, deſerat neceſſe eſt Euangelicam veritatem, vtpote, qui Iudæus auctor (vt oſtẽdimus) ante Chriſtum natum ponat Herodis ſenioris obitum. Sed redarguimus eiuſdem auctoris leuitatem & inconſtantiam ex ipſiuſmet ſcriptis ſuperius recitatis. Porrò ſi quis eidem ita ſecum pugnanti, & Euangelicæ veritati penitus repugnanti fidem adhibendã putauerit: hac ex parte Celſum, Porphyrium & Iulianum Impietate ſe ſuperare cognoſcat, cum ijdem licet Chriſtianæ religionis hoſtes infenſiſſimi, & contradictores acerbiſſimi, numquam tamen auſi reperiantur præponere Ioſephum Euangeliſtis. At cum non ſolum (quod ſatis erat) Euangelica veritate redarguerimus Iudæum hiſtoricum, ſed ex ſuis ipſius ſcriptis ſæpenumero, aperta luce, eum mendaciſſimum oſtẽderimus, & in hoc ipſo de annis Herodis adeo diuerſa & planè contraria locutum viderimus: quomodo nõ magis ſequendus nobis fuit Euſebius, quem ſcimus ea quæ huius ſunt temporis eſſe mutuatum à Phlegonte Chronographo omnium antiquiſſimo ac famoſiſſimo? Qui quidem Euſebius ponit vltimo Auguſti anno exilium Archelai, vbi nouem regnaſſet annos, vltimo aũt tãtummodo inchoato. Euſebium ſequutus eſt Beda de ſex ætatibus, & alij nobiliores Chronographi. At verò qui ea obiecit ſeuerus exactor, vt excludat tempus Auguſti ab exilio Archelai, nouem ipſius Regni annos ex Ioſephi ſententia vult numerari pleniſſimos, non inchoatos tantum, vt diximus t ita magis fauens vni Iudæo, quàm pluribus Chriſtianis, & Ioſepho ſibi ipſi contradicenti, quam Euſebio ex Phlegonte vera prodenti, & inhæreat Iudaicæ hiſtoriæ magis quam Euangelicæ veritati: ſed oſtendat ipſe primũ Ioſephum multipliciter mendacij redargutum, non adeo enormiter & frequenter erraſſe: vt ſui prærogatiua ſit ceteris præponendus. Sed ad eiuſdem Archelai proſcriptionem redeamus——Quænam autem——

*Tom. 1. anno Chriſti 33. §.* Poſt hæc autem conuocata turba—— *ibi*—— Nazareth verò contra Orientalem plagam ab eo diſtare quindecim milliarijs—— *ſic corrige:*—— Nazareth verò contra Legionem in quintodecimo eius miliario ad Orientalem plagam iuxta montem Thabor, ita Hieronymus. Diſtare autem Nazareth à monte Thabor ſex dumtaxat milliaribus ad Occidentem, prodidere, qui ſcripſere de locis Sanctis,—— Auctor eſt Beda——

*Tom. 1. anno Chriſti 34. §.* Quid autem actum ſit die ſequenti—— *ibi*—— Hæc autem quantumlibet vera eſſe dixerimus —— *vſque ad illa verba:* —— Certe quidem neque in diuinis Scripturis—— *dele omnia vtpotè hæreticorum, neque veritate ſibi conſtantia. & in fine ibi*—— nulla eſt dubitatio—— *iſta ſubijcias:* Quod igitur ea, quæ in Dei cultum exhiberi tantummodo conſueuerunt, viderent exhibita Chriſto redemptori noſtro: hinc illa Iudæorum moleſta in ipſum facta compellatio: Audis quid iſti dicunt? Arguentes nimirum, quod qui

Dei

Dei ſolius eſſet, collatum à plebe honorem ſibi ſumpſiſſet —— His inſuper ——

*Eodem anno 34.§.* Vigebat apud Hebræos ea conſuetudo —*ibi*— fuiſſe paratum ſuo loco dicemus—*his adde iſta:* Non vno eodemque animo affectos fuiſſe Iudæos omnes aduerſus Chriſtum, Paſſionis tempore, ſatis declarat Lucas Euangeliſta, dum ait: Sequebatur autem illum turba populi & mulierum, quę plangebant & lamentabantur eum.] Quid ergo mirum ſi quæ vberes lachrymas dabant, commiſerationis verò cauſa conditum illi vinũ ex conſuetudine darent? Vt his non poſſit aptari illud Dauidicum; Et ſuſtinui qui ſimul contriſtarentur & non fuit, & qui conſolaretur & non inueni.] Fuerunt ſiquidem qui ſimul contriſtarentur, nec caruit etiam ille ſaltem conſolatione, cum crucis eſt onere alleuiatus, conducto licet inuito Simone Cyreneo, qui portaret eam. alius ergo verborum illorum requirendus eſt ſenſus, cum tamen non dubitem ea cuncta ad Chriſti paſſionem pertinere.—Ceterum myrrh— Luc.23. Pſalm. 68.

*Eodem anno 34.§.* Sed quænam reuera eſſet myrrha —— *& quæ ſequuntur tota illa quæſtione de myrrha quæſit vſque ad §.* Ad hæc inſuper ob quæſtionem —— *quæ cuncta ab Annalibus tollenda cenſemus, cum alienos errores de veritate myrrhæ defendere nequaquam velimus, ne ſi erraſſe contigerit virum diſertiſſimum à quo ea accepimus, nobis iam adſcribatur error, ſi à pluribus iam redargutus, adhuc retineatur in chartis noſtris. Sit inter Phyſicos controuerſia iſta, quorum variæ & ab inuicem contrariæ adeo ſcribuntur ſententiæ. pugnent inter ſeipſos, & me eximant, qui auctorem citando, liberaui fidem meam.*

*Eodem anno 34.§.* Et quod ad vitem auream—*ibi:* idem ipſe Ioſephus teſtatur—*ſic corrige*—teſtatur Strabo Cappadox, ex quo Ioſephus accepit—

*Eodem anno 34.§.* At nos in eam opinionem adducimur, vt exiſtimemus Matthæum— *& inferius ibi in fine:* magna ſolet ad indagandam veritatem acceſſio fieri—*his hæc adde*—Scimus his obiectum, quod Græcus Matthæi interpres ex Hebræo non tranſtulit ἕσπερον, sed per ὀψὲ vertit aduerbium, quod numquam ſignificat ſtellam matutinam. Sed dico quod Græcus textus cuius fidei ſit, niſi collato cum Hebręo originali, affirmare non poſſumus, nec tutè aſſerere, an ille ipſe ſit, quem ſe tranſtuliſſe, S. Hieronymus in commentarijs in Matthæum tradit, cum idem ipſe dicat de Scriptoribus Eccleſiaſticis Matthæi Euangeliũ iam ante ab alio neſcio quo in Græcum fuiſſe tranſlatum. Ceterum cum eſt controuerſia in textu Latino Euangelij Matthæi, non prouocandum eſt ad textum Græcum, ex ſententia eiuſdem Sancti Hieronymi, qui id teſtatur in præfatione ad Damaſium in quatuor Euangelia, vbi cum agit de Matthæi Euangelio, hæc ait: Hoc certe cum in noſtro ſermone diſcordat, & in diuerſos riuulorum tramites ducit, vno de fonte quærẽdum eſt,] Hebraico textu ſcilicet, quem extitiſſe ſuo tempore, & à ſe deſcriptum, teſtatur in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. ipſe igitur qui ex fonte Hebraico textum Matthæi Latinum emẽdauit, non dixit ſero, ſed veſpere. At ſi iſta non placent, ſequendum in his præ ceteris interpretibus proponimus Maldonatum. At de his—

*Tom.1. anno Chriſti 41.§.* Porrò quod primum omnium—*ibi*—in Latinum ſermonem ſe tranſtuliſſe—*corrige*—ex Hebraico fonte ſe deſcripſiſſe teſtatur—ſic enim in—

*Tom.1. anno Chriſti 45.§.* Quod verò ſicut hoc anno—*vbi inferius dicitur*—inconfeſſo eſt apud omnes—*adde*—vt ita hyperbolice dicam, cum alioqui complures ſint, qui per Babylonem, vniuerſum regnum diaboli interpretentur. Porrò inter veteres Tertullianus—ſic & Bab—

*Ibid. ſequenti §. ibi cum dicitur in fine ipſius*—Epiſcopus Babylonis in Aegypto—*adde iſta*—niſi poſt annos quingentos ſub Iuſtino Iuniore primum reperitur nominatus Epiſcopus Babylonis in Aegypto Zoſimus Cilix apud Sophronium.

*Eodem anno 45.§.* Rurſus verò cum in ipſa—*ibi*—Verum non hoc ſenſu accipiendum puto quod ſcripta ſit à Petro illa epiſtola ad fratres diſperſionis, quaſi illi aliqua diſperſione diſperſi fuerint, ſed —*ſic corrige*—Verum & ſi ſuperius anno Chriſti trigeſimoquinto dictum ſit, tam Petrum, quam Iacobum ſcripſiſſe ad fratres diſperſionis illius, quæ facta eſt poſt necem Stephani, non autem ad alios Iudæos in diuerſis orbis locis poſitos: tamen re accuratius conſiderata, nihil eſt quod prohibeat etiam ad alios Iudæos etiam ſcriptam eſſe Epiſtolam, eo quod ſoliti ſint—*& quæ ſequuntur.*

*Eodem anno 45. inferius.§* Ad hæc, neminem puto exiſtimaturum ——*ibi in fine*—— Græcè reddita—*adde iſta:* Quod autem aliquis iſta noſtra impugnans exiſtimarit, fuiſſe opus interpretes ſanctis Apoſtolis in communi colloquio, eo quod ſicut his, qui cetera Spiritus dona, vt prophetiæ, vel ſignorum gratiam adepti ſunt, non ſemper eſt in eorum poteſtate illa præſtare, ſed cum id iuberet idem Spiritus ſanctus: ita Apoſtolos linguarum donum à Domino conſecutos, non ſemper habuiſſe in poteſtate linguis loqui, ſed cum

vellet ipſe Spiritus ſanctus priuato quodam impulſu, quo ſi carerent, tum in familiarib. colloquijs opus habuiſſent interpretibus, in hocque inſeruiſſe Paulo Titum, & Marcum Petro, ad conuerſionem Gentilium. At iſtis planè aduerſantur quæ habet Paulus in prima Epiſt. ad Corinth. c. 14. cum reprehendens eos qui oſtentationis cauſa potiùs quàm ædificationis loquerentur linguis: ſatis oſtendit in eorum fuiſſe arbitrio collocatum, loqui linguis—ſed de interpretibus hactenùs.

*Tom. 1. anno 47. in fine vbi illa verba*—Hæc de Thecla ſatis—*iſta præponas*—Quod verò in Theclæ actis, ad finem ipſorum aſſeritur, ipſam diuinitus liberatam à paratis triplicis generis mortis periculis, in ſolitudinem ſeceſsiſſe, ibi perſeuerantem nonagenariam deceſſiſſe: Iſtud quidem ex omnibus illis nobis haud arridet, cum de his penes antiquiores, quos recitauimus ſelectiſſimos Patres verbum nullum; qui omnes de ipſa, vt martyre, & conſummata martyrio viſi ſint meminiſſe, potiſſimum verò Gregorius Nazianzenus, cum inter inſigniores Martyres pro Christo necatos eam cõnumeret, vt vidi. & S.
a Ambroſ. de virg. lib. 3.
Ambroſius [a] cultor ſtudioſiſſimus S. Theclæ, in cuius memoriam primaria Eccleſia Mediolani fuit erecta, inter alia hæc de ipſa: [At certè Theclam non ſenectus, ſed virtus probauit.] ita ipſe, cum agit de velandis ſacris virginibus, in quibus mores potiùs quàm ætatem ſpectandam proponit. & S. Auguſtinus [b] cùm agit de virginitate quæ debeat coniunctam habere humilitatem, ne per ſuperbiam virgo ſuper coniugatas ſe efferat, quas fortaſsè contingat coronari martyrio, quo careat ipſa, ait: Vnde, inquam, ſcit, ne fortè ipſa nondum ſit Thecla, iam ſit illa Criſpina?] conſummatam planè martyrio Theclam ſignificans, dum conſummatam martyrio coniugatam opponit, vt de martyrio facta comparatio æquè reſpondeat. hæc & alia in eandem ſententiã adduci poſſunt. Puto autem, quod de perditis antiquioribus Actis illis martyrij Sanctæ Theclæ, iiſdemq; (vt audiſti) ab hæreticis deprauatis, quæ omnium traditione præ cæteris prædicarentur de illa adeò inexpectatè liberata, de tribus illis præparatis ſæuiſsimis mortis periculis, ea vt magis ore omnium decãtata, tranſmiſſa fuiſſe ad poſteros. Qui verò poſteà ea ſcripſit, dum quo mortis genere cõſummauerit ipſa martyrium, haud adeò exploratum habuerit, ſicut acceperat liberatam: ea opinandi atque ſcribendi occaſionem inuenerit, ne pulcherrimam virginem relictam liberam ex conſuetudine hominum in ſuſpicionem adduceret. Ceterum qui perhibetur Theclæ vitam ſcripſiſſe Baſilius Seleuciæ Epiſcopus, non fuiſſe illum Baſilium ad quem S. Io. Chyſoſtomus ſcripſit de Sacerdotio, ſed qui poſt ſeptuaginta fermè annos interfuit Chalcedonenſi Concilio, ſuo loco perſpicuè [c] demonſtrauimus—Hæc de Thecla ſatis.

b Auguſt. de Vir. c. 44.

c Ann. To. 4. anno 382. prope finem.

*Tom. 1. anno Chriſti 51. §.* Cæterum quoniam S. Hieronimus—*vbi hæc verba*—tot Pauli res geſtæ duorum ad ſummum annorum—*corrige ſic*—tot Pauli res geſtæ quinque annorum—*& inferius eodem capite ibi in fine*—Sed tantum quatuordecim interceſſerint—*adde quæ ſequuntur*—Cæterum ſi magis placet eiuſdem S. Hieronymi ſententiam ſequi, & velimus (quod apud omnes in confeſſo eſt) hoc anno habitum eſſe Concilium Apoſtolorum: tunc opus eſt, ad primum annum poſt Domini Aſcenſionem reuoces Sancti Pauli conuerſionem, & triennium illud, cuius meminit in Epiſtola ad Galatas, non conſummatum, ſed tantum inchoatum intelligas, atque pariter quatuordecim ipſos annos non exactos, ſed tãtum cœptos, opus eſt numeres ab eo tempore vſque ad annum præſentem, quo idem eſt celebratum Concilium. Sit igitur in Lectoris arbitrio, quam velit ſequi ſententiam.—Hæc de his—

*Tom. 1. anno Chriſti 53. §.* Qui eodem vixit tempore Hilarius—*& inferius ibi*—hæc Hilarius—*adde iſta*—de formulis Fidei agens, quas nullas ſcriptas nouiſſe hactenus Eccleſiam Gallicanam, magna gloria iure teſtatur. Nam ipſum ſimplex Apoſtolicum Symbolum quod profiterentur, illud non tradi ſcriptis competentibus, ſed verbis acceptum ab illis memoriæ mandari conſueuiſſe, & reddi ſuo tempore ab Eccleſia præſcripto, ſuo loco ſatis eſt demonſtratum. Non igitur (vt ab aliquo obiectum fuit) Hic Hilarius de Euangelio, alijſúe Diuinæ Scripturæ libris intelligit, quos iam ſcriptos ſiue ab Irenæo, ſiue à Dionyſio, vel ab alijs diu ante Gallias accepiſſe, dubitare nemo debet, ſed de ſcriptis Fidei formulis, quas hactenus Gallia non nouiſſet, ſed traditum Apoſtolicum Symbolũ poſſideret—Dicant ergo—

*Tom. 1. anno Chriſti 57. §.* Quod verò ſpectat ad Eccleſiarum antiquum ornatum—*ibi*—hactenus Canon—*his iſta quæ ſequuntur ſubijcias*:—Dubitauit nuper pius ac doctus vir, an in verſione Canonis ipſius Synodi Antiochenæ Sanctorum Apoſtolorum pro ſacrarum imaginum veneratione, aliquod mendum ſubeſſet. Dubitationis verò cauſæ (vt ipſe pius vir affirmat) duæ fuerunt: altera, quod minimè verbum verbo ab interprete

reddi-

redditum videatur ; altera conſilium , & mens ſanctorum Patrum in Canone illo ſanciendo.

Quod autem pertinet ad interpretis verſionem non ſatis exactam , & ad verba verbis minimè reddita, obſeruet primo, verba illa ( pingant & effigiem) non haberi in contextu Græco. cum ἀντιγονίζειν (vt ipſe ait) non ſignificet pingere; ſed potius genibus flexis venerari. στήλην deinde non poſſe verti effigiem; ſed cippum, vel columnã, quæ in ſepulchris ſtatuebatur, aut in qua fœdera inſcribebantur, aut alia quæ poſteritati mandare cuperet, vel lapidem titularem; dicit etiam alia ex pluribus auctoribus excerpta, pulchra quidem omnia; ſed cum ex deprauato textu, quem doctus & pius vir ſecutus eſt, omnis hæc dubitatio ortum habeat, videtur (pace ſua) parum vtilis tantus labor. Non enim legendum ἀντιγονίζειν vllo pacto, quod nuſquam reperitur; ſed ἀντεικονίζειν, quod ſignificat ex aduerſo aliquid pingere. ita enim legitur in manuſcriptis codicibus Synodi Septimæ, in qua dictus Canon habetur à Gregorio Epiſcopo Peſſinuntis allatus Actione prima: ita enim apud Turrianum in apologia pro Canonibus Sanctorum Apoſtolorum aduerſus Centuriatores. [a] Nec στήλη ponitur ſimpliciter pro effigie, ſed pro cippo, ſeu columna, vel lapi- a Apol.c.25.
de titulari, quod ipſe pius vir affirmat. Quinimo vna cum verbo ἀντεικονίζειν, id eſt ex aduerſo pingere, præſcribit modum, quo ſacræ effigies, & imagines Ieſu Chriſti veri Dei & Saluatoris noſtri, necnon ſeruorum eius & Sanctorum collocentur , & ſtatuantur quaſi trophæa quædam ſacræ noſtræ Religionis in cippo vel columna, quemadmodum antiquiſſima & celeberrima illa Dei Genetricis imago, quæ dicitur del Pilar in Hiſpania: vel lapide titulari vt venerationi habeantur à Chriſtianis, quos Canon Apoſtolicus Saluatos appellat, vt hoc pacto non ſolum à Iudæis procul abeſſe dignoſcantur Chriſtiani, cum Iudæi imagines habeant nullo pacto; verumetiam ab ethnicis, qui adorant ſua idola deorũ inſtar, & ideo idololatriæ dicuntur, Chriſtiani verò non ita: venerantur enim imagines ſacras, ſed relatione quadam & analogia & habitudine ad earum prototypa quæ referũt, & repræſentant. Quod cum aliquando Iconomachorum, & Iconoclaſtarum cauſa, quorum præcipuus fautor fuit [b] Theophilus Imperator, in Oriente facere minus licuiſſet, b Ann.To.9.
poſt eius obitum Theodora Auguſta pijſsima fœmina, cùm totius Eccleſiæ Dei magna exultatione faciendum curauit, & hac de cauſa inſtituta fuit in Orientali Eccleſia ſollẽnis illa celebratio annua Erectionis & exaltationis ſacrarum Imaginum, vt ex Triodio Græcorum eſt videre, qui diem feſtum huiuſmodi erectionis ſacrarum Imaginum ſingulis annis prima Dominica Quadrageſimæ agunt, quam Dominicam Orthodoxiæ appellant hac de cauſa: quod eo die poſt ſacrarum Imaginum erectionem & exaltationem celebratam, Orthodoxis omnibus multos annos & felicia omnia deprecantur; Iconomachis & Iconoclaſtis contra ac alijs hæreticis omnibus, aqua & igni & diris interdicitur. Ex reſtitutione itaque contextus Græci ἀντεικονίζειν, pro ἀντιγονίζειν, & στήλης, vera intelligentia tollitur omnis dubitatio, & Canonis Apoſtolici verſio congruè facta dignoſcitur: quemadmodum veterem interpretem eiuſdem Canonis deprauatum alia ratione textum habuiſſe, ſatis patet. Ille enim ἀνταγωνίζειν, legit, & hac de cauſa perperam (pugnandum contra) vertit, vel potius euertit. Quod verò ſpectat ad conſilium ſanctorum Patrum ( fuit enim hæc altera dubitandi cauſa) non erat illud præcipuè, vt diſcrimen hoc inter ſacras imagines Chriſtianorum, & idola ethnicorum ſtatueretur, inſcriptio videlicet & titulus. c Act.7.
Nec enim idola ethnicorũ inſcriptione carebant, vt habetur Act. Apoſt. de [c] ignoto Deo: & apud Iuſtinum martyrem de Simone magno Deo. Sed conſilium illud fuit , vt Chriſtiani, quos Canon Apoſtolicus Saluatos appellat, ſacras imagines, quo dictum eſt ſuprà modo venerarentur; quod deinde in ſecunda Synodo Nicæna poſt multa ſecula iterum ſtatutum eſt. Omitto quod cum imagines ſint indoctorum libri, & longe plures indocti quam docti reperiantur, ſolis doctis talibus inſcriptionibus conſultum foret , indoctis non ita. nec doctis omnibus: cum enim tot eſſent genera linguarum inter Chriſtianos, quonam idiomate, & quibus characteribus fieri deberet inſcriptio , incertum futurum eſſet; pro qua tollenda difficultate vel ipſe titulus Dominicæ Crucis triplici lingua, literis Græcis, Hebraicis, & Latinis, omnium ſcilicet communiſſimis ſcriptus fuit. Facilior itaque & communior fuiſſet dignoſcendi ratio Sãctis Apoſtolis, ſi hoc facere voluiſſent, alio aliquo ſigno vel ſymbolo, quam inſcriptione, cuius forent imagines declarare, vt cũ Apoſtolorum Principẽ ſignificare volumus, claues illi tribuimus, & alios alijs ſymbolis. Addendum poſtremo coronidis inſtar, idem fuiſſe conſiliũ ſanctorum Patrum in Canone ſanciendo de ſacrarum Imaginum veneratione (ſanctorum videlicet Apoſtolorum) quod & Sanctorum Patrum ſecundæ Synodi Nicænæ, Septimæ ſcilicet Vniuerſalis. hac enim de cauſa ſanctorum Apoſtolorum auctoritate vtitur Gregorius Epiſcopus

Peſſi-

Peſſinuntis loco ſupra citato Septimæ Synodi, vt ſeipſum & Septimam Synodum eadem ſentire & ſtatuere apertè declararet, quod tot antea ſeculis ſancti Apoſtoli ſenſerāt, & ſuo Canone nobis ſentiendum ſtatuerant. Quæ verò ſuprà diximus, & veritati ipſi, & Synodo Nicænæ Secundæ conſona eſſe, cuique facilè patet — Sed nec hoc —

*Tom. 1. anno Chriſti 58.* §. Sed quam rogo prætexere — *ibi* — ignoraſſe facile potuit — *adde iſta:* Sed nec tamen inceſſere maledictis licebat eum, etiam quem licet non putaret ſummum ſacerdotem, tamen conſtaret eſſe principem ſacerdotum, lege prohibente, quā in ſuam defenſionem adduxit dicens: Scriptum eſt enim: Principi populi tui non maledices.] in quam peccaſſe, ea dicens, confiteretur. His conſideratis, nihil eſt, quod dici poſſit, niſi quod dictum eſt ſuperius, Herodem ſcilicet, qui Sanedrim ſuſtuliſſe dicitur, ita tamen ſiuiſſe concilia illa colligi, vt nulla in eo eſſent ſummi ſacerdotis, vel principis ſacerdotum in conſeſſu prerogatiua loci, vel in veſtibus aliqua honoris inſignia, ne in eo aliquis emineret vt princeps. quod tyranno intolerabile eſſe ſolet, qui ſolus velit haberi princeps — Videns inſuper —

*Eodem anno 58. prope finem.* §. Sed iam vt ad Paulum redeamus — *ibi prope principium* — hoc anno æſtiuo tempore, prope menſem Auguſti — *ſic corrige* — hoc anno extremo Autumni tempore, menſe Nouembri, inſtante iam hyeme: quod ex ipſo Luca colligitur, dum relegens per ſingulos ferme dies eam nauigationem, ait, quod cum perueniſſent ad Cretam inſulam, de illic hyemando conſilium inierunt, eo quod non eſſet amplius tuta nauigatio, quòd (vt inquit Lucas) ieiunium iam prærerijſſet, quod creditur fuiſſe ieiuniū decimi menſis ſollemne Iudæis: nam de ieiunio quod precedit, ſeptimi menſis, haud videtur intelligi potuiſſe, cum longe ante tempus hyemis illud præcedat, nec eo tempore nauigatio interdicta videri poſſit. Confirmant iſta, quod cum poſt dies quatuordecim tempeſtate iactati, in Melitam inſulam illi perueniſſent, ibidemque hyemaſſent, tribuſque menſibus in hybernis conſumptis, Romamque verſus ſoluentes, illam menſe Iulij ingreſſus eſſe, publica Eccleſiæ monumenta teſtantur ſuo loco citanda, relegendo igitur nauigationem iſtam, & tempus in hybernis conſumptum, dicere opus eſt, ipſam Pauli nauigationem non niſi prope hyemem cœptam, etiam ſi daremus longe ante Iulij menſem eius Romam aduentum contigiſſe; ſicque omnia congruè conuenire, vt expleto Felicis ſub Nerone biennio, ſub eius ſucceſſore Feſto cuncta quæ Lucas recenſet, impleri potuerint, & ſic illud biennium de Felicis magiſtratu, ſub Nerone adminiſtrato ſit neceſſariò intelligendum, ſi cum Patribus dicere voluerimus, anno ſequenti contigiſſe Pauli ipſius Romam aduentum. Cum præſertim nihil eſt quod biennium illud aptari aliter poſſit, & referri ad aliud tempus, cum ſingulos annos qui præcedunt à tempore certo quo pulſi ſunt edicto Claudij Roma Iudæi, alijs haud dubijs eiuſdem Pauli rebus geſtis ex Lucæ ſcriptis conſignari contingat (quod iterum ſuperius eſt demonſtratum) vt nullus ſit locus vel anni vnius, nedum biennij. Sed & quod cum biennium illud dicatur à Luca ſub Felice tranſactum, antequam veniſſet in prouinciam Feſtus, nihil eſt etiam quod numerari poſſit ſub Feſto, vt fingi poſſit, poſt biennium contigiſſe Pauli Romam aduentum. Sicut & impoſſibile demonſtratur, biennium illud aptari poſſe carceri Pauli, licet plures id ſint interpretati, quem (vt eadem refricemus) haud ante præſentem annum potuiſſe Hieroſolymam aduenìſſe, quæ ab edicti Claudij tempore per annos ſingulos ſunt dicta demonſtrant, His de tempore elucidatis, iam de ipſa Pauli nauigatiōe agamus, quam Lucas ita —

*Tom. 1. anno Chriſti 60.* §. Eodem plane modo — *ibi prope finem* — legibus Eccleſiaſticis eſt poſtea interdictum — *hæc adde* — hinc eſt, [a] quod Epiſcopi qui aduerſus Paulum Samoſatenum Antiochiæ ſunt congregati plurimi numero, in Synodali Epiſtola ad Dionyſium Romanum Pontificem ad maximum Alexandriæ Epiſcopum data vitio vertunt illi inter alia, q mulieres introduxerit, in Eccleſia canere, & ſuas laudes — De antiquo —

[a] Conc. Ant. apud Euſeb. lib. 7. c. 24.

*Tom. 1. anno Chriſti 81. in principio verſ. 6. vbi hæc verba:* Sed nonus erit Domitiani ſi ille primus pariter annumeretur, quem ſuffectus geſſit tempore Claudij — *dele iſta, quorum loco hæc ſubijcias:* — Sed & nonus hic eſt Veſpaſiani, ſi anno ſeptuageſimoquinto (vt factum eſt) loco Conſulatus Domitiani ponatur Conſulatus quartus Veſpaſiani, vt diximus ex Dione, exq. publico monumento dedicationi Templi Pacis, eius ſexto Conſolatu ſignatæ —

SECVNDVS Tomus incipit ab exordio Traiani Imp. & ab anno octauo Pontificatus Clementis I. & perducitur vſque ad Imperium Conſtantini, atque ad annum tertium Pontificatus Marcelli. complectiturque annos ducentos quinque ſextum annum ex parte tantum attingens. At & in hoc Tomo recenſendo eadē Baronij Cardinalis ingenuitas

ſe ex-

ſe exeruit,ſic enim addidit in Appendice, de qua locuti ſumus.

*Tom.2.anno Domini 100. in principio* — *ibi* — ad culmen Imperij eſſe prouectum — *hæc tu addas* — natum tamen patre Tribuno, nam illius Traiani creditur eſſe filius, qui in bello Iudaico ſub iiſdem Imperatoribus militauit — At ſicut — *& poſt ſex verſus, ibi* — totius orbis Imperium — *adde*: Filio ſuo Traiano huic, ſit adeptus — vt planè —.

*Tom.2.anno 103. §.* Difficillimi belli — *ibi* — eiuſdem Traiani — *adde* — parentis, vt puto — olim in bel — *& ſequenti verſu* — *ibi* — Traianus ipſe — *corrige*. Traianus ille — duct —

*Tom.2.anno 109.§.*Quando autem eadem Dionyſij — *ibi* —ad Carolum Caluum Imperatorem *adoe quæ ſequuntur* — his neceſſariò addenda putaui quæ Romæ accepi à noſtro Henrico Spondano Gallo Vaſcone Typographiæ Vaticanæ in correctione edendorum librorum inſeruiente,viro ſanè integra fide & doctrina conſpicuo, qui teſtatus eſt ſe accepiſſe à Iacobo Dauy de Perronio Epiſcopo Ebroicenſe, quem hoc noſtro ſeculo in omni genere literarum quiſque iure vocabit antiſtitem,ipſum vidiſſe, Venetijs cum eſſet, orationem illam Chryſoſtomi Græcè ſcriptam,in qua elogium illud de Dionyſio recitatur,eiuſque homiliæ titulum eſſe,Cygnea vox Chryſoſtomi ; quam ſcilicet habuerit Conſtantinopoli,antequam in exilium proficiſceretur. Inſuper oblatum ibidem fuiſſe librum illum Dionyſij in Areopagitam,quem in modum catenæ compoſitum eſſe dicebat. Adhuc,Deo fauente,ſupereſt ipſe magno Catholicæ Eccleſiæ beneficio Cyrillum — quoque —

*Tom. 2. anno 127. in principio*, *ibi* — poſt quem Ephræm — *adde* — inde Ioſes — inde —

*Tom.2.anno 140.in princio,verſ.7.ibi* — accipere ſolitos certum eſt — *adde iſta*, adeo vt in ijs,quibus non ante Imperium,ſed cum Imperio collata eſt Tribunitia poteſtas, pro numero collatæ Tribunitiç poteſtas, totidem annos Imperij liceat numerare ; ſecus ſi cui ante Tribunitia poteſtas obtigerit;nec aliter accipias,quòd ſæpe à nobis infertur, & pro numero eiuſdem Tribunitiæ poteſtatis anni pariter numerantur Imperatorum,hæcq. ex Dione,vt ſuo loco dicetur — Singulis enim —

*Tom.2.anno 175.§.*Hoc ipſo anno Anicetus — *ibi* — cum ſediſſet annos nouem — *corrige* — annos octo.

*Et paulò poſt ibi* — Creſconiana ſeries nouem tantum annos — *corrige* — octo tantum annos tribuit —

*Tom.2.anno 195.§.*Cum verò Romanum Imperium — *ibi* — Idibus Auguſti aqud Carnutum — *adde* — vel potius Idibus Aprilis,ita enim legendum apud Capitulinum putamus. — Tunc Seuero —

*Tom.2.anno 233.§.* Hanc fidei Catholicæ regulam — *ibi* — anno ſeptimo eius Pontificatus — *adde* — codex à Cencio Camerario collectus,in quo ineſt Relatio eorundem Apocriſariorum de rebus geſtis in ea legatione cum Patriarcha & Imperatore. Incipit: anno milleſimo ducenteſimo trigeſimotertio(is eſt annus ſeptimus Gregorij Papæ IX.) Ibi in profeſſione fidei eorundem Legatorum,ineſt Gregorij Thaumaturgi fidei profeſſio recitata vſque ad illa verba:Imago Dei ſermo efficax,&c.] — porro —

*Tom.2.anno 237.§.* Occaſio,vt dictum eſt Alexandro — *ibi* — tenuit annos duos — *corrige* — tenuit annos tres — Sed quid —

*Tom.2.anno 253.§.*Porrò quod tum hic — *ibi* — Notis vberius — *his hæc addas* — hic autem modo ſit ſatis ex S.Ambroſio recitare,quomodo dum harum vocum vna ſit ſignificatio,vſu tamen poſtea inductum eſt, vt diuerſo ſenſu accipi in Eccleſia conſueuerunt. ipſe enim in precatione poſteriori præparantis ad Miſſam,ita perorat: Martyrum preces depoſco,qui pro veritate non dubitarunt ſanguinem fundere,nec dilexerũt animas ſuas vſque ad mortem, vt mortis ſuperarent auctorem. Confeſſorum orationes expoſtulo, qui bella tentantis inimici,dum piè viuerent in Catholica pace, vel etiam hæreticorum conflictationem diuturno certamine pertulerunt,atque(vt verum dicam) longioris,occultiq; martyrij palmas acceperunt.] ſed reuertamur ad lapſos — Cum igitur —

*Tom.2.anno 254.§.*Ex hac pariter Infeliciſſimus — *ibi* — anteſignanus ab omnibus nominaretur — *adde iſta* — At ne fallaris,quod audiſti Feliciſſimum creatum fuiſſe à Donato Diaconum: alium planè diuerſum à Feliciſſimo Presbytero hunc eſſe cognoſce: nam iſte iam presbyter erat,cum S.Cyprianus eſt creatus Epiſcopus;hic autem Cypriano iam Epiſcopo,à Donato Diaconus electus eſt —

*Tom.2.anno 257.§.* Quod autem vel ibi, vel in Eccleſ. — *ibi* — ſequantur antiquæ inſcriptiones — *adde iſta* — Quod autem in noſtris Notis ad Romanum Martyrologium nega- NOTA

negatum eſt, Lucium eſſe paſſum ſub Voluſiano: ex Annalibus errorem corrige; ſicque ſemper cum videris diſcrepare ab iiſdem Notis Annales, eas ex his emenda. Nunquam ha ctenus conceſſum doleo, vt eaſdem ſingulas recognoſcerem; licet lucri cupidus Typographus eas ab auctore poſuerit eſſe recognitas in pag. liminari.

*Tom.2.anno 262.§.* Exploſis igitur —— *ibi* —— Gallienum tertio —— *corrige ex præmiſſis* —— Gallienum quarto.

*Tom.2.anno 263.§.* Porrò vt Theodotus —— *ibi* —— Euſebius Syrus & Anatolius Alexandrinus —— *ſic corrige* —— Euſebius & Anatolius Alexandrini.

*Eodem anno. §.* Alij autem ſeipſos ſeducunt —— *ibi* —— hic eſt Dei ſimilis & —— *corrige ſic* —— quam ibi dat ſimiliter —— quorum agens ——

*Tom 2.anno 275.in principio verſ.6.* —— *ibi* —— Sed cum Romanum Martyrologium —— *& quæ ſequuntur vſque ad illa verba.* Ex quibus planè —— *dele omnia.*

*Tom.anno 292.in principio verſ. 13.* —— *ibi* —— aduerſus Chriſtianos —— *corrige* —— pro Chriſtianis aduerſus Gentiles.

*Et paulo poſt verſ.5.* —— *ibi* —— ſiue errore irrepſit —— *& quæ ſequuntur vſque ad illa verba* —— ſed error parens eſt —— *ſic corrige* —— irrepſiſſe errorem in nomen Conſtantini, ſi quidem error parens eſt ——

*Tom.2.anno 302.§.* Hæc verò à nobis veritatis ſtudio —— *vſque ad verſ. 18. ibi* —— Hæc puto à nobis ex munere —— *deleas omninò.*

*Et paulo inferius.§.* Quantumlibet enim conſenſerimus —— *ibi in fine* —— hæc Auguſtinus —— *His hæc addas* —— Porrò his addere iſta compellimur, quod poſt euulgata iſta noſtra, diligenterq; examinata à viris ſanè doctiſſimis, eoſdem ſcriptis ſuis vehementiſſimè nos compellaſſe, indignè ferentes, Marcellini Papæ integritatem malè traduci commentitijs Actis illis nullius ponderis exiſtentibus, leuiſſimiſque argumentis (vt aiunt) nomen Marcellini ab antiquioribus omnibus bene acceptum & magnæ æſtimationis habitum, infamari, aſſerentes Acta illa non niſi callidè excogitatum commentum fuiſſe Donatiſtarum; idque validis ſanè argumẽtis probare conati, de Martyrologio atque Breuiario Romano queruntur, quod iſta in Eccleſia recitanda contineant. Sed ſciant velim, Romanam Eccleſiam antiquitatis tenaciſſimam, quæ ante octingentos annos ita publicè lecta reperijt, haud adeo facile conuellenda, quamuis ſibi valde moleſta putauit. Ceterum eamdẽ ipſam Romanam Eccleſiam, non ſicut Euangelium (quod Gelaſius monuit) legere cõſueuiſſe, vel legenda proponere quælibet Sanctorum Acta, ſed potius ea cuncta Apoſtolica illa lance libranda relinquere, *omnia probate, quod bonum eſt tenete.* Porro ipſam haud adeo vanè leuiterque iſta hactenus recitanda reliquiſſe, quæ habentur inferius, cum agetur anno ſequenti de Sinueſſano Concilio, declarabunt —— Iam de Marcell.

*Tom.2.anno 304. in principio, ibi* —— vndecimo Kalendas Maij ambo Impp. Parilibus ipſis ſe Imperio abdicarunt —— *adde quæ ſequuntur* —— ita quidem putauit Panuuinus, ſed tu loco Maij, ponas, Martij: erroris namque illum arguere neceſſe eſt, dum affirmat, id factũ eſſe, nondum expleto biennio perſecutionis indictæ, cum Euſebij conſtet auctoritate, eam cœptam menſe Martij, quo menſe liquet fuiſſe promulgatum perſecutionis edictũ. Ex his etiam eos erroris arguas, qui id anno ſuperiori aſſerunt contigiſſe: nam ſub huius anni Conſulibus Diocletiani Nono & Maximiani Octauo id factum eſſe, [illegible] Zoſimus aſſerit verbis iſtis —— A conſulatu Chilonis & —— *recitata autem Zoſimi ſententia, poſt illa verba,* hæc Zoſimus —— *iſta addas* —— At verò quod ipſe interlapſos dicat annos centum & vnum à Conſolatu Chilonis & Libonis, quo ludos ſæculares contigit celebrari ſub Seuero Imperatore, vſque ad abdicationem horum Imperatorum ſub eorumdem dicto Conſulatu factam: planè in dictum annorum numerum eſſe illapſum errorem, dicendum; reſtituendumque, centum duo minus anni, qui interlapſi reperiuntur vſque ad præſentem Conſulatum, quo ſe abdicauerunt ijdem Imperatores, vt etiam ipſe teſtatur. Siquidem idem Libonis, & Chilonis Conſulatus incidiſſe reperitur anno Chriſti ducenteſimoſexto. Vel dicendum, quod idem Conſulatus Chilonis & Libonis non ſuo loco ſit poſitus à Caſſiodoro, & alijs, anno ducenteſimoſexto, ſed ſub anno Chriſti ducenteſimotertio ſit collocandus, quod vt magis dici debeat ea quoque ratio fauet, quòd cum teſtetur Zoſimus, ludos ſæculares quolibet centeſimo & decimo anno ſolitos celebrari, vt appareat centum & decem interlapſos à ludis ſæcularibus ſub ſeuero, vſque ad illos ſub Cõſtantino celebratos anno Chriſti 313. vt ſuo loco dicetur: planè dicendum Chilonis & Libonis Conſulatum non niſi in annum ducenteſimum tertium incidere potuiſſe.

Verum cum (vt dictum eſt ſuperius) conſtet eoſdem ludos ſæculares ſub dicto Conſulatu Chilonis & Libonis celebratos, incidiſſe in annũ Seueri duodecimũ, qui eſt annus

Chriſti

Chriſti ducenteſimusſextus,è ſuo loco minimè conuellendus eſt; adeò vt error irrepſiſſe dicendus ſit in annorum numerum Zoſimi, vt loco centum & vnum annorum, vt dictum eſt,reſtituendum ſit, centum duo minus anni. Sed nec ſemper verum quod aſſerit, quolibet centeſimo decimo anno celebrari ſolitos Ludos ſæculares: non enim vna eademq; ſemper ſeruata reperitur in ijs celebrandis annorum periodus, vt videre eſt apud Panuuinũ qui Cõmentariũ eo argumento cõſcripſit:ſed & ſi non quando celebrati ſunt, ſed celebrari debuerũt, ratio habenda erat, adhuc dicendum ſecundùm eandem periodũ centũ & decẽ ann. benè ſubſiſtere dictumCõſulatum Chilonis & Libonis ſub anno Chriſti ducenteſimoſexto:nam cum conſtet auctoritate Dionis,anno ab vrbe condita ſeptingenteſimotrigeſimoſeptimo,ſub Conſulatu Furnij Nepotis & Silani, ſub Auguſto celebratos eſſe Ludos ſæculares: ſecundo aũt curriculo ſub Seuero; vtiq; neceſſariò habitos eſſe oportuit,an.ab Vrbe cõdita,nongẽteſimo quinquageſimoſeptimo,quo incidiſſe poniturCõſulatusChilonis atque Libonis,qua ratione,nullo modo conuellendus eſt Conſulatus eorum è ſuo loco,ſed Zoſimus omninò ſit arguendus erroris. Hoc demonſtrato, pergamus oſtendere,quod cẽperamus,hoc ipſo anno eoſdem Impp.ſe Imperio abdicaſſe ——Auctor item——

*Quas verò ipſe Baronius poſtrema recognitione additiones atq; correctiones huic tomo ſuperaddi voluit,iſtæ ſunt quæ ſequuntur.*

*Anno Chriſti 104.propè finem.* §. Ceterum tantum abſuit—— *ibi poſt illa verba* —— in ſtuporem magnum adduxerit—*adde quæ ſequuntur* — Niſi fortaſſe ante plinij Proconſulatum id quis accidiſſe contendat, velitque Arrium Antoninum, de quo ibi loquitur Tertullianus, maternum Pij Auguſt. auum fuiſſe, quem idem Plinius alio loco, proconſulatum Aſiæ ante hæc tempora, in quibus verſamur, geſſiſſe docet. [a] Sed de his ſuo loco——

a Plin.lib.4. epiſt.3.

*Anno Chriſti 111.in exordio ibi*——Traiani verò duodecimus—*hæc adde*—— Contigit nos in prima editione Annalium ponere Conſules Meſſalam atque Pedonem, fidem ſecutos [b] Euagrij,numerantis annos prioris terræmotus Antiocheni ſub Traiano vſque ad poſteriorem terræmotum ſub Leone Imp.Sed quod vetus inſcriptio reperta non ſinat ſuo loco in Faſtis poſitum Conſulatum Pedonis moueri; conſignatum ipſum certo anno ab Vrbe condita,calculus ipſe potius Euagrij mendacij arguendus,quo nos ductos, cum ipſo pariter erraſſe contigit,vt hic eius auctoritate conſulatum Pedonis, & receſitum ſub eius Conſulatu terræmotum Antiochenum poſuerimus; reſtituendum ipſum ſub ipſo Conſulatu Pedonis poſt ſex annos ſuo loco.Venia tamen dignus error, cum Caſſiodori Faſtis per hæc Traiani & Hadriani tempora nihil ſit perturbatius, vt in his de Conſulatu Pedonis illapſus error ex Euagrio potuerit exiſtimari.Sed re comperta,ponatur hic Cõſulatus Palmæ iterum & Caluiſij Tulli; inter ſuffectos autem T. Aelius Hadrianus is, qui imperium poſteà,Traiani adoptione,cuius ſpem certam in hoc ei magiſtratu factam fuerunt,[c] conſecutus eſt.Tertius enim hic annus erat ab eius prætura,quam Seruiano II.Cõſule ab eo geſtam,nõtat Spartianus. Ceterum ab hoc anno ad annum ſecundum Leonis Auguſti,quo terræmotus ille contigit, qui ciuitatem Antiochenam grauiſſimè afflixit, numerantur anni tercentum quadraginta ſeptem,quot ſcilicet Euagrius Scholaſticus interlapſos tradit ab altero eiuſdem ciuitatis terræmotũ, qui Traiani tẽporibus acciderat. Vnde ſi calculum eius ſequamur (vt fecimus)priorem hanc cladem Antiochenam, hoc ipſo anno,& his,quos dixi,Conſulibus adſcribi oportebit.Sed cum ex Dione conſtet illam Pedone Conſule,quem ipſo terræmotu Antiochiæ oppreſſum affirmat, contigiſſe, Conſulatuſq; Pedonis,vt certiſſima nota demonſtrabitur,non antè ſextum ab hinc annũ collocari queat: ad in tempus neceſſario reijciendus erit hic terræmotus; ac docendum, fidem dandam Dionis narrationi,ipſum verò Euagrium potius in numeri ſui computatione lapſum eſſe.—*hic finis præſentis anni 111. nam quæ ſequuntur collocanda in anno Chriſti 117. eo modo quo tunc ſuo loco dicetur.*

b Euagr.lib. 2.c.21.

c Spart.in Hadriano.

*Anno Chriſti 112.in principio poſt illa verba*—— Piſonem & Haſtam, alij ——*adde*—— quod certius eſt, Criſpum & Orfitum —— *& paulò inferius ibi* —— valeat definiri ——*adde*—— ſiquidem, vt ſuperius dictum eſt,his Traiani,ſiue Hadriani temporibus,Caſſiodori Faſti mendoſiſſimi inueniuntur.——

*Anno Chriſti 117. in principio ſic lege*—— Annus Chriſti centeſimus decimus ſeptimus, qui eſt Traiani decimus octauus, non vt in prima editione poſuimus ex Caſſiodoro, Ha-

drianum & Salinatorem Conſules habuit, ſed magis L. Vipſtanum Meſſalam & M. Vergilianum Pedonem. Sic enim in antiquis lapidibus eorum nomina deſcribuntur, adiecta etiam in vno eorum nota numeri annorum ab Vrbe condita, quæ illos hac anno Chriſti fuiſſe Conſules, dubitari non ſinat, totamque chronologiæ noſtræ rationem mirificè confirmet. Sic igitur habet eius inſcriptionis pars, quæ ad annum hunc facit.

D. IVNIVS CARVS COOPT.

L. VIPSTANO MESSALA M. PEDONE VERGILIANO COSS.

P. R. C. ANN. DCCCLXVII. Id eſt. Poſt Romam conditam anno octingenteſimo ſexageſimoſeptimo. Sanè ſi ad annum Vrbis ſeptingenteſimum quinquageſimū primum, in quem Chriſti Domini ortum ſecundum carnem incidiſſe docuimus, annos centum & ſeptemdecim, qui ad hos vſque Conſules numerati ſunt, adijcias: eandem ipſam annorum Vrbis ſummam conficies, octingentos ſcilicet atque ſexaginta ſeptem ſiue octo, quod vtrumque verum eſt: quia cum anni Vrbis à Parilibus, Aprili menſe inciperent, quemlibet annum ordinarium in duos Vrbis annos, ſiue in duas illorum partes incurriſſe, certum eſt. Quare huiuſce Chriſti anni centeſimi decimiſeptimi prior pars à Ianuario ineunte, vſque ad vndecimum Kalendas Maias, quo die Vrbs condita fuit, octingenteſimo ſexageſimo ſeptimo illius anno, reliqua deinceps ſexageſimo octauo reſpondeat.

Ex his ergo certa atque fixa Conſulatus Pedonis ſede conſtituta, ſequitur, vt dirum illum terræmotum, quo ciuitas Antiochena concuſſa atque proſtrata eſt, cum in ea eſſet Imperator in hibernis, & Pedo ipſe Conſul, Dione teſte, interijt: non alio, quam hoc ipſo anno, contigiſſe intelligamus. Res autem atrox & luctuoſa, prout ſe habuit, pluribus enarranda, quam [a] Dio idem his verbis præclarè admodum deſcribit —— *hic deſcribas, quæ habentur ſuperius anno Domini centeſimo vndecimo, poſt eius exordium, ab illis verbis* —— Dum verò Antiochiæ Traianus ageret —— *vſque ad illa verba* —— quoniam potiſſimū anno —— *quibus ſublatis, cum his quæ ſequuntur vſque ad finem, loco ipſorum ſubijcias iſta.* —— Cæterum cum ex Pedonis Conſulatu, tanquam certiſſimo indicio, demonſtratum ſit, præſenti anno, id eſt, Traiani decimo octauo contigiſſe terræmotum Antiochenum: ab hoc autem anno vſque ad ſecundum Leonis Auguſti, quo alteram ingentem ac planè mirandum ex terræmotu cladem Antiochiæ itidem accidiſſe, commemorat [b] Euagrius, non plures quam trecenti quadraginta & vnus anni reperiantur, quod malè calculos idem ſubduxerit, neceſſe eſt affirmare, cuius & nos error fecit errare, dum inter vtrumque terræmotum trecentos quadraginta ſeptem annos enumerauit. Propius ad verum acceſſit Euſebius in Chronico, dum eandem cladem decimo ſexto Traiani anno collocat, & fortaſſe (niſi quod innumeris eius locis eueniſſe conſtat, vt rerum ordo à librarijs perturbaretur, id huic etiam accidiſſet) ſuo prorſus anno, octauo decimo Traiani legeretur. Sub finem planè Imperij Traiani rem geſtam id confirmat, quod Traianū poſt hæc ſtatim Antiochia profectum, trans Euphratem copias duxiſſe, Dio teſtatur, in eaque expeditione, quod ſuo loco dicetur, diem clauſiſſe. Atque hæc de his ſatis. —— *tum ſubijcienda erunt, quæ anno 117. poſt exordium habentur, ab illis verbis* —— Iudæis in Meſopotamia rebellantibus —— *& quæ ſequuntur vſque ad finem.*

*Anno Chriſti 119. in principio poſt verba illa* —— Catilium & Fuluum —— *vſque ad illa verba proximè ſequenti* —— ſecundo factus eſt Conſul —— *incluſiuè, dele, quorum loco ſubijcias iſta* —— Hadrianus verò non Conſul factus hoc anno, ſed in ſequentem eſt deſignatus ſecundo Conſul. Sic enim intelligendum, quod de hoc anno loquens Spartianus, ait in Hadriano, ipſum fauore Plotinæ ſecundo Conſulem eſſe factum. De anno quidem ſequenti loqui Spartianum, ex eo patet, quod Hadrianus, quo tempore mortuo Traiano ſucceſſit, id eſt, Auguſto menſe huius anni, Conſul ſecundo deſignatus tantum erat. Id enim docet antiqua veterum nummorum inſcriptio, quæ ſic habet: [c]

IMP. CAES. DIVI TRA. F. DIVI NERVAE N. TRAIANO HADRIANO AVG. P. M. TR. P. COS. DES. II. His ergo dictis anni huius Conſulibus, Hadrianus Conſul deſignatus, & ſtatim adoptatus, Imperium poſt Traian —— *& quæ ſequuntur*

*Eodem anno propè finem, vbi legitur* — hæc omnia pluribus Spartianus — *dele vſque ad illa verba* — certe quidem —

*Eodem anno vltimo verſu, verba illa* — ſimul collata — *dele.*

*Anno Chriſti 120. ipſo exordio, vbi incipit* —— Sequens annus —— *vſque ad cuſa numiſmata dele, quorum loco iſta ſubijcias* —— Sequentis anni Conſules fuerunt Hadrianus Auguſtus ſecun-

dum,

[a] Dio in Traiano.

[b] Euagr. lib. 2. c. 12.

[c] Hub. Goltz. in Theſauro.

dum, qui vt ex Spartiano & vetere nummo vidimus viuente adhuc Traiano deſignatus fuerat,& Fuſcus Salinator. Quo anno Hadrianus in vrbem ex Syria per Illyricum reuerſus eſt.Sub ſecundo ſuo Conſulatu ipſum hoc anno veniſſe Romam, antiqui nummi inſcriptio docet,quæ cum habeat ex altera parte ſecundum eius Conſulatum [a],ex altera primum eius in Vrbem aduentum —— a apud Seba. Erizium.

Confirmat autem & altera vetus marmorea inſcriptio,quàm cum à S. P. Q. R. in gratiam beneficij, de quo mox dicendum, paulo poſt quam in Vrbem aduenit, collati,Hadriano poſitam fuiſſe conſtet:neceſſe eſt dicamus,ipſum ſecundo,qui in ea notatur,Conſulatu aduenifſe.Ea eſt huiuſmodi.

S. P. Q. R.

IMP. CAESARI DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVAE NEP.

TRAIANO HADRIANO AVG. PONT. MAX. TR. POT. II. COS. II.

QVOD VNVS OMNIVM PRINCIPVM ET SOLVS REMITIENDO HS. NOVIES.

MILIES CENTENA MILLIA N. DEBITVM FISCIS NON PRAESENTES

TANTVM CIVES SVOS SED ET POSTEROS EORVM PRAESTITIT HAC LIBERALITATE SECVROS.

Quæ verò ſequuntur impreſſæ pariter nummorum imagines non præſentis anni, ſed magis ſequentis indicant eiuſdem Hadriani in Vrbem reditum, cum iam tertio gereret Tribonitiam poteſtatem, quo eadem Principis liberalitate ( vt vides in vna ex ipſis inſcriptum) RELIQVA VETERA HS. NOVIES MILLIA ABROGATA fuerunt per eũdem Imperatorem. Romam igitur —— & quæ ſequuntur —— *vſque ad ea verba* —— tertium Conſule —— *corrige* —— ſecundum Conſule —— *& ſequenti verſu ibi* —— tertium Conſulatum geſſiſſe cum tertia Tribunitia poteſtate —— *ſic corrige* —— ſecundum Conſulatum geſſiſſe cum ſecunda Tribunitia poteſtate, ſed ( vt dictum eſt ex alia forma inſculpti nummi ) eius liberalitas propagata eſt in annum ſequentem,quo cum tertio Conſulatu tertiam geſſit Tribunitiam poteſtatem.Siquidem, vt Dio ſcribit in Hadriano, viginti duas myriadas —— *& quæ ſequuntur vt in textu habentur.*

*Anno Chriſti 121. Ab eius principio vſque ad illa verba* —— Hoc igitur anno Euariſtus —— *dele quorum loca iſta ponas.* —— Chriſti Redemptoris anno centeſimo vigeſimoprimo, qui eſt ſecundus Hadriani, in Faſtis Græcis, alijſque recentioribus recte notantur Conſules,Hadrianus ipſe tertium & Iunius Ruſticus, licet mendosè Græci Hadrianum Conſulem ſecundo,pro tertio ſcriptum habeant. Reuera enim, vt ſuperius probatum eſt, ſecundum Conſulatum ſuperiore anno,collega Salinatore geſſerat.Caſſiodori autem,ſiue Mariani Scoti,qui ex illius codice iam deprauato ſumpſit,nulla per hos Hadriani annos habenda eſt ratio.

Hoc igitur anno Euariſtus,&c.——

*Anno Chriſti 122. ab exordio vſque ad ea verba* —— meminit huius Conſulatus —— *dele, quorum loco iſta decentius ponas.* Anno Chriſti centeſimo vigeſimoſecundo Conſulatum inierunt Cæcilius Seuerus & Aurelius Fuluus, qui poſtea dictus eſt Antoninus Pius Imperator —— Meminit huius Conſ.&c.

*Anno Chriſti 123.in principio ibi.* —— Annium Verum & Augurem —— *adde* —— quod magis verum probatur, quàm quod Caſſiodori Chronicon deprauatum habet, quo Hadrian.——

*Eodem anno §.* Hoc eodem anno Aurelius —— *ibi* —— dum res ab eo geſtas deſcribit —— *adde quæ ſequuntur* —— functus olim fuerat, Domitiani, vt opinor, temporibus eodem magiſtratu maternus Pij auus Arrius alter Antoninus, ad quem poſt geſtum Aſiæ proconſulatum ſcriptæ extant litteræ [b] Plinij Iunioris. Ad hunc ipſum —— b Plin lib. 4. epiſt. 3.

*Eodem §. poſt illa verba* —— litteris datis inculcat —— *adde* —— vt dubitari iam poſſit, & quæri, vter horum fuerit ille Aſiæ procunſul Arrius Antoninus. Sed quorſum, &c.——

*Eodem anno §.* Recitat hæc Tertullianus —— *poſt illa verba* —— Pius eſt dictus —— *adde* —— ſed & tertius alius poſtea fuit ad quem referri hæc poſſe videantur, Arrius Antoninus idemque proconſ.&c.

*Et inferius eodem §.* —— *ibi* —— fuit occiſus —— *adde* —— de quolibet autem trium ho-



Digitized by Google

rum Antonino Tertulliani verba interpretemur: ex his certè palam fit, magnas olim in Chriſtianos perſecutiones excitatas fuiſſe. Nam ſi qui omnium &c.—

*Anno Chriſti 124. in exordio, ibi* — Auiola & Panſa — *adde* — quos magis ſequimur, cum tam à Græcis quàm à recentioribus noſtris approbentur. Quo anno &c.—

*Anno Chriſti 131. ibi.* —licet cauſam non afferat —*adde*—cum multæ eſſe potuerint; commouiſſe tamen &c.—

*Anno Chriſti 163. §.* Ante igitur quam Lucius Verus —*poſt illa verba*— adſcribi præceperunt — *adde* —hæc ipſe cum ſcribat Capitolinus de frumentaria Marci largitione erga pueros & puellas nouorum hominum, ideſt nouorum ciuium, qui in Vrbem nuper adſcripti frumentationũ iure hactenus caruerant: mirum ſanè videri debeat, neque illũ, neque alium quemquam horum temporum ethnicum Scriptorem memorandæ alterius Marci liberalitatis meminiſſe, qua ob præclaram ab Abercio Epiſcopo rem geſtam, ter mille modios frumenti Hierapolitanis in Phrygia ciuibus, qui Chriſtiani omnes erant, in perpetuum præſtandos pręſcripſit—*dele quæ ſequuntur vſque ad illa verba* —facilis eſt ſententia—*incluſiuè*.

*Eodem anno §.* Ad hæc autem elucidanda—*ibi in fine*— ſub Seuero —*corrige*— ſub Alexandro —

*Eodem anno §.* Quod ergo ad rem propoſitam ſpectat — *quæ ſequuntur vſque ad illa verba* — hæc autem quomodo ſe habuerint — *excluſiuè dele, quorum loco ſic deſcribas.* — Quod ergo ad rem propoſitam ſpectat, hæc quæ de frumento Hieropolitanis in Abercij Epiſcopi gratiam conceſſo ſignificauimus, quomodo ſe habuerint &c. —

*Anno Chriſti 164. §.* Rurſum verò quod Chriſtiani —*poſt illa verba*— quod ille purgauit — *quæ ſequuntur vſque ad illa verba excluſiuè* — nam eos Marcus Aurelius — *dele, quorum loco iſta pone* —Hæc ſanè ſi de Chriſtianis in primis dicta velimus, quippe qui ſanctitudine morum, veram Philſophiam præſeferebant, minimè fuerit abſurdum: Sed & de Ethnicis quoque qui Romæ, Principis ingenio abuſi, magno numero inanem philoſophiam oſtentantes Remp. varijs modis vexabant, intelligi poſſunt: nam verè philoſophos Marcus Aurel.—

*Anno Chriſti 182. propè principium, ibi* —die decimaſeptima Aprilis—*ſic corrige*— die decimaſeptima menſis Martij—

*& paulò poſt ibi* — die decimaoctaua menſis Aprilis —*corrige*— die decimaoctua menſis Martij —

*& paulò inferius ibi* —minus menſibus quatuor —*corrige*—menſibus tribus & diebus tredecim, &c.—

*Anno Chriſti 189. §.* Quod autem ibidem Apollinius—*ibi*—& licet ex ijs quæ ſcripſit — *vſque ad illa verba* —& Chriſtianæ religionis — *excluſiuè ſic corrige* — & licet ex ijs quæ [a] Epiphanius docet, Apollonium Antonini amicum, quo tempore Bardeſani Syro, ne ſe Chriſtianum profiteretur, ſuadebat: ethnicum & Chriſtianæ religionis, &c.—

[a] Epiph. hæreſ. 66.

*Anno Chriſti 199. §.* Ponitur ab Euſebio —*ibi*— Sarmaticum —*corrige*— Samariticum —

*Anno Chriſti 205. §.* Interim verò —*ibi*— ad optatum fuiſſe —*corrige*— domi exceptum fuiſſe.—

*Anno Chriſti 211. §.* His ipſis temporibus —*ibi*— porrò Cæcilium —*adde*— Rhetorem, qui apud Minutium interloquitur, Chriſtianam religionem vehementer impugnans quod is tandem ab Octauio perſuaſus, viſus ſit manus dediſſe &c. — *dele autem quæ ab vtroque termino interponuntur.*

*Anno Chriſti 219. in principio, ibi* — vixiſſeque annos quadragintatres — *adde* — variant enim de eius vitæ annis Scriptores, vt & de matre ipſius, dum alij Iuliæ ſecundæ Seueri vxoris, alij Martiæ prioris coniugis filium faciunt. Quod qui ſentiunt, vt Spartianus, longiorem Antonini huius vitam aſſerant neceſſe eſt, cum à Martiæ exceſſu ad Antonini cædem anni fluxerint ſupra quadraginta. Hic tamen omnium &c.—*dele autem quæ inter vtrumq; terminum interpoſita leguntur.*

*Anno Chriſti 237. §.* Fuiſſe poſt obitum —*ſic perge*— inter deos relatum Alexandrum, Lampridius eſt auctor, vana ſcilicet atque ſtulta ſuperſtitionis conſuetudine, ſed quid mirum Romanos hunc ſuum Imperatorem in deorum numerum collocaſſe, cum externum eiuſdẽ nominis Principem Alexandrum Macedonem pari Apotheoſeos honore dignati

ſint?

ſint? Qua de re agens Ioannes Chryſoſtomus de huiuſcemodi Romanorum ſtultitia egregiè philoſophatus, ſic inquit &c.—*dele numerum xxvi. in margine notatum.*

*Anno Chriſti 246.* §. Non imus inficias—*ibi*—diceretur Philippus Auguſtus—*dele qui ſequuntur tres verſus ibi*—De nobili præfectura Auguſtali—*excluſiuè.*

*Anno Chriſti 248.* §. De aduentu autem—*ibi*—qui aderat—*dele.*

*Anno Chriſti 249. in fine:* §. At nec prætermittendum—*ibi*—poſt Sabellij—*corrige*—ante Sabelli—

*Anno Chriſti 262.* §. Sed quid his primis—*ibi*—eos Centuriones fieri aiunt—*ſic perge*—Euſebius honorem militarem κλῆμα vocari ait; quia κλῆμα, Græcis vitem ſignificat, ſeu fermentum. Vitis autem inſigne erat Centurionum, vt notum eſt ex Lucano, [a] quæ de Scæua Cæſaris Centurione agens, ſic eius gradum deſignat. [a] Luc. lib. 6.

*Sanguine multo Promotus, Latiam longo gerit ordine vitem.*

Vnde & pro Centurionatu ipſo ſumebatur, ita, vt vitem dare, idem eſſet ac Centurionem facere. Quo ſenſu Spartianus in Hadriano Imp. ſcribit, ipſum nulli vitem niſi robuſto & bonæ famæ dare ſolitum, id eſt, nulli Centurionatum conferre. Sed plura de vite & Centurionatu notata inferius [b] inuenies, cum agitur de glorioſo agone Marcelli Centurionis martyris, qui ne militaret cum impietate: *Ecce*, inquit, *proijcio vitem & cingulum.* Manifeſti autem erroris arguuntur, qui hæc duo diſtinguenda putant. Sed cœptam hiſtoriam, &c.—*quæ interpoſita legebantur, his poſitis, deleantur.* [b] An. Chriſti 298. §. Quod verò hic.

*Anno Chriſti 269.* §. Conſpiraſſe ſimul—*ibi*—in gratiam Conſtantij—*ſic perge*—Cæſaris, qui pater fuit Conſtantini Auguſti, volumen ſcribens, quo profitetur, ex Claudij ſtemmate ipſum Claudium eſſe progenitum. Nuntiatam, &c.—

*Anno eodem, & paragrapho ibi*—duos priores—*corrige*—ex eis Claudium—*abſq;.*

*Anno Chriſti 278.* §. Sed ad Aurelianum—*ibi*—ſeptimo Kalendas Aprilis—*ſic corrige*—menſe Ianuarij, cum dicat Vopiſcus milites retuliſſe in Senatum de Imperatore eligendo, Senatum ea de re primo conueniſſe tertio Nonas Februarij. Sicque colligas non ſex aut ſeptem menſes tantum, vt ipſe & victor aſſerunt, ſed octo menſes integros,—occiſo ſeueriſsimo—

*Anno Chriſti 283.* §. At quoniam—*ibi*—quo item anno—*vſq; ibi*—Caſsiodorus—*ſic corrige*—Oroſius cum dicat Carum imperare cœpiſſe anno ab Vrbe condita milleſimo triceſimo nono, ea ratione dicendum eſſet, Imperium Cari inchoatum anno Chriſti ducenteſimo octogeſimo octauo, quod non recipitur—Caſsiodorus—*in marg. corrig.* Oroſ. lib. 7. cap. 24.

*Anno Chriſti 302.* §. Quod verò ſpectat—*ibi*—in Marcello—*corrige*—in Marcellino—

*Anno Chriſti 304.* §. Eorum verò qui—*ibi*—Apameæ—*corrige*—Amaſeæ in Ponto.

Tertivs Tomus habet Geſta ab anno trecenteſimo ſexto vſque ad anno Domini 361. hoc eſt ab anno tertio Marcelli Papæ, ac Conſtantini Imper. anno primo, vſque ad Liberij Papæ decimum, & Conſtantij Imper. vigeſimum quintum. Addit autem Baronius hæc.

*Tom. 3. anno 309.* §. Quam ob rem haud mirum—*ibi*—illa omninò libera permanente, vt appareat hanc—*ſic corrige*—ſed & ita itidem coronam martyrij eſt adepta, vt ex Romano Martyrologio liquet. Porrò hanc (vt corrigamus quæ dicta ſunt in Notis ad idem Martyrologium) apparet eſſe diuerſam ab—

*Eadem pagina.* §. At præter hæc—*ibi*—quæ vulgaris poëta ille—*& quæ ſequuntur vſq; ad finem, paulo acriora ſic temperanda*—quæ vulgaris poëta ille, quamuis celebretur à multis, nimia licentia, dicam & temeritate, non ſine dedecore pietatis, in fabulas eſt auſus transferre quas cantat; non veritus ſacra ac veneranda martyris Acta in poëticum figmentum conuertere. At de virgin—

*Tom. 3. anno 311.* §. Hoc eodem anno 26. Sept—*ibi*—dies ſexdecim—*corrige*—dies viginti vnus—cum ali—

*Tom. 3. anno 312.* §. Clariſsima Romæ fuit Lateranorum familia—*in fine ibi*—& ædibus hactenus—*his hæc addas*—Sed non prætermittendum, nos vidiſſe paucos ante annos ibidem, dum fundamenta ædium effoderentur, repertas Aquæductus fiſtulas plumbeas impreſſum habentes Laterani nomen. Porrò his Fauſtæ ædib⁹ inhæſerunt ampliores ædes Conſtantini, quas idem Imperator maximè pius poſtea in baſilicam commutauit,

vt ſuo loco inferius dicetur. Sicque factum, vt primo domus Laterani, Fauſtæ ceſſerit, eademque facta domus Pontificum, donoque Conſtantini à quo aucta Conſtantiniana, baſilica fuerit nominata—Cum igitur—

*Tom. 3. anno 313. ibi* ἱεραρχῶ—*corrige*—ἱεράχει, ſed facili mutatione aliquem, ἱεραρχῶ ſcripſiſſe, vnde poſtea faciliimè καὶ μαρχῶ factum fuerit.

*Tom. 3. anno 324.* §. Verum quid aduerſus hæc ipſe.——*ibi*—— hæc ipſe non admittens omnino Criſpum à Conſtantino iuſſum occidi —*his hæc addas*— niſi magis ad Sozomeni excuſationem dicere velimus, non eò tendiſſe argumentum ipſius, vt neget Criſpi necem à patre Cônſtantino inferri iuſſam, ſed magis, cum Gentiles ſcriptores dicerent, ex nece Criſpi eueniſſe Conſtantini ad Chriſtum conuerſionem, ipſe Sozomenus vt hoc impugnaret, vtpote commentũ eorum, probare niſus ſit, longè ante Criſpi obitum, Conſtantinum iam fuiſſe Chriſtianum; ipſumque Criſpum plures vixiſſe annos, poſtquam pater religionem amplexus eſt Chriſtianam, qui vna cum eo pro Chriſtianis reſcripta dediſſe inueniretur, ſuperſtes ipſe vſque ad annum vigeſimum Conſtantini—Quod verò ad—

*Tom. 3. anno 325.* §. Sed enormior Photij error—*ibi*— regulam temporis tranſgrediuntur —*his hæc adde*— Sed ad dictorum omnium Græcorum auctorum excuſationem dici poſſe exiſtimauit doctiſsimus Iacobus Dauy Epiſcopus Ebroicenſis, librariorũ potius fuiſſe vitium, qui pro πολιός (quod eſt ſenex) ἥλιος ſcripſerint; dixiſſeque Photium Syluestrum ſenem mutuatum à Sozomeno nomen (licet ipſe neminem proprio vocet nomine) atque librarius itidem quod duo putauit eſſe illa nomina propria, pluralem addiderit numerum, dixeritque Romanæ Eccleſiæ Pontificibus, ita ipſe pio ſemper animo quærens quomodo quemque excuſet, magis quam erroris arguat —Sed hæc de—

*Tom. 3. anno 325.* §. Sed iterum ad ſenſum Canonis ——*in fine ibi poſt illa poſtrema verba*—— cumque à petitione repulſum —*iſta addas*— Nec ab his diuerſam rationem Patriarchalium ſedium Gelaſius Rom. Pont. inijſſe reperitur, dum in eo Romano Concilio, in quo actum eſt de librorum cenſura, tres enumerans ab ipſo Petro, vel Petri nomine inſtitutas Sedes, tradit Romanam, Alexandrinam, & Antiochenam Sedes eſſe Petri, earumque præcipuam eſſe Romanam, reliquas huic ſubiectas vicem ipſius in ſuis prouincijs repræſentare, in quarũ exemplum cæteras poſteriores ſedes Patriarchales poſtea ex priuilegio id ab ipſa Romana Eccleſia conſecutas eſſe eodẽ modo, quo inſtitutæ reperiuntur antiquæ, ſicq; innouarũ inſtitutione ſediũ intelligantur quæ fuerint in antiquis ſeruata: ex quibus etiam verba illa, de quibus eſt controuerſia, intelligi facilè poſsint. Exempli cauſa, reperitur Nouella conſtitutio Iuſtiniani Imp. 131. de Eccleſiaſticis titulis, ibique cap. 3. vbi agitur de erectione Eccleſiæ Primæ Iuſtinianæ in ſedem Patriarchalem, hoc ipſi ex more legitur priuilegium datum, vt in ſubiectis ſibi prouincijs locum obtineret Sedis Apoſtolicæ Romanæ, hæc inquam exempli cauſa inducta aperiunt ſatis ſenſum verborum illorum: Quod Romana Eccleſia ſemper habuit primatum, &c.] cum ſcilicet ipſa ex parte aliqua in alias propaget Eccleſias, quas conſtituit Patriarchales, quod accepit per Petrum à Chriſto —Qui autem—

*Eodem anno 325. paulò inferius.* §. Sed illud abſurdius ——*ibi*—— tamen quid hac de re— *his hæc adde*— profeſſus ſit Gelaſius in nuper citato Romano Concilio, ſic accipe: Quamuis (inquit) per orbem Catholicæ Eccleſiæ vnus thalamus Chriſti ſit: ſancta tamen Romana Catholica & Apoſtolica Eccleſia nullis Synodicis conſtitutis cæteris Eccleſijs prælata eſt, ſed Euangelica voce Domini & Saluatoris noſtri primatum obtinuit: Tu es Petrus, inquientis, & ſuper hanc petram, &c.] idipſum quoque reliqui omnes, cum de his agendi neceſsitas incubuit, ſed & quid præſertim Nicol.—

*Eodem anno 325.* §. Cæterùm tantum abeſt vt —*ibi*— verba Ioannis Hieroſolymorum Epiſcopi, qui poſt Cyrillum —*ſic corrige*— verba S. Hieronymi ad Ioan. Hieroſolymorum Epiſcopum, qui poſt Cyril.—

*Et ſequenti verſu ibi*— ab eodem S. Hieronymo recitata —*dele iſta ſicq; intelligatur toto illo capite, ea verba eſſe S. Hieronymi, non Ioannis.*

*Item poſt ſequentem verſum ibi*—— in qua hæc inter alia legebantur —*ſic corrige*— de qua epiſtola agens S. Hieronymus, in eum ſic inuehitur. Tu, qui,—

*Et poſt ſex verſus*——*ibi*—— ſic igitur dum ipſemet Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopus profitetur aduerſus ſe —*ſic corrige*— ſic igitur dum S. Hieronymus tradat ipſum interpellari potuiſſe—

*Et poſt tres verſus*—*ibi*— teſtificatione eiuſdem ſedis Epiſcopi —*ſic corrige*— teſtificatione tanti patris ibidem Hieroſolymis habitantis, quam procul—

*Eodem anno 325.* §. Cæterùm Nicænos Canones ——*in fine ibi*—— neſcio quo caſu penitus exci-



Digitized by Google

tus excidiſſe—*his hæc addas*—At hæc quantumlibet iure dici poſſe videantur: tamen conſiderando, quod qui poſt Nicænum Concilium ſcripti reperiuntur Canones ſacrorũ librorum catalogum continentes, vt à Concilio Laodiceno, ſiue à Patribus, vt Athanaſio, Greg. Nazianzeno, Amphilochio, vel alijs, in illis liber Iudith inter Hagiographa non numeretur; haud affirmandum omnino exiſtimarem, Canonem de libris ſacris ſtatutum eſſe à Nicæno Concilio, à quo neminem auſum fuiſſe recedere, iure debet exiſtimari. Sed non ex Canone de ſacris libris confecto id aſſeruiſſe S. Hieronymum, verum potius ex Actis eius, in quibus obiter citatus idem liber inuentus fuerit. Niſi dixerimus, librum, quem apud Occidentales in Canone ſacrorum librorum inuenerit, cum alijs Hagiographis annumeratum, exiſtimauerit ex Nicæni Concilij fonte manaſſe. Rurſum verò—

*Eodem anno & eadem pagina.* §. Rurſum autem Epiſcopi ipſi Africani——*& quæ ſequuntur vſq; ad finem capitis dele.*——Inſuper——

*Eadem pagina ſequenti.* §. Inſuper quod quæ antea——*ibi in fine*—hæc Athanaſius—*adde iſta.* At quidem ſicut cuncta iſta ſuperius recitata, ex Nicæno prodijſſe Concilio, dubitandi locus nullus relictus eſſe videtur tantis teſtibus id aſſerentibus: ita certos de his ſancitos fuiſſe Canones, & non magis ex eiuſdem Concilij Actis prodijſſe, haud adeò facilè affirmandum putarem.—Cæterùm—

*Tom. 3. anno 335. propè finem.* §. Hoc eodem anno pridie Kal.——*ibi*——menſes decem & diem vnum——*corrige*——menſes vndecim, vno minus die——Quod autem——

*Tom. 3. anno 336.* §. Quod autem ad Marci Papæ annos——*ibi*——decimaquarta die Februarij—*corrige*—decimaſexta Ianuarij—*& verſu ſequenti*—*ibi*—ſexta menſis Octobris—*corrige*—ſeptima menſis Octobris—*& ſequenti verſu*—*ibi*—menſes octo, minus diebus octo—*ſic corrige*—menſes nouem minus diebus nouem—De eodem—

*Eodem anno 336. inferius.* §. Addit Socrates ædificatum à Conſtantino——*ibi*——hæc Procopius—*his iſta adde*—Extant apud Dungalum aduerſus Claudium Taurinenſem recitati S. Paulini verſus complures ex Natali (vt citat) XI. S. Felicis de tranſlatione factâ per Conſtantinum imperatorem Sanctorum Andreæ atque Timothei Conſtantinopolim, qui ſic ſe habent—

*Nam Conſtantinus proprij dum conderet vrbem*
*Nominis, & primus Romano in nomine Regum*
*Chriſticolam gereret, diuinum mente recepit*
*Conſilium, vt quoniam Romanæ mœnibus Vrbis*
*AEmula magnificis strueret tunc mœnia cœptis,*
*His quoq; Romuleam ſequeretur dotibus Vrbem:*
*Vt ſua Apoſtolicis * numeret mœnia lætus* * muniret
*Corporibus, tunc Andream * deuxit Achiuis,* * deuexit
*Timotheumq; Aſia: geminis ita turribus extat*
*Conſtantinopolis magnæ caput æmula Romæ.*
*Verius hoc ſimilis Romanis culmine muris*
*Quod Petrum, Paulumq; pari Deus ambitione*
*Compenſauit ei, meruit quia ſumere Pauli*
*Diſcipulum cum fratre Petri. Nam quanta per iſtam*
*Sanctorum per longa viam diuortia terræ*
*Creuerit vtilitas ad noſtræ munia vitæ,*
*Ipſa docent hodieq; loca, in quibus illa beati*
*Rheda capax oneris poſita ſtatione reſedit,*
*Omnibus in ſpacijs, quacumq; aut manſio ſanctis*
*Corporibus, requieſq; fuit vectantibus illos*
*Sacratos cineres miris clamantia ſignis.*
*Nam diuina manus medica virtute per omnes*
*Eſt illic operata vias, qua corpora ſancta*
*Impreſſere ſacro veſtigia viua meatu.*
*Inde igitur ſuadente fide, data copia fidis*
*Tunc comitum ſtudijs, quædam vt ſibi pignora vellent*
*Oſſibus à ſanctis meruit decerpere fructum,*
*Vt quaſi mercedem officij, pretiumq; laboris*
*Præſidia ad priuata domum ſibi quiſq; referret,*
*Ex illo ſacri cineres quaſi ſemina vitæ*

*Diuerſis ſunt ſparſa locis, quacumq; ex oſſe minuto*
*De modica ſacri ſtipe * caperis exiguus ros*
*Decidit ingentes illic pia gratia fontes.*

* corporis.

*At fluuios vitæ generauit gutta fauillas.*] hucuſque S. Paulinus apud Dungalum. Quæ accepi à viro doctiſsimo Nicolao Fabro Pariſienſi vna cum alijs fragmentis eiuſdem auctoris quæ extent. Tribuit eandem tranſlationem S. Hieronymus in Vigilantium eidem Conſtantino Imper. alij autem Conſtantio; de quo dicetur inferius anno Chriſti 359. ——Fuiſſe autem——

*Tom. 3. anno 339. prope finem.* §. Nec mora——*ibi in fine*——Georgij——*corrige*——Gregorij facta——

*Tom. 3. anno 342.* §. Hic rurſus lectorem——*ibi*——Arbetione & Lollianæ Conſulibus——*ſic corrige*——Conſtantio & Iuliano Conſulibus——an. Dom.——

*Tom. 3. anno 347.* §. Prouinciæ autem Catholici orbis——*ibi*——ab eo numerantur trigintaquinque——*corrige*——ab eo numerantur triginta ſex——pro——*& ſequenti verſu ibi*——apud Socratem——*corrige*——apud Theodoretum——*& poſt ſequenti verſu*——*ibi*——nonnullæ ſunt prætermiſſæ——*corrige*——vna eſt prætermiſſa. *ibid. in margine vbi legitur*——Socrat. lib.——*corrige*——Theodoret. &c.——

*Tom. 3. anno 348.* §. Quoniam autem prius——*ibi*——vna cum triginta collegis——*corrige*——vna cum trigintaquinque collegis——Afric——

*Tom. 3. anno 351.* §. Hæc autem lex——*ibi*——abhorrerem penitus——*adde*——vt abhorruimus in Notis ad Martyrologium Rom. quas corrigas ex his quæ dicturi ſumus, vt qua à Seuero——

*Eodem anno 351.* §. Hoc eodem anno antequam Conſtantius——*ibi*——vltimum Pauli exilium——*adde*——per Philippum iuſſum——quem ſæpè——

*Tom. 3. anno 352.* §. Certè quidem ſi elapſa——*ibi*——quiſquam ex Orientalis Eccleſiæ Epiſcopis——*adde*——excepto Paulo, de quo anno ſuperiori dictum——ab Eccleſia——

*Tom. 3. anno 355.* §. Antequam autem cogeretur——*ibi*——hucuſque Arianorum ad Euſebium epiſtola——*his iſta ſubijcias*——Vocatus eſt autem idem Euſebius literis Conſtantij Imperatoris, cui ipſe iſtam reſcripſit epiſtolam quam accepimus nuper à Ioanne Stephano Ferrerio Epiſcopo Vercellenſi, ex Archiuo eius Eccleſiæ, quæ ſic ſe habet:

Euſebius Conſtantio Imp. Auguſto Sal.

Ego, clementiſsime Imperator, videns animum tuum Deo deuotum hoc cupere; quemadmodum per orbem terrarum firma pax Eccleſiaſtica permaneret: ſatis cum gaudio literas tuas accepi. Suſcepi etiam literas fratrum & Coepiſcoporum meorum, quibus hoc intimare dignati ſunt, vt plena mihi relatio per ipſos, quos tuæ parere * hoc neceſſarium duxi, Mediolanum venire properarem. Quidquid, domine Imperator, cum in præſentiam venero, iuſtū fuerit viſum & Domino placitum, id me factur ū promitto. Deus te cuſtodiat, glorioſiſsime Imperator.] hucuſque Euſebij epiſtola——Sed & ipſi Legati——

* iuſſioni in hoc

*Tom. 3. anno 355.* §. At quid in Euſebium——*in fine poſt illa verba*——& Italiæ metropolis——*his hæc adde*——Quod autem nos Maximi nomine citauerimus ſermonem illum qui apud S. Ambroſium numeratur 69. id Gennadius perſuaſit, qui libro quem ſcripſit de Illuſtribus ſcriptorib9 Eccleſiaſticis, cap. 40. recenſens S. Maximi Taurinenſis Epiſcopi ſcripta, hæc inter alia habet: [Fecit & duos de S. Euſebij Vercellenſis Epiſcopi & Confeſſoris vita tractatus.] cumque totidem ſint qui apud S. Ambroſium extant de S. Euſebio ſermones, & nihil ſit, quo S. Ambroſio tribui poſsint, vt ex ipſis apparet, alios ipſe ſecutus, citaui eos nomine Maximi, cum tamen re magis accuratè perſpecta, nec eos eſſe Maximi, dici poſſe, inde certum colligitur argumentum. Nam cum citatus ſermo ſcriptus eſſe inueniatur ab auctore qui vixit tempore Exuperantij Epiſcopi diſcipuli S. Euſebij, cuius illic honorifica mentio eſt, qui ſubſcriptus habetur vna cum S. Ambroſio Concilio Aquileienſi, celebrato anno Domini 381. planè diuerſum à Maximo Taurinenſi conſtituere eum oportet auctorem: nam idem S. Maximus longè poſt hæc vixit tempora, vtpote qui ſubſcriptus reperitur Concilio Romano ſub Hilario Papa anno 465. Quamobrem quinam duorum illorum ſermonum verè ſit, adhuc quærendum remanet——Sed antequam——

*Tom. 3. anno 359.* §. Cum igitur ambarum——*ibi*——ſanctus Venantius——*corrige*——ſanctus Gaudentius.

*Eodem anno inferius.* §. Hoc eodem anno dū adhuc——*ibi*——quinto Kalendas Septembris——*corrige*——quinto Kal. Octobris——atque——

*Tom. 3. anno 460.* §. Chriſtianæ haud dubium erant——*ibi*——dedicata verò opere

Conſtan-

Conſtantinæ——*ſic corrige*——At Dàmaſus totum id tribuit Conſtantinæ filiæ Conſtantini,quæ nupſit Gallo—prout

*Tom.3. anno 461.* §. Reliqua verò; quæ ad eius mores——*ibi*——an. Domini 327.——*ſic corrige*——an. Dom. 337.——

*Eodem anno inferius.* §. Euſtathius itaque fine——*ibi*——quod ex Eunomio videtur accepiſſe——*ſic corrige*——quod ex Manichæis videtur accepiſſe,ab ipſo verò Eunomius—quæ cuncta—

*Et eadem pagina inferius.* §. Si quis per ſuperbiam——*ibi*——ex officina impij Eunomij, vt dictum eſt,hoc ipſos mutuatos eſſe, vel à Manichæis accepiſſe dici poteſt——*ſic inuerſa locutio corrigenda*—ex officina Manichæorum,vt dictu meſt,& ex eis Eunomium accepiſſe dici poteſt, quem poſt Gangrenſe Concilium,quod celebratum conſtat Oſij tempore; vixiſſe liquet,vt hac ex parte etiam ea Euſtathio Sebaſteno minimè poſſe conuenire,certum, exploratumque reddatur——vt planè intel——

***Eodem tomo tertio emendanda recognouit autor ipſe quæ ſequuntur.***

*Anno Chriſti 306.* §. Poſtquam autem——*ibi*——ſeptimo Kalendas Octobr.——*corrige*——octauo Kalend. Octobr.

*Anno Chriſti 309.* §. Quibus Conſulibus——*ibi*——annos quinque——*corrige*——annos quatuor.——

*Anno Chriſti 322.* §. Propter Chriſpi——*ibi*——magis apparet——*hæc adde;*——nempè Chriſpum & Helenam licet diuerſo partu,& diuerſis matribus natos,tamen vno eodemque recurrente die editos eſſe, atque ita vnum eundemque etiam amborum diem natalitium celebrari, vel dicas—Chriſpum & Helenam—

*Anno Chriſti 337.* §. Iam ad nouos Imperatores——*ibi in fine*——ita Zonaras——*adde iſta*——Sanè quidẽ cum auitam ſortem Conſtantino primogenito ſuo tradidiſſe Conſtantinum patrem, Euſebius qui hæc optimè noſſe potuit, diſertè teſtetur: erroris quidem arguuntur qui dixerunt,Italiam & Africam eidem à patre traditas: nam eas prouincias Conſtantius auus ceſſerat Galerio Maximiano; vt ſuo loco ſuperius dictũ eſt. Ipſum verò in Gallijs, & Britannijs imperaſſe, hancque partem auitam à Conſtantino Magno Conſtantino filio traditam Euſebius affirmat,confirmat etiam a Theodoretus,qui hæc ait de ipſo: *Quo quidem tempore Conſtantinus filius Conſtantini Magni antea maximus, qui Galliæ verſus Occidentem Imperium obtinuit,literas ſcripſit,&c.*——Conſtantius autem cum—— a Theodor. lib.1.cap. 1.

QVARTVS Tomus incipit à Iuliano Apoſtata Imp. Liberij autem Pontificatus decimo,& perducitur ad obitum Theodoſij Auguſti continens annos triginta quatuor nempè an. Dom. 295. Siricij Pontificis XI. Theodoſij Imp. XVII. Sed & vide Auctoris Appendicem, quæ ita habet.

*Tom.4. anno Chriſti 362.* §. Porrò hos ignominia——*in fine ibi*——in Eccleſia celebratur——*hæc addas*——Sed quod dictum eſt,vſque ad tertium Idus Octobris Iulianum manſiſſe Conſtantinopoli: dicendum eſt,non vltimæ inde migrationis tempore hos Chalcedone eſſe paſſos, ſed ante, cum contigit, Iulianum illuc tam propinquum locum animi cauſa eſſe profectum, vt omnes conſueuerunt Imperatores, & alij Conſtantinopoli commorantes. Cæterùm, quod ad tempus ſpectat migrationis Iuliani Conſtantinopoli, ex Ammiano Zoſimus mendacij redarguitur, dum ait, decem illic menſes manſiſſe, ac proinde non ante tertium Idus Octobris Iulianum Conſtantinopoli receſsiſſe, quem iam ante illud tempus Antiochiam perueniſſe idem Ammianus oſtendit,dum poſtquam illic Iulianus aliquamdiu commoratus eſſet, Daphniticum templum illud famoſiſsimum conflagraſſe teſtatur 22. menſis Octobris. Cæterùm, eundem Iulianum recedentem Conſtantinopoli venturum Antiochiam in ipſo itinere pluribus in locis aliquantiſper ſubſtitiſſe dum oſtendit, æquè demonſtrat longè impoſsibile, quod ex Zoſimo infertur, vt non receſſerit Conſtantinopoli ante tertium Idus Octobris, dum vult illic menſibus decem manſiſſe——Poſt hæc——

*Eodem anno poſt ſequentem paginam.* §. Cæterùm has omnes contumelias——*ibi*——diximus in noſtris ad Romanum Martyrologium Notis——*his hæc addas*——Quod autem tam eius Martyris, quam aliorum, de quibus agetur inferius, natales dies conſignati in tabulis Græcorum vel Latinorum, conſentire minime reperiantur temporibus illis, quibus Iulianus iiſdem in locis manſiſſe legitur: planè dicendum eſt (quod & in Notis eſt ſæpius demonſtratum) nõ ſemper in Menologijs,ſeu Martyrologijs,poni diem quo ſancti Martyres paſsi ſunt, ſed interdũ eum notari quo inuenta, vel tranſlata ſunt eorundem veneranda

randa

randa corpora, vel in eorum memoriam baſilica dedicata, adeò, vt ex notata die in Eccleſiaſticis monimentis haud ſemper poſsit certa temporis eorũ martyrij ratio definiri.

*Eodem anno inferius.* §. Hanc quidem orationem — *ibi* — Libanium Rectorem Antiochenum ſcriptorum Iuliani, vt dictum eſt, cognitorem & arbitrum — *ſic corrige* — Libanium Rhetorem Antiochenum, cuius ſcripta Iulianus (vt dictum eſt) adeò admirari conſueuit — Cum tamen —

*Eodem anno inferius.* §. Cum verò quæſtio de Artemio — *vbi iſta habentur* — biduo poſt Artemij martyrium accidiſſe oportuit: nam eius Acta paſſum illum eſſe 13. Kalend. Nouembris — *adde iſta* — adeò vt vel in Ammiano vel in illis Artemij Actis errorem ineſſe oporteat, in quibus nõ ante incendium templi, ſed biduo poſt Artemius martyrio coronatus habetur — Porrò ante —

*Eodem anno inferius.* §. Fuit autem huic Iulianus — *in fine ibi* — vera cõnſcripſimus — *adde iſta* — Sed error in dierum numero reperitur: nam ex Ioanne Chryſoſtomo atque Sozomeno conuincitur ante eiuſdem templi incendium Theodoriti martyrium contigiſſe.

*Eodem anno inferius.* §. Id temporis ad hunc modum — *in fine ibi* — de cuius diuiſionis origine ſuo loco ſuperius actum eſt — *adde iſta* — Sed nec ſic liberatur Theodoritus quin arguatur erroris: nam ab eo tempore non anni octogintaquinque, vt ait, intercedunt vſque ad Alexandri electionem, ſed tantum ſexagintaocto, adeò vt dicendum ſit, errorem in Theodoretum irrepſiſſe — eadem quoque —

*Tom. 4. anno 364.* §. Imperator Valentinianus & Val. — *vbi dicitur* — æquiſsimus iudex & vindex — *adde iſta* — Si demus vnum eundemque fuiſſe Cæſarium, Gregorij fratrem, & hunc ad quem præſens Reſcriptum datum inuenitur; ſed hoc quidem multipliciter deprauatum inuenitur, ac primum dum in eius inſcriptione vterque Imperator Valentinianus & Valens prænotatus habetur, & dies promulgationis cõnſcribitur pridie Non. Februarij. Nam eo tempore tantũ abeſt, vt Valens fuerit cooptatus in Imperium à fratre (quod accidiſſe 5. Kalend. Aprilis, dictum eſt ſuperius ex Ammiano) vt nec ipſe Valentinianus adhuc creatus eſſet Imperator, quod contigit circa 5. Kal. Martij, vigeſimo ſaltem die poſt datum Reſcriptum. Nec eſt rurſus vt in annum ſequentem illud Reſcriptum referri poſsit, cum datum habeatur Coſs. Iouiano atque Varroniano. Sed & cum datum dicatur Mediolani ſecundum antiquam lectionem, neceſſariò dicendum ſit, ipſum tunc ſcriptum, cum illuc Valentinianus aduenit hoc ipſo anno; erratum verò fuiſſe in Reſcripto, vt vitio librariorum loco Sep. ſcriptum fuerit Feb. Sed & cum datum ipſum Reſcriptum habeatur ad Cæſarium Comitem rerum priuatarum, diuerſum hunc à Cæſarij fratre fuiſſe, poſſumus intelligere, quem creatum fuiſſe Quæſtorem, nõ Comitem rerum priuatarũ habet Gregorius eius Germanus; ſed & remanſiſſe in Oriente, in Occidentem verò tranſiſſe numquam, ex eodem poſſumus intelligere, ac proinde nõ ſub Valentiniano, ſed ſub Valente munus Quæſturæ exercuiſſe in Oriente. Vt ex his pateat duos eodem tempore fuiſſe Cæſarios, alterum ſub Valente in Oriente Quæſtorem, in Occidente alterum ſub Valentiniano Comitem rerum priuatarum — legitur —

*Tom. 4. anno 373.* §. In his verò illud in primis obſerua — *ibi cum dicitur prope finem* — à reliqua Eccleſia communicandum eſſet — *his adde iſta* — At non eo ſenſu à quoquam accipi velim hæc noſtra verba: Fidei decreta ſancire, & ſancita mutare] vt dictum exiſtimet, quod ſemel de Fide Catholica ab ipſo Romano Pontifice definitum eſt; idem ab ipſo mutari poſſe, atque contraria priori decreto ſanciri. Abſint hæc ab auditu fidelium, nimis enim craſſæ ſtultitiæ eſt id Orthodoxum quempiam affirmare. Sed ſecundũ quod à Domino dictum eſt Ieremiæ: *Conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas & plantes, deſtruas & ædifices*] non vt ab ipſo Propheta voluerit ſimul præſtari contraria, vt eadem quæ euelleret plantaret, & quæ deſtrueret, rurſum ædificaret, abſque præuaricationis nota, ſecundum illud Apoſtoli: *Si quæ ædificaui hæc deſtruo, præuaricatorem me conſtituo*] ſed intellixiſſe haud dubium voluit, vt operaretur illa circa diuerſa: ita dictum accipias de Romano Pontifice, ſancire decreta Fidei atque ſancita mutare; nimirum rectam fidem decreto ſancire, malè verò ſancitam à peruerſoribus delendo mutare, à cuius decreto cæteri Orthodoxi ita dependeant, vt quæ recipienda pronunciet, omnino recipiant, quæ verò reijciendo mutauerit, auerſentur; prout S. Gregorius Theologus, de quo eſt ſermo, feciſſe cõgnoſcitur ab eo dependens, vti perfectiſsimus Orthodoxus (quod profiteretur) in recipiendo vel damnando, ex ipſo Romanæ Sedis arbitrio, Apollinariſtas, nempè reijciendo ipſos quos ſciret damnatos ab ipſa, recipiendo eoſdem, quos ab eadẽ ſciret eſſe receptos, vtpote iam rectè Fidei conſentientes. His igitur —

Ierem. 1. Gal. 2.



Digitized by Google

*Tom.4. anno 377.* §. Hoc pariter anno, magno fauore — *ibi in fine inſcriptionis Symmachi hæc addas* — hactenus inſcriptio Symmachi, de qua moniti, errorem corrigimus, ſi quidem ſecuti fallaces duces, cum ipſis errauimus, dicentes hunc ipſum eſſe Symmachum Vrbis Præfectum, qui pro Ara Victoriæ laborauit. Verum erratum corrigimus, aſſerentes hunc ab eo diuerſum, parentem tamen ipſius prænomine Lucium Auianum, filium verò Quintum eſſe dictum, cuius tamen Vrbana præfectura non ante annum Domini trecenteſimum octogeſimum quartum contigerit, poſt annos ſeptem — *Quæ verò ſequuntur ab illis verbis:* — Adeò homo dexterrimus — *vſq; ad illa verba* — At viſis his quæ Principes — *omninò expungenda ſunt.*

*Tom. 4. anno 381.* §. Qui autem Aquileiæ — *ibi* — poſt longa diſsidia Ambroſio admonente — *iſta deleas, necnon citationem in margine* Ambr. epiſt. 82.

*Eodem anno inferius.* §. Auennius autem Sirmienſ — *in fine poſt hæc verba* — Laudenſis inter Sanctos relati — *adde iſta* — Qui ſequitur ordine Exuperantius Epiſcopus Dertonenſis, ille eſſe putatur diſcipulus S. Euſebij Epiſcopi Vercellenſis, de quo magna cum laude fit mentio in ſermone ſexageſimonono, ſed primo de S. Euſebio, apud S. Ambroſium — Qui autem —

*Tom. 4. anno 382.* §. Annuit Helladius Gregorio — *ibi* — ex more ab ijſdem ordinandum curauit — *adde iſta* — non adhuc autem conſolidata fuiſſe videntur & vſu recepta, quæ de facta diuiſione prouinciæ Cappadociæ in duas, ſunt dicta ſuperius, per quam Nazianzus ſub Metropolim Tyanenſem redacta videbatur: nam ſi conſtitiſſet, non Cæſarienſis Archiepiſcopi ſed Tyanenſis id muneris erat — ſed quid —

*Eodem anno inferius.* §. De Euſtochio verò minores ſunt — *ibi* — at de Euſtochio & Paula ſæpè dicendum inferius — *quæ autem ſequuntur poſt hæc de obitu Prætextati vſq; ibi* — redditus virginibus Veſtalibus iure debitos pendiſſe — *vt cuncta ſuis reddantur annis, agemus de eo poſt ſequentem annum, quo eum ex hac vita migraſſe, tribus Symmachi epiſtolis reddimur certiores. hic verò iſta ſubijcias* — Quod rurſum ad res geſtas anni huius ſpectat: promulgatum conſtat edictum ab Imperatoribus aduerſus Gentilicium idolorum cultum, nempe, vt reditus qui pendi Romæ ſolerent pro ſacris faciundis virginibus Veſtalibus, pendi omninò ceſſarent. hoc quidem hoc anno contigiſſe ex eo poſſumus affirmare, &c. — *vt inferius poſt ſequentem paginam.* §. Hoc quidem anno —

*Tom. 4. anno 384. in principio ibi* — de quo ſuo loco dicendum — *his iſta ſubijcias* — Hoc itaque anno, quo præfecturam Vrbanam Symmachus geſsit, Prætextatus magni nominis Senator, ſed gentilis, Conſul eſt deſignatus in annum ſequentem, ſed infeliciter accidit, vt antequam Conſulatum adierit, hoc ipſo anno moreretur. De tempore obitus ſatis liquet ex tribus Symmachi epiſtolis tunc datis de eius obitu ad Imperatores, quorum poſtremam Card. Baronius ibidem ſuæ inſerit Appendici: poſt illam verò ait. hucuſque Symmachi, ad Imperatores epiſtola de licentia erigendæ ſtatuæ Prætextato, more maiorum. Non eſt reiecta petitio, quando quidem obtinuit quod petijt Symmachus ab Auguſtis, vt memoria Prætextati ſtatua inſigniretur: nam quæ hactenus in eius baſi inſcriptio integra conſeruatur id admonet, quæ paulo inferius recitabitur. Erat adhuc Romæ tunc, cum iſta contigerunt, S. Hieronymus ſacra volumina Paulæ & Euſtochio alijſque ſanctiſsimis fœminis Senatorijs explicans: id enim importunè nimis ille ab eo præſente extorquere ſolebant, quod ab eo etiam abſente per literas id facere conſueuerunt — *his autem addas quæ ſuperius non ſuo loco poſita anno 382.* §. De Euſtochio verò memores — *ab illis verbis* — Porrò cum Romæ eſſet idem ſanctus Hieronymus hoc tempore eidem ſanctæ Paulæ — *& quæ ſequuntur per totam paginam & ſequentis initium vſq; ad illa verba* — de quibus omnibus pluribus egit Symmachus — *incluſiuè. poſtea mox ponere pergas quæ ſunt huius anni exordio ſcripta ab illis verbis* — Cum igitur Symmachus vrbana fungeretur præfectura —

*Tom. 4. anno 392.* §. Metuo ne & tu nobis — *ibi* — minus diebus duobus — *corrige* — minus diebus octo contigit numerari: tot enim deſunt dies à 15. Maij quo obijt, vſque ad vigeſimamtertiam Nouembris, qua fuerat adſcitus in Imperium, vt impleatur menſis — ſiquidem —

*Tom.4. anno 393.* §. Inter hæc autem dum controu — *ibi* — epiſtolam Ioannis — *corrige* — epiſtolam Epiphanij.

*Tom. 4. anno 395.* §. Iam habes Lector occaſione Conſulum — *ibi* — ex Probo & Proba genitos filios quatuor, Olybrium, Probinum, Probum, & Iulianam, ex Iuliana & eius viro Claudio Hermogeniano Olybrio — *ſic corrige* — ex Probo & Proba genitos tres filios Olybrium, Probinum & Probum, ex Olybrio & Iuliana prognatam vnicam — *Sic &*

*ſuperius & inferius ſequenti Tomo, vbicumq; dictum inuenis Iulianam filiam Probæ, pro filia corrige nurum, & in Proba loco matris, ſocrum reſtituas, inferius verò cauſa huius correctionis apponetur ſuo loco.*

Et verò in hoc quoque *Quarto Tomo anno 371. §.* monet addendum eſſe quod aduerſus Ioannem Arcam Sardum ſcribit. Is enim Luciferum Calaritanum ſchiſmaticum enumerat inter Sanctos. Vide ibidem, Et in hoc noſtro Apparatu in verbo, Ioannes Arca.

### *Tomo quarto, hæc quæ ſequuntur addi & emendari voluit.*

*Anno Christi 362. §.* Quod ad tempus reditus Meletij — *ibi* — affirmare neceſſe eſt— *quæ poſt hæc ſequuntur vſq; ad illa verba* — ſed iam Luciferum — *dele, quorum, loco hæc reſtituas* — Iam ante Valentis Imperium, eum Antiochiam rediiſſe, à quo inde pulſus eſt, cum imperare cœpiſſet; ſicque ſub Iouiano Imperatore reuerſum, ſub quo anno ſequenti liquet Synodum Antiochiæ celebraſſe, vt ſuo loco dicetur — Iam ad Luciferum —

*Anno Chriſti 363. §.* Iſta quidẽ de hæreticis — *poſt illa verba* — & Macedonianum dogma reiecerunt. — *hæc adde* — poſt hæc edita miſſam ab amico doctiſsimo Frontone Ducæo hanc quam ſubijcimus accepimus ſchedam de germana lectione & reſtitutione textus S. Hieronymi, qua ſic inquit: *At in codice manuſcripto S. Victoris ad muros Pariſienſis vrbis, & in aliјs pluribus ita legitur: In qua homouſio, anomæoq; reiecto medium inter hæc homœuſion receperunt, & Macedonianum dogma vindicauerunt.* Pergit: *Quæ lectio planè vera eſt & legitima:* ὁμοούσιος *dicitur Chriſtus, id eſt, eiuſdem ſubſtantiæ cum Patre à Catholicis, ab Arrianis verò* ἀνόμοιος, *id eſt, diſsimilis ſubſtantiæ, Meletiani verò intermedium quid meditati,* τὸ ὁμοιούσιον, *ad inuenerunt, id eſt, vt dicerent, non eiuſdem, ſed ſimilis ſubſtantiæ eſſe filium, atq; ita diſcrimen erat vnius literæ, id eſt,* τῷ ὁμοουσίῳ *inſertæ Sanè quidẽ apud Socratem lib. 3. c. 21. & apud Sozomen. lib. 6. c. 4. planè fallax & inſidioſa videtur afferri,* τοῦ ὁμουσίου *interpretatio à Meletianis: ſic enim loquuntur, Filium ex Patris ſubſtantia genitum, Patri ſecundum ſubſtantiã ſimilem. At eorũ dolos retegit ſanctiſsimus Athanaſius in refutatione hypocriſis Meletij, Euſebij, & Pauli Samoſatenſis; ſiue quis alius ab Athanaſio Tom. 3. Qui enim,* inquit, *Filio adimit, ne ſit conſubſtantialis Patri, ſed ſimilem eum ſtatuit, Deum eum eſſe negat.* Hucuſque in ſcheda. At ex ea primo dicendum, huiuſmodi lectione veteres omnes mendacij arguendos eſſe, qui dixere, ab eiſdem Arrianis comprobatam eſſe Nicænam fidem: attamen poſt Socratem, & Suidam ſuperius citatos, qui proximè recitandus eſt Marcellinus & alij, aſſerunt, dictos Arrianos in hoc Concilio Nicænam fidem eſſe profeſſos. At ſi aſſeruiſſent Patri Filio ſimilem, non conſubſtantialem, non vtique Nicænam fidem profeſsi eſſent, ſed magis Macedonianam perfidia, qua negabatur conſubſtantialitas, & aſſerebatur Filij cum Patre ſimilitudo. Sed nec negari poteſt ſubſcripſiſſe eoſdem Arrianos Nicænæ fidei, cuius Symbolum in ſua ipſorum ſynodali Epiſtola ad Iouianum Imper. intexuerunt, vt nuper eſt proditum, ſecundum quam ipſorum ſubſcriptionem Marcellinus ipſe licet ſchiſmaticus — *& quæ ſequuntur vſq; ad illa verba* — ad Theodoſium ſcripſit — *quibus addas quæ ſequuntur* — Quin Socrates, vt vidimus, teſtatur expreſsius, Arrianos in hoc ipſo Concilio conſubſtantialitati Filij cum Patre aſſenſos eſſe, adeò vt non Arrianus tantum error, ſed & Macedonianus videri poſsit in hac Synodo eſſe damnatus. Ex horum igitur firmiſsima aſſertione dicentium, receptam in hac Synodo ab Arrianis Nicænam Synodum, cum voce conſubſtantiali, facta eſt recitata ſuperius reſtitutio textus S. Hieronymi. Veruntamen quod intelligi poſsit ex ſua ipſorum Epiſtola ad Iouianum Aug. Arrianos non ſimpliciter vocem recepiſſe conſubſtantialis, neque abſolutè Nicænum Symbolum profeſſos eſſe, ſed appoſita ſua ipſorum interpretatione, qua dicerent, ita Patres in Nicæno Concilio vſos eſſe ea conſubſtantialitatis voce, vt ſignificarent, Filium Patri ſimilem ſecundum ſubſtantiam: vt quoquo modo dicta lectio codicis ſancti Victoris ſubſiſtere poterit, ita dicendum, nonniſi ad fallendum, & circumueniendum nouum Imperatorem, nominibus Nicæni Concilij & cõſubſtantialis, eſſe vſos hæreticos Arrianos, id tantum lucratos, vt ex Arrianis euaſerint Semiarriani, non autem penitus orthodoxi. Sicque non expreſsè, vt ponitur in codice S. Victoris, reiecerint verbum conſubſtantialis (nec enim id potuit ſenſiſſe & ſcripſiſſe S. Hieronymus) cũ intexuerint illi ſuæ ipſorum Epiſtolæ ſynodali Nicænum Symbolum, cui & ſubſcripſerint; ſed quod (vt dictum eſt) per dolum malum, captioſam fallaciam, atque ſubdolam interpretationem videri voluerunt orthodoxi Nicænæ fidei profeſſores, qui re ipſa eſſent Semiarriani, cum Macedonianis ſentientes. — Qui autem in hæreſi Arriana —

*Anno Chriſti 373. §* Quod autem ad huius anni — *ibi* — nec fuerit — *corrige* — vt vix fuerit aliquando audita — Erant —



Digitized by Google

*Anno Chriſti 365.* §. Eo defuncto Gratianus — *ibi* — ratum habuit — *adde.* Quod autem Ammianus eum quadrimum fuiſſe teſtetur, haud probari poteſt: aduerſatur enim Socrates, qui cum natū affirmat Conſſ. Gratiano & Dagalaipho, hac ratione hoc anno nouennem fuiſſe, aſſerere oportet. Confirmant & Tabulæ conſulares, dum anno Chriſti 369. habent Conſules Valentinianum nobilem puerum & Aurelium Victorem. —

*Anno Chriſti 383.* §. Quod in primis occurrit — *ibi* — agens octauum — *corrige* — agens ſextum —

*Anno Chriſti 392.* §. Metuo ne & tu — *ibi* — vigeſimum primum — *corrige* — vigeſimum ſeptimum inchoatum: ſiquidem ſub Gratiani & Dagalaiphi Conſulatu natum vidimus: ſententiam autem Ammiani, qua eum fuiſſe quadrimum teſtatur anno 375. ſecundum quam dicendus eſſet obijſſe annum ætatis agentem vigeſimum primum, ſuperius confutauimus — Sic igitur —

*Anno Chriſti 395.* §. Cæterum quod ait ipſe Ambroſius — *ibi* — annos natus viginti — *corrige* — annos natus decem & octo — Honorius —

QVINTVS Tomus incipit ab exordio Imperij Arcadij, & Honorij Augg. an. Dom. 395. vſque ad annum 440. continens annos 45. ita diſpoſitus, vt commodè Sextus Tomus à S. Leone Magno Pont. Max. inchoetur.

In hoc autem Tomo, cum quod putas fuiſſe tertium Carthaginenſe Concilium, ſiuè ſecundum, cui Genedius præfuit, animaduerterit eſſe vltimum, ac proinde Conciliorum ſeriem eſſe mutandam, plures rationes affert, cur locum illum emendauerit. Sic autem ille inquit.

*Tom. 5. anno Chriſti 397.* §. Quod autem tertium hoc dicitur Conc — *ibi* — ſed errore quidem lapſus, dum ante illud exiſtimauit, &c. *vſq; ad ſequentis capitis exordium, quod incipit* — Rurſum verò — *de illa; atq; eorum loco iſta reſtitue.* — Secundū verò nominauit, quod ante iſtud collocauit, celebratum (vt ponitur) Valentiniano Quarto & Theodoſio. Sed manifeſtus eſt ibi error in Conſulum nota, ſi quidem nuſquam reperitur Valentinianus Auguſtus geſsiſſe Conſulatum cum Theodoſio, ſed cum Neoterio, an. Chriſti 390. Hæc Baronius Card. quæ deinceps varijs rationibus roborat: quas nos in Apparatu noſtro inſeruimus, vbi ſeriem Carthaginenſium Conciliorum oſtendimus. Vide in verbo, Carthaginenſe vltimum Concilium.

*Tom. 5. anno 398.* §. Sic igitur extincto Gildone — *ibi* — ab ijſdem Imp. reperitur datum eſſe Reſcriptum — *ſic corrige* — Ab Honorio, & Theodoſio Imperatoribus reperitur datum eſſe Reſcriptum — ad Don —

*Tom. 5. anno 399.* §. Quænam autem poſt ſcriptas hoc anno ab Anaſt — *ibi* — Hoc autem anno id confectum eſt, vt vno eodemque tempore — *ſic corrige* — Quo quidem anno & non antea id confectum eſt, vel potius ſequenti, ſecundum alios — vt vno —

*Tom. 5. anno 402.* §. Sed vnde hæc querela Chryſoſtomo — *ibi* — quam aduerſus Rufinum ſequenti anno — *ſic corrige* — quam aduerſus Rufinum poſt hæc præſenti anno — ſcripſiſſe —

*Eodem anno 402.* §. Verum ante hæc quæ inter ſe — *ibi* — Rurſum idipſum — *& cætera quæ ſequuntur ſequenti verſu vſq; ad illa verba* — Tertio verò loco — *excluſiue dele.*

*Tom. 5. anno 404.* §. Quod rurſus ad Africanæ Eccleſiæ res geſtas — *in fine poſt illa verba* — Felix his geſtis ſubſcripſi — *his hæc adde* — Poſt hanc Felicis ſubſcriptionem ſubijcienda ſunt iſta, quæ inter cætera antiqua monumenta à Nicolao Fabro Pariſijs accepta, ex Bibliotheca Col. Geruaſiani deſcripta, in cuius codice in fine libri S. Auguſtini de hæreſibus ad Quoduultdeum, hæc poſita leguntur.

Tu verò Lector vide iſtam ſubſcriptionem ſat vberem tum in eadem Baronij Card. Appendice ad decimum Tomum, tū in noſtro hoc Apparatu in verbo, Felix Manichæus, vbi eadem opera liquido noſcuntur, quæ nam erant capita Manichæorum, quæ conuerſi eiurare & deteſtari debebant.

*Tom 5. anno 406.* §. At res tanta nihil eſt vt — *in fine poſt illa verba* — hæc Paulinus — *his hæc adde* — Sanctus verò Paulinus ille Nolanus Epiſcopus tribuit tanta iſta Apoſtolorum principibus Petro & Paulo Vrbiſque martyribus, cuius hos verſus ex Natali XII. S. Felicis recitat Dungalus ſcribens contra Claudium Taurinenſem cum hoc titulo:

De exercitus Gothorum cum ſuo Rege interitu.

*Pluribus hæc etenim cauſa eſt curata patronis,*
*Vt Romana ſalus & publica vita maneret.*
*Hic Petrus, hic Paulus proceres, hic Martyres omnes,*
*Quos ſimul innumeros magna tenet ambitus Vrbis,*



Digitized by Google

*Quoſq; per innumeras diffuſo limite gentes*
*Intra Romuleos veneratur Eccleſia fines,*
*Sollicitas ſimul impenſo duxere precatu*
*Excubias, felix mens hiis velut vnus eorum*
*In precibus pars magna fuit, ſed ſumma petiti*
*Muneris ad cunctos nulli priuata, refertur.*] Hucuſque de his Paulinus.—— ſed de tanta vict——

*Tom.5. anno 407.§.* Cum inter hæc omnia trimeſtris—— *in fine ibi* —— menſes ſeptem & dies octo —*ſic corrigito*— menſes ſex & dies viginti — De funere—

*Eodem anno 407. §.* Hoc eodem anno Honorius Imperator qui ſeueris edictis — *ibi* — ſub duobus Conſtantijs Conſulibus, ſeu Conſtantino & Conſtantio data legitur — *quæ ſequuntur vſq; ad exordium ſequentis §. qui incipit:* Hoc eodem anno VVandali — *delenda ſunt, quorum loco iſta ſubijcias* — niſi potius ex Codice Iuſtinianeo emendandos eſſe dicamus errores, qui in Gregorij epiſtolam irrepſerunt, vt cum malè iungitur Conſulatus ſeptimus Honorij cum tertio Theodoſij: nam octauus illius cum tertio non cum ſecundo Conſulatu huius in Faſtis ponitur. Sed & ex ipſo Legis titulo, qui inſcribitur vtrobique Honorij & Theodoſij, ſuademur vt inhæreamus lectioni codicis Iuſtinianei: nã ſub hoc ſeptimo Honorij Conſulatu Theodoſium nondum imperare cœpiſſe, ſed ſequenti anno poſt mortem Arcadij, certum eſt. Adeo, vt vel in Gregorij epiſtola coniungendum ſit, vt loco ſeptimi ponatur Honorij Conſulatus octauus cum tertio Theodoſij, vel ſequenda ſit lectio codicis Iuſtiniani, vt ſub duobus Conſtantijs ex illa ſancita dicatur — Hoc eodem anno VVandali —

*Tom. 5. anno 408. §.* At nos quæ hinc inde —— *ibi cum dicitur* —— Vigebat recens lata lex Honorij pro Eccleſiaſtica immunitate — *& quæ ſequuntur vſq; ibi* — Sed & accidit — quæ delenda ſunt, & eorum loco hæc reſtituenda — At necdum lata eſſe potuit tunc lex illa Honorij pro Eccleſiaſtica immunitate de confugientibus ad Eccleſiam, anno ſuperiori à nobis recitata, vbi & correctum eſt mendum in eam illapſum, demonſtratumque nõ ante ſequentem annum potuiſſe eſſe ſancitum ſub tertio Theodoſij Conſulatu cum Honorij tertio — Sed & accidit —

*Tom.5. anno 410. §.* Quod autem hic dicitur à S.Hieronymo —— *inferius ibi* — fuiſſe eidem ſanctiſsimæ fœminæ duos filios, quorum prior —— *ſic corrige* —— fuiſſe ſanctiſsimæ fœminæ, vt nuper dictum eſt, tres filios, quorum Olybrius ante Vrbis ex —— *& paulò poſt vbi dicitur* —— ſed quonam pacto Demetrias —— *vſq; ad ea verba* —— Quomodo autẽ Probæ —— *deleas, eorumq; loco iſta ponas* —— Ex hoc loco S. Hieronymi & duobus alijs S. Auguſtini, emendamus quod auctoritate antiquarũ inſcriptionum, quæ à nobis poſitæ ſunt in fine Tomi ſuperioris, & auctoritate Auguſtini alicubi dicentis Iulianam filiam Probæ, poſuimus, cum tamen re vera Probam non matrem Iulianæ ſed ſocrum, Iulianamque non filiam, ſed nurum eius fuiſſe, idem S. Auguſtinus pluries docet, vt in epiſtola ad Probam de orando Deum, & in libro ad Iulianam ipſam, de bono viduitatis, in quibus eius ſcriptis illa ſocrus, iſta nurus nominata reperitur, quibus conſentiunt quæ audiſti hic ex Hieronymo recitata, dum Demetriadem filiam filij Probæ fuiſſe habet, vt de his nulla penitus dubitatio eſſe poſsit. Sed quærendum adhuc remanet, quæ fuerit illa Iuliana quæ in recitatis inſcriptionibus dicitur filia Probæ, ab hac Iuliana matre Demetriadis planè diuerſa — Quomodo autem Probæ —

*Et paulò poſt eodem anno. §.* Hic verò tantum —— *ibi* —— Proba cum Iuliana filia —— *corrige* —— Proba cum Iuliana nuru ——

*Tom.5. anno 414. in fine. §.* Hoc item anno qui Cyrilli — *ibi* — primus numeratur — *corrige* — ſecundus inchoatus numeratur — die —

*Tom. 5. anno 419. §.* Cum igitur ex his omnibus quæ —— *ibi* —— triginta eiuſdem prouinciæ Epiſcopi — *corrige* — trigintaquinque (vt Athanaſius docet) eiuſdem prouinciæ Epiſcopi — præſto —

*Et inferius. §.* Quod ſi neges — *ibi* — triginta Epiſcopi Africani — *corrige* — triginta quinque Epiſcopi Africani — interſ—

*Tom.5. anno 422. §.* Quæ autem tunc acta —— *ibi* —— cum Auxentio — *corrige* — cum Paſcentio —

*Tom. 5. anno 423. in principio* — *ibi* — menſes quinque & dies vndeuiginti —— *ſic corrige* — menſes ſeptem minus diebus duobus — Vixit autem —

*Tom. 5. anno 425. §.* Hoc eodem anno Atticus —— *ibi* —— hæc Socrates —— *adde iſta* — Sed error irrepſit in aſſertum ab eo numerum annorum ſedis Attici, nam non annos viginti



Digitized by Google

ginti vnum,ſed tantum decem & nouem, menſes ſeptem, minus diebus tribus ſediſſe,reuera reperitur: nam idē ipſe atque Sozomenus teſtantur,ſedere cœpiſſe an. Chriſti 406. tertio Idus Martij, & hoc anno, ſexto Idus Octobris mortuus eſt. Vacauit—

*Tom. 5. anno 430.* §. Theodoſij igitur haud mens fuit—*ibi*—ſucceſsit hic Quoduultdeo,qui Aurelio fuerat ſubrogatus—*ſic corrige*—ſucceſsit hic Genedio,qui à viuente adhuc Aurelio ſibi fuerat ſubrogatus, vt ſuperius cum actum eſt de ſecundo Concilio Carthaginenſi, eſt demonſtratum. Capreolum autem ante nō poſt Quoduultdeum ſediſſe, ex Victore Vticenſi poſſumus intelligere, hæc quo ad S. Auguſtini ad Synodum vocationem—Cōnſidera—

*Tom. 5. anno 431.* §. Quod rurſum ad legationes Occidentales—*ibi*—qui in locum (vt dictum eſt) Quoduultdei fuerat ſubrogatus—*ſic corrige*—qui in locum Genedij, vt dictum eſt, fuerat ſubrogatus—Iſte igitur—

*Eodem anno 431. inferius.* §. Illi tamen Deo volente—*ibi*—à tempore nimirum aduentus Ioannis Epiſcopi Antiocheni—*ſic corrige*—à tempore quo Cyrillus & alij Epiſcopi ad Synodum conuenerunt circa principium menſis Iunij—quo huiuſmodi—

*Tom. 5. anno 431.* §. Quod verò Victor res VVandalorum—*poſt illa verba*—ad Pacatum inſcripta profitetur—*hæc adde*—Poſt hęc autem à nobis edita,contigit ad nos mitti Florentia à Magno Duce Hetruriæ Ferdinando epiſtolas eiuſdem S. Paulini, deſcriptas ex antiquo codice Bibliothecæ Mediceæ, poſt quas inerat Vranij de vita & obitu ipſius Paulini ad Pacatum ſcriptio, in qua integrè abſque vnius apicis diminutione legitur tota illa hiſtoria de redempto à S. Paulino ſui permutatione filio viduæ vſque ad eius ex Africa Nolam reditum, prout à S. Gregorio deſcripta legitur, vt euidenter appareat, ea quæ ab eo in Dialogis de S. Paulino ſcripta leguntur, ab Vranio ipſum totidem verbis exſcripſiſſe. Sed quid accidit? Cum videret librarius,vel quiſquis alius ille fuerit, eadem quæ ab Vranio narrantur, ſcribi pariter à S. Gregorio: ſuperfluum exiſtimans repetere eadem,decentius verò ipſa exſcribere ex S.Gregorio Papa longè celebrioris nominis auctore; eadem præterijt in Vranio, quæ inferius deſcriberet ex Gregorio. Verum fidelius actum per ſcriptorem Medicei Codicis, quem non piguit poſt deſcripta ea omnia, vt inuenit in illa Vranij lucubratione, rurſum eadem (relicto Codice vt inuenit integro abſque decurtatione) deſcribere ex S. Gregorio, cui hoc nomine debemus plurimum, dum adeò nobilem hiſtoriam ex quo primum fonte manarit, oſtendit, nempè ex Vranio, qui eiuſdem S. Paulini tempore vixit, ex eo verò ipſa fluxerit in Gregorium, qui poſt eum annis fermè ducentis ea deſcripſerit: non autem econtra ex Gregorio in Vranio cōnſutam vllo modo aliquis dicere poterit, qui in Vranio connexionem verborum & ſententiarum ipſius accuratè conſiderabit, in quibus ſciſſuram facilè recognōſcet. At de ipſa hiſtoria ab Vranio primum deſcripta hactenus—Porrò eius obitum—

*Tom. 5. anno 432.* §. Illis verò non credentibus ſed contradicentibus—*in fine poſt illa verba*—hucuſque Gregorius—*hæc addas*—ſed vbi Laudiacum dicitur, reſtitue Langiacum eſt oppidum ſex millibus Gallicanis diſtans ab ipſa Turonenſi Ciuitate, ſitū ad flumen Ligeris quod vulgo vocatur Langey—

*Tom. 5. anno 436.* §. Hoc eodem anno Ioannes—*& quæ ſequuntur vſq; ad finem, quæ omnia hinc dimouenda, reſtituendaq; in locum ſuum, anno Chriſti 440. in fine ipſius, totidem verbis, tantummodo his mutatis, vt cum dicitur.* verum anno ſequenti—*corrige*—verum cum anno præſenti—extent—*Et paulò inferius ibi*—Theodoreti ad Dominum epiſtolam reddemus ſuo loco anno ſequenti—*corrige ſic*—Theodoreti ad Dominum epiſtolam reddimus ſuo loco anno præſenti.

*Tom. 5. anno 438. in principio*—*ibi*—decimoſexto Kalend. Februarij—*corrige*—ſexto Kal. Februarij—venerand—

### *Tomo Quinto, in poſtrema recognitione haſce additiones & correctiones quæ ſequuntur inſeri credidit,*

*Anno Chriſti 403.* §. Qui autem tanti—*ibi*—Tam trigeſimus—*corrige*—Nondum trigeſimus agebatur—

*Et paulò inferius ibi*—Sanè quidem—*vſq; ad illud*—At quod ad Alaricum ſpectat—*dele atq; iſta reſtitue*—dixit Claudianus: *Trigeſima currit bruma fere.* Satis indicans, nondū fuiſſe annos triginta ab egreſſu Gothorum, quem cum contigiſſe diximus ſub Conſulatu Valentis quinti, & Valentiniani Iunioris an. Chriſti 376. hic annus numerandus erit 27. ab eorum ingreſſu—Quod ad Alaricum ſpectat—



Digitized by Google

SEXTVS Tomus ab anno quadringenteſimo quadrageſimo, perducitur ad annum vſque quingenteſimum duodeuigeſimum, vt ſeptimus inchoetur ab Imperio Iuſtini ſenioris,& complectatur annos ſeptuaginta octo. In quo —

*Tom.5. anno Chriſti 441.* §. Rurſum verò qui huic — *ibi* — quæ falſo nomine inſcribuntur Euſebij Emiſſeni — *his hæc adde* — cum alioqui haud dicendum ſciamus, illas omnes eſſe Eucherij, cum inueniantur aliquæ eſſe Hilarij Arelatenſis, Fauſti verò Rhegienſis aliquæ. Porrò aliàs à Lugdun —

*Et eodem anno inferius.* §. At quod non prætermittendum eſt — *ibi* — cum tamen non niſi vnum Eucherium — *& quæ ſequuntur vſq; ad finem* — *ſic corrigito* — Cum tamen etſi duo Eucherij cogniti habeantur, vt ſuo loco dicendum eſt inferius, vtrumque tamen fuiſſe Epiſcopum conſtat, præter hunc de quo eſt ſermo, ſcimus & alium hoc ſæc —

*Eodem anno inferius.* §. Qui huic —— *ibi* —— poſt Rauennium Eonius — *adde* — & poſt eum Leontius, cui —

*Tom.6. anno 442.* §. Sub eodem Dioſcori Conſulatu —— *ibi* —— ſed cur non potius pro Vaſenſe Vaſatenſe dixerimus. *& quæ ſequuntur vſq; ad illa verba* — Admonemus accuratum Lectorem — *ſunt delenda, & eorum loco iſta reſtituenda poſt illa verba* — Vaſionenſem appellandum putant — *hæc adde* — non autem Vaſatenſi à Vaſatis (quod corrigendum perperam dictum proponimus) nam ſunt Vaſates populi propè Burdegalam, verum qui huic ſynodo interfuerunt Epiſcopi, Arelatenſis potius fuiſſe prouinciæ certum eſt,& procul abhorret vt ipſi Vaſatis conueniſſe dicantur —

*Et quod eodem capite habetur inferius* —— *ibi* —— ſeu potius Vaſatenſi — *corrige* — ſeu potius Vaſionenſe —— *Sic & anno 463.* §. Fuit autem tunc —— *ibi* —— ſeu Vaſatenſi — *corrige* — ſeu Vaſionenſe —

*Tom.6. anno 444.* §. Nullum quidem verius —— *ibi* —— ante annos ſeptem — *corrige* — ante annos quatuor —— *& paulò poſt* — ante ſeptem quidem annos — *corrige* — ante quatuor quidem annos —— *& inferius eodem capite* — *ibi* — iam ſeptimum annum — *corrige* — iam quartum annum —

*Tom. 6. anno 445.* §. Suis vnaquæque prouincia — *ibi* — erat Leontius iſte Epiſcopus Foroiulij in Gallia Narbonenſi celebris fama vir — *his hæc addas* — At planè ab hoc diuerſus ille fuit Leontius, qui poſtea eiuſdem Arelatenſis Eccleſiæ Epiſcopatum rexit, de quo ſuo loco dicendum — ad quem —

*Eodem anno 445.* §. Cæterum quod ad S. Honorati genus —— *ibi in fine* —— Gennadius auctor eſt — *adde iſta* — quem tamen corrigas ex his quæ dicentur inferius anno quadringenteſimo quadrageſimonono, ad quem annum S. Hilarius perueniſſe demonſtratur, deceſsiſſeque ſub Conſulatu Aſterij & Protogenis, ſub Theodoſio & Valentiniano Impp. — Hucuſque in pref —

*Tom. 6. anno 445. in fine poſt illa vltima verba* — Marcellinus affirmat — *adde iſta* — quorum ipſe meminerat anno ſuperiori, ſed per anticipationem, vt aliàs feciſſe noſcitur: nos verò vt ſingula quæque ſingulis reddamus annis, hic eadem collocamus.

*Tom. 6. anno 449.* §. His igitur diſpoſitis, ad Kal. Auguſti —— *inferius poſt hæc verba* —— hæc de indicta Synodo liberatus —— *his hæc addas* —— Cum autem iſta de Oecumenico celebrando Concilio ore multorum iactari cœpiſſent; hæcque literis Domini Epiſcopi Antiocheni Theodoretus Cyri Epiſcopus accepiſſet: exiſtimans iſta curari per Dioſcorum Alexandrinum Epiſcopum quē patiebatur aduerſarium, quo futuræ Synodi OEcumenicæ decreto duodecim illa vulgata Cyrilli capitula, quorum cauſa diu multumque fuerat altercatum, comprobarentur: hanc tunc ad eundem Dominum epiſtolam reddidit, quæ inter eius epiſtolas Græcè ſcriptas in codice Vaticano numeratur 110. atque ſic ſe habet:

Theodoretus Epiſcopus Cyri Domino Epiſcopo Antiochiæ.

Eam igitur Epiſtolam ſat longam, quæ maximè fuit ad annum illam anno 449. habitam de triginta capitulis Baronius Card. à Federico Metio Thermularum Epiſcopo Latinè redditā inſeruit Appendici iſti decimi Tomi. Et verò Theodoreti Epiſtola illa extat in Vaticano Codice, vbi numeratur 112.

*Inferius eodem anno 449.* §. Quod autem nobis hactenus fuerat incompertum — *poſt recitatam Leonis epiſtolam, & hæc quæ ſubijciuntur verba* — conſentiens his quæ ex Gennadio ſuperius diximus, ipſum iam obijſſe diem tempore Theodoſij & Valentiniani — *ſic corrige* — Ex quibus redarguas Gennadium aſſerentem, eum defunctum eſſe tempore Valentiniani & Marciani Impp. — Quo pariter anno —

*Tom. 6. anno 450.* §. At nec in his quidem fides — *ibi* — vt inde transferendum peteretur

tur corpus eius——*adde iſta*——ſed in eo manifeſti erroris indarguendus eſt Nicephorus; dum ait ſeptem annos Pulcheriam in Septimo vitam primatam duxiſſe, cum eius ibi manſionis vix annos quatuor numerari contingat, cum eo perfecta ſit non ante quàm poſt obitum Procli in eius locum Flauianus eſt ſubrogatus Conſtantinopolitanus Epiſcopus. Porrò ſediſſe Proclum vſque ad ad annum quadringenteſimum quadrageſimumſextum, quo famoſiſſimus ille euenit terræmotus, quod omnium teſtificatione probatur, dubitari, & in controuerſiam ad duci non poteſt. pergit verò—

*Tom.6.anno 451.§.* Conflagraſſe verò——*ibi*——Regium in Aquitania——*corrige*——Aquitaniam ipſam——ſancti—

*Tom.6.anno 453.§.* Sed dubitatio hic haud leuis inſurgit——*in fine ibi*——vt ſuo loco dictũ Arelatenſe Concilium reſtituatur, hic de ipſo nobis agendum fuit——*his hæc addas*——Ita quidem in priori editione res inſoluta relinquenda fuit, cuius, niſi reſtitutio fiat deprauati admodum textus, ſolutio ſit impoſſibilis. Erratum quidem in eo eſt, vt dum in codice legeretur celebratum Concilium Arelatenſe ſub Conſulatu Opilionis, qui geſſit Conſulatum cum Iuſtino Imp. iterum Conſule, anno Redemptoris quingẽteſimo vigeſimoquarto, nec additus inueniretur Collega, quod ſæpè factum inuenitur in monumentis Occidentalibus, prætermiſſo Orientali Conſule, poni tantum Occidentalem: male cautus ſibiq; nimis ſapiens viſus collector, addendum putauit Vincomalum Collegam, qui hoc anno vnà cum Opilione Conſul creatus eſt; ſicq; e ea additione ſeptuaginta & vnius annorum errorem induxit, ſimulq; rerum geſtarum cõfuſionem, atque inextricabiles perplexitates inuexit, Qui primus his tenebris facem admouit, fuit Iacobus Sirmondus Aruernus Socie. Ieſu profeſſor, à me alias teſtis fidelis adduci ſolitus, qui humaniores literas Theologicis admodum decorè coniunxit, qui non ad Opilionis Conſulatum anni huius, ſed ad eum, qui alterius Opilionis nomine reperitur notatus in Faſtis anno Redemptoris DXXIIII. præſens Arelatenſe Concilium eſſe referendum oſtendit ex præſentia Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi, qui hoc tempore nondum natus, tum reperitur reuera ſediſſe Arelatenſis ſedis Epiſcopus, ſucceſſor Leontij, qui poſt Aeonium ſedit Rauennio ſubſtitutum. Firmantur hæc magis, dum omnes fermè Epiſcopi qui huic Arelatenſi Concilio interfuiſſe leguntur, ijdem Concilio Arauſicano ſecundo ſubſcripti reperiuntur, de cuius certo tempore proximè ſuo loco dicendum erit, & corrigendi errores pariter in eum illapſi. Hanc ergo Synodum Arelatenſem ſuo loco reſtitue, ſub Conſulatu alterius Opilionis anno DXXIIII. & ſimul cum eis iunge, quæ hic de Cæſario narrata habes.

*Tom.6.anno 454.§.* Sanctus Leo Romanus Pontifex——*ibi*——Idus Martij——*corrige*——ſexto Idus Martij——*& ſequenti capite, ibi*——tertio Idus Martij——*corrige*——ſexto Idus Martij——

*Tom.6.anno 456.§.* Ceterum ob odium——*ibi*——cum Alaricus infans eſſet, apud quem nuper pro Maximo egit, qui ante apud patrem eius functus erat legatione——*dele iſta, quorum loco iſta ſubijcias*——iamque ea, de qua idem Sidonius ſcribit legatione apud Theodoricum Regem pro Maximo functus eſſet——Quomodo igitur——

*Tom.6.anno 463.§.* Hoc eodem anno celebrata eſt Synodus Arauſicana poſterior——*& omnia quæ ſequuntur vſque ad ſequentem paginam, vſque ad §.* Hoc eodem anno data reperitur in Gallias epiſtola——*cuncta quæ ibi habentur de Concilio Arauſicano tollenda penitus: nam de Synodo Arauſicana poſteriori inferius agetur anno quingenteſimo vndetrigeſimo. hic verò iſta ponas:* Poſitum hic erat in priori editione Concilium Arauſicanum poſterius, vbi collocatum erat à veteri Conciliorum collectore. Verum ab ipſo erratum vel ſerò cognouimus, ſicut ab alij eodẽ errore deceptis, qui eamdem rationem temporis inierunt. Quamobrem in ſequentẽ Tomum reponendum ſuo loco curauimus, vbi Lector exactam de his cunctis redditam rationem inueniet. *deinde ſubijciuntur quæ ſequuntur ab eo. §.* Hoc eodem anno data reperitur in Gallias——*& cetera vſque ad finem præſentis anni.*

*Tom.6.anno 466.§.* Hoc eodem anno ſanctus Proſper——*ibi*——in Aquitania——*corrige*——in Gallia Narbonenſi——*& rurſum §. ibi*——in Aquitania——*item corrige*——in Gallia Narbonenſi——*& ceteris locis in quibus Regienſis Ciuitas legitur in Aquitania, eodem modo corrige.*

*Tom.6.anno 467.§.* Hoc namque anno quarto Idus——*ibi*——cum ſediſſet annos ſex——*corrige*——cum ſediſſet annos quinque——

*Tom.6.anno 475.§.* At verò tot, tantiſque erumnis——*ibi*——cui dedit Deus vt apud barbarum Regem & Arianum hominem miſericordiam inueniret——*vſque ibi*——Quantum igitur——*ea deleas, quorum loco iſta ſubijcias*——Cui dedit Deus, vt apud Burgundionum Regem, qui tunc Lugdunenſibus dominabatur, non autem Gothorum Rex, ſummam

gratiam inueniret, vt tam Rex ipſe quàm Regina virum ſanctiſſimum plurimum colerēt & obſeruarent.——Quantum igitur——

*Tom.6.anno 482.* §.Hoc eodem anno ſub Conſulatu Seuerini —*ibi*— huic Concilio Turonenſi abſens ſubſcripſit—*his hæc adde*— Cur autem non poſuerimus ipſum ſub Conſulatu illo Seuerini, qui habet collegam Dagalaiphum, anno videlicet Chriſti 461. vt propoſueramus, cum de Concilio Andegauenſi ſermonem habuimus ann.453. quæ proximè dicentur de feſto die, ad quem vocati ſunt Epiſcopi, atque de ſancto Perpetuo Turonēſi Epiſcopo, facient manifeſtum ——ſanciti in eo——

*Tom.6.anno 484.* §.Porrò hunc ipſum Orentium—*ibi in fine*—hæc de Orentio ſatis—— *his hæc addas*—Poſt priorem verò noſtrorum Annalium editionem contigit, opportunè in lucem edi Antuerpiæ Commonitorium eius Orentij, induſtria Martini Delrio Societatis Ieſu presbyteri, ab eodemq; doctis notis elucidatum, cui benè precamur, atque gratias agimus, optantes nobile eius ingenium in huiuſmodi ſapientiæ theſauris terra obrutis Eccleſiæ vſui reſtituendis indefeſſo ſtudio laborare.

*Tom.6.anno eodem 484. in fine poſt illa poſtrema verba*— ſediſſe eius ſucceſſorem Euphraſiū ——*iſta addas*——At cogimur poſt priorem editionem his iſta addere, ob calumniam quā patimur à nouo Scholiaſte in Sidonium Apollinarem, cum de Apruncũlo agens, hæc ait: [Male etiam Baronius hunc Apruncũlum putat eſſe Aprum, de quo ſupra lib.4.epiſt.21.] non iſta dixi, vt vides Lector (te appello) eumdem eſſe Apruncũlum cum Apro, ſed tantū ex eadem Patria & cognitione nominis videri illum ad hunc ſpectare. quod exiſtimare vel opinari quis prohibet? ita ipſe contradicendi & redarguendi quodam velut percitus œſtro ſtylo mendaci; cum vero ex noſtrorum ſcriptorum proficit lectione, tacet, & ſuo vult ingenio tribui quod inuenit alieno multo labore paratum. Quam digna ſint iſta animo libero, iudicent omnes; cum tamen ipſi non ingrati, cum quid iure corrigendum admonuit, eidem gratias agimus, & bene precemur. De quibus autem ſumus calumniā paſſi, vindex erit Iacobus Sirmondus, qui etiam quantum ſcholia illa ſchola indigeant viri peritioris, vt vel voces ipſas auctor diſcat Eccleſiaſticas, & quam multipliciter in eis errauerit, cuique intuenti apertiſſimè demonſtrabit, cum ſuas in Sydonium ante ipſum elucubratas edet Notationes: deponetq; tunc planè faſtum, cum ſentiet ſe diſcipulum, qui ſibi viſus eſt eſſe magiſter; erubeſcetq; cum viderit ſe redactum ſub ferulam, & ingemiſcet Sauarus ſentiens non ſe verum.

*Tom.6.anno 490.* §.Porrò Fauſtus ipſe cum ——*ibi*——miramur ab aliquibus impudēter ſanè inſcribi Sanctum—*his hæc adde*—iſta quidem priori editione ex adductis diuerſorū ſcriptis affirmaſſe, non indecens quidem fuit. At verò ex poſtea cognitis & adductis, rurſus ad iudicium ipſum reuocandum, haud exiſtimamus indignum, cum tamē de eius ſcriptis immotæ maneant ſententiæ Patrum. Quod enim vſque ad hæc tempora noſtra eūdem Fauſtum continuit inter Sanctos Martyrologium Gallicanum, à quo ipſum Molanus primum expunxit: Quod etiam vt accepimus Eccleſia Regienſis in Gallia, vbi ipſe ſedit Antiſtes, ſemper eum vt ſanctum coluerit, celebrans eiuſdem natalem decimaſeptima Ianuarij: ibiq; in eius memoriam antiquitus erecta baſilica eius nominis titulo inſignita hactenus eius cultu à fidelibus frequentetur: Quodq; tot ſæculis, Chriſtiano orbe ſpectāte, Eccleſia Romana tacente, nemine penitus (quod ſciatur) contradicente, iſta eidem Fauſto exhibita intelligantur: opinari non prohibemur, de eodem Fauſto accidere potuiſſe (quod de multis viris ſanctis aſſeritur) quod delinquens errauerit, cum queſtio illa fuerit auctoritate Sedis Apoſtolicæ definita, & eius opinio aliorum Patrum ſententia condemnata, ipſe ſuum errorem fuerit ſcriptis contrarijs deteſtatus, quæ potuerint, vt alia quamplurima perijſſe; vel ipſum ante ſuorum ſcriptorum factam ab Eccleſia damnationem diem obijſſe (incertus eſt enim eius obitus annus) habentem in animo in his ſequi, quod ſequendum doceret Eccleſia. Ita quidem ipſum compoſitum animo fuiſſe, alijsq; innotuiſſe, inde facilè poteſt intelligi, quod ſemper (vt indicant Acta Conciliorum Arelatenſis & Lugdunenſis ſuperius recitata) communicationem habuit cum ſanctiſſimis Orthodoxis Galliarum Epiſcopis. Maneant igitur Fauſto integra iura ſua, nec ex noſtris ſcriptis ſentiat præiudicium: neque priuato iudicio nouitatis liceat conuellere antiquitatem— ſed de eodem ——

*To.6.anno 493.* §.Porrò Drepanius —*ibi*— is videtur eſſe —*ſic corrige*— diuerſus eſt ab eo, cuius Sidonius——*& poſt ſequentum verſum ibi*—— quod ſi ita eſt —— *corrige* ——De eo etiam——

*Tom.6.anno 502.* §. Verum quod inuſitatum —— *in fine poſt illa verba*—— iam ad res geſtas deueniamus ——*his hæc adde* —Verum deſcribendæ hic ſunt primo loco Theodorici

Regis

Regis litteræ, & Epiſcoporum, & alia quæ interuenerunt in hac cauſa, digna memoria monumenta, quæ Pariſijs miſſa à noſtro Nicolao Fabro, cui hoc nomine plurimum nos debere fatemur, accepta, ab antiquitate licet nonnihil læſa, vt videre poteris, pluribus locis corrupta, quæ coniecturis in margine poſitis ſanari, ſi nō penitus, ex parte poſſint: ſic enim ſe habent.

Vide autem Lector in hac ipſa Appendice, de qua agimus, pag. 958. quæ in futuris editionibus locabitur ad annum 502. Præceptionem ipſam, quæ miſſa eſt à Rege Theodorico per Germanum, & Caroſum Epiſcopos, Laurentio Marcellino, Petro & cunctis Epiſcopis in Vrbe reſidentibus, quæ quidem multum lucis affert.

*Tom. 6. anno 508. in eius exordio, cum ſic incipit*—Chriſti annus quingenteſimus octauus deſcriptus habetur in Faſtis Conſulatu Decij iunioris & Celeris—*his hæc addas*—Ita Faſti Panuini pro arbitrio addentis vel mutantis paſſim nomina, quem in priori editione me ſecutum pœnituit. Etenim Caſſiodorus Decium non habet, Sed venātium iterum & Celerem; ſed & apud Marcellinum Comitem nulla de iuniori Decio prorſus mentio. Porrò in Conſulibus error, alios parit errores. Cum igitur hi Cōſules ordinarij in antiquioribus Faſtis poſiti habeantur, nec de Clodoueo qui litteris Anaſtaſij fuerat deſignatus, vſquam mentio; plane opinari licet—reſpuis—

*Tom. 6. anno 518. §.* Mortuus eſt igitur—*ibi*—& dies vigintitres—*corrige*—& dies tres—*Ibi proxime errorem illapſum ſcito in Moguntinam editionem; dum loco numiſmatis Anaſtaſij Imp. poſitum habetur Leonis atq; Zenonis Augg. ſicut & anno 474. Anaſtaſij numiſma errore poſitum eſt loco numiſmatis dictorum Impp. reſtitue cuiq; ſuum.*

## *Tomo Sexto eadem recognitione nouiſſima hæc emendari voluit.*

*Anno 425. §.* Priuilegia Eccleſiarum omnium—*poſt illa verba*—Subdantur arbitrio, &c.—*hæc adde quæ ſequuntur*—quæ deſunt reliqua conſtitutionis huius in codice Theodoſiano iam cuſo, ex ſcripto antiquo volumine ita ſupplentur—: Itaque auctoritas tua in omni æuo manſura in prouinciarum miſſa notitiam, præcipiat etiam ſub pœna ſacrilegij, cuſtodiri. Specialiter id in luſtribus comprehenſura præceptis, vt in omnibus circa Eccleſiaſtica veterum Principum ſtatuta ſeruentur. Diuerſos verò Epiſcopos nefarium Pelagiani & Cœleſtini dogmatis errorem ſequentes, per *Patroclum ſacræ legis Antiſtitem præcipimus conueniri. Quos quia confidimus emendari: niſi intra viginti dies à cōuentionis tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultatem, errata correxerint, ſeſeque Catholicorum Fidei reddiderint: Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum locum ſacerdotium fidelius ſubrogari quatenus præſentis erroris macula de populorum animis tergatur, & futuræ bonum diſciplinæ iuſſionis inſtituat. Sanè quia religioſos populos nullis decet ſuperſtitionibus deprauari, Manichæos, &c. prout inferius ex eodem cuſo codice Theodoſiano deſcripta leges—*& poſt hæc quæ ſequuntur*—Iudæis quoque vel Paganis cauſas agendi, vel militandi licentiam denegamus, quibus Chriſtianæ legis nolumus ſeruire perſonas, ne occaſione dominorum vitam venerandæ religionis immutent. Omnes igitur perſonas erroris infauſti iubemus excludi, niſi his emendatio matura ſubuenerit. Datum octauo idus Iulij Aquileiæ. Conſpl. domino Theodoſio Aug. XI. & Valentiniano Cæſ. Coſſ.—*In cuſo autem codice ſic*—Dat. octauo idus Octobris.

*Patroclus erat Epiſc. Arelatenſis.

*Anno Chriſti 470. In principio anni in fine primi §. poſt illa verba*—idem Suidas meminit—*iſta addas* Quod ad tempus, quo Suidas vixerit ſpectat: etſi ex his optimè pateat, his eum vixiſſe temporibus: tamen cum alibi idem ipſe inſinuet, ſe vixiſſe ſub Philippo Imp. qui imperauit anno Domini ſeptingenteſimo duodecimo: inſuper & cum in verbo, Adam, chronologiam mundi extendat vſque ad annum nongenteſimum ſeptuageſimumſextum, quo obijt Ioannes Tzimiſis Imp. vt affirmemus nos inducit, volumen ipſum vtique à Suida conſcriptum, aliorum diuerſorum auctorum eſſe locupletatum additamentis, vt in alijs Lexicis nouimus contigiſſe—Hoc autem anno—

*Anno Chriſti 509. §.* Ceterum eſt enim—*ibi*—Longobardus tandem—*adde*—immiſit in Vrbis diuturnam obſidionem, factumque vt intentis mœnibus ciuibus, exoleuerint Circenſes ludi, iamque friguerit ardens libido illa parandorum ſpectaculorum, ſicque factum, vt huiuſmodi officinæ dæmonum penitus vacuæ redderentur, vt non eſſet amplius—

SEPTIMVS Tomus incipiens ab anno Domini quingẽteſimo decimooctauo, & progrediens vſque ad annum quingenteſimum nonageſimum, nempè ab anno primo Iuſtini ſenioris, vſque ad Quintum Mauritij Auguſti, complectitur annos ſeptuagintatres. In hoc autem Tomo, quæ ſint adhuc animaduertenda Auctor monet his verbis.

*Tom. 7. anno 526.* §. Turris lateritio opere —*ibi in fine ſecundæ inſcriptionis*— exijt è medio —*his hæc addas*— His adijcimus aliud Epigramma Gerberti Epiſcopi Rauen. poſt Pontificis Romani, ſub Otthone III. Imperatore, quod ſic ſe habet inſcriptum ad imaginem eiuſdem Boethij.

## DE BOETHIO.

Er. li. 2. Epig. vet. pag. 65.

*Roma potens dum iura ſuo declarat in orbe,*
*Tu pater & patriæ lumen Seuerine Boethi,*
*Conſulis officio rerum diſponis habenas,*
*Infundis lumen ſtudijs, & cedere neſcis*
*Græcorum ingenijs: Sed mens diuina coercet*
*Imperium mundi, gladio bacchante Gothorum*
*Libertas Romana perit: tu Conſul & exul*
*Inſignes titulos præclara morte relinquis.*
*Nunc decus Imperij ſummas qui prægrauat artes.*
*Tertius Otto ſua dignum te iudicat aula,*
*Aeternumque tui ſtatuit monumenta laboris,*
*Et bene promeritum meritis exornat honeſtis.*] Habuit Boethius —

Poſt hæc autem pag. 961. Auctor monet eſſe addenda pleraque, quæ dum Panuini errore, pro arbitrio (inquit mutantis, vel addentis nomina Conſulum, tum antea incogitantia collectoris Conciliorum fuere præpoſterè poſita, dum Arelatenſe, Arauſicanum, Epaunenſe, Carpentoractenſe Concilia ad annos Leonis Rom. Pontif. I. ad 443. ipſe autem Car. Baronius ad 463. locauerant, quæ denique ad proprium annum 554. relata ſunt. Nos eadem in verbo Arelatenſe: in verbo, Arauſicanum: in verbo, Epaunenſe: in verbo, Carpentoractenſe attigimus in hoc noſtro Apparatu.

Ceterum anno 584. huius ipſius ſeptimi Tomi poſt illa vltima verba, *& quæ ſequuntur eodem anno Chriſti 529.* —— poſſumus intelligere —— monet addendam eſſe Epiſtolam Pelagij Papæ ad Auxanium Epiſcopum Arelatenſem in Gallia, qua rogat eum, vt ſuadeat Francorum Regibus, opem ferræ Romanæ Eccleſiæ laboranti incurſionibus Longobardorum.

### *Tomo Septimo has additiones & correctiones quæ ſequuntur, inſeri mandauit.*

*Anno Chriſti 526.* §. Quod autem attinet —— *ibi* —— Alaricum —— *corrige* —— Amalaricum —— *id ipſum inferius eodem* §. *ſic reſtituas.*

*Anno Chriſti 530.* §. At non hic finis —— *ibi* —— anno vigeſimoquinto —— *corrige* —— anno decimo quinto. ——

*Anno Chriſti 534. in principio ibi* — Iuniorem — *dele.*

*Anno Chriſti 536.* §. Qui minus — *ibi* — ſeuerum illum — *corrige* — ſeuerus ille ——

*Anno Chriſti 537.* §. Quonam menſe — *in fine* — anno trigeſimo quarto — *corrige* — quadrageſimo quarto ——

*Eodem anno 537.* §. Et Poſt hæc —— *ibi* —— poſt annos ſex — *corrige* — poſt annos tredecim ——

*Anno Chriſti 539.* §. Sed quid poſt —— *ibi* —— quod qui menſe Iunio —— *ſic reſtituas* —— quod qui octauo Kalen. Iulij (vt dictum eſt) in Vigilium litteras anathematis dedit; & tã ex Anaſtaſio quam ex Romano Martyrologio, duodecimo Kalen. Iulij obijſſe legitur: non hoc vtique anno ſed ſequenti ——

*Anno Chriſti 541.* §. Hoc eodem anno qui poſt Conſ. —— *ibi* —— Theodeberti —— *corrige* —— Childeberti —— *& paulò poſt ibi* —— patet —— *adde* —— Theodoberti verò poſt obitum patris regnantis, anno vndecimo —— Aruernij ——

*Anno Chriſti 542.* §. Verum certum eſt —— *ibi* —— quarto Concilio —— *corrige* — quinto Concilio — *& paulò poſt ibi* — Simplicius —— *corrige* —— Saphoratus — *& paulò poſt ibidem* — quem ſanctus Germanus — *adde* — quem poſt depoſitum & ſubſtitutum Euſebium —— ſanctus Germ. ——



Digitized by Google

*Anno Chriſti 545.* §.Licet fraternitate veſtræ—*ibi*—Turronenſis—*addas*—Verùm aliũ à Prætextato Rothomagenſi hunc exiſtimo: nam ille non ſpectat ad tempora Vigilij Papæ:quamobrem intelligendum exiſtimo de Prætextato Epiſcopo Aptenſis ciuitatis,quę eſt in Gallia Narbonenſi,qui ſubſcriptus reperitur Concilijs Epaunenſi & Aurelianenſi quarto—Sed quas——

*Anno Chriſti 546.* §. Quinam autem ——*ibi*——Paſchali diac.——*corrige*——Pelagio diac.——

*Eodem anno inferius.* §.Hoc anno Ephræm——*ibi*——decem & octo——*corrige*——ferme viginti ——

*Anno Chriſti 548.* §.Hoc anno Teudis——*ibi*——annos ſeptemdecim——*corrige*——annos ſexdecim & menſes quinque , licet deprauatè legatur apud eum, anno Iuſtiniani Imp.——

*Anno Chriſti 553.* §.Sed vt ab eiuſdem—*ibi*—centum ſexaginta—*corrige*—centum ſexaginta quinque——

*Anno Chriſti 559.* §.Ad poſtremum ——*ibi in fine*—— menſis Iulij —*corrige*— menſis Iunij ——

*Eodem anno 559.* §.Quod autem ——*ibi*—— ſexageſimoquarto —*corrige*—ſexageſimoquinto——

*Anno Chriſti 561. in principio* —*ibi*—reſtitutum—*corrige*—reſtituti——

*Anno Chriſti 563.* §.Erat vtraq; pars—*ibi*—ſiue Gaianitarum,altera verò—*ſic corrige*—altera verò Gaianitarum,ſiue Aphthard——

*Anno Chriſti 564. vltimo verſu vbi dicitur*——miſſos ad ſuperos colit —*hæc adde*— Porrò qui vna eadem die nati gemini dicuntur Medardus,& Gildardus in reliquis , vt qui vna idem die fuerint Epiſcopi conſecrati,& vna pariter die mortui dicuntur, vtique ad eundemquoque annum referri cum minimè poſſint: neceſſe eſt, ea eſſe facta diuerſis annis, ſed vna eademque die. Nam ecce in Concilio primo Aurelianenſi legitur interfuiſſe Gildardus Epiſcopus Rothomagenſis, Nouiomenſis verò Eccleſiæ non Medardus, ſed Sophronius; quibus appareat eos non eodem quoque anno ſicut vna die eſſe creatos Epiſcopos; ſic etiam neque eodem anno eſſe defunctos. Nam quomodo ad hunc annum , quo Medardus defunctus aſſeritur,Gildardus potuit perueniſſe: ſi ante præſentem annum legimus eccleſiæ Rothomagenſi præfuiſſe poſt Gildardum Flauium,& poſt Flauium , Prætextatum,quorum prior ſubſcriptus reperitur Concilijs Aurelianenſibus ſecundo, tertio,& quarto,poſterior autem adhuc ſuperſtes plures annos poſt præſentem annum,quo Medardus aſſeritur obijſſe?Quæ igitur facta vna die dicuntur de conſecratione,& obitu: ea quidem etſi eadem die,diuerſis tamen intercurrentibus annis contigiſſe,neceſſe eſt affirmare At——

*Anno Chriſti 573.* §.*vltimo ibi*—Gregorius ſuo proſecutus eſt ſtylo—*adde*—At verò iſta de S.Galli obitus tempore in priori editione ex chronologia ab inguinaria peſte vti certa deprompta iam denuò ad incudem reuocata,nõ poſſe ſubſiſtere,ſunt inuenta,quę magis ad anteriora tempora ſint reducenda, cum alias idem morbus peruaſit Gallias. Quod autem ad hæc tempora Gallus non potuerit perueniſſe , in euidens deducitur argumentum. Cum enim ipſum annos tantum viginti ſeptem dicat ſediſſe Epiſcopum Aruernenſem,idemque reperiatur interfuiſſe Concilio Aurelianenſi ſecundo anno Chriſti 536.& Aruernenſi an. 541. quomodo potuit ad hæc, tempora perueniſſe? Accedit ad hæc, quod cum Galli Epiſcopi ſucceſſorem Cautinum idem Gregorius eius nepos rerum ab ipſo geſtarum teſtis fidelis referat ad tempus Theodebaldi Regis,quem conſtat regnare cœpiſſe anno Chriſti 552. licet poſitum ſit anno 555. tenuiſſeque tantum annos ſeptem:vtiq; prohibetur omninò ad hunc annum peruenire potuiſſe. Hæc de tempore eius obitus dicta ſunto—*reliquos tres verſus vſque ad finem ſequentes deleas.*

*Anno Chriſti 577. in principio ibi*—menſem vnum dies viginti octo—*corrige*—mẽſes duos dies quindecim——

*Anno Chriſti 583.* §.Hoc item anno teſte Greg.—*ibi*—Sigeberti—*corrige*—Childeberti —*& in fine item loco*—Sigeberti—*repone*—Childeberti— .

*Anno Chriſti 587.* §.Hoc ipſo anno à Ioanne ——*ibi in fine*—— vigeſimo ſexto——*corrige* ——vigeſimo quinto ——*& quod ſequitur*——vſque in hunc annum ——*adde*—— vel potius ſuperiorem( ſi anni exacti non numerentur, quo magis concordat Epiſtolæ Pelagij Papæ, vt ante Synodum ſcripta dici poſſit)——vſque——

*Eodem anno* §. Cum hæc autem—*ibi*—(vt dictum eſt) *dele*—



Digitized by Google

*Eodem anno 587.* §. Hoc item anno, qui ſecundus —— *in fine poſt illa verba* —— Sigeberti Regis —— *adde quæ ſequuntur* —— ceterum in chronographia regni Reccaredi nos ſecuti Acta Toletani tertij Concilij, impegimus in mendoſam Eram, ex qua poſuimus hoc anno eiuſdem regni annum ſecundum, & quidem malè: quem errorem à nobis examinatum & emendatum inuenies inferius anno Redemptoris quingenteſimo nonageſimo primo §. Sed hic rogo ſiſte gradum Quod verò attinet ad Baldam & Clodoſuindam, de quibus hic habetur mentio, cum ex eodem Gregorio conſtet, anno poſt hunc quinto, nimirum Childeberti Francorũ Regis decimo quarto, Reccaredum duxiſſe Clodoſuindam eiuſdem Childeberti Regis ſororem: dicendum omninò videtur, Baddam illam, quæ ſubſcripta reperitur Concilio Toletano, biennio poſt has nuptias celebrato, ex vera ſupputatione inferius declarata eandem eſſe cum iſta Clodoſuinda, eo modo, Baddã, mutato nomine, dictam; vel eiuſmodi additum ipſi cognomen. Quod verò attinet ad filiam Chilperici, quam primo Leouigildus Reccaredo filio obtinuerant, cum ex Gregorio conſtet, ipſam inuitiſſimam in Hiſpaniam deductam eſſe: veriſimile eſt, eam breui mœrore conſumptam, viuere deſijſſe. Demum (vt ad Baddam redeamus) ſi negetur, Clodoſuindam eandem eſſe cum ipſa; tunc omninò dicendum erit, Baddam tertiam fuiſſe vxorem Reccaredi quam duxerit poſt obitum Clodoſuindæ —— Verum non Baddam ——

*Anno Chriſti 590.* §. Hoc eodem anno pridie Nonas —— *ibi* —— ad Pelagium —— *corrige* —— ad Pegaſium Epiſcopum Aſtigitanum, & non Pelagium (vt ſcriptus codex habet, ex quo Pelagius pro Pegaſio irrepſit in textum) direxerunt: inter quæ ——

OCTAVVS Tomus ab anno quingenteſimo nonageſimo, vſque ad ſeptingenteſimũ decimumquartum complectitur annos centum vigintiquatuor, nẽpe à Gregorio Magno Romano Pont. vſque ad Gregorium II.

## *Tomo Octauo addantur & corrigantur ea quæ ſequuntur.*

*Eodem anno Chriſti 590.* §. Iſta præſentiens Germanus —— *ibi in fine* —— *addas* —— niſi interpũctio vitioſa irrepſit, vt legendum ſit: Præfectus vrbis Germanus eius anticipauit nuntiũ. Quæ lectio magis placet, eo quod apud neminem auctorum legerim Gregorio fuiſſe germanum —— Degebat ——

*Eodem anno* §. Hoc eodem anno contigit Francorum —— *in fine aut poſt ea verba* —— omnes affirmant —— *adde* —— Porrò quod Gregorius Turonenſis Agilulphum vocat Paulum, reſpexit ad nomen, quod poſteà ſumpſit à baptiſmo, vt ſuo loco dicetur inferius ——

*Eodem anno* §. Quorum verborum —— *ibi* —— Iuſtiniano hæreſim promulgare ſatagenti —— *corrige* —— Iuſtino calumniam paſſum ——

*Anno Chriſti 591.* §. Qui igitur monachos —— *ibi* —— ſeptimo Mauritij anno —— *corrige* —— ſexto ——

*Anno Chriſti 592. in principio ibi* —— ſeptimus finiens —— *corrige* —— ſextus finiens ——

*Anno Chriſti 593.* §. Gratias ago —— *ibi in fine* —— ſuo loco —— *corrige* —— ſuo loco collocata —— *& infra* —— reponenda —— *corrige* —— recitanda ——

*Anno Chriſti 594. in principio ibi* —— nonus abſoluitur —— *corrige* —— octauus abſoluitur. ——

*Eodem anno* §. Moritur hoc anno —— *adde* —— ſeu potius ex correctione ſuperiore, Mauritij Imp. anno ſequenti. ——

*Eodem* §. *vbi dicitur* —— affirmat Euagrius —— *adde* —— id factum intelligas anno ſequenti, tot enim anni reperiuntur ab an. 572. vſq; ad annum 595. quo & finem imponit hiſtoriæ. Nam ſubdit —— Hoc loco hiſt —— *&* ——

§. *ſequenti vbi dicitur* —— Etenim præſenti *dicas* —— Etenim ſequenti anno, quo ——

*Anno Chriſti 596. in principio ibi* —— ex hac vita deceſſit —— *hac adde* —— Verùm non niſi annos decem ſediſſe reperies, nempe ab anno 586. vſq; ad præſentem annum 596. tantummodo inchoatum. Pergit verò Nicephorus: Qui quod ——

*Anno Chriſti 597.* §. Sed quoniam vere —— *ibi* —— hactenus de his Gregorius ad Eulogium —— *adde* —— At verò, quod ſuperius dicitur, Germaniarum, puto corrigendum textum, vt dicat, Galliarum, ſicut legiſſe noſcitur Beda: & ratio perſuadet, cum noſcatur id factum in Gallijs, per quas idem Auguſtinus tranſijt iturus in Angliam; ſed ex nuper di-



Digitized by Google

ctis in eo corrigas Bedam ——

*Anno Chriſti 610.§.*Quod verò pertinet —*ibi*—menſe Martio —*corrige*—menſe Februario——

*Anno Chriſti 613.§.* Accedit præterea —*ibi*—coniunx condita eſt —*adde*— At licet hūc annum Redemptoris conſignet Beda obitus Edilberti Regis; tamen in eiuſdem Bedæ epitome annus obitus ipſius Regis ponitur ſexcenteſimus decimus ſextus. Rurſus verò, cū idem (vt vidiſti) iterato affirmet, vigeſimo primo anno, ex quo fidem Chriſtianam accepiſſet, eſſe mortuum: ſi numeres ab anno quingenteſimo nonageſimo ſeptimo, quo Fidem Chriſtianam ipſum recepiſſe, idem ipſe teſtatur in epitome, & liquet ex ipſius hiſtoriæ libro primo capite 23. & ſequenti de quo dubitanti nullus eſt locus, cum id pateat & S. Gregorij Papæ litteris tunc datis: planè dicendum erit, ipſum Regem defunctum eſſe anno Redemptoris ſexcenteſimo decimo octauo. De quo pergit Beda: Qui inter euntem bona—

*Anno Chriſti 614. in principio* —*ibi*—ſit argumento— *adde iſta* —: Verùm alia eſt lectio ab hac diuerſa, vt dicat, filius Stephani ſubdiaconi—Sed & omiſſis—

*Anno Chriſti 615.§.*Acceſſit autem ——*ibi*—— poſt quadriennium—— *corrige*——poſt biennium.—

*Anno Chriſti 627. primo verſu*—*ibi*—Indict. decima—*corrige*— decima quinta—

*Eodem anno §.*Etenim cum Coſrhoes —*ibi*—Hemelium—*corrige*—Heraclium ——

*Anno Chriſti 633.§.* Hoc anno qui numeratur tertius ——*ibi*——ſexaginta duo —*corrige*——ſeptuaginta—— *& paulò inferius ibi*——ſeptuaginta capita —*corrige*—ſeptuaginta quatuor——

*Anno Chriſti 651.§.*Hoc ipſo anno, tertio Kalend. Septembris —*corrige*—decimo tertio Kalen——

*Anno Chriſti 654. in principio ibi*—annos ſex; mēſes tres, dies duodecim—*corrige*—annos quinque, menſes quatuor, dies duodecim—

*Anno Chriſti 655.§.*Vacaſſe autem—*ibi*—Signinum— *adde*—Eſt autem Anaſtaſij alia lectio, quæ dicit vacaſſe ſedem dies viginti tres, ex qua dicendum eſſet, creatum die vigeſima quinta Auguſti—

*Anno Chriſti 657.§.*Hoc eodem anno, qui & numeratur nonus—*ibi*—ſexcenteſimo quadrageſimo octauo—*corrige*—ſexcenteſimo quadrageſimo nono—

*Anno eodem §.*Sollicitè omnes congregatio—*in fine poſt illa verba*—fuerit conſecutus—*hæc adde*—Poſt hæc autem cuſa admoniti ſumus, in Eccleſia Toletana haud receptam eſſe Iuliani aſſertionem de Tempore Apparationis Dei genitricis, ad S. Ildephonſum cum præclaro munere deſcendentis, quam ipſe dicit factam tempore aſſumptionis eiuſdem Dei genitricis Mariæ. Magis autem eſſe ibi antiqua traditione probatum, vſuque retentū in ſacris ritibus, id fieri contigiſſe die decima octaua Decembris, qua ſolennitas Expectationis eiuſdem ſanctiſſimę Dei genetricis Mariæ ibidem celebrari conſueuit; quod & ſacris lectionibus antiquitus receptis in eadem Eccleſia recitari publicè conſuetum, aſſeritur—Hoc anno—

*Anno Chriſti 663.§.*Hæc eadem cum——*ibi*——Rhotaris—— *corrige*—— Ariperti ——

*Anno Chriſti 667.§. vlt. ibi*——hucuſque auctor —*adde*—; Verum Romanum Martyrologium eius ad Deum tranſitum celebrat non ſequenti die (vt ait hic auctor) Kalen. Februariarum, ſed decimò Kalendas Februarij—Dolemus—

*Eodem anno in fine ipſius hæc adde*—— Porro dies Natalis eiuſdem Sancti agitur in Romano Martyrologio die vigeſimatertia menſis Ianuarij, qua ibi de ipſo in Notis egimus——

*Anno Chriſti 668.§.*Hoc eodem anno Clotarius —*ibi*—Chilpericus—*& iterum*—Chilpericus—*corrige*—Childericus—

*Anno Chriſti 669. in principio* ——*ibi*——annos quatuordecim—— *corrige* ——annos tredecim——

*Anno Chriſti 672.§.*Hoc eodem anno, menſe Septembris—*ibi*—quinto Kalendas Mart.—*corrige*—decimo quinto Kalen. Mart.——

*Eodem anno §.*Eodem anno Receſuinthus—*ibi*—annos duodecim — *corrige* —annos viginti duos——

*Anno Chriſti 675. in principio*—*ibi*—ſeptimo Idus Septembris —*corrige*—— ſeptimo Idus Nouembris——

*Anno Chriſti 678.§.*His temporibus Eccleſ. Rauen.—*ibi*—quæ eius— *corrige* —qui eius —*& paulo poſt*—quam peſtilentia —*corrige*—quem peſtilentia—

*Eodem anno* §. Hoc eodem anno vndecimo Iuſtiniani —— *corrige* —— Conſtantini Imp.——

*Anno Chriſti 680.* §.Seſſio autem ita diſpoſita—— *ibi* ——Hieroſolymorum Epiſcopi—— *corrige* —— locum tenentis Hieroſolymorum Epiſcopi. —— *& paulò poſt* ——denominatus eſt Epiſcopus ——*corrige*——Vicarius Epiſcopi, vacante adhuc ſede ipſa——miſſus ponitur——

*Anno Chriſti 681.*§.Reperitur ad finem —— *ibi* ——decimæ ſeptimæ—— *corrige* ——decimæ octauæ——

*Anno Chriſti 682.*§.Porrò de cauſa —*ibi*— dies octo ——*corrige*—— dies decem & ſeptem.——

*Anno Chriſti 695.in principio ibi* —— duorum fratrum —— *dicas* —— duorum Eualdorum ——martyrium.——

*Anno Chriſti 699.primo verſu ibi* —Indictione vndecima— *corrige*— Indictione duodecima.—

NONVS Tomus ab anno ſeptingenſimo decimo quarto vſque ad octingenteſimum quadrageſimum ſecundum continet annos centum viginti octo. Et cum hoc ſeculo orta in Oriente fuerit penitus debellata Iconoclaſtia, veritatis ſcopum attinget, qui Tomum hunc dixerit Panopliam aduerſus impios Iconoclaſtas.

Quin & in hoc Tomo Auctor, in Appendice Decimi, vbi habetur, Anno 739.§.Ex ijs primus fuit Ioannes —*ibi*— qui Friſiæ gentis——monuit corrigendum eſſe—— *qui Friſingenſis Eccleſiæ.* Monet item vbi habetur, Anno 741.§. Nam & Centumcellenſis Ciuitatis ——*ibi* ——*pro tempore Sacerdotem* addendum eſſe antiquum monumentum, ſeu Breue marmorea tabula inſcriptum Gregorij III. Pont.Max. De oblationibus in Baſilica S.Pauli faciendis ad Miſſas, quo & ſub anathemate prohibet, ne poſteri eas prætermitterent impendere. Quænam verò eſſent eiuſmodi oblationes pergit Auctor exponere: ſed & ——

*Tom.9.anno 760.*§. Sed hic opportunè——*ibi* —— ſanctus Hincmarus —— *dele*, ſanctus——

*Tom.9.anno 770.*§. Sed hic illud iure —*in fine poſt illa verba*—— hactenus non inuenimus ——*his hæc addas*——Dum in Vrbe ipſa geruntur, contigit illic mori Io. Nepeſinum Epiſc. quem vidimus ſuperius ſubſcripſiſſe Concilio Rom. ſub Paulo Papa, cuius ſepulchri in Eccleſia monaſterij S. Sabæ Romæ poſiti adhuc extat inſcriptio his verſibus atque Notis marmori inciſa:

*Hoc humata iacent Iohannis membra ſepulchro.*
*Qui Nepe fuerat Præſul in Vrbe quidem.*
*Ne Nepa ſæua ſibi noceat, ſuccurre redemptor.*
*Et quæ contraxit crimina* . . . .
*Nempe loco ſancto voluit ſepelirier iſto,*
*Quo per hos ſanctos inueniat requiem.*
*Extenſum per* Θ. P. Q. E. V. *conexa.*
*Chriſti annum monſtrant, quo tranſijt iſte ſacerdos.*
*Obijt in pace 11. KL. NOV.*

ΕΨΟΙ

| | | |
|---|---|---|
| Θ. | 9 | Si colligantur numeri quinque harum literarum, partim Latinarum, partim |
| P. | 7 | Græcarum, ſunt anni 770. vt videatur epitaphium Ioannis illius Epiſcopi |
| Q. | 500 | Nepeſini, qui Pauli Papæ Conſtituto ſubſcripſiſſe legitur anno 761. Genus |
| E. | 250 | numeri haud ab omnibus vſu receptũ, & ſi aliquãdo receptum, diſſuetudine |
| Δ. | 4 | iam abolitum: quod ad alia noſcenda, ſi quando acciderit, his ſignata notis |
| | | vetera monumenta, hic deſcribendum putauimus, ſic enim ſe habet: |



Digitized by Google

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| CCCCC | CCC | C.100. | CCCCC | |
| A | B | C | D | |
| CCL | XL | CCCC | CC | C.100. cũ circulo mille. |
| E | F | G | H | I |
| CL | L.50. | CIↃ Mille. | CCIↃ 800. | XI |
| K | L | M | N | O |
| VII | CCCCC | XXC | VII | CLX |
| P | Q | R | S | T |
| V.5. | X.10. | CLIX | CIↃ CIↃ 2000. | |
| V | X | Y | Z | |

*Poßidet A, numero quingentos ordine recto.
Et B, tercentum per ſe retineri videtur.
Non pluſquam centum C, littera fertur habere.
Littera D, vult A, quingentos ſignificabit.
E, quoque ducentos & quinquaginta tenebit.
Sexta quaterdenos gerit F, quæ diſtat ab alpha.
G, quadringentos demonſtratiua tenebit.
H, quoque ducentos per ſe deſignat habendos.
I, C, compar erit, & centum ſignificabit.
K, quoque centenos & quinquaginta tenebit.
Quinquies L, denos numero deſignat habendos.
M, caput eſt numeri quem ſcimus mille tenere.
N, quoque nongentos numero demonſtrat habendos.
Vndenos facit O, cognoſcas ſic numerando.
P, ſimilem cum S, numerum monſtratur habere.
Q, velut A. cum D, quingentos vult retinere.
Octoginta dabit tibi R, ſi quis eam numerabit.
S, verò ſeptenos numeratos ſignificabit.
T, quoque centenos & ſexaginta tenebit.
V, verò quinque dabit tibi, ſi rectè numerabis.
X, duplex denos numero tibi dat retinendos.
Y, dat centenos & quinquaginta nouenos.
Vltima Z, canens finem, bis mille tenebit. ] hæc Ioannis Nepeſini Epiſcopi tumuli inſcriptionis occaſione dicta ſufficiant —— Quod inſuper ad res Francorum ——

*Apud Valerium Probũ, Petrum Diac. & alios qui de antiquis Notis ſcripſerunt.



Digitized by Google

Quæ & nos hic inſeruimus, vt ratio iſta numeri conferri poſſit cum ea, quam in verbo, *Beda*, ex eius fragmento m.s. Apparatui huic noſtro adtexuimus.

*Tom.9. anno 771.* §. Verum quod huiuſmodi de cauſa—*in fine poſt illa verba*—vixiſſe ſanctitate conſpicuum —*iſta adde*—At verò poſt primam eiuſdem Tomi noni editionem inuenimus in illis duobus libris poſtea editis rerum geſtarum Caroli Magni à monacho Sangallenſi conſcriptis, de cauſa diuortij eiuſmodi, iſta totidem verbis aſſeri: Filiam Deſiderij Longobardorum Principis Carolus duxit vxorem: qua non poſt multum temporis, quia eſſet clinica, & ad propagandam prolem inhabilis, iudicio ſanctiſſimorum ſacerdotum, relicta velut mortua: iratus pater, &c.] Porrò vt iſta Epiſcopi illi decreuerint, iſta oportuit concurriſſe, nimirum quod reddita eſſet ex morbo penitus impotẽs ad concubitum, & hoc impedimentum iam fuerit ante contractum matrimonium, nullaq; amplius eſſet ſpes probabilis etiam ſi conualuiſſet aptam reddi ad copulam coniugalem. iſta quidem ex ſententia iuris Canonici Conſultorum.

*Tom.9. anno 772.* §. Simulac autem Hadrianus—*in fine poſt illa verba*—Iſta Sabellius—*hæc adde*—Carolus Magnus etiam vt audiuit creatum eſſe Romanum Pontificem Hadrianum, legationem ad ipſum miſit. Qui ea functus eſt, fuit Engelpertus diſcipulus Alcuini, qui eidem ſuas quoque litteras dedit ad eumdem Hadrianum Pontificem, quibus inter alia ipſi precatur vitam in Pontificatu prolixam, quod eſt feliciter conſecutus. ipſa autem epiſtola ſic ſe habet:[a]

a Epiſt. 28. to. 2. Antiq. lect.

*Tom.9. anno 778. prope finem.* §. Hucuſque Alcuini verſus—*poſt hæc verba*—deſcribi vix potuerunt—*adde iſta*—Poſt autem emendicata hinc inde non ſine labore de Alcuino fragmenta, iamq; edito præſenti Annalium Tomo, contigit diligentia Henrici Caniſij Nouiomagi, Canonum profeſſoris in Academia Ingolſtadienſi, de antiquitate Eccleſiaſtica bene merentis, vna cum alijs veteribus Antiquæ lectionis (hoc enim titulo inſcripti leguntur duo Tomi ab eo editi) in lucem prodi eiuſdem Alcuini ad diuerſos epiſtolas ſexagintaſeptem, ex quibus nonnihil præſens Tomus fuiſſet locupletandus, ſi ante eius editionem ijſdem potiri licuiſſet. Verum in hac Appendice (vt de alijs multis fieri contigit) quæ maioris momenti eſſe cognouimus, hic addenda atque edenda curauimus. In primis verò illud, quod cum eiuſdem Alcuini tẽpore in Scotia primum ſeminari cœpiſſent peſſima zizania illa, quæ hoc noſtro ſæculo denſata ſegete Boreales prouincias occuparunt; quibus affirmaretur illud infauſtum hactenus inauditum oſtentum, Confeſſionem peccatorum non eſſe faciendam Sacerdoti, ſed Deo tantum: idem vir ſanctiſſimus atque doctiſſimus Alcuinus, vna ad eos epiſtola ſcripta, eadem zizania exorta præcidit, immò conuulſit illa radicitus, vt amplius viſa non fuerint nec audita. Ipſa autem epiſtola, tamquam arma victricia, quibus primùm diabolus horum auctor eſt ſuperatus, hic in Chriſti templo ſuſpenſa reſplendeat; quæ ſic ſe habet:[b]

b Flac. Alcui. epiſt. 26.

*Tom.9. anno 791.* §. Diſputans inſuper idem Paulinus—*in fine vbi dicitur*—ſuos clericos cohabitare—*iſta addas*—Commendatur magnopere eiuſdem Paulini ſanctitas & doctrina ad oppugnandas emergentes hæreſes ab Albino Flacco eius intimo familiari, qui his diebus has ad eum litteras dedit, quibus hortatur naulter agere aduerſus hæreticos pro dogmatibus Eccleſiaſticis, pro quibus libellum quem ſcripſerat, ad eumdem Albinũ miſerat, ad quem ita reſcripſit.[c]

c Albin. ep. 60. tom. 1. Antiq. lect.

*Tom.9. anno 795. prope finem.* §. Bellum verò—*in fine poſt illa verba*—hæc Addo—*iſta ſubiungas*—eſt de his mentio in epiſtola Albini Flacci ad Paulinum Patriarcham Aquileieſem, vbi hæc leguntur:[d] In cuius potentia & gratia, *Dei ſcilicet*, mirabiliter de Auarorum gente triumphatum eſt. Quorum Miſſi ad domnum Regem directi ſubiectionem pacificam, & Chriſtianitatis fidem promittentes. Et ſi hoc diuina eos præueniente gratia verum eſt: quis ſe ſeruorum Dei tam pio & laudabili labori ſubtrahere debet; vt diaboli diruatur ſæuitia, & Chriſti Domini creſcat ſeruitium? Sed quamplurimorum in te, pater optime, oculi reſpiciunt, quid veſtra veneranda ſanctitas facere velit; quia & vicinitas locorum tibi competit, & ſapientiæ decus ſuppetit, & auctoritatis excellentia tibi appetit, & cuncta conueniunt, quæ tali operi neceſſaria eſſe videntur, &c.]—conuerſos verò poſt hæc—

d Albin. ep. 61. tom. 1. Antiq. lect.

*Tom.9. anno 796.* §. Rurſum verò hoc eodem anno—*in fine poſt illa verba*—hæc ipſe—*iſta addas*—Dedit inſuper eidem Legato Engelberto, ſeu Engilperto ad eumdem Leonem Papam Albinus Flaccus, qui & Alcuinus epiſtolam dignam quidem multiplici nomine, vt hic deſcribatur. ſic ſe habet:[e]

e Albin. epi. 27. tom. 1. Antiq. lect.

Atqui idem Baronius Card. addenda quædam hiſtorica eſſe monet eidem nono To-

mio anni 796.799.800.& 810. quæ ibidem legi, ſiue alijs ſuperioribus editionibus inſeri debent.

*Tomo Nono addantur & corrigantur quæ ſequuntur.*

*Anno Chriſti 714.* §. Cum autem poſt—*ibi*—dies puadraginta—*adde*—duos——

*Anno Chriſti 717. in principio* —*ibi*—triennio—*adde*—ſiue biennio.——

*Eodem anno 730.* §. Septimo Idus Ianuarij—*ibi*—& dies ſeptem——*adde*——imò annos quindecim, vt dictum eſt ſuperius.——

*Anno Chriſti 741. in principio* —*ibi*—annis viginti quatuor——*corrige*—— viginti quinque.——

*Eodem anno* §. Vbi autem——*ibi in fine*——ſedere cœpiſſe——*adde*——ſeu potius annos quindecim ſediſſe vſque ad annum ſeptingenteſimum trigeſimum, quo priuatum conſtat.——

*Anno Chriſti 745.* §. Quæ autem iſta——*ibi*——quaquageſimo——*corrige*—— quadrageſimo.——

*Anno Chriſti 756.* §. Hoc anno qui numeratur quartus—*adde*—abſolutus, & quintus inchoatus—Pipini—

*Anno Chriſti 762.* §. Ambo igitur—*ibi*—Ciuilianum—*adde*—Si autem coniectura res agenda eſt, fortaſſe vox illa, Vitelius, deducta eſt, à βυθὸς, quod ſignificat igneum gurgitem, vnde βύθιος, qui eſt in profundo, ſicque ea voce ſignificatum, Conſtantinum in profundum impietatis decidiſſe, iuxta illud: *Peccator cum in profundum venerit, contemnit.* Et vox Ciuilianus à Græco pariter κυϐηλιςής, quod ſignificat improbum, maleficum, ſecuri dignum.——

*Anno Chriſti 766.* §. Hoc pariter anno Abdallam ——*ibi*—— hæc ipſe—*adde*—— verum magis certum eſt ipſum vixiſſe Abdallam vſque ad annum Chriſti ſeptingenteſimum ſeptuageſimum quintum, vt ſuo loco dicetur.—

*Anno Chriſti 770.* §. Intereà res Chriſtianorum——*ibi*——annò octogenteſimo——*corrige*—anno ſeptingenteſimo.——

*Anno Chriſti 771.* §. Quod ad res Occid.—*in fine poſt illa verba*—Caroli ſcripſit—*hæc adde*——Verum ex reperto epitaphio Hildegardis Reginæ euidenter apparet, eam non nuptã Carolo antequam Italia potius eſt cum Vrbe Roma, ſicque eius connubium non ante annum Chriſti 774. contingere potuiſſe. Porrò eius epitaphium recitabitur inferius eo anno quo obijt, ſeptingenteſimo octogeſimo ſexto. —— Ceterum quid interceſſerit.——

*Anno Chriſti 775. in principio*—*ibi*—totidem ferme——*corrige*— decem ipſe amplius annis quam——pater

*Ibidem ſequenti linea*—*vbi legitur*—pariter trigintaquatuor—*corrige*——non niſi viginti quatuor.——

*Eodem anno* §. Defunctus igitur——*ibi*——vt ſuo loco dicetur—*corrige*—vt aſſeritur à Græcis in Menologio.——

*Anno Chriſti 779.* §. *in fine ipſius hac adde*——De prœlijs Caroli Magni aduerſus Saxones ſæpius iteratis agit Petrus Damiani in epiſtola ad Mainardum Epiſcopum Vrbinatem, hæcque ait inter alia: *Godefredus planè clariſſimus Dux & Marchio mihi perhibuit in propria regionis, nempè Lotharingia hiſtoria contineri, quoniam Carolus Imp. quindecim vicibus cum Rege Saxonum, qui Gentilitatis adhuc detinebatur errore, bellum commiſit.* Et poſt hæc: *Aliquando ſanè dum Carolus idem excelſa, vt aſſolet, intronizatus ſede diſcumberet, pauperes verò quos alebat, ſolo tenus ignobiliter reſiderent: Rex Saxonum qui tenebatur captiuus, & remota procul ab Imperatore menſa prandebant, talia per nuntium legata direxit: Dum veſter ; inquit; Chriſtus ſeſe perhibeat in pauperibus recipi, qua fronte perſuadetis noſtra illi colla ſubmitti, quem vos ita deſpicitis, eiq; nullam honoris reuerentiam exhibetis? Ad quod Imperator corde compunctus eruupit; & ex ore gentilis hominis Euangelicam prodire ſententiam, vehementer expauit.* Hæc ibi Petrus——

*Anno Chriſti 780.* §. Eodem quoque menſe——*ibi*——& diebus ſex—*corrige*—minus diebus ſex——

*Anno Chriſti 783.* §. hoc item anno Silo—*ibi*—quod dictum eſt——*dele*.

*Anno Chriſti 785. in principio ipſius*—*ibi*—extant litteræ tum Imperatorum—*ſic corrige*—extant litteræ tantum Imperatorum, ſed vt apparet datæ anno ſuperiori, & ante creationem Taraſij. recitat eas——



Digitized by Google

*Anno Chriſti 786. in fine ipſius hæc adde*—Hoc eodē anno moritur Hildegardis Regina vxor Caroli Magni, cum vixiſſet cum ipſo annos duodecim, vt eius ſepulturæ epitaphium ſcriptum docet, quod ex ruinis monaſterio S. Arnulphi Metenſis erutum ad nos miſſum vna cum alijs Caroli ipſius filiorum inſcriptionibus, hic tibi, vt piæ valdè fœminæ, & ſeculi huius omnium clariſſimæ deſcribendum curauimus. Sic ſe habet:

*Aurea quæ fuluis rutilant elementa figuris,*
*Quam clara extiterint membra ſepulta docent.*
*Hic Regina iacet Regi præcelſa potenti.*
*Hildegard Karolo quæ benè nupta fuit.*
*Quæ tantum clara tranſcendit ſtirpis alumnos,*
*Quantum quæ genita eſt Indica gemma, ſolum.*
*Huic tam clara fuit florentis gratia formæ,*
*Qua non Occiduo pulchrior vlla foret.*
*Cuius haud tenerum poſſunt æquare decorem*
*Sardonix Pario, lilia mixta roſis.*
*Attamen hanc ſpeciem ſuperbant lumina cordis,*
*Simplicitasq; animæ, interiorq; decor.*
*Tu mitis, ſapiens, ſolers, iucunda fuiſti,*
*Dapſilis, & cunctis condecorata bonis.*
*Sed quid plura feram, cum non ſit grandior vlla*
*Laus tibi, quam tanto complacuiſſe viro?*
*Cumq; vir armipotens ſceptris iunxiſſet auitis*
*Liniferumq; Padum, Romuleumq; Tibrim:*
*Tu ſola inuenta es, fueris quæ digna tenere*
*Multiplicis regni aurea ſceptra manu.*
*Alter ab vndecimo rurſum te ſuſtulit annus,*
*Heu genetrix Regum! Heu decus, atq; dolor!*
*Te Francus, Sueuus, Germanus, & ipſe Britannus,*
*Cumq; getis duris plangit Ibera cohors.*
*Accola te Ligeris, te deflet & Itala tellus,*
*Ipſaq; morte tua anxia Roma gemit.*
*Mouiſti ad fletus & fortia corda virorum,*
*En lacrymæ clypeos inter & arma cadunt.*
*Heu quantum ſapiens & firmum robore ſemper*
*Vſiſti flammis pectus herile viri.*
*Solatur cunctos ſpes hæc ſed certa dolentes,*
*Pro dignis factis quod ſacra regna tenes.*

Hucuſque Hildegardis Reginæ epithaphium——

Sed & eius filiæ in cunis defunctæ, quæ ibidem inuenta eſt, accipe ſepulchro inditam inſcriptionem.

*Hildegard rapuit ſubitò te funus acerbum,*
*Ceu raptat Boreas verò liguſtria nouo.*
*Expleuit nectum vitæ tibi circulus annum*
*Annua nec venit lux geminata tibi.*
*Paruula non paruum linquis virguncula luctum,*
*Confodiens iaculo regia corda patris.*
*Matris habens nomen, renouas de morte dolorem,*
*Poſtquam vixiſti vix quadraginta dies.*
*Pectore nos mæſto lacrymarum fundimus amnes,*
*Tu nimium felix gaudia longa petis.*

Hæc ibi, quorum ſi quis me rogaret auctorem, reſponderem (quod opinor ex muſa conſimili) Albinum Flaccum, dictum aliter Alcuinum, ſicut & ſequentis quod ſcriptum, cum primogenita filia eiuſdem; eodem fermè tempore obijt, ſic vt eius epitaphium ibidem inuentum habet verſibus iſtis:

*Hoc tumulata iacet puſilla puellula buſto,*
*Adelaid amne ſacro quæ vocitata fuit.*
*Huic ſator eſt Karolus, gemmo diademate pollens,*
*Nobilis ingenio, fortis ad arma ſatis.*
*Sumpſerat hæc ortum propè mœnia celſa Papiæ,*
*Cum caperet genitor Itala regna petens,*
*Sed Rhodanum properans rapta de lumine vitæ,*
*Itaq; ſunt matris corda dolore procul,*
*Exceſſit patrios non conſpectura triumphos;*
*Nunc Patris æterni regna beata tenet.*

Duxit autem poſt obitum Hildegardis Luitgardem & alias, decedentibus ipſis, idem Carolus Magnus, in hoc planè ſeipſo minor inuentus, cum nec his contentus, introduxerit concubinas——

*Anno Chriſti 795. §.* Probat quidem—aut audiatur digna—*adde*—quæ alij (vt dictū eſt ſuperius) affigunt Leoni Magno. Ita inconſtans mendacium inuenitur vbique——

*Anno Chriſti 804. vltimo verſu anni eius poſt illa poſtrema verba*—hęc Lupus Abbas—*hæc adde*—Ceterum quod ad tempus eius obitus ſpectat, ipſum Albinū adhuc poſt hęc tempora fuiſſe ſuperſtitem, quæ de eo inferius aſſeruntur, affirmare nos cogunt contrà ipſum Oderannum. Verùm de ipſius Albini ætate maximæ inſurgunt difficultates, quādoquidem ſi ipſe idem eſt, de quo Beda meminit, planè centenariam ętatem longè exceſſiſſe, dicendū eſſet. Quamobrem illud potius aſſeruerim, aut illum Albinum cuius meminit Beda, alium omninò diuerſum eſſe ab eo qui vixit ſub Carolo Magno, eiuſque hunc poſteriorem fortaſſe fuiſſe diſcipulum, aut certè fatendū, non omnia, quæ tribuuntur Arbino, eius eſſe. Nos autem bona fide quæ accepimus, cuſa illa damus——

*Anno Chriſti 806. §.* Quod rurſum ſpectat ad commentum——*vſq; ibi*——Vrgentibus autem——*dele.*

*Anno eodem §.* Super omnia autem iubemus—*ibi*—S. Papæ—*corrige*—ſancti Petri——

*Ibi in margine, vbi dicitur* PONTIFICVM —*corrige*—ROMANAE ECCLESIAE——

*Anno Chriſti 811. in fine ipſius hæc adde*—Quod autem Adelaidis, ſiue Adeleidis Pipini filiæ nuper mentio facta eſt, hic reddamus eius ſepulchri epitaphium in monaſterio S. Arnulphi Metis exiſtentis:

*Perpe-*

*Perpetualis amor capiendæ & cauſa ſalutis*
*Pectore quem vigili hoc properat facit.*
*Noſſe cupis cur buſta ſacer numeroſa retentet*
*Hic locus, aſtrigeri qua patet aula poli?*
*Iſte ſacer domini qui poſt ſeruauit ouile*
*Legitimi fuerat germinis ante pater.*
*Cuius poſteritas abauo confiſa patrono*
*Hoc cupit in ſancto ponere membra loco.*
*P●ini hic proles Adeleid pia virgo quieſcit,*
*Quam ſimul & reliquas S. tuere pater.*

Ibidem & ſecundi Pipini huius aui filia Rothaides ſepulta hoc claret epitaphio, quò & genus texitur maiorum eius. Sic ſe habet:

*Hic ego quæ iaceo Rothaidis nomine dicor,*
*Qui genus excelſo nimium de germine duco.*
*Nam mihi germanus gentes qui ſubdidit armis*
*Auſonias, fretus Carolus virtute Tonantis.*
*Pipinus eſt pater, Carolo de Principe cretus,*
*Aggarenum ſtrauit magna qui clade tyrannum.*
*Pipinus proauus, quanquam audactior vllus.*
*Aſt abauus Anchiſe potens, qui ducis ab illo*
*Troiano Anchiſe longo poſt tempore nomen.*
*Hunc genuit pater iſte ſacer Præſulq; beatus*
*Arnulphus, miris geſtis qui fulget vbiq;,*
*Hic me ſpe cuius freti poſuere parentes.*

Porrò S. Arnulphi cauſa, facta eſt eius Eccleſia ſepultura eius generis Regum Francorum, eorumque filiorum ——

*Anno Chriſti 812. §.* Ponitur hoc anno perperam —— *vſq; ibi* —— Ad hæc vltima tempora —— *dele.*

*Anno Chriſti 813. §.* Eodem quoque anno (vt dictum eſt) — *in fine ipſius poſt illa verba* — & laude Dei — *hac adde* — Quod autem errore factum eſt in priori editione, vt poſitũ fuerit Concilium habitum ad Villam Theodonis, ante duo iſta Concilia Moguntinum & Rhemenſe: hic corrigendum eſt, atque dicendum, primum quidem oportuiſſe celebrata eſſe dicta duo Concilia, deinde verò illud ad Villam Theodonis, eo quod Archiepiſcopi Moguntinus & Rhemenſis Aiſtulphus & Ebbo, qui interfuerun● Concilio celebrato in Villa Theodonis, poſt Hildebaldum Moguntinum & VValferium Rhemenſem, qui interfuerunt dictis duobus Concilijs, ſediſſe legantur. Quod ex eo redditur exploratum, quod ambo hi, Aiſtulphus & Ebbo, nominati reperiuntur in quadam conſtitutione Ludouici Caroli Magni filij, quæ ſuo loco inferius recitatur; quam editam eſſe poſt duo illa dicta Concilia, nullum eſt dubium. ——

*Anno Chriſti 817. §.* Cæterum querela —— *ibi* —— non ſolum ſub Leone —— *corrige* —— non ſub Leone ——

*Eodem §. vbi dicitur* —— egregiè martyrium conſummarunt — *corrige* — glorioſa claruerunt confeſſione. ——

Decimvs Tomus ab 840. anno vſque ad 1000. ſalutis noſtræ annum Geſta complectitur, quo tempore Sylueſter ſecundus huius nominis Pont. Max. & Otho Tertius Imp. ille Eccleſiam, hic regebat Imperium. Nihil autem in hoc Tomo agendum Auctor ſcripſit eiuſdẽ Tomi Appendice, niſi vt quædã Hiſtorica adderentur annis 865. 945. 999.

*Anno Chriſti 983. pag. 846. verſ. 9. ibi* — Vrbanus Secundus — *corrige* — Victor Tertius.

*Anno Chriſti 998. pag. 923. verſ. 9. ibi* — His ita decurſis, Imperator Romam verſus dirigit iter — quæ ſequuntur vſque ad verba illa — Quòd ad res Orientis — ſunt delenda, atque in locum ſuum in Tomum XI. transferenda; quorum loco ita iſta ſunt ponenda — Inde ad Samnites ſe contulit, vt Principes Longobardos in officio contineret; tunc accidit, vt religionis ergò ad Caſinenſe Monaſterium ſe conferret, cui tunc præerat Ioannes vir egregiæ ſanctitatis, cuius præfecturæ Diuinitus ipſi creditæ hic erat annus primus, quo & incipiebat ſecundus: de quo Leo Oſtienſis: *Hic primo ordinationis ſuæ anno præceptum confirmationis ab Othone III. Imp. ſuſcepit aureo ſigillo bullatum. Quo etiam tempore idem Imperator hic per dies aliquos remoratus duas argenteas coronas obtulit B. Benedicto*] hæc Leo. Eodem quoque tempore idem Imperator Beneuenti cum eſſet, venit ad eum Hucbertus vir ſanctiſsimus, electus Archiepiſcopus Colonienſis, vt ex more inueſtiturã acciperet, ratione feudorum, quæ idem Antiſtes ex fiſco Regio poſsideret, qua accepta idem Romam ſe contulit, & pallium à Gregorio Papa ſuſcepit. Teſtatur hæc Rupertus Abbas Tuitienſis in vita ipſius, qui cùm dicat id factum triennio ante Othonis obitum, vtique ad hunc, vel potius ſequentem annum ſunt referenda. Quod ad res ſpectat ——

### *Tomo Decimo, hæ correctiones & additiones iuſſu autoris inſerantur.*

*Anno Chriſti 844. in principio ibi* —— Petrum nominauerat —— *adde* — Verùm id factum primum ab Octauiano, qui vocatus eſt Ioannes XII. alij tradunt, vt ſuo loco inferius dicetur. ——



Digitized by Google

*Eodem anno* §.His omnibus finitis—*in fine ibi*— diuinitus allatu miraculu—*his hæc adde*—Drogo auté Metenſis Archiepiſcopus reuerſus ad ſuos, diem obijt, ſepultuſque eſt in monaſterio S. Arnulphi, vbi & in eius ſepulchro huiuſmodi fuit epitaphium exaratum:

*Conditur hoc buſto Præſul Drogo marmore ſculpto*
*Spiritus in requie lætus ouat Abrahæ.*
*Filius hic Magni Caroli fuit Imperatoris,*
*Vir pius & prudens, vel probitate cluens.*
*Aula regalis moderator, paſtor ouilis*
*Metis, & Eccleſiæ iure pater patriæ.*
*Hic Præſul, præſes, dominus, primaſq; cis Alpes,*
*Eius iudicio * paca fuit regio.*
*Iſte Glodeſindis ſolenniter oſſa leuauit,*
*Condigneq; loco condidit eximio.*

Sed redeamus in Vrbem, ad res geſtas ipſius Romani Pontificis—Pergit rurſum Anaſtaſius—

*Anno Chriſti 845.* §. Hodie Imperatores—*ibi*—illatum eſt—*adde*—ſed quod ad tempus ſpectat,—*corrige*—vt loco annorum decem & nouem, ponas decem & ſeptem: tot enim numerabis ex eodem auctore ſuperius, cui conſentiunt alij.—

*Anno Chriſti 847.* §. Cum iam ſatis—*ibi*—celebrandus—*adde*—At ex his quæ ſuperius de eo dicta ſunt, reperies eum ſediſſe annos quinque & menſes quatuor—

*Anno Chriſti 853. in principio*—*ibi*—per annos ſexdecim—*corrige*—per annos tredecim—

*Ibidem vbi dicitur*—ſexageſimum nonum—*corrige*—ſexageſimum ſextum—

*Anno Chriſti 853.* §. Propè finem—*ibi*—tres Legati—*corrige*—quatuor Legati—

*Anno Chriſti 865.* §. *in principio*—*ibi*—menſe Februarij—*corrige*—menſe Ianuarij—

*Anno Chriſti 866.* §. Hoc eodem anno Nicol.—*ibi*—ad Henricum—*corrige*—ad Herardum—*& poſt ſequentem verſum*—*ibi*—Henrico—*corrige*—Herardo—

*Eodem anno* §. Remigius Lugdunenſis—*ibi*—Hildegarius Met. Epiſcopus *corrige*—Meldenſis Epiſcopus—

*Anno Chriſti 867.* §. Porrò manus—*ibi*—vndecima Nouembris—*corrige*—vndecima Decembris, & quidem ſecundum Frodoardum biduo ante obitum Nicolai: nam ipſum defunctum affirmat die 13. Decembris—*vſq; ibi*—ſicque redditæ ſunt ſucceſ—

*Eodem anno* §. Porrò Ioannes diaconus—*ibi*—ſuis datis literis ad Orientales—*corrige*—ſuo colloquio habito cum Orientalibus—

*Anno Chriſti 870.* §. Aſtitit huic Synodo—*adde*—ſeu potius Synodo Duziacenſi, celebratæ anno ſequenti Hincmarus iunior—

*Anno Chriſti 873.* §. Hoc pariter anno à Ioanne—*ibi*—Indictione quinta—*adde*—(aliàs ſexta) Idibus Septembris—

*Anno Chriſti 876.* §. Petentibus autem Epiſcopis—*ibi*—Prothaſius—*adde*—(aliàs Frotarius) vt ſupra Burdegal—

*Anno Chriſti 882.* §. Cum verò poſt Ioannis obitum—*ibi*—diebus tribus—*corrige*—diebus tredecim exæſtuans—

*Eodem anno paulò inferius.* §. Porrò decepit plures—*ibi in fine*—aſſertio—*corrige*—negatio—Stephani—

*Anno Chriſti 891. in principio.* §. De hoc autem—*ibi*—Pontifice Stephano—*adde*—niſi intelligat de Stephano illo nequiſsimo, numero, ſeptimo, dicto ſexto—Marinus—

*Anno Chriſto 901.* §. Cum autem Princeps—*in fine ipſius poſt illa verba*—ita diutius permanentis—*hæc adde*—At ex epiſtola eiuſdem Nicolai ad Romanum Pontificem ſcripta, cum ab exilio eſt reuocatus in ſuam ſedem, quæ vna cum alijs eiuſdem Patriarchæ epiſtolis ad nos ab Aloyſio Lolino Epiſcopo Bellunenſi miſſa eſt ex ſua Bibliotheca Græcis libris opulenta, multa narrantur, quæ in recitatis deſuper monumentis deſiderantur, nimirum, antea à Zoe genitum filium, quā de matrimonio cum ea contrahendo, ea fuerint actitata. Inſuper quod cum mirum in modum ijſdem nuptijs idem Patriarcha fuerit refragatus, ab eodem Imperatore fuiſſe legationem miſſam ad Romanum Pontificem, qui ſuper eiuſmodi matrimonium diſpenſaret; inuentumque tunc ſedere Sergium, qui miſſa ea de cauſa legatione Conſtantinopolim, per eam idem quartū Imperatoris contractum cum Zoe matrimonium ratum haberi voluit, curauitque vt eidem contradicens idē Patriarcha Nicolaus in exilium mitteretur; quod & factum eſt ſtatim. Leges iſta locupletius ſcripta in dicta eiuſdem Nicolai Patriarchæ epiſtola ad Romanum Pontificem data, deſcribenda, inferius ſuo loco, eo tempore, quo ipſa reperitur fuiſſe conſcripta, anno videlicet Redemptoris nongenteſimo duodecimo—Quod verò ad Theophanonem—

*Anno Chriſti 912.* §. Defuncto itaque Alex—*ibi*—quem cum—*dele*—cum—*ſequenti verſu ab illis verbis*—omninò erraſſe noſcuntur—*vſq; ad illa verba*—Inter tutores—*dele.*

*Eodem anno* §. In hunc vſque annum —— *ibi* —— duobus illis annis computatis —— *corrige* —— vltra quatuor illos annos ——

*Eodem anno* §. Defuncto itaque Alexandro —— *in fine ipſius poſt illa verba* —— eſt numeratus —— *adde quæ ſequuntur* —— Qui tunc quidem nõ ſede tantum potens, in quam anno ſuperiori (vt vidimus) fuerat reuocatus, ſed adhuc etiam adminiſtratione pollens Imperij ipſe tutor Imperatoris, memor iniuriarum antiquarum, quas paſſus fuerat ſub Leone à quo, ſuadentibus Sedis Apoſtolicæ Legatis, è throno depoſitus & in exilium miſſus fuerat: querelis plenam ad Romanum Pontificem ſcripſit epiſtolam qua cum exactè admodũ rei tunc geſtæ hiſtoriam narret, pluribus diſſerit aduerſus, quadrigamiam admittentes Romanos Pontifices, cuius cauſa, quod ipſe eam non probaret, ſolum vertere coactus fuiſſet. Nacti nos ipſam ab Aloyſio Lolino Epiſcopo Bellunenſi rerum noſtrarum ſtudioſiſſimo vnà cum alijs memoria dignis eiuſdem Patriarchæ epiſtolis, hic deſcribendã curauimus, ſic ſe habet: *Sanctiſſimo Papæ veteris Romæ Nicolaus Patriarcha* C P. *de Tetragamia à Romanis recepta.*

*Anno Chriſti 916. in fine ipſius poſt illa verba* —— Eccleſias reſtaurauit, deſcribitur —— *adde quæ ſequuntur* —— Quod ad res pertinet Orientis, hoc anno qui numeratur 15. ab exilio Nicolai Conſtantinopolitani Patriarchæ, idem ipſe vna cum Imperatore Legatos miſit ad Ioannem Papam pro ineunda perfecta concordia cum Romana Eccleſia, deditque eis Epiſtolam ad eundem Pontificem, quam acceptam vna cum alijs ab Aloyſio Lolino Epiſcopo Bellunenſi amico noſtro, hic deſcribimus:

*Ioanni beatiſſimo Papæ, &c.* Vide App. Tom. 11.

*Quot, quantiſq; ærumnarum fluctibus per 15. annos iactati ſimus, &c.*

*Anno Chriſti 923.* §. Eodem quoque anno Martij menſis die 26. —— *corrige* —— die 16. ——

*Anno Chriſti 932. in fine ipſius poſt vltima illa verba* —— in horrea Annalium infert —— *adde quæ ſequuntur* —— ſed locupletetur auctario, nempè Concilio Erpesfurt, alias Erfordiæ, hoc ipſo anno celebrato, quod poſt cuſum hunc Tomum accepimus: ſic ſe habet:

*Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 932. anno etiam Domini, &c.* Vide To. 11. Conc. Coloniæ editorũ.

*Anno Chriſti 933.* §. Hic mirari non deſino —— *ibi* —— Rhemenſi Archiepiſcopo —— *corrige* —— Rhemenſis Archiepiſcopus ——

*Anno Chriſti 936.* §. Eodem quoque anno moritur intruſus —— *ibi* —— ex quo neceſſe eſt erroris arguas —— *ſic corrige* —— ſecundum eorum ſententiam ——

*Anno Chriſti 950.* §. vlt. —— *ibi* —— annos decem, & nouem —— *corrige* —— viginti duos ——

*Anno Chriſti 951.* §. vlt. —— *ibi* —— Eadmundus —— *corrige* —— Eadredus —— *ſic & in fine.*

*Anno Chriſti 954.* §. At non hic finis —— *ibi* —— pulſus eſt —— *corrige* —— qui pulſus iam antea fuerat ——

*Anno Chriſti 955. in principio ibi* —— annos decem, menſes & dies decem —— *corrige* —— annos nouem, menſes ſeptem, dies decem ——

*Anno Chriſti 964.* Sed quod in his —— *ibi* —— 64. —— *corrige* —— 63.

*Anno Chriſti 965.* §. Leo autem —— *in fine* —— & quodam —— *dele hæc verba.*

*Anno Chriſti 967.* §. vlt. —— *ibi* —— annos decẽ & ſeptem —— *corrige* —— annos duodecim ——

*Anno Chriſti 968.* §. Sed cur —— *ibi* —— non —— *corrige* —— nunc ——

*Anno Chriſti 975.* §. Quo ad res —— *ibi* —— annos ſex —— *corrige* —— annos quinque, vel ſi ſex (vt alij volunt) in ſequentem annum reijciendus eius eſt obitus ——

*Anno Chriſti 981. in principio ibi* —— ſponte ſe abdicauit —— *corrige* —— qui ſponte ſe abdicarat, moritur ——

*Anno Chriſti 984.* §. CONSTAT NIMIRVM —— *in fine poſt illa* —— ſed mendoſè nonnihil —— *adde* —— vt manifeſtè appareat loco anni 84. legendum 85. & loco Indictionis 12. legendum 13. vt conuenire Ioannis Papæ ſedis tempori poſſit. —— Eodem anno ——

*Anno Chriſti 986.* Hoc eodẽ anno Aligernus —— *ibi* —— mentio habetur —— *adde* —— ita quidem in cuſo codice; in antiquitus autem ſcripto Caſſinenſis monaſterij leguntur eodem lib. 2. cap. 12. *Manſo 28. Abbas ſedit annos vndecim. Iſte fuit conſobrinus Pandulphi Principis, qui cum eo tempore, quo Aligernus Abbas defunctus eſt, monaſterio ſancti Magni iuxta Fundanam ciuitatem poſito præeſſet, propinquorum Principum fretus auxilio, Abbas Caſſinenſis à pluribus Fratribus ſubrogatur: non enim omnium huius loci monachorum conſenſu cœnobij huius Abbatiam adeptus eſt. Vnde factum eſt, vt nonnulli de prioribus huius monaſterij Fratribus potius hinc egredi, quam manere ſub illo eligerent. E quibus Ioannes Beneuentanus, qui poſtmodum Abbas extitit, vnus fuit, alter verò Theobaldus nihilominus poſtea Abbas effectus. Dominus etiam Lutius de religioſis huius loci monachis ac prioribus vnus: necnon & quinq; alij, quorũ nomina non recoluntur. Ex quibus omnibus tres priores Hieroſolymam, quinq; verò alij in Lombardiam profecti ſunt. Quos cum ob maximam huius loci reuerentiam Hugo Marchio nimis honorificè ſuſcepiſſet, ex eius largitione & conceſſione quinq; monaſteria in illis partibus conſtruxerunt;*

ibiq;

*ibiq; iuxta traditionē huius monaſterij monaſticum ordinem inſtituerunt. Ex cuius etiam Marchionis dono duæ hic argenteæ coronæ habentur.* Porrò de Hugonē iſto inferius eius obitus tempore plura dicturi ſumus. Manſo autem quas dederit pœnas —

*Anno Chriſti 990.* §. Eodem anno celebratur in Gal — *ibi* — Giſleberti — *corrige* — Adalgerij —

*Anno Chriſti 991.* §. Hoc ipſo anno qui numeratur — *ibi* — Poloniæ — *corrige* — Bohemiæ —

*Anno Chriſti 995.* §. Hic ſpectare licet — *ibi propè finem* — proximè dicturi ſumus — *his hæc addas* — At hic recitanda eſt eiuſdem Gerberti epiſtola, quę hoc ipſo tempore eſſe ſcripta cognoſcitur, nempè poſt adiudicatam à Leone Apoſtolicæ Sedis Legato Rhemenſem Sedem Arnulpho. Accepimus eam Pariſijs miſſam à noſtri amantiſsimo Nicolao Fabro, ex qua etiam colligitur eius teſtificatione, eundem Gerbertum poſt Leonis ſententiam, ad Synodum prouocaſſe, cuius adhuc iudicium ſibi expectandum eſſet. Ex eadem quoque intelliges, quibus ſe artibus inſinuaret Ottoni Imp. & Adelaidi Agg. ſoceris Roberti Regis Francorum, cuius magiſter ipſe fuiſſet. Scripta eſt epiſtola ad Adelaidem Imperatricem: his verbis: *Dominæ & glorioſæ Adelaidi Reginæ, &c.* Vide App. Tom. II.

VNDECIMVS Tomus qui an. 1605. prodijt, ex Typographia Vaticana, Romæ, & Coloniæ ab anno Redemptoris 1001. exordium ſumens ad annū ſe 1100. excluſiuè extendit, continens annos 90. nouem. Appoſitus eſt ad calcem Libri Tractatus Humberti Siluæ candidæ Epiſcop. S.R.E. Card. De Azymo, & Fermento. Adiectæ ſunt præterea quorundam Locorum additiones, elucidationes, & emendationes, tam huius, quàm præcedentium Tomorum, prout numerus illis additus docet.

## *Quæ in hoc Vndecimo Annalium Tomo addenda, vel corrigenda ab eodem Auctore ponuntur, hæc ſunt.*

*Anno Chriſti 1002.* §. Aderat Comes — *ibi* — haberi contingat — *hæc adde* — ſed iam hic cuncta quæ de eo reperimus digna memoria, deſcribamus. At primum ſcias, ex ijs, quæ ex Petro Damiani dicturi ſumus, quod iſta quæ modo ex Sigeberto ſunt narrata, fide minuuntur. Siquidem ante Ottonis obitum, Hugonem eſſe defunctum, ab eodem Petro, qui hoc ipſo ſeculo vixit, aſſeritur. Quod & perſpicuè ex antiqua inſcriptione ad eius ſepulchrum poſita demonſtratur, dum non hoc anno, quo poſuimus ſecuti Sigebertum, eundem Hugonem mori contigit, ſed ſuperiori, qui eſt Redemptoris 1001. Sicque ex Petri ſcriptis, quæ poſt hæc cuſa ad nos peruenerunt, iſta corrigimus. Sed & ex eodem probatæ fidei auctore, quæ de hoc ipſo Hugonæ memoriæ prodidit, hic deſcribamus. Ipſe quidem in epiſtola, quam ſcripſit ad Godefredum Tuſciæ Marchionem, eiuſdem Hugonis poſteà ſucceſſorem, hæc de eodem Hugone habet, dum ad eius ſequenda veſtigia ſic cohortatus eſt eum: *Vt autem domeſticum tibi, &c.* Vide App. Tom. II.

*Anno Chriſti 1003.* §. Ad hæc tempora ſpectant — *ibi* — Quod enim anno — *vſq; ad illud* — ſubijcit iſtis — *ſunt delenda cum citationibus in margine poſitis.*

*Anno Chriſti 1054.* §. Leo Papa inquit — *poſt illa verba* — dies octo — *adde iſta* —

Porrò in eius ſepultura duo verſus iſti legebantur inſcripti.

*Victrix Roma dolet Nona viduata Leone,*
*Ex multis talem vix habitura patrem.*

*Anno Chriſti 1061.* §. In principio — *poſt illa verba* — & menſes ſex — *adde quod ſequuntur* — Petrus Damiani in epiſtola ad Mainardum Vrbinatem Epiſcopum, de eodem Nicolao II. Papa hæc præclara admodum narrat: *Porrò Mainardus Siluæcandidæ Epiſcopus mihi retulit, quia Nicolaus Papa piæ memoriæ, qui ante triennium ex hac in Domino luce quieuit, nunquam in toto anno prætermittebat diem, quin pedes duodecim pauperibus ſemper ablueret. Quod ſi facere, per totum non occurreret diem, lucidum pietatis opus explebat in nocte.* Hæc Petrus. Porrò poſt tres ferme menſes vacationis —

*Quod exciderat, hic reponendum eſt. Anno Chriſti 1038.* §. Cæterùm etſi — *in fine poſt illa poſtrema verba* — animo reuoluentes — *adde quæ ſequuntur* — *Quod ſpectat ad res boreales, hoc ipſo anno, nobilis Eccleſia Polonorum magnoperè fluctuauit, &c.* Vide plura & in App. Tom. II.

*Anno Chriſti 1083.* §. Inter hæc autem cum — *ibi* — idem Leo Oſtienſis — *adde* — enarrat. Sed prius de rebus geſtis aduerſus Northmannos habet iſta — Hoc audito — *quæ media intercedunt verba hucuſq; deleto.*

*Anno Chriſti 1049. pag. 167. v. 10. ibi* — Synodum magnam Rhemis cum Galliarum Epiſcopis habuit — *hæc adde* — Hic ſiſte gradum, Lector. Contigit enim poſt hæc cuſa, ſed cum



Digitized by Google

Typographus adhuc laboraret in editione Indicis, ad nos perferri ex Rhemenſi Eccleſia ipſius Rhemenſis Concilij integra Acta, ab auctore eius temporis, qui vidit, quam fideliſſimè ſcripta, quæ præcedunt Geſta pontificia, ante Synodũ in dedicatione ſolemni Rhemenſis illius Eccleſiæ, in quam venerandum S. Remigij Francorum Apoſtoli corpus eſt delatum atque reconditum, per eundem Leonem Papam, ea de cauſa potiſſimum ex Italia in Gallias redeuntem, feliciter habita. Omiſſis igitur quæ præfatur auctor & pluribus narrat de eadem baſilica ſæpius reſtituta, à creatione Leonis Papæ, quam obiter tangit, reliqua hic reddimus, *Defuncto,* inquit, *Papa Damaſo, qui in ciuitate Brixenorum.*

Vide App. Tom. II.

Dvodecimvs Tomus in Typographia Vaticana Romæ primum excuſus eſt anno 1607. & iam Moguntiæ Exordium ſumens ab anno Chriſti 1100. complectitur ſæculum duodecimum.

✝ De Chronologia verò, quam Baronius Card. eſt ſecutus in tanto opere texendo. Vide in verbo, Chronologia.

Romæ autem primò hi Tomi, deinde Antuerpiæ, denique omnes ſimul recogniti, & ſuo loco interpoſitis Appendicibus prodierunt hoc anno Dom. 1602. Venetijs ex officina Scoti: Moguntiæ apud Balthaſ. Lippium, ſumptibus Ioannis Gymnici & Antonij Hierat.

Porrò primi Annalium horum Tomi iamdudum à Franciſco Panigarola Epiſcopo Aſtenſi, & à Franciſco Maria Taruſio, qui deinde Archiepiſcopus, & Cardinalis eſt creatus, Italicè, denique omnium decem Tomorum Epitomen Latinam protulit Ioan. Gabriel Biſciola, Polonicam autem Petrus Scarga Societatis noſtræ. Vide in verbo, Ioan. Gabriel Biſciola, & in verbo, Petrus Scarga. Valentinus autem Leuchtius idem Germanicè nunc præſtat.

Epiſtola Parænetica quam ſcripſit ad Venetos reperitur excuſa Moguntiæ apud Albinum. & Auguſtæ Vindel. apud Georg. VViller. an. 1606.

Caesar Bottonus de Iubilæo Italicè. Placentiæ apud Ioannem Baſacium anno Domini 1589.

Caesar Calderarius, quem alij ſcribunt Calderinum, Vicentinus Canonicus Regularis Lateranenſis Conceptus (vt vocant) ſcripturales Italicè emiſit in Pſalmum *Miſerere,* quos ille 34. lectionibus explicuerat, in Æde Annunciatæ Virginis Neapoli, an. 1583. & in Canticum eiuſdem B. Virginis. Addidit Trophæum crucis. Venetijs apud Dominicum Farrum, anno 1594. Quin & ijdem Conceptus Scripturales Ticini apud Andream Vianum prodierunt, an. 1594. Et in Pſal. *Miſerere,* ibid. apud eundem, an. 1591.

Caesar Franciottus, Lucenſis, Italus, Ordinis Regularium Presbyterorum S. Mariæ Curiæ Landini, quæ Ædes Lucæ Etruriæ Ciuitatis Reipub. Lucenſi ſubditæ ſita eſt, pias edidit Meditationes ad Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Communionem ſpectantes, idque lingua Patria, & eleganti. Tres verò huius Operis ſunt partes. Prima continet Dominicos dies ab Aduentu vſque ad ipſum Paſcha. Secunda à Paſchate vſque ad Aduentum. Tertia ad omnes Sanctorum dies Feſtos, cum obſeruatione rerum magis notabilium, Inſcriptæ ſunt Italicè: *Pratiche di Meditationi ſopra gli Vangeli correnti coſi per auanti, come dop po la Communione.* Prima pars primò Neapoli, anno 1600. deinde Ferrariæ auctior, deinceps item Brixiæ, at & Gallicè Pariſijs prodijt. Scripſit quoque, atque emiſit alterum Opus ad Communionem quidem, ſed non ad Euangelia ſpectans. Senis anno 1604. Duodeuiginti item Diſſertationes, ſiue (vt vocat Italicè) Diſcurſus De Veritate, qua varias Veritatis ſpecies expendit. Lucæ anno 1603. Demum, librum prænotatum: *Peccator ad pedes crucifixi,* idque Italicè. Iam verò præ manibus habebat, Apparatum de Vita, & moribus eorum, qui ſæpius, quàm ſingulis Dominicis diebus communicant.

Caesar Lancea, Patauinus, Ord. Minorum, præter quædã Logicæ Ariſtotelis quæ eſt interpretatus, & preter Quæſtionem de Reactione, ſcripſit De Sacrificio Miſſæ. Henr. Villot. & ante illum, Toſſiniacenſis.

Caesar Raus Alexanenſis, quæ Ciuitas eſt ſita in tractu Tarentino Regni Neapolitani, ſcripſit Inuectiuas, Orationes, Diſcurſus, quibus & vitia reprehenduntur, & ad morales virtutes, ſcientias, & artes liberales, homines accenduntur. Venetijs apud Damianum Zenarum, an. 1587.

Caesarii Epiſcopi, Sedati, & aliorum Epiſtolæ in Tomo 5. Antiquæ lectionis ab Henrico Caniſio Ingolſtadij an. 1604. editæ.

Caesaris Delphini, Phyſici Parmenſis Mariados, lib. 3. ad Gulielmum Bauariæ Ducem. Venetijs apud Bernardinum de Vitalibus an. 1539.



Digitized by Google

CAESARIS Euoli Neapolitani de Diuinis attributis quæ Sepher ab Hebræis nuncupantur liber prodijt Venetijs apud Zilettum, an. 1573.

CAESARIS Lambertini Tranenſis Tractatus de Iure patronatus, Liber primus, *Baſilica S. Hieronymi Lambertina* nuncupatus, Venetijs.

CAESARIS Petri Michaelis Delphini, De Summo Romani Pontificis principatu, & de proportione Papæ ad Concilium. Mariados lib. Venetijs, an. 1552. fortè idem qui ſupra Cæſ. Delphini.

CAESARIVS Arelatenſis Vrbis Epiſcopus, vir (vt habet Gennadius in Catalogo) Anno Dom. 670. Tritem. ſanctitate, & virtute inſignis ſcripſit egregia, & grata valde, & monachis neceſſaria Opuſcula. De gratia quoque & libero arbitrio edidit teſtimonia diuinarum ſcripturarum, & Sanctorum Patrum iudicijs munita, vbi docet, nihil hominem de proprio aliquid agere boni poſſe, niſi eum diuina gratia præuenerit. Quod opus etiam Papa Felix per ſuam epiſtolam roborauit, & in latius promulgauit. Floruit hic eo tempore, quo & Fauſtus, Anaſtaſio Remp. gubernante. Ita Gennadius. At Suffridus Petrus in Præfationem Gennadij notat, ſcriptorem hunc (nimirum Cæſarium) in vulgatis, vt & in quibuſdam m.s. codicibus, non haberi, quem & medicamenti gratia (inquit) Gennadio infartum eſſe creditur: certo autem certius eſt, hunc ſcriptorem ad Catalogum Gennadij nō pertinere, cum eum conſtet, aſtipulante etiam Tritemio, præſediſſe in Synodo Arelatenſi, floruiſſe etiam potiſſimum circa an. 670. Cum Gennadius ipſe nō peruenerit vltra annum 490. Ex quo etiam falſum eſſe deprehenditur, quod in textu dicitur, cum eodē tempore floruiſſe, quo Fauſtus, nec obſtat, quòd eum referat Honorius: nam & Honorij ætate codices deprauati erant. Vide in verbo, Gennadius presbyter, & in verbo, Euſebius Emiſſenus.

CAESARIVS alter capita quędā Eccleſiaſtica ſcripſiſſe dicitur à Photio in ſua Bibliotheca Græca, qui de eo ſic habet Græcè quidem, ſed nos ita illum vertimus. *Perlectus etiam à me eſt Cæſarij liber, in quo capita Eccleſiaſtica continentur, in duas quaſi partes diuiſus, quarum altera, verborum explicationes, altera interrogationum reſponſiones viginti atq; ducentas complectitur. Cæterùm præclarus ille vir mihi videtur iuueniliter admodum circa vocum origines turgeſcere, & quodam modo inter prophanas diſciplinas, & noſtram ſapientiam laſciuire: ſubinde tamen vereri (vt paucis, quod volo complectar) ne ſui ingenij quaſi impetu raptus rubore perfundatur. Nihilominus & eſt in ſua elocutione dilucidus, & perſpicuus, quamuis ſæpius in poëticis verbis nouandis quodammodo ludat, & communem verborum conſtructionem prætergredi curet. Vbi tamen non longè hac in re excedit, & quædā in eo deſiderantur, quæ ad accuratam dogmatum explicationem pertinent. In interrogationibus autem, & reſponſionibus modum non ſeruaſſe videtur, cum perſonis ſermonis figuram plus æquo altiorem attribuerit. Huius libri Auctorem ferunt Gregorium cognomento Theologum, qui fratrem ſuum ita clareſcere voluerit.* Hæc Photius.

CAESARIVS Gregorij Theologi frater —— adde —— ſcripſit varia, & contra Græcos. Suidas. Quæſtiones 200. Theologicæ, & Phyſicæ, Græcè extant manuſcriptæ. Eiuſdem Dialogi *ſunt impreſſi cum Operibus Nazianzeni.* Sed Ioanne Leunclaio hæretico interprete, an. 1571.

An. 1220. CAESARIVS Heiſterbachcenſis, Ordinis Ciſtercienſis, Agrippinæ Coloniæ, ſi non natus, certè educatus, ſcripſit, quæ Tritemius de eo recenſet opera. Extat in Tom. 6. Surij de vitis Sanctorum die 7. Nouembris, nimirum de vita S. Angelberti, ſiue Engelberti Archiepiſcopi Colonienſis, lib. 2. Commentariorum autem in Eccleſiaſt. lib. 9. reperiuntur Coloniæ m.s. cum verò libri illi 12. Hiſtoriarum memorabilium ſui temporis, quas quidem Tritemius vocat, *Opus prolixum de miraculis, & viſionibus diuerſis*, non ſemel recuſum fuiſſet, tandem & à Tilmanno Brendebachio V. C. & ab alijs recogniti ſunt, & emendati editi Coloniæ Agrippinæ in officina Birckmannica an. 1599. Legat verò pius Lector Præfationem hiſce libris in hac poſtrema editione præfixam, qua & Auctor ab Hæreticorum morſibus vindicatur, & quinam è priſcis Patribus hoc in genere ſcribendi laborarunt, piè, doctèque ita diſſeritur, vt eadē opera conſtet vberior illius Operis vſus. Quin & vita Cæſarij quàm breuiſſimè his libris adtexta eſt. Porrò Cæſarius hos libros conſcripſit tempore Honorij III. anno Domini 1222. qui fuit Cæſario annus 22. à ſuſcepto (vt vocant) habitu, & Regulæ monaſticæ profeſsionis. Scripſiſſe quoque fertur in Euangelia Dominicalia libros duos, quorum initium fuerit, *Botrus Cypri dilectus.* Et in Euangelia de Sanctis, lib. 1. *Dominus, ac Saluator noſter.* Sermones item ad Nouitios.

CAESARIVS Heiſterbarchenſis —— adde ad finem —— Cæterum & libri illi 12. Hiſtoriarum memorabilium ſui temporis, recuſi ſunt Antuerpiæ apud Nutium, anno Domini 1605.

CAESARIVS, non is, qui Arelatenſis Epiſcopus fuit, at alius qui circa an. Dom. 670. in Lirinenſi Cœnobio Monachum, ac deinceps Abbatem, ſub Regula D. Benedicti egit,

quod

quod patet ex ipſius ſcriptis. Creatus eſt Epiſcopus Arelatenſis ob præclaras virtutes, & ſingularem doctrinam. Auguſtini enim, Gregorij & Iſidori dicta allegat. Scriptorum etiam eius meminit identidē venerabilis Beda in ſuis ſcintillis, ſeu Locis communibus. Huius Habemus Homilias quadraginta ſex. Quæ ſunt: In Quadrag. ad Populum, Hom.1. De Paſcha, Hom.5. Homilia prima ex his Apoſtoli verbis. *Cuius opus manſerit, mercedem accipiet, ſi cuius opus arſerit, detrimentum patietur.*

2 De Eleëmoſyna.

3 Admonitio, per quam docemur, vt cogitationes turpes declinemus, & quæ ſanctæ ſunt, Dei adiutorio in corde ſeruemus.

4 De diligendis inimicis.

5 Admonitio, per quam ſuadetur populo, vt dum Diuina celebrantur myſteria, in Eccleſia fideliter expectet.

6 Admonitio, vt pro capitalibus criminibus, ſine aliqua diſsimulatione ad medicamentum pœnitentiæ recurratur.

7 De eadem re admonitio.

8 Admonitio, vt pro ſalute animæ, aſpera prædicatio non modo non reſpuatur, ſed ardenti etiam deſiderio requiratur.

9 Admonitio ad illos, qui eleëmoſynas frequentius faciunt, vt tamen & rapinas exerceant, & adulteria quotidiana committant.

10 Admonitio de libris SS. Patrum antiquorum excerpta, vt qui ſe crimina capitalia feciſſe cognoſcat, ad pœnitentiæ medicamenta ſine diſsimulationē aliqua cōfugiat.

11 Exhortatio ad fratres.

12 De eo, quod ſcriptum eſt in Euangelio *Regnum Dei intra vos eſt,* vt inter animam & carnem iuſto iudicio iudicetur, & nunquam contra Dominum murmurantes, pacem cum ipſo habere poſsimus: & quomodo iuſtitiam, & pacem vel gaudium habere poſsimus.

13 Admonitio ad populum, vt lectiones Diuinas audire ſtudeat, hoc cibo, & potu animam reficiens; vbi & de ſimilitudine culturæ terræ, vt ſic excolamus animam: De purgandis item vitibus, vel oliuetis, & de agro mundando ſpinis, atque lapidibus, vt vberrimos edant fructus: & de tribus poſſeſsionibus, Virginum, Viduarum, & Coniugatorum.

14 De dilectione parentum, & de decimis.

15 De miſericordia Diuina, & Humana, quòd ideo Deus pauperes in hoc mundo eſſe permiſerit, vt diuites haberent, vnde peccata ſua redimerent.

16 De erepto Energumeno.

17 De ſimilitudine vlmeæ arboris, & de vitæ.

18 De eo quod dicitur, *Frange eſurienti panem tuum:* & quòd melior eſt eleëmoſyna, quàm ieiunium, & vt peregrini vel in vno angulo domus excipiantur, vilibuſque ac veteribus veſtimentis tegantur.

19 Pro his, qui in Cœnobijs ſunt, doctrina Abbatis Macharij.

20 Ad Monachos.

21 Ex Sermone S. Auguſtini, ad Monachos.

22 Vt Sacerdotes prædicationi inſiſtant.

23 In verba illa Apoſtoli; *Videte vocationem veſtram.*

24 De ijs, quæ monaſticæ profeſsioni ſunt propria, & de Vocationis iſtius fructu: Quò item referuntur ſequentes Homiliæ à 25. vſque 28. incluſiuè; & 32. vbi de humilitate, & obedientia.

29 Admonitio de oratione, vel ſermonibus otioſis.

30 De genibus flectendis in oratione, & de lectionis, & orationis fructu.

31 In illa verba Apoſtoli: *Quia nemo ſibi viuit, &c.* vbi de vitæ exemplo.

33 De Litania.

34 De duodecim remiſsionibus peccatorum.

35 De die Iudicij.

36 De Eleëmoſynis.

37 De Decimis.

38 De Pœnitentia: De qua item agitur in ſequenti Homilia: Et Quadrageſimæ fragmentum.

CAIETANVS. Vide in verbo, Thomas Caietanus.

CAIVS Batius de vita Adriani VI. Pontificis.



Digitized by Google

Item de miraculis, quæ in Pannonia viſa ſunt.

CAII Batti Epiſt. è quibus Miracula, quæ contigerunt in Pannonia Romæ, anno Domini 1524.

CAIVS Macedo, Apoſtolorum hoſpes, de quo Actorum 19. Et Paulus, cap. 16. epiſt. ad Rom. fuit Epheſinæ Eccleſiæ poſt Titum Pauli diſcipulum Epiſcopus, ſi Dorotheo Tyrio credendum eſſet. Quem item teſtatur Athanaſius in Synopſi ſcripſiſſe apud Epheſum ex ore Ioannis Apoſtoli Euangelium, quod ſecundum Ioannem inſcribitur. At Simeon Metaphraſtes in vita Ioan. Euangeliſtæ memoriæ prodidit, Prochorum Apoſtolicum Diaconum hoc ipſum Euangelium in Inſula Pathmos dictante Ioanne, literis mandaſſe.

CAIVS ſub Zephyrino Romanæ Vrbis Epiſcopo, id eſt, ſub Antonino Seueri filio, diſputationem aduerſus Proclum Montani ſectatorem valde inſignem habuit, arguens eum temeritatis ſuper noua prophetia defendenda. At ante Hieronymum, Euſebius ita ſcripſit. *Diſputatio porrò Caij viri eloquentiſſimi Romæ, Zephyrino Eccleſiam regente, contra Proclum Phrygum erroris propugnatorem habita ad nos peruenit.* Vide Tom. 2. Annal. Cardin. Baronij ſub an. 211.

CAIVS Papa, qui Diocletiano, & Max. Im. rexit Eccleſiam, natione Dalmata, & ipſi Diocletiano affinis, ſub quo & martyr factus, quædam edidit Decreta, quæ præter alios eorum ſcriptores 1. Tomo Annal. Baronius Card. ſub an. 654. duodecimum autem Pontificatus eiuſdem Caij, inſeruit.

CAIVS Marius Victorinus, Afer, Rhetor ſui temporis eximius, & ob præſtantiam artis ſuæ ſtatuã in foro Traiani promeritus, prẹter illos tres libros, quos aduerſus Arium more Dialectico conſcripſit valde obſcuros, & vix doctiſsimis peruios, edidit Commentaria in Apoſtolum: ſed quod occupatus eſſet in eruditione ſecularium literarum, ſcripturas Sanctas ignorauit, vnde non potuit, quamuis eloquens, de his benè differere, quæ neſciuit: ſed & hexametro verſu cecinit Machabeæ matris, ac ſeptem filiorum eius, agonem, cuius initium eſt: *Rex fuit Antiochus Syriæ ditiſsimus olim.* Multa de eius plauſibili ad Chriſtum conuerſione refert Auguſtinus in lib. 8. Confeſsionum, cap. 2. claruit Romæ ſub Conſtantio principe, Rhetoricam docens circa an. Dom. 360.

CALENDARII Gregoriani, hoc eſt à Gregorio XIII. Pont. Max. editi, Apologia extat à Chriſtophoro Clauio Societatis noſtræ emiſſa in lucem Romæ, qua etiam Mæſtlini hæretici turpes errores refellit. Caſtigatio item eiuſdem Clauij contra caſtigationem Ioſephi Scaligeri. Ea porrò Clauij caſtigatio edita eſt Romæ paucis ſimos ante annos. Vide reliqua Opera eiuſdem Clauij in verbo, Chriſtophorus Clauius. Quin & eiuſdem Kal. Romani à Gregorio XIII. reſtituti explicatio, Auctore eodem Chriſtophoro Clauio Bambergenſi. Acceſsit confutatio eorum, qui Kalendarium aliter inſtaurandũ eſſe contenderunt. Venetijs apud Societatem an. 1604.

CALENDARIVM Romanum perpetuum à Petro Ruyſio de Viſitatione, Presbytero Toletano, Ord. S. Franciſci de Paula, cum correctione Calendarij Gregoriani, in quo ordo recitandi Officium Diuinum in perpetuum curioſè (vt ille met ſcribit) proponitur. Romæ an. 1593. ex Typographia Vaticana.

CALISTVS II. Guido antea vocatus, Gulielmi Burgundiæ Comitis filius, Burgundus, ex monacho Monaſterij de Falleri in Gallia congregationis Cluniacenſis, & ex Archiepiſcopo Viennenſi in Gallia, Kalendis Februarij, anno Chriſti 1119. Indictione 12. Gelaſio II. Pont. Max. ſucceſsit. Scripſit autem De miraculis S. Iacobi Apoſtoli, lib. 1. qui penè totus extat apud Vincentium Bellouacenſem in Speculo Hiſt. lib. 26. à cap. 30. ad 42. De obitu, & vita Sanctorum, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Cuius quædam extant in Bibliotheca Caſsinenſi. Decreta eius aliqua cum cæterorum Pontificum decretis ſunt excuſa Coloniæ, Fertur & illius eſſe liber, qui prænotatur Theſaurus Pauperum. Porrò hic Pontifex cernitur habitu Pacis, imaginem pictam in tabula, manibus tenens, quoniam, ipſo curante, inter Eccleſiam, & Imperium inſignis illa pax coijt, poſt annos plus minus quinquaginta, quibus inter Gregorium VII. Pont. Max. & Henric. IV. Imperatorem diſcordia ingens, ob ſacerdotiorum collationes, excitata fuerat. Itaque anno 1122. Nono Kalend. Octobris VVormatiæ Henricus Imp. cum toto exercitu ſuo, in communionem Eccleſiæ, fidemque receptus eſt, magna cum demiſsione animi, iure Epiſcoporum, Abbatumque inſtituendorum, quod nunquam ſe remiſſurum ſtatuerat, dimiſſo in perpetuum in manus Oſtienſis Epiſcopi Lamberti, quia poſtea Papa Honorius II. eſt dictus.

CALISTVS Neapolitanus Theologiæ Profeſſor, Ord. Minorum, ſcripſit libellum

de tri-

de triplici ſtatu animæ humanæ, iuxta principia Theologorum, & Philoſophorum. Petrus Rodulphus Toſsiniacenſis hiſtoria Seraphica. Editus eſt autem Romæ apud Ioan. Marinellum, an. Dom. 1588.

CALLISTVS Placentinus, Canonicus Lateranenſis, homo doctus, & pius, & inter Italicos concionatores ſuo tempore præcipuus, commentarios edidit in Aggæum Prophetam, à ſe pro concione explicatum; item Commentarios in Ioannem, atque enarrationes in Euangelia Quadrageſimalia; quibus adiecit volumen exiguum de locis Palæſtinæ, quos Diuinæ literæ continent, addita Geographica tabella, quæ totius Operis à ſe deſcripti delineationem oculis repræſentet. Edidit quoque Opus Chronicon ſuper quatuor Euangelia inſtar Ephemeridis, in quo diligentem ſupputationẽ temporum, ac dierum collegit, quibus Dominus Ieſus peregrinatus eſt in mundo, annotans, annos, ac dies. in quibus acta ſunt ſingula, quæ geſsit, & locutus eſt Chriſtus, & potiſsimum à baptiſmo vſque ad Aſcenſionem. Opus ſic incipit, *Cum Chriſtiana profeßioni.* Claruit an. Dom. 1540. Præter illa verò, quæ refert Sixtus Senenſis, edidit etiam Dialogos centum, de verbo increato, & incarnato. Sed Italico Sermone, & contra Lutherum De libero arbitrio atque neceſsitate bonorum operum.

CALNENSIS Synodus in Anglia, an. 979. habita, cum clerici aduerſus S. Dunſtanum raclamarent ob pulſos ipſos, & ſubrogatos loco ipſorum monachos. De hoc conuentu iſta apud Matthæum VVeſtmonaſterienſem: Alia Synodus Calnæ conſtituitur, vbi cum in cœnaculo, abſente Rege propter imbecillem ætatem, conſidentibus totius Regni Senatoribus magno conflictu hinc inde allegantium res ageretur, & Dunſtanum quaſi Eccleſiæ murum multorum iacula conuitiorum impeterent, nec vincerent, ſolarium ſubito totum, quo conſidebant, cum aſſeribus diſſoluitur, & trabibus; omnibuſque interim truculenter eliſis, ſolus Dunſtanus ſtans ſuper vnam, quæ ſuperſtes erat, trabem, abſque læſione euaſit. Cæterum omnes partis aduerſæ, vel exanimati ſunt, vel languore perpetuo ſunt detenti. Hoc miraculum contulit pacem B. Dunſtano, & monachis ab impetu clericorum, & aliorum gratia hæc, & ſimilia, operante Diuina. Hæc ipſe recenſet anno Domini 975. cuncta in vnum iungens. Eadem Auctor in Appendice ad Bedam. Et Oſbertus in vita Dunſtani, vbi non ſolum ipſum Dunſtanum ſaluum factum, ſed omnes qui ſuarum eſſent partium tradit. Dunſt. de Geſtis Angl. lib. 2. cap. 11.

CALOGERVS Iacobus, monachus, Græcus, qui ambigitur, num. S. Baſilij, an Benedictinus monachus fuerit, vir pius, & doctus, ſcripſit quoſdam Sermones Græcos qui in Italia. præcipuè verò in Caſsinenſi Bibliotheca m.s. aſſeruantur, nempè, De Conceptione B. Mariæ, De duodecim tribubus Iſraël. De Conceptione & Generatione eiuſdem. De loco dicto, Sancta Sanctorum. Arnoldus Vuion.

CAMALDVLENSIVM Hiſtoriarum libri tres Auguſtino Florentino monacho Camaldulenſi Auctore 1575. Florentiæ ex Bibl. Sermartelliana.

CAMARIOTI Cauon Carmen Iambicum De Chriſto, & eius Cruce, Græcè manuſcriptum extat in Bibliotheca Regis Gallorum.

CAMILLI Cautij ſcholia pro religione, quibus præcipuè omnis adorationis ſanctiſsimæ Euchariſtiæ difficultas explicatur. Venetijs 1569. Extat autem eius Tractatus de Penſionibus, inter Tractatus Iuris editos Venetijs, num. 15. pag. 1. fol. 534. is verò fuit Patauinus.

CAMILLVS Cæſareus Ebolitanus, Ord. Minorum, ſcripſit de Chriſtiana amicitia Italicè. Toſsiniacenſis hiſt. Seraphica.

CAMILLVS Peregrinus vtriuſque ſignaturæ Referendarius, Romæ edidit an. 1596. apud Hieronymum Franzinum, vitas Summorũ Pontificum à Chriſto Ieſu ad Clementem VIII. Latinè atque Italicè, ſimul cum effigiebus eorundem, Addidit leges de electione Summi Pontificis.

CAMILLVS Campegius Papienſis, ſiue (quod eſt idem) Ticinenſis, Ordinis Prædicatorum, & hæreticæ prauitatis Inquiſitor, edidit Romæ Notationes ad Tractatum Zanchini Vgolini Ariminenſis, De hæreticis, elaboratas, quæ vna cum eodem Zanchini opere prodierunt.

CANDELABRVM Aureum à Martino Alphonſo Viualdo compoſitum, quoniam ſæpius eſt editum, denique anno 1602. expurgatum prodijt Venetijs apud Georgium Variſcum, & Coloniæ. At cum Operis alioquin perutilis expurgatio prioribus editionibus non ſit adiuncta cenſura, hic inſeretur, quæ nouiſsimè prodijt, quæ quidem pertinet ad omnes editiones, ſiue impreſsiones, quæ ante annum hunc 1602. fuerunt euulgatæ. Cenſura autem hæc eſt.

In frontiſpicio, ſeu inſcriptione dele verba. *Quàm vtile Catholicæ Eccleſiæ hucuſq; fuerit duodecima hæc editio demonſtrat.*

In expurgat. mutata eſt epiſtola dedicatoria, & appoſita alia directa ad Clementem VIII. Item abraſa eſt Bulla Cænæ Domini cum eius expoſitione, & loco eius appoſita illa de an. 1600. cum alijs præfationibus, & expoſitionibus.

In Epiſtola, ſeu prologo fol. 1. fac. 2. num. 4. vbi ait *à Papa tanquam à Papa* adde *in materia fidei* & ſequere) diffinita reperies, &c.

Fol. 14. num. 13. vbi ait *Digeſtum nouum.* adde *Infortiatum,* ſequend. librum Authent.

## *De Sacramentis in genere. Titulo Primo.*

Fol. 1. num. 2. in fin. §. dele. *& eſt totus tit. C. &c.* vſque *puteum* incluſ. & loco dictorum verborum pone, *& vt teſt. Authent. Sacramenta puberum, C. ſi aduerſus venditionem.*

Fol. 12. num. 8. vbi ait: Quæritur in quo differant, dele totum quod ſequitur vſque *reſolutiuè ergo,* (& *loco ly ergo dele.* & pone, *reſpondeo,* & ſequere) *Sacramenta veteris.*

Fol. 14. num. 9. §. 2. differunt in medio. dele verba, *in reſurrectione generali,* & ſic vnientur verba, *& ita, (ad) baptizati anima,* §. *nono quod quamuis,* in medio vbi ait; *Sacramentorum ſit coniunctio,* adde poſt ly *ſit, talis,* vt dicat talis coniunctio. §. 27. quod conficiens vbi ait, alia ſex Sacramenta, dele *Sex,* & dic, *pleraq; Sacramenta, &c.*

## *De Baptiſmo. Titulo Secundo.*

Fol. 26. num. 20. vbi ait. *Quæritur quis ſit,* dele, *quis,* & dic, *quid ſit.*

Fol. 29. num. 12. vbi incipit *pro maiori intelligentia* nota circa medium, vbi ait *vel vetus contra quoſdam fatida, vel omnes, &c.* dele. verba, *contra quoſdam, & omnes,)* & pone, *& adorata.*

## *De confeſſione.*

Fol. 81. num. 28. §. Prima concluſio parochus. dele verba. *& vbicunq; fuerit probat.* quia Concilium Trident. vſque in finem §. ſequenti. §. incipiens. Secunda concluſio. vbi ait. *non poteſt ſemel approbatum Confeſſorem,* inter ly *ſemel,* & *approbatum,* adde *à ſe,* vt dicat, *ſemel à ſe approbatum.*

Fol. 82. ſequent. §. Tertia concluſio in fine. vbi ait, *& in Hiſpania conſultus, &c.* dele totum vſque in finem. *Papam declaraſſe.*

Eodem fol. Quarta concluſio, &c. vbi ait, *retinet facultatem ex conſuetudine ſibi conceſſa* inter verba conſuetudine, & ſibi pone. *ſiue potius toleranda Epiſcopi in propria Diœceſi,* & ſequere; *ſibi conceſſam.*

Fol. 93. num. 60. §. *pro parte affirmatiua facit text.* dele totum, cum duobus §§. ſequentibus, vſque *participatione fugiſſe.*

In linea immediatè ſequent. vbi, *reſpondeo pro ſolutione quod licet tales.* dele ly. *licet.* Paulo infra, *nec confitendo, nec communicando non ideo,* dele ly. *non.* Paulo infra, dele verba, *quia meretrices,* vſque in finem §.

Fol. 98. num. 80. vbi ait, *ſi tamen confiteatur alteri immediate poſt* ly *alteri.* adde *debet integram confeſſionem facere,* deinde ſequere.

## *De Indulgentijs.*

Fol. 109. num. 6. *ſed V. ſacerdos.* dele totum, & etiam totum num. 7. ſed quantas, vſque in finem. *tenerent contrariam.*

## *De Purgatorio.*

Fol. 116. num. 6. dele verba. *Sacramentalem autem Neapolitanum* vſque in finem numeri.

Fol. 118. num. 11. dele verba, *vt refert Bolſauus Latinus:* vſque *de Rep. Rom.*

## *De Abſolutione.*

Fol. 122. num. 12. in fine. dele verba, vt infrà dicetur. Eodem fol. num. 13. vbi ait. *Quod quamuis Nauarrus.* dele dicta verba, & totum vſque ad num. 14. excluſiuè. & loco contentorum in num. 13. pone. *Quicquid alij dixerint, quod Nauar. cap. 27. num. 267. tenet hanc poteſtatem quam Epiſcopi à Concilio habebant eſſe eis ſublatam per Bullam Cœnæ Domini, quod eſt verum nedum in caſu hæreſis, ſed etiam in alijs caſibus in dicta Bulla reſeruatis prout pluries Sac. Congregatio Concilij cenſuit, & etiam in foro Sacræ Pœnitentiariæ eſt concluſum, & quotidiè ſeruatur; quibus ego quoq; reuerenter ſubſcribo.*



Digitized by Google

Fol.125. vbi incipit. *Quibus ſuppoſitis, ad quæſtionem reſpondetur.* dele omnia vſque ad fol.134. vbi incipit. *Caſus Epiſcopi à iure.* & loco omnium quæ delet, adde hæc pauca. *Quibus ſuppoſitis, omiſſa diſputatione concludo regulares virtute maris magni non poſſe abſoluere à caſibus Epiſcopo reſeruatis, prout à Sanctiſſimo D. Gregorio Papa XIII. ex ſententia Congreg. Concilij Trident. fuit declaratum, prout in literis Card. S. Sixti ad illuſtriſſ. Card. Borromeum in conſilijs Mediolani* regiſtratis, & ſequere poſtea, *Caſus Epiſcopi à iure, &c.*

Fol.137. num.65. in tertia linea numeri, *abſoluit à reſeruatis debet imponere, &c.* inter ly *reſeruatis, & debet.* adde. *habentibus annexam excommunicationem.*

Fol.138. num.74. *Vtrum in articulo mortis.* dele totum vſque in finem numeri.

## De Sacramento Extremæ vnctionis.

Fol.178. num.4. Dionyſ. Areop. lib.5. *hiſt. Eccleſ.* dele *hiſtor.* & lege *Hierarchia.*

## De Sacramento Ordinis.

Fol. 190. num.18. in fine numeri, *clerici etiam poſſunt.* adde. *Quod cautè intelligas ſi in Baptiſmo & ordinatione præſcriptis forma Catholicæ Eccleſiæ non fuerit ſeruata, nec intentio debita interuenerit.*

## De Conſanguinitate.

Fol.232. num.190. Quærit. V. *ſi in aliquo tempore tantum in orbe.* dele verba ſequentia. *vt tempore Lot.* in fin. dicti num. dele verba. *illa ductus ratione,* vſque in finem numeri.

## De Affinitate.

Fol.236. num.209. prope finem numeri. *Quod clarè patet ex mente Concilij.* lege. *quod mihi videtur.* & dele, *quod clarè patet.*

Secunda Parte vbi numerat contenta in Secunda Parte. cum mutata ſit Bulla, muta & dic. *Super Bulla Sanctiſſ. Domini Noſtri Clementis VIII.* & dele *Sixti V.* In indice. tollendus totus index Bullæ Cœnæ Domini: nam cum mutata ſit Bulla, & index renouandus eſt.

## De Excommunicatione.

Fol.6. num. 19. in finem numeri. adde. *licet hæc pœna gentilium nihil conferat ad excommunicationis cenſuram, qua vtitur Eccleſia Catholica.*

Fol.24. num. 129. §. *quadrageſimatertia in duello dominos (exceptis regibus) dantes.* dele. *exceptis regibus.*

Eodem fol. & num. §. quinquageſimatertia, in fine. adde. *Hodie verò non procedit, quo ad beneficiatos per Concil. Trident. cap. 1. ſeſſ. 23. & cap. 2. ſeſſ. 24. de reformatione. §. quinquageſimanona.* quæ extenditur vſque ad portam. dele, *extenditur,* & accommoda. quæ non poſſunt etiam accedere vſque ad portam exteriorem.

Fol.26. & 27. num.133. §. nono, *Domini temporales.* in fine. adde, *hodie eſt reſeruata in Bulla Cœnæ Domini,* §. vndecimo, *Domini temporales.* in fine adde. *hodie eſt reſeruata in Bulla Cœnæ.* §. duodecima, *Qui Eccleſ.* in fine adde, *hodie eſt reſeruata in Bulla Cœnæ:* §. decimaſeptima. *Qui pignoratus,* in fine, adde, *hodie reſeruata eſt in Bulla Cœnæ.* §. vigeſimaprima. *Qui compellunt,* in fine, adde, *hodie reſeruata eſt in Bulla Cœnæ.* §. vigeſimatertia. *Domini temporales,* in fine, adde, *hodie reſeruata eſt in Bulla Cœnæ.* §. vigeſimaquarta, *offendentes,* in fine, adde, *hodie reſeruata eſt in Bulla Cœnæ.*

Fol. 30. ſub num. 134. §. ſexageſimanona, *Imperator, Reges. Quoad verò dominos inferiores Imperatore, & Regibus nulli reſeruatur.* dele. *nulli reſeruatur.* & adde, *hodie verò Papæ reſeruatur.*

Totus tractatus, ſeu explanatio Bullæ cum textu eiuſdem Bullæ, tollitur à fol. 31. vſque ad fol. 60. & loco eius *noua Bulla Clementis VIII. Pont. Max. cum noua explanatione ponitur.*

## De Suſpenſione.

Fol.84. num.140. decimo not. *Quod ſi quis.* d. lc. *poterit extra illa celebrare,* & loco dictorum verborum. pone. *poſſet extra illam celebrare, niſi obſtaret Concil. Trident. necnon excommunicatio.*

## De Interdicto.

Fol. 95. num. 11. *Quintus caſus, vniuerſitas.* dele, verba *præter Romam,* & coniunge, *qualibet quæ Cardinales.*

Fol.97. num.27. caſus 21. *Idem prohibent.* in fin. poſt verba, *Pizzocherarum Ord. Minorum.* adde, *hodie verò ceſſat caſus prædictus propter Bullam Pij Papæ V.*

Fol.98. num.36. caſus 28. dele verba *prælati.* & loco eius pone, *Omnes.*

Fol. 102. num. 84. nota 4. *quod Eccleſia ſit conſecrata ab Epiſcopo loci.* adde *ſi.* & dic. *Eccleſia ſi ſit conſecrata.* num. 87. nota 7. *corpora à ſchiſmaticis ſepulta.* adde hic, *non eſſe exhumanda,* & ſequitur, *altaria in quibus tales ſchiſmatici celebrarunt non eſſe reconcilianda.* dele *reconcilianda.* & dic, *reconſecranda.*

Fol. 120. num.215. *Cuius occaſione, quod non poßit in criminalibus conuenire coram.* dele. illud verbum, *in criminalibus.*

Fol.124. num.243. nota 2. *quod quamuis.* in fine num. adde, *ſi tamen officium primum non ſit ſublatum per Bullam Pij V. ſuper Miſſalis, & Breuiarij reformatione.*

Fol.126. num. 254. *At cum pro Concil. Trid. patet poſſe celebrare in omnibus feſtiuitatibus.* dele ly *patet,* & loco illius pone. *putarem poſſe celebrare, &c.*

## *Tertia parte, De Irregularitate.*

Fol.17. num.45. *Huic accedit alia quæſtio.* dele verba. *Quòd forſitan procedere poſſet etiam, &c.* vſque in finem num.

Fol.21. num.80. *Cum hæretico occulto Epiſcopo.* accommoda, & dic Epiſcopus. Infra vnam lineam dele verba. *vt ſuprà de abſolut. rei.* vſque *latè.* & loco dictorum verborum pone. *Praua tamen ſedis Apoſtolicæ abſolutione.*

Fol. 23. num. 89. Quæritur. *Quis poterit, &c.* ibi. *ſi talis eſt occultus cum eo poſſe Epiſcopum diſpenſare,* inter ly. *diſpenſare,* & *Epiſcopum,* interponantur hæc verba, *Praua Sedis Apoſtolicæ abſolutione.*

Fol.24. num. 100. *Sicut tres date.* dele, hæc verba. *cum pauci aliàs poſſent promoueri & reliqua,* vſque *talis opinio omnino eſt reijcienda.* incluſiuè.

Fol.27. num.118. *Quamuis ex communi.* dele verba. *naſcatur erit legitimus ſecundum ſe,* & loco illorum pone. *natus erat legitimus, ſecundum, &c.*

Sequenti linea, dele verba, *modo tamen matrimonium, &c.* vſque in finem num. & loco verborum ablatorum, pone, *Nunc verò per Concil. Trid. ſublata ſint matrimonia præſumpta, ſi nihilominus nata prole, vel etiam concepta, matrimonium coram parocho, & teſtibus fuerit contractum filij legitimantur per ſubſequens matrimonium, iuxta, cap. tanta, qui filij ſint legitimi.*

Fol.29. num.129. acturi. *Primo notate vitium.* dele ly, primo.

## *De Depoſitione.*

Fol.78. num.14. Quamobrem, dele totum numerum, vſque ad num.15.

Fol.86. num.41. *Quæritur vtrum depoſitus.* dele verba, *vel cogatur mendicari cum.* vſque in finem num.

Eodem fol. num.45. *Quæritur quid ſi talis Eccleſiaſticus degradatus,* dele ly, *degradatus,* & dic *depoſitus.*

## *In ſupplementum Aureum ad ſecundam & tertiam partem, ſeu Auream Appendicem.*

Fol.7. num. 24. ſed quæritur. *Quid ſi aliquis.* dele verba, *tenet Duarenus lib.8. &c. vſq; Caſſiodorum ſupra incluſiuè.*

Fol.10. num.34. *Quæritur vtrum commiſſarius.* dele verba, *& ſic poteris limitare Conc. Trid.* vſque in finem num.

De ſacrarum mulierum irregularitate. fol. 17. cap.4. num.2. §. *quartum monialium habitum.* dele verba. *Quod vt optimè diuino, &c. vſq; alijs conſiderandum relinquens.* incluſiuè.

Fol.18. num.3. §. duodecimum *moniales nihil.* dele verba, *ſine licentia Epiſcopi.*

Fol.31. c.7. num.19. dele verba, *erit autem veniale, &c.* vſque in finem num.

Fol.33. c.8. num.9. *Quæritur quid de illo.* dele verba. *in cuius pœnam ſui ſabditi poterunt, &c.* vſque *ſine proprijs dimiſſorijs,* incluſiuè.

Fol.36. cap.9. num.4. adde hæc. *Hodie tamen poſt Concil Trid. Epiſcopi ferè omnes in proprijs Eccleſijs reſident cum magno fidelium fructu, vnde ad eos tam ſalubri propoſito confirmandos, & ad paucorum animos deterrendos ſupradicta poſuimus, licet Summi Pontificis vigilantia ad reſidendum pœnis coercere debitis non deſinat.*

Fol.37. num.10. *Sed quæritur, quid ſi talia.* dele verba, *abſentem eſſe iudicandum, ac pœnis abſentium, vel non reſidentium eſſe puniendum.* & loco illorum, adde, *non excuſari à peccato, & exteriori etiam pœna fore plectendum.*

Fol.38.num.53.Prima concluſio.*Beneficiatus quicunq; ad audiendam* dele ly *quicunque,* & loco eius pone, *non tamen curatus.* paulo inferius, *perpetuo poteſt abeſſe,* dele ly *perpetuo.* paulo inferius dele verba, *ſine licentia Epiſcopi.*

Fol.46.c.12.num.3.§.prohibita diſpenſatio, dele verba, *Eccleſiæ declaratione,* & loco illorũ pone, *iuris diſſipatione.*

Fol.47.nu.6.*ſecunda aſſertio.*ibi.*ne Papa diſpenſet in gradu,niſi inter Principes.*adde ly *gradu ſecundo,*& lege,*ne Papa diſpenſet in gradu ſecundo,niſi inter Principes,&c.*

Fol.49.nu.22.*ſeptima aſſertio. quando Papa,* dele totum vſque *in publica lectura* incluſiuè & loco *verborum ablatorum.*pone.*Papa diſpenſat in iure Canonico vel diſpenſat in Concilio generali, vel tertio in alijs Decretis à ſe,vel à Sede Apoſtolica factis,&c.*

Fol.50.eodem nu.§.*de alijs verò Concilijs Generalibus.* dele ly *alijs* , & dic, *de Concilijs Generalibus, &c.*

Fol.61.c.14.nu.63.*Quæritur quid ſi aliquis emiſit,*in fine numeri, adde *Hodie verò ſimile votum nõ diſpenſatur, niſi à Papa.*

Fol.71.c.15.nu.19.*Secundo nota quod etiam.* dele hæc verba. *non enim tolerantiam preciſè prælatorum,&c.*vſque *Adrianum VI.Papam,* incluſiuè. paulò inferius dele.*Hac parentheſis fuit interpoſita,&c.*vſque in finem num.

Fol.81.c.17.nu.7.*Primo enim S.R.E.* dele verba,*ac Regem Catholicum.*

Fol.83.nu.31.*Octauo adducit,&c.qui contra Gulielmi Pariſieſis impietatem.*dele ly.*Pariſienſis,*& dic *de Sancto amore.*

Fol.92.cap.19.num.13.dele verba,*ſed verè,& realiter mihi videtur prima quam.* vſque in finem numer.

Eodem fol. num.16.*Italica audacia inuerecundo,atq; ſacrilego;* dele ly. *Italica,* & loco eius pone. *impia hominum audacia.*

## *Quarta Pars.*

Fol. 3. cap. 1. numer. 4. *Illa verò quæ Sacramentalia dicuntur.* inter ly *Sacramentalia,* & *dicuntur,* pone, *ritus,* & *cæremoniæ* : vnde legatur , *Quæ Sacramentalia ritus,* & *cæremoniæ dicuntur.*

Fol.6. num.21.*Quo ad ſecundum requiſitum.*dele omnia vſque in finem num.

Fol.7.num.29.*Qui fuerunt primi,* dele verba, *reliquæ verò,quæ in nouo inueniuntur,&c.*vſque *locis compoſuerunt.* incluſiuè.

Fol.17.c.4.num.20.*Secundo ineſt homini.* dele verba. *O bone Ieſu quanta hic de vtriuſque,&c.*vſq; in finem num.

Fol.19.num.28.Secundo poteſt. dele verba. *Chriſti vt Iudas ſunt venditores.* vſque in finem numer.

Fol.21.num.38.in fi.nu.& capitis.adde, *non tamen tolerantia, vel permiſſione huiuſmodi vtentes excuſantur à peccato.*

Fol.23.c.5.nu.12.*Quæritur cum animæ. adhærentes S.R.E.correctioni,*dele ly *adhærentes,* & dic.*ſubijcientes nos S.R.E.*

Fol.42.c.8.num.28.*Quam auctoritatem.*dele verba,*cum conſilio Card.* & loco illorum, pone, *circa fidem,& regimen vniuerſale Eccleſiæ.*

Fol.43.num.30. *Omnia contenta.*dele totum num.à principio vſque ad finem.

Fol.45.num. 40.*Quæritur vtrum ſint condendæ.* dele ly *vtrum,* & loco eius pone, *quales,* & dic. *quales leges condendæ*, optimæ & perfectiſſimæ, dele ly. *optimæ & perfectiſſimæ. Reſpondeo tamen,* vſque ad verba, *imò minimè.* incluſiuè. & poſt ly *minimè* deletum.adde, *reſpondeo,* ( & ſequere) *eſſe condendas leges optimas, & perfectiſſimas.* ſed tales. dele ly. *ſed.* duntaxat quæ.dele ly.*duntaxat.* ita quod legatur , *tales, quæ imperitæ multitudini, &c. nam perfectiſſimæ leges,& quæ tolerari.* dele ly *perfectiſſimæ,* & ly. & ) ita quod legatur, *nam leges, quæ tolerari,&c.*

Fol.49.num.51.§. *ſecunda eſſet iniuſta ex formâ,* dele verba , *ſeu parentheſis. ſi nunc contigiſſet, & vtitur.*

Fol.51.num.55.§.*Reſpondetur tertio leges omnes,&c. mutilationis amiſſionis bonorum.* ante ly *bonorum.* adde.*omnium.*

Eodem fol.num.56.§.*reſpondeo ſecundo quod quamuis,vel econtra vt ſolet in foro tamen conſcientiæ.* dele ly, *vt ſolet.*

Fol.59.c.9.num.10.*Secundo reſpondetur legem.* dele verba. *niſi in rebus totam vniuerſitatẽ, bonũq; commune &c.vſque in fin.num.*



Digitized by Google

Eod. f.num.11.*Quæritur quæ differentia, vel ſæcularium non omnes adſtringant clericos.*dele ly.*non*, & legatur.*vel ſæcularium omnes adſtringunt clericos.*

Et cum in dicto vbi agitur de confeſſione in expurgato fol.77.num.23. ac in omnibus alijs eodem loco,proponatur,*vtrum liceat confiteri Sacerdoti abſenti per litteras,vel nuncium,ac ab eo abſolutionem recipere,* & pars affirmatiua approbetur,ac tueatur: ſtante decreto Sanctiſſimi Domini Noſtri Clementis VIII.nuper facto contra huiuſmodi aſſertionem: abradenda ſunt verba: *Sed licet hæc ſit communis opinio; verior tamen & mitior &c.*vſq; ad nu. 25.*tertio dixi idoneo,&c.*

Ceterum ipſius Candelabri diſtinctius argumentum,vide in verbo,Martinus Viualdus.

CANDIDVS, regnantibus Maximo,& Seuero, in Hexaemeron pulcherrimos tractatus edidit Hieron.in catal. Vixit anno Dom.200.

CANDIDVS alter fuit Iſauricus,qui tres libros,ſiue Sermones hiſtoriæ ſcripſit. At hi, licet Auctor fuerit Chriſtianus , Synodumque quartam Oecumenicam laudibus extollat, pertinent tamen potius ad hiſtoricos humanos,quàm eccleſiaſticos. Eam hiſtoriam Photius in ſua Bibliotheca breuiſſimè perſtringit.

CANGYTH. Vide in verbo, Eadburga.

CANONES Apoſtolorum. Vide in verbo, Apoſtolorum Concilium primum, & in verbo,Decretum,& in verbo,Clemens Romanus.

CANONES Eccleſiaſticos omnes Conſtantiopoli m. s. haberi refert in ſua Appendice Antonius Verderius.

CANONES Pœnitentiales,quibus ordine ſuccedunt hi tractatus 1. Pœnitentiale Romanum 2. De remedijs peccatorum, venerabilis Bedæ presbyteri. 3.Pœnitentium liber, Rabani Mauri Moguntini Archiepiſcopi.4.Epiſtola Canonica Sancti Gregorij Nyſſæni Epiſcopi.5 Epiſtolæ Canonicæ Sancti Gregorij Thaumaturgi Epiſcopi Neocæſarienſis Canon. vlt.6.Canones Pœnitentiales Aſtenſis, cum quibuſdam notis Antonij Auguſtini, Archiepiſcopi Tarraconenſis,Venetijs 1584.

CANONICI Lateranenſis Ordinis Illuſtrium Scriptorũ Catalogum collegere Ioannes de Nigra valle Epilogo chronicorum, 13. cap. 18. Ioannes Philippus Nouarienſis in ſuo Chronico Canonici Ordinis lib.5.qui & nonnullos à Nigra valle prætermiſſos, adiecit.Poſtremò,Ioannes Trullus libro inſcripto,ordo Canonicorum Regularium. 4.libris,lib.1.c.4.& 5.& 6.qui & ipſe adhuc alios recentiores adtexuit. nos verò cum auidè tam nobilis ordinis Religioſi, Auctores perquiſiuiſſemus, conſiliumque noſtrum etiam cum Aſcanio Martinengo,qui toti huic ordini iam Generalis Abbas præfuerat,communicauiſſemus, varia nobis miſit, quæ ſuis locis in hunc Apparatum intulimus, cum interea hæc,quæ ſequuntur nobis ſcripſiſſet,quę huc inſerere placuit,ne tam inſignem,& virum,& Ordinem ſuis laudibus fraudaremus. Sic igitur ait:

*Catalogum Auctorum Canonici Ordinis coacturo illud inprimis non prætereundum exiſtimo clarere ſatis,Clericorum Regularium ordinem fluxiſſe ab Apoſtolis,& in Eccleſia primitiua floruiſſe. Etenim clericos naſcentis Eccleſiæ regulariter in communi vixiſſe depromitur ex Actis Apoſtolorum c.4.ex Clem.c.dilectiſſimis.Ex Hieronymo,vt habetur 12.q.1.c.duo ſunt,ex Vrbani Pontificis Decretis,vt ibid.c. ſcimus, & c.quia tua, prout & Sotus lib.10.de Iuſtitia & iure quæſt.4.ar.3.memorat.*

*Vota Religionis tanquã conſtituta ab Apoſtolis emiſiſſe colligitur ex Dionyſio Areopagita Eccleſiaſticæ Hierarchiæ,c.6. ex Auguſtino lib. 17.de Ciuitate Dei,c.4.ſicuti & Alphonſus de Caſtro, de hæreſibus in verbo, Votum elicit. Idq; D. Thomas 2.2.quæſt.88.dilucidius teſtatur, & comprobat: Robertus Epiſcopus Arboricenſis tit.de tuendo cælibatu diſertius edisſerit. Inſuper & cœnobia nonnullos ex illis clericis coluiſſe clarè depromitur ex Philone in libro de Statu Eſſæorum, ſiue de vita contemplatiua,vel de ſupplicum virtutibus, & ex Euſebio Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ.lib.2.c.17.de Dionyſio Areopagita Pauli diſcipulo,loco aſſerto,ex Caſsiano coll.18.c.5.quomadmodum & latius Robertus præfatus deducit.*

*Eos etiam Canonicos eſſe Appellatos euincitur ex Baſilio Magno in Regulis, & animaduerſionibus aduerſus Canonicos.*

*Canonicos autem Regulares ex illis propagatos fuiſſe(inquit)latius definiuerũt Diplomata Pontificum, Benedicti XII.Eugenij IIII.Nicolai V.Sixti IIII. Pij IIII. & Pij. V. Tum atteſtantur Robertus Arboricenſis Epiſcopus in Opuſculo de tuendo cælibatu,Tit.2. Ioannes Maubenus in Roſeto, Tit. 2.cap. 3.Ioannes de Nigra valle Bibliothecarius Apoſtolicus Epilogo chronicorum, lib.13.cap. 18. Vincentius in Speculo doctrinali, lib.19. Volaterranus Anthropologiæ lib. 21. Sed præcipuè Relatio Illuſtriß. Cardinalium in cauſa præcedentiæ inter ipſos Canonicos Regulares & Monachos, iudicum deſtinatorum, qui re diſcuſſa, atque in controuerſia iactata, id veluti exploratum Pio IIII. retulerunt. è quibus ſuſpicari poſſumus, eos 40. Patres, vel ſaltem ex illis pleroſque Canonicos Regulares cenſeri potuiſſe; quorum catalogum ipſe Ioannes de Nigra valle tum è memorato loco, tum ab Anaſtaſio Cardinali, qui eodem functus erat officio Bibliothecarij, ex*

*Archi-*

*Archiuis vſq; ad ſua tempora deſumpſit, & eorum qui poſt ipſum claruerunt, ex ijſdem archiuis à Formoſo, & à ſe ipſo multis perluſtratis Chronicis laborioſiſſimè hauſiſſe teſtatur.*

*Auguſtinum deinde huius Ordinis inſtauratorem, & illuſtratorem extitiſſe, oſtendit, è ſermonibus eius de communi vita clericorum, & ex Regula ſuis clericis exhibita, & ex Vita à Poſsidonio Calamenſi Epiſcopo conſcripta, ex diplomatibus ſupra citatis, ex Sigeberto Epiſtola ad Macedonium, è D. Antonino 2. parte Hiſtoriarum Tom.9.cap.8. & memoratis Hiſtoriographis. Quibus & non abſque ratione Auctores, quos Ioannes de Nigra valle enumerat poſt Auguſtinum, Canonici Ordinis viros fuiſſe non eſt dubitandum.*

*Equidem de nonnullis & alias coniectationes habemus; Gelaſij & Proſperi, vt noſtri Ordinis Sanctorũ dies feſtos, nos ex auctoritate Apoſtolica celebramus. Panuuinus in Additionibus ad vitas Platinæ ex veteribus monumentis Gelaſium Canonicum fuiſſe Lateranenſem ſe collegiſſe fatetur. Eutropius, Oroſius, & Poſſidonius Auguſtini alumni paſſim cenſentur. Albinus Flaccus cognomento Alcuinus Abbas Turonenſis fuit omnium aſſenſu ex Britanniæ partibus euocatus. Quamobrem credi poteſt, Cœnobium Canonicorum Regulariũ fuiſſe à B. Suisberto erectum, vt ex vita ipſius Suisberti à Marcellino presbytero ſcripta, & in Surio To. 2. adiuncta cap.13. depromitur. Huius Alcuini, præter opera recenſita à Nigra valle, & exarata in Bibliotheca SS.PP.To.3. Vidi etiam expoſitionem in Pſal.118. & expoſ. in Cãticum Graduum. Hugo de Fulietto Can. Reg. S. Petri Cordubenſis, (& non* Corbicienſis) *extitit, neq; Monachus fuit, vt Tritemius aſſerit, ex atteſtatione non tantum præfatorum auctorum, ſed D. Antonini Florentini ſecunda parte Hiſtoriali, cap. 16. & Volaterrani loco citato, Ioannes Trullus longè diuerſa à Nigra valle eius enumerat Opera. Iacobus de Vitriaco à Volaterrani loco relato Anthropologiæ ſcilicet lib.21. Can. Reg appellatur. Petrum Lombardum Can. Reg. fuiſſe S. Genoueſæ, Ioannes Baptiſta Plata I.V. Doctor non renuit in lib. de rebus Nouarienſium. Iuonem Carnotenſem, Can. Reg. extitiſſe ſatis euincit Epiſtola Vrbani Summi Pontificis ad Richerium Senonenſem Epiſ. quæ in libro Epiſtolarum ipſius Iuonis continetur, quod etiam teſtatur Melchior Hittorpius in præfatione lib. de Catholicæ Eccleſiæ Diuinis Officijs.*

Error Trit.

*Tritemium pleroſque illuſtres Canonicos Monachos Benedictinos feciſſe, ea forſan deceptũ voce, quod Monachi nuncupentur, apparet, cum tamen & Canonici Reg. ſæpius Monachorum nomine appellentur, quod certè ex inſtitutione monaſterium, quæ incolebant, & alijs non leuibus argumentis colligere facillimè potuiſſet.* Hæc Aſcanius Martinengus.

Ceterum eos de quibus nulla eſt controuerſia, ſuis quemque locis in ipſo hoc noſtro Appatu Lector inueniet.

CANONICI Regulares. Vide in verbo, Ioannes Trullus.

CANONICVM ius, ſiue Pontificium. Vide in verbo, Decretum. Atque item in verbo, Apoſtolorum Concilium, vbi de Canonibus Apoſtolorum. Et in verbo, Concilium. Et in verbo, Io. Paulus Lancellotus, qui Inſtitutiones ad ius Canonicum ſcripſit, ſed præcipuè in verbo, Decretum.

CANVS. Vide in verbo, Melchior Canus.

CAPISTRANVS. Vide in verbo, Ioannes Capiſtranus.

Ciuitas Caſtelli.

CAPOLEO Guelfutius Pantaleonis F. nobilis Tifernas, quæ ciuitas in extremis Vmbriæ finibus, medio Tiberi alluente Etruriam attingit, Opus Beatiſſimæ Virgini inſcriptum *Roſarium*, ſiue Poema Epicum carmine Etruſco cecinit, de quo antequã loquar, pauca omnino pręnoſcenda eſſe exiſtimo, quæ ad ipſius Poematis dignitatem pertinent.

Et quidem ille natus anno 44. ſeculi ſuperioris, die S. Catharinæ martyris, exceſſit ex hac vita Chriſtianè ac pie exeunte eodem ſeculo. hoc eſt anno Iubilæi, ipſo peruigilio Feſti Purificationis Domini. Adoleſcens bonis ſeſe addicens artibus, & diſciplinis, vt erat viuidi ingenij Romam excurrit, in qua ſectatus aliquandiu aulicam viuendi rationem, non ita multo poſt in Patriam reuocatus à Parentibus vxorem duxit nobilem Virginem, & magnis animi dotibus ornatam. Quæ (licet iuuenis) ætatem ferueſcentis coniugis cum ſenſim ad cultum ſanctiſſimæ Matris Domini inflexiſſet, mirum eſt; quantopere hic ad pietatem maturuerit. Poſt aliquot annos acribus neruorum doloribus ita correptus eſt, vt vix ſeſe mouens, in lectulo continenter decumbere cogeretur, hinc Deo virum ſub ferula, illhinc vxore pijs officijs, atque obſequijs promouẽtibus ad rerum cœleſtium meditationes, ac denique ad ea parturienda, quæ deniq; paullo antequam moreretur, integra peperit.

Vir igitur hic cum fermè omnia omnium Poëtarum Poemata euoluens, perpendiſſet quid in vnoquoque eſſet eximij, inter ipſos autem corporis cruciatus Diuina patiens Beatiſſimæ Virgini Roſarium, quod diximus, quindecim libris, quaſi è Roſis quindecim coronam contexuit, quod eius filij Venetijs illico procurarunt edi poſt mortem ipſius à Nicolao Paulo typographo, anno 1601. quodq; Auguſtæ Taurinorum ſequenti anno & alibi etiam prodijt.

Quem librum (pace omnium dictum ſit, qui noſtro, vel ſuperiore æuo eiuſmodi car-

mina

Digitized by Google

mina cecinerunt) nemini iniuriam intulero, ſi dixero, ſublimitate ſenſuum ſtylo, maieſtate, pietate magis ſupereſſe, quàm æquaſſe. Nam vt mittam obſcænos, & Amatorios libros, qui ne digni ſunt quidem qui legantur, ſi cum hoc Opere alij huiuſmodi conferantur, intelligetur neſcio quid pluſquam humanam Capoleoni illuxiſſe, quod quò ſæpius legitur, eò magis legentem efficit, & noua imbuit admiratione.

Ceterum geſta Chriſti Domini, & ſanctiſſimæ eius Matris, quin & creationem Mundi, fideiq; Chriſtianæ propagationem, ſic commodè arrepta occaſione intercinit, vt antiqua nouis intertexens dignus eſſe exiſtimetur, de quo illud occini poſſit. Nocturna verſate manu, verſate diurna.

At ſcripſit & alia, quæ nunc parantur, idem Capoleo, inter quæ & Hymnos Italicè in laudē Sanctorum omnium, & vitam B. Margaritæ Virginis Dominicani ordinis olim ipſius Capoleonis, ſiue Maiorum ſuorum perātiquæ domus, hoſpitæ. In cuius Virginis corde non ſolum tres exiguæ pilæ eiuſdem omnes ponderis ad iudicandam Sanctiſſimæ Trinitatis æqualitatem, verum etiam Præſepis Domini noſtri imago, erga quod mirificè afficiebatur, inuenta eſt. Id quod ad Patrum Dominicanorum Chronica, & Ludouicus Granatenſis in concionibus Natiuitatis Domini teſtantur.

CAPPIDO Staurienſis, & Sacerdos de antiquitatibus Phriſonicæ gentis monimenta quædam reliquit, quæ ſi integra ad nos perueniſſent, nihil penè antiquitatem (inquit Petrus Suffridus Decade 7. de Scriptoribus Friſiæ) nos lateret, quod ad plenam rerum Friſicarum cognitionem pertineret. In ijs Eccleſiaſtica quoque inſeruiſſe probabile eſt.

CAPREOLI Carthaginenſis Epiſcopi alteram Epiſtolam de Verbi incarnatione ad Vitalem, & Tonantium anno Domini 431. ſeu circiter, Petrus Pithæus I.C. & V.C. miſit Cæſari Card. Baronio, quam ille in ſeptimi Tomi Appendice, inſerendam Tom. 5. Annalium, cudi curauit, in qua, etſi deſunt aliqua, vis tamen rationum, & cœleſtis eloquentiæ ineſt.

CAPVANVM Concilium, in quo Victor tertius Pont. Max. qui catenus Pontificatum recuſauerat, tandem ceſſit, ibique fuit conſecutus, an. 1087.

CARBONIS vir iuſtus, vel de laudibus hominis Chriſtiani Venetijs 1585. Vide in verbo, Ludouicus Carbo.

CARDINALIVM Dignitatem, officium, & quæ ad illos, tamquam eccleſiæ Columnas pertinent, ſcripſere Aluarus Pelagius li. 2. de Plāctu Eccleſiæ art. 16 Auguſtinus Triūphus in Summa de poteſtate Eccleſiæ quæſtio 102. Thomas Vualdenſis, lib. 2. Doctrinalis fidei, art. 3. cap. 54. Io. de Turrecremata, lib. 1. Summæ de Eccleſia, cap. 81. 82. 83. 84. S. Antoninus in Summa Theologica 3. par. ti. 20. Io. Antonius Delphinus lib, 2. de Eccleſia, & hi fuere Theologi. Ex Canoniſtis autem Andreas Barbatius in Tractatu de præſtantia Cardinalium ad Beſſarionem. Dominicus Iacobatius lib. 1. de Concilijs, Ioan. Hieronymus Albanus in lib. de Cardinalibus. Ex hiſtoricis. Onuphrius Panuuinius, in libello de Epiſcopatibus, Titulis, & Diaconijs Cardinalium. Poſt hos autem Auguſtinus Valerius Cardinalis de officio Cardinalis, & Bellarminus Card. To. 1. controu. 5. lib. de clericis, c. 16. vbi de Cardinalibus, qui & Onuphrij aliqua de hiſtoria hac ad veritatis normam expendit, ſed & Iſidorus Moſconius Trebias in opere Venetijs anno 1602. edito De Maieſtate militantis Eccleſiæ egit de iiſdem Cardinalibus.

CARISSIACENSE Concilium, hoc eſt, habitum apud Cariſſiacum villam, vbi Regiū Palatium erat, procurante Carolo Caluo Rege Galliæ an. 856. ad reprimendas ſubditorū graſſationes, & factiones. Ex quo Concilio idem Carolus ſcripſit exhortationem, quæ nunquam prodierat. Sed Baronius Card. acceptam inſeruit Decimo ſuorum Annalium Tomo, ſub annum 856. quo Concilium illud fuit celebratum. Adiecit Carolus nonnulla capitula ad populos ſibi ſubditos, quos conciliare ſtuduit, quæ item ibidem fuere Card. Baronio inſerta.

CARMELITANAE familiæ hiſtoriæ Scriptores fuere prēter alios Ioānes Tritemius, Iacobus de Plebe Ord. Seruorum, Ioannes Caſtellenſis, Arnobius Boſtius Carmelita, Ioānes Mechlienſis, Petrus Lucius Belga Bruxellenſis Carmelita, Ioſephus Falco, Cæſar Car. Baronius, qui tamen vllam ab antiquis haberi eorum in Oriente mentionem negat. Veruntamen præter illa, quæ Tritemius de eodem Ordine ſcribit, extat Petri Lucij Apologia, qua confutat obiecta, quaſi non ab Helia propheta, ſed ab Elia quondam Aegyptio is Ordo deſcenderit. Non fratres eſſent dicendi B. Mariæ Virginis, ſed Aegyptiacæ pœnitentis. Non à Carmelo monte Syriæ, ſed Phœniciç quem Nabal impius incoluit. Nō antiquiorē alijs, ſed poſteriorem fuiſſe hūc ordinem, qui inciderit in tempora Honorij IIII. Pont. Max. qui viuebat anno 1286 ſiue Honorij III. ann. 1316. ſicque non in Aſia, ſed in



Digitized by Google

Europa ſui Ordinis fundamenta ieciſſe. Nunquam Carmelitas eorum tempore Pontificum Carmelum Montem inhabitaſſe; neque vero inde Regulam accepiſſe. Hæc inquam obiecta Petrus Lucius in Apologia, quæ ad calcem ſuæ, ſui Ordinis Bibliothecæ eſt appoſita non confutat ſolum, verum etiam hiſtorijs ſolidis, & auctoritate Pontificum ſe euiciſſe exiſtimat eſſe commenta. Quamobrem qui Baro. Card. Annales hac de re vna cum Petri Lucij Apologia conferet, lucem rerum hauriet liquidiorem.

CAROLVS Blandeus, ſiue Blandec Arteſius in Belgio, monachus Abbatiæ Marcenſis edidit quinque admirabiles hiſtorias, quæ an. 1582 contigere in Diœceſi Sueſſionenſi in Morinis, de quibuſdam obſeſſis mirabiliter liberatis. Gallicè. Pariſijs apud Gulielmũ Calderium, an. 1582.

CAROLVS Billæus Siculus ſcripſit, De multiplici ſenſu Sacræ ſcripturæ Tractatus, qui prelæ erant ſubijciendi. Dialogum pro Hieroſoluma Torquati Taſſi; Venetijs apud Aldum, & varia carmina.

CAROLVS Borromæus Card. tituli S. Praxedis, Mediolanenſis, & eiuſdem Ciuitatis Archiepiſcopus, è familia nobiliſſima Pij IIII. Pont. Max. nepos plura ſcripſit, & ſcribi ab alijs curauit eorum, quæ pertinebant ad ſalutem ſuorum populorum. Ea verò cum Mediolani ſint edita integra, Franciſcus quoque Franciſcius Senenſis Venetijs ann. 1596. emiſit Conſtitutiones, & decreta ſex Prouincialium Synodorum Mediolanenſium, quas ille habuit Mediolani ab anno 1565. vſque ad annum 1572. Additus eſt Tractatus de cura Peſtilentiæ inter Decreta Concilij quinti Prouincialis ſeparatim poſt ipſum Indicem collocatus.

Porro quæ eiuſdem Card. nomine ſunt euulgata, fuere à Petro Galeſinio conſcripta, prænotatione tamen ſequenti.

ACTA Mediolanenſis Eccleſiæ ſub Carolo Borromæo S.R.E. Card. eiuſdemque Eccleſiæ Archiepiſcopo, in tres partes diuiſa, Quarum

PRIMA continet Acta quinque Conciliorum Prouincialium.

SECVNDA octo Diœceſanas Synodos, & Inſtructiones varias.

1 Fabricæ, ac ſupellectilis Eccleſiaſticæ.
2 Prædicationis Verbi Dei.
3 Oblatorum S. Ambroſij.
4 Pro Confeſſarijs.
5 Pro adminiſtratione ſanctiſſimi Sacramenti Euchariſtiæ.
6 Pro Sacramento Confirmationis.
7 Pro initiandis Sacramento ordinis.
8 Pro celebratione officiorum pro mortuis.
9 Pro ſollemnibus proceſſionibus.
10 Pro litanijs triduanis.
11 Pro ſollemni proceſſione Sanctiſſimi corporis Domini.
12 Pro oratione quadraginta horarum.
13 Pro oratione ſine intermiſſione.
14 Pro Benedictione ædium.
15 Pro celebratione Iubilæi anni ſancti.
16 Cæromoniarum ad vſum Sacerdotum pro ſanctiſſimo Sacrificio Miſſæ.
17 Pro vſu notitiæ ſtatus Cleri.
18 Ad vſum conficiendi ſtatus animarum.
19 Ad vſum Vicariorum foraneorum.
20 Regulæ congregationum foraneorum.

TERTIA verò pars complectitur.

1 Litteras Paſtorales.
2 De Oratione veſpertina, & ordine ipſius inſtitutæ.
3 De Oratione ſine intermiſſione, & ordinem eiuſdem.
4 De ſupplicatione & oratione publica.
5 De Aduentu.
6 De Septuageſima.
7 De Iubilæo anni Sancti.
8 Litteras Pontificas de Iubilæo anni Sancti conceſſo Ciuitati, & Diœceſi Mediolanenſi.
9 Inſtructiones, & Regulas ad vſum Iubilæi ſancti celebrandi, cum litteris paſtoralibus eiuſdem generis.
10 Litteras Paſtorales.
11 De ſeptem Baſilicis ſtationalibus inſtar almæ vrbis Romæ.
12 De gratiarum actione pro ſeptem eccleſijs ſtationalibus conceſſis.
13 Indulgentias certis eccleſijs ſtationalib. Mediolani conceſſas inſtar Baſilicæ Vrbis Romæ.
14 Eccleſias ſtationales viris ſeparatim conſtitutas à fœminis.
15 Monitiones Paſtorales impendente periculo peſtis.
16 Indictionem ſupplicationum, ieiuniorũ peſtis tempore, & librum precum in peſtilentia.
17 Litteras Paſtorales de mendicis in vnum locum cogendis.
18 De pietatis, deuotioniſque exercitationibus Quarantenæ tempore & litteras Paſtorales de Quarantena.
19 Litteras Paſtorales de aſperſione aquæ Sancta & benedictione ædium.

20 Inſtructiones ad vſum benedictionis ædium.
21 Litteras Paſtorales de barba radenda.
22 Litteras Paſtorales de viſitatione cleri, & populi, ac de præpaatrione.
23 Litteras de ijs, qui contagioſas veſtes ſurripuerint.
24 Litteras Pontificas de Indulgentia populo Mediolanenſi conceſſa.
25 Litteras Paſtorales de tribus ſollemnibus proceſſionibus voti publici cauſa.
26 Litteras Paſtorales de ſollemni officio, pijſque ſuffragijs pro defunctis, peſtis tẽpore.
27 Librum monitionum Paſtoralium ad populum Mediolanenſem.
28 Litteras Paſtorales de proceſſionibus ſollemnibns, pro gratiarum actione peſte extincta.
29 Litteras Paſtorales de obitu Sereniſſimi filij Regis.
30 Litteras Paſtorales plenas paternæ obiurgationis, & cohortationis ad tollendas morum corruptelas.
31 Litteras Paſtorales de tranſlatione ſacrarum Reliquiarum.
32 Litteras Paſtorales de tranſlatione ſacræ Imaginis B. Mariæ Virginis.
33 Sermonem in exequijs Seneriſſimæ Reginæ Hiſpaniarum.
34 Regulas Confratriarum.
35 Prorogationem Synodi Prouincialis, & Diœceſanæ.
36 Indictionem trium Synodorum Diœceſanorum.
37 Prorogationes Synodorum Diœceſanarum.
38 Edictum de viſitatione.
39 Contra concubinarios.
40 De clericis habitum clericalem non induentibus.
41 De reſidentia.
42 De Hæreticis, hæreſumúe nomine ſuſpectis.
43 De dierum feſtorum cultu.
44 De Sacroſanctis Eccleſijs.
45 Litteras monitionum de Dominica prima Quadrageſimæ.
46 Edictum, & Decretum de Dominica prima Quadrageſimæ.
47 Edictum de obſeruantia Quadrageſimę.
48 Edictum de Bibliopolis, & impreſſorib.
49 Edictum de ordinatione.
50 Varias formulas.

Caroli autem Borromæi Card. S. Praxedis vitam primo Auguſtinus Valerius Card. Veronæ Latinè, deinde Io. Baptiſta Poſſeuinus Italicè, Romę; deniq; cumulatè, vti & ſyncerè, ac verè, Carolus à Baſilica Petri Epiſcopus Nouarieſis Latino idiomate ſcripſit. Vide in verbo, Carolus à Baſilica Petri.

Porrò concio de ſancto Iubilęo anno, ſpiritualibuſque inde fructibus capiendis, iuſſu Epiſcopo Auguſtani: in Germanicam & Latinam linguam tranſlata, & excuſa eſt Dilingæ, anno 1575.

De Schematibus, & tropis libros duos: qui extant ante libros de Orthographia.

Ceterum quod ad Caſſiodori Chronicõ attinet, ſciat Lector, ſe facturũ operæ pretiũ, ſi dum illud legerit, conferat cum melioribus alijs chronologijs. Et quidem Baron. Car. ſcribit eum fuiſſe lapſum, cum vel Antonini obitum retulit in annum 160. vel alibi agit de annis Conſtantini, & aliorum Imperatorum, cum item poſt biennium ſub Conſulatu Decimo Diocletiani, & Maximi, ſiue potius Maximiani ſeptimo, ponit exordiũ Conſtãtini, quod quidem, ex eiuſdem hiſtoria Tripartita, manifeſtò licet inſpicere, dũ ait ex Socrate, eundem Conſtantinum defunctum, cum imperaſſet annos triginta, & vnũ, Feliciano, & Titiano Coſs. qua quidem ratione oportuit ipſum hoc anno imperare cœpiſſe. Ex quo Caſſiodori, & aliorum lapſu, complures quoque ſunt collapſi, dum poſt bienniũ numerare aggreſſi ſunt annos eiuſdem Imperatoris, & de re grauiſſima nempe de tempore Niceni Concilij alijſque rebus magni momenti, in errores haud leues inciderunt.



Digitized by Google

Sed & alibi corrigitur Caſſiodorus à Baronio de Coſs. tempore Nicenæ Synodi. Iam cum ipſe (vt diximus) hiſtoriæ Tripartitæ collector, ſiue Auctor in præfatione ſcribat Epiphanium Scolaſticum hiſtoriam Eccleſiaſticam Socratis, Sozomeni Theodoreti, Latinè vertiſſe, ſeque Epiphanij verſionem in breuiarium redegiſſe, ſanè apparet in ea verſione Epiphanium non admodum in Græcis verſatum, malè in plerisq; de Græco textu meritum fuiſſe, ac præcipuè in Epiſtola Alexandri, quam ponit Theodoretus. Vide in verbo, Epiphanius Scholaſticus.

Porrò eiuſdem Marci Aurelij Caſſiodori opera omnia, quæ extant: ex fide manuſcriptorum auctiora, & locupletiora prodierunt in lucem Pariſijs apud Marcum Orry, anno 1600. hoc ordine, & illuſtrationibus aliorum Auctorum.

1 De Diuinis lectionibus, lib. II.
2 De Schematibus, & Tropis Sacræ Scripturæ.
3 De orthographia ex veteribus Grammaticis excerpta.
4 De ſeptem diſciplinis.
5 De amicitia.
6 Edictum Theodorici Regis Italiæ.
7 C. Solij Apollinaris Sidonij Epiſtola de Theod. Rege.
8 Chronicon.
9 Iordanus in rebus Geticis.
10 Ennodij Panegyricus.
11 Gulielmi Fornerij Notæ in lib. variarũ.
12 Franciſci Modij Summaria ſingulis Epiſtolis præfixa.
13 Perpetuæ ad marginem notæ, ac interpretationis vice variæ lectionis.
14 Petri Broſſei animaduerſiones in Caſſiodorum.
15 Gnomologia Caſſiodorana.
16 Cum Indice locupletiſſimo.

CASTERDONVS Nordouicenſis Monachus, ſcripſit in Apocalypſim D. Ioannis. In aliquot Epiſtolas Diui Pauli libros plures, atque alia edidit multa, quæ in Bibliotheca eius Cœnobij olim aſſeruabantur. Claruiſſe fertur ann. Domini 1382. Richardo Secundo regnante.

CASTOR Durantis Gualdenſis Medicus, præter illam, quam de Bonitate, & Vitio alimentorum centuriam edidit Piſauri apud hæredes Bartholomæi Cæſani, an. 1565. ſcripſit Italicè libros tres De Partu Virginis, imitatus Sannazarium, quos emiſit Romæ apud Ioannem Baptiſtam Caualllerium, an. Dom. 1553.

CASTRVCIVS de Humanitate Chriſti, & de Sanctiſſimo Sacramento Italicè, Florentiæ anno Dom. 1566.

CATALDINVS Boncompagnius de Viſſo, De Tranſlatione Concilij Baſileenſis extat in tractatibus Iuris Tom. 13. fol. 15. Venetijs poſtremò impreſſis.

CATALOGORVM Illuſtrium Virorum, præcipuè Eccleſiaſticorum. Vide in verbo, Sixtus Senenſis, deinde Appendicem Catalogorum Codicum Græcorum m.s. & quorundam aliorum. In fine Apparatus huius Sacri.

CATANEI Epiſcopi Chiemenſis Summula caſus Conſcientiæ breuiter complectens, ab eodem paſſim aucta, apud Societatem Venetam, an. 1603.

CATECHESES piæ & ſolidæ ex Franciſco Coſtero, Petro de Soto, & ex auctore Methodi confeſſionis prodierunt Auguſtæ Treuirorum apud Henricum Bock, an. 1590.

CATECHESIS, ſeu inſtructio ab examinatoribus Placentinæ Diœceſeos promulgata, ad Parochiales Eccleſias aſſumendis accommodata, vnà cum additione à Ioanne Baptiſta Antonuccio Eugubino collecta in eadem ciuitate an. 1578.

CATECHESES Cyrilli Hieroſolymitani. Vide in verbo, Cyrillus Hieroſolymitanus. De catechizandis autem rudibus. Vide in verbo, Clemẽs Alexandrinus, & in verbo, Aurelius Auguſtinus. Epiſtolas autem catecheticas, in verbo Nicon, & in verbo Daniel Ventanus, pro catechizandis Gentibus, & duas Theodori Studitæ in verbo ipſius, & Alexandri Valignani libros duos de iuuãdis Indis, qui extant in noſtra Bibliotheca Selecta.

Ceterum quæ Ludouicus Carbo optimè ſcripſit de vtilitate Catechiſmi, ſiue Chriſtianæ doctrinæ, vide in verbo, Ludouicus Carbo.

CATECHISMVS Magnus, ſiue ſumma Doctrinæ Chriſtianæ Petri Caniſij, cuius Patrum auctoritates poſtea additæ perutiliter, vide in verbo, Petrus Caniſius.

CATECHISMI Parui Petri Caniſij Epitome, triplici idiomate, Latino, Gallico, & Teutonico in tenellæ pueritiæ gratiam excuſa Leodij 1571.

CATECHISMVS ex Decreto Concilij Tridentini iuſſu Pij V. Pont. Max. editus, cum paſſim prodierit, prodeatq; Latinus, Gallicus, Italicus, tum in capita, & Sectiones diſtinctus, varijsq; Patrum ſententijs, & auctoritatibus munitus, Lugduni apud Gulielmum Rouillium, an. 1588.

CATECHISMVS è Decreto Cõcilij Tridẽtini in quatuor libros, certaq; capita diſtri-

butus,

butus,& ſummarijs capitum,pluribuſque ad marginem ſcripturarum,ac Patrum teſtimonijs illuſtratus,Auctoritate Ioannis ex Comitibus.Coloniæ apud hæredes Quentelij,anno Domini 1572.

CATECHISMVS idem è Decreto Concilij Tridentini, & Pij V. Pontificis Maximi iuſſu editus,quæſtionibus quæ mox rei propoſitæ materiam oculis ſubijciant,diſtinctis, ac breuibus Notis ab Andrea Fabricio,Alberti bauariæ ducis Conſiliario: Antuerpiæ apud Viduam Plantini,& Ioannem Moretum 1591.

CATECHISMI Catholici compendium Coloniæ 1592.

CATECHISMVS Emundi Augerij Societatis Ieſu,Gallicus,magnus, paruus, mediocris(nam plures pro captu cuiuſque ætatis emiſit)Latinus, Græcus, ac denique cum Patrũ Auctoritatibus,quorum plurimi ab eo citantur,à Franciſco Antonio eiuſdem Societatis editus.

CATECHISMVS Petri Caniſij cum auctoritatibus Coloniæ apud Geruinum Calenium,an.1570.in 4.

CATECHISMVS Sonnij auctior,& caſtigatior,editus in Sylua ducis,an.1570. hoc eſt Boſleduci in Belgio.

CATENA Græca explanationum in totum librum Iob,ſiue nomine auctoris, manu deſcripta in membranis, ac decenteſimo ordine diſpoſita extabat Genuæ in Bibliotheca Saulia,collecta è viginti Orthodoxis Græcis Patribus: quorum hæc ſunt nomina:

| | | |
|---|---|---|
| Alexander Cappadociæ. | Didymus. | Iſidorus. |
| | Dionyſius. | Methodius. |
| Apollinarius. | Ephræm. | Nilus. |
| Athanaſius. | Euagrius. | Olympiodorus. |
| Baſilius. | Gregorius Theologus. | Polychronius. |
| Chryſoſtomus. | Iulius. | Seuerus. |
| Cyrillus. | Iulianus. | Seuerianus. |

Operis initium hæc verba habet: ὑπόθεσις μὲν ἡμῖν, καὶ σκοπὸς τοῦ ἔργου ἡ τοῦ βίβλου πολυάθλου Ἰὼβ ἀνάπτυξις. ideſt, *Propoſitum quidem nobis eſt, & ſcopus præſentis Operis,egregij bellatoris Iob,librum explicare.* Vide in verbo, Iob.

CATENA Græca in totum Euangeliorum corpus habebatur Genuæ in Bibliotheca Angeli Iuſtiniani Minoritæ,qui deinceps fuit Epiſcopus Geneuenſis in membranis vetuſtiſſimis cõſcripta,& ab incerto auctore ex diuerſis Græcis Patrib. collecta:quorũ nomina hæc ſunt,

| | | |
|---|---|---|
| Origenes. | Euſebius Cæſarienſis. | Chryſoſtomus. |
| Victor presbyter. | Titus Boſtrenus. | Seuerus. |
| Iſidorus Peluſiota. | Baſilius. | Cyrillus. |

Initio verò expoſitionis in ſingulos Euangeliſtas hæc ſunt:

In Matthæum. Εὐαγγέλιον ἐστὶ λόγος περιέχων ἀγαθῶν ἀγγελίαν πραγμάτων κατὰ τὸ εὔλογον, hoc eſt, *Euangelium eſt ſermo bonarum rerum annunciationem continens, iuxta id, quod rationi eſt conſonum.*

In Marcum. Πολλῶν εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον, καὶ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην συνταξάντων. Hoc eſt. *Cum multi Euangelia ſecundum Matthæum, & ſecundum Ioannem commentaria compoſuerint.*

In Lucam. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ παλαιῷ λαῷ πολλοὶ προφητείαν ἐπηγγέλλονται. Hoc eſt. *Sicut in veteri quidem populo multi Prophetiam annunciauerunt.*

In Ioannem. Οὗτος εὐαγγελιστὴς πατρίδος μὲν ἦν. Hoc eſt. *Euangeliſta hic patria quidem fuit, &c.*

CATENA Explanationum in omnes Epiſtolas Pauli ſine nomine auctoris in Venetorum Bibl.S.Marci ſeruatur.

CATENAE aliæ in Geneſim,& in alios Diuinæ ſcripturæ libros, videantur ſuis quibuſque locis in hoc Apparatu,in verbo Moyſes.

CATINA Syrus, cognomento λεπτός, ideſt, *acutus, & ingenioſus,* breuem edidit in primum caput Ezechielis diſputationem: cuius meminit Hieronymus, lib. 1. Comment. in Ezechielem referens ſummatim expoſitionem illius, ſuper viſione rotarum , & animalium.

CATHARINAE ſiue Ecaterinæ Senenſis virginis ſanctiſſimæ in 6. Tractatus diſtributi dialogi,ijque ex Italica in Latinam linguam conuerſi,& poſtremo iterum Ingolſtadij editi anno 1583. Diuinam planè & admirabilem ſapientiam , ad ſpiritualis vitę inſtitutionem complectuntur. Adiectæ ſunt ſub finem,orationes eiuſdem S.Virginis, Ingolſtadij. At volumen Epiſtolarum illius extat, quod ab Aldo anno 1500. Venetijs Italicè editum fuit,cum & eius vitam habeamus cõſcriptam à Raymundo Dominicani Ordinis,

qui fuerat eius virginis confeſſarius,& vir dignitate,ac ſanctitate inſignis.

CATHARINA Anglorum Regina,Henrici Octaui vxor, Meditationum in Pſalmos librum,& de lamentatione peccatoris à ſe conſcriptum reliquit,an.1548.Eiſingr.

CATHERINA,quam nominant de Bononia,libellum ſcripſit de ſibi reuelatis à Domino,qui cum eius manu ſcriptus extet apud ſanctimoniales corporis Chriſti, quæ ſunt in eadem ciuitate,vbi fuit Abbatiſſa,prodijt in lucem ibidem apud Platonem Benedictũ an.1511.Deinde ab hæredibus Hieronymi Benedicti an.1536.At Venetijs multo poſt,hoc eſt an. 1583.cuius item exemplum in papyro (vt vocant) pergamena deſcriptum antiquitus,Ferrariæ aſſeruatur ex ipſo exemplari deſumptũ,apud ſanctimoniales corporis Chriſti,At B.huius Virginis meminerunt Ioan.Sabbatinus Arientinus libro de fœminis illuſtribus,& Chronographi Bononenſium geſtorum.

Qui item eiuſdem cœnobij Bononienſis varia collegerunt, & in Archiuo ibidem repoſuerunt.Dionyſius Palæottus Ordinis Minorum.Qui etiam ſcripſit Officium,& Miſſam, quæ in anniuerſaria die eiuſdem Virginis celebratur, quæúe à Clem.VII. Pontifice Maximo confirmata eſt.

Carolus Sigonius in Vitis Sanctorum,& Epiſcoporum Bononienſium.

Petrus Rodulphus Toſſiniacenſis, & Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuanus in ſuis Seraphicis Hiſtorijs.

Dominicus Maria Mutiatus in Kalendario Hiſtorico.

Ij, qui Proceſſum de hac Virgine formarunt coram Bononienſi Archiepiſcopo,anno 1586.& 1591.Qui Proceſſus à Cardinalibus Congregationis ſacrorum rituum examinatus eſt Romæ,an.1592.

Bemba Abbatiſſa eiuſdem Bononienſis Monaſterij corporis Chriſti in libro, quem prænotauit,Speculum illuminationis.

Alphonſus Villegas Toletanus Theologus in vita Beati Tuſſiniani Ordinis ( vt vocant)Ieſuatorum.

At cum denique Virginis huius vita Romæ prodierit in lucem apud Aloyſium Zannettum 1597.è varijs Auctoribus collecta à Chriſtophoro Manſuero Montis clari, acceſſerit autem auctoritas Apoſtolicæ Sedis,& ipſius Clem.VIII.Pont. Max. qui nomẽ ipſius in Martyrologiũ referri iuſſit,ipſumq; corpus poſt tot annos,quibus diem obijt, adhuc integerrimum Bononiæ extet,vbi ducentæ,& vigintiquatuor Virgines ſanctè viuebant, dum hæc ſcriberemus,pleraque verò hic libellus contineat,quę altam pietatem,ac ſapiẽtiam ſpirent,non parum ſibi conſulet,qui eum attentè perlegens ſuo inſcribat cordi,atq; adeo in rem conferat.Quippe in ſexu etiam fragili mirabilis eſt Deus, vt animus nemini deſpondendus ſit,qui ſerio imitandæ Sanctorum vitæ ſe addixerit.

CATHOLICAE Eccleſiæ Diuina Officia,& Miniſteria varia è vetuſtorum fermè omnium Eccleſiæ Patrum,& Scriptorum libris Romæ an.1592.

## CE

CEDMONVS dictus Simplex,Anglus,Monachus Benedictinus, ſcripſit de creatione Mundi,& de humani generis origine.Epilogum hæreſeos.Egreſſum Hebræorum ex Aegypto,ingreſſum in Terram promiſſionis.De Verbi Chriſti Incarnatione, Paſſione,Reſurrectione,atque Aſcenſione.De Aduentu Spiritus ſancti. De futuro iudicio. De terrore Gehennæ.De Paradiſi delicijs: cantica quoque ſpiritualia inſtar Pſalmorum:Poemata præterea per omnes Bibliorum hiſtorias. Vixit circa annum 670. Sixtus, Eiſingrenius, Arnoldus.

CEDRENVS Hiſtoricus, quoniam pleraque narrat, quæ poſſunt pertinere ad ſtatum rerum Eccleſiaſticarum hic inſeritur,non tam vt tanquam Eccleſiaſticus ſcriptor fidem faciat,quam ne certioribus hiſtoricis fides ex eo dematur. Perperam enim rerum à Conſtantino geſtarum ſeriem texit,præſertim dum bellum Licinianum ponit anno Imperij Conſtantini 19.cum an.13.eiuſdem Imperij fuiſſe abſolutum irrefragabilis eiuſdem Imperatoris Reſcripti auctoritas certam faciat fidem. At ex his,quæ ſcribunt Ruffinus,& Socrates mendacij arguitur, cum belli Perſici à Conſtantino ſuſcepti cauſam affert ob ſpoliatum Metrodorum Philoſophum,quem conſtat longè ante hæc tempora peregrinationem ſuſcepiſſe.

Sed & tranſlationem capitis Ioannis Baptiſtæ factam eſſe anno decimotertio Imperij Theodoſij liquet: Quamobrem nõ eſt audiendus cum ad annum 101.eam referat, ſicuti nec audiendi, qui eam ad poſteriora tempora referunt. Cedreni porrò verba Gulielmus



Digitized by Google

Xilander non rectè vertit, quemadmodum in libro de imaginibus Sanctorum obſeruauit Nicolaus Sanderus, vbi enim Cedrenus ſcripſit Conſtantinū Copronymum exegiſſe iuramentum ab omnibus Imperio ſuo ſubiectis, qui iuramento confirmarent nullam ſe imaginem adoraturos, illa verba εἰκόνι μὴ προσκυνήσαι τινὶ Xilander vertit, *nulli ſe ſimulacro applicaturos*; quaſi videlicet Chriſtiani Idolis ſupplicent, cum tamen conſtet imagines non rectè vocari ſimulacra; & vſus Chriſtianorum habeat, vt imagines veneremur, non vt eis quaſi viuentibus, & ſentientibus ſupplicemus. Vide verò Iacobi Gertzeri noſtri Notas ad Tomum ſecundum De Cruce, quibus Cedreni prauam ab hæretico verſionem non vno in loco, indicat. pag. 585. & 586. & 625. Is verò liber de Cruce Ingolſtadij prodijt, ann. 1600.

CELENVS Calæciæ municipio in Hiſpaniæ Conciliū habitum eſt anno 454. Affuere Epiſcopi Tarraconenſes, Carthaginenſes, Luſitani, Calæci, cum Priſcilliani hæreſis toties iugulata renata fuiſſet. Id vt fieret Leo Pont. Max. Turibio Aſturicenſi Epiſcopo mādauerat. Formula de Scripto conceptæ rectæ fidei Baleonio Bracarenſi Epiſcopo miſſa eſt. Huius formulæ mentio fit in Concilio primo Bracarenſi, ſubijciturque primi Concilij Toletani Decretis, quaſi eius pars, maleq; aſſutus certo errore eius qui Conciliorū volumina primus compilauit.

CELESTINVS. Vide in verbo, Cœleſtinus.

CELESTIVS antequam in Pelagianum dogma incurreret, imò adhuc adoleſcēs, ſcripſit ad parentes ſuos de Monaſterio Epiſtolas in modum libellorum tres, omnibus Deum deſiderātibus neceſſarias: moralis ſiquidem ſui in eis dictio nihil vitij poſtmodum prædicti, ſed totum virtutis incitamentum tenuit. Hæc Gennadius in catal. an. 430.

CELSVS Mancinus, Rauennas, Canonicus Regularis Lateranenſis, poſtea Epiſcopus Alexani in Apulia, nouem vno volumine libros Latinè conſcripſit De iure Principatuū, qui an. 1596. Romæ prodierunt ex typographia Gulielmi Facciotti: in ijs autem cum de neceſſitate, ortuque principatuum, deque iure ſtatuum, (quam Itali & Hiſpani vocāt Rationem Status) deque Dominio, ac quotuplex ſit, deque vſufructu, & vſu, deque Poteſtate in partes ſedulo egiſſet aduerſus Ambroſium Catharinum, Sanderum, Dominicum à Soto, atque alios quoſdam etiam recentiores doctiſſimos, argumenta collegit, ad aſſerendam Summi Pontificis poteſtatem duplicem à Chriſto Domino acceptam, quæ vbi vſque ad quinti penè libri initium expoſuiſſet, de reliquis ad Principes, ad militam, ad bellum iuſtum indicendum, & ad alia ſpectantibus deſcendit, quibus felicitas Principum ſtatui poſſit. Quo in opere cum ingenij acumen exeruerit, non dubito, quin ij, qui cum ijs cōtulerint, quæ D. Martinus Nauarrus ab Azpilcueta ſcripta reliquit in Relectione Conimbricæ habita in Luſitania c. Nouit, de Iudicijs an. 1548. de toto illo argumēto ſint certius iudicaturi. Nauarrus enim (ſi quis vnquam alius) in tertio notabili vb errimè, ac ſolidè illud expendit. Et verò Robertus Card. Bellarm. primo Tomo non tam de poteſtate tēporali, de qua auctoritates alias vberiores in poſtrema editione attulit an. 1596. à Dauide Sartorio Ingolſtadij emiſit, quàm de ſpirituali doctiſſimè ſcripſit, quæ ſimul collata maiorem afferunt bonis mentibus lucem.

Porrò audio eundem Celſum alterum ſcripſiſſe librum de Somnijs, ac Diuinatione, cum & memorato de iure Principiū libro meminerit libri De rediculis abs ſe antea ſcripto; ſicut de natura hominis alium.

CENSVRA Eccleſiæ Orientalis, Pariſijs apud Arnoldum Sittart. 1584. Vide in verbo, Staniſlaus Socolouius.

CEOLFRIDVS Abbas Scotorum, conſulenti Neitano Regi Pictorum de legitima obſeruatione Paſchæ, & de tonſura clericorum vtilem ſcripſit Epiſtolam, qua vt ipſe Regi ſatisfecit, ſic Rex gentem ſuam ad concordiam cum Eccleſia reduxit. Tritem. vide in verbo Geolfridus. videtur enim Arnoldo Vuioni idem eſſe cū Geolfrido. Sub an. Domini 699. Sergio Papa qui eam ſibi mitti à Beda petijt. an. Domini 701.

CEREALIS (vt inquit Gennadius) Epiſcopus, natiōe Afer, interrogatus à Maximino Africanorum Epiſcopo, num poſſet vel paucis Diuinę ſcripturæ teſtimonijs, abſque vlla diſputationis duntaxat aſſertione, fidem Catholicam aſſignare: ille in nomine Domini, ſuffragantæ ſibi veritate, non paucis teſtimonijs, ſicut Maximinus irridens petierat, ſed copioſis tā veteris Teſtamenti, quam noui approbauit, & libello edidit, cōtra eundē Maximinum Arianū. Liber verò incipit, *Cum Cathaginem Cerealis ſancta Catholicæ fidei Caſtellenſis Epiſcopus venit*. Habetur in Bibl. SS. PP. à Margarino Bignæo edita. Hunc verò Cerealem, dicit ex Gennadio Honorius Auguſtodunenſis, ſcripſiſſe librum de fide; Lirinenſem verò Abbatem appellat Sigebertus, & ſcripſiſſe Homilias Monachorum vitæ congruentes. Eiſingrenius autem addidit, fuiſſe Epiſcopum Ceſerenſem, & vixiſſe an. 460. Honor. c. 96. de Luminaribus Eccl. Sigeb. c. 120. de viris Ill.

# CH

CHALCEDONENSIS quarta Generalis Synodus an. Dom. 541. habita eſt quemadmodum libro de Romanis Pontificibus docuit Onufrius putato rectius tempore, quam fecerant Matthæus Palmerius, & Gregorius Haloander, qui eam ad annum 454. referebant, ſiue, quam Marianus Scotus, atque Sigebertus, qui 452. annum ei ſtatuerant; quin & quàm Pſellus, qui loco viginti annorum poſuit triginta inter tertiam, & quartam Oecumenicas Synodos, nempe Epheſinam, & Chalcedonenſem. Porrò Chalcedon ciuitas erat Bithyniæ prope Boſphorum Thracium è conſpectu Byſantij, quod in altera parte eſt ſitum.

Acta verò eſt hæc Synodus iubente Leone I. Pontifice, qui deinceps per ſuos Legatos eidem præfuit. Extat Epiſtola Martiani Imp. ante ipſam Synodum ad Leonem I. qua rogat Pont. vt ipſe veniat, & Cõcilium faciat, vel ſi nolit venire, per litteras ſignificet, quid agi velit, & in fine ita concludit. *Et quæ Chriſtianorum religioſi, atq; Catholicæ fidei proſint, ſicut Sanctitas tua ſecundum Eccleſiaſticas Regulas definiuit, ſua diſpoſitione declaret.* Extat item altera Epiſtola inter eas, quæ ſpectant ad eandem Synodum, qua Epiſcopi ſecũdæ Mæſiæ ad Leonem Imp. ſcribunt his verbis: *In Chalcedonenſium Ciuitate multi ſancti Epiſcopi cõuenerunt per iuſſionem Leonis Romani Pontificis, qui verò caput eſt Epiſcoporum.*

Porrò ſexcenti interfuere Epiſcopi aduerſus hæreſim Eutychetis Archimandritæ aſſerentis in Chriſto Domino poſt incarnationem vnam tantum eſſe naturam. At inter Epiſcopos illos adfuerant, Dioſcorus Patriarcha Alexandrinus, qui mox fuit eiectus, & Maximus Antiochenus, Anatolius Conſtantinopolitanus, & Iuuenalis Hieroſolymitanus.

Et Synodi quidem iſtius appellatione ea tantum Acta intelligenda ſunt, quæ confirmata Leonis I. Pont. Max. fuerunt auctoritate. id dixerim, quoniam Leo Papa iuſtiſſimè irritauit Decretum haud legitimè ſancitum Actionis decimæſextæ, abſentibus enim ſuis Legatis, qui poſtea apertiſſimè reclamarunt, primatum Eccleſiæ tribuerunt Conſtantinopolitanæ Sedi, quaſi Romana olim, & ipſa tunc habuiſſet Primatum cum Orbis Imperio Roma potiretur, hoc eſt humanitus, non Diuinitus, quæ contra Chriſtum Dominum eſt ipſiſſima blaſphemia. Vide Leonis Pont. Max. Epiſtolam 55. ad Pulcheriam Auguſtam. Liberatum in Breuiario, cap. 12. Euagrium libro ſecundo hiſtoriæ, c. 2. 3. & 4. Quin & Gregorius Magnus, lib. 5. epiſt. 14. Indict. 14. fuiſſe hanc Synodum à Conſtantinopolitana falſatam teſtatur. Vide item Card. Bellarminum, vbi agit de Concilijs, & Baron. Cardi. Annal. in hunc annum. At quod inquiunt Magdeburgenſes Gelaſium Pont. eſſe impudenter mentitum, qui in Epiſtola ad Epiſcopos Dardaniæ dixerit, *Solam Apoſtolicam Sedem, vt Synodus Chalcedonenſis fieret, ſua auctoritate decreuiſſe,* vnde per vocem illam *Solam* putarunt excluſum eſſe Imperatorem, mentiti ſunt ipſi, cum per *Solam* non Imperator, ſed aliæ ſedes Epiſcopales Antiochena, Alexandrina, Hieroſolymitana, aut etiam Conſtantinopolitana nõ eam fecerint, ſed ſola Romana ſedes eam Synodũ effici voluerit, ac re ipſa effecerit, quãquam non ſiue ope pij Imp. Marciani.

Ceterum, vt ſæpè ab hæreticis impugnata eſt Synodus hæc Chalcedonenſis, ita à Catholicis fuit fortiter propugnata. Extat in Bibl. SS. PP. Leontius Byzantius, qui in Opere de Sectis hæreticorum, auctoritatem ipſius Synodi tuetur. Quin & ante illud poſita eſt Fidei eiuſdem Synodi expoſitio, quam quia nos à Franciſco Turriano Theologo Societatis noſtræ nacti ſumus ex integriore Græco exemplari Latinè redditam, hic inſerẽdam exiſtimauimus. Habet autem inſcriptio ſic.

## *Leontij Byzantij Apologia contra eos, qui Synodum Chalcedonenſem calumniantur.*

Quia nonnulli à Sancta, Catholica, & Apoſtolica Eccleſia recedunt propter cauſam, quæ magis eos cum Eccleſia coniungere debebat, cum non poſſem ferre, vt membrum vllum neceſſarium à nobis auelleretur, exiſtimaui operæpretium eſſe ſuſpiciones quaſdam ipſis de Synodo Chalcedonenſi iniectas tanquam vapores quoſdam excitatos diſſoluere ne quis, mendacijs contra ſanctos patres anticipatus, ab ſpirituali matre ſua & noſtra ab Eccleſia inquam, communi abſtraheretur. Conantur enim accuſare Synodum Chalcedone voluntate Dei coactam tanquam non rectè habentem, ſed potius nouitatem nouorũ dogmatum introducentem, & hac ſimulatione vſi ſe ab eccleſia ſeparant. quos quidem conabimur docere, ſi tamen doceri volunt, non rectè eos ſentire; nec iuſte ad hanc calũniam moueri, omni igitur patrocinio prætermiſſo, illud ſolum, & primum dicimus,



Digitized by Google

quod ſancta Synodus in omnibus cum Synodo Nicæna conuenire cernitur; item cum Synodo Conſtantinopolitana 150. Sanctorum patrum, in quibus de perfecta dogmatũ cognitione certarunt, & victoria parta coronam tulerunt; atque ita quidem conuenit, vt cũ ſententia etiam verborum ipſorum ordinem ſeruet, & hęc tanquam leges quaſdam fixas, & ſtabiles, quæ diſſolui non poſſint, ſequitur, procul fugiens ab inſania Eutychis, & blaſphemum os Neſtorij longe abijciens; cuius audaciam accuſat, ſicut ſapientes illi, & fidei defenſores. Quòd verò ita ſit, & patres illi reuera hoc certamen ſuſceperunt, vt in commune lucrum conferrent, ex ipſo argumento, & materia licet intelligere, & clarum teſtimonium producere, omnia enim ipſorum. SS. patrum collegimus, & cum illis ex Synodo inter ſe collata, ijs, qui veritatem rectè excutere, & dignoſcere voluerint, propoſuimus. Attendentes igitur ea, quæ in Synodo dicta ſunt, facilè demonſtrationem capietis, ne minimum quidem Synodum Chalcedonenſem à recta ſententia Sanctorum Patrum diſceſſiſſe.

### *Expoſitio fidei ſanctæ Synodi Chalcedonenſis ſexcentorum triginta Sanctorum Patrum.*

Sequentes igitur ſanctos Patres, vnum & eundem confiteri Filium Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum vno omnes conſenſu docemus.

### *Cyrilli ex Epiſtola ad Sucenſum.*

Didicimus ex ſcriptura Diuina, & ex Sanctis Patribus vnũ Filium, & Chriſtũ confiteri.

### *Synodus.*

Eundem perfectum in Diuinitate, & perfectum eundem in Humanitate.

### *Cyrilli ex Epiſt. ad Ioannem.*

Perfectus in Diuinitate, & perfectus idem in Humanitate.

### *Synodus.*

Deum verè, & hominem verè eundem ex anima rationali & corpore Homouſion Patri ſecundum Diuinitatem, & Homouſion nobis eundem ſecundum Humanitatem, per omnia ſimilem nobis ſine peccato, ante ſæcula quidem ex patre genitum ſecundum Diuinitatem, in nouiſſimis diebus eundem propter nos, & propter noſtram ſalutem ex Maria Virgine, & Deipara ſecundum humanitatem.

### *Cyrilli ex Epiſt. ad Ioannem.*

Deum perfectum, & hominem perfectum ex anima rationis participe, & corpore ante ſæcula quidem ex patre genitum ſecundum Diuinitatem, in nouiſſimis autem diebus eundem propter nos, & noſtram ſalutem ex Maria Virgine ſecũdum Humanitatem. Homouſion patri ſecundum Diuinitatem, & Homouſion nobis eundem ſecundum Humanitatem.

### *Synodus.*

Vnum, & eundem Chriſtum filium, Dominum, vnigenitum in duabus naturis ſine confuſione, ſine mutatione, ſine diuiſione, ſine ſeparatione cognitum.

### *Cyrilli ex Epiſtola ad Sucenſum.*

Conſiderantes igitur, vt dixi, modum incarnationis, videmus, quòd duæ naturæ coierunt inter ſe ſecundum vnionem quæ diſtrahi poteſt, ſine cõfuſione, ſine mutatione. Caro enim caro eſt, & non Diuinitas, & ſi Deus factus eſt Caro homouſie, & Caro enim verbum Deus eſt, & non Caro, & ſi propriam fecit carnem Oeconomice.

### *Eiuſdem ex eadem Epiſt.*

Duas naturas dicimus, vnum vero Chriſtum Filium, Dominum, Dei Verbum factum hominem, & incarnatum.

### *Eiuſdem ex libro de Fide ad Alexandrinos.*

Ego commixtionem non approbo, alienum enim eſt à Fide Apoſtolica, & à recta tra- Ἐ συγκεκραμένον.

ditione Dei. Commiſtio enim deletionem naturarum operatur. vnio verò ineffabilis, quàm qui rectè ſentiunt, confitentur, vtramque naturam ſine confuſione ſeruat.

*Synodus.*

Differentia naturarum nequaquam ſublata propter vnionem.

*Cyrilli ad Neſtorium.*

Non tanquam differentia naturarum ſublata propter vnionem.

*Synodus.*

Quin potius ſeruata proprietate vtriuſque naturæ.

*Cyrilli ex Epiſtola ad Sucenſum.*

πέφυρται. Etſi enim vnus à nobis dicitur vnigenitus filius Dei incarnatus, & factus Homo, non propterea commixtus eſt, ſicut illis videtur. Nec in naturã carnis mutata eſt natura Verbi; immò neq; carnis in naturam Verbi, ſed in proprietate ſecundum naturam vtraq; manente ſimul, & intellecta ſecundum rationem paulo ante à nobis redditam vnio ineffabilis & inexplicabilis vnam nobis demonſtrauit naturam filij, ſed incarnatam.

*Synodus.*

Et in vnam perſonam, & in vnam hypoſtaſim concurrente.

*Cyrilli ex Epiſt. ad Ioannem.*

Et tanquam in vna perſona cognitus, vnus enim Dominus Ieſus Chriſtus, & ſi non ignoratur differentia naturarum.

*Synodus.*

Non in duas perſonas partitum, aut diuiſum, ſed vnum & eundem Filium vnigenitũ, Deum Verbum, Dominum Ieſum Chriſtum.

*Cyrilli ex Epiſtola ad Sucenſum.*

Et non propterea in duas perſonas, & filios partietur, ſed potius vnus, & idem Dominus Ieſus Chriſtus manſit.

*Synodus.*

ἄνωθεν. Sicut à principio prophetæ de ipſo, & ipſe Ieſus Chriſtus nos docuit, & Symbolum patrum nobis tradidit.

*Cyrilli ex Epiſt. ad Neſtorium.*

Sic reperiemus ſenſiſſe Sanctos patres.

*Synodus.*

His igitur à nobis ex omni parte diligenter, & aptè conſtitutis, decreuit S. Synodus Oecumenica vt nemini liceat, aliam fidem proferre, aut conſcribere, aut componere, aut ſentire, aut aliter docere, qui vero auſi fuerint componere aliam fidẽ, vel efferre ijs, qui volunt redire, & agnoſcere veritatem ſiue ex Gentilibus, ſiue ex Iudæis, aut ex quacunq; hæreſi, hos ſi Epiſcopi, aut clerici ſunt, decreuit alienos eſſe Epiſcopos ab Epiſcopatu, clericos à clero. Si autem fuerint laici, aut monachi decreuit eis anathema.

Hæc Cyrill. ſcribit in Synodo. Cum hæc ita ſint, & res ipſæ ferè vocem emittant, & clament, quis iam contentioſus *εἰκότα ἀντιπράττοι, & accuſans*, reprehendet quæ fortiora ſunt, quàm vt reprehendi poſſint, & Synodum criminabitur, quæ cum ijs quidem qui nihil ſani afferũt, pugnat, cum Neſtorio, inquam, & cum Apollinario, & cum ijs, qui cum illis ſentiũt; veros autem Doctores, & Orthodoxos diligit, & adiuuat Cyrillum, & ſimiles; diuinasq; regulas nunquam tranſit; neque quicquam nouum, aut proprium parit, quin potius antiquis inhæret tanquam cuidam fundamento immobili, & vt breuiter dicam, quæ in Synodo Chalcedonenſi acta ſunt, per omnia cum Sanctis patribus Concilij Nicæni conſonant, vt ipſa demonſtrant; Quæ illi ſanxerũt, patres Concilij Chalcedonenſis ab illis Sancita expoſuerunt, & interpretati ſunt, & ſe vnam fidem ſcire prædicauerunt, & vnum Symbolum & ſolum, quod illi

οὐδαμοῦ τοὺς θείους ὅρους ἐκβαίνει.

illi tradiderunt,& definierunt præluxiſſe rectam fidem, & omni reprehenſione carentē à ſanctis patribus Synodi Nicænæ expoſitam,& editam,& hanc ἀπαρεγχείρητον id eſt, intactam manere iuſſerunt;& hoc Symbolo ab illis edito,eos, qui ab errore, aut ab alia opinione conuerterentur,& ſalurem conſequi vellent,armari,& erudiri mandarunt. Hinc igitur liquet eum,qui cum hac Synodo pugnat,bellum ſe cum Nicæna Synodo ſuſcipere. Reperitur etiam contradicere ſancto Cyrillo:illius enim ſermonibus patres huius Synodi gloriantur, & in omnibus cum fide eius & verbis conſonant,ac conſentiunt. Poſtquā igitur docuimus Synodum Chalcedonenſem per omnia cum Sanctorum patrum dogmatibus conuenire,nihilq; ab eis alienum habere cognoſcamus, quæ ſint, & quales hæreſes, quibus hæc Synodus repugnat, & quantopere certat pro impijs dogmatibus diſſoluēdis. Sic autem cognoſcemus.

*Synodus.*

Vnum & eundem confiteri filium Dominum Ieſum Chriſtum omnes conſonè docemus.Hic Paulum Samoſatenſem,& Neſtorium anthropolatras Synodus cōuincit,qui audent diuidere eum in duos filios,& alium quidem dicere natura verbum,alium verò rurſus filium per gratiam,Chriſtum Ieſum qui ex vnione, & coniunctione cum filio ſecundum naturam,habuerit,vt eſſet filius; & non confitentur vnum,& eundem filium , ſine carne quidem antequàm deſcenderet,& fieret homo,eundem verò incarnatum,poſtquā propter nos deſcendit,& factus eſt homo.

*Synodus.*

Perfectum eundem in Diuinitate,& perfectum eūdem in humanitate: cum dixit perfectum in Diuinitate,blaſphemiam eijcit Arianorum,hi enim Deum quidem eſſe dicunt Chriſtum,ſed imperfectum,& eum minorem patre Deum tradunt.Cum autem ait,& perfectum eundem in humanitate,non ſolum Arianorum,ſed etiam Apollinariſtarum ſtultitiam redarguit. Arius enim carnem penitus inanimatam , ſumpſiſſe verbum nugatur; Apollinarius verò animatam quidem ſumpſiſſe dicit,ſed ſine mente,vt ambo Humanitatem Domini imperfectam fatuè tradant.

*Synodus.*

Deum verè,& hominem verè eundem.Hæc propter Manichæum,qui Deum quidem nudum,& non hominem confitetur,& propter Paulum Samoſatenſem,& Artemam, qui negant ipſius Diuinitatem,confitentes ipſum nudum hominem.

ζωτικὴν.

*Synodus.*

Ex anima rationis participe,& corpore.Hic rurſus Apolinariū impugnat,qui aiebat, non habuiſſe Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum animam intelligentem, ſed animā viuentem,& propter Manichæum,& Valentinum,qui ipſius incarnationem negabant.

*Synodus.*

Conſubſtantialis Patri ſecundum Diuinitatem,propter Eunomiū & Arium, qui hūc vnigenitum Verbum patris creaturam,& ſeruum impiè prædicabant.

*Synodus.*

Eundem Conſubſtantialem nobis ſecundum Humanitatem; propter Marcionem & Manichæum,& Valentinum,& Eutychem,qui ſola imaginatione,& fictè viſum eſſe hominem aiebant, non autem verè,& ſecundum naturam humanam factum hominem confitebantur.

*Synodus.*

Ante ſecula ex patre genitum ſecundum Diuinitatem; propter Simonem,& Eunomium,& Arium, qui negabant ipſius ortum ex Patre ante ſæcula.

*Synodus.*

Nouiſſimis autem diebus eundem propter nos, & propter noſtram ſalutem ex Maria Virgine,& Deipara ſecundum Humanitatem; propter Photinum,& Theodorum,& Neſtorium,qui aiebant ipſum eſſe hominem ex virtute ſecundum progreſſum Deificatum, & non Deum ex Deo, ac propter ſuam in homines charitatem factum eſſe hominem ſine mutatione.



Digitized by Google

In duabis naturis ſine confuſione, ſine mutatione, ſine diuiſione, ſine ſeparatione cognitum, differentia ſubſtantiarum nequaquam ſublata poſt vnionem, quin potius ſeruata proprietate vtriuſq; naturæ, & in vnam perſonam, & hypoſtaſim cõcurrente; propter Arterium, & Apollinarium, & Eutychem, qui differentes naturas Verbi & Carnis eius, vnam naturam reddidiſſe dicunt, proprietate ſcilicet ipſarum amiſſa, vt iam ſecundum illos non poſſet ſeruari in Chriſto neque paſſibile humanitatis propter impaſſibile Diuinitatis; neque rurſus impaſſibile Diuinitatis propter paſſibile Humanitatis.

Sunt præterea quædam alia, quæ Acephali contra Synodum Chalcedonenſem obijciunt, quorum etiam meminiſſe oportet. Aiunt non debere recipi Synodum Chalcedonenſem, quia qui in ea non congregati ſunt, erãt iudicio inconſtanti, & à ſe diſſentientes, ijdem enim Byzantij Eutychem eiecerunt, & hunc Epheſi cum Dioſcoro receperũt, eiecto Flauiano, & rurſus ijdem Chalcedone Flauianum receperunt, Dioſcorum verò eiecerunt. Ad hoc dicimus, non oportere cogitare quæ hominibus euenire ſolent, multis enim ſæpenumero hoc accidit, & fortaſſe qui exiſtimatione præſtãt. Ceterum, & ſi quinque, aut amplius, vel etiam triginta ex ſexcentis triginta reperti ſunt, vt dicitis, inſtabili ſententia & iudicio, non propterea oportet Synodum ſexcentorum virorum repudiare, quandoquidem ijdem Epheſi etiam cum Dioſcoro congregati fuerunt; neq; tamen propter eos Synodum talem Epheſinam repudiatis.

Rurſus aiunt, ſi vt Anatolius Conſtantinopolitanus dixit, non propter fidem depoſitus eſt Dioſcorus, quare non recipitis eum? dicimus, quòd reuera non propter fidẽ depoſitus eſt, idcirco enim non venit cum alijs ad Synodum, ne in eum quæſtio haberetur. Si autem rediſſet, & quæſtio habita eſſet, tanquam hæreticus etiam depoſitus fuiſſet, erat enim quia verò vocatus tertiò, non adfuit, fecitq; vt hæc eſſet ſuæ depoſitionis cauſa, idcirco dixit Anatolius, non fuiſſe depoſitum propter fidem.

Rurſus aiunt, quòd hæc Synodus hæreticos recepit, & non licet recipere ipſam. Hoc autem dicunt de Theodoreto & Iba, dicimus, non prius Synodum eos recepiſſe, quam Neſtorium anathematizaſſet.

Rurſus dubitant, quare non petierunt à Theodoreto, vt quæ contra Cyrillum ſcripſerat, anathematizaret, reſpondemus, non oportere eos Synodum de hoc accuſare, ſed Sanctum Cyrillum, is enim cum in communionem cum Orientalibus, & cum ipſo Theodoreto veniſſet, non petiuit ab eo, vt quæ ſcripſerat anathematizaret. Quòd igitur nõ fecit S. Cyrillus, non debet accuſari ſancta Synodus, non feciſſe; tametſi id quod non fecit ille, fecit hæc, cum ab eo petient, vt Neſtorium anathematizaret. Quòd ſi demus hæreticos fuiſſe illos, neque ſic propter hoc Synodus eſt repudienda. Siquidem & Synodus Nicæna ſeptem hæreticos recepit, qui & antea Ariani fuerant, & poſtea in hæreſi perſeuerarunt, neque propter hanc cauſam dicitur Synodus centum vndecim patrum, ſed centum ſedecim. Siquidẽ & Iuuenalius Epiſcopus Hieroſolymitanus, & alij multi Epiſcopi, qui Epheſi cum Dioſcoro reperti ſunt, Synodo Chalcedonenſi interfuerunt, neque tamen propter hoc ipſi Synodum illam Epheſi repudiant, ſed potius amplectuntur.

CHALDAICA Bibliorum editio, vel aliquot librorum, vel tota Scriptura paraphraſticè ex Hebræo, quam paraphraſim ipſi *Targum* appellant, expenditur à Bellarmino Car. lib.2. de Verbo Dei, cap.3. Tom.1. Franciſcus autem Ximenius Cardinalis in præfatione Complutenſium Bibliorum rectè ait, Chaldaicæ paraphraſes, illa excepta, quæ eſt in Pentateuchum, Iudaicis fabulis, & Thalmudiſtarum nugis conſperſæ ſunt. Idque veriſſimum experimento probari ab ijs, qui Paraphraſim in Threnos, in Cantica, in Iob, in Pſalmos, & in Prophetas omnes legere voluerint. Ceterum, aliquot ex iſtis loca affert ibidem Bellarm. Card. vnde id conſtare poſſit. Vide etiam Bibliothecam noſtram Selectam prioris editionis, lib.2. Tom.1. vbi de varijs Bibliorum verſionibus.

CHALDAEORVM Sapientia, & libri, in quibus Daniel fuit eruditus, & à quibus tamẽ abhorruit, ac de quibus aliquid innuitur Danielis c. primo, quales fuerint, vide Sixtum Senenſem lib.2. Bibl. Sanctæ, in verbo, Chaldæorum ſapientia, & Benedictum Pererium comment. in Danielem.

CHAM filij Nohe, quę conficta fuit ſcriptura & prophetia, quomodo ex impijs hominibus prodijt, vide Ioannem Caſſianum in octaua collatione, c.21. Clementem Alexandrinum in ſexto Stromatum. Sixtum Senenſem in lib.2. Bibl. Sanctæ in verbo Cham, & in verbo, Seth.

CHERVBINVS Florentinus Ord. Prædicat. edidit librum Neapoli, Italicè, cui titulus



Digitized by Google

*Confeſsionale .bigare.* Viuebat an.1588.

CHERVBINVS Gerardacius, De modo audiendi ſacrum. Venetijs an.1587. apud hæredes Melchioris Seſſæ. & Mantuæ apud Franciſcum Oſannam, vtilis eſt liber, & ad captũ omnium.

CHERVBINVS Spoletanus, De vita Spirituali Italicè Venetijs 1570. Sed antea Romę, an.1583. emiſerat librum de Regula Matrimoniali. Quin etiam eiuſdem Sermones Venetijs fuere excuſi à Gregorio Arriuabeno. Michael Pociantius meminit huius, quem Florentinum videtur facere, ac floruiſſe anno.1487.

CHILDEBERTVS Primum Cenomanenſis, deinde, Turonenſis Epiſcopus, ſcripſit De ſuo exilio verſibus heroicis librum. Item de tędio huius vitæ. Orationem ad Sanctam Trinitatem. Verſus de Euchariſtia. Epitaphium Berengarij.

CHILIANVS Apoſtolus Franconiæ, & martyr à Romano Pontifice Conone ad eam prouinciam miſſus, vt ijs Chriſtum annuncians illos Chriſto Domino lucrifaceret; vbi Vuiceburgum, quæ Latinè dicitur Herbipolis, peruenit, Euangelica ſynceritate hæreticorum neruos elidens, Paganiſmiq; commenta conuellens, Gosbertum Franciæ Orientalis Ducem, cum vniuerſo eius populo ad fidem conuertit: quem cum ab vxore fratris eius abſtinere hortaretur, ab impia Geilana (ſic enim vocabatur) diuortium timente, vna cum tribus monachis, impiè trucidatus eſt, an.Dom. 685. die 8.Iulij, quæ ſimul cum percuſſoribus à Demonijs arrepta, facinoris ſui pœnas ęternas luit. Extat hodieq; Herbipoli in crypta eccleſiæ his verſibus à Sancto Burchardo monacho, & Epiſcopo Herbipolenſi 2. memoria huius facti compoſitis, ac ſepulchro Sancti Chilani adſcriptis.

*Hi ſunt Herbipolis, qui de docuere magiſtri*
*Qua verum coleres relligione Deum;*
*Impia quos tandem iuſſit Geilana necari;*
*Calauitq́; ſub hunc corpora cæſa locum,*
*Ne turpi ſine laude ſitu defoſſa iacerent;*
*Corpora Burchardus ſub monumenta locat.*

Faſciculus temporum, Chriſtianus Maſſæus Chron.lib.14. Irenicus, lib.3.c.76. Tritemius, lib.3.c.131.lib.4.c.172.& alij. Scripſit Chilianus, contra peregrinos cultus librum, cum pro Romanæ Eccleſiæ cæremonijs vehementer laboraſſet.

CHILIANVS Leib, ex Oſtrofrancorum oppidulo Ochſſenfurt, Canonicus Regularis S.Auguſtini, De ſacræ Scripturæ diſſonis tranſlationibus ſcripſit an.1557.

CHILPERICVS, ſcripſit probabili (vt ait Sigebertus in catal.) ſubtilitate librum De ratione Computi, anno milleſimo ſexto. Tritemius hunc vocat *Hilpericum*, Gemblacenſis codex habet an.1005. ita etiam codex Affliginien[illegible] Trit.an.1069.

CHORACH, qui *Korach*, ſiue *Chorhe* filij, quorum in primo Paralipomenon habentur nomina, videlicet *Aſir, Elkana, & Abiaſaph*, communi ſtudio conſcripſerunt Pſalmos vndecim, hoc eſt 42.44.45.46.47.48.49.84.85.87.88. In quos ſcripſcre, qui Dauidis Pſalmos expoſuerunt. Vide in verbo, Dauid.

CHORICIVS Sophiſta Gaza, cuius meminit Photius in Greca ſua Bibliotheca, qui vbi eius dicendi genus laudauit, commendat item à pietate, dicens; *Perfecta quoque ſunt Choricij Rhetoris Gazæ Declamationes, & diuerſi argumenti orationes. Iſte quidem perſpicuitate, & ſermonis puritate plurimum gaudet, & cum pro vtilitate ſua verborum vtatur circuitionibus, & commodo, ſeu rotũdo dicendi genere, neque periodos vltra iuſtam magnitudinem extendat, nullo modo ſuæ perſpicuitati officit; morata autem oratione, & veraci temperans ſuam dictionem, hoc aſſecutus eſt, vt ſententijs ſtudere iudicetur. Porrò eius victio, quæ primorum ciuium propria exiſtit in multis, non ſemper eodem tenore procedit. Quandoq; enim propter ſuaſionum ambages, & diuerticula, in quamdam lentitudinem, & frigiditatem deſinit, & aliquando in poeticam dicendi formam diſtrahitur. Tunc autem maximè ſe ipſum ipſe ſuperat quodammodò, cum rerum deſcriptiones, & hominum laudationes perſequitur. Eſt autem maximè pietatis ſtudioſus, res Chriſtianorum ſacras, & loca Deo dicata in honore habens, nihilominus neſcio quomodo præter decorum, & moderationem negligenter ſatis, & ſine magno iudicio Græcorum fabulas, & hiſtorias ſuis ipſis ſcriptis permiſcet, & quandoque etiam ex profeſſo ſacra tractans. Varia profecto, & multa eius ſcripta circumferuntur. Extant enim ipſius plurimæ Orationes, quæ cum aliæ ſint de rebus fabuloſis, aliæ laudationes contineant, aliæ ſepulchrales dicantur, aliæ nuptiales, aliæ ad contradicendum conditæ, & aliæ huiuſmodi repetiuntur. Floruit autem Iuſtiniani temporibus, diſcipulus Procopij Rhetoris, vnius ex optimis (non tamen Cæſarienſis) qui circa illud tempus in magnum plurimorum commodum, & vtilitatem ſcripturas inter ſe componens, & ordinans immortale ſibi nomen apud poſteros peperit; cum altero etiam aliquo conſuetudine habuit, qui & in ſua patria, & ipſe, Rhetoris officio functus eſt. Qui & ipſe cum ad ſenectutem perueniſſet, lætatus eſt, quod ſocium pro ſe ipſò ſcholæ ſuum perfectum viderit. Huius etiam Ora-*

*tiones plurimæ, & diuerſæ circumferuntur, quas quemquam imitari, & æmulari vnumquemq́; dignum eſt. Vniuerſum autem Opus ſunt quædam Homericorum poematum non ad verbum quidem, ſed ad ſenſum potius accommodatæ expoſitiones in varias Orationum formas transfuſæ, quæ potiſſimum viri illius in dicẽdo vim, & facultatem, & exercitationem omnibus ſatis poſſunt teſtatam reddere. Ambo autem pij fuerunt, & ſæpiſſime in ſuis orationibus, non extra chorum tamen ſaltantes, de ſacra imaginum veneratione diſſerunt: fuit autem & Choricio magiſtri mors orationis ad ſepulchrum habitæ argumentum.* Hæc Photius. Quę Chorici j ſcripta neſcio an alicubi extent.

CHOZAI, quæ vox ſignificat, *Viſionem meam*, quemue alij *Eſaiam* fuiſſe putãt, Hebraicarum antiquitatum ſcriptor fuiſſe indicatur in 2. Paralipom. c. 33.

CHRISOLANVS Mediolanenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Italus cõtra Græcos de Spiritu ſancto, & de Sancta Trinitate ad Lucium III. Pont. Max. ſcripſit. Viuebat an. 1181.

CHRISAORAS. Vide in verbo, Ioannes Monachus, & presbyter.

CHRISTI Domini, æternæ Sapientiæ, & Saluatoris noſtri, vita, doctrina, generatio ſecundum carnem, Gręcè vno Sermone expreſſa extat in Bibl. Vaticana. Ianſenius autem ante ſuam Harmoniam, Io. Maldonatus ante ſua Commentaria, Baronius in Apparatu ad Annal. Bellarminus Card. in primo Tomo ſuarum controu. pręter innumeros & Patres, & Doctores Scholaſticos, & qui Homilias ſcripſerunt, ac denique initio libri de vitis Sãctorum Petrus Ribadeneyra, & Capoleo Guelfucius in ſuo Roſario B. Virg. nitidiſſimo eandem accuratè propoſuere, pro ſui cuiuſque argumenti conſilio, quam vtinam facto diſcamus. Vide in verbo, IESVS.

CHRISTI Domini dies ipſa, qua traditus eſt Cruci. Vide in Verbo, Palęſtinum Cõcilium.

CHRISTIANVS in primos octo libros ſacros duodecim ſcripſit, & ipſe libros ad Pãphilum nuncupatos commemorat. Photius in ſua Bibl. Græca.

CHRISTIANVS Adrichomius Delphus librum edidit Coloniæ Agrippinæ ex officina Birckmannica, an. 1590. quem prænotauit, Theatrum Terræ Sanctæ, & Biblicarum Hiſtoriarum, cum tabulis Geographicis ex ære expreſſis. Is verò liber continet Deſcriptionem Terræ Sanctæ iuxta duodecim tribus Iſraël, cum Deſerto Pharan, deinde Vrbis Hieroſolymæ deſcriptionem cum ſua tabula topographica, præterea Miſcellaneam locorũ, & Chronicon generale breuiſſimum ad noſtra vſque tempora, ac deinde chronicon alterum, vtriuſque teſtamenti hiſtorias ab ipſo mundi initio per Patriarchas, Iudices, Reges, Prophetas, Machabæos, D.N. Ieſum Chriſtum, & Apoſtolos, deductum ad mortem vſque D. Ioan. Euangeliſtæ vltimi, adnotatis temporum rationibus: Denique catalogum Auctorum, quibus vſus eſt in deſcribenda Terra Sancta, & Chronico.

Scriptores Palęſtinę, ac Terræ Sanctæ.

Sanè præter varia Bibliorum exemplaria, & antiquos hiſtoriographos Græcos, Latinos, Iudæos, qui hac de re egerunt, legiſſe videtur, Iacobum de Vitriaco Card. Legatũ ad Terram Sanctam, Fretellum Archidiaconum Antiochenum, Iacobum Pantaleonẽ Gallum Patriarcham Hieroſolymitanum, Brocardum monachum, Ioannem Mandeuille, ſiue Monteuillanum, Ioannem Huls, Rodulphum Langium Canonicum Monaſterieñſem, Bernardum Breidenbachium, Gerardum Kuynretorff Campenſem, Patrem Arenolth Priorem in Volzende, Edonem Rombes conſulem in Sneck, Ioannem Schorel Canonicũ Vltraiectinum, Io. Heuterum Prætorem Delphenſem, Bartholomæum à Saliniaco Sedis Apoſtolicæ Protonotarium, Ioannem Paſcha Carmelitam Mechlinienſem, Gulielmum Tyrium, ſiue Tyri Archiepiſcopum, Regni Hieroſylimitani Cancellarium, Baſiliũ ſcribam Lateranenſis Concilij, Ioannem Heroldum, Hermannum Berculeo, Bonauenturam è Merica Louanienſem Minoritam, Gerardum Ioannnem, Petrum Apianum. Gerardum Mercatorem Rupelmundanum, Michaelem Aitzingium, Georgium Bruyn Decanum ad Gradus D. Mariæ Coloniæ, Fabium Licinium Venetum, Laurentium Surium, Petrum Calentinum, Ioannem Godſcalcum, Iſermanum Delphenſem, Godefridum Delfenſem, Baptiſtam Vander Mullen Mechlinienſem, Petrum Lichtenſteyn, Antonium de Angelis Minoritam, præter chronologias, & Chronographias, Concilia, Onuphrij commentaria faſtorum, Cornelij Ianſenij Concordiam Euangelicam, & alios.

Ex his igitur haud mirum eſt, ſi idem Adrichomius potuit perutilem hunc librum edere, qui Veteris & Noui Teſtamẽti hiſtoriæ percipiẽdæ magno ſit vſui; in chronico tamen duplici conſcribendo Annij Philonem, & Beroſum, vbi ſcriptura deficit, adhibuit, quos (inquit) *doctiſſimi quique magno ſtomacho proſcindunt, qui tamen ipſi* (ſubdit) *quando commodum eſt, lubenter eum ſequuntur.* Ego verò noluiſſem in opere vtiliſſimo, vt vel horum, vel charionis, & ſimiliũ rationẽ habuiſſet, cũ cetero quin magnas reliquus ille labor præſtet commoditates concionatoribus, & poſitiuæ Theologiæ lectoribus, necnon item ijs qui

Geo-

Geographica recto ordine incipientes à Terra Sancta, profiteri velint. Quamquam quæ commentaria in Ezechielem edita ſunt deinceps Romæ, quæ videlicet Hieronymo à Prato, & Ioan. Baptiſta Villalpando Auctoribus prodierunt pleraque expreſsius, quæ ad Salomonici Templi delineationem,& Hieroſolymæ ſitum attinent, ſuppeditabunt. Vide in verbo, Palæſtina, ſiue Terra Sancta.

CHRISTIANI Agricolæ Gerckenrotæ, De Matrimonio Eccleſiæ Catholicæ Sacramento, Aſſertiones Theologicæ in Academia Moguntina, an.1582. menſe Nouembri,ad publicam diſputationem propoſitæ. Moguntiæ 1582.

CHRISTIANVS, qui & Druthmarus, Gallus, Aquitanus, monachus Benedictinus monaſterij Corbeienſis Galliæ, congregationis Floriacenſis, trium linguarum peritus circa an. Dom.800. ſcripſit expoſitionem in Euangelium Matthæi,quod inuentũ VVormaciæ,excuſum eſt Haganoæ an.1530. Octernionibus 43. Extant & eiuſdem aliquot Homiliæ in Bibliotheca Homiliarum SS. PP. Porrò hic commentarius in Matth. cap.16.trahitur ab hęreticis in ſenſum ſuum contra veritatem Sanctiſsimi Sacramenti Euchariſtiæ. Quamobrem Sixtus Senenſis lib.6. Bibl. Sanctæ annot.112. *Scito* (inquit) *Chriſtiane Lector hunc locum, ſiue Scriptorum inſcitia, ſiue imprimentium negligentia, ſiue hæreticorum fraude, turpiter, & perículosè mutilatum, & corruptum, quod ipſe non mani coniectura deprehendi, ſed ex germana, & integra lectione vetuſtiſsimi codicis, quem Lugduni in Bibliotheca Franciſcanorum m.s. inſpexi. Nam pro eo, quod codices in Germania excuſi habent. Hoc eſt corpus meum, hoc eſt, in Sacramento.* Lugdunenſe exemplar plus habet. *Hoc eſt corpus meum, hoc eſt verè in Sacramento ſubſiſtens.* Rurſum vbi in impreſsis voluminibus legimus. *Transferens ſpiritualiter corpus in panem, vinum in ſanguinem,* in Lugdunenſi legitur, *transferens panem in corpus, & vinum in ſanguinem.* Hæc Sixtus, qui ſubdit: *Non me latet huius auctoris verba etiam ſicut à typographis ſunt edita, facillimè ab hæreticorum vſurpatione vindicari poſſe: at cum ipſa integritati ſuæ reſtituta, clariſsimè oſtendant piam auctoris mentem ab horum inſania abhorrere, ſuperfluum duxi aliam huc interpretationem afferre.*

CHRISTIANORVM Principum literæ,& mandata ad Concilium Tridentinum, Legatorumque ab iiſdem miſſorum habitæ orationes, vna cum ipſius Concilij reſponſionibus, Coloniæ an.1565. ſunt editæ.

CHRISTIANVS Fonſeca Hiſpanus, Ord. Auguſtinianorum, vir inſignis, edidit Barcinone Sermones varios, an.1591. egregium deinceps Tractatum de Amore Dei, Hiſpanico idiomate, ibidem apud Sebaſtianum de Cornellas an.1599.

CHRISTIANVS Honſius Prouinciæ Coloniæ, Ord. Minorum, edidit Confeſsionale Germanicum. Floruit an. 1550. Alia verò circunferri inquit Toſsiniacenſis, quæ tamen non viderit.

CHRISTODVLVS monachus, vir celebris vitæ ſanctitate, ſcripſit aduerſus Iudæos, Sermones nouem. Extant Romæ in Bibl. Vaticana.

CHRISTIANVS Lycius Faſciculum olidum quinquaginta floſculorum ſiue abſurditatum Hunnij, & Prædicantium hæreticorum edidit Monachij in 4. an. 1602.

CHRISTOPHORVS Bandellus è Caſtronouo, Ord. Minorum, Prouincialis primò Orientis, deinde Genuæ, cum à Petro Rodulpho Toſsiniacenſi ſcribatur fuiſſe perdoctus, & Alexandro IIII. Pont. Max. plures hæreſes confutaſſe, verbo ne an ſcriptis hoc prætiiterit, tacetur. Quod autem ibidem idem habet Toſsiniacenſis de Innocentio VIII. non poteſt conſiſtere.

CHRISTOPHORI Brunonis Soliloquium pœnitentis peccatoris ad Deum. Itē Latro pœnitens in cruce editus, vnà cum Fulgentio Epiſcopo De recta pœnitentia,& futura retributione, Monachij 1566. Eiuſdem gratulatio ad Maximilianum II. Imperatorem, vnà cum oratione contra Turcam, ibid. anno eodem.

CHRISTOPHORI Iordani, de Epiſcopis, & Archiepiſcopis, Archiepiſcopatus Salisburgenſis, deque eorum rebus geſtis.

CHRISTOPHORVS Broerus, Arnemienſis, Gheldrius, Societatis Ieſu, edidit Venantium Fortunatianum auctiorem, & emendatiorem, vna cum Adnotationibus. Quo labore item vindicauit Scriptorem hunc inſignem à mutilationibus Georgij Fabricij hæretici.

CHRISTOPHORVS Caſtrius, ſiue Caſtro, Hiſpanus Societatis Ieſu, commentaria emiſit in Hieremiam. Librum item de B. Virgine Latinè, & Hiſpanicè.

CHRISTOPHORVS Clauius Bambergenſis Societatis Ieſu præter complures in Mathematicas diſciplinas libros, de quibus ſuo loco in Bibliotheca Selecta in libro de Mathematicis diſciplinis egimus, Apologiam noui Kalend. Romani, quod & Gregorianum dicitur, ſcripſit aduerſus Michaëlem Mæſtlinum Geppingenſem. Addidit appendicem,

qua aduerſum eundem Auctor huius Apparatus defenditur. Porrò in trium huius Apologiæ librorum primo agit de anni Solaris æquatione: in ſecundo, de anni, Lunaris,& Cycli literarum Dominicalium æquatione: in tertio de cómputo Eccleſiaſtico per digitorum articulos. His cauſæ, rationesque reſtitui Kalendarij vberrimè explicantur. Romæ apud Sanctinum,& Socios, an.1588. Idem quoque Clauius Ioſephi Scaligeri Elenchum,& mendacem Kalendarij Gregoriani caſtigationem caſtigauit edito Romæ inſigni libello apud Aloyſium Zannettum, an. 1595.

CHRISTOPHORVS Hebrardus à S. Sulpitio Abbas Marcilliacenſis Cancellarius in Eccleſia, & Academia Cadurci in *Quercy* (vt vulgo vocant) in Gallia, è Græca in Gallicam linguam vertit Sermones S. Baſilij Archiepiſcopi Cæſareæ 1580. Pariſijs.

CHRITOPHORVS Longolius Mechlinienſis, quæ ciuitas eſt in Belgio, Profeſſor autem in Gymnaſio Pictauienſi, ſcripſit Orationem ad Lutheranos iam damnatos, qua eos ad Romanam Eccleſiam reducere conatur: cuius & epiſtolæ elegantes extant.

CHRISTOPHORVS Marcellus deſignatus Archiepiſcopus Corcyrenſis ſacrarum cæremoniarum, ſiue rituum Eccleſiaſticorum S. R. E. lib.3. ſcripſit, Qui poſtrema editione recogniti editi ſunt Venetijs ad ſignum Pauonis, an.1573. ij verò olim Leoni X. dicati fuerant, qui tum aliorum, tum Card. Bell. teſtimonio valdè probantur, ediderat item an. 1523. Romæ apud Marcellum Silber, exercitationes in ſeptem primos Pſalmos. Sed & de auctoritate Summi Pontificis aduerſus impia dogmata Marthini Lutheri, Florentiæ apud hæredes Philippi Iuntæ, an.1521. fuit autem Patricius Venetus.

CHRISTOPHORVS Martinionus Carmelita Brixienſis, Ord. ſui Prior Generalis, conſcriptis elegantibus libris, Romæ in cœnobio S. Martini in montibus, ad montem qui Chriſtus eſt, migrauit die 16. Maij, an. Domini 1581. Hæc quidem Petrus Lucius Carmelita, qui tamen non commemorat, qui nam fuerint libri ab eo conſcripti.

CHRISTOPHORVS Madridius Hiſpanus, Societatis Ieſu, De frequenti vſu Sanctiſſimæ Euchariſtiæ Romæ, & alibi, ac denique Leodij apud Henricum Houium an.1600. vna cum Directorio confeſſariorum Ioan. Polanci.

CHRISTOPHORVS Morenus Hiſpanus, & Prouincialis, Ord. Minorum Valentiæ, ſcripſit Hiſpanica lingua vitam B. Nicolai Factoris eiuſdem ordinis. Quæ, vt vera, & integra emitteretur, trecenti grauiſsimi teſtes iureiurando ſuper Euangelia adacti, quidquid nouerant,& viderant retulere; Chriſtophorus autem Morenus præter hæc teſtimonia diu verſatus cum ipſo B. Nicolao Factore, librum hunc De illius vita, biennio poſt eius mortem edidit Alcalæ de Henares apud hęredes Ioannis Gratiani, an.1588. porrò liber hic dignus eſt lectu, ſed & eius vita dignior imitatu.

CHRISTOPHORVS Nolhamſenſis Dominicanus, ſcripſit Poſtillas in Euangelia, lib.4. In omnes Epiſtolas D. Pauli, lib. 14. In Epiſtolas Canonicas, lib.7. Sermones de Tempore, lib.1. Sermones de Sanctis, lib.1. & alia.

CHRISTOPHORVS Patauinus Auguſtinianus Prior generalis obijt Romæ an. 1569. quarta Februarij die, Sexagenarius, Theologus, & Philoſophus, ac vitæ innocentia clarus. In eius ſcrinio reperti fuere Tractatus. De ſanctiſs. Euchariſtiæ Sacramento. De Sacrificio Miſſæ. De Pœnitentia. De Extrema Vnctione. De Voto ſolemni. De Epiſcoporum Reſidentia, & ſimilia. Eius extant Orationes, & Sermones, quos coram Pont. Max. & Cardinalibus Ordinis ſui procurator, & ad Fratres, atque item in Synodo Tridentina Prior generalis habuit. Extant item Lectiones m.s. in Epiſt. Pauli ad Galatas. Quas ipſi vidimus m.s. apud Eremitanos Patauij.

CHRISTOPHORVS Perſona Bibliothecarius Summi Pont. duritiæ vitæ,& morum modeſtia inſignis, Chryſoſtomi, Athanaſij, Origeniſque varios libros, & Procopij de bello Gothorum è Græcis Latinos fecit, obijt anno Domini 1480. Chron. Seruorum.

CHRISTOPHORVS Piſaurenſis Auguſtinianus, Theologus, & iuris Pontificij peritus, librum Definitionum compoſuit, in quo breui explicatione propriam cuiuſque rei vim declarat. Tractatus item edidit duos: Alterum, De Simonia: alterum, quo declarat arborem gradus affinitatis,& conſanguinitatis: ſcripſit in Orationem Dominicam. Quæ omnia Piſauri in cœnobio S. Auguſtini aſſeruantur m.s. Ioſeph Pamphil.

CHRISTOPHORI Raſpergeri aduerſus Caluinianos Ducentæ paucorum iſtorum verborum Chriſti. *Hoc eſt corpus meum.* interpretationes, quibus continentur vocum nouitates, deprauationes, errores hæreticorum, qui Euangelij nomine gloriantur. Ingolſtadij an. Dom. 1577.

CHRISTOPHORI Roſiniani Coſagæi de Re Sacerdotali, ſiue Pontificia, Pariſijs apud

Poncetum le Préux 1557. Liber videtur commodus rei, de qua agit, facundè ſcriptus. Sed & ſcripſit De beneficijs, & eorum acquiſitione, atque amiſsione, extat inter Tractatus Iuris Tom.15. pag.2. fol.246.

CHRISTOPHORVS Ruitius, Ord. Minorum, ſcripſit Tractatum de Oratione. Floruit anno 1540. Henr. Villot.

CHRISTOPHORVS à Sacroboſco, Societatis Ieſu Theologus, ſcripſit Defenſionem Decreti Tridentini, & Sententiam Roberti Card. Bellarmini, quæ edita Ingolſtadij recuſa fuit Antuerpiæ, an.1604.

CHRISTOPHORVS Syluestranus, Veronenſis, Carmelita, Theologus, examen Theologicum editum in Quartum Sententiarum cum ſuis lectionibus ad ſeriem Diſtinctionum Magiſtri omnibus perutile, emiſit in lucem Veronæ an. 1596. Item in primum, ſecundum, & tertium librum Sententiarum. Sermones varios, & lectiones ad Epiſtolas Pauli Apoſtoli. Tractatum de Chriſti pretioſo Sanguine, quique Mantuæ extare ab eo ſcribitur, ſed alia illa excuſa ſunt Veronæ apud Petrum Diſcipulum 1596. Lectiones in Canticum Magnificat. Veronæ apud Franciſcum Donnium 1593. In Pſalm. Super flumina Babylonis. Ibidem apud Petrum Diſcipulum. Sermonem de Indulgentijs. Venetijs apud Nicolaum Morettum, an. 1585.

CHRISTOPHORVS Varſeuicius Maſouita, (quæ prouincia in Regno Poloniæ valde Catholica eſt) nobilis, & Canonicus Cracouienſis, ex ijs, quæ emiſit in lucem ad hunc Apparatum ſpectantia (nam Politicas orationes, & eiuſmodi alia hic non adteximus) ſequentia nouimus.

De cognitione ſui ipſius lib.3.
Pro Chriſti fide, & Petri ſede tres orationes.
De dictis, & factis Ieſu tres Meditationes.
Paraphraſim in Pſalmos Pœnitentiales.
Ad Henricum Regem pro auita Religione retinenda Orationem.
De morte, ſed & de immortalitate animæ. Dialogum.
Paraphraſim in Iubilum D. Bernardi de Nomine Ieſu.
Hiſtoriam De monte, & miraculis Sanctæ Crucis.
Contra Nicolaum Regium Germanum Apologiam.
De Optimo Statu libertatis, lib.2.
Quatuor Doctorum Eccleſiæ encomia.
Paradoxa. Librum de Legato, & legatione.

Et hæc quidem pleraque Cracouiæ in Polonia excuſa ſunt. Quædam Vilnæ in Lituania, Pragæ in Boëmia, Stocolmij in Suetia.

CHRISTOPHORVS Varus Ciuis Toloſanus Antilogum de Sanctiſsimo Altaris Sacramento contra hæreticos emiſit Toloſæ, per Iacobum Colmerium, an. 1563.

CHRISTOPHORVS Veberus Theologus, Diſputationem edidit de cohærentia liberi arbitrij, & contingentiæ rerum cum ſcientia, & prædeſtinatione Diuina. Moguntiæ apud Gaſparum Behem 1588.

CHRITOPHORVS Verucchinus, Ordinis Capuccinorum inſignis pietatis atque doctrinæ ſpecimen, tria collegit volumina Exercitiorum ſpiritualium. Quorum primum ad communiores pertinet Animæ actiones. Alterum, De miris Dei operibus. Tertium De vita, & Paſsione Saluatoris noſtri, ac de vita Beatiſsimæ Virginis è Patribus antiquis cordatè, & piè. Primum autem volumen amicis flagitantibus permiſſu Superiorum emiſit. At tertium antea euulgatum, auctius denique editum eſt additis Meditationibus Paſsionis Domini Noſtri Ieſu Chriſti diſtributis in ſingulos Hebdomadæ dies.

Liber hic dignus qui & legatur, & attentè perpendatur (ſi quis in hoc genere argumenti alius) prodijt Venetijs è prelo Nicolai Miſſerini an. 1597. poſtrema editione, & quidem (vt primus) Italico idiomate.

CHRISTOPHORVS Verucchinus — adde — deinceps autem anno 1605. apud Ioan. Guerilium prodijt liber prænotatus, Exercitia Animæ è SS. PP. collecta, Italicè. Addita eſt item de magnitudine B. Catharinæ Bononienſis. Centum verò Meditationes De præcipuis Spiritualis Vitæ myſterijs Latinè redditæ prodierunt Coloniæ, anno Dom. 1605.

CHRISTVS Dominus, æterna Patris Sapientia. Vide in verbo, IESVS.

CHROMATIVS vir doctiſsimus & raræ probitatis, quem alij circa an. Dom. 335. vel 370. vixiſſe dicunt, Sixtus verò Senenſis, eum patria Romanum, ſed Aquileiæ Epiſcopum an. Domini 440. Theodorico Imp. claruiſſe ſcribit, Duas de octo beatitudinibus conciones reliquit, in quintum, & in partem ſexti capitis Matthæi. Priorem breuem: ſecundam vberiorem, quas Sichardus commendans Albini teſtimonijs legitimas eſſe colligit. Porrò, de octo Beatitudinibus conciones, & eiuſdem Tractatus in illud Matth. 3.



Digitized by Google

*Ego à te debeo baptizari*, extant in Tomo 2. Bibl.SS. PP. In editione autem priori legebatur, *Romani*, pro *Romaciani*, vel *Romaniciani*, id eſt *Aquileienſi*, Aquileia enim, dicebatur ciuitas *Romaciana*, vel *Romaniciana*, vt notauit Baronius Card. in Martyrologio; in quo item, ſicut in quarto Annalium Tomo ſub annum Chriſti Domini 388. docet commenticiam, & ſpuriam eſſe Epiſtolam eam, quæ nomine Chromatij Epiſcopi Aquileienſis, & Heliodori Epiſcopi Altinenſis fertur ſcripta fuiſſe ad S. Hieronymum, qua dicitur hoc anno, ſimul ac Theodoſius Imperator Mediolanum ingreſſus eſt, conuocaſſe ad ſe omnes Italiæ Epiſcopos, quorum arbitrio decerneretur cauſa quorundam Arianorum Epiſcoporum. Vide ibidem.

Chronica Patriarcharũ extant Chaldaicè. Chronicon autem Euſebij Cæſarienſis Syrochaldaicè.

CHRONICA, chronographiæ, chronologiæ, Annales à pluribus ſcripti ſunt, vt veritatis, atque hiſtoriæ fidei ratio conſtaret. Quæ ſi geſtis humanis enarrandis neceſſaria eſt, perneceſſariam rebus Eccleſiæ percenſendis, nemo qui ſapit, inficias ibit. Hæc cauſa fuit, cur nos in prima noſtræ Selectæ Bibliothecæ editione de pleriſque chronographis agentes, Gilbertum denique Genebrardum eatenus legendum propoſuimus, donec alius apparuiſſet, qui accuratius omnia perſequeretur. Ibidem quoque diximus de inconſtantia Hebræorum in chronographia, deque erroribus *in Seder Holam*, De Africano autem, Euſebio, Hieronymo, Sulpitio Seuero, Oroſio, Nicephoro, & alijs antiquis attigimus, quæ ad id, quo de agebamus, pertinere ſunt viſa. Mox ad noſtri huius ſeculi præſtantes viros deſcendimus Octauium Pantagathum, Melchiorem Canum, Benedictum Ariam Montanum, Antonium Contium, Garſiam Galarzam, Alexandrum Sculteum, Freimonium, quæúe Eccleſiaſtica chronologia ſeriem temporũ continens, quibus Pontt. Maxx. Cæſares, Catholici Scriptores, & hæreſiarchæ vixerunt, edita eſt Viennæ Auſtriæ an. 1595 in quarta parte folij, ac Pontacum Epiſcopum Vaſatenſem, & alios, de quorum ſingulis eadem, ſed & aliquid amplius quoque in hoc Apparatu ſuis in locis obuium erit. Sed cum Deo aſpirante, ſit factum, vt deinceps Annales Cæſaris Card. Baronij iam ſatis multos ſimus aſſecuti, maximam lucem hauſit Mundus ad veram chronologiam eorũ temporum noſcendam, quæ à Chriſto nato, ad ea vſq; ſecula, de quib⁹ hactenus ſcripſit, excurrerunt. Sed legenda eſt Appendix illius, quam Decimo ſuorum Annalium Tomo attexuit, qua pleraque ad Chronologiam quoque ſpectantia ſiue elucidat, ſiue corrigit. Vide paulò ſuprà in verbo, Cæſar Baronius. Porrò hic ipſe in Tom.3. Annal. de pluribus Chronologijs & ipſe agit, ſiue Agonalium, ſiue Capitolinorum Coſſ. ſiue annorum Chriſti ex Irenæo, Iuſtino martyre, Tertulliano, ſiue Annorum Romanorum Pontificum ſiue annorum Imperatorum, ſiue de ea, quæ eſt ex Clemente Alexandrino, non omittens quam Cenſorinus, & Euſebius reliquerunt, quæúe per Olympiades, atque item quæ ab Vrbe condita ſolita eſt adhiberi. Atqui Benedictus Pererius noſter commentarijs in Danielem pleraque de hoc argumento (quod alibi attigimus) ſedulo eſt perſecutus. Euſebij verò chronologiam à Pontaco Vaſatenſi Epiſcopo emendatam expectamus. Quid verò de Genebrardi, & de Onuphrij atque aliorum chronographijs ſentiendum ſit, vti & de Ioſepho Iudæo, ſuis in locis huius Apparatus conſtabit.

CHRYSIPPVS Hieroſolymitanus presbyter Græcè Sermonem de Sanctiſsima Maria Deipara ſcripſit; quem cum Ioannes Picus Pariſienſis vna cum alijs edidiſſet, poſtremò item Margarinus Bignæus per Michaelem Sonnium Lutetiæ curauit inſerendum Bibl. Sanctorum Patrum, ſed & Photius meminit ſiue eiuſdem, ſiue cognominis, qui de martyrio ſcripſit Nicodemi, Gamalielis, Abibonis.

CHRYSOGONI viri Sancti Epiſtolæ duæ, quibus reſpondet ad S. Anaſtaſiam martyrem, plenam Spiritus Dei. Vide Suidam in verbo, Chryſogonus, & in verbo, Anaſtaſia in hoc Apparatu.

CHRYSOSTOMVS Conſtantinopolitanus Epiſcopus, vir Sanctus, vide in verbo, Ioannes Chryſoſtomus.

CHRYSOSTOMVS Iauellus Canapitius, Ord. Præd. præter varia opera ad Philoſophiam ſpectantia, de quibus in 2. Tomo noſtræ Bibliothecæ Selectæ in Apparatu ad Philoſophiam egimus, volumen edidit vtiliſsimum, quod Philoſophiam Peripateticam, Platonicam, Chriſtianam inſcripſit. Id primò editum eſt Lugduni in Gallia à Philippo Tingio, & Iunctis, deinde item reliqua opera ipſius 2. Tomo an. 1574.

CHRYSOSTOMVS Zanchius Bergomas, Ord. Canonicorum Lateranenſium Opus inchoauit magni laboris, & traditionis, quod tamen moriens nõ potuit abſoluere, quodque Bergomi m.s. hodieque aſſeruatur in cœnobio eiuſdem ordinis.

Opus illud prænotatum eſt. Hebrææ, Græcæque linguæ, ex Sacroſancta ſeptuaginta Interpretum editione, Paralleli, Latina explicatione ἀντιςροφῶς illuſtrati.

Præterea,

Præterea, Vocum Hebræarum ex ſeptuaginta interpretum, Explanatio.

Sperandum eſt autem (quando librum ipſum ego minimè hactenus aſſequi potui) fore, vt illuſtris ille Canonicorum Lateranenſium Ordo, Operis iſtius abſolutionē hoc æuo tam erudito à ſui Ordinis doctiſsimis viris, quibus abundat, in publicum bonum, ad Dei gloriam procuret, eò magis, quòd ſecuta deinceps editio Græca ſeptuaginta Interpretum à Sixto V. Pont. Max. eiuſque Latina verſio euulgata facilius rem hanc totam iuuabunt.

## C I

CICARDI Abbatis Chronicon. extat m. s. in Bibl. celeberrimi Monaſterij S. Galli in Heluetia.

CIRICVS. Vide in verbo, Ericus monachus in Annot. Suffridi in Sigebertum.

CIRTENSE Concilium Prouinciale Numidiæ in Africa an. Dom. 412. vndecimo autem Innocentij Papæ, menſe Iunio ad reprimendos Donatiſtas, qui conabantur vbique mendacijs irritam reddere Collationem anni ſuperioris. Acta verò huius Concilij etſi perierunt, extat tamen Epiſtola, inde ſcripta ad Donatiſtas, apud Auguſtinum Epiſt. 152. De qua Synodali Epiſtola illud monendum eſt: vbi in fine ipſius ſic legitur: *Hæc ad vos ſcripſimus 18. Kalend. Iulias, piiſſimo Honorio VIII. Coſ.* manifeſtè in numerū errorem irrepſiſſe, cum octauus pro nono Conſulatus ſit poſitus. Tom. 5. Annal. ſub eundem annum.

CIRTENSIS autem Concilij nomine Epiſtolæ miſſæ ad Donatiſtas poſt Collationem. Vide in Tomo 7. D. Auguſtini in Appendice, & Diſpoſitione primæ partis in editione Louanienſium.

## C L

CLAREBALDVS Atrebatenſis Archidiaconus Boëtium de Trinitate, interpretatus eſt.

CLAROMONTANVM Concilium apud Aruernos ab Vrbano II. eius Pontificatus anno Octauo, anno autem Dom. 1095. celebratum eſt. Vide 32. Canones in eo ſancitos apud Baronium Card. Annalium Tom. 11. ſub eundem annum, quidque in eo actum de excommunicato Rege Sigeberto. Deque Bertrada regia pellice, eadem excommunicatione multa; deque decreta expeditione in Palæſtinam.

CLARI Bonarſcij Amphitheatrum honoris, in quo Caluiniſtarum in Societatem Ieſu criminationes iugulantur. Palæopoli, proſtant apud Moretum Antuerpiæ, an. 1605.

CLARVS Florentinus, Ord. Minorum, ſcripſit Summam caſuum, quæ m. s. apud Ordinis ſui fratres aſſeruabatur. Floruit an. 1308. Toſsiniacenſis ait ſe item Venetijs, m. s. illam vidiſſe.

CLAVDIANVS, ſiue Claudius Mamertus, ſiue alijs, *Mamercus* Viennæ Galliarum Epiſcopus, vt habet Tritemius, ſiue potius presbyter, vt omnes penè codices, & ipſa Operum eius inſcriptio docent, vir (inquit Gennadius) ad loquendum artifex, & ad diſputandum ſubtilis, ſcripſit libros tres De Statu Animæ, quorum ſummam breui repetitione poſt finem tertij libri contexuit, dignam, quæ antea perlegatur.

Adiunctæ ſunt Sidonij epiſtolæ tres, nempè ad Claudianum duæ, tertia verò Nymphidio; quæ quoniam iudicium ſuum de Claudiani libris exponit, ponenda hic omnino eſt. *Librum* (inquit) *De Statu Animæ tribus voluminibus illuſtrem Mamercus Claudianus, peritiſſimus Chriſtianorum philoſophus, & quorum libet primus eruditorum, totis ſectatæ Philoſophiæ membris, artibus, partibuſq; comere, & excolere curauit, nouem quas vocauit Muſas, diſciplinas aperiens eſſe, non fœminas. Namq; in paginis eius vigilis Lector inueniet veriora nomina camerarum, quæ propriam de ſe ſibi pariunt nuncupationem. Illic enim & Grammatica diuidit, & Oratoria declamat, & Arithmetica numerat, & Geometrica metitur, & Muſica ponderat, & Dialectica diſputat, & Aſtrologia prænoſcit, & Architectoria ſtruit, & Metrica modulatur. Huius lectionis nouitate lætatus, excitatuſq; maturitate raptim recenſendam, transferendamq;, vt videras, petiiſti, vt petieras impetraſti, ſub ſponſione vitæ redhibitionis.* Et quæ ſequuntur. Extat in Biblioth. SS. Patrum.

CLAVDIVS Antiſiodorenſis, Scholaſticæ Theologiæ peritiſsimus, ſcripſit Commentarios in Epiſtolas Pauli.

CLAVDIVS Claſsitanæ Vrbis, Abbas congregationis primæ Caſsinenſis multa De Prouerbijs. De Cantico canticorum. De Heptatheuco. De Prophetis. De libris Regum, quæ à D. Gregorio audierat exponi, nec tamen ab illo ob valetudinem, & occupationes ſcripta, ipſe ſuo ſenſu dictauit, ne interirent, vt opportuno tempore emendatiora

prodi-

prodirent. At cum Gregorius ea valdè immutata comperiſſet, ſtudioſius recollegit, atque cenſuit. Claruit an. Dom. 600. Vide Gregorium Magnũ ad Ioannem Rauennæ Subdiaconum. Sigebert. Tritem.

CLAVDIVS Clemens, Scotus, Bedæ venerabilis diſcipulus, & Alcuini Abbatis, & Leuitæ in fundanda Academia Pariſienſi, collega, ob ſapientiæ doctrinam extrema penè ſenectute, an. 761. (ſi rectè annorum Democharis ſeries inita eſt, (alioquin multo ſerius) creatus legitur Epiſcopus 31. Antiſiodorenſis. Scripſit, In quinque libros Moyſi. In Ioſue. In Iudicum. In Ruth. In Pſalterium. In Matthæum De Euangeliſtarum concordia. Extant in Epiſtolas Pauli commentarij m.s. Caſſini, ſub nomine Claudij Epiſcopi Antiſiodori, litera Longobardica in pluteo quinto ad læuam: Summa verò eius, & commentarij in Epiſtolam ad Galatas excuſi ſunt Pariſijs an. 1542. ſub eius nomine. De monachatu agunt Tritemius De ſcriptoribus Eccleſ. & lib. 2. De viris Illuſtribus Ord. S. Benedicti, cap. 28. & Sixtus Senenſis Biblioth. lib. 4. & alij plerique, de quo & Bibliotheca Philoſophorum, vbi agitur de Epiſcopatu.

CLAVDIVS Cuſſordius, ſcripſit librum contra Valdenſes, qui extat.

CLAVDIVS Eſpencæus Theologus Pariſienſis edidit Inſtitutionem Chriſtiani Principis, Pariſijs apud Ioan. Ruellium, & Lugduni an. 1548. Duos item Tractatus, quorum altero docet, quàm vtiles ſint ſcientiæ Principibus, & Regibus; altero laudat tria Galliæ Lilia: Pariſijs apud Gulielmum Auray an. 1575. Addita eſt verſio Opuſculi Plutarchi, de Doctrina, Principibus viris neceſſaria.

Expoſitionem Pſalmi 130. per modum concionis, Pariſijs apud Michaëlem Vaſcoſanum, an. 1561.

Tractatum Gallicè per modum collationis *Conference* cum miniſtris hæreticis de Verbo Dei in miniſterio, & vſu Sacramentorũ Eccleſiæ, Pariſijs apud Nicolaum Cheſnæum, an. Domini 1567.

Apologiam aduerſus miniſtros hæreticos. Ibidem apud eundem 1568.

Homiliam de filio prodigo, Pariſijs apud Ioan. Ruellium.

Paraphraſim in orationem Dominicam apud eundem.

Tractatum de efficacia, ſeu virtute Verbi Dei, apud Cheſnæum, Pariſijs 1566.

Conciones Gallicè, *Sermons* apud eundem 1562.

Tractatum de Prædeſtinatione, apud Ruellium Pariſijs.

Sermones duos Theodoreti ab eo Gallicè verſos, Pariſijs apud Ruellium.

Commentarium in Epiſtolam Pauli ad Timotheum, Pariſijs.

At Collectanea de Continentia: qui liber varij argumenti Pariſijs an. 1565. & 1605. apud Sonnium prodijt, & commentarius in Epiſtolam Pauli ad Titum, cum aliquot locis communibus ad hodiernas de Religione controuerſias pertinentibus, qui editus eſt ibid. an. 1567. prohibentur in Romano Indice librorum, niſi corrigantur.

Edidit quoque de Cœlorum animatione, ex Theologis, & Philoſophis collectanea cum reſolutione Catholica. Pariſijs an. 1571.

Eiuſdem Eſpencæi de Euchariſtia, eiuſque adoratione libri quinque. Quin & Tractatus de publica, & priuata Miſſa excuſi ſunt Pariſijs an. 1573.

Ad quos libros tanquam poſthumos ſibi teſtamento relictos, & commendatos ſcripſit deinceps præfationem, & notas Gilbertus Genebrardus. Quæ editæ ſunt ſimul anno 1575. Pariſijs apud Petrum Huillerium. Ad Claudij verò Eſpencæi libros quinque de Euchariſtia, eiuſque adoratione, & in Tractatulum de Miſſa publica, & priuata, tanquam poſthumos ſibi teſtamento relictos, & commendatos, ſcripſit Præfationem, & Notas Gilbertus Genebrardus. Quæ editæ ſunt ſimul an. 1575. Pariſijs apud Petrum l'Hullier.

CLAVDIVS Guillaudus, patria Bellioceſis, apud inſignem Heduorum Eccleſiam Præpoſitus, & canonicus Eccleſiaſtes edidit commentarios in Euangelium D. Ioannis: in omnes D. Pauli Epiſtolas, quos collationes inſcripſit; & in reliquas Catholicas. Opus ſanè eruditum, preſſum, elegans, in quo recentiorum, ac veterum adhibita explicatione ſuam promit. & quæ pugnantia videntur conciliat. Præterea in Matthæum ibidem apud Ioannem Ronium, cum an. 1556. Gulielmus Rouillius excudiſſet commentaria eiuſdem Guillandi in Ioannem, Sebaſtianus autem Griphyus 1543. emiſiſſet ibidem commentaria in omnes Epiſtolas D. Pauli. Deinde Homilias Quadrageſimales, Pariſijs anno 1560. Floruit, an. 1540. Paulo III. Pont. Max.

CLAVDIVS Lyſias Romanæ militiæ tribunus Hieroſolymæ ſcripſit ad Felicem Iudææ præſidem Apologeticam pro Apoſtolo Paulo Epiſtolam. Extat in Actis Apoſt. c. 23.

CLAVDIVS Marius Victor, qui etiam dictus eſt *Victorinus*, Orator Maſsilienſis ad filium ſuum Etherium miſit commentarium in Geneſim à ſe conſcriptum, id eſt, à principio libri, vſque ad obitum Abrahæ Patriarchæ tribus libris. Quatuor item edidit alios hexametro verſu, Chriſtiano quidem, & pio ſenſu; ſed & ſeculari (vt inquit Gennadius, quem ſecutus eſt Honorius) literatura homo occupatus, & nullius magiſterio in Diuinis ſcripturis exercitatus, leuioris ponderis ſententias formauit. At etſi eius libri omnes dicantur in Geneſim ſcripti, quartus tamen totus ad Salomonem ſcriptus eſt. De peruerſis ætatis ſuæ moribus. Extant in Tom.8. Bibl. SS. Patrum. Vide item in verbo, Victorinus Rhetor.

CLAVDIVS Medulla Mediolanenſis, Ord. Minorum ſcripſit Epiſtolam inſignem, qua Laicos, & Eccleſiaſticos fidei ſuæ concreditos hortatur ad rectè viuendum, & fortiter agendum: quam Duaci excudebat Bogardus an. 1584. Orationem item, ſiue concionem de Transfiguratione Domini, & de duobus in Chriſto naturis, & earum effectibus Brixiæ apud Cominum Præſenium an.1597. collegit etiam librum conſtitutionum.

CLAVDIVS à Monte martyrum, Gallus, Carmelita, Theologus Pariſienſis breues emiſit enarrationes in Apocalypſim ad Ioannem Card. Bellayum. Viuebat an. 1550.

CLAVDIVS Prior, Gallus, Ord. Minorum, an.1596. excuſum Louanij apud Maſium compoſuit libellum de Lycanthropia, ſiue transformatione hominum in Lupos, Gallico idiomate. At vide Martini Delrij Tomos Diſquiſitionum Magicarum.

CLAVDIVS Secartus *Sequart* Gallus, & Theologus in compendiũ redegit hiſtoriam priuilegij S. Romani, cuius anniuerſaria mentio fit in die Aſcenſionis Domini in publica ſupplicatione Rothomagi, quæ Normanniæ primaria eſt ciuitas. Ea extat in ſecundo volumine hiſtoriæ Sanctorum, in vita S. Romani. Pariſijs apud Nicolaum Cheſneau, an. Domini 1577.

CLAVDIVS Rota Ord.Præd.Lugdunenſis cœnobij, librum edidit Lugduni, an.1519. quem prænotauit Opus Aureum, & Legendas inſignes Sanctorum, & Sanctarum cum hiſtoria Longobardica.

CLAVDIVS Sanctius, ſiue de *Sainctes*, Gallus, Canonicus Regularis, deinceps Abbas Luneuillanus, denique in Normannia Galliæ Prouincia, Ebroicenſis Epiſcopus, vir zeli, & doctrinæ plenus, qui etiam ad Concil. Trident. miſſus eſt à Carolo IX. Galliæ Rege, multa edidit contra Caluinianos hæreticos, tum Gallicè, tum Latinè: Nempè Liturgias D. Iacobi, S. Baſilij, quæ dicitur Anaphora, S. Ioannis Chryſoſtomi, inter quas inſeruit capita octo loco præfationis. Extant cum ipſa Liturgia D. Iacobi. Sed in altero libro nõ ſolum hæ liturgiæ Latinæ factæ, verum etiam Græcè cum ipſius Annotationibus primò Pariſijs editæ ſunt. Sciendum eſt autẽ Andream Maſium ex Syriaco vetuſtiſsimo codice, hanc D. Baſilij Miſſam è Græco in Latinum vertiſſe, quemadmodum item Precationem, qua ſolebat faciens ſacrum Baſilius vti apud Deum. Ea verò extat ad finem Miſſæ Baſilij. Extant in Bibl.SS.PP.

Cæterùm idem Claudius Sanctius confeſsionem fidei edidit aduerſus Caluinianos, qui in conuentu Poiſiaco alteram quidem, ſed peſtilentem obtulere opt. Regi Carolo IX. Pariſijs apud Claudium Fremy, an. 1561.

E Latino quoque Gallicum fecit Concilium Rothomagenſe prouinciale, habitum an. 1581. quod Pariſijs prodijt apud Petrum Huillerium an.1582.

Declarationes item Atheiſmorum Doctrinæ Caluinianæ, & Bezanæ, Gallicè. Pariſijs apud Claudium Fremy, an. 1568.

Librum Gallicè *Diſcours* De populationibus *Saccagemens* Eccleſiarum Catholicarum ab hæreticis priſcis, & à recentioribus Caluinianis, editum eodẽ anno ibidem apud eundem Claudium Fremy.

Acta collationis *Conference* habitæ Pariſijs menſe Iulio, & Auguſto anni 1566. inter Claudium Sanctium, & Vigoreum, qui poſtea fuit Narbonæ Archiepiſcopus Theologos Sorbonicos, & inter alios duos miniſtros Caluinianos, Pariſijs apud eundem Fremy, anno Domini 1568.

Tractatum Gallicè De Antiquo more, quem vocat, *Naturale Gallorũ in Religione Chriſtiana* apud eundem, ibidem, an.1567.

Repetitiones de Euchariſtia Latinè, Pariſijs ingenti, & inſigni Opere. Nimirum libros decem de rebus Euchariſtiæ controuerſis: libros quidẽ ſex De inſtitutione Euchariſtiæ, & exiſtentia corporis, ac ſanguinis Domini, eorundemque manducatione reali, & ſpirituali. Duos de Tranſubſtantiatione panis, & vini, in corpus, & ſanguinem Domini: vnum de Euchariſtiæ Adoratione: vnum de Communione ſub altera ſpecie. Pariſijs, an. Domini 1575.



Digitized by Google

Reſponſionem ad Apologiam Theodori Bezæ contra examen doctrinæ Caluinianæ, Pariſijs 1567. Floruit an. 1560. vſque ad 1590. & amplius.

CLAVDIVS Scotus, qui florebat an. Dom. 816. interpretatus eſt Matthæum Euangeliſtam. Porrò illum hoc tempore vixiſſe conſtat cum ex expeditione Ludouici Francorum Regis, cuius meminit in præfatione ſui commentarij, tum ex ſupputatione Card. Baronij Tom. 10. Annal. ſub eundem annum.

CLAVDIVS Seiſellus Sabaudus, Epiſcopus Maſsilienſis, ac deinceps Taurinenſis Archiepiſcopus, ſcripſit eleganter in tria prima Lucæ capita De triplici ſtatu Viatoris, ad Leonem X. Volumen ſanè ingens, quodque in plures Tractatus partitum moralem potiſsimum explanationem continet. Nimirum in primo capite Euangelij pœnitentium ſtatum ſub perſona Heliſabeth, atque Zachariæ deſcribit, in ſecundo ſub ortu Præcurſoris, ac ſub Redemptoris typo Proficientium vitam: in tertio de ſtatu Perfectorum allegoricè, ac myſticè agit. Opus incipit: *Magnum, & memorabile quiddam.*

CLAVDII Spinæi, Ord. Præd. Epitome in quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi. Pariſijs apud Ioan. Foucherium 1551.

CLAVDIVS Taurinenſis Epiſcopus ab Eccleſia meritò damnatus, quòd errauerit, & ſcripſerit aduerſus ſacrarum imaginum cultum. Itaque reijciendus eſt.

CLAVDIVS Vadanus, *du Guè* Gallus propè Andegauenſem Tractum, ſcripſit Defenſionem ordinis, & honoris Sacerdotalis contra oſores Sacerdotum, & Sacroſancti Miſſæ ſacrificij, quæ an. 1584. nondum erat edita Pariſijs, vbi ille boni Sacerdotis præſtabat officium. Vertit etiam è Latina in Gallicam linguam, Concilium Prouinciale Colonienſe, & breuem Regulam Nouitij ſpiritualis à Ludouico Bloſio conſcriptam, & Hiſtoriam Tragicam hæreticorum ex Lindano, Gallicam factam. Pias, & Chriſtianas Inſtitutiones ad ſodalitatem Beatiſsimæ Virginis, vnà cum diplomate (ſeu Bulla) de iureiurando profeſsionis fidei, Pariſijs apud Gulielmum Calderium 1579.

CLAVDII Viexmontij, breuis inſtitutio De ſalutari pœnitentia peccatoris, Antuerpiæ apud Bellerum 1575. 1585. & 1606.

Hieron. in Catalogo.

CLEMENS Athenis quidem natus, ſed Alexandrinæ Eccleſiæ presbyter (ait Hieronymus) Pantæni, auditor, poſt eius mortem Alexandriæ Eccleſiaſticam ſcholam tenuit, & κατηχήσεων magiſter fuit. Feruntur eius inſignia volumina, plenaque eruditionis, & eloquentiæ, tam de ſcripturis Diuinis, quam de ſecularis literaturæ inſtrumento, è quibus illa ſunt libri octo στρωματεῖς, libri octo ὑποτυπώσεων. Aduerſus gentes liber vnus: Pædagogi libri tres: De Paſcha liber vnus. De Ieiunio [a] *diſceptatio:* & alius qui inſcribitur. *Quiſnam diues ille ſit, qui ſaluetur.* De obtrectatione liber vnus. De Canonibus Eccleſiaſticis, & aduerſus eos, qui Iudæorum ſequuntur errorem liber vnus, quem propriè Alexandro Hieroſolymorum Epiſcopo προσεφώνησεν. Meminit autem in Stromatibus ſuis, voluminis Tatiani aduerſus Gentes, de quo ſuprà diximus, & Caſsiani cuiuſdam χρονογραφίας, quòd opuſculũ inuenire non potui. Necnon de Iudæis Ariſtobulum quendam, & Demetrium, & Eupolemum ſcriptores aduerſus Gentes refert, qui in ſimilitudinem Ioſephi ἀρχαιολογίας, Moyſi, & Iudaicæ gentis aſſeruerint. Extat Alexandri Hieroſolymitarum Epiſcopi, qui cũ Narciſſo poſtea rexit Eccleſiam, Epiſtola ſuper ordinatione Aſclepiadis Confeſſoris ad Antiochenſes, congratulantis eis, in qua ponit in fine: *Hæc vobis Domini ac fratres ſcripta tranſmiſi per Clementem B. presbyterum, virum illuſtrem, & probatum: quem vos quoq; ſcitis, & nunc plenius cognoſcetis, qui cum huc veniſſet iuxta prouidentiam, & viſitationem Dei, confirmauit, & auxit Domini Eccleſiam.* Conſtat Origenem ante huius fuiſſe diſcipulum, floruit autem Seueri, & Antonini filij eius temporibus. Hæc Hieronymus.

a Gemblacenſis, & Afflighinienſis codices habent *Diſputatio.* cui proximè conuenit apud Sophronium.

At Stromatum primi libri principium deſideratur. Oratio verò ad Gentes adhortatoria, forſan ea eſt, quam Hieronymus ab eo ſcriptam aduerſus Gentes aſſerit. Cætera verò Clementis opera non extant. Nam quos ὑποτυπώσεων, hoc eſt, Informationum, libros octo, Euſebius ſexto ſuæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro ſcribit à Clemente fuiſſe conſcriptos, quibus vniuerſam ſcripturam Diuinam compendioſis diſputationibus explanauerit, ne ea quidem prætereunte, quæ apocrypha à quibuſdam appellantur, nondum vidimus, etſi etiam Photius earum mentionem facit, vti facit Stromatum, & Pædagogi, quorum ſummam paucis verbis perſtrinxit.

Et quidem Stromatum priore libro cum eſſet pollicitus ſe in Geneſim ſcripturum, id præſtitiſſe luculenter dicitur: At neque hic prodijt: neque vbi ſit, ſcimus. Sanè verò quod ad eos, quos habemus, libros attinet, hi primò Græcè Florentiæ procurante Petro Victorio deinde Latinè (adiectis, ad finem verſionis, ſcholijs in obſcuriora aliquot Clementis loco) editi ſunt à Gentiano Herueto Canonico mox Rhemenſi, qui denique ſumma

ſenectu-

ſenectute nempè nonagenarius recenſitam, & commentarijs abs ſe auctam verſionem illam cum reliquiſſet, optimi ipſius nepotis opera adhibita præſertim Frontonis Ducæi noſtri diligentia, redacta eſt breuior. Quod nouiſſe Lectorem expedit, ne, ſi forte alicubi Gentianus remittat eum alio, miretur deeſſe quædam, quæ ſe dixiſſe profeſſus fuerat. Quin & idē ipſe Ducæus noſter, licet nomen ſuum ſuppreſsit, curauit editioni huic quæ Pariſijs prodijt an. 1590. adiungi Collectanea, ſiue ſcholia ex Victorio, Lypſio, & alijs, qui Clementis loca illa emendarunt, quæ Heruetus vel intacta reliquerat, vel minus planè expreſſerat, quæ & quorundam comparatione fuēre illuſtrata.

Clementis autem Adumbrationes, ſiue Scholia in Epiſtolas Canonicas ex Græco factas Latinas inſeruit ſuæ Bibliothecæ Margarinus Bignæus: De quibus Caſsiodorus lib. 1. Inſtitutionum Diuinarum, inquit. *Quas Clemens Alexandrinus presbyter, qui & Stromateus vocatur; id eſt, Epiſtolam S. Petri primam, S. Ioannis primam, & ſecundam, & Iacobi, Attico ſermone declarauit: vbi multa ſubtiliter, ſed aliqua incautè locutus eſt, quæ nos ita transferri fecimus in Latinum, vt excluſis quibuſdam offendiculis, purificata doctrina eius, ſecurior poſſet hauriri.*

Sed quod attinet ad Opus illud, quod Clemens Alexandrinus inſcripſit. *Quis ſit ille diues, qui ſaluatur.* Eius Operis Euſebius meminit hiſt. lib. 3. cap. 17. atque adeò inde affert pulcherrimam hiſtoriam S. Ioannis Euangeliſtæ qui adoleſcentem, quem Epiſcopo commendauit, cum ſe poſtea vitijs dediſſet, reuocauit mirabili charitate in viam, & vitam.

Et verò in ijs libris, quos Pædagogum inſcripſit, nullam Chriſtianæ vitæ partem omittit, quam mira ſapientia, & eruditione non excolat. Id quod & in reliquis ſcriptis facit, res accuratè pertractans, argumentis ſolidis veritatem defendens grauiſsimis teſtimonijs ſententias ſuas muniens, antiquiorum Poëtarum, & aliorum verba aduerſus Ethnicos ipſos intorquens: præterquam, quòd & Apoſtolicæ doctrinæ, & primitiuæ illius Eccleſiæ zeli, vti & hierarchiæ ſpecimen, ac faciem liquido monſtrat.

Cum autem claruerit Seueri, & Antonini eius filij Impp. temporibus: ſicuti ex Hieronymi Catalogo oſtendimus, quibus alij alibi claruere, quemadmodum de Tertulliano dicemus, hi ſimul ſi conferantur, hic in Africa, ille Alexandriæ in Aſia, alij alijs in locis, facillimum fuerit inde conſenſum Eccleſiæ Apoſtolicæ, & Catholicæ in talibus cernere; hæreſes verò, tam veteres, quàm recentiores extinguere. Quæ cum ita ſe habeant, ſtudioſos non celabimus, Gentiani ipſius Herueti teſtimonium, quod cum ille produxiſſet ex Cyrillo Patriarcha Alexandrino aduerſus Iulianum, vtilitatem ſimul Clementis librorum oſtendit, his verbis: *Quam is autem ſit vtilis futurus, hinc poteſt euidenter perſpici. Sunt ne aliqui, qui priſcis, & ex alto petitis delectantur hiſtorijs? hi legant Clementem, qui omnes antiquas ita tenuit hiſtorias, vt nihil eorum, quæ in vniuerſo terrarum orbe geſta ſunt, eum latuiſſe videantur. Sunt, qui veterũ Poëtarum carmina perinde venerantur, ac quædam Diuina oraculorum reſponſa? hi Clementem magni faciant, neceſſe eſt; qui plurimorum Poëtarum citat teſtimonia, quorum opera hodie funditus interiere. Sunt, qui priſcos in Deorum ſacrificijs velint ſcire ritus, & cæremonias? hi adeant Clementem, qui omnia veterum Deorum Orgia, & nefanda myſteria ita aperit, vt ſi quis adhuc inter Chriſtianos* ἑλληνίζει *& veteres gentium mores, & inſtituta laudat, & admiratur (atqui vtinam nullus eſſet) is lecto Clemente, ſi non ſit vel lapide ſtupidior, omnem de falſis Dijs falſam abijciat opinionem, & eorum, qui olim Deos colebant, amentiæ eum puneat, neceſſe eſt. Sunt qui veterum Philoſophorum velint decreta cognoſcere? hi videant Clementem, qui Philoſophiæ totius originem, Philoſophorum omnium familias, ſectas, ſucceſsiones, & ſcita, ita tradit, & deſcribit, vt cum vir tam inſigniter doctus Chriſtianam Philoſophiam omnibus prætulerit, eam eſſe planè Diuinam, & à Deo re vera inſpiratam, & promulgatam, quantumuis increduli, vel inuiti, fateantur oportet. Sunt, qui veterum hæreticorum, qui Dei Eccleſiam, in eius naſcentis initio perturbarunt, dogmata cupiunt cognoſcere? hi ea, à Clemente explicata audient, & confutata. Sunt, qui aduerſus noſtri temporis hæreticos deſiderant veterum auctoritates? eos quoq; ſuo teſtimonio pulchrè inſtructos in plurimis dimittet Clemens. Sunt, qui prauos, & corruptos mores corrigi cupiunt? at nemo eſt, qui vitia acrius inſectetur, nemo qui ad virtutes melius adhortetur. nemo qui rectè inſtituenda vitæ viam melius demonſtret. Sunt, qui optent in integrum lapſam reſtitui diſciplinam? hi cum Clementis doctrinam, & vitæ ſanctitatem, vt par eſt, laudauerint, qui cum eſſet ſolummodo presbyter, talis fuit, quales ſi eſſent per multi noſtris temporibus præclarè ageretur cum Chriſtiana Republica.* Hæc Gentianus.

Atqui Iacobus Bilius cum omni doctrinæ genere inſtructiſsimum vocet Clementem, affert tamquam obſeruatu digna, quæ primò Stromatum libro ſcribit, eorũ opinionem grauiter & eruditè refutans, qui humanarũ artium ſtudijs nihil temporis impendendum cenſebant. His enim animos ad ea, quæ intellectu ſolo percipiuntur excitari, atque exerceri. His ad Chriſtianam pietatem præparari, denique vt legem Iudæis, ſic has quoque



Digitized by Google

Gentilibus ad Chriſtum Pædagogi vice fuiſſe aſſerit. Atque illud Scripturæ explicans, ne frequens ſis cum extranea, vti quidē inquit mundana eruditione, non autem in ea immorari, ac pedem penitus figere admonet. Neque enim committendum eſſe, vt ancillarum illecebris deliniti, veram philoſophiam aſpernentur. Vbi etiam præclarè per Agar ancillam ſecularem doctrinam ſignificari poſſe ait, cum qua Abrahamum prius congredi debere docet, ac deinde cum Sarra. Atque aliquanto inferius de eadem retractans, his verbis vtitur: *Eſt quidem Saluatoris doctrina per ſe perfecta, nec rei cuiuſquam indiget, vt quæ Dei virtus, ac ſapientia ſit. Accedens autem profana philoſophia, non quidem fortiorem veritatem efficit, ſed hoc præſtat, vt ſophiſticus conatus, nihil aduerſus eam poſsit. Ac fidei quidem veritas, vt panis ad vitam tuendam neceſſaria eſt, hæc autem obſonio ac bellarijs ſimilis eſt.* Porrò teſte Pindaro δείπνυ λήγοντος γλυκὺ τρωγάλιον, id eſt, *ſub finem cœnæ, dulcis eſt placenta.*

Sed quod Caſsiodorus monuit, quædam incautè fuiſſe à Clemente Alexandrino conſcripta, ea eiuſmodi ſunt, qualia tum Bellarminus Card. tum alij obſeruarunt. Nimirum, quòd lib. 1. Stromatum docuit Chriſtum anno ætatis ſuæ trigeſimo eſſe paſſum, id quod falſum eſt. Quodque lib. 6. eorundem Stromatum prædicante Chriſto apud Inferos ſcribat non defuiſſe, qui crediderint, ac pœnitentiam egerint, quòd ſanè improbabile eſſe oſtendit idem Bellarminus Cardinalis. Tom. 1. Controuerſ. 2. lib. 4. de Chriſti anima cap. 15. At & non rectam Chronologiam ſecutum fuiſſe Clementem. 1. Stromatum intelligitur, cum affirmat Nechum prophetaſſe poſt Ezechielem, hoc eſt poſt quintum annum tranſmigrationis Ioachim regis Iuda: Quin & facit Amos patrem Iſaiæ vnum ex duodecim prophetis, quod facilè à Hieronymo redarguitur in prooemio cōmentarij in Amos, & in principio in Iſaiam.

Verum quod Photius in ſua Bibliotheca teſtatur ſe recognouiſſe Clementis Alexandrini presbyteri tres Tomos librorum, quorum vnus Hypotypoſes, alter Stromateus, alius Pædagogus prænotantur, quodque inquiat in Hypotypoſibus rectè aliqua videri aſſerere, in aliquibus autem prorſus in impios, & fabuloſos ſermones ruere, quòd & materiam æternam, ideaſque à quibuſdam introductas approbet, ac Dei filium creaturam faciat, metempſychoſes quoque, hoc eſt, migrationes animorum in alia corpora, & plures mundos ante Adamum monſtroſè conſtituat, & ex Adamo Euam, non quemadmodū Eccleſiaſticus ſermo vult, ſed turpiter & ſine Deo demonſtret, quodque Angelos mixtos eſſe cum mulieribus, & ex eis prolem ſuſcepiſſe ſomniet, neque verò incarnatum eſſe verbum, & alia ſexcenta blaſphemet; cordati, & Catholici viri facilè intelligent tria hoc loco eſſe perpendenda. Primum, quinam fuerit Photius, de quo ſuo loco dicemus. Secundum, quòd ipſemet Photius vbi iſta de Clemente ſcripſit, ſubdiderit de eodem hæc verba, *ſiue ipſe, ſiue alter aliquis eius perſonam ſuſceperit:* vt videlicet cenſeat non omninò credibile eſſe à tanto viro, quem deinceps collaudat in ijs, quæ ſcripſit contra Gentilium Græcorū Atheiſmos, eos erores profectos fuiſſe. Sanè, inquit, librum, quem prænotauit Pædagogum, quique director eſt morum, & vitæ, ac tribus ſectionibus eſt elaboratus, nihil habere ſimile cum Hypotypoſibus, quippe quę nullas blaſphemas, aut vanas opiniones contineant, & in quibus dictio eſt florida, quæque aſſurgit in maieſtatem cum ſuauitate coniunctam, & in quibus eſt eruditio multa, & decens. Tertium eſt, extare teſtimonia, non tam Euſebij, Hieronymi, Nicephori, & aliorum antiquorum de ipſo Clemente, vt probabile ſit ab Orientalibus hæreticis aſperſos fuiſſe errores illius operibus, verum etiam, quod ſuprà retulimus Alexandri Hieroſolymorum Epiſcopi teſtimonium.

Quòd poſtea idem Alexander ad Origenem ſcribens tum de Clemente, tum de Pantæno confirmauit: vide Euſebium lib. 6. ad finem cap. 11. & Hieronymum Epiſt. 84. ad Magnum. Vtinam verò idem ſpiritus in Photio fuiſſet, quem in viris Orthodoxis, atque adeò in Cardinalibus Baronio, & Bellarmino, atque in alijs pleriſque agnoſcimus, cum Patrum opera expendunt. Et quidem Baronius Cardinalis hæc in 2. Tomo ſuorum Annalium, quæ ſequentur ſcripſit, quæ digna ſunt, vt huc inſerantur, quandoquidem nos eadem in illo comperimus, poſtquam multo antea, quæ à nobis ſuprà ſunt dicta, ſcripſeramus.

Cæterùm (inquit) quod aliquibus næuis eius Commentarij reſperſi inueniantur ne occaſione eius nominis celeberrimi, fideles ad omnia ſectanda, quæ ab ipſo ſcripta eſſent, incautè in errorem adducerentur, Gelaſius Papa prouidè quidem eiuſdem Clementis opera apocryphorum nota voluit inuſiſſe. Nec mireris, nam ea etiam occaſione ab eodem S. Cypriani quoque Opuſcula eadem cenſura notata fuerunt. Cæterùm quòd mos eſt hæreticorum teſtimonia aucupari magnorum virorum, cum aliter non liceat eorum ſcripta deprauare, atque corrumpere, accidit planè, vt ab Arianis aliqua in eius commen-

tarijs fuerint immutata; quod Ruffinus teſtatur his verbis: *Clemens alius presbyter & Magiſter Eccleſiæ illius in omnibus penè libris ſuis Trinitatis gloriam atq; æternitatem vnam, eamque deſignat: & interdum inuenimus aliqua eius capitula, in quibus Filium Dei creaturam dicit. Non quidem credibile eſt de tanto viro, tam in omnibus Catholico, tamq; erudito, vt vel ſibi contraria ſenſerit, vel ea, quæ de Deo non dicam credere, ſed audire quidem impium eſt, ſcripta reliquerit.* Hæc Ruffinus, cui & ego non inuitus adſtipulor: ſi enim primores Ariani illi, qui erant callidiſsimi, aliquid in Clemente inuenire potuiſſent, quod ſuo ipſorum dogmati fauiſſet, vtique (quod ait Diuina ſcriptura) ſicut exultant Victores capta præda, magno præconio extuliſſent, ac planè pręforibus, oſtentationis gratia, affixiſſent. Nunquam enim ex Clementis Alexandrini ſcriptis ab Arianis factitatum eſſe negotium Orthodoxis ex eo poſſumus intelligere, quod Catholicæ Eccleſiæ ſcriptores, qui in refellendis eorum obiectionibus laborarunt, de Clemente, quod illorum fauiſſet dogmati, nuſquam viſi ſunt meminiſſe.

In eiuſdem quoque Clementis ſcriptis, tamquam in viua tabula Catholicæ Eccleſiæ mores, & diſciplinam inuenire eſt expreſſum, nempè, ſacras Apoſtolicas Traditiones ad ſua tempora in Eccleſia cuſtoditas, ac illibatè ſeruatas, à quibus qui deuiarint (vt ait) in hæreſim lapſi ſint: Hierarchicum in Eccleſia ordinem ad imitationem virtutum cœleſtium, tres hominum ſtatus, virginum ſcilicet, viduarum, & coniugatorum, inter quos emineat virginalis integritas, ac ea præſertim, quæ cum Deo pactis conuentis firmata ſit, nempè Voti obligatione: Apud eundem item frequens de ieiunijs, vigilijs, ac ſtationibus mentio, deque pio ciborum delectu ab vſu Marcionitarum, & Encratitarum, vel Cataphrygarum penitus diſtincto. De Fide, quæ prodeſt nobis cũ coniuncta eſt cum ſanctis operibus: Deque Canonicis orandi horis ex Eccleſiæ inſtituto præſcriptis: De ſacratiſsima item Euchariſtia frequenter inculcat; & alia plura id genus, quorum ſuperius meminimus, cum actum eſt de Traditionibus Ecleſiaſticis. Demum, vt de Clemente tandem finem faciamus: qui auditorem habuit Origenem eundem quoque nactũ eſſe in Cathedra ſucceſſorem S. Hieronymus teſtatur his verbis, cum agit de Origene: *Alexandriæ Eccleſiaſticam Scholam tenuit ſuccedens eruditiſſimo viro Clementi presbytero.* Ac de Clemente iam ſatis, qui (vt auctor eſt Caſsiodorus) cognomento Stromatæus eſt dictus, non aliam ob cauſam, quam ob inſignes illius octo libros Stromatum luculentiſsimè ſcriptos. Hæc Baronius Card.

CLEMENTIS Aranei Raguſæi, Ord. Predicatorũ Sermones pro diebus feſtis à prima Dominica Aduentus, vſque ad Cineres, & ſubinde per omnes ferias Quadrageſimæ vſque ad tertiam feriam Paſchæ, Brixiæ 1587. cum anno item 1541. Venetijs prodijſſet in lucem liber, quem prænotarat, Quodlibet Declamatorium. Scripſit etiam in Epiſt. ad Romanos, perſtringens Lutherana dogmata. Floruit an. 1540.

CLEMENS Dolera Monelianus, Lygur, Ord. Minorum, à Paulo IV. Pont. Max. an. Dom. 1557. creatus Card. S. Mariæ de Aracæli edidit.

Compendium Inſtitutionum Catholicarum ſat iuſto volumine Fulginei, anno 1562. Duos Tractatus, alterum de peccatis, & eorũ differentijs; alterum de cælibatu. Præterea, De decem præceptis Decalogi, & alia quædam. Romæ apud Anton. Bladum 1565.

CLEMENS Florentinus, Ord. Seruorum, Pariſienſis Theologus, ſcripſit in Pſalterium, & Catenam confecit auream in omnes D. Pauli Apoſtoli Epiſtolas, cuius archetypon extat in Medicæa Bibliotheca apud S. Laurentij ædem. Concordantias item ad Anibaldum Card. ſui Ordinis Protectorem, quæ in Bibliotheca Seruorum Florentiæ aſſeruantur; & alia, floruit an. 1340. Ordinis ſui varijs muneribus probè perfunctus moritur, anno ætatis ſuæ 78. qui in Eccleſia D. Virginis Annunciatæ apud cæteros patres eſt ſepultus, eadem in vrbe Florentia.

CLEMENS Lanthonienſis presbyter, & Canonicus ſcripſit,

| | |
|---|---|
| Concordiam Euangeliſtarum, lib. 12. | In Canonicam Iudæ, lib. 1. |
| In Euangelia Commentarios, lib. 4. | Sermones eruditos, lib. 1. |
| De alis Cherubim, lib. 1. | Epiſtolas ad diuerſos, lib. 1. |
| In Canonicam Iacobi, lib. 1. | Lecturas Scholaſticas, lib. 1. |
| In Canonicas Petri, lib. 2. | De orbibus Aſtrologicis, lib. 1. |
| In Canonicas Ioannis, lib. 3. | Viuebat an. 1170. |

CLEMENTIS Mercatoris liber De Aduentu & perſona Antichriſti ſecundũ ſacram Scripturam aduerſus hæreticos apud Nicolaum Cheſneau Pariſijs 1577.

CLEMENS VIII. Pont. Max. Florentinus, ex nobiliſsima familia Aldobrandinorum, magnis muneribus in Eccleſia Chriſti Domini perfunctus, Auditoris Rotæ, Cardinalis, Pænitentiarij Summi, Legati ad Cæſarem, & ad Poloniæ Regem: eius plures Conſtitu-

ſtitutiones, ac Sanctiones ad Eccleſiaſticam diſciplinã ſpectantes, quæ Bullario ſunt adtextæ, quin & Cæremoniale Epiſcoporum, Breuiarium Romanũ recognita emitti in lucẽ mandauit. Tanti autẽ Pontificatus Geſta, Hiſtoriæ quæ conſcribuntur, poſteris prodent.

CLEMENS I. qui Romanus, & Pont. Max. & ciuis, Fauſtini verò filius, ac denique Martyr anno tertio Traiani; cuius nomen ſcriptum eſſe cum alijs in libro vitæ, non ſine cauſa ſcripſit Apoſtolus; & ſi multa edidiſſe dicitur, non tamen omnia vel certam habent auctoritatem, vel ad noſtras manus hactenus peruenerunt. Et quidem Hieronymus in Catalogo ſic ait: *Clemens, de quo Apoſtolus Paulus ad Philippenſes ſcribens ait: cum Clemente, & cæteris cooperatoribus meis, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ: quartus poſt Petrum Romanus Epiſcopus. Siquidem ſecundus Linus fuit, & tertius Anacletus, tametſi pleriq; Latinorum, ſecundum poſt Petrum Apoſtolum, putent fuiſſe Clementem. Scripſit ex perſona Romanæ Eccleſiæ ad Eccleſiam Corinthi, valde vtilem Epiſtolam, quæ & nonnullis locis etiam publicè legitur, quæ mihi videtur characteri Epiſtolæ, quæ ſub Pauli nomine ad Hebræos fertur conuenire. Sed & multis de eadem Epiſtola non ſolum ſenſibus, ſed iuxta verborum quoq; ordinem abutitur. Omnis grandis in vtraq; ſimilitudo eſt. Fertur & ſecunda ex eius nomine Epiſtola, quæ à veteribus reprobatur. Et diſputatio Petri & Appionis longo ſermone conſcripta, quam Euſebius in tertio hiſtoriæ Eccleſiaſticæ volumine coarguit. Obijt tertio Traiani anno, & nominis eius memoriam vſq; hodie Romæ extructa Eccleſia cuſtodit.* Hæc Hieronymus.

Atqui cum ſedulam dediſſet operam Sixtus Senenſis, vt quæcunque eſſent eiuſdem Clementis nomine inſcripta, ſecundo ſuæ Bibliothecæ Sanctæ libro infererentur; iudicium autem de pleriſque tuliſſet, breuius tamen attigit tum alia, tum quæ ad Conſtitutionum Apoſtolicarum à Clemente ſcriptarum libros octo pertinent.

Clementis (inquit) Præceptiones Epiſcopales. De his ita in fine Canonum Clementis vbi & liber Actus Apoſtolorum, ab eodem Auctore editus, commemoratur, ſcriptum reperi: *Διατάγαὶ ὑμῖν τοῖς ἐπισκόποις δι' ἐμοῦ κλήμεντος ἐν ὀκτὼ βίβλοις προσπεφωνημέναι, ἃς οὐ δεῖ δημοσιεύειν ἐπὶ πάντων, διὰ τὰ ἐν αὐταῖς μυστικά*: hoc eſt: *Præceptiones vobis Epiſcopis, per me Clementem in octo libris nuncupatæ, has non oportet omnibus euulgare, ob ea quæ in ipſis arcana continentur.* Hos octo Apoſtolicarum Præceptionum, ſiue Conſtitutionum libros nuper Latinè vertit, & Scholijs illuſtrauit Ioannes Boſius Oſtunenſis Epiſcopus, omni doctrinarum genere præditus. Hæc Sixtus.

At nondum Græcè editæ fuerant eædem conſtitutiones quæ alibi deliteſcebant, neque à Franciſco Turriano Societatis noſtræ, Latinè verſæ, ac ſcholijs, atque explanationibus illuſtratæ fuerant, quas deinceps Chriſtophorus Plantinus, Antuerpiæ anno 1578. emendatas, & pulchris typis excuſas dedit in lucem. Græcam verò Græcis conſtitutionibus præfationem, idem Turrianus quum feciſſet, eaſdem Græcè cudi Romæ curauerat.

Ergo ex his omnibus, lux huic operi addita eſt: Quod & erudita Apologia, Verſioni Latinæ præfixa, conatus eſt facere, ac, etſi nõ omnino apud omnes effecit, aut euicit, conſtitutiones iſtas eſſe Apoſtolicas, & legitimas, à Clemente ipſo perſcriptas, ſanè præſtitit, vt multi, qui opus reijciebant, id diligentius verſatum, intelligerent, magnas habere vtilitates, ac ſubinde plerique tantum nõ irent omnino in Turriani ſententiam, præſertim qui auditas, aut ſcriptas eruditiorum obiectiones, vel opinationes, æquanimiore diligentia conferrent non tam cum ſola præfatione, ac ſcholijs, verum item cum ipſis Turriani explanationibꝰ Apologeticis, quæ ad calcem operis, loca, quæ videri poſſunt in Clemente ſcabrioſiora, magna certè ex parte complanant. Qualia ſunt, lib. 3. cap. 2. vbi quartas nuptias vocant manifeſtam fornicationem, lib. 3. cap. 6. cum diſtinguunt Mariam Magdalenam, à Maria ſorore Lazari & Marthæ, & cap. 10. vbi prohibent ſimpliciter, ne laici baptizent, lib. 5. cap. 16. dum docent, æquinoctium eſſe 22. Martij, cum tamen Apoſtolorum temporibus, fuerit 25. lib. 6. cap. 7. vbi Philippum, qui baptizauit Simonem Magum, vocant Apoſtolum cum non fuerit niſi Diaconus, & cap. 14. vbi Iacobum fratrem Domini exiſtimant non fuiſſe Apoſtolum ex duodecim, & cap. 15. vbi mandant rebaptizari baptizatum ab hæreticis, eò quòd non ſint Sacerdotes, lib. 8. cap. 19. 20. 21. dum volunt imponi manum Diaconiſsis, Subdiacono, & Lectori, cum ordinantur, quod abhorret à conſuetudine Eccleſiæ, & cap. 23. vbi docent, Exorciſtas nõ ordinari, & cap. 32. vbi ancilla ſoli Domino obſequens, recipitur; ſi cum alijs intemperans fuerit, reijcitur: quaſi domini cum ancilla concubitus non ſit fornicatio, & cap. 33. cum Petrus & Paulus iubent Apoſtolorũ feſta ſeruari ſilentio prætereuntes feſta B. Virginis, &c. & feſtos dies agi Sabbathum, & Dominicum.

Quin etiam, quod ante octingentos annos, Photius in ſua Bibliotheca Græca, ſcriptũ reliquerat, haſce ipſas Clementis conſtitutiones Apoſtolicas, trium argui ſolitas ab aliquibus fuiſſe; nimirum *κακοπλαστίας*, hoc eſt *malæ factionis*, ſiue (vt ita dicam) *introductionis*

*perſo-*

Digitized by Google

*perſonarum*; deinde & conuiciorum Deuteronomij, & Arianiſmi, eas omnes, tamquam criminationes, tum ex Photio eodem, tum ex alijs, rationibus Turrianus curat depellere, vrgens varijs argumentis, ſiue potius coniecturis, quæ putauit ad eorum librorum antiquitatem, teſtimonia, vſum, auctoritatem, auctorem, vtilitatem, pertinere.

Iam de Epiſtola, quam Canonicam Clemens nomine Romanæ Eccleſiæ ſcripſit Corinthijs, licet ea neſcitur vbi extet, habemus tamen fragmenta quædam, ac teſtantibus Clemente Alexandrino, Euſebio, Irenæo, Iuſtino, Hieronymo, Damaſo, & alijs) certum eſt, eam fuiſſe à Clemente ſcriptam, quæ item adeò fuerit ſpiritu Apoſtolico referta, vt in Eccleſijs omnibus perlegeretur. Huius etiam cum aliquot teſtes Sixtus Senenſis citaſſet, fragmenta nos, ac tamquam micas, ne pereant, huc ad Dei gloriam collegimus. Et quidē hæc habemus.

Ex Euſebio,[a] qui ait. *Huius Clementis vna fertur eſſe Epiſtola, omnium iudicio approbata: illuſtris illà quidem, & digna planè admiratione; quam tamquam ex Romanæ Eccleſiæ perſona, ad Corinthioru Eccleſiam tunc quidem exarauit, cum iam Corinthi grauis eſſet conflata ſeditio. Hanc ſanè cum veterum, tum noſtra ipſorum memoria plurimis in Eccleſiis publicè lectam, vſurpatamq́; cognouimus.*

a Euſebius libro 3. c. 12.

Ex Irenæo.[b] *Poſt eum* (Petrum) *tertio loco ab Apoſtolis Epiſcopatum ſortitur Clemens, qui & vidit ipſos Apoſtolos, & contulit cum eis, cum adhuc inſonantem prædicationem Apoſtolorum, & traditionem ante oculos haberet. Non ſolus enim, ſed adhuc multi ſupererant ab Apoſtolis docti. Sub hoc igitur Clemente, diſſenſiōe nō modica inter eos, qui Corinthi erant fratres, facta, ſcripſit, quæ eſt Romæ, Eccleſia, potentiſſimas litteras Corinthijs, ad pacem eos congregans, & reparans fidem eorum, & annuncians quam in recenti ab Apoſtolis receperant traditionem annunciantem vnum Deum omnipotentem, factorum cæli, & terræ, plaſmatorem hominis, qui induxerit cataclyſmum, & aduocauerit Abraham, qui eduxerit populum de terra Aegypti, qui collocutus ſit cum Moyſe, qui legem diſpoſuerit, & prophetas miſerit, qui ignem præparauerit Diabolo, & Angelis eius. Hunc Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti ab Eccleſijs annunciari, ex ipſa Scriptura qui velint, diſcere poſſunt, & Apoſtolicam Eccleſiæ traditionem intelligere, cum ſit vetuſtior Epiſtola his, qui nunc falſo docent.*

b Irenæus lib. 3. c. 3.

Ex Clemente[c] Alexandrino. *Porrò autem Clemēs quoq́; Apoſtolus in Epiſtola ad Corinthios, ipſi quoq́; nobis quandam formam eius, qui eſt præditus cognitione, deſcribens, dicit: Quis enim apud vos verſatus, omni virtute perfectam firmamq́;, ac ſtabilem fidem veſtram non probauit? temperatamq́;, ac moderatam veſtram in Chriſto pietatem non eſt admiratus? & veſtri in hoſpites amoris magnificos veſtros mores non prædicauit? & perfectam, firmamq́;, ac ſtabilem cognitionem non beatam eſſe cenſuit? nam citra perſonarum acceptionem, omnia feciſtis, & in Deo legitimè ambulaſtis.*

c Clemēs Alexand. Strom. lib. 4.

Et alibi[d] idem Clemens Alexandrinus. *Iam* (inquit) *Clemens in Epiſtola ad Corinthios his verbis exponit differentiam eorum, qui probati ſunt in Eccleſia. Sit aliquis fidelis, ſit potens in explicanda cognitione, ſit ſapiens in diſcretione ſermonum, ſit ſtupendus in operibus:* Ac rurſum eadem alibi repetens,[e] hæc addit: *Sit caſtus, & mundus, eò enim debet eſſe magis humilis, quò videtur eſſe maior, dicit Clemens in Epiſt. ad Corinthios.*

d Strom. li. 7.

e Strom. li. 6.

Ex Iuſtino[f] Martyre; qui teſtatur, Clementem egiſſe in eadem Epiſtola, de Aduentu Filij Dei ad Iudicium, deque igne, quo impij ſunt plectendi, tam ex Prophetis, quàm ex Apoſtolis, & Sibyllæ vaticinijs.

f Iuſtinus quæſt. 74.

Sed & inferius idem, qui ſuprà, Clemens; *Scriptum eſt* (inquit) *in Epiſtola ad Corinthios: Per Ieſum Chriſtum inſipiens & obſcurata mens noſtra pullulat. Per eum voluit Dominus nos immortalem guſtare cognitionem. Vnde etiam euidentius oſtendens proprietatem cognitionis, ſubiunxit: Cum hæc ergo ſint manifeſta, vel procumbentes in profundum Diuinæ cognitionis, debemus omnia ritè, & ordine facere, quæ nos iuſſit Deus peragere ordinatis temporibus. Sapiens ergo ſuam oſtendat ſapientiam, nō verbis ſolum, ſed in bonis operibus. Humilis ferat teſtimonium non ſibi, ſed in eo, quòd ipſe teſtimoniū accipiat ab alio. Qui carne caſtus eſt, non inſoleſcat, ſciens eſſe alium, qui ei ſuppeditat continentiam. Videte fratres quo maiori cognitione digni habiti ſumus, eò maius ſubimus periculum.*

Ex Euſebio[g] iterum, qui alibi teſtatur nonnulla haberi in eadem Epiſtola, ex ea, quæ Pauli eſt ad Hebræos, & deinceps ait ex[h] Clementis verbis: *Fixis ergo oculis eos intueamur, qui magnificæ eius gloriæ perfectè ſeruierunt. Accipiamus Enoch, qui in obedientia iuſtus inuentus, fuit tranſlatus: & Noe, qui cum credidiſſet, fuit ſeruatus: & Abraham, qui propter fidem, & hoſpitalitatem, Dei amicus, pater autem Iſaac eſt appellatus. Propter hoſpitalitatem, veramq́; religionem Loth fuit ſeruatus ex Sodomis. Propter fidem, & hoſpitalitatem ſeruata eſt Raab meretrix. Propter patientiam, & fidem in pellibus caprinis, & ouinis, & ex camelorum pilis contextis veſtibus ambulauerunt præcedentes Regnum Chriſti: dicimus autem Eliam & Eliſæum, Ezechielem, & Ioannem Prophetas. Qui enim Dei amicus propter fidem, liberam vocatus eſt Abraham, non fuit gloria elatus, ſed magna vtens modeſtia, dixit: Ego autem ſum terra & cinis: & de Iob ſic ſcriptum eſt: Iob autem erat iuſtus, & reprehenſioni non obnoxius, Deum ritè colens, abſtinens ab omni malo. Is ſua patientia ſuperauit tentatorem, & ſimul fuit teſtis, & à Deo accepit*

g Euſeb. li. 3. cap. 32.

h Cle. Alex. Strom. lib. 4.

*teſtimonium, humilitatem amplectitur, & dicit: Nullus eſt mundus à ſorde, ne ſi ſit quidem vnius diei vita eius: Moyſes fidelis ſeruus in tota domo eius, dixit ad eum, qui ex rubo dabat reſponſa: Quis ego ſum, quòd me mittis. Ego autem ſum voce tenui, & lingua tardiori, vt Domini vocem miniſtrem per linguam humanam. Et rurſum: Ego ſum vapor ex olla. Deus autem ſuperbis reſiſtit, humilibus dat gratiam. Iam verò Dauid quoque de quo teſtimonium ferens dicit Dominus: Inueni hominem ſecundum cor meum, Dauid Ieſſe filium, in oleo ſancto vnxi eum: Sed & ipſe quoque dicit ad Deum: Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, & ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo manda me. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco, & peccatum meum in conſpectu meo eſt ſemper. Deinde tacitè ſignificans peccatū, quod legi non ſubijcitur, ſcitè ſuam oſtendens modeſtiam ſubiungit: Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Dicit enim alibi Scriptura: Spiritus Domini lucerna ſcrutans ventris penetralia. Et quo quis ſe iuſtè gerens euadit maiori cognitione præditus, eò eſt ei propinquus Spiritus lucidus. Sic iuſtis appropinquat Dominus, & nihil eum latet in noſtris cogitationibus, & quas facimus, diſpenſationibus: Dominum Ieſum dico, qui omnipotenti ſua voluntate, corda noſtra intuetur, cuius ſanguis fuit pro nobis ſanctificatus.*

[a] Hieron. in Iſ. c. 52.

Ex Hieronymo. [a] *Clemens vir Apoſtolicus, qui poſt Petrum Romanum rexit Eccleſiam, ſcribit ad Corinthios: Sceptrum Dei Dominus Ieſus Chriſtus, non venit in iactantia ſuperbiæ, cum poßit omnia; ſed in humilitate; in tantum, vt verberatus à miniſtro Sacerdotis reſponderit: Si malè locutus ſum, argue de peccato: ſin autem benè, quid me cædis? habens duodecim Angelorum millia, qui illius nutibus obedirent.*

[b] Hieron. aduerſ. Iouinianum, lib. 1.

Quin etiam ipſe [b] Hieronymus. *Clemens* (inquit) *in ſuis Epiſtolis, omnem penè ſermonem de Virginitatis puritate contexuit.* Quibus verbis mõſtratur, alias ab Clemente fuiſſe conſcriptas Epiſtolas.

[c] Euſeb. hiſt. lib. 4. c. 22.

Hanc denique Epiſtolam Dionyſius Corinthi Epiſcopus, à Corinthijs aſſeruatam eſſe ab antiquis temporibus, ibique in Eccleſia legi ſolitam Euſebius [c] teſtatur. Quamobrem & ex ea, & ex reliquis ſuis geſtis patet (quod probè adnotauit Cæſar Cardinal. Baronius Tomo priore ſuorum Annalium Eccleſiaſticorum) Clementem vniuerſæ per orbem diffuſæ Eccleſiæ non tam fuiſſe ſolicitum, vt diſſidentes inter ſe Corinthios componeret, quam & plures pluribus Eccleſijs Epiſcopos præficeret, quemadmodum & in Gallijs fecit, qui Pariſienſibus Dionyſium, Rothomagenſibus Nicaſium, Ebroicenſibus Taurinum, Bellouacenſibus Lucianum, Santonenſibus Eutropium, & alijs ciuitatibus dedit.

Epiph. 1. Panarij libro, cõtra Ebionitas

Proinde Epiphanius habet, non vnam tantum, ſed plures à Clemente ſcriptas fuiſſe Encyclicas, hoc eſt orbiculares ſiue vniuerſales Epiſtolas, quæ ſuo tempore legebantur.

Lib. 2. Bibl. Sanctæ.

Et ſecundæ Canonicæ Epiſtolę Clementis Damaſus in libro Pontificali mentionem facit. *Hic* (inquit) *fecit Epiſtolas duas, quæ Canonicæ appellantur.* Euſebius autem hanc ſibi ignotam, & Hieronymus affirmat à veteribus fuiſſe reprobatam. Et Sixtus Senenſis ſuſpicatur, Hieronymum aut ex hac, aut ex ſuperiori Epiſtola protuliſſe illam de pluralitate Mundorum Clementis ſententiam, cum in ſecundo libro commentariorum Epiſtolæ ad Epheſios ita ſcripſerit: *Quærimus, quid ſit, quod ait Paulus, Secundum ſeculum Mundo eius. vtrum nam & aliud ſeculum ſit, quod non pertineat ad mundum iſtum, ſed ad mundos alios*, de quibus & Clemens in Epiſtola ſua ſic ſcribit: *Oceanus, & mundi, qui trans ipſum ſunt, &c.* Quam quidem ſententiam Origenes longè ante Hieronymum non minus piè, quàm eruditè explicauit ſecundo Periachon libro his verbis: *Meminit ſanè Clemens, Apoſtolorum diſcipulus, eorum, quos ἀντίχθονας Græci nominant, atq; illius partis orbis terræ, ad quam neq; noſtrorum quiſquam accedere poteſt, neq; ex illis qui ibi ſunt, quiſquam tranſire ad nos. quos & ipſe mundos appellauit, cum ait, Oceanus intranſibilis eſt hominibus, & hi, qui trans ipſum ſunt mundi, qui his eiſdem Dominatoris Dei diſpenſationibus gubernantur.*

Fertur etiam ſcripſiſſe Epiſtolas duas ad Iacobum fratrem Domini; ſed prior nõ poteſt eſſe Clementis: nam eius Epiſtolæ initio dicitur, D. Petrum eſſe mortuum, cum tamen D. Hieronymus De viris Illuſtribus dicat, D. Iacobum obijſſe anno ſeptimo Neronis, & D. Petrum anno quartodecimo eiuſdem Neronis. Accedit, quòd in aliquibus libris non habetur, Clemens ad Iacobum fratrem Domini, ſed, ad fratrem Domini, tantum: vnde poſſet facilè fieri, quod ad Simonem ſcripſerit, qui Iacobo ſucceſſit, & fuit ipſe quoque frater Domini; non autem ad ipſum Iacobum. Ita Eiſingrenius in prima Centuria. Ceterum, cum de hac Epiſtola dubitaretur, dubitationem, & huius ſolutionem conatus eſt Ruffinus eius Epiſtolæ interpres, ſic ſoluere. *Quidam* (inquit) *requirunt, quomodo cum Linus & Cletus in Vrbe Roma ante Clementem fuerint Epiſcopi, ipſe Clemens ad Iacobum ſcribens, ſibi dicat à Petro docendi Cathedram traditam, cuius rei hanc accepimus eſſe rationem: quòd Linus & Cletus fuerunt quidem ante Clementem Epiſcopi in Vrbe Roma, ſed ſuperſtite Petro videlicet: at illi*

*Epiſ-*

*Epiſcopatus curam gererent, ipſe verò Apoſtolatus impleret officium: ſicut inuenitur etiam apud Cæſaream feciſſe, vbi cum ipſe eſſet præſens, Zachæum tamen à ſe ordinatum habebat Epiſcopum, & hoc modo vtrumq; verum videbitur, vt illi ante Clementem numerentur Epiſcopi, & Clemens tamen poſt obitum Petri docendi ſuſceperit ſedem.*

At quoniam alibi Sedis Apoſtolicæ æmuli, ex ea Epiſtola Petrũ ita Clementi loquentem faciebant: *Et ex eo fit, vt tu, tamquam qui non docueris, quæ ad ſalutem hominum pertinent, deponaris:* Ioannes Turrecremata, præterquam quod non probat hanc Epiſt. eſſe Clemẽtis, loco (deponaris) legendum eſſe dicit (puniaris) ita tamen vt intelligatur, Pontificem nõ ab hominibus ſed à Deo eſſe puniendum.

Fertur præterea ſcripſiſſe Epiſtolas tres, & libros recognitionum (ſi tamẽ ſunt ipſius) decem, quos in Latinum vertit Ruffinus, vt Gennadius refert: Necnon Canones Apoſtolorum & Conſtitutionum Apoſtolicarum libros octo, & Itinerarium, & Liturgiæ Apoſtolicæ lib. 1. De Epiſtolis ceteris non conſtat, ſintne eius, nec ne, niſi quòd multa inde ſunt ſcripta in Decretis Pontificum, & præcipuè in diſt. 2. 5. 23. & 38. & 2. q. 1. & 7. & 11. q. 3. & 12. q. 1. & 16. q. 7. quod vetuſtatis eſt argumentum. Hęc verſio edita eſt Coloniæ ann. 1563.

Porrò Clementis Epiſtolæ ad Hebræos, verſionem recenſet Euſebius his verbis: *Conſtat, quòd Apoſtolus Epiſtolam ad Hebræos, tamquam Hebræis mittendam, patrio ſermone conſcripſerit; &, vt quidam tradũt, Lucam Euangeliſtam, alij autem hunc ipſum Clemẽtem interpretatum eſſe. quod & magis verum eſt: quia & ſtylus ipſe Epiſtolæ Clementis cum hoc concordat, & ſenſus nimirum vtriuſq; ſcripturæ plurimam ſimilitudinem ferunt.* Hæc Euſebius. Clemens verò Alexandrinus fragmentum ex Epiſtola Clementis ad Corinthios recitat, non diſſimile his, quæ in vndecimo capite Epiſt. ad Hebr. habentur. Clem. Alex. lib. 4. Strom.

Clemens Recognitiones (vt rectè adnotat Sixtus Senenſis) quæ Græcè inſcribuntur Ἀνάγνωσις, ſiue Ἀναγνώρισμος, ideſt *Recognitio*, vel Ἀναθεωρισμὸς, quod eſt *Reuiſio*, quidam duplici partitione diſtinguunt, nempe in decem priores, & decem poſteriores libros. In prioribus, qui nunc à nobis deſiderantur, Clemens ex præcepto Petri collegit, quæcunq; Petrus apud Cæſaream Palęſtinæ tribus continuis menſibus diſſeruit, & ad Iacobum fratrem Domini tranſmiſit. Horum argumenta ſingula in tertio poſteriorum Recognitionum, quæ nunc habentur, volumine, his planè verbis ſcripta leguntur. Lib. 2. Bibl. Sanctæ.

Primus Recognitionum liber agit de vero Propheta, & de proprietate intelligentiæ legis, ſecundum id, quod Moyſis traditio docet.

Secundus, de principio, vtrum vnum ſit, an multa: & quod ignoret Hebræorum Lex, quid ſit immenſitas.

Tertius, de Deo, & de his, quæ ab eo ſunt inſtituta.

Quartus, quòd cum multi dicantur Dij, vnus tantum ſit verus Deus, ſecundum teſtimonia Scripturarum.

Quintus, quòd duo ſunt cœli: quorum vnum ſit hoc viſibile firmamentum, quod & tranſibit, aliud verò æternum, & inuiſibile.

Sextus, de bono & malo; & quòd bono cuncta ſubijciantur à Patre: malum autem quære, quo modo, & vnde ſit: & quòd cooperetur quidem bono, & quæ ſigna boni, quæ verò mali: & quæ ſit differentia dualitatis, & coniugationis.

Septimus, quæ proſecuti ſunt duodecim Apoſtoli apud populum in Templo.

Octauus, de verbis Domini, quæ ſibi videntur eſſe contraria, & non ſunt: & quæ ſit horum abſolutio.

Nonus, quòd lex à Deo poſita eſt iuſta, & perfecta, & quæ ſola poſſit facere pacem.

Decimus, de natiuitate hominum carnalium, & de generatione, quæ eſt per Baptiſmũ: & quæ ſit in homine carnalis ſeminis ſucceſſio: & quæ animæ eius ratio, & quomodo in ipſa eſt libertas arbitrij: quæ quoniam non eſt ingenita, ſed facta eſt, immobilis à bono eſſe non poterat.

Hæc igitur ſunt argumenta Recognitionum, quæ Clemens refert ſe in Vrbe Cæſarea ſcripſiſſe de his, quæ à Petro in eadem Vrbe ſunt acta. Hos libros magna ex parte fuiſſe ab hæreticis contaminatos, teſtis eſt Ruffinus, qui in Apologia Origenis hæc ſcripta reliquit: *Clemens, Apoſtolorum diſcipulus, libros edidit, qui Græcè appellantur* Ἀναγνωρίσμος, *id eſt Recognitio: in quibus cum ex perſona Petri Apoſtoli, doctrina quaſi verè Apoſtolica in quamplurimis exponatur, in aliquibus ita Eunomij dogma ſcribitur, vt nihil aliud quam ipſe Eunomius diſputare credatur. Filium Dei creatum ex nullis extantibus aſſeuerans. tum etiam illud adulterij inſeritur genus, vt natura Diaboli, ceterorumq; Dæmonum, non propoſiti, voluntatiſq; malitia, ſed excepta, ac ſeparata creatura produxerit qualitas. Sunt & alia nonnulla libris eius inſerta, quæ Eccleſiaſtica regula omnino non recipit, quæ peruerſi homines ad aſſertionem dogmatum ſuorum, ſub virorum Sanctorum nomine, tamquam facilius credenda*

*inſer-*

*inſeruerunt; quæ ille nec ſenſiſſe, nec ſcripſiſſe credendus eſt.* Hæc Ruffinus. Sed ante Ruffinum Euſebius lib.3.hiſt.Eccleſiaſticæ,c.38.& Epiphanius hæreſi 38. idem ſcripſerunt. Meminit etiam horum librorum Hieron.lib.2.aduerſus Ruffinum. In quibus autem locis fuerint corrupti hi libri, indicatum eſt à Patribus antiquis. Nimirum, in articulis de Diuinitate, alijſque ſimilibus. Corruptelam autem in articulo de libertate arbitrij nullus veterum vnquam notauit, vt rectè inquit Bellarm. Cardin.lib.5.de gratia & libero arbitrio, cap.25.

Sanè verò,quæ dicuntur in ijs libris de libero arbitrio,eadem repetuntur paſſim ab alijs patribus,vt neceſſe eſſet,omnes omniũ Patrum libros eſſe deprauatos, ſi libri iſti Recognitionum in hoc articulo deprauati cenſendi eſſent.

Addit ibidem Bellarminus Card.Manifeſtè conſtare non eſſe corruptos ijs in locis, vbi defenditur libertas arbitrij. Nam ante Ruffini ætatem, qui hos libros Latinos fecit, nulli fuerunt hæretici,qui libero arbitrio nimis multum tribuerent, quod poſtea fecerunt Pelagiani: multi autem hæretici fuerant, qui negauerant liberum arbitrium, vt Simon Magus,Manichæus, & alij. Itaque, ſi in his libris negaretur liberum arbitrium, ſuſpicari poſſemus, inſertam fuiſſe eam doctrinam à Manichæis, vel alijs eiuſmodi hæreticis: at liberi arbitrij confeſsionem non poſſumus vlli hæretico illius temporis aſcribere.

Ceterum Clementis Recognitionum libri decem poſteriores, quos nũc habemus ſub titulo,Recognitionum Clementis ad Iacobum fratrem Domini,& quorum initium eſt, *Ego Clemens in Vrbe Roma natus*,creduntur eſſe illi, quos Gennadius teſtatur tranſlatos à Ruffino;cuius etiam præfatio habetur in principio totius operis,in qua ſiue Ruffinus, ſiue alius quiſpiam ſub nomine Ruffini,ita de ratione tranſlationis ſuæ ad Gaudentium Epiſcopum ſcribit: *Aequum eſt ſanè tibi, qui hæc etiam Græcè legeris,ne fortè in aliquibus minus à nobis ſeruatum tranſlationis ordinem putes, interpretationis noſtræ indicare conſilium.Puto,quòd non te lateat,Clementis huius in Græco eiuſdem operis* Αναγνώσεων, *hoc eſt Recognitionum,duas editiones haberi,& duo corpora eſſe librorum,in aliquantis quidem diuerſa,in multis tamen eiuſdem narrationis. Deniq; pars vltima huius Operis, in qua de transformatione Simonis refertur,in vno corpore habetur,in alio penitus non habetur.Sunt autem & quædam in vtroque corpore de ingenito Deo,genitoq́; differta,& de alijs nonnullis;quæ, vt nihil amplius dicam,exceſſerunt intelligẽtiam noſtram.Hæc ergo, tamquam quæ ſupra vires meas eſſent, alijs reſeruare malui,quàm minus plenas proferre.In ceteris autem,quantum potuimus, operam dedimus, non ſolum à ſententijs,ſed ne à ſermonibus quidem ſatis elocutionibuſq; diſcedere. Quæ res quamuis minus ornatum,magis tamen fidele narrationis reddit eloquiũ.Hæc Ruffinus de editione horum voluminum;quorũ argumenta hic libet ſubſcribere, vt ex collatione ipſorum cum ſuperioribus priorum Recognitionum argumentis appareat, quantum ſit vtriuſq; Operis diſcrimen.*

*Primus itaq; liber continet educationem Clementis in Vrbe Roma,ac veritatis ſtudium;Barnabæ aduẽtum ex Iudæa in Vrbem; Clementis cum Barnaba initam ſocietatem; vtriuſq́; nauigationem in Palæſtinã, & vtriuſq; ingreſſum in Cæſaream ad Petrum Apoſtolum;Petri item cum Clemente colloquium:in quo paucula quædam de vero Propheta teſtatur Clemens ſe ex Petro audiuiſſe, eaq́; litteris vnico volumine mandaſſe.Additur in fine breuis decurſus hiſtoriarum Veteris Teſtamenti.*

*Secundus, referente Niceta,narrat Simonis Magi quæ ab eo oſtentabatur,ſapiẽtiam,eloquentiam,miracula,genus,parentes,item aliqua de poteſtate Dæmonum in homines,tum etiam primam Petri diſputationem cum Simone in eadem Vrbe habitam: in qua paucis admodum verbis oſtenditur, vnum eſſe Deum Mũdi auctorem,& non plures.*

*Tertius refert ſecundum Petri cum Simone eadem in Vrbe congreſſum, in quo nonnulla de libero arbitrio diſſeruntur; quæritur quoq;, cur Deus non fecerit hominem impeccabilem;cur cœlum factum ſit, quod igne reſoluendum ſit; vtrum mundi corde Deum videbunt; & vtrum anima immortalis ſit; deniq; Simonis à ſuis deſertionem,fugamq; ipſius ex Cæſarea in Syriam deſcribit.*

*Quartus, profectionem Petri,& Clemẽtis, ex Cæſarea Doram, Ptolemaidem,Tyrum, Sidonem, Berithum,eorumq; ingreſſum in Tripolim;qua in Vrbe Petus hyemauit.recitat etiam Petri concionem in eadem Vrbe habitam,in qua breuis eſt decurſus ætatum Mundi ab eius creatione vſq; ad Chriſtum.*

*Quintus habet Concionem aliam Petri in eadem Vrbe.*

*Sextus ſimiliter aliam,in eadem Vrbe Petri concionem.*

*Septimus,egreſſum Petri ex Tripoli,& perfectionem eius primum in Hortoſiadam,deinde Antaradum, deinde ad inſulam Aradum ad videndas columnas vitreas immenſæ magnitudinis. refert quoq;, matrem Clementis in eadem inſula à Petro repertam, & tum primum à filio Clemente agnitam. enauigat iterum Petrus ex inſula Aradum in Antaradum: inde pedeſtri itinere Balaneas ſe confert: deinde Pathon, & Gabalam pertranſit: deniq; Laodiceam deuenit,vbi primum Clemẽs Fauſtum,& Fauſtinianum,fratres ſuos, recognoſcit,*

*In octauo libro Petrus in loco ſecretiori portus Laodiceæ diſputat aduerſus ſenem quendam Mathematicum, aſſerentem, omnia fato regi.*

*Nonus eandem proſequitur diſputationem aduerſus Mathematicos, qui dicunt, omnia ſtellarum impulſibus euenire.*

*Decimus, narrat tranſmutationem Simonis Magi in Fauſtinianum fratrem Clementis: Deinde nõnulla addit de genealogia Deorum gentilium. Poſtremò digerit diſceſſum Petri ex Laodicea, & aduentũ eius in Antiochiam: qua in vrbe populus ei cathedram tradidit docendi.*

Tot igitur ſunt poſteriorum Recognitionum volumina, de quibus, vt liberè pronũciem quid ſentiam (inquit Sixtus) ſuſpicor non eſſe Clementis: nam præterquã quòd multa in ipſis ſub perſona Petri Apoſtoli ex intima Platonis, & Ariſtotelis Philoſophia referuntur, duo quoque integra folia recitantur ex perſona Petri in nono libro huius Operis, ad verbum tranſcripta ex libro De fato aduerſus Abydam Aſtronomum, Bardeſanis Syri, qui (teſte Epiphanio) claruit ſub Marco Imperatore annis ſeptuaginta poſt mortem Clementis; quam etiam Bardeſanis ſcripturam Euſebius in ſexto libro de Euãgelica pręparatione, iiſdem planè verbis recitat, nec vna quidem immutata dictione. Sunt quoque in his libris pleraq; incerta, multa fabuloſa, nonnulla inſuper Catholicis dogmatibus aduerſantia. Ex quibus Iacobus Archiepiſcopus Genuenſis nonnulla annotauit in vita Clementis, à ſe in libro annuarum feſtiuitatum inſerta.

Addit Sixtus Senenſis, à Clemente ſcriptum eſſe Apoſtolicam illam Liturgiam, de qua Proclus Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus in libello De traditione Miſſæ Diuinæ, hæc verba exarauit: *Multi quidem, & alij Diuini Paſtores, qui Apoſtolis ſucceſſerũt, ac Eccleſiæ Doctores, ſacrorum illius Diuinæ Miſſæ myſteriorum rationem explicantes, ſcriptis mandatam Eccleſiæ tradiderunt; in quibus primus & clariſſimus eſt beatus Clemens, ſummi illius Apoſtolorum diſcipulus ac ſucceſſor: qui ſacroſancta illa myſteria, à ſanctis Apoſtolis ſibi reuelata, in lucem edidit.* Nicolaus, Methonenſis Epiſcopus, in libro de veritate corporis Chriſti in Sacramento Altaris, profert ex hac Liturgia præfationem quandam, qua Græci vtuntur ad conſecrationem Sacramẽti Euchariſtiæ; in qua poſt illa verba Dominica. *Hoc eſt Corpus meum,* Et, *Hic eſt Calix, &c.* quibus vera fides Catholica docet, panem & vinum tranſmutari in Corpus & Sanguinem Chriſti, adduntur hæc verba deprecatoria: *Tu, qui nullius indiges, Deus, mittere digneris Sanctum Spiritum tuum ſuper hoc Sacrificium, vt efficiat panem hunc corpus Chriſti tui, & calicem hunc ſanguinem Chriſti tui. Amen.* Quæ verba Marcus Epiſcopus, in libro De ſanctificatione Diuinorum donorũ, & Nicolaus Cabaſilas in libro de interpretatione Miſſæ, ita voluerunt eſſe ad formam conſecrationis neceſſaria, vt ſine eis, verba Chriſti à Sacerdote prolata, nihil ad Sacramẽti conſecrationem proficerent: quibus occurrens Beſſarion, Patriarcha Conſtantinopolitanus, in libro De Sacramento Euchariſtiæ, inquit, quòd verborum Clementis auctoritas facilè poſſet eludi, vt ex apocrypha ſcriptura deducta; non eſſe tamen ſpernendam, quia eiſdem verbis vſi ſunt in ſuis Liturgijs Iacobus frater Domini, Baſilius, & pręſertim Chryſoſtomus, qui poſt Dominica tranſmutationis verba, à Sacerdote recitata addit. *Fac panem iſtum precioſum corpus Chriſti tui, & quod eſt in calice iſto, precioſum ſanguinem Chriſti tui, permutans ſancto Spiritu tuo. Amen.* Quæ ſanè verba formam, ac vim continere videntur trãſmutandi panem & vinum in corpus & ſanguinem Chriſti. Ob id igitur, vt talis tollatur hæſitatio. *Sciendum eſt,* inquit, *corpus Dominicum duplex eſſe, verum ſcilicet, atq; myſticum; & illud quidem ipſius Domini verbis, cuius corpus eſt, confici; hoc verò, quod ipſi ſumus, ſuperadditis vel Clementis, vel Baſilij, vel Cryſoſtomi verbis, precibuſq; compleri: quibus poſt conſecrationem myſterij, Sacerdotes ſupplices orant, vt per dignam Euchariſtiæ ſumptionem, idem cum Chriſto corpus efficiamur. Quod facilè eſt intelligere, ſi quis Miſſas à prædictis Patribus editas, diligenter animaduertat.* Hæc Beſſarion. Cuius ſententiam confirmans Chryſoſtomus in Homilia de Iuda proditore, manifeſtè fatetur, panem verti in corpus Dominicum, virtute huius ſermonis Chriſti, *Hoc eſt corpus meum,* à Sacerdote prolati.

De Canonibus autem Apoſtolicis à Clemente conſcriptis cum duæ incidant quęſtiones, quarum altera ad auctoritatem, altera ad numerum eorum attinet, ſciendũ eſt à Tertulliano aduerſus Praxeam, ſcribi, eos eſſe nobis per manus traditos. Athanaſius autem eoſdem numerat inter agiogrepha. Damaſcenus libro quarto, illos in canone ſcripturarum ponit, & Synodus Trullana, canone ſecundo, recipit octogintaquinque canones Apoſtolorum. Ac Eccleſia Catholica non recipit niſi quinquaginta priores canones, vt teſtatur Humbertus; & habetur hoc teſtimonium ſub nomine Leonis IX. apud Gratianum. Idem teſtatur Hincmarus, qui à Papa Hadriano dicit traditos nobis eſſe ſolum quinquaginta canones Aopoſtolorum. Hinc Vrbanus II. Pont. Max. in Epiſtola ad Præpoſitum S. Vincentij ſcripſit, canones Apoſtolorum integrè quidem à Græcis, ex parte autem

Canones Apoſtolici.

De quibus vide, quę Baro. To. 2. Annal. ſub ann. 102. copioſè tradidit.

Humbertus, lib. 2. Nicet. 16. diſt. c. Clementus.

Vide hoc teſtimonium apud Turrianum li. 1. pro Epiſtolis Decretalibus c. 15. 32. diſt. c. præter. Gelaſius, 15. diſt. c. Sancta Romana. Leo IX. 16. d. c. Clementis. Iſidorus, 16. d. c. Canones.

à Latinis recipi, quia nimirum ex octogintaquinque canonibus, ſolum quinquaginta Latini recipiunt. Extat huius rei teſtimonium Vrbani apud Gratianum. Deniq; in antiquis codicibus Conciliorum non inueniūtur niſi quinquaginta priores canones. Quare quòd Gelaſius, Leo IX. & Iſidorus, hos canones tamquam ab hæreticis corruptos reijciant, intelligendum erit de libro, in quo ſunt octogintaquinque canones; idque propter admixtionem canonum adulterinorum, quales ſunt, canon ſexageſimusquintus de ieiunio Sabbathi, & ſexageſimusſeptimus de baptizatis ab hęreticis, & octogeſimusquartus de canone ſcripturarum, & alij fortaſſe nonnulli. Neque verò hoc loco tanti facienda eſt eorum defenſio, à noſtro Franciſco Turriano, magni zeli, atque eruditionis viro ſuſcepta, vt memoratas tantorum Patrum auctoritates non anteponamus: Is enim non probat ſingulos canones eſſe legitimos, ſed ſolum in genere aliquos eſſe canones Apoſtolorum: quibus ſanè, qui ſunt legitimi, plurimū deferendum eſt: hi verò à Clemente publicati, non ſunt Apoſtolorum ſcriptura, ſed traditiones ſine ſcripto, ab ipſis in Eccleſia relictæ (ſic eos appellat Synodus Gangrenſis antiquiſſima, in peroratione) de quibus & idem Clemens libris conſtitutionum Apoſtolicarum, citatus ab Epiphanio, & veteribus compluribus.

Lib. 2. Bibl. Sanctæ.

Ceterum & Sixtus Senenſis de ijs ſic ſcribit: *Iſidorus tantum quinquaginta recenſet: ſexta Synodus, canone ſecundo, probat octogintaquinque, tametſi non ſint niſi octogintaquatuor; ſed duodecimus Latinus, eſt in codice Græco in duos diuiſus. Zepherinus, quingentis annis quinta Synodo prior, ſexaginta tantū canones admittit. Leo XI. trecentis & quinquaginta ferè annis poſterior ſexta Synodo, in Epiſtola ad Michaelem Patriarcham totidem enumerat. In vltimo Apoſtolorum canone recipitur Ioannis Euāgelium, quod ſcriptum fuit ſub Nerua; canones verò, viuente Petro, qui longè antea ſub Nerone occiſus eſt, dicuntur editi, ſicut ex vigeſimooctauo canone elicitur; in quo ſcriptum eſt: A me Petro. Hoc autem valde videtur abſurdum. Niſi dicamus, particulam illam de approbatione Euangelij Ioannis, ex libri margine, cui ab aliquo ſciolo addita fuerat, irrepſiſſe in textum. Sunt etiam in his ſanctionibus quædam, quæ cum præſentibus Eccleſiæ dogmatibus non conueniant, veluti canone ſexageſimoſecundo, quo iubetur, comedentes carnes cum ſanguine, deponi. Et canone quinquageſimoſexto, quo ieiunium tam Dominicæ, quàm Sabbathi prohibetur. Sunt qui arbitrentur, hos canones à Nicolaitis hæreticis contaminatos, & alijs multis apocryphis reſperſos.*

Cæterum Clementis Odeporicon ſiue Itinerarium, Athanaſius in Synopſi, & Leo Papa in Epiſtola contra Nicetem, ſcriptis apocryphis annumerant; & Gelaſius diſtinctione quintadecima, inter libros recenſet ab Eccleſia reprobatos, inquiens: *Itinerarium Petri Apoſtoli ſub nomine Clementis libri octo, apocryphum eſt.* Hoc Tritemius partitur in libros decem, quorum initium eſt: *cum in vrbe Roma, &c.* Suſpicor (inquit Sixtus Senenſis) hoc opus illud idem eſſe, quod apud aliquos auctores Peregrinationes, ſiue Circuitiones, vel Circuitus Petri inſcribitur: de quibus Epiphanius libro primo Panarij hæreſin Ebionis confutans, hæc ait: *Vtuntur Ebionei & alijs libris, nimirum Circuitionibus Petri appellatis, per Clementem ſcriptis, multa corrumpentes in ipſis, & pauca vera relinquentes, velut ipſe Clemens ipſos per omnia redarguit in Epiſtolis, quas ſcripſit, Encyclicis, quæ in ſanctis Eccleſijs leguntur: quia alium habet characterem fides ipſius & ſermo ab his, quæ ab illis ſub nomine ipſius in Circuitionibus corrupta ſunt.* Hæc Epiphanius de Circuitionibus, ſiue Itinerario. Quod quidem videtur, idipſum eſſe ſupra memoratum Recognitionis poſterioris Opus, tali titulo à librarijs exornatū, & Ruffini Pręfatiōe aut cōficta aut aliūdè petita transformatū; vt hoc fuco volumen, ſub Itinerarij nomine dānatū, commendabile redderent apud emptores tam ex Recognitionum gratiore inſcriptione, quàm ex interpretis Ruffini auctoritate. Fecit autem, vt id credatur, ipſe numerus, & cōtextus librorum; in quibus à capite vſque ad calcem nihil ferè aliud enarratur, quàm Petri & Clementis peregrinatio ex Italia in Palęſtinam, & ex Palęſtina vſque in Antiochiā per ſingulas vrbes & loca, quæ ſunt inter Cæſaream Palęſtinæ, & Antiochiam. Huc accedit, quod Iacobus, Archiepiſcopus Genuenſis, qui hanc ipſam peregrinationem in vita Clementis conſcripſit, teſtatur ſe eam ſummatim collegiſſe ex Itinerario Clemētis apocrypho: quod ſanè indicat, libros Recognitionum, & Itinerarium Clementis, idem eſſe Opus. Hoc autem aliquot ante annos S. Romanæ Inquiſitionis officium in Indice damnatorum ab Eccleſia librorum adſcribi iuſſit.

Clementis librum de Petri aduerſus Appionem diſputatione, citat Hieronymus in Catalogo, inquiens: *Fertur & diſputatio Petri, & Appionis longo ſermone conſcripta, quam Euſebius in tertio Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ volumine coarguit.* Habetur autem hic locus à Hieronymo citatus, apud Euſebium cap. 38. libri tertij, his verbis: *Sed & alia Opuſcula Clementis non minima à nonnullis haberi prohibentur, velut Petri, & Appionis diſputatio, quæ in vſu à veteribus habita minimè reperitur; quia nec pura in eis, & incorrupta Apoſtolicæ fidei regula manſiſſe deprehenditur.*



Digitized by Google

Clementis Hiſtoriarum libri ſex, à Beda presbytero in libro De temporum ratione citantur in hęc verba: *Sanctus Clemens, Apoſtolorum diſcipulus, & Romanæ Eccleſiæ tertius poſt Petrũ Epiſcopus in ſexto Hiſtoriarum ſuarum libro ita ſcribit: In principio fecit Deus cœlum, & terram. Spiritus autem iuſſu Dei, quaſi ipſa conditoris manu, lucem ſeparauit à tenebris, & poſt inuiſibile cœlum, iſtud viſibile produxit, vt ſuperiora quidem habitacula faceret Angelis, inferiora verò hominibus.*

Clementis Opus De reſponſionibus Petri ad interrogata Tripolitanorum, de quo nihil eſt, quod certi referatur; niſi quòd in quinto Recognitionum volumine ſcriptum eſt, Clementem pluribus libris huiuſmodi interrogationes vnà cum Petri reſponſionibus collegiſſe.

Clementis Epitomes Κηρυγμάτων τοῦ Πέτρυ hoc eſt, *Prædicationum Petri Apoſtoli*, mentionem fecerunt Clemens Alexandrinus ſexto Stromatum libro, & Origenes eius diſcipulus Tom. 13. in Euangelium Ioannis, proferentes ex ipſo fragmenta aliquot.

Porrò Clementis Epiſtola quintadecima aut non eſt eius, aut non ab aliquo valde corrupta, Primum enim initio Epiſtolæ fingitur Clementem Romanum Epiſcopum ſcribere fratribus habitantibus in Hieruſalem cùm Iacobo. At Iacobus obijt ſeptennio ante Petrum, nec niſi poſt eum Clemens fuit Pont. Rom. vt conſtat è Hieronymo De viris Illuſtribus atque adeo ex hiſtoricis omnibus, qui res Eccleſiæ conſcripſerunt. Deinde laudat fictitius iſte Clemens communionem vxorum. Quod quidem Nicolai hereſiarchæ, non autem Clementis dogma fuiſſe, extra controuerſiam eſt. Denique totus locus de communione rerum & vxorum tranſlatus eſt in hác Epiſtolam è decimo Recognitionum libro, in quo eadem hæc ſecundum Philoſophiam Platonis dicuntur à Fauſtiniano Ethnico inſerta, quæ ab ipſo S. Clemente refelluntur. Quis igitur credat (inquit Card. Bellarm. lib. 3. De bonis operibus ca. 11.) ea ipſa à S. Clemente tradita fuiſſe Chriſtianis in illa Epiſtola, quæ ipſe idem alibi ab Ethnico diſputata refutauit?

At quid denique de Clemẽtis Romani Operibus Photius in ſua Græca Bibl. ſcriptum reliquerit, eſt, quod ſequitur, à nobis Latinum factum è Græco. *Perlecta ſunt etiam à nobis Clementis Romani librorum duo volumina, quorum alterum Conſtitutiones Apoſtolorum vna cum Clemẽte inſcribitur, quo in opere ſimul cum reliquorum Canonum in varijs Synodis conditorum collectione, etiam ipſi qui inſcribuntur Apoſtolorum Canones continentur, alterum in forma Epiſtolæ dedicatoriæ ad Iacobum fratrem Domini compoſitum eſt. in quo & quæ dicuntur Acta D. Petri Apoſtoli, & contra Simonem Magũ diſputationes habẽtur. Præterea Recognitio Clementis, & patris, & reliquorum fratrum ibi narratur. Ideò in quibuſdam codicibus inſcriptio hæc legitur.* Clemẽtis Romani Recognitionum libri. *In alijs autem, vt diximus. Epiſtola tamquam ad Iacobum fratrem Domini præponitur, & hæc quidem non tamquam ab vno profecta eſſe dicitur: Nam in quibuſdam libris, quaſi eſſet ab Apoſtolo Petro ad Iacobum tranſmiſſa, conſcripta eſt, in alijs verò quaſi à Clemente ad ipſum Iacobum directa eſſet: diuerſæ autem ſunt hæ Epiſtolæ, ſicut diximus. Nam altera quidem ſignificat Petrum, qui ſua ipſe geſta conſcripſerat, illa ad Iacobum eiuſdem rogatu mittere; altera verò aſſumit, quaſi Clemens ex præcepto Petri eas conſcripſerit, & illo ad immortalem vitam tranſlato ad Iacobum miſerit. Ex his autem conijcere licet, fuiſſe duas Actorum D. Petri editiones promulgatas. Cum autem procedente tempore altera periſſet, vim obtinuit Clementis editio, quaſi ſuperior. In omnibus enim, quos vidimus, libris, qui ſanè multi fuerunt, poſt Epiſtolas illas diuerſas, & inſcriptiones ſine vlla diſcrepantia eandem inuenimus Tractationem, quæ incipit. Ego Clemens, & quæ ſequuntur poſt illa, ordine. Hæc autem tractatio infinitis penè abundat erroribus, & iuxta impij Arij impietatem etiam in filium voces blaſphemas, & contumelioſas vomit. Conſtitutiones autem tribus tantum culpis obnoxiæ videntur. Nam primo in eis multa ficta malitioſè inſerta ſunt, quæ facilè eſt à bonis, veriſque ſecernere, præterea in Deuteronomium multa etiam contumelioſè dicta effutit, quæ facile eſt diluere. Denique in Arianiſmum quoque, quantum quiſque alius, violenter impingit. Et liber quidem Actorum, ſplendore, ac grauitate orationis & puritate & æquabilitate, & reliquis orationis virtutibus, & rerum varietate tantum habet, in quo excedat eiuſdem Conſtitutiones, vt nullam comparationem inter ſe, & cum alijs eiuſdem Auctoris ſermonibus poſſint admittere: Reliqua ſunt facilia.* Hæc Photius.

Clemens IIII. Pontifex Maximus, Guido antea vocatus, natione Gallus Iureconſultorũ peritiſſimus, qui bona Eccleſiæ ita accuratè adminiſtrauit, vt plus Deo quàm affinitati, & cognationi tribueret, Eduigem Poloniæ Reginam in ſanctarum numerum retulit, eiuſque vitam, & miracula conſcripſit.

Clemens V. *Raimundus*, ſiue *Bernardus de Goth* antea vocatus Bertrandi equitis filius, natione Gallus, Aquitanus, & olim Epiſcopus Burdigalenſis, licet eſſet extra Collegium Cardinalium, Peruſij priuilegio Pentecoſtes, Nonis Iulij an. 1305. Pont. Max. omnium ſuffragijs renuntiatus, Viennenſe concilium coegit: codicem clementinarum edidit, ſermones ad populum habitos ſcripſit.



Digitized by Google

CLEMENS VI. Gallus, Patria Lemouicenſis ex monacho Benedictino Pontif. Max. multa ſcripſiſſe fertur: quorum hæc ſunt præcipua.

De Canonizatione Sancti Iuonis, quem ipſe in SS. numerum retulit. Vide Suriũ To. 3. ad diem 19. Maij. De approbatione Caroli Regis. Sermonum lib. 1. De collatione, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

Miſſam pro mortalitate, *Recordare Domine teſtamenti tui.* Extant Romæ in Bibliotheca Vaticana, Epiſtolarum, & Decretalium eius plura volumina m.ss. quæ aſſeruantur in cubiculo ſecretiori, quod eſt ad læuam, ingredientibus Bibliothecam.

CLEMENS Spalentia Regulam educationis filiorum edidit excuſam, Venetijs anno Domini 1549.

CLEMENTINARVM Breuiarium, vide in verbo, Ioannes Vanquel.

CLERI Piſani ad Hugonem Etherianum Epiſtola, in Tomo nono Bibliotheca Sanctorum Patrum.

CLVPIACENSE Concilium ſub Clodoueo Rege an. Dom. 662. Regni autem Clodouei decimoſexto (& Clypiacum eſt Villa in tractu Pariſienſi) omnium propemodum gẽtis Francorum Epiſcoporum. Adfuit ipſe Clodoueus. Actum eſt de priuilegio Regio monachorum S. Dionyſij. Vide Aimoinum, li. 4. c. 41. qui & refert orationem, quam habuit Clodoueus, & Acclamationem ibidem conſecutam.

## C OE

Vide in verbo, Neſtorius, qui & Neſtor dictus eſt.

COELESTINVS Pont. Max. Decreta Synodi aduerſus Neſtorium, ſiue *Neſtorem* dictauit, eademque deſcripta ad Orientis, & Occidentis Eccleſias miſit, confirmans duabus in Chriſto manentibus perfectè naturis, vnam filij Dei credendam eſſe Perſonam: cui fidei Neſtorius, aduerſabatur. Quin etiam Xyſtus Cœleſtini ſucceſſor ad ipſummet Neſtoriũ, atque ad Orientis Epiſcopos aduerſus errorem ipſius ſuccidendum ſententias (vt ait Gẽnadius) direxit. At Suffridus Petrus in Notis ad illum ita. *M.S. codices, ſicut & Tritemius, & Honorius hunc ſcriptorem vocant, non Xyſtum, ſed Cœleſtinum: quam lectionem veriorem eſſe ex hoc eodẽ capite infrà manifeſtè patet, vbi hic idem Cœleſtinus, & eius ſucceſſor Xyſtus vocatur: ſanè & Tritemium legiſſe hic Cœleſtinum, ex eo conſtat, quod hæc opera Cœleſtino, non autem Xyſto tribuit, quæ Gennadius hic refert; quam rem etiam ipſa hiſtoriæ veritas approbat, cum certum ſit, tertiam Synodum Epheſinam, in qua Neſtorius eſt condemnatus, ſub hoc Cœleſtino primo & Theodoſio iuniore Imp. fuiſſe congregatam, & huic Cœleſtino immediatè Xyſtum III. ſucceſſiſſe.*

COELESTINVS qui & Petrus Cœleſtinus dictus eſt, Pont. Max. inter ſanctos relatus an. Dom. 1313. à Clemente Papa V. Conſtitutionem vnam edidit licere Pontifici Rom. abdicare ſe Magiſtratu, vt habet Petrus Bugianus in colloquio primo hiſtoriæ ſuæ monaſticæ, & Arnoldus in Ligno vitæ.

L. COELII Lactantij Firmiani, Diuinarum inſtitutionum, libri ſeptem. De ira Dei alius. De officio Dei, libri duo, ſtudio Michaelis Thomaſij emendati, cum Notis eiuſdẽ & Græcarum vocum Latinæ interpretatione. Antuerpiæ apud Chriſtophorum Plantinum 1568. & 1570. ibid. Vide reliqua in verbo, Lactantius.

COELIVS, ſiue Caius Sedulius (ait Tritemius) presbyter, natione Scotus, Hildeberti Scotorum Archiepiſcopi ab ineunte ætate diſcipulus, vir in Diuinis ſcripturis exercitatus, & in ſecularibus literis eruditiſſimus, carmine excellẽs, & proſa; amore diſcendi, Scotiã relinquens, venit in Galliam, deinde Italiam perluſtrauit, & Aſiã, poſtremò ex Achaię finibus excedens, in Vrbe Romana mirabili doctrina clarus effulſit. Hic tandem (vt Sigebertus ſcribit) Epiſcopus ordinatus fuit, ſed cuiuſnam ciuitatis non exprimit. Claruit ſub Theodoſio, an. Dom. 430. ſcripſit autem.

Paſchale Opus, ſiue Mirabilium Diuinornm, Heroico Carmine, in quinque libros diſtributum, hoc eſt, De Chriſti Ieſu miraculis. Adiecit hymnos. Quæ omnia extat in Bibliotheca SS. Patrum.

Reliquit etiam Commentariorum, ſiue potius Annotationum in omnes Pauli Epiſtolas ſoluta oratione lib. 14. ex Origene, Ambroſio, Hieronymo, & Auguſtino nominatim citatis collectos; quorum initium eſt. *Sciendum eſt, quòd in hoc Proœmio.*

COELII Pannonij Collectanea in Apocalypſim D. Io. edita ſunt Pariſijs an. 1571.

## C O G.

COGITOSVS, qui de S. Brigida Virgine Scota ſcripſit, ſiue eius Nepos (quod illemet innuit, ſiue quod proximus ijs temporibus vixerit (prolatus & ipſe fuit in lucem ab Henrico

Digitized by Google

rico Caniſio,intextuſq; Tom.5.Antiquæ Lectionis Ingolſtadij,an.1604.Is verò Cogitoſus in Prologo ait: *Pauca de pluribus,à maioribus,& peritiſſimis tradita,ſine vlla ambiguitatis caligine, ne inobedientiæ crimen incurram,patefacere cenſeo.* In fine autem inquit: *Quas nos virtutes nō ſolum audiuimus,ſed etiam oculis noſtris vidimus.*Et quipem S. Brigidæ huius meminere Beda, Vſuardus,Ado,Baron.Card. qui Acta à Cogitoſo conſcripta laudat, Multa autem habet Syluester Giraldus Cambrenſis,in topographia Hyberniæ.

## COL

COLLECTANEA incerti Auctoris de Fide volumina quinque ex varijs Auctoribus referuntur à Photio in ſua Bibl.Græca.

COLONIENSIS cleri ſecundarij, & Deputatorum Vniuerſitatis Iudicium , de Doctrina , & Oratione Martini Buceri ad Bonnam, coloniæ apud Melchiorem Noueſianum 1543.

COLONIENSE Enchiridion,quod ante aliquot annos fuit euulgatum,non ſolum in Tractatu de iuſtificatiōe,verum etiam in pluribus alijs cenſura Eccleſiaſtica dignum eſſe videtur: certè in modo loquendi doctrinam Melanchthonis,& Buceri valde redolet.Sic enim & Card.Bellarm.c.2.de Iuſtificatione lib.3.& c.3.eiuſdem libri,vbi oſtendit à Tridentina Synodo condemnari eius errorem.Seſſ.6. Can.13.

COLONIENSIS Eccleſiæ,& Synodi Diœceſanæ ſtatuta,ſiue Decreta coloniæ 1599. Collegij autem Theologici ibidem paucos ante annos extructi pro Orthodoxæ Religionis conſeruatione Deſcriptio,ibid.an.1578.

COLVCIVS Pierus Florentinus à ſecretis Vrbani V.& Gregorij XI.Pontt.Maxx.ſcripſit de vera religione ad Hieronymum Vranum Camaldulenſium Generalem,lib. 2.qui m.s.Florentiæ in Bibl.S.Marci,& in Bibl.Nicolai Gadij aſſeruantur Diſputationem, Nū medicina ſit pręſtantior Iuriſprudentia:quare & hunc librum prænotauit.*De nobilitate legum,& medicinæ:* cui ſcientiam legum anteponit.

Librum de fortuna,& fato ad Felicem Abbatem in oppido,quod dicitur *Septimum*,Ordinis Ciſtercienſis. Incipit, *Quotidiano eſſe videmus.* Sed cum in hoc libro quadam (licentia forſan,vt aiunt,Poetica)non ſatis conſona veritati edidiſſet,contra ipſum inſurrexit Ioannes Dominicus inſignis Cardinalis,qui opuſculum edidit,inſcriptum *Loculus noctis.*

Ceterum extant Colucij Epiſtolæ ad diuerſos, quarum initium.*Quamquam omnes magnificè.* Is manu ſcriptus erat in Bibliotheca Gaddiana Florentiæ,vbi obijt anno Do. 1406. vt ſcribit Leonardus Aretinus ipſius auditor in primo Epiſtolarum ſuarum libro ad Nicolaum.Verinus autem in lib.2.de illuſtribus Florentiæ Viris, hæc de illo cecinit.

*Si non eloquio grauitate, Colucius omnes*
*Exuperat,cuius ceu flumina dicta Tyrannus*
*Bebriacus timuit, tantum terroris habebant.*

COLVMBANVS Scotus,monachus monaſterij,& Congregationis Benchorenſis, deinde Luxouienſis monaſterij & congregationis ęquiuocę primus inſtitutor,ac deinceps, Bobienſis cœnobij in Italia primus fundator & Abbas,& vir ſanctus,ſcripſit in totū Pſalterium Commentaria.

Epiſtolarum aduerſus Theodoricum Regem adulterum,lib.1.

Monaſteriorum Methodos,lib.1.

Carmen aduerſus auaritiam,excuſum Baſileæ in volumine veterum Poetarum.Obijt Bobij an.Dom.614.die 21.Nouembris, vbi & ſepultus.

Huius autem extat ad Hunaldum diſcipulum Epiſtola, in qua deteſtatur auaritiam, to.8.Bibl.Sanctorum Patrum.

Sigebertus ait,illum alia multa edidiſſe, vel ad canendum,digna,vel ad docendum,vtilia: libro de viris illuſtribus,c.60.extant autem Regula à S.Columbano ſcripta,& eiuſdem Epiſt. De miſeria vitæ humanæ m.s.in Biblio. celebris Monaſterij S.Galli, in Heluetia.

COLVMBANI Vranij, Malleus Caluiniſtarum,hoc eſt, vt libri habet prænotatio D. *Io.Chryſoſt.ſolis ſufficienter ſuis ſcriptis retundens vniuerſos errores,quos Caluinus, eiuſq; aſſecla de ter venerabili Euchariſtia Sacramento commenti,vel ſecuti ſunt:* Antuerpiæ apud Bellerum 1590.

COMETIVS(forte Gometius)Hiſpanus Ord.Minorum,ſcripſit de cuiuſcunque ſciētiæ,ac præſertim de naturalis ſubiecto.

COMMODIANVS dum inter ſeculares literas etiam noſtras legit,occaſionem accepit fidei: factus itaque Chriſtianus,& volens aliquid ſtudiorū ſuorū munus offerre Chriſto,



Digitized by Google

ſuæ ſalutis auctori, conſcripſit mediocri ſermone *quaſi verſu* librum aduerſum Paganos. Et quia parum noſtrarum attigerat literarum, magis illorum deſtruere potuit dogmata, quam noſtra confirmare. Vnde & de Diuinis repromiſſionibus, aduerſum illos vili ſatis, & craſſo, vt ita dixerim, ſenſu diſſeruit, illis ſtuporé, & nobis deſperationem incutiens. Tertullianum & Lactantium, & Papiam auctores ſecutus, moralem ſane doctrinã, & maximè voluntariæ paupertatis amorem optimè proſecutus, ſtudentibus inculcauit. hæc Gennadius. At Suffridus ait, *quaſi verſu* m.s. codices pro *verſu* habebãt *Librũ* mihi retinẽdũ videtur vtrumque, vt ſit ſenſus plenus, ideoque vtrunque expeſſi. *Et quia parum noſtrorum attigerat literas.* m.ss. codices hic pro *Patrum* habent *parum:* quod quoniam ſenſus ipſe flagitat, vt genuinum repoſui.

COMMONITORIVM Epiſcopi Germani miſerunt ad Regem Ludouicum Germaniæ Vormatiam, vbi erat per legationem, in qua erant etiam aliqui ipſorum. Quod inueruit Baron. Card. ne tantum antiquitatis pereat monimentum. In 10. To. Anna. pag. 166. quod omnino inſerendum eſt in Concilijs.

COMPENDIENSE Concilium apud Compẽdium, quod vulgo dicitur *Compiegne*, an. 833. Ludouico Pio Imp. Pontifice autem Max. Gregorio IIII. Extat in Annalib. Francorum ex Pithæi Bibliotheca editis. Actum eſt de Ludouici depoſitione. Vide To. 10. Car. Baron. ſub hunc annum. Qui tamen Ludouicus ſequenti anno communi lætitia reſtitutus eſt.

COMPOSTELLANVM Concilium an. 1056. Pontificatus autẽ Victoris II. Pont. Max. cui præfuit Creſconius Compoſtellanus Archiepiſcopus, celebratum eſt. Ex eo nil ſupereſt, præterquam quod ex ſchedis Antonij Auguſtini collegit Baron. Card. vndecimo Annalium Tomo, nimirum, vt Sacerdotes omnes, Epiſcopi, atque Presbyteri Miſſam quotidiè celebrarent, & vt Clerici tempore ieiunij, & Latinarum, quoties publica expiatio indiceretur, cilicio induerentur.

COMPVTVS Eccleſiaſticus per digitorum articulos mira facilitate traditus auctore Chriſtophoro Clauio Bambergenſe Romæ vide in verbo. Chriſtophorus Clauius.

COMPVTVS magnus incerti Auctoris in Photij Bibliotheca, qui ita habet. *Perlectus eſt etiam liber, qui quidem ſine nomine Auctoris editus, inſcriptione, quoad illum caret, ſed tamen in fronte hac extat inſcriptio. De Sancta Paſchatis celebritate liber octo capitibus diſtinctus. Hic quidem ſimplici ſanè, & apertiſsima oratione conſcriptus plures, atq; præclaras ſententias habet. Quin & Auctor in quarto capite, ſiue ſectione contra Metrodorum argumentis acriter pugnat, ita, vt eum conuincat, ſacris autem ſcripturæ teſtimonijs ſua dicta roborat; & pleraq; de ijs, quæ ad opificium ſex dierum intelligendum maximè iuuant, tamquam per formam interpretationis circa haſce de Paſchate diſputationes intexit. Suam autem Orationem Theodoro, quem chariſsimum, & fratrem nominat, nuncupat. Fecit etiam alios eiuſdem argumenti libros. Sed hic copia, & vtilitate alios ſuperat omnes; quippe qui quæcumq; huic argumento conducere poſſe videbantur, cuncta acutè, atq; accuratè, eſt perſecutus. De Biſſexto enim, & intercalari menſe, & Epactis Solis, & Lunæ, De Cyclo, ſiue circulo Aurei numeri, qui vndeuiginti annis conficitur, ac de inuentione horum omnium ſubtiliter, ac percipuè diſſerit, & de menſibus item, & Kalendis, & Hebdomadibus, atq; earum diebus: Quinam quoque ſint circuli, ex quibus Annus cognominatur; Quinam anni intercalares: De reuolutionibus Solis octo & viginti. De reuolutionibus nouemdecim Lunæ, ſiue de decima nona Luna, & quænam ſit Luna decimaquarta, & de menſibus Solaribus, & Lunaribus, ac de principio menſis Lunaris, & Solaris, & de menſe æquali Lunæ, ac menſe perfecto, & quot anni à printipio mundi fluxerint. Scribit autem hic Chriſtum Dominum, & Deum noſtrum, ſicut & in alijs vitæ ſuæ, ſic & vltimum Paſcha iuxta legem confeciſſe, in quo ipſe traditus eſt, & non ante. Et hoc conſideratione dignum eſt. Chryſoſtomus, & Eccleſia ante myſticam cœnam, in qua ſuum ipſe corpus diſcipulis tradidit, ait tunc legitimum Paſcha celebraſſe.* Hactenus de Auctore innominato Computi Photius.

CONANTIVS Palẽtinæ Eccleſiæ Epiſcopus melodias ſonis multas edidit, Orationũ quoque libellum de omnium Pſalmorum proprietate. Vixit in Epiſcopatu amplius triginta annis ab vltimo tempore Vuiterici, Gundemaro, Siſebuto, Suinthilamo, Siſenãdo, & Cinthila regibus, S. Ildephonſus in Catalogo virorum illuſtrium Hiſpanorum.

CONCERTATIO fidei Catholicæ continens Apologiam martyrum, Palinodias quatuor, & duo contra Catholicos edicta. Item librum ad perſecutores Anglos. Deinde in aliud edictum breuem confutationem. Auguſtæ Treuirorum apud Henricum Bock 1588. Altera item cõcertatio fidei catholicæ in Anglia denuo cẽtum & eò amplius martyrum, ſexcentorumq; inſignium virorum rebus geſtis, diſputationibus & defenſionibus aucta, ac maiori quam hactenus diligentia in lucem edita.

CONCILIA, quæ primum ab Apoſtolis cœpta ſunt celebrari, deinde verò in Chriſtiana Eccleſia plerumque habita ſunt, cum ſiue de Religione controuerſia orta eſt, ſiue

cum,

Digitized by Google

cum,de inſtauranda diſciplina Eccleſiaſtica, agendum fuit,(non minus,quam cum in Comitijs de Repub.conueniunt in vnum Principes,& Magiſtratus Regni,) plura fuere,quæ bellici tumultus, aut Eccleſiæ hoſtes ſæpè obſcurarunt,aut & falſarunt, aut adeo de medio tolli procurauerunt, nimirum cum cernebant ex ea luce tenebras ſuarum hæreſum maximè diſpelli.

Hinc deſideratum eſt,vt integriores ac rectius diſpoſitæ Conciliorum editiones prodirent in lucem,quàm quæ hactenus prodierunt.

Nos de ijſdem editionibus breuiter hic agemus,ſi primò quinam, vel antiquitus, vel noſtra ætate de Concilijs ſcripſerunt, deinde quænam editiones ad hæc vſque tempora ſunt euulgatæ,dixerimus.

## *Scriptores de Concilijs.*

Auctores ipſi,qui Concilia collegerunt;primò Dionyſius exiguus:Deinde Ferrandus Carthaginenſis,poſtea Martinus Epiſcopus Bracharenſis,deinde Creſconius Epiſcopus Africanus,in Concordia Canonum digeſta ſub capitibus trecentis: qui item in Decretū, & in Decretales ſcripſerunt,de quibus vide in verbo,Decretum. Pont.Max.qui Decretales Epiſtolas ſcripſerunt: quarum tres Tomi extant, vberiores futuri aliquibus alijs poſtea inuentis. Hilarius, (licet non multa) libro de Synodis.

S. Auguſtinus varijs in locis,ſed quæ ordine diſpoſita ſunt in confeſſione Auguſtiniana Hieronymi Torrenſis noſtri. Vide in verbo, Auguſtinus Hipponenſis ad finem, & in verbo,Hieronymus Torrenſis. Photius libro de ſeptē Synodis,& Pſellus, Iuo, Burchardus,Iſidorus libro ſexto Etymologiarum.

Iſidorus item, qui *Mercator* eſt dictus. Beda in libro de ſex ætatibus, in Conſtantino IIII, Gratianus, Phreculphus,& alij in ſuis Chronicis.

## *Recentiores.*

Seuerinus Binius Coloniēſis Theologus Cōcilia omnia, quotquot reperiri potuerūt poſt Laurentium Surium collegit eaque hiſtorica methodo rectè diſpoſita, ſcholijs & annotationibus vtiliſſimis illuſtrauit. Coloniæ apud Ioannem Gymnicum, & Antoniū Hierat.an.1606.vide infra in verbo Seuerinus Binius.

Thomas Valdenſis libro ſecundo Doctrinalis fidei,c.26.& 27.

Ioannes de Turrecremata,libro 3.Summæ, De Eccleſia.

Ioannes Gerſon.Tractatibus varijs de Eccleſiæ,& Conciliorum poteſtate.

Dionyſius Cartuſianus libris tribus de Concilijs.

Ioannes Eckius in Enchiridio.

Iodocus Clichtoueus, in Defenſione Concilij Senenſis.

Iodocus Tiletanus,& Didacus Payua pro Concilio Tridentino,& Gaſpar Villapandæus in Diſputationibus nouem pro Concilio Tridentino.

Ioannes Cochlæus,libro de Concilijs.

Georgius Vicelius de Concilio contra Lutherum.

Ioannes Roffenſis contra articulum Lutheri.28.& 29.

Garſias Loayſa vbi de Concilijs in Hiſpania celebratis: & Morales, & Ioannes Mariana noſter in ſuis Hiſtorijs de rebus Hiſpanicis.

Thomas Caietanus in Opuſculis.

Conradus Tregarius Auguſtinianus.

Conradus Brunus libros nouem de Concilio vniuerſali.

Baptiſta Platina.

Albertus Pighius libro ſexto Hierarchiæ Eccleſiaſticæ.

Staniſlaus. Hoſius Cardinalis Varmienſis in explanatione Symboli,c.viceſimoquarto, & contra Prolegomena Brentij.

Petrus à Soto in Defenſione ſuæ Confeſſionis contra Brentium.

Ioannes Antonius Delphinus, libro ſecundo De Eccleſia.

Melchior Canus, libro ſecundo, de Locis Theologicis.

Hugo in Opere inſcripto *Synodalia Hugonia.*

Gilbertus Genebrardus,& Arnaldus Pontacus Epiſcopus Vaſatenſis in ſuis chronographijs. de quibus tamen, quid poſt iteratas cogitationes denique ſenſimus. Vide in verbo,Gilbertus Genebrardus.



Digitized by Google

Alphonſus à Caſtro, libro quarto de hæreſibus.

Onuphrius Panuuinius ſuo Chronico.

Gulielmus Lindanus, lib. 3. c. 7. Panopliæ Euangelicæ.

Franciſcus Turrianus Societatis noſtræ varijs in operibus, de quibus, vide in verbo, Frãciſcus Turrianus. Nam & fragmenta aliqua Conciliorum interſerit, ac de octaua Synodo agit, quam modo è Bauarica Bibliotheca curamus in Latinum verti, cum neque Latina, neque Græca hactenus prodierit in lucem.

Sanderus, libro de Monarchia Eccleſiaſtica.

Stapletonus de Demonſtrationibus Eccleſiæ.

Robertus Card. Bellar. Tom. 2. controuerſia 1. de Concilijs & Eccleſia.

Cæſar Card. Baron. decem Tomis Annal. Eccleſiaſticorum. Vide item noſtram Refutationem impoſturarum Dauidis Chytræi, vbi facies Eccleſiæ ex ipſis primis Generalibus Concilijs oſtenditur: ac de Concilijs Trullano, Gangrenſi, & alijs agitur.

Sed & Conciliorum volumina octo pollicebatur Petrus Galeſinius ſe editurum cum Canonibus tam Græcis, quàm Latinis, multis item partibus aucta notationibus, præterea in quibus emendationis ratio, conſentienſque Canonũ diſciplina, & antiquitatis ſplẽdor eluceret, præclarè eſſent illuſtrata.

Veruntamen, quod ſciam, vel non prodierunt, vel tantum illius aut conſilium, aut cœptum perduci ad effectum ob mortem haud potuit.

At Ioannes le *Maire* inter alia, de illuſtratione Galliæ Promptuarium edidit Conciliorũ Eccleſiæ Catholicæ cum Schiſmatibus, atque diſſidijs. Pariſijs apud Gulielmum Bretum, an. Dom. 1543.

Ioannes autem Buſæus Societatis noſtræ Theologus in præfatione ad Luitprandum Ticinenſem de vitis Romanorum Pontificum non pauca de eorundẽ Decretis recitat, quæ non extant in Tomis Conciliorum.

### *Editiones Conciliorum variæ vbi nam, & quoto anno.*

Et quidẽ Moguntię anno milleſimo quingenteſimo vigeſimo ex officina Io. Schoeſferi prodierunt Canones Apoſtolorum. Veterum Conciliorum Conſtitutiones. Decreta Pontificum antiquiora. De Primatu Romanæ Eccleſiæ è tribus vetuſtiſſimis exemplaribus deſcripta omnia.

Quod volumen poſtea recognitum eſt Romæ cohærere cum alijs antiquis fideliter.

Pariſijs autem Concilia, quæ tum ad manus venerant fuerunt excuſa.

Coloniæ verò ipſa omnia Cõcilia, quę Petrus Quentel aſſequi potuit excudit an. 1538. ex cuius Officina poſteà an. 1540. prodijt ſecunda Nicæna Synodus.

At Coloniæ iterum ſtudio Laurentij Surij Cartuſiani an. 1567. editi ſunt Tomi quatuor Conciliorum, additis pluribus, quæ in ſuperiore editione non fuerant, ſublatis itẽ, quæ ex Caſſiodoro, Mariano Scoto, & Haloandro De Conſulum annis minus certa apud eos habebantur. Quin & additi ſunt libri octo Clementis Conſtitutionum Apoſtolicarũ Oecumenicæ item, ac Prouinciales aliquot aliæ Synodi. Epiſtolæ Summorum Pontificum, & Synodorum ad eos mutuæ. Præterea Canones, qui in aliquot Synodis vniuerſalibus eatenus deſiderabantur. Epiſtolæ item aliquot Decretales.

Nouiſſima editio Colonienſis eſt quæ prodijt anno 1606. apud Ioannem Gymnicum, & Antonium Hierat, quâ authore Seuerino Binio omnium Romanorum Pontificum vitæ vſque ad modernum Paulum V. eorundemque Decretales Epiſtolę & Concilia Generalia atq; Prouincialia quotquot reperiri potuerũt ſcholijs & annotationibus doctiſſimis & vtiliſſimis illuſtrata, quatuor tomis comprehenduntur. Vide infra verbo Seuerinus Binius.

Poſtea Concilij Epheſini Acta à Theodoro Peltano Theologo Societatis noſtræ è Græco Bauariæ Bibliothecæ codice, collato tamen à Card. Sirleto cum Vaticano in Latinum verſo, & in ſex Tomos diſtributa, & notationibus illuſtrata Ingolſtadij prodierũt. Quæ quidem quatuordecim poſt annos Hieronymus Commelinus Græca edidit, de quibus, vide in verbo, Epheſinum Concilium.

Sed & antea varia concilia ſeparatim prodierant. Nimirum præter alia:

Lateranenſe ſub Leone X. & Tridentinum editum Romæ, & alibi, canones poſtea etiam Græce verſi, & excuſi ſunt in Vrbe.

Concilium Florentinum Gregorio XIII. Pont. Max. editum eſt Romæ Græcum.

Concilia verò Prouincialia, Mediolanenſia à B. Carolo Borromæo card. S. Praxedis

ccle-

Digitized by Google

celebrata, & à ſancta Sede Apoſtolica approbata Mediolani.

Poſtea Surianæ editioni, quæ Coloniæ prodijt, ſucceſsit Veneta an.1585. ex Officina Dominici Nicolini, cui editioni, qui ſuam operam nauarunt, pleraque ſanè addiderunt ex Epiſtolis Pontificum, ex Alphonſo Piſano, qui de Nicænis Canonibus egerat, Ex verſione, item Epheſini Concilij à Peltano facta, de qua diximus, è Concilijs Prouincialibus Mediolanenſibus, & alijs. Pleraque item, quæ ad rationem temporum ſpectabant, connixi ſunt corrigere, aut ad propria loca transferre; veruntamen, neque ſeriem temporum ſunt prorſus aſſecuti; ac cum quatuordecim tantum Generalia Concilia, (Tridentino adnumerato,) extitiſſe aſſeruerint, debuerant duodeuiginti ponere, licet non omnium extent exemplaria, quorum tamen extat mentio apud probatos auctores. Neque verò erat, cur inter Generalia, quaſi integrè approbata, connumerarent Baſilienſe, Conſtantienſe, Ferrarienſe. Atqui cum de hac editione ſuſtuliſſent aliquot Opuſcula, inter quæ erat Reformatio quædam tempore Pauli III. Pont. Max. quæ in alia editione fuerat, quæúe alibi non reperiuntur, id incommodè cecidit. Valent enim ad veritatem, & ingenuitatem S. Apoſtolicæ Sedis indicandam: & ad rationem, remediaque cadenti diſciplinæ Eccleſiaſticæ adhibenda.

Iam de Epitome Conciliorum à Bartholomæo Carranza, qui poſtea fuit Archiepiſcopus Toletanus, legi poterit, quod in verbo, *Bartholomæus Carranza*, hoc in ipſo Apparatu ſcripſimus.

Diœceſanorum autem, ſiue Prouincialium omnium Conciliorum editiones alias nō omninò attigimus, tum quòd Diœceſana plurima ſint, quæ noſtri non ſunt inſtituti cuncta afferre, quòd nempè omnia idem ſapiant, tum quòd ſuis locis de non paucis inſigniorіbus egimus in hoc Opere; acturi quidem de alijs, ſi ad noſtras manus perueniſſent, aut peruenerint: ſcimus enim Pariſijs extare pleraque Gallicana Concilia m.s. apud V. C. Franciſcum Pithæum, Petri F. quæ ſi inſerantur reliquis, magno erunt ornamento, ac firmamento veritatis.

## *Diſpoſitio Conciliorum recudendorum num ſequens eſſet rectior.*

At quoniam dies diei eructat verbum, propterea viderint ſapientes viri, num quæ huc adtexitur Ratio recudendorū Conciliorum ſit eius momenti, vt ſaltem conſilium, atque (ſi quid habent, quod alios latet) ſubſidium huic negotio libentius afferant. Nam & huc collineat labor iſtius Apparatus.

Ergo crediderim editioni Conciliorum præponenda eſſe tamquam præloquia, ſiue item cautiones, quas accuratè de Concilijs agens intulit in ſuum de Concilijs librum Robertus Cardinalis Bellarminus. hæc potiſsimum.

De nomine, & Origine Conciliorum.
De duplici Conciliorum Partitione.
De Concilijs Generalibus approbatis.
De Concilijs Generalibus reprobatis.
De Concilijs partim confirmatis, partim reprobatis.
De Concilio nec manifeſtè probato, nec manifeſtè reprobato.
De vtilitate, vel etiam neceſsitate celebrandorum Conciliorum.

Poſt quæ ipſa iam Acta, ſiue ſynodi charactere, ſiue typis maioribus ſecundū ſeriem temporum, quoad eius fieri poſſet, veriorem excuderentur.

Et Concilia quidem quatuor inprimis Apoſtolorum. Primum de electione Matthiæ Act. 1. Secundum de electione ſeptem Diaconorum Act. 6. Tertium de Circumciſione gentibus non imponenda. Act. 15. Quartum de Legalium ad tempus permiſsione: quamuis Tertium ob rerum dignitatem, quæ in eo tractatæ ſunt, iure cenſeatur Primum.

Sequeretur Quintum Apoſtolorum Concilium habitū ſub Apoſtolorum diſperſionem in Gentes, in quo Symbolum conditum, & Liturgia ſiue Miſſa diſpoſita, Canones, ſiue Conſtitutiones Apoſtolorum, de quibus & octo libris Conſtitutionum, & præcipuè libri octaui, cap.12. Latini autem exemplaris, cap.16.

At quoniam de numero Canonum Apoſtolicorum ambigitur, ipſæque Clementis conſtitutiones habentur, quales diximus in Verbo *Clemens Romanus huius nominis primus Pontifex*, ideò tantum quinquaginta Canones ſubijci poſſent, quos Dionyſius exiguus Caſſiodori tempore è Græco Latinos fecit, ac collegit.

Reliqui, quos vel Synodi legitimæ, vel vſus Eccleſiæ approbarunt ſubſterni poſſent

aut minoribus characteribus diſtincti, aut adiecta notatione, qua liqueret vnde approbati fuiſſent.

Si quis verò eſſet anceps, aut ſuppoſititius haberetur (ac tanto magis, ſi dolo malo fuiſſet inſertus, vti de quibuſdam conſtat) id non tam obelo notaretur, quàm cenſura minutioribus typis adiecta exploderetur.

Libri octo Conſtitutionum Apoſtolicarum, quæúe ad eas ſcripſit Turrianus noſter, fortaſſe non eſſent inſerendi, ſed breuibus ſcholijs amandandus Lector ad eorum lectionem præmoniti, quale ſit ſapientum de ijs iudicium, atque cautio. Quod quidem & nos attigimus in eodem verbo, *Clemens Romanus Pont.*

Idem de Concilijs non approbatis, aut partim approbatis, partim non approbatis, ſuo quidem loco, at ſummatim, interſerendis dici velim, quale Charthaginenſe de rebaptizandis ijs, qui baptizati fuiſſent ab hæreticis, vt ex eorum damnatione conſtans Catholicæ fidei traditio conſtaret.

Huc pertinent Epiſt. eidem aſcriptæ, quarum ſumma, ex ijs, quæ magis probantur, adijci poſſet.

Epiſtolas Pontificum, præſertim longiores, quæúe Lectorem aut fatigant, aut auertunt ab ipſa Conciliorum lectione, facta paucis verbis earum mentione ad marginem, ſiue in ſubiecto ſcholio, referrem in Tomos Epiſtolarum Decretalium, quemadmodum & pleraſque alias ex Annalibus Card. Baronij, quæ antea ignorabantur.

Decreta ipſorum Pontificum quæ ad Concilia ſpectarent, quæúe iam ab Eccleſia recepta fuère ſuo ordine inter ipſa Concilia eſſent ponenda.

Quæ Alphonſus Piſanus de Canonibus, & Diatypoſibus Concilij Nicæni ſcripſit, his admiſsis, quæ firmiorem habent auctoritatem, reliquam illam ipſius tractationem omitterem, ad cuius tamen coniecturas Lectorem breui admonitione, tamquam ſcholio remitterem.

Quæ Peltanus vbere eruditione contexuit, fortaſſe breuiorem in narrationem redigi poſſent, Actis ipſius Epheſini Concilij ordine poſitis, qualia in melioribus antiquis exemplaribus habentur.

Seriem temporum ex ipſis potiſsimum, Card. Baronij Annalibus peterem, nõ omittens ſi quo in loco Card. Bellarminus aliud ea de re conieciſſet, aut probaſſet. At cum de Annalibus Card. Baronij loquor, intelligo ſeriem illam temporum, quam poſtremo recognouit in Appendice ad 10. Tomum. Sed & Chronica trium Auctorum, Euſebij Pamphili Cæſarienſis Epiſcopi, D. Hieronymi, & Proſperi Aquitanici Epiſcopi Regienſis à Reuerendiſs. Arnaldo Pontaco Epiſcopo Vaſatenſi cum quatuordecim m.s. codicibus
Anno 1602. Italicis, Gallicis, & Hiſpanicis bis mille amplius locis emendata, & notis illuſtrata, quæ, dum hunc Apparatum prælo ſubieciſſemus, ſubijciebantur ex ipſa prælis, Burdigalæ apud Simonem Millangium typographum Regium, valde huic de Concilijs antiquis diſponendis commodabunt.

Arelatenſe enim Concilium Tom. 6. anni 453. ab illis verbis. *Sed dubitatio haud leuis inſurgit*, retractat & ingenuè agnoſcit erratum Baronius Card. vt dum in Codice legeretur celebratum Concilium Arelatenſe ſub Conſulatu Opilionis, qui geſsit Conſulatum cum Iuſtino Imp. iterum Conſule an. Redemptoris 524. nec additus inueniretur collega, quod ſæpè factum inuenitur in monumentis Occidentalibus, prætermiſſo Orientali Conſule poni tantum Occidentalem, male cautus, ſibique nimis ſapiens viſus collector, addendũ putauit Vincomalum collegam, qui hoc anno vna cum Opilione Conſul creatus eſt; ſicque & additione ſeptuaginta & vnius annorum errorem induxit, ſimulque rerum geſtarum confuſionem, atque inextricabiles perplexitates inuexit. Qui primus his tenebris facem admouit fuit Iacobus Sirmondus noſter, qui non ad Opilionis Conſulatum anni huius, ſed ad eum, qui alterius Opilionis nomine reperitur notatus in Faſtis anno Redemptoris 524. præſens Concilium eſſe referendum oſtendit ex præſentia Cæſarij Arelatenſis Epiſcopi, qui hoc tempore nondum natus, tunc reperitur reuera ſediſſe Arelatenſis Sedis Epiſcopus, ſucceſſor Leontij, qui poſt Aeonium ſedit Rauennio ſubſtitutum. Firmantur hæc magis, dũ omnes fermè Epiſcopi, qui huic Arelatenſi Concilio interfuiſſe leguntur, ijdem Concilio Arauſicano ſecundo ſubſcripti reperiuntur, de cuius certo tempore proximè ſuo loco dicendum erat, & corrigendi errores pariter in eum illapſi. Hanc ergo Synodum Arelatenſem ſuo loco reſtituit, ſub Conſulatu alterius Opilionis, an. 524. & ſimul cum eis iunxit, quæ hic de Cæſario narrauerat.

Sic item Synodum Arauſicanam, quam vt Arelatenſem Tom. 6. ad annum 463. retulerat retulit denique ad proprium annum 554. falſus à collectoribus, & alijs, qui Acta

Conci-

Conciliorum Arauſicani, Epaunenſis, Carpentoractenſis ad tempora Leonis Romani Pont. ſicut & Panuinius, & alij, qui ante annos fermè centum, nempè an. 443. Chriſti eadem Concilia poſuere.

Singulo autem Concilio, ſi quid ab hęreticis vel ſchiſmaticis fuiſſet obiectum, id minutis tantum characteribus quàm breuiſsimè refutarem, aut vbi refutatũ eſt, indicarem.

Concilia reliqua, quæ poſtea eruta ſunt ex Archiuis, vel aliundè vbi latebant, ſuis locis interponerem, quin etiam quæ in Indijs Prouincialia celebrari cœpta ſunt, quemadmodum an. 1599. Diamperianum eſt habitum in Aſia, de quo vide in verbo, Diamperianum Concilium.

Opuſcula nonnulla Pontificum Maximorum, quæ alibi locum non habuiſſent, ſi ad Dogmatum comprobationem, vel ad motum Reformationem ſpectarent, ſuis locis interſererem: quoniam valent ad indicandam veritatem, & S. Sedis Apoſtolicæ ingenuitatem, vt diximus.

Œcumenicis Concilijs, certam diuerſis typis, ſed breuem, quoad expediret præfationem præponere eſſet operæpretium. Qua nempè rerum eius ſeculi ſtatus, occaſio, & cauſæ celebrati cuiuſque Concilij in oculos incurrerent.

Græcum contextũ è conſpectu Latini interponere ſuam haberet dignitatem, præſertim è veris, nec falſatis codicibus. Quod niſi modo præſtari, certè futuræ alteri editioni addi poſſet, vbi meliora exemplaria collata fuiſſent ſimul. Nam & in hoc incumbimus.

Locorum, ſiue ciuitatum nomina, ſitus, ſiue poſitio, Prouincia quoque in qua ſingula Concilia fuiſſent celebrata minutis characteribus vnicuique Concilio præponerentur.

Orationes habitæ in Synodis non video cur eſſent ponendæ, quemadmodum neque in Tridentina Synodo eſt factum. Sed hæc, & reliqua Acta vel ad Tomum alium, reijcerentur, quæ maiore ocio colligi, & fortaſſe cudi poſſent, vel ſat eſſet, vt in Romano Archiuo Pontificio aſſeruarentur.

Interea ſi quis fuiſſet, cui Canones aliquos olim colligenti non eſſet præſtanda omnis fides, paucis id exponi poſſet, quemadmodum de Iſidori collectione Canonum, à quibus propterea Nicolaus Papa viſus eſt conſultò abſtinuiſſe. De quo Iſidoro, Vide in verbo, Iſidorus.

Cæterùm vt è Bellarmino Card. atque alijs ad marginem adijciendũ eſſet, quonam in loco refutent hæreticorũ obiectiones, ita Tom. Baronij plura Concilia, quæ ipſe aliundè eſt aſſecutus, adtexi alijs poſſent, quæ nunquam fuerunt excuſa niſi in ſuis Annalibus. Extant verò Fragmenta Conciliorum in verſionibus Franciſci Turriani, qui huic negocio commendare poſſunt. Quinetiam in Vitis Paſchalis, Benedicti, Nicolai, Hadriani II. pręter alios, non pauca eorundem Decreta innuuntur, quæ cum non extent in Tomis Conciliorum iam editorum, huc ſpectare poſſunt. Vide Luitprandi Ticinenſis de Vitis Pontificum, qui Francofurti hoc anno prodijt, Præfationem.

Concordata nationis Germanicæ cum ſancta Sede Apoſtolica pro ipſius (vt habet inſcriptio) Exclesiæ vnione ac pace, & tranquillitate inter eandem, & nationem prædictam perpetuo confouendis inita, concluſa & accepta. Coloniæ apud Gymnicum 1589. Acceſsit declaratio Gregorij XIII. Pont. Max. Coloniæ 1590.

Concordantia diſcordantium temporum, & Chronicon ab Orbe condito vſque ad noſtra hæc tempora. Vide in verbo, Arnoldus Vion.

Concordiae librum, quem ita prænotarunt Lutherani expendit, & ſolidis argumentis exploſit Robertus Card. Bellarminus, in Iudicio, quod de illa tulit, atque in Apologia, quæ eidem iudicio eſt adiuncta. Extat vtrumque in poſtrema Operum eiuſdem Bellarmini editione, quæ Venetijs prodijt an. 1599. & an. 1602. apud Ioan. Baptiſtam Ciottum, & Societatem Minimam ad finem 4. Tomi.

Confessio Ambroſiana, hoc eſt, ex omnibus D. Ambroſij Operibus collecta, qua fidei Catholicæ, quæ illo æuo credebatur, norma ob oculos ponitur. Vide in verbo, Ioan. Nopelius, & in verbo, Ambroſius.

Confessio Auguſtiniana ex D. Auguſtini libris accuratè collecta, perque Theologicam Methodum à Hieronymo Torrenſi Theologo Societatis Ieſu, in capita ſingularum materiarum diſpoſita. Vide in verbo, Auguſtinus, ad finem Tractationis Operum illius in hoc Apparatu, at præcipuè in verbo, Hieronymus Torrenſis.

Confessio Gregoriana à ſcriptis D. Gregorij Magni eodem, quo reliquæ ſuperiores, modo digeſta, qua hæreſes huius temporis vniuerſæ iugulantur. Vide in verbo, Gregorius Magnus.

Confessio Hieronymiana ex D. Hieronymi omnibus Operibus à Cornelio

Schultingo

Digitized by Google

Schultingo collecta. Vide in verbo, Cornelius Schultingus.

CONFLVENTANVM Concilium, ſiue potius *Conuentus* in Caſtro Confluento anno Dom. 860. in Secretario Baſilicæ S. Caſtoris eſt habitus. Interfuere Epiſcopi, Abbates, proceres laici. Sancita concordia eſt inter quinque Reges Francorum, Carolum, & Ludouicum fratres, & horum nepotes Lotharium, Ludouicum, & Carolum; Concordiæ capita ſpectarunt quoque ad immunitatem Eccleſiarum. Extant in 10. Tomo Annalium Baronij Cardinalis.

CONGELLVS Scotus Abbas Benchorenſis & adeo auctor ipſius congregationis, qui prope an. Dom. 560. floruit, reliquit Methodum vitæ Regularis, & plures Epiſtolas, quas Patribus cœnobiorum ſcripſerat.

CONONIS, Eugenij, & Themiſtij contra Ioannem Grammaticum extat argumentum libri de Reſurrectione, in Græca Photij Bibliotheca. At ſciendum eos quoque in errores impegiſſe, quippe qui Synodum Chalcedonenſem haud admiſerunt.

CONRADI Cenſij Tractatus Religioſorum fratrum Eremitanorum S. Auguſtini extat manuſcriptus in Bibl. Imp. Viennæ Auſtriæ.

CONRADVS Abbas Benedictinus proſecutus eſt Francorum hiſtoriam vſque ad nongenteſimum vigeſimum ſecundum an. Dom. quo tempore creditur vixiſſe: cuius fragmentum prodijt Francofurti ad Mœnum vna cum duodecim ſcriptoribus eius temporis æqualibus De rebus Gallicis.

CONRADVS Abbas Mildeuienſis, Ord. D. Auguſtini, reliquit m.s. tres Tomos ſermonum. Quadrageſimalium vnum: Dominicalium alterum: Sanctorum tertium. Extabant apud Eremitanos, Patauij, quemadmodum ipſi vidimus.

CONRADVS Alpendorp, Germanus, Carmelita & Epiſcopus Arotenſis, ſcripſit hiſtoriam Cyrilli Doctoris. Claruit an. Dom. 1390.

CONRADVS ex Altreia Oppido Palatinatus Moguntinæ diœceſeos trium itinere leucarum diſtante ab Vrbe VVormacia, Germanus, cecinit carmine, quod compoſuit Opus, De puriſsima Dei Genitrice Maria, & de Redemprione humani generis. Scripſit quoque librum figurarum. Alterum Epiſtolarum. Varia Carmina. Viuebat an. 1370. Trit.

CONRADVS Aſtenſis, ſiue *Haſtenſis*, Ord. Prædicatorum Generalis Magiſter 36. varij argumenti ſcripta reliquit, quæ in Haſtenſi eiuſdem Ordinis cœnobio aſſeruari ſcribit Antonius Senenſis Luſitanus. Sed qualia ſint, aut quid contineant, reticuit. Viuebat Conradus ipſe an. 1464.

CONRADVS alter Ord. Præd. cuius idem Antonius Senenſis meminit, nec Patriam tamen, nec cognomen adſcribens, quem quidē ait vixiſſe an. 1295. Summam tripartitam ſecundum Alphabeti ſeriem conſcripſit.

CONRADVS Bauariæ Dux Card. Sabinus Chronicon ſcripſit Moguntinorū. Eiſingr.

CONRADVS Baro de Zimbern Germanus, & monachus D. Benedicti plura in laudē Beatiſsimæ Virginis carmine cecinit: quo item Augiæ ſtatum, heroico nimirum verſu deplorauit. Viuebat propè an. 1427.

CONRADVS Brunus Germanus I. C. & vir doctiſsimus, vereque Catholicus eruditos libros reliquit, qui & in lucem magno Catholicorum bono prodierunt.

De Legationibus libros quinque. De Cæremonijs libros totidem.

De Imaginibus librum Moguntiæ editum apud Franciſcum Behem, an. 1548.

De Hæreticis libros ſex, qui vnà cum ſex libris Optati Afri aduerſus Donatiſtas excuſi ſunt ibidem apud eundem, an. 1549.

De Seditioſis libros ſex ibidem an. 1550. vna cum Ioannis Cochlæi Appendice triplici.

De ſeditioſis. De calumnijs tres lib. De vniuerſali Concilio libros nouem, ibid. euulgatos. Oppugnationem Præfationis falſæ hiſtoriæ Centuriarum Magdeburgenſium. Sed & Dilingæ nō procul Auguſta Vindelicorum, Conradi aliqua iſtiuſmodi ſcripta recuſa fuerunt.

CONRADVS monachus D. Nicolai Bruuilerenſis congregationis Cluniacenſis, ſcripſit vitam S. Volphēlmi Abbatis. Extat in Tom. 2. Laurentij Surij ad diem Aprilis 22. Sermones quoque de Sanctis. Viuebat an. 1098.

CONRADVS Schendim de Fide, & vita Chriſtiana, & contra Lutheri Apoſtathæ nuptias. Vixit an. 1530. Eiſingrenius.

CONRADI Clingij Germani, Opera omnia prohibita ſunt in Romano Indice donec expurgentur.

CONRADVS Coellin, ſiue Choellin, ſiue potius Koellin. Vide infra in verbo, Conradus Koellin.

CONRA-

CONRADVS Dalmatiæ Dux, Comes in Dachauu ſcripſit De laudibus S. Crucis, cum eius partem à Patriarcha Hieroſolymitano impetraſſet. Viuebat an. 1156. Eiſingr.

CONRADVS Diſtelius, viginti orationes De cleri, & aliorum Chriſtianorum honeſta diſciplina, Coloniæ apud Maternum Cholinum, an. 1575.

CONRADVS Epiſcopus Chronicon reliquit, quod excudit an. 1537. Heruagius Baſileæ, quod forſan eſt id ipſum rerum Moguntinarum, quod paulò antea diximus fuiſſe ſcriptum à Conrado Duce Bauariæ Card.

CONRADVS, quem puto eſſe eum, qui ab Eiſingrenio dicitur Hailpronenſis monachus cœnobij Fontis ſalutis in Sueuia, quique floruit circa an. Dom. 1390. ſcripſit in lib. 4. Magiſtri Sententiarum. Sermones de Tempore, lib. 2. Sermones de Sanctis, lib. 1. Homilias 33. ſuper onus Babylonis Iſaiæ. De dotibus animæ, lib. 1. Fuit Ciſtercienſis ordinis, vt conijcio.

CONRADVS Halberſtatenſis, ſiue (vt Sixtus Senenſis ſcribit,) *Halberſtadius*, quem Antonius Senenſis nominat (errore forſan typographorum) *Hartadenſem*, Germanus, Ord. Prædicatorum, publicus Theologiæ profeſſor, & in Diuinis ſcripturis vſque adeò detritus, vt vniuerſum vetus, ac nouum Teſtamentum memoria teneret, compoſuit ad imitationem Hugonis tituli S. Sabinæ Cardinalis ſimili labore concordantias Bibliorum: in quibus & dictiones declinabiles, quod prius fecerat Hugo; atque omnes indeclinabiles orationis partes iuxta Alphabeti ſeriem adiecit, ſignatis non ſolum libris, ac librorum capitibus, ſed capitulorum quoque lineis, in quibus quæcunque quæſita vox facilè inueniri poſſet. Dedimus (ſubdit Sixtus) olim in hoc opus, rogantibus amicis, breuem commentariolum, inſcriptum: *De vſu & vtilitate Concordantiarum Biblia*, demonſtrantes in ipſo, quo ingenio prudens declamator valeat ex hoc vnico opere, etiam abſque vllis ſacrorum expoſitorum commentarijs, cuiuſlibet ferè loci ſibi de ſcripturis propoſiti, phraſes, ſenſus, & intelligentias multiplices non minus facilè, quàm copioſè aperire, ac explicare; item qua via inuenire queat in multis declamationum argumentis, rerum enarrandarum diuiſiones, definitiones, cauſas, partes, effectus, locos ſimiles, diſsimiliumque locorũ, & in ſpecie pugnantiam conciliationes, ac totius denique concionis locupletiſsimã ſupellectilem comparare. Scripſit idem hic in Iob Scholaſticam Poſtillam, quæ incipit, *Vſq; in tempus ſuſtinui.* & Gloſſas in Ioſue ad Carolum Imperatorem Opuſcula item.

| | |
|---|---|
| De Regno Romanorum. | De Triuio. |
| De vera Beatitudine. | De Paupertate. |
| De viſione Beatifica. | De muliere bona. |
| De conſolatione mæſtorum. | De muliere mala. |
| Quadripartitum Morale. | De Viduitate. |
| De ſenectute. | Præterea Summam ſtudentium in tres libros diuiſam. |
| De bono mortis. | |
| De Virginitate. | Et Sermones de tempore, ac de Sanctis. |

Claruit Adolpho Imp. an. 1290. vt habet Sixtus Senenſis, & PP. mon. Ord.

CONRADVS Mononachus Hirſaugienſis cœnobijs in finibus Sueuorum, Ord. S. Benedicti, Spirenſis Diæceſeos in Germania ſub nomine Peregrini pleraque ſcripſit. Vide, inquit Tritemius. Opus Dialogorum inſigne ſub nomine Peregrini presbyteri, & Theodoræ ſacratæ Virginis, quod prænotauit:

| | |
|---|---|
| Speculum virginum, lib. 8. | *Collatura tecum.* |
| In Euangelia per annum, lib. 1. | *Quia in litera veteri eſt.* |
| De vita ſpiritus & fructu mortis, lib. 1. | *Cum omnis diuina pagina.* |
| Matricularium, lib. 1. | *Cum manifeſtum ſit.* |
| De laudibus S. Benedicti metricè, lib. 1. | *Luce velut Solem.* |
| Didaſcalon, lib. 1. | *Quia te video diu.* |
| De muſica, & tonis, lib. 1. | *Muſica eſt ſecundum cuiuſdam, &c.* |

Fuit autem alter Ordinis Prædicatorum, qui Sermones ad populum ſcripſit ſub nomine Peregrini, & alter Germanus eiuſdem Ord. qui fuſius de vita, obitu, miraculis S. Dominici egit, quique claruit an. 1290. PP. Mon. Ord. & Leander lib. 4.

CONRADVS Henſel, patria Haſſus (& Haſsia eſt Germaniæ Prouincia) natus in oppido Caſſel, Rector Eccleſiæ Francfordienſis, ſcripſit

| | |
|---|---|
| In lib. 4. Magiſtri Sententiarum. | De Fide, Spe, & Charitate, lib. 1. |
| In Epiſtolas Canonicas, lib. 7. | De quatuor virtutibus, Cardinalibus, lib. 1. |
| In Cantica Canticorum, lib. 1. | De Sabbatho, lib. 1. |
| De pœnitentia, ieiunio, & oratione, lib. 1. | In Euangelia, & Epiſtolas per anni circulum, lib. 1. |

Sermo-

Digitized by Google

Sermones multos, & varios, lib.2.
De præceptis Eccleſiæ, ac veritate Euangelica, lib.1.
De interdicto, lib.1.
De libertate Eccleſiaſtica, lib.1.
Contra hæreticos,& maleficos, lib.1.
Contra Huſsitas Boëmos, lib.1.
Ad Archiepiſcopum Colonienſem in Officium Miſſæ, lib.1.
Ad eundem in Pſalterium ſecundum quadruplicem expoſitionem, lib.1.
Ex partibus S. Thomæ conflauit, lib.1.
In Apocalypſim Ioannis lecturam incæpit.

Scripſit etiam in libros Oeconomicorũ Ariſtotelis,& Quæſtiones in Ethica lectu dignas. Claruit an.Dom.1495. Trit. de ſcriptoribus Germaniæ.

CONRADI Klingij Germani opera omnia prohibita ſunt,donec expurgentur.Rom. Index. Clem. VIII. Pont. Max. vti diximus ſupra in verbo, Conradus Clingius.

CONRADVS Koellinus Vlmenſis, Germanus, Ord. Prædicatorum, Coloniæ inter ſuos Theologiæ, vt vocant, Regens, ſcripſit contra Lutherum, idque prænotauit. Euerſio Lutherani Epithalamij, an. 1527. Coloniæ aduerſuſque alia eiuſdem, quæ vel gentilibus eſſent abominabilia Paradoxa, opus in quatuor libros diuiſum,impreſſum Tubingæ an.1538. Eiuſdem autem Quodlibeta 27. per modum Dialogi edita ſunt Coloniæ an. Domini 1523. apud Petrum Quentelium. Præterea expoſitio accurata ipſius prodijt in primam ſecundæ Angelici Doctoris S. Thomæ Aquinatis. Venetijs 1589. quæ certè perdigna eſt lectu, ſed & in primam & tertiam partem Summæ S. Thomæ ſcripſiſſe dicitur. Obijt an. Dom. 1536.

CONRADVS Scontorius, vulgo de *Leonberg*, Teutonicus, monachus cœnobij Mulbronnenſis, Ord. Ciſtercienſis trium (vt ferunt) priniariorum idiomatũ peritus, ſcripſit metro, & ſoluta oratione, è quibus extat volumen Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Carmina. Orationes variæ. Obijt propè Baſileam ad Arctam Vallem.

CONRADVS à Lichtenauu Vrſpergenſis, & Præmonſtratenſis inſtituti in Sueuia Abbas, natione Germanus, tempora notauit, quæ ab an. 200. poſt diluuium, continua ſerie decurrerunt vſque ad Friderici II. Imp. annum vigeſimum, qui eſt à nato Chriſto 1230. quo quidem tempore viuebat. Eiſingr.

CONRADVS de Monte Puellarum, Germanus, Ratiſponenſis Eccleſiæ Canonicus, ſcripſit ad Lupoldum Epiſcopum Bambergenſem grande Opus inſcriptum;

OEconomicum, libris tribus. Incipit: *Omnes morales*. Monaſticum ad Ducem Auſtriæ, ib.1. Politicorum librum. Quæſtiones varias.

CONRADVS à Mure, primus cantor Eccleſiæ Tigurinæ, & Canonicus, qui viuebat an. Dom. 1273. ſcripſit libellum de Sacramentis; paſsionem Sanctorum martyrum, Felicis, Regulæ, & Exuperantij. Cathedrale Romanum. Laudes B. Virginis. Catalogum Romanorum Pontificum, & Impp.

CONRADVS OEſterreicher, Ord. Minorum, De Paſsione Domini, ac Redemptoris noſtri Chriſti, ſub forma iudicarij proceſſus Ingolſtadij apud VVolfgangum Ederum, an.Dom. 1581.

CONRADVS Secundus è Reyſenberg ex Guiderouia Hildeſſemenſis Epiſcopus *Inſtaurator patriæ* vocatus, quòd ſacras, priuataſque ædes, aut vetuſtate, aut bello collapſas inſtauraſſet, ſermones ad populum habitos reliquit. Vixit propè an.1221. Eiſingr.

CONRADVS de Rondenberg, Abbas monaſterij S. Ioannis Baptiſtæ Rinaugienſis, Moguntinæ diæceſeos, Ord. D. Benedicti, ſcripſit De Beatiſs. Virgine Maria, volumen, ſumpta de ſingulis membris eius (ſub typo botri) materia laudis;

| | |
|---|---|
| De vinea Domini Sabaoth, lib. 1. | *Fundamenta eius in montibus.* |
| Exercitium nouitiorum, lib.1. | *Videte vocationem veſtram.* |
| De præparatione ante Miſſam, lib.1. | *Dominus noſter Ieſus Chriſtus.* |
| De ruina ordinis, orationem, lib.1. | *Cecidit corona capitis.* |
| De cauſis ruinæ, orationem, lib.1. | *Capite nobis vulpeculas.* |
| De cura paſtorali, orationem, lib.1. | *Beatus ſeruus, quem inuenerit.* |

Et varias collationes in capitulis habitas.

CONRADVS è Saxonia, Ordinis Minorum edidit in Magiſtrum Sententiarum, lib. 4. De Salutatione Angelica, librum. In Orationem Dominicam, lib. 1. Sermones de Tempore, lib.1. Sermones diebus Quadrageſimæ, lib.1. Cuius initium eſt. *Emitte manum tuam.* Sermones de Sanctis, lib.1. *Extendunt palmas.* Item in multos Bibliorum libros edidit Commentarios Tritemius de ſcriptoribus Germanicis.

CONRADVS Germanus, prior cœnobij Schyrenſis in Bauaria congregationis Cluniacenſis, ſcripſit inter alia, Schyrenſem hiſtoriam, reſque geſtas omnium Abbatum.

Floruit an. Dom. 1220. & quod excurrit. Arnoldus Vuion, & Eiſingr.

CONRADVS III. nobilis à Saltauu Luneburgenſis, Epiſcopus Verdenſis, ſcripſit De ſancta Trinitate. Claruit an. 1395. Eiſingr.

CONRADVS Ruffus Eſterlogenſis, Ord. Præd. redegit in Compendium D. Thomæ expoſitionem in Euangelia, ſcripſitque Homilias in illud: *Stabat iuxta Crucem.* & in illud: *Extollens vocem quædam mulier de turba.* Vixit an. 1519.

CONRADVS Summerhaut Caluienſis Sueuus, Tubingenſis Academiæ primarius fundator, & Theologus, multa ſcripſit ſuo tempore doctis non ingrata. obijt anno 1501. in Scutterano cœnobio. Scripta eius typis excuſa pręter illa, quę ſunt De Phyſicis, hæc ſunt: De contractibus magnum volumen. In ſententias Petri Lombardi Concluſiones. Oratio ad Patres in capitulo Hirſaugienſi, Ordinis S. Benedicti, De duodecim abuſibus Monaſticis: excuſa Tubingæ 1498. Tractatus bipartitus: *Quòd Deus homo fieri voluerit; Quodq́; Meſsias in Lege, & Prophetis promiſſus, non ſolum homo, ſed etiam Deus eſſe debuerit, & debeat,* plus quinquaginta duobus teſtimonijs Veteris Teſtamenti, & infidelium Hebræorum, ſimulque Gentilium probatur, adiectis paſsim congruis rationibus pleriſque. Excuſus eſt Tubingæ, an. Dom. 1494.

CONRADVS Tregarius Heluetius Auguſtiniani Ord. in ſuperiore Germania Prouincialis, Paradoxa centum edidit, De Eccleſiæ ac Conciliorum auctoritate. Cum autem apud Bernates Heluetios an. 1527. decreta fuiſſet diſputatio Catholicorum cum Zuinglianis, nullus Catholicus Doctor (quod in ſuo commentario notat Laurentius Surius) præter hunc vnum Conradum, qui optimè ſe geſsit, id præſtitit.

CONRADVS S. Vdalrici, vniuerſalem hiſtoriam vſque ad an. 1334. perduxit.

CONRADVS Vetter Germanus, De falſis Lutheri moribus, & dogmatibus Germanicè.

CONRADVS è Zabernia Germanus, ſcripſit De Monochordo, lib. 1. *Cum vt quidam ſapiens.* De modo benè cantandi, lib. 1. *Quanquam pleriq;.* Sermones, lib. 1.

CONRADVS Vuimpina à Fagis, ſiue, *De fagu,* ſcripſit De nobilitate Chriſti, libros tres. De laudibus Chriſti Panegyricos quinque. De nobilitate corporũ cœleſtium libros ſex. De ſignis, & inſomnijs, eorumque interpretationibus, libros tres. De ſex Sophorum erramentis, eorumque confutationibus videlicet Ariſtotelis, Auerrois, Auicennæ, Algazelis, Alchindi, & Rabbi Moyſis, libros tres. De hypocryſi, ſuperſtitione, ac diuinatione libros tres. De ortu, progreſſu, & fructu ſacræ Theologiæ, lib. 1. Explanationem initij Euangelij ſecundum Ioannem, & Symboli Athanaſij apud Ioan. Soterem an. 1531. Addidit Eiſingr. ab eodem Conrado fuiſſe ſcriptum de trinubio S. Annæ, contra Fabrum Stapulenſem. Vixit an. 1528.

CONSILIVM Cardinalium de Reformatione curiæ Romæ, an. 1530. Editum fuit inter ſuperiores editiones Tomorum Conciliorum.

CONSTANTIENSE Concilium magnum à Gebehardo Conſtantienſis Eccleſiæ Epiſcopo an. 1094. ſeptimo autem Pontificatus Vrbani II. in Hebdomada maiore ante Paſcha cum Abbatibus, & Clericis innumerabilibus, cumque Ducibus, & Principibus Germaniæ canonicè celebratum eſt, in quo Concilio pleraque correcta ſunt, Incontinentia item presbyterorum, & violentia Simoniacorum, atque item de alijs rebus ibidem actum eſt. Vide Baronij Card. Annalium Tomum vndecimum ſub eundem annum.

CONSTANTIENSE Concilium, in quo Epiſcopi trecenti cum ſeptingentis alijs Patribus an. 1414. Ioan. XXIII. Pont. & an. 1418. finitum Martino V. Pont. & Sigiſmundo Imp. Palmerius, & Platina. Primæ verò huius Synodi ſeſsiones reprobatæ ſunt, quibus docere voluerant Concilium eſſe ſupra Papam, Reprobarunt autem eas Concilia Florentinum, ac Lateranenſe. Quæ verò ad Poſtremas ſpectant Seſsiones, & ad ea omnia, quæ Martinus V. Pont. probauit, recipiuntur à Catholicis.

[redacted]

CONSTANTINVS Harmenopulus Sebaſtus Nomophyl. & Iud. Theſſalon. De opinionibus hæreticorum, qui ſingulis temporibus extiterunt. Extat in Tom. 4. Bibl. SS. PP. Plura verò ſunt addenda ex num. 369. Bibliothecæ Palatinalis Electoris cuius Catalogum ad calcem huius Apparatus adiecimus. Vide etiam in verbo Harmenopulus, & in verbo, Ius Canonicum.



Digitized by Google

CONSTANTINOPOLITANA Synodus quæ fuit ſecunda, è quatuor primis generalibus, prima verò, quæ habita fuit Conſtantinopoli OEcumenica, celebrata eſt aduerſus Macedonium negantem Spiritus ſancti Diuinitatem, Damaſo Pont. ac Teodoſio ſeniore Imp. Conuenerunt è Prouincijs Orientis 150. è quibus Patriarchæ fuerunt Nectarius Conſtantinopolitanus, Timothæus Alexandrinus, Meletius Antiochenus, Cyrillus Hieroſolymitanus. Incidit autem, Proſpero teſte in Chronico, in Conſulatum Gratiani, & Theodoſij Augg. hoc eſt in an. Dom. 383. Nemo Occidentalium Epiſcoporum interfuit, quoniam Damaſus Papa Romæ coegerat Synodum Occidentalium, atque ad eum locum inuitauerat Epiſcopos, qui Conſtantinopoli conuenerant, vt eo modo Romæ celebraretur Concilium pleniſsimum; ſed quoniam Orientales iuſtis de cauſis Romam venire nõ potuerunt, Damaſus excuſationem admiſit, atque animis, ac ſententijs duæ illæ Synodi coniunctæ ſunt, non minus quàm vna, & eadem fuit. Atqui in eadem Synodo Conſtantinopolitana quædam pręcipuè acciderunt, quæ digna ſunt ſcitu. Meletius enim Antiochenus Epiſcopus Theodoſio per quietem oſtenſis, ipſi imponere diadema, vt per quos Regias conferri dignitates D. Prouidentia velit, intelligi poſsit. Nam & ab eodem Theodoſio cognitus eſt Meletius nullo indicante, vultu ipſius conſiderato, quem cernere ſibi viſus fuerat. In ea item Synodo hæreſes omnes reprobatæ ſunt, ac præſertim Macedonij Conſtantinopolitani Epiſcopi (de quo diximus) perperam ſentientis de Spiritu ſancto, quem in rerum aliarũ ordinem redigebat. Acta, Decretaque omnia à Damaſo Pont. probata. Nouumque fidei Symbolum, in quo de Spiritu ſancto ex Patre, Filioque eum procedere, affirmatum eſt. Ita Synodus Foroiulienſis ait ante annos octingentos habita. Id verò Symbolũ Nicæno vt ſubſtitueretur ſacris celebrandis auctor fuit Damaſus, qui anno ſequenti diem obijt. Vide Theodoretum, lib. 5. hiſt. cap. 9. & 10. Bell. Card. Tom. 1. controuerſ. 4. lib. 1. de Concilijs, cap. 5. & eodem in Tomo, controu. 2. lib. 2. de Chriſto, cap. 21. & Baronij Card. Annales ſub eundem annum, & Ioan. Marianam noſtrum, de rebus Hiſpaniæ lib. 4.

CONSTANTINOPOLITANA Synodus viginti duorum Epiſcoporum, an. Dom. 400. Anaſtaſij autem Papæ III. Ioan. Chryſoſtomus præfuit. Actum eſt de neceſsitatibus Eccleſiaſticis. Antonius item Epiſcopus de quibuſdam eſt accuſatus, ſed quæ accuſator Euſebius non probauit.

CONSTANTINOPOLITANA Synodus an. 439. Octauo autem Sixti Papæ, celebrata eſt, Proclo Conſtantinopolitano Epiſcopo, cum illic Dioſcorus Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconus ageret Apocriſarium, qui inſtabat eſſe Epiſcopi Alexandrini pręſidere omnibus Eccleſijs Orientis, vtpote qui primus eſſe ſciretur in Eccleſia Catholica poſt Pont. Romanum Antiſtes. Decretum eſt, ſeruanda eſſe, quæ in Concilijs Nicæno, & Conſtantinopolitano de diſtinctione Diœceſum ſtatuta fuiſſent. Alexandriæ verò Epiſcopus ea, quæ ad AEgyptum pertinent, tantummodo regeret, & vnaquęque Diœceſis res proprias, & quæ ad eam ſpectant. Theodoretus epiſt. 86.

CONSTANTINOPOLITANVM Concilium procurante Theodoſio Imp. an. Dom. 449. indicente autem Leone Papa, qui iam decimum Pontificatus annum agebat, eſt habitum; Affuere triginta Epiſcopi, Theodoſius autem Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus præfuit, in cauſa Eutychetis.

CONSTANTINOPOLITANA Synodus an. Dom. 450. Leonis Papæ XI. à Legatis Apoſtolicæ Sedis congregata, ad reſtituendos communioni Eccleſiæ Catholicæ lapſos Epiſcopos. Fragmentum horum Actorum inſeruit Baron. Card. 6. Tom. ſuorum Annal. excerptum è rebus geſtis S. Abundij Comenſis Epiſcopi, qui fuit vnus è quatuor Legatis à Leone Pont. Max. miſsis.

CONSTANTINOPOLITANVM Concilium an. Dom. 459. Leonis autem Papæ XX. cuius acta Synodalia perierunt, niſi quòd fuiſſe vel ſancitum aduerſus Simoniacos, vel de firmando Decreto fidei Concilij Chalcedonenſis, deque abolenda hereſi Eutychiana re- [redacted] dæ autem Papæ [redacted] quinque petitiones continens, & ob eadem, Decreta totidem edita. De reſtituendis nominibus Orthodoxorum in Diptychis, deque alijs, de quibus vide Baron. Card. Tom. 7. ſub an. 518. Hormiſdæ autem quintum. Sed tamen eadem Synodus ab Hormiſda Pont. Max. reprobata eſt, præter illa, quæ pro firmitate Concilij Chalcedonenſis, & contra

Seuerum,

Seuerum,& alios Eutychianos hæreticos decreta fuere, quæ quidem ab eodē Pont. Max. rata ſunt habita, & approbata.

Constantinopolitana Synodus ab Epiphanio Epiſcopo coactæ an. Dom. 520. in qua decreta eſt Legatio ad Hormiſdam Papam.

Constantinopolitana Synodus,cui præfuit Mennas, celebrata eſt an.Dom. 536. contra Seuerum, Anthimum, & alios hæreticos.

Constantinopolitana ſecunda Synodus,quæ verè quinta Synōdus fuit(nam quæ ſub Agapeto, & Menna celebrata eſt, quæque in 2. Tomo Conciliorum ſub nomine quintæ Synodi quatuor actionibus continebatur, particularis fuit,& quintam Synodum anteceſsit) celebrata eſt Vigilio Summo Pontifice, & Iuſtiniano ſeniore Imp. an. 12.poſt Conſulatum Baſilij, qui fuit an. à Dom. Incarnatione 553. Conuenerunt Epiſcopi 165. è quibus erant Patriarchæ Eutychius Conſtantinopolitanus, Apollinaris Alexandrinus, Dominus Antiochenus, Euſtochius Hieroſolymitanus, qui non per ſe, ſed per Legatos interfuit.Summus autem Pontifex nec per ſe,nec per Legatos.Synodum tamen per libellum confirmauit, vt Nicephorus ſcribit, lib.17. cap.27. Cauſa congregandæ Synodi fuit Origenis hæreſis, quæ tunc inualeſcebat, & ſimul Didymus, & Euagrius eius Sectatores: necnon Theodori Mopſueſteni,& Theodoreti Cyrenſis ſcripta,& Epiſtola,quæ dicebatur Ibæ ad Marim Perſam. Vide Ioan. Zonaram in vita Iuſtiniani: Nicephorum, lib.17. cap.27. S. Gregorium, lib.1. Epiſt.24. Euagrium, lib.4. cap.38. Liberatum in Breuiario, cap.23. & 24. licet, quæ liberatus dicit, valde cautè legenda ſint: aut enim non ſunt ipſius, aut ipſe falſa alia relatione deceptus fuit. Certè non congruunt cum aliorum Catholicorum Patrum narrationibus, quemadmodum etiam docet Bell. Card. controuerſ.4. lib. de Concilijs, cap.5. vltra medium.

Quintam autem Synodum probauit S. Gregorius Magnus, lib.1. Epiſt.24. ad Ioan. Conſtantinopolitanum Epiſcopum, in qua inquit: *Epiſtola,quæ Ibæ dicitur,erroris plena reprobatur,in quo Theodorus perſonam mediatoris Dei,& hominum in duabus ſubſiſtentijs ſeparans,ad impietatis perfidiam cecidiſſe conuincitur.* At quintæ Synodi Acta deprauata ſunt ab Origeniſtis, ſiue à Monothelitis. *Pudenda planè in illis* (inquit Baronius Card. Tom.7. ſub an.Dom. 553. Vigilij autem 14.) *intexta habentur, ac prorſus indigna OEcumenica Synodo, cum alioqui neq; OEcumenicæ tunc Synodi potuerit habuiſſe nomen, vtpote nec in Spiritu ſancto legitimè congregata, cui ſiue per ſe, ſiue per ſuos ipſe Romanus Pontifex noluit intereſſe.*

Constantinopolitana Synodus,quam an.Dom.587. Pelagij autem Papæ Secundi decimo,Ioan. Patriarcha Conſtantinop. celebrauit,ſpecie quidē in cauſa Gregorij Epiſcopi Antiocheni, ſed vt ſe *vniuerſalem* appellari tentaret, à Pelagio Pont. Max. irrita eſt reddita.Vide Greg. Magnum,lib.4. Indict.13. Epiſt.16.& lib.7.c.69.Euagr.lib.6.c.7.

Constantinopolitana Synodus dum an.Dom.599. peragitur inſcia Apoſtolica Sede, Gregorius id ſubodoratus ſcribit ad Epiſcopos Orientis, ne quid noui decerneretur in ea de nomine OEcumenici. Greg. Magnus, lib.7. Epiſt.64. Indict.2.

Constantinopolitana Synodus à Sergio Conſtantinopolitano Patriarcha an.Dom.639. ad Echteſim fidei, ſiue edictum Heraclij Imp.confirmandum,non eſt legitima, nec Catholica, & proinde inualida. Eius fragmentum recitatur in Concilio Lateranenſi ſub Martino Papa in tertio ſecretario.

Constantinopolitana tertia Synodus celebrata eſt an. 12. Conſtantini IV. teſte Paulo Diacono in vita ipſius,qui quidem erat an. Dom. 681. Et Concilium quidem numerat annos Conſtantini à prima coronatione, Paulus verò Diaconus à morte Conſtantini Patris Conſtantini. Conuenerunt Epiſcopi 289. licet alij dicant 550. Patriarchæ fuerunt duo, Gregorius Conſtantinopolitanus, & Macarius Antiochenus: nam reliqui per legatos egerunt, vti & Agatho Pontifex per Legatos ſuos interfuit,ac præſedit. In ea Synodo damnata fuit hæreſis volentium vnam tantum in Chriſto voluntatem. Vide de hac Synodo Albertum Pighium in Diatriba, qui Synodum 6. & 8. vt modo extant, ſuppoſititias putat. At Franciſcus Turrianus veras, & germanas eſſe aſſerit. Card. autem Bell. agit de ijs lib. 4. de Summo Pont. cap. 11.

Constantinopolitana Synodus ſub Leone Iſauro contra ſacras imagines an. Dom. 730. qui fuit 13. Imperij eius, reprobatum eſt. Neque enim interfuit vllus Patriarcha,excepto pſeudoepiſcopo Conſtantinopolitano. Definitum etiam fuit impiè, abolendas eſſe Chriſti,& Sanctorum imagines. Vide 6. actionem Concilij 7. vbi reprobatum eſt. Vide item Paulum Diaconum lib.21. & 22. rerum Romanarum, & Zonaram in Annalibus. Falsò autem hæc Synodus vocatur Epheſina ab auctore Summæ Conciliorum in principio ſeptimæ Synodi, & à Sixto Senenſi, lib.5. Bibliothecæ Sanctæ, annot. 247. & à



Digitized by Google

multis recentioribus, atque ab eo, qui edidit Concilia, in quadã præmonitione præfixus ſeptimæ Synodo: nam omnes antiqui eam vocant Conſtantinopolitanam, & idipſum patet clariſsimè ex iſto ipſo Concilio, quod inſertum legitur in ſeptima Synodo, Actione 6. Cauſa erroris videtur fuiſſe, quòd iſti profanæ Synodo præſederit Theodoſius Epiſcopus Epheſinus. Vide Bellarminum Card. Tomo. 1. controu. 4. lib. 1. de Concilijs, cap. 6. & de Imaginibus Sanctorum, cap. 14.

CONSTANTINOPOLITANVM Concilium an. 850. ab Ignatio Patriarcha eſt celebratum, in quo depoſitus eſt Gregorius Epiſcopus Syracuſanus, ita tamen vt aſſenſus Leonis Romani Pontificis requireretur: celebrata enim Synodo, & lata in eum ſententia, Legati miſsi ſunt ad Leonem Papam ea de re: Leo autem confirmare diſtulit, donec pars altera audiretur. Vide Nicolai Papæ Epiſt. nonã ad Michaëlem Imp. & Baronium Card. Annal. ad eundem annum.

CONSTANTINOPOLITANVM Conciliabulum aduerſus Ignatium legitimum Patriarcham, qui Mitylenæ erat in exilio, ſed cui conciliabulo non Spiritus ſanctus, ſed Satanas interfuit, de quo vide Nicetam, & Anaſtaſium Bibliothecarium in præfatione hiſtorica ad octauam Synodum, & Nicolai Pont. Max. Epiſtolas primam, quartam, & ſextamdecimam. Annal. Bar. Card. Tomo 10.

CONSTANTINOPOLITANVM Conciliabulum licet numeroſum an. 861. habitum à Photio, in quo conclamata eſt dãnatio viri S. Ignatij legitimi Patriarchæ. Quamobrem Nicolaus Papa conuentũ hunc Satanæ, latrocinalem Synodum appellare conſueuit. Acta eius vide apud Bar. Card. Annal. 10. Tom. ſub eundem annum. In quibus item videbis falſatas à Photio literas Sedis Apoſtolicæ. Porrò hæc pſeudoſynodus duplex dicta reperitur, cuius rei meminit Nicolaus Papa Epiſt. 10. Id quoque pręfefert titulus duorũ eiuſdem pſeudoſynodi Canonum apud Theodorum Balſamonem his verbis præfixus. Canones editi à S. & magna Conſtantinopolitana Synodo prima & ſecunda, quæ congregata eſt in venerabili templo SS. & benedictorum Apoſtolorum. Hæc ibi, vbi Theodorus explicat cur duplicem Synodum appellauit, & nõ potius more maiorum, duplicem vnius Synodi Actionem, cum eodem in loco eodem anno ab iiſdem Epiſcopis actiones ambæ fuerint.

CONSTANTINOPOLITANVM Conciliabulum præſidente Michaële peſsimo Imp. collegit iterum an. 863. Photius vir nequiſsimus, quo calumniatus eſt Pont. Max. milleque circiter antiſtitum ſubſcriptiones falſas interſeuit, quare ſancti viri eum fugere inceperunt, & quaſi ſqualorem quendam declinare, alterum Dioſcorum, hunc appellantes, & præcurſorẽ Antichriſti, immò ipſum antichriſtum. Vide reliquas ſubdolas artes To. 10. Annal. Baron. Card. Item Photius duarum vnumquemque hominem animarũ conſiſtere prædicabat. Vide Anaſtaſium. Quin & Photius videri volens benignus, epiſtolam ad Bertam eundem cum ipſo funem trahentem, ſcripſit, quæ ex Bibliotheca Sfortiana à Petro Morino in Latinum verſa inſerta eſt in 10. Tom. Annal. Baron. Card. ſum an. 863.

CONSTANTINOPOLITANA quarta. quæ fuit 8. Synodus celebrata eſt Adriano II. Summo Pontifice & Baſilij Auguſti an. 3. qui fuit an. 870. Conuenere Epiſcupi 383. è quibus vnus Patriarcha Photius, ac deinde Ignatius Conſtantinopolitanus, cæteri per legatos. Hæc autem Synodus, extat imperfecta in Tomis Cõciliorum, in qua depoſito Photio, iterum reſtitutus eſt Ignatius. Huius autem Synodi meminit Zonaras in vita Baſilij Imp. Eſt autem hoc loco animaduertendum, tres Synodos in cauſa Photij Conſtantinopolitanĩ celebratas. Vnam tempore Nicolai I. Pont. & Michaëlis Imp. in qua depoſitus fuit Ignatius, & ordinatus (ſi dicendus ſit ordinatus, an potius intruſus) Photius: cuius Synodi meminit Zonaras in vita Michaëlis; nec eſt dubium, hanc fuiſſe profanam Syodum, vt patet ex Epiſtolis Nicolai I. & Adriani II. Alteram de qua diximus, quæ fuit 8. Synodus. Tertiam quam eodem Baſilio imperante celebrauit per legatos ſuos Ioannes VIII. Adriani ſucceſſor, in qua Synodo, defuncto iam Ignatio, iterũ reſtitutus eſt Photius. Ac ſi vera ſunt, quæ Græci dicunt in Concilio Florentino ſeſſ. 6. & quæ ex hac refert Synodo Franciſcus Turrianus in lib. de Act. 6. 7. & 8. Synodi, reſciſſa ſunt planè acta præcedentis Synodi ſub Adriano, quâ etiam ſtatutum, vt tolleretur de Symbolo particula illa (*Filioque*) ſed id nullam habet veri ſimilitudinem. Iccirco facilè ſibi perſuadet [illegible]ell. aut omnia eſſe conficta, quæ dicuntur de Ioanne VIII. vt S. Antoninus docet in ſumma hiſtoriali parte tertia tit. 22. cap. 13. §. 10. aut certè verum quidem eſſe, Photium à Ioanne VIII. per legatos reſtitutum in Sedem Conſtantinopolitanam poſt mortem Ignatij, at certè ſuppoſititia eſſe, & adulterina, & à Græcis conficta, vt ex Manuele collecta Turrianus oſtendit libro citato: confirmatur autẽ hæc ſententia, tũ quia Zonaras meminit quidem reſtitutionis Photij, nõ autẽ abrogationis Concilij 8. nec ablationis illius particulæ

(*Filioque*) ex Symbolo, tum etiam, quoniam Græci in Concilio Florentino Sectio. 6. non agnoſcunt pro Synodo œcumenica Concilium illud ſub Ioan. VIII. quamuis illis multum prodeſſe potuiſſet, ſi legitimum, & germanum fuiſſet. Sed & vide omnino in verbo *Octaua Synodus*.

CONSTANTINOPOLITANAE Eccleſiæ vnio, & edictum vnionis videatur in 10. Tomo Annalium Card. Baronij pag. 920. primæ Romanæ editionis.

CONSTANTINOPOLITANAE ſextæ Synodo qui Canones aſcribuntur præcipuè 13. & 55. falsò aſcripti ſunt, cum poſtea editi fuerint à noua quadam Synodo, quam Romani Pontt. reprobarunt. Vide Turrianum noſtrũ lib. De ſexta Synodo: Melchiorem Canum De locis communib. cap. vlt. in ſolutione ſexti argumenti: Refutationem noſtrã aduerſus impoſturas Dauidis Chytræi. Sophronij autem Hieroſolymitani Epiſtola, quæ in 11. ſextæ Synodi Actione, quamúe hæretici corruperunt, inſcripta eſt ad Sergium Conſtantinopolitanum Epiſcopum Ducem Monothelitarum, falsò ita inſcripta eſt. Nam re verà ſcripta fuit Honorio Pont. Max. verè Catholico, quidquid aliter mẽtiti fuerint hæretici.

Eidem item Synodo tributus Canon 36. qui habet Epiſcopum Conſtantinopolitanum æquare Romanum Pontificem, non eſt veræ, legitimæ, atque œcumenicæ Synodi, ſed alterius cuiuſdã conuenticuli, quod ſeſe falsò ſextam Synodum appellauit. Conſtat enim Synodum ſextam Agathone Pont. Max. & Conſtantino IV. Imp. celebratam, nullos prorſus Canones edidiſſe, ſed quinquennio poſt conueniſſe iterum aliquot Iuniores Epiſcopos auctore Iuniore Iuſtiniano, ac plures, nomine Synodi ſextæ Canones promulgaſſe ſub nomine Synodi ſextæ. Idcirco Beda illum vocat *erraticam* Synodum, ſcribit in libro De ſex ætatibus in Iuſtiniano Iuniore reprobatos fuiſſe eius Synodi Canones à Sergio, qui tunc ſedebat Pont. Max.

CONSTANTINVS Applanus Canon. Lateranenſis Mediolanenſis, & Abbas librum ſcripſit prænotatum Soliloquia Abbatis hoc eſt. De humani Arbitrij libertate. Viuebat an. Dom. 1490.

CONSTANTINVS Hierotius Brixienſis, Ord. S. Saluatoris De Myſtica Theologia aduerſus Platonicos ad Marcum Card. Vigerium.

CONSTANTINVS Fabrienſis Italus, Ord. Præd. Chronicon eiuſdem Ord. ſcripſit. Viuebat an. 1470.

CONSTANTINVS Magnus Imp. primus Chriſtianorum Auguſtus Græcè & Latinè dogma Baſilicum, quod hodieque Romæ aſſeruatur, ingenti volumine compoſuit. Librum item ad Nationum Præſides. Alium Confeſsionum fidei ſuæ. Alium de Nicæna Synodo. Alium de Prouidentia Dei. Præterea & contra Gentes. Vitæ autem Inſtituta, ſiue Inſtructionem ad Filios. Sicuti & Epiſtolas ad diuerſos. Euſeb. Baron. Praxagoras vero Athenienſis duos libros de rebus Conſtantini ſcripſit, quorum capita ſummatim collegit Photius in ſua Bibliotheca.

CONSTANTINI Manaſsis Annales, de Græcis Latini facti, ſed ab hæretico Leunclaio. Eadem Chronica verſibus politicis extant Romæ in Vaticana Bibliotheca. Eiuſdẽ chronicorum Synopſis rhytmica, erat in Bibliotheca Ioan. Sambunci, Viennæ. Arbitror autem eſſe eundẽ librum cum ſuperiore. In Bibliotheca verò Imperatoris idem liber m.s. hanc habet inſcriptionem, *Beatiſsimi Philoſophi Conſtantini Manaſsis Synopſis Chronica verſibus Politicis Græcis, initio ſumpto ab Orbe condito ad Imperium vſq; Botoniatæ Nicephori diſpoſita.*

CONSTANTINVS presbyter Antiochenus, Ioan. Chryſoſtomi diſcipulus, pro quo multa à Porphyrio Antiochenæ Eccleſiæ presbytero paſſus eſt, collegit ex operibus eiuſdem Chryſoſtomi expoſitionẽ in Epiſtolam ad Hebræos digeſtam in Homil. 33. quarum prima, quæ magis eſt operis Argumentum, quàm Homilia, incipit. Romanis ſcribens.

CONSTANTINI Pſelli Lexicon in Euangeliſtas, ſiue breuis Expoſitio difficilium in ijs locorum, Græcè manuſcriptus extat in Bibliotheca Imperatoris Viennæ Auſtriæ.

CONSTANTINVS Vrbeuetanus Epiſcopus, Ord. Præd. vitam S. Dominici, & Officium, quo hodieque vtuntur, compoſuit. Viuebat an. Dom. 1248. Patrum Mon. Ord. Mediolani.

CONSTANTIVS Paſolinus, monachus congregationis Caſsinenſis ſcripſit elegiam, De tranſlatione SS. Parmenſium: excuſam Romæ an. 1589. vnà cum operibus Proſperi Martinengi. Viuebat eodem anno.

CONSTANTIVS Rufconus Canonicus Congregationis Lateranenſis Brixienſis, ſcripſit In Geneſim Commentarios in octo partes diſtributos, Ac de fide, & terminis humanæ cognitionis, ac libertatis, qui Brixiæ in Canonica Sancti Saluatoris, ſiue Sanctæ Afræ manuſcripti ſeruantur.

CONSTANTIVS Sarnanus Vmber, Ord. Franciſcani, cum Peruſij Theologiam profiteretur, euocatus à Sixto V. Pont. Max. fuit in Cardinalium numerum cooptatus. Scripſit autem, atque adeo edidit librum de concilianda doctrina D. Thomæ, & Ioan. Scoti. In Vniuerſalia item Scoti, quæ Venetijs prodierant apud Franciſcum Senenſem, an. 1583. & ad Antonij Syrreti Formalitates, Scholia quædam margini adtexta S. Bonauenturæ Opera collegit, & edi iuſſu Sixti V. Pont. aucta, & emendata curauit. Vide in verbo, Bonauentura. Præterea ſummam Theologicam Romæ excuſam an. 1592. & Directorium in Logicam, Philoſophiam, atque Theologiam ad mentem Scoti. Venetijs anno 1580. ad Signum Fontis.

CONSTITVTIONVM artium facultatis Pariſienſis profeſſoribus, & magiſtris obſeruandarum capita edita an. 1344. extant in Tom. 4. Bibl. SS. PP.

CORDVBENSE Concilium an. 852. in Hiſpania fuiſſe celebratum Scholiaſtes in Eulogium ſcribit. At fuit hic conuentus (inquit Baron. Card. ſub eundem annum) non in Spiritu ſancto legitimè congregatus, ſed conſilio perfidorum iuſſu Regis impij hoſtis Chriſtianorum collectus. In quo nec quod Deo placitum eſſet, tractatum, vel definitum fuit, ſed pſeudoepiſcoporum vnanimi conſpiratione facta cum Principe vetitũ eſt martyrium, demptuſque eſt cultus SS. Martyrum, erecta perfidia, atque depreſſa confeſsio.

CORNELIVS Bellanda Veronenſis, Ord. Minorũ, emiſit ſpirituale Itinerarium patrio ſermone, quo iter ex hac mortali ad cœleſtẽ vitã oſtenditur. Venetijs apud Aldum.

Nonnullas Orationes Latinas.

De compendiaria Venetiarum Vrbis origine, eiuſque Patrum laudibus.

Duas de Romanæ, & Venetæ Rerumpublicarum, earumque Patrum laudibus, & eiuſmodi alias. Toſsiniacenſis in hiſtoria Seraphica.

CORNELIVS Callidius, vide infra, Cornelius Lonſæus.

CORNELIVS Caſtellucius Italicè edidit librum prænotatum Sagittæ Diuini Amoris. (Dardi) apud Bartholom. Carampellum.

CORNELII Centurionis ſancti Acta, & obitus Græcè apud Symeonem in Manda m. s. in Vaticana Bibliotheca.

CORNELII Croci, Amſtelrodami, Eccleſia, ſiue auctoritatis Eccleſiæ declaratio, ad confirmandam fidem Catholicorum dogmatum, & ſtabiliendos animos aduerſus falſæ doctrinæ ventos. Antuerpiæ in ædibus Ioan. Steliſij 1536. Eiuſdem Precationes in Paſſionem Domini, Colonicæ 1532.

CORNELIVS Dontherius, Belga, Prouinciæ Flandriæ Niuellæ Brabantinorum, & (vt vocant) Guardianus, Ord. Minorum, ſcripſit lingua Patria de quindecim effuſionibus ſanguinis Saluatoris. obijt an. Dom. 1554.

CORNELIVS Gemma, quoniam in libris de arte Cyclognomonica pleraque tractat ad rerum Diuinarum cognitionem ſpectantia, locum hic habere poſſet, ſed ne actum agamus, videat Lector quod de illo ſcriptum eſt in primo libro noſtræ Bibliothecæ Selectæ, Romanæ editionis. In Apparatu autem ad Medicinam in eiuſdem Bibliothecæ Selectæ Veneta & Colonienſ. editione, eò enim tranſpoſitum eſt, quod occaſione Medicinæ eo de argumento egerit.

CORNELII Eſelsbergeri collatio de cælibatu miniſtrorum Catholicæ Eccleſiæ an. 1565. Offenburgi habita, Coloniæ autem excuſa apud Maternum Cholinum 1570.

CORNELII Ianſenij Paraphraſes in omnes Pſalmos Dauidicos, cum argumentis, & eorum annotationibus. Adiuncta eſt eodem auctore ſimilis paraphraſis ad ea veteris Teſtamenti Cantica, quæ per ſingulas ferias Eccleſiſticus vſus obſeruat. Louanij apud Petrum Zangrium 1569. & 1575.

Eiuſdem autem in Salomonis Prouerbia Commentarij Louanij antea 1568.

Acceſſere itidem Annotationes in librum Sapientiæ Salomonis editæ Antuerpiæ 1589.

Eiuſdem Commentarij in Eccleſiaſticum.

Acceſſerat verò in eiuſdem Ianſenij Commentarios in Pſalmos, Prouerbia & Eccleſiaſticum, rerum & verborum index. Louanij apud Petrum Zangrium 1569.

Sed demum eadem eiuſdem Ianſenij Opera, hoc eſt Paraphraſis in Pſalmos omnes Dauidicos, cum argumentis, & annotationibus: itemque ad eadem Veteris Teſtamenti Cantica, quæ per ſingulas ferias Eccleſiaſticus vſus obſeruat, & in Prouerbia Salomonis, & Eccleſiaſticum accurati Commentarij, omnia multo quam antea accuratiora reddita. Lugduni 1586.

Eiuſdem Homiliæ in Euangelia Dominicalia: è quatuor Commentariorum in Concordiam Euangelicam libris, à Georgio Braun collectæ, & ab Angelo Rouch à pluribus

mendis

Digitized by Google

mendis vindicatæ Venetijs 1578.& Coloniæ apud Io.Gymnicum 1577.
Eiuſdem Commentariorum in ſuam hiſtoriam Euãgelicam,partes quatuor, quibus pueritia, & acta Chriſti Domini vſque ad eius Aſcenſiouem continentur Louanij 1572. & Lugduni apud Carolum Peſnot 1577.& Antuerpiæ 1585.& Coloniæ in Officina Birckmannica anno 1592. nouiſſimè Lug. apud Petrum Landrij anno Dom. 1606. Addita ſumma ipſarum quatuor Partium, ad calcem Thomæ de Kempis, De contemptu Mundi.
Sanè verò ipſi Cõmentarij in Ianſenij ſuam Concordiam, ac totam Hiſtoriam Euangelicam, Venetijs quoque an.1587.prodierunt ex officina Dominici de Farris.
Et quidem Opus hoc(quod etiam in Bibl.Selecta attigimus) Auctorem magno valentem iudicio, doctrina, pietate oſtendit. è quo deſiderarunt viri optimi, vt quæ ab ipſo Ianſenij habetur honorificentior Eraſmi mentio,dematur, citationes autem Patrum, è quibus optima depromp ſit, adijciantur. In ea verò,quæ ſcripſit in ſextum caput Ioannis non defuit qui ſcripſit librum Didacus Caſtillus,quem Romæ etiam edidit anno 1593.
Quæ quoniam inſignis materia eſt, nempe de Sanctiſſimo Sacramento, ea in ipſo quidem Didaco,at & inprimis in Card. Toleti Commentario in idem ſextum caput Ioannis legenda eſt,& cum Ianſenio conferenda ad veritatem excutiendam.

CORNELII Lonſæi Callidi, ſiue Callidij liber de ſpiritu vertiginis vtriuſque Germaniæ in Religionis diſſidio,atque vnde cunctæ calamitates,origo progreſſus,& curandi modus, cum reiectione inefficacium adhuc remediorum,prudentibus aliquo prudentium allatis conſulationibus.Moguntiæ 1579.& 1582.
Eiuſdem Duellum fidei & rationis;an item in Euchariſtiæ Sacramento verè ſit Corpus Domini.Moguntiæ apud Gaſparum Behem 1581.
Thuribulum aureum Sanctarum precationum. Moguntiæ 1581.
Apparatus menſæ Dominicæ,pia exercia,Preces,& Meditationes continens,Coloniæ apud Gerardum Greuenbruch 1591.
Officium venerabilis Sacramenti cum precibus,alijſque pijs exercitijs. Coloniæ 1591.

Sed & extat ipſius, illuſtrium Germaniæ ſcriptorum catalogus:quo doctrina ſimul & pietate illuſtrium vitæ, & opera celebrantur. Quorum item potiſſimum ope literarum ſtudia Germaniæ ab an.1500.vſque ad 1581.ſunt reſtituta,& fidei dogmata à ſectariorum nouitatibus vindicata.Excuſus eſt autem Moguntiæ, apud Gaſparum Behem,ann.1581. At rectius de Belgicis ſcriptoribus Miræus,qui hoc anno 1602. prodijt in lucem, Antuerpiæ.Nam Cornelius ipſe Lonſæus haud valde certus rerum. De Caſſandro autem nimis benignè, quem fuiſſe conſtat extra Eccleſiæ caſtra(vide Indicem librorum prohibitorũ) De alijs verò, qui boni,& probi, non rectè,ſed & Damianum à Goes inſerens Belgis falſus eſt fuit enim Luſitanus.

CORNELIVS Muſius Delphius,duplici laurea Poetæ,martyriſque ornatus ab impijs Caluinianis hoc eſt à Lumæo,qui eos milites ductabat, naſo,& auribus,truncatis,manuu pedumque digitis,& ijs,quæ naturæ honeſtas abdidit,præciſis duos & ſeptuaginta annos natus,an.1572.trabi in foro affixus,ac laqueo ſtrangulatus eſt;cum antea cœpiſſet ingenij ſui fœtus typis Marneſijs euulgare,& vt ſcribit Myræus,in patriam reuerſus,ſacris Diuæ Agathæ virginibus annos fere 35.magna per vniuerſam Batauiam innocentiæ ſanctitatiſquæ fama præfuit; ſolitus ſæpè Deum venerans precari, vt deploratiſſimis hiſce temporibus ſanguinem ipſi donare, à quo vitam accepiſſet, mereretur. Ceterũ in D.Cornelij cognomen Hymnus ſæpè decantatus ab ipſo, teſtis eſt ſui erga martyrium deſiderij.

*Beate Chriſti Pontifex*
*Chriſtiq; martyr inclyte*
*Hanc gratiam Cornelio*
*Tuo benignus impetra*

*Vt exprimo quem nomine*
*Te charitate, te fide*
*Et aſſerenda audacia*
*Te veritatis exprimam.*

Eiuſdem extat inſtitutio fœminæ Chriſtianæ carmine reddita.Et Odæ,& Pſalmi aliquot, Pictauij ex officina Marneſiorum fratrum an. Do. 1536. Eiuſdem imago patientiæ carmine deſcripta. De temporum item fugacitate,& ſacrorum Poematum immortalitate Odæ.ibid.

CORNELIVS Muſſus Placentinus,Ord.Minorum,à Paulo III.Pont.factus Epiſcopus Bituntinus,vir incomparabili penè ingenij fœlicitate,vt continentia, & pietate, præditus fuit: Extant eius conciones luculentiſſimæ Hetruſca,lingua editæ. Scripſit Latinè, & pereleganter in Epiſtolam D.Pauli ad Romanos. Quæ ſunt edita apud Iuntas Venetijs

anno 1589. In Decalogum item. In Symbolum Apoſtolicum conciones, quas habuit coram Paulo III. Pontif. Max. quæ anno 1598. ex Italico in Gallicum idioma ſunt verſæ, inque duos Tomos diſtributæ à Gabriele Chappuys Chronologo, & Secretario Regio Pariſijs.

*Primo volumine hæc tractantur.*

De neceſſitate inſtitutionis Chriſtianæ.
De Fide.
De primo articulo Symboli Apoſtolici.
De generatione æterna filij Dei.
De morte Chriſti.
De Reſurrectione.
De extremo Chriſti iudicio.
De Spiritu ſancto tertia, in Sacroſancta Triade, perſona.
De Eccleſia Catholica.
De veritate vitæ Chriſtianæ.
De primo arcano ſapientiæ hominis.
De ſapientia Diuina.
De myſterio Incarnationis filij Dei.
De Deſcenſu eius ad inferos.
De Aſcenſione.
De communione Sanctorum, & remiſſione peccatorum.
De reſurrectione carnis, & vita æterna.
Summarium, ſiue Compendium expoſitionis Symboli Apoſtolorum.
De dilectione Dei, & proximi.
De amore erga proximum.
De amore mutuo, qui eſt finis vitę chriſtiaę
De operibus vitæ Chriſtianæ, ſine quibus refrixit charitas.

*Secundo volumine.*

De Operibus neceſſarijs homini Chriſtiano quæ in Decalogo continentur, & inſculptis lapidi, traditiſque ſummo Monarchæ populi Iſraël, & per eum, toti Mundo.
De honore, & cultu Dei.
Contra immemores adorandi Dei in ſpiritu & veritate.
Similiter contra eos, qui contenti ſolo ſpiritu negligunt cultum Dei exteriorem, & cæremonias.
Quòd homines maius peccatum committere non poſſint, quàm lingua, qua Deum inhonorant, quoniam beneficio linguæ cæteris creaturis antecellunt.
De requie ſpiritus Deo conſecrati.
De cultu exteriori, qui fit Deo, determinato ab Eccleſia.
De operibus ſex dierum, conditi Mundi, & de requie diei ſeptimæ.
Item de loco cultus Dei in die Dominica.
De pietate filiorum in parentes.
De reuerētia debita Sacerdotibus, & ſenioribus.
De non occidendo proximo.
De prohibitione iræ, & inuidiæ.
Contra adulteros, & fornicatores.
Contra auaros.
Contra maledicos.
De iuſtitia interiore refrenante animę concupiſcentiam
De Paſſione Ieſu Chriſti Domini noſtri.

Præter hæc, doctrinam de Iuſtificatione in ordinem redegit, in Cōcilio Tridentino, cum auditorum admiratione tanta; vt PP. ceteri vno ore omnes dicerent Spiritum ſanctū mirabili modo in eo fuiſſe operatum: vt ſcribit Michael ab Iſſelt, in vita eius, quam præfixit Tomo primo concionum, & multa illius Latinitate donauit.

Perorauit etiam Latino Sermone, Dominica tertia Aduentus, Tridētinos Patres hortatus ad ſpirituale gaudium verbis Paulinis, *Gaudete in Domino ſemper*, multaſq; è Conciliis in Orbem vniuerſum vtilitates refluere docuit.

Habuit etiam in eodem Concilio diſertam Hetruſco Sermone concionem, de perſecutionibus, & victorijs Eccleſiæ, in Pſal. 45. pro expeditione Caroli V. Imperatoris, aduerſus Lutheranos, quos ipſe Cæſar ad Albim Germaniæ fluuium fudit an. 1546. Scripſit Homilias Latinas de modo viſitandi. Synodum item Bituntinam.

Quinque libros de Hiſtoria Diuina, certè miros, & perelegantes qui Venetijs editi ſunt apud Iuntas ann. 1587. Qui & conciones ipſius Quadrageſimales ediderunt ann. 1588. Nam varias alias Gabriel Iolitus, ſiue eius filij ediderant ann. 1583. Ioannes autem Digara an. 1588. emiſit eundem Muſſum declarantem Pſal. *De Profundis*. Obijt Romæ anno 1574. Annos natus 64.

Porrò Conciones Euangeliorum Dominicalium, & Feſtorum Sanctorum Latinitate donatæ à Michaele ab Iſſelt, prodierunt Coloniæ anno 1603. apud Quentelium.

CORNELIVS (vt inquit Hieron.) Romanæ Vrbis Epiſcopus, ad quem octo Cypriani

extant Epiſtolæ, ſcripſit Epiſtolam ad Flauianum Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum, de Synodo Romana, Italica, & Africana, & aliam de Nouatiano, & de his, qui lapſi ſunt, tertiam de geſtis Synodi: quartam ad eundem Flauianum valde prolixam, & Nouatianæ hæreſeos cauſas, & anathema cõtinentem. Rexit Eccleſiam annis duobus ſub Gallo, & Voluſiano, cui ob Chriſtum martyrio coronato ſucceſſit Lucius. Ad quod dicitur *ad Flauianum* Euſeb. c. 43. hunc *Fabium* appellat, ita Lipſius, cum quo conſentit codex Martianus. Infra autem in Dionyſio eum omnia exemplaria Belgica *Fabium* vocant. Vide c. 69. Sigeberti, qui etiam eum *Fabium* nominat. Sic quoque Honorius, qui hæc ita, *Cornelius Romanæ Vrbis Epiſcopus, ſcripſit Epiſtolam ad Fabium Antiochenæ Eccleſiæ Epiſcopum, de Synodo Romana, & Italica, aliam de Nouatiano, & de his qui lapſi ſunt, tertiam de geſtis Synodi, quartam ad eundem Nouatianũ, & Fabium valde prolixam.* Sed & eiuſdem Cornelij ad Lupicinum Epiſcopum, extat Epiſtola in Tom. 2. Bibl. SS. PP.

CORNELII Schonæi Comœdiarum Sacrarum pars prima, nunc denuo ab ipſo Auctore recognita, Coloniæ apud Greuenbruch, an. 1605.

CORNELIVS Schultingius Steinuuichius Theologiæ profeſſor Coloniæ ad ſanctũ Andream Canonicus, edidit Eccleſiaſticæ diſciplinæ libros ſex. De canonica, & monaſtica diſciplina collapſa reſtauranda, priſtinoq; nitori reſtituenda: ad Clemẽtis VII. encyclicas, ſiue paræneticas litteras. Editus eſt hic liber Coloniæ Agrippinæ apud Villhelmum Lutzenkirchen, an. 1548. Sed & ipſius extat cõfeſſio Hieronymiana, è germanis D. Hieronymi operibus collecta, & per locorum Theologicorum capita, methodo, in quatuor Tomos diſtributa. coloniæ 1585. Quin & Bibliothecam Eccleſiaſticam emiſit Coloniæ apud Stephanum Emerdem. an. 1599. & anno 1602. ibidem apud eundem Opus variarum lectionum, & animaduerſionum aduerſus primum librum Inſtitutionum Caluini, ſuperiore autem anno, hoc eſt 1601. ibidem apud eundem Theſaurum Antiquitatum Eccleſiaſticarum è ſeptem prioribus Tomis Cardin. Baronij contra centurias Magdeburgenſis, & Caluiniſtas, & apud Hermannum Hobergan. 1603. Et Tragicocomœdiam Conſtantini Magni, & ſanctæ Helenæ ab eodẽ inuentã, & diſpoſitã Coloniæ apud Vvilhelmũ Lutzenkirchen in octauo, an. 1602. At & eiuſdem prodijt ibid. Hierarchica Anacriſis, in qua varij de politia Eccleſiaſtica Caluiniſtarum libri, & diuerſæ tam Gallicæ quam Belgicæ ab ijſdem celebratæ (ſi Deo placet) Synodi ab hinc 50. annis conuelluntur, arcana eorum myſteria euulgantur, & refutantur Coloniæ apud eũdem Hermannum Hoeberg, an. 1604.

CORNELIVS Snekis Friſius, natus in Indick prope Snekam, Ord. Præd. cœnobij Roſtochienſis Prior in Ducatu Megalopolitano, obijt, ſepultuſque eſt in choro fratrum ſui Ordinis Leouardiæ 14. Septemb. an. 1531. ſcripſit aduerſus Sebaſtianum Polonum Lutherani dogmatis propugnatorem. Item de Roſario B. Mariæ Virg. Sermones quoque Synodales, quos in diuerſis Eccleſijs cathedralibus habuit: Itẽ Sermones aliquot habitos in admiſſiõe Nouitiorũ ad Ord. Quæ omnia in Bibl. Pręd. Leouardiæ extabãt. Vixit circa 1537.

COSIMI Agnelli extat admonitio Chriſtiana ad Mulieres. edita à Io. Baptiſta Ciotto, Venetijs, Italicè.

COSMAS Damianus Hortulanus Perpinianenſis, Theologiæ, ac Iuris Pontificij Doctor, monaſterij B. Mariæ Villæ Bertrandi, Ord. Canonicorum Regularium S. Auguſtini Abbas, atque Philippi II. huius nominis Hiſpaniarum Regis Catholici in Synodo Tridẽtina Theologus, ſcripſit in Canticum Canticorum Salomonis Explanationem diſtributam in Iſagogem, Paraphraſim, & quinque poſteriores libros pleniores (vt ait) interpretationes: Iuſtum autem (hoc eſt ſatis ingens) Opus hoc eſt, quod in Italia primo euulgatũ eſt Venetijs apud Felicem Valgriſium an. 1585. cum Auctor an. 1566. diem obijſſet. Hic verò cum magnam vbique pietatem, atque eruditionem ſpiret, id præſertim hac explanatione agit, vt intelligatur ecquid ſpõſus Chriſtus Dominus de ipſa matre Eccleſia, hoc eſt, de ſua ſponſa ſentiat. Videlicet Salomon eam per ſimilitudines, & parabolas, myſticas itẽ ſignificationes rerum creatarum, & artificioſarum ſui regij cultus, & ornatus plenarum introduxerat, vt ita in ſui ſponſi cognitionem omnes homines adducerentur. At hic Salomonis explanator, alteram quam diximus, viam inſiſtens, habuit rationem præſentis æui, quo ſponſa Eccleſia varijs agitata fluctibus, quin & (ſi fieri potuiſſet) è medio ſublata, vna ipſa hæreſis multiplex, ac Satanæ pellex fornicari faceret vniuerſum orbem, atq; ita præcipitem ad inferna detruderet.

COSIMVS Fauilla, Florentinus, Ord. Seruorum, edidit librum De recta vita Religioſorum. Quo item enumerat omnes Ordinis ſui præpoſitos Generales, atque eos, qui ſanctitate polluerunt, præter Thomam Vrbeuetanum, & B. B. Biundam è Verruculo, atque

Mariam

Mariam Genuenſem, quòd nondum Chronica, Ord. Seruorum, non integrè eorum meminiſſent. Atqui ſcripſit de cognoſcendis veris & falſis Prophetis, & expoſitionem in Pſalmum quinquageſimum, & in Symbolum Apoſtolorum.

COSIMVS Philiarchus, Piſtorienſis, Canonicus, & Theologus Florentinæ maioris Eccleſiæ, Tomos duos De officio Sacerdotis ſatis vberes emiſit in lucem. Quorum vtrũque Venetijs Iunctæ typographi excuderunt anno Domini 1597. In eis de Caſibus pleriſque omnibus conſcientiæ agitur, doctè, atque perſpicuè: ſed ita, vt neceſſarium exiſtimauerit, poſtquam Manuale (qui fuerat alter illius labor) de Caſibus conſcientiæ edidiſſet, idem in manus reſumere, & ad illius diſtinctionem, atque extinctionem (quæ verba ſunt ipſius Philiarchi ad finem ſecũdi Tomi ante Indicem) polliceri alterum librũ, quod compendium librorum de officio Sacerdotis inſcribitur, quod quidem (ait) rudioribus ſufficiet. Verum enimvero ſciendum eſt, in hoc Opere De Officio Sacerdotis tertiam ſecundi Tomi partem intextam alia continere, quæ ad conſcientiæ caſus non pertinent, ac tamen Theologiæ, atque Philoſophiæ ſtudijs commodare poſſunt. Primo enim libro tertiæ partis agit De fide contra Gentiles, vbi accuratè, & breuiter de animæ immortalitate (etiam ex ipſo Ariſtotele) argumenta depromit. Secundo, De Chriſtiana religione contra Iudæos, ac de veritate fidei contra Hæretios. Tertio De dogmatibus fidei. Quarto de virtutibus generatim, & particulatim ac de interpretatione Sacræ ſcripturæ.

COSMAS Feſtinus Laudenſis, quæ Ciuitas non procul abeſt Mediolano, Cartuſianus, pia edidit Poemata. Viuebat Maximiliano II. Imp.

COSMAS Hieroſolymita, vir ſanctus, in ſanctam Chriſti Redemptoris Theogoniã, feſtaque alia, & myſteria Hymnos tredecim ſcripſit, qui extant in Tomo octauo Bibl. Sanctorum Patrum.

COSMAE Indicopleuſtis Prolegomena, ſiue præfationes in Pſalterium Græcum extãt in Bibl. Vaticana

COSMVS Oricellarius Florentinus, Ord. Seruorum, in Regulam S. Auguſtini, cuius initium, *Hieronymo ſancto*. Viuebat an. 1521. Michael Pociantius.

COYACENSE Concilium in diœceſi Ouetenſi in Hiſpania, Era 1088. id eſt anno Chriſti Dom. milleſimo quinquageſimo, ſub Ferdinando Rege primo Caſtellæ, qui cognominatus eſt Magnus, Leone autem IX. Pont. Max. anno ſui Pont. 2. ad Eccleſiaſticam diſciplinam reuocandam celebratum eſt, cuius Decreta reperta in Eccleſia Cordubenſi, atque ab Antonio Auguſtino deſcripta, cum antea non prodijſſent inſeruit 11. ſuorum Annal. Tom. Cæſar Card. Baronius ſub eundem ann. 150 Extat tom. 3. Conc. edit. Colonienſis poſtremæ.

## CR

Credo Caluiniſequarum in gratiã Caluiniſtarum tertio diſputatum & excuſum Monaſterij Vveſtphaliæ an. 1607.

CRESCENS vir ſanctus, ſiue Creſcentius D. Pauli diſpulus Moguntiaci, ſiue Moguntiæ ad Rhenum Sedem Epiſcopalem conſtituens, vnus è primis Germaniæ Apoſtolis, De fide contra gentes multa edidit, quæ tamen ad nos haud peruenerunt, Vixit an. 72.

CRESCENTIVS Aeſinus Picens, Ord. Minorum, ſub annum 1245. Generalatu, ac deinceps Epiſcopatu, apud Aſſiſinates perfunctus, his vltro ceſſit, & inter clauſtri ſui anguſtias, quam in conſpectu Mundi verſari maluit, ſcripſit Iuris ſummam doctrinæ ſuæ Symbolum. Dubia item ad Regulam Ordinis ſui ſpectantia declarauit. Eodem autem procurante, Beati patres, Leo, Angelus Tancredus, & illuſtris Ruffinus S. Claræ cõſanguineus, Sancti Franciſci res præclarè geſtas in vnius libri corpus collegerunt, qui prænotatus eſt: Legenda trium ſociorum. Multa quoque iuſſu ipſius ſcripſit, de Ord. Minorum fundatore B. Franciſco frater Thomas è Ceperano.

CRESCONIVS Epiſcopus Africanus Breuiarium inſcripſit, in quo, ea quæ in ſingulis ſunt decreta Concilijs collocauit, Dionyſij nempè Exigui collectionem Canonum, tãquam rotam (iuxta Ezechielis viſionem) in medio rotæ complexus, eamque nominatam fuiſſe Concordiam Canonum habet codex m. s. qui Romæ extat apud Sacerdotes Oratorij in eorum Bibl. Præterea carmine Heroico Bella, & Victorias, à Ioanne Patricio in Africa de Saracenis reportatas. Sciendum autem Creſconianam Latinarum Pontificiarum Epiſtolarum editionem eſſe tutiorem, quàm quæ in codicibus Græcis habetur.

CRISOLANVS. Vide, in verbo, Chriſolanus.



Digitized by Google

CRODEGANGVS Metenſis Epiſcopus, Pipini Regis è ſorore nepos, nobilitatem generis (vt inquit Sigebertus) nobilitans feruore ſanctæ religionis, ſcripſit regulam à Metenſis Eccleſiæ clericis obſeruandam. Sed etſi *Crodegangum* habet vtrumque exemplar m. s. Tritemius tamen vocat *Ruggandum*. Codex autem Gemblacenſis etiam *Crodegangum* vocat, vt & Affliginienſis. Vixit an. Dom. 760. Trit. Suffridus Petrus.

CROTOLDVS vir ſanctus, Vangionum vrbis Epiſcopus, qui Cornelia Vrbe deuaſtata ab Attila Baſilicam ſancti Petri ibidem ad Nicrum fluuium, in valle Vimpinienſi conſtruxit, aduerſus hæreſes omnes ſcripſit.

CRVCIATA, cuius diploma, ſiue (vt vocant) Bulla conceditur interdum in Regnis ſpectantibus ad Regem Hiſpaniarum, vide in verbo, Emanuel Rodericus.

CRVCIVS Luſitanus Societatis noſtræ paraphraſim vario carmine ſcripſit in Pſalmos. Vide autem in Appendici ad II. Tomum in verbo Ludouicus Crucius, vbi plura de illo.

CRVSIVS, qui Turco Græciam ſcripſit. Vide in verbo, Martinus Cruſius, & in verbo, Græcia.

CRVX. Scripſerunt de prima cruce, & ſigno † Thomas Valdenſis, Cardinalis Hoſius, Card. Bellar. noſter, Alanus Copus, & ante hos omnes Ionas Aurelianenſis contra Claudium Taurinenſem.

Alij proprios libellos non tam de Cruce, quàm de certo quodam vſu, mirandiſque quibuſdam Crucis apparationibus ediderunt, Auguſtinus Fiuizanius tres libros de more Summo Pontifici Crucem præferendi. Alphonſus Ciacconius libellum de ſignis, hoc eſt de varijs Crucis apparitionibus priſcis, & nouis: Vterque tamen nonnulla diſſerit de ſigno, imaginibus, & cultu Crucis: hic itidem de materia, & magnitudine eiuſdem. Arnoldus autem Mermannius Aloſtanus, libellum ſine ordine ſcriptum (nimirum vt quodque occurrebat) emiſit. At Iuſtus Lipſius V. C. tres libros de Cruce, plura digna illo ingenio; Card. item Baronius pleraque in ſuos opulentis (vt ita dicam) Annalibus. Sed nouiſſimè Iacobus Gretzerus noſtræ Societatis plurima, & quidē optima methodo, qui & an. 1600. ſuum de Cruce Opus auctius duobis tomis euulgauit. Vide in verbo. Iacobus Gretſerus. Vide verò in Tomo quinto Antiqu. lectionum emiſſo ab Henrico Caniſio, carmen de Cruce.

## C V

CVDBERTI Sancti vitam. Vide Tom. 5. Antiquæ lectionis ab Henrico Caniſio Ingolſtadij emiſſum an. 1604.

CVIGO natione Gallus, patria Delphinas Primariæ Cartuſiæ quintus à B. Brunone Præfectus, cuius honorifica mentio fit in D. Bernardi Ciſtercienſis Vita, & ad quem eiuſdem Bernardi extant Epiſtolæ duæ, ſcripſit varias & graues Meditationes, librum item de Contemplatione, qui nondum in lucem prodijt, ſed in eadem Cartuſia aſſeruatur: vitam quoque D. Hugonis Gratiapolitanorum Epiſcopi, idque iuſſu Innocentij II. Pont. Max. Claruit Henrico V. Cæſare.

CVERVS Petri à Brouershauen Epiſcopus Leouardienſis, edidit, De ſacrificio Miſſæ: Item de meritorum Chriſti, & Sanctorum conſenſu: Quæſtiones item paſtorales, Et de cælibatu ad Sacerdotes. Admonitionem. Louanij anno 1572. Cum antea De vera chriſti Eccleſiæ deſignatione quam per quatuordecim proprietates (vt ille vocat) ſiue Notas oſtendit, librum emiſiſſet, Louanij 1568. Sed & eiuſdem extant Tractatus aliquot inſigniores de chriſtianæ Theologiæ controuerſijs. Hi autem excuſi ſunt coloniæ 1585. Quos ſubſecutus eſt liber inſcriptus. Cura corporis humani pro clericis, aliiſque pijs hominibus è Sancta ſcriptura, & Patribus, an. Dom. 1587. Denique curſus B. Virginis in vſum Religioſorum Ord. S. Benedicti emendatus, & auctus, ac Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium eodem an. 1587. editus.

CVROPALATAE Hiſtorici malè è Græco Latinè redditi errores. Vide To. 2. de Cruce Iacobi Gretzeri, pag. 264. 597. & 623.

CVSANVS. Vide in verbo, Nicolaus Cuſanus.

CVTHBERTVS, ſiue *Cudberechtus*, Anglus, & vir ſanctus, monachus, primò Mailroſenſis ſub ſancto Eatta Abbate, deinde Præpoſitus monaſterij Inſulæ Lindisfarnenſis, ſub cura ſancti Boiſili Abbatis, electus in Epiſcopum Hagulſtadenſis Eccleſiæ pro Trumberechto, qui Epiſcopatu fuerat exauthoratus, Lindisfarnenſem tamen ſedem magis diligens, quòd in ea verſatus ſemper fuiſſet, eam Hagulſtadenſi Epiſcopatui prætulit, ſcripſit de vita Monaſtica.

CVTH-

Digitized by Google

CVTHBERTVS Giruicius, Anglus, monachus Londinẽſis, anno circiter 740. ſcripſit Epiſtolas familiares, & vitam ipſius Bedæ, cuius initium eſt. *Dilectiſſimo in Chriſti Lectori.*

CVTHBERTVS Tonſtallus, Epiſcopus Dunelmẽſis in Anglia, in vna ſolius noui Teſtamenti in eam linguam verſione ab hæreticis facta, ſupra bis mille corruptelas adnotauit. Verſio autem, ſiue potius euerſio eius Teſtamenti prodierat an. 1555. à quodam Gulielmo Tindallo ad varias hæreſes ſtatuendas.

Præterea idem Cuthbertus librũ ſcripſit de Tranſubſtãtiatione, ſiue de veritate Corporis, & Sãguinis Domini in Euchariſtia. Quin etiam alios de alijs fidei articulis, in quibus elucet mira cum zelo eruditio. Hic autem nonagenarius & pietate non minus quàm ætate venerabilis, videns poſt Reginæ Mariæ mortem hæreſes denuò in Angliam introduci, venit ſponte Dunelmo Londinum, vt Eliſabetham, quam ad fontẽ baptiſmi ſuſceperat, ac religionis catholicæ veritatem reuocaret, ſed in vincula coniectus, ibidem pro fide fortiter obijt.

CVMBERTVS Lindeſius Angloſaxo, gentis ſuæ Annales in compendium redegit, in quo in primis Sanctorum Epiſcoporum, Martyrum, Doctorum, & Pontificum Romanorum meminit. Ad Bedam quoque doctas Epiſtolas ſcripſit.

## C Y

CYPRIANVS Benetus Aragonenſis, Ord. Prædicatorum, ſcripſit De prima orbis Sede. De Concilio. De Eccleſiaſtica Poteſtate. De Pontificis Max. poteſtate. Vixit an. Domini 1498. Eiſingr.

Epiſt. ad Florent. Concil. 2. Tom. Victor Vticẽſis, libr. 2. de perſecut. Vandelica. Beda in Martyrol.

CYPRIANVS Carthaginenſis, qui & Thaſcius, cui & prænomen Cæcilius, quod ſortitus eſt à Cæcilio presbytero, quem catechiſtã habuit, non is fuit, qui Vnizibirenſis paſſus eſt cum quatuor millibus nongentis ſeptuaginta ſex lõgo poſt tempore, ad diem duodecimum Octobris, vti conſtat in Martyrologio: Nec idem eſt cum Cypriano qui cum Iuſtina eſt paſſus, hic enim ſub alio Imperatore, in alia Prouincia, in alia Ciuitate, ſub alio iudice, cum altera ſuæ paſſionis comite, & alio die martyrij coronam adeptus eſt, ſicuti egregiè probat Aloyſius Lippomanus, nempe ſub Imp. ſiue Claudio, ſiue Diocletiano, in Bithynia Nicomediꝗ, ſub iudice Eutholmio cum Iuſtina virgine 6. Kal. Octobris. At Cyprianus, de quo nunc loquimur, & cuius ſcriptorum mentionẽ factu i ſumus Carthagine natus, diuitijs clarus, vt ſcribit Gregorius Nazianzenus, genere cognitus, & Senatorij ordinis, in tantum eloquentiæ gloriam (ait Hieronymus) veniens, vt publicè artem Oratoriam Cathagine doceret, Græcæ & Latinæ linguæ peritiſſimus, ad charſtianam Eccleſiam adiunctus eſt grandis natu, quã de gratia facundiſſimè ſcribẽs Epiſtolam ad Donatum, quem in baptiſmo ſocium habuit, *Scis ipſe* (inquit) *& pariter mecum recognoſcis, quid detraxerit nobis, quidúe contulerit, mors iſta criminum, vita virtutum, &c.* Neophytus per omnia Eccleſiaſtica munia ad presbyterium, inde ad Epiſcopatum ſummo amore, & ardore plebis (vt ille ſcribit) euectus, anno à Chriſto nato 249. Impp. Cæſaribus M. Iulio Philippo Aug. III. & M. Iulio Aug. F. Philippo Aug. II. Coſſ. qui fuit tertiusdecimus Fabiani Pont. & milleſimus ab Vrbe condita, Epiſcopatum geſſit toto decennio & aliquot mẽſibus ad 18. vſque Kal. Octob. an. 259. plura perpeſſus, vti Pontius Diaconus in eius vita, & Iacobus Pamelius, in ea, quam ex ipſius ſcriptis collegit, an. Dom. 259. (ſed vt Baron. Card. To. 2. Annal. ſcribit, an. 261.) Dionyſij Pont. Max. anno primo martyrium ſcribit, Epiſcoporum Carthaginienſium primus martyr. Virtutem, dotes, ſanctitatem, diſciplinam optimè idem Pamelius perſecutus eſt, qui ad ſtatum eius ſeculi, atque ad ſcripta martyris intelligenda plurimum affert lucis. Porrò ingenij eiuſdem Cypriani ſuperfluũ eſt (ait Hieronymus) indicem texere, cum Sole clariora ſint eius opera. Cum autem ſcripta, quæ nomine Cypriani extabant, fuiſſent à quibuſdam recognita, præſertim autem à Gulielmo Morelio, & à Paulo Manutio, Iacobus Pamelius in eo conferendo cum pluribus vetuſtiſſimis Commentarijs, & in addendis paſſim adnotationibus, vitaque eius ex ipſius Cypriani ſcriptis colligenda, & in Catholicæ Religionis Notis indicandis (id quod facit in Epiſtola dedicatoria ad Viglium Zuichemum) accuratiſſimam operam poſuit: editus autem eſt nouiſſimè Cyprianus cum Pamelio emendatior Antuerpiæ in ædibus Petri Belleri an. 1589. in folio, diſtinctus in tres Tomos: additis alijs Cypriani Epiſtolis, quæ in alijs editionibus extabant.

Tomus igitur Primus Epiſtolas continet numero octogintatres, quarum aliæ ſcriptꝗ ſunt poſt baptiſmum D. Cypriani: aliæ toto biennio, quo manſit in ſucceſſu, aliꝗ ſub Põtificatu Cornelij, & Lucij: aliæ Miſcellaneæ in pace Eccleſiæ varijs temporibus, aliæ ſub



Digitized by Google

Pontificatu Stephani, & de rebaptizandis hæreticis: aliæ in exilio,& ſub vitæ finem.

Sanè verò Cypriani Epiſtolam ad Pompeium Auguſtinus lib.5.cõtra Donatiſtas meritò refellit. quoniam eam ſcripſit, cùm errorem ſuum de rebaptizandis hæreticis vellet tueri. Vide Auguſtinum in eodem libro c.23.& ſequentibus,& in 48. Epiſt. ad Vincentium, qua aſſerit, vel non eſſe Cypriani illam Epiſtolam ad Pompeium, vel eum poſtea pænituiſſe erroris,& mutaſſe ſententiam ante mortem,licet retractatio non extet. Quia error ille in cauſa fuiſſe putatur, cur Gelaſius in Romano Concilio, ſanciens Canonem de libris Apocryphis,cenſuerit Opuſcula Cypriani apocrypha eſſe, nimirum iſtos duntaxat Tractatus intelligens: cum cetero quin licet Cyprianus aliquid humani fuerit paſſus,dum plus æquo inuectus eſt in Stephanum Papam,ſemper tamen illi fuerit catholica communione coniunctus:quem & deinceps ſecutus eſt,quare & ab omni Eccleſia mirificè celebratus.

Tomo autem Secundo hi libri, & Tractatus habentur.

De diſciplina, & habitu virginum.
De lapſis.
De vnitate Eccleſiæ, vulgo, de ſimplicitate Prælatorum cuius libri varias lectiones,& caſtigationes ex m.s.codicibus, vide infra poſt hunc Operum cypriani catalogum.
De oratione Dominica.
Ad Demetrianum.
De idolorum vanitate.
De mortalitate.
De opere,& eleemoſynis.
De bono patientiæ,quem ad arcendũ ſchiſma inter Epiſcopos ſcripſit ad Iubaianũ, vt quiſque aduerſantem ſibi fratrẽ æquanimiter ferret.
De zelo,& liuore.
Ad Fortunatum de exhortatione martyrij.
Ad Quirinum teſtimoniorum contra Iudæos Liber primus.
Ad eũdem teſtimoniorum contra Iudæos, Liber ſecundus.
Ad eundem teſtimoniorum, liber tertius.
concilium carthaginenſe de baptizandis hæreticis.

Tomo Tertio Opera quæ cypriano attributa,vel adſcripta ſunt, hæc quæ ſequuntur continentur.

De ſpectaculis.
De diſciplina,& bono pudicitiæ.
De laude martyrij ad Moyſen, & Maximũ, & ceteros Confeſſores.
Ad Nouatianos quod lapſis ſpes non ſit neganda.
Ad Cornelium Papam de cardinalibus operibus Chriſti; qui liber etſi non eſt Cypriani, eſt tamen antiqui, & docti Auctoris.
De Natiuitate Chriſti.
De ratione Circumciſionis.
De Stella, & Magis, ac Innocentum nece.
De Baptiſmo Chriſti,& manifeſtatiõe Trinitatis.
De ieiunio,& tentationibus Chriſti.
De cœna Domini,& prima inſtitutiõe omnia conſummantis Sacramenti.
De ablutione pedum.
De vnctiõe Chriſmatis, & alijs Sacramẽtis.
De paſſione Chriſti.
De Reſurrectione Chriſti.
De Aſcenſione Chriſti.
De Sancto Spiritu.
De Aleatoribus.
De montibus Sina,& Sion contra Iudæos.
Carmen Geneſis.
Carmen Sodoma.
Carmen ad Senatorem Apoſtatam.
Hymnus de Paſcha Domini.
Oratio pro martyribus.
Oratio quam dixit cyprianus in die Paſſionis ſuæ.
De ſingularitate Clericorum Origenis ſecundum quoſdam.
In Symbolum Apoſtolorum Rufini Aquileienſis expoſitio.
Ad Vigilium celſi in altercationem Iaſonis, & Papiſci præfatio.
Aduerſus Iudæos qui inſecuti ſunt chriſtum.
De reuelatione capitis B.Ioan. Baptiſtæ.
Ad Fortunatum de duplici martyrio.
De duodecim abuſionibus ſæculi.
Diſpoſitio cœnæ.

### *Dictio & vtilitas Scriptorum Cypriani.*

Iam de dictiõe,& fructu ſcriptorum cypriani,quæ certè vel in ſcholis vtiliſſimè(ſaltem aliqua)prælegi poſſent, *Lactantius*, qui eloquentia & nitore ſermonis proximè acceſſit ad ciceronem, teſtatus eſt, cypriani ſcripta in ſuo genere fuiſſe miranda. Erat enim (inquit)ingenio facili,copioſo,ſuaui,& quæ ſermonis maxima eſt virtus,aperto; vt diſcernere nequeas,vtrum ornatior in loquendo,an facilior in explicãdo, an potentior in perſuadendo quiſquam fuerit. Quin & Hieronymus ad Paulinum ſcribit, cyprianum

Lact.li.5. Diuinat.Inſt.

inſtar fontis puriſſimi lenem incedere, & placidū. Sed fructum Prudētius Hymn. tredecim mirificè expreſſit, qui poſtquam dixit. Nec minus inuolitat terris, nec ab hoc recedit orbe. Differit, eloquitur, tractat, docet, inſtruit, prophetat, tandem poſt alia inquit. Denique Doctor humi eſt: idem quoq; martyr in ſupernis: inſtruit hic homines, illinc pia dona dat Patronus:

*Elenchus eorum quæ in Opuſculo Cypriani de vnitate Eccleſiæ ſunt vel addita, vel detracta, vel lapſu Typographi, vel alio quouismodo ſuppoſita: diligenti quatuor Manuſcriptorum exemplarium (quæ in antiquis Catholicorum Bibliothecis extabant in Anglia) collatione, cum duabus poſtremis & vltimis editionibus excuſis à Catholicis: conueniunt autem columnarum & paginarum numeri, cum libro impreſſo An. 1593. Pariſijs apud Ioan. le Preux.*

*Pagina 295. circa finem.* Cumque *eſſe nos* iubeat, libri excuſi. Cumque *nos eſſe iubeat.* 1. Manuſcriptis.
*Ibid.* Chriſtum ſapientiam Dei Patris *induimus,* lib. exc. *induimur,* 3. m. s. & Pam.
*Ibid. &* ea quæ ſubruendis, lib. exc. ea quæ ſubruendis, 2. m. s.
*Pag. 296. col. 1. circa principium. Dei ſeruis,* lib. exc. *ſeruis Dei,* 1. m. s.
*Ibid.* aperta impugnatione *graſſantur,* lib. exc. *graſſatur,* m. s. 2. alij duo. *craſſatur.*
*Ibid.* vbi *manifeſtior,* formido eſt, lib. exc. *manifeſta.* 4. m. s.
*Ibid.* quando ſe aduerſarius *profitetur,* lib. exc. *confitetur,* 4. m. s.
*Ibid.* ea *eſt* eius ſemper aſtutia, lib. exc. ea eius ſemper aſtutia, 1. m. s.
*Ibid.* ea *eſt* circumueniendi, &c. lib. exc. ea circumueniendi, &c. 1. m. s.
*Ibid.* cæca & *latebroſa* fallacia, lib. exc. cæca & *tenebroſa* fallacia, 1. m. s.
*Ibid.* quaſi obreperet rurſus & *fallere* latenter acceſſit, lib. exc. *fallere,* 4. m. & Pam.
*Ibid.* intellectus tamen eſt & *retruſus,* lib. exc. *retruſus,* 2. m. s.
*Ibid.* agnitus atque detectus, lib. exc. agnitus atque detectus *eſt,* 1. m. s.
*Ibid.* veſtigijs Chriſti *vincentibus* inſiſtere. lib. exc. *vincentis,* 3. m. s. & Pam.
*Circa medium.* prouidi accepta immortalitate potiamur, lib. exc. prouidi *& cauti,* 2. m. s.
*Ibid.* ſi feceritis *quæ* mando vobis, lib. exc. *quod,* 4. m. s.
*Ibid.* hos contra omnes tempeſtates & turbines ſæculi *immobili* & inconcuſſa firmitate ſolidatos, lib. exc. *immobiles,* 1. m. s.
*Ibid.* ædificauit domum ſupra petram, lib. exc. ædificauit domum *ſuam,* 4. m. s. & Pam.
*Circa finem. venerunt* flumina, lib. exc. *aduenerunt,* 3. m. s.
*Ibid. flauerunt* venti, lib. exc. *venerunt,* 2. m. s.
*Ibid.* fundata enim *fuit* ſuper petram, lib. exc. *erat,* 2. m. s.
*Ibid.* quæcunque *&* docuit & fecit, lib. exc. & quæcunque docuit & fecit, 1. m. s.
*Ibid.* credere ſe in *Chriſtum* quomodo dicit, lib. exc. in *Chriſto,* 2. m. s.
*Ibid.* Chriſtus facere *præcipit,* lib. exc. *præcepit,* 3. m. s.
*Ibid.* nutet neceſſe eſt *& vagetur,* lib. exc. *euagetur,* 1. m. s.
*Ibid.* ſpiritu erroris *arreptus,* lib. exc. *abreptus,* 2. m. s.
*Ibid.* cauenda ſunt autem *fratres dilectiſſimi* non ſolum, quæ ſunt, lib. exc. cauenda ſunt autem non ſolum, &c. 4. m. s.
*Ibid.* ſed *&* aſtutæ fraudis ſubtilitate, lib. exc. ſed aſtutæ, 2. m. s.
*Ibid.* quam *vt* Chriſti aduentu detectus, lib. exc. quam Chriſti, 1. m. s.
*Pag. 296. col. 2. circa principium.* Poſtquam *lux gentibus* venit lib. exc. *lugentibus,* 1. m. s.
*Ibid.* vt ſurdi auditum gratiæ *ſpiritalis* admitterent, lib. exc. *ſpiritualis,* 3. m. s.
*Ibid.* infirmi æterna *ſanitate* reualeſcerent, lib. exc. *ſalute,* 2. m. s.
*Ibid. multi* claris vocibus & precibus orarent, lib. exc. *muti,* 4. m. s. & Pam.
*Ibid. excogitauerit* nouam fraudem, lib exc. *excogitauit,* 3. m. s.
*Ibid.* euaſiſſe ſæculi noctem videntur, lib. exc. euaſiſſe *ſe* ſeculi, &c. 1. m. s.
*Ibid.* alias *neſcientibus* tenebras *rurſus* infundit, lib. exc. alias *rurſus neſcientibus,* 1. m. s.
*Ibid. vt* cum Euangelio, &c. lib. exc. *&* cum Euangelio, &c. 1. m. s.
*Ibid.* Chriſtianos ſe vocent, & ambulantes, &c. lib. exc. *&* vocent & ambulantes, 1. m. s.
*Ibid.* aſſerentes noctem *pro die,* lib. exc. *per diem,* 1. m. s.
*Ibid.* nec *magiſtri* cœleſtis doctrina ſeruatur, lib. exc. nec *magiſterij,* &c. 2. m. s.
*Ibid.* tractu longo atque *argumentis* opus eſt, lib. exc. *argumento,* 2. m. s.
*Ibid.* ſuper *iſtam* petram ædificabo Eccleſiam meam, lib. exc. ſuper *hanc* petram. 2. m. s.



Digitized by Google

*Circa finem. tibi dabo* claues, lib.exc.*dabo tibi*,2.m.ſ.
*Ibid.*& iterum *eidem* poſt reſurrectionem,lib.exc.& *idem* poſt,2.m.ſ.
*Ibid.*ſuper *illum* vnum ædificat Eccleſiam *ſuam & illi paſcendas mandet oues ſuas.* Et quamuis, &c.lib.exc.ſuper vnum ædificauit Eccleſiam.Et quamuis,&c.4.m.ſ.
*Ibid.* ſi *cui* remiſeritis peccata,lib.exc.ſi *cuius* remiſeritis,&c.4.m.ſ.
*Pag.297.col.1.circa principium.* remittentur *illi*,lib.exc.remittentur *ei*, 1.m.ſ.
*Ibid.*ſi *cui* tenueritis peccata,lib.exc.ſi *cuius* 4.m.ſ.
*Ibid.*vt vnitatem manifeſtaret *vnam cathedram conſtituit &* vnitatis eiuſdem originem,ab vno incipientem ſua auctoritate diſpoſuit,lib.exc.vt vnitatem manifeſtaret , vnitatis eiuſdem originem,&c.m.ſ.conformiter.
*Ibid.*ſua auctoritate *diſpoſuit*, lib.exc.*diſponit*,1.m.ſ.
*Ibid.*quod fuit Petrus, lib.exc.quod fuit *&* Petrus,1.m.ſ.
*Ibid.*Hoc erant vtique & ceteri Apoſtoli quod fuit Petrus, pari conſortio præditi & honoris & poteſtatis,ſed exordium ab vnitate proficiſcitur.*Primatus Petro datur,vt vna Christi Eccleſia & cathedra vna monſtretur: Et paſtores ſunt omnes, ſed grex vnus oſtenditur, qui ab Apoſtolis omnibus vnanimi conſenſione paſcatur.* Quam vnam Eccleſiam etiam &c. lib.exc.exordium ab vnitate proficiſcitur.Quam vnam Eccleſiam etiam in Cantico &c.4.m.ſ. cõformiter.
*Ibid.* electa *genitrici* ſuæ,lib.exc.*genitricis*,3.m.ſ.
*Circa medium. Petrus* Apoſtolus Paulus,lib. exc.*Beatus* Apoſtolus Paulus,& m.ſ. *& Pam.*
*Ibid.*vnum baptiſma,vnus Deus,lib.exc.*&* vnus Deus 1.m.ſ.
*Ibid. firmiter tenere*, lib. exc.*tenere firmiter*,3.m.ſ.
*Ibid. vindicare* debemus,lib.exc.*vendicare*,3.m.ſ.
*Ibid.*Eccleſia *quoque* vna eſt,lib.exc.Eccleſia vna eſt,4.m.ſ.
*Ibid.*Eccleſia *quoque* vna eſt,*qua* in multitudine,&c.lib.exc.Eccleſia vna eſt, *quam Dominus in Chriſto inſtituit,hac* in multitudine,&c.1.m.ſ.
*Ibid.multi radij*, lib.exc. *radij multi*,1.m.ſ.
*Circa finem.*diuiſionem lucis vnitas non capit,lib.exc.diuiſionem *corporis* lucis,&c.2.m.ſ.
*Ibid.* ſic *&* Eccleſia Domini profuſa,&c.lib.exc.ſic Eccleſia,1.m.ſ.
*Ibid.*præciſus *areſcet*,lib.exc.*areſcit*, 3.m.ſ.
*Ibid.*caput eſt & *origo vna*,exc.lib.& *vna origo*,1.m.ſ.
*Ibid.*& origo vna *& vna*,mater,lib.exc.origo vna mater,1.m.ſ.
*Ibid.*Illius fœtu *naſcimur*, lib.exc.*naſcuntur*,1.m.ſ.
*Pag.297.colum.2.circa principium.* nec perueniet ad *Chriſti præmia*,lib. exc. ad *præmia Chriſti*, 2.m.ſ.
*Ibid.*habere *iam* non poteſt Deum patrem,lib.exc.habere non poteſt,2.m.ſ.
*Ibid.*qui extra Eccleſiam foris fuerit,*euadit*,lib.exc.*euadet*,3.m.ſ.
*Ibid.* & *hi* tres vnum ſunt,lib.exc.& tres vnum ſunt,4.m.ſ.
*Circa medium.*ſacramentis cœleſtibus cohærentem,lib.*&* ſacramentis,1.m.ſ.
*Ibid.*ſcindi in *Eccleſia* poſſe,lib.exc.in *Eccleſias*,1.m.ſ.verbum *poſſe* omittit etiam,1.m.ſ.
*Ibid.*non tenet Patris & filij fidem, *vitam* non tenet ad ſalutem,lib.exc.& *veritatem* non tenet & ſalutem,m.ſ.Ma. fidem *& veritatem* non tenet,m.ſ.Ben.*vnitatem*, m.ſ.Linc.
*Ibid.*tunica Domini *noſtri* Ieſu Chriſti,lib.exc.tunica Domini Ieſu Chriſti. 4.m.ſ.
*Ibid.* quis *ipſam* potius indueret,lib.exc.quis *Chriſtum* potius,&c.4.m.ſ.
*Circa finem.* incorrupta atque *indiuidua* tunica poſſidetur,lib.exc.*indiuiſa*,3.m.ſ.
*Ibid.*De tunica autem quia *de ſuperiori parte* nõ conſutilis,lib.exc.De tunica autem *eius* quia non conſutilis,2.m.ſ.
*Ibid.*Vnitatem illa *portabat*,lib.exc.ille *portabat*, 4.m.ſ
*Pagin. 298. colum. 1. circa principium.* in duodecim *ſciſſuras*, libr. exc. in duodecim *ſciſſuris*, 2.m.ſ.
*Ibid.*veſtimentum ſuum *diſcidit* dicens,lib. exc.*ſcidit*, 2.m.ſ.
*Ibid.*Ecce ſcindo regnum,lib.exc.*&* ecce.&c.1.m.ſ.
*Ibid.*vt ponam nomen *meum*,illic,lib.exc.vt ponam nomen illic.1.m.ſ
*Ibid.*indiuidua copulata,lib.exc.*&* copulata,1.m.ſ.
*Ibid.*Chriſtum *induimus*,lib.exc.*induimur*,1.m.ſ.
*Ibid.*Quis ergo *ſic eſt* ſceleratus,lib.exc. Quis ergò tam ſceleratus, 1. m.ſ.2.m.ſ.ſic ſceleratus,m.ſ.Min.quis ergo ſceleratus & perfidus.
*Ibid.*vt *aut* credat,lib.exc.*qui* credat,1.m.ſ.
*Circa medium.*& *erit* vnus grex,lib.exc.*erunt*, 3.m.ſ.



Digitized by Google

*Ibid.* aut *multos* greges, lib. exc. aut greges *plures*, 4. m. s.
*Ibid.* hortatur, *dicens*, lib. exc. hortatur *&* *dicit*, 2. m. s.
*Ibid.* ſitis *autem* compoſiti, lib. exc. ſitis compoſiti, 1. m. s.
*Ibid.* ſtare *tu & viuere putas poſſe*, lib. exc. ſtare tu *putas & viuere poſſe*, m. s. Ben. viuere poſſe putas, m. s. Min.
*Ibid. ſedes* ſibi alias, lib. exc. *Præſides* ſibi alias, 1. m. s.
*Ibid.* cum dictum ſit ad *Raab*, lib. exc. ad *eam*, 1. m. s.
*Ibid.* & totam *domum Patris tui* colliges, lib. exc. & totam *familiam tuam* colliges, 2. m. s.
*Ibid.* & *erit* omnis qui exierit, lib. exc. & omnis qui &c. 1. m. s.
*Ibid.* reus *ſibi erit*, lib. exc. *erit ſibi*, m. s. Ben. *tibi*, m. s. Min.
*Ibid. Item* ſacramentum Paſchæ lib. exc. *Et iterum*, m. s. Ma. Et item, m. s. Min.
*Ibid.* non eijcietis de domo carnem foras, lib. exc. de domo *veſtra*, 1. m. s.
*Ibid. eijci foras* non poteſt, lib. exc. *foras eijci* non poteſt, 1. m. s.
*Ibid.* Nec alia *vlla* credentibus, lib. exc. nec alia *vna*, 2. m. s.
*Ibid. hoc* vnanimitatis hoſpitium deſignat, lib. exc. vnanimitatis hoſpitiũ deſignat, 1. m. s.
*Ibid. Denunciat* Spiritus ſanctus, lib. exc. *nunciat*, 2. m. s. *denunciat & deſignat*. Linc.
*Ibid.* vnanimes in domo, lib. exc. in domo *Dei*, 1. m. s.
*Pag. 298. col. 2. circa principium.* non *vnguium* laceratione, lib. exc. vngularum, 1. m. s.
*Ibid.* hoſpitia humana diligere, lib. exc. hoſpitia *conſueuit* humana, 2. m. s.
*Ibid.* vnius domus *conſortium*, noſſe, lib. exc. *conſortia*, 1. m. s.
*Circa medium.* & ouibus *coæquetur*, lib. exc. *æquetur*, 2. m. s. Min. & Linc. *adæquetur*, 2. alij. Ma. & Ben.
*Ibid.* venenum letale *ſerpentum*, lib. exc. *ſerpentium*, 1. m. s.
*Ibid. ſæua ſua*, lib. exc. *ſua ſæua*, 1. m. s.
*Ibid.* inualidæ arbores turbinis incurſione *euertuntur*, lib. exc. *vtuntur*, 4. m. s.
*Ibid.* manſiſſent *vtique* nobiſcum, lib. exc. manſiſſent nobiſcum, 2. m. s.
*Ibid. & facta ſunt frequenter*, & fiunt, lib. exc. *frequenter & facta ſunt* & fiunt, 2. m. s. effectæ ſunt Linc.
*Circa finem. Ibid.* corda & mentes noſtras, lib. exc. corda *noſtra, &c.* 3. m. s.
*Ibid.* vt probati manifeſti ſint vobis, lib. exc. *in* vobis, 3. m. s.
*Ibid.* ſic perfidi *deteguntur*, lib. exc. ſic perfidi *teguntur*, 1. m. s.
*Ibid.* iuſtorum atque iniuſtorum animæ diuiduntur, lib. exc. iuſtorum *iam* iniuſtorumque 1. m. s.
*Pag. 299. col. 1. circa principium.* quorum *tactus* pectoribus & cordibus ſingulorum mortale virus infundit, lib. exc. *tractatus*, 3. m. s.
*Ibid. ſed* non ab ore Domini, lib. exc. *&* non ab, &c. 1. m. s.
*Ibid.* non veniet ſuper *eum* mala, lib. exc. non venient ſuper *te*, 3. m. s.
*Circa medium.* & ſi docuiſſent pop. meum, *conuertiſſem* eos à malis cogitationibus eorum, li. exc. *conuertiſſent*, 2. m. s. Ma. & Ben. *conuerterem*, Linc.
*Ibid.* & *offenderunt* ſibi lacus, lib. exc. *& foderunt*, m. s. Ben. *effoderunt* lacus. Linc.
*Ibid. ſe poſſe* opinantur, lib. exc. *poſſe ſe*. 1. m. s.
*Ibid.* non abluuntur *illis* homines, lib. exc. *illic*, 3. m. s.
*Circa finem.* vbicunque fuerint duo *aut* tres *collecti in nomine meo*, lib. exc. vbicunque fuerunt duo *vel* tres, m. s. Ben. duo fuerint aut tres m. s. Ma.
*Ibid.* corruptores Euangelij *atq;* interpretes, lib. exc. *aut* interpretes, 1. m. s.
*Pag. 299. col. 2. circa principium. vnitatem* prius poſuit, lib. exc. *vnanimitatem*, 4. m. s. & Pam.
*Ibid.* poteſt *ei* cum aliquo conuenire, lib. exc. poteſt cum aliquo conuenire, 1. m. s.
*Ibid.* quos *conſtat* à Chriſto, lib. exc, *conſtet*, 1. m. s.
*Ibid. hæreſes* & ſchiſmata, lib. exc. *hæreſes* &, &c. 1. m. s.
*Ibid.* ad hos qui ſunt in *Eccleſia* loquitur, lib. exc. ad hos qui in *ea* ſunt loquitur, 1. m. s.
*Circa medium. Ibid.* vnanimiter orauerint, lib. exc. vnanimiter orauerint *impetrare*, 1. m. s.
*Ibid.* vbicunque fuerint duo aut tres *collecti in nomine meo* ego, inquit, &c. lib. exc. vbicunq; fuerint duo aut tres, ego, inquit, &c. 4. m. s.
*Ibid.* tam ſimplicibus ſcilicet atque pacatis, *cum Deum timentibus, & Dei præcepta ſeruantibus. Cũ his duobus vel tribus licet eſſe* ſe dixit. Quomodo &c. lib. exc. *Totam illam ſententiam præcedentẽ à verbo pacatis* ad *ſe dixit* omittit, m. s. Min.
*Ibid. pacatis*. lib. exc. puris, 1. m. s.
*Circa finem.* permanebant *flamis ambientibus*. lib. exc. *ambientibus flammis*, 1. m. s.
*Ibid.* Quomodo Apoſtolis, duobus, lib. exc. Quomodo *&* Apoſtolis, &c. 2. m. s.



Digitized by Google

*Ibid.* duo aut tres *collecti in nomine meo* ego cum eis ſum, lib. exc. duo aut tres, ego cum eis ſum,3.m.s.
*Ibid.* diſſidentibus *Plurimis*, lib.exc. *pluribus*,3.m.s.
*Ibid.* impetrari poſſe paucorum prece, lib.exc. *concordia*,1.m.s.
*Ibid.* ideo *&* cum orandi legem daret, lib.exc. ideo cum.1.m.s.
*Pag.300.col.1.circa principium. addidit* dicens, lib.exc. *addit*,1.m.s.
*Ibid.* vt pater veſter, lib.exc. vt *&* pater veſter,3.m.s.
*Ibid.* iubet prius concordare, lib.exc. iubet *hinc* prius &c.1.m.s.
*Ibid. pacatum habere*. Deum poterat, lib.exc. *habere pacatum* Deum poterat,4.m.s.habere *placatum*,m.s.Ben.
*Ibid. an* ſecum eſſe Chriſtum, lib.exc.ſecum eſſe Chriſtum,4.m.s.
*Ibid.* qui extra, lib. exc. *hi* qui,1.m.s.
*Ibid.* extra *Chriſti Eccleſiam*, lib.exc. extra *Eccleſiam Chriſti*,1.m.s.
*Circa medium*. quæ regnatura eſt, *derelinquit*, lib.exc. *dereliquit*,1.m.s.
*Ibid.* vnanimes eſſe *præcipit*, lib.exc. *præcepit*,4.m.s.
*Ibid.* inuiolata *ſeruari* mandauit, lib.exc. inuiolata mandauit,2.m.s.
*Ibid. ſeruari*, lib.exc. *ſeruare*, 1. m.s.
*Ibid.* non *tenuit* charitatem, lib.exc.non *tenet*,1.m.s.
*Ibid.* vt ardeam, *charitatem autem non habeam*, nihil proficio, lib.exc. vt ardeam nihil proficio,1.m.s.
*Ibid.* nihil *proficio*, lib.exc. nihil *ſum*,1.m.s.
*Circa finem*. charitas non æmulatur, *non agit perperam, non inflammatur*, non irritatur, non cogitat malum lib.exc.2.m.s.Ma.& Ben.inferunt hæc verba non æmulatur, *non irritatur*, m.s.Min.ita legit.non æmulatur, non inflammatur, non irritatur, non agit perperam, m.s.L.non æmulatur, *non zelat, non inflatur*, non irritatur, non agit perperam.
*Ibid.* charitas nunquam *excidit*, lib.exc. *excidet*,2.m.s.
*Ibid.* Ad *præmia* Chriſti, lib. exc. *Nec* ad *præmium* Chriſti,3.m.s.ad *præmium*,m.s.Linc.
*Ibid. quemadmodum* dilexi vos lib.exc. *ſicut*,1.m.s.
*Ibid.* ſed *pœna perfidiæ*, lib.exc.ſed *perfidiæ pœna*,1.m.s.
*Pag.300.colum.2. circa principium.* Sic ſe *Chriſtum* eſſe profitetur, lib. exc. *Chriſtianum*. 4.m.s.& Pam.
*Ibid.* quomodo & Chriſtum *diabolus* ſæpe mentitur, lib. exc. quomodo & Chriſtum ſæpe mentitur,1.m.s.
*Ibid.* venient in nomine meo, lib.exc. venient *enim* in nomine meo,2.m.s.
*Ibid.* Ego ſum Chriſtus, lib.exc. *Quia* ego ſum,&c.2. m.s.
*Ibid.* quamuis fallat in nomine *illius*, lib.exc. quamuis fallat in nomine,4.m.s.
*Ibid.* in *Euangelij eius* & fidei veritate, lib.exc. in Euangelio,1. m.s.
*Ibid.* dæmonia *excludere*, lib.exc. *expellere*,1.m.s.
*Ibid.* ſubtilius vtique & *admirabilis*, lib.exc. *mirabilis*,1.m.s.
*Circa medium*. multi *mihi* dicent, lib.exc. multi dicent,1.m.s.
*Ibid.* in *illo* die lib.exc. in *illa* die,2.m.s.
*Ibid.* in *nomine tuo*, lib.exc. in *tuo* nomine,4.m.s.
*Ibid.* in nomine tuo virtutes,&c.lib.exc. in nomine virtutes,1.m.s.
*Ibid.* recedite à me qui *operamini iniquitatem*, lib.exc. *operabamini*,2.m.s.Ma. & Ben. *iniuſtitiam*, 2.m.s.Ma.& Min.
*Ibid.* vt *promereri quis poſſit* Deum, lib.exc. vt *quis poſſit promereri*,1.m.s.
*Ibid.* viam compendio *breuiante* dirigeret, lib.exc. compendio *& breuitate* dirigeret,2.m.s. Min.& Ben. breuiante,m.s.Ma. *compendij breuitate*, Linc.
*Ibid.* Dominum Deum *tuum* de toto corde, lib.exc. Dominum Deum de toto corde,1.m.s.
*Ibid.* hoc eſt primum *mandatum*: & ſecundum, lib. exc. hoc eſt primum, & ſecundum, 4.m.s.
*Ibid.* tanquam te, lib.exc. tanquam *teipſum*,1.m.s.
*Circa finem. vnitatem* ſimul & dilectionem, lib.exc. *vnitate* ſimul & *dilectione*,1.m.s.
*Ibid.* Eccleſiam ſcindit, lib. exc. Eccleſiam *Dei* ſcindit,1.m.s.
*Ibid. dilectiſſimi* fratres, lib.exc. *fideliſſimi*,2.m.s.
*Ibid. &* exurgere lib. exc. exurgere, 2. m.s. Ben.& Ma. & *ſurgere*, m.s. Min. *ſurgere*, m.s. Linc.
*Ibid.* pullulare *plus* cœpit, lib.exc. *peius*,1.m.s.
*Ibid. ſic* in occaſu mundi, lib.exc. *&* in &c.3.m.s.

*Ibid.*in occaſu mundi *fieri* oportebat,lib. exc.in occaſu mundi oportebat,2.m.s.
*Ibid.&* erunt homines,lib.exc.erunt homines,1.m.s.
*Pagin. 301. colum. 1. circa principium.* parentibus *inobedientes,* lib. exc. *in dicto non obaudientes,* 3.m.s.
*Ibid.habentes* deformationem religionis, lib. exc.habentes deformationem [*vel*]*formam* religionis, 1.m.s.Ben.deformationem religionis *habentes,*m.s. Ma.
*Ibid.*ex *iis* ſunt,lib.exc.ex *his*,3.m.s.
*Ibid.*ducuntur *variis* deſideriis,lib.exc.*vanis*,1.m.s.
*Ibid.*ſic & hi *reſiſtent* veritati *homines corrupti ſenſu,reprobi circa fidem,* ſed non proficient plurimum,lib.exc.*reſiſtunt* veritati ſed non proficient,4.m.s.
*Circa medium.*fidem noſtram *pranunciante* rei veritate corroboret,lib. exc. *pranunciate,* m.s. Ben.*pranunciatam,*m.s.Linc.*pranunciata* rei *veritas* corroboret,m.s.Min.
*Ibid.&* hæc ante prædicta ſunt,lib.exc.hæc ante,&c.3.m.s.
*Ibid.quaſo vos,* lib.exc.*vos quaſo,*1.m.s.
*Ibid.*à latere atque auribus,lib.exc.à latere atque *ab* auribus,2.m.s.
*Ibid.*contagium mortis *arcete,* lib.exc.*arcere,*1.m.s.
*Ibid.*noli audire linguam *nequam,*lib. exc.noli audire linguam,1.m.s.
*Circa finem.* ſimul in foueam *cadent,* lib exc.*cadunt,*2.m.s.cadet,1.m.s.
*Ibid.*peruerſus eſt *eiuſmodi,*lib.exc.*huiuſmodi,* 3.m.s.
*Ibid.*& eſt à *ſemetipſo* damnatus.An eſſe,&c.lib.exc.à *ſemetipſis* damnati ſunt,qui ſe ab Eccleſia Chriſti ſeparant,1.m.s.
*Ibid.aduerſus* ſacerdotes,lib.exc.*aduerſum,*2.m.s.
*Ibid.*qui *ſe* à cleri eius,&c.exc.lib.qui à cleri,&c.1.m.s.Min.qui à *clericis,&c.*1.m.s.
*Pag.301.col.2. circa principium.* rebellis, pro religione ſacrilegus, lib.exc.*pro fide perfidus* , pro religione,&c.4.m.s.& Pam.
*Ibid.*nec *dignatur* ſcire,lib.exc.nec ſcire,3.m.s.*neſcire* quoniam,m.s.Min.
*Ibid.*contra Moyſen & Aaron *Sacerdotem,*lib. exc.*Sacerdotes,*2.m.s.
*Ibid.*pœnas ſtatim pro ſuis conatibus *pependerunt,*li.exc.*rependerunt,*m.s.Min.verũ m.s.Ma. legit vtrumque.
*Ibid.*hiatus *abſorbuit,*lib.exc.*obſorbuit,*1.m.s.
*Circa medium.*coagulati cum *eiſdem* ſimul *ad audaciam fuerunt,* lib.exc.cum *eiuſmodi* ſimul *audacia* fuerant,1.Min,*ad audientiam,*m.s.Linc.
*Ibid.*reſiſtente *ſibi* Azaria,lib.exc.reſiſtente Azaria,1.m.s.Linc.*Zacharia,*m. s. Ben.
*Ibid.*obtemperare nollet & *credere,*lib. exc.*cedere,*3.m.s.*ſecedere,*m.s.Linc.
*Ibid.*Notatus offenſo domino,1.lib.exc.notatus *eſt* offenſo domino, 1.m.s.
*Circa finem.* hic Eccleſia quæritur,lib.exc.hic *&* Eccleſia quæritur,1.m.s.
*Ibid.*hic *anima vnius* eſt damnum,lib. exc.*vnius anima* eſt,1.m.s.
*Pag. 302. col. 1. circa principium. peccaſſe ſe* hic *&* intelligit, libr. exc. *ſe peccaſſe* hic intelligit, m. s. Ma.
*Ibid.*tumens in peccato ſuo,lib.exc.tumens *& inflatus* in peccato ſuo,1.m.s.
*Ibid.iſte* quotidie peccat,lib.exc.*ille,*4.m.s.
*Ibid.*poteſt regni promiſſa recipere,lib.exc.poteſt regni *cœlorum,*1.m.s.
*Ibid.* ad iſta *procedere,*lib.exc.*pracedere,*1.m.s.
*Ibid.*tam nefanda *quam* grauia,lib.exc.tam nefanda *tam,&c.*4.m.s.
*Circa medium.poſtmodum videremus,*lib.exc.*videremus poſtmodum,*1.m.s.
*Ibid.*poſtquam dereliquit domini viam.lib.exc.poſtquam *autem,*2.m.s.
*Ibid.*vtique *Dominus,* lib.exc.*Deus,*1. m.s.
*Ibid.*non *miretur,*lib. exc. non *minaretur,*4.m.s.
*Ibid.*Confeſſio *in* exordium gloriæ eſt,lib.exc.Confeſſio exordium,&c.4.m.s.& Pam.
*Circa finem.* niſi *quia* recedente,lib.exc. niſi recedente,1.m.s.
*Ibid.*non meritum *iam corona,*lib.exc. *corona iam,*nec perficit,&c.1.m.s.
*Ibid.initiat* dignitatem, lib. exc.*inhiat,*1.m.s.
*Ibid.*gradus eſt *quo* ad faſtigium.lib.exc.*per quem* ad faſtigium,1. m. s.
*Ibid.quo iam culminis,*lib.exc. *iam culminis quo,*1.m.s.
*Ibid.Confeſsio* eſt ſed,&c.lib.exc.*Confeſſor* eſt ſed,&c.4.m.s.& conſentit Pam.
*Ibid.hoc* magis ſtare debet,lib.exc.*hic* magis.1.m.s.
*Ibid.Ait enim Dominus* cui multum datur,lib.exc. cui multum datur,3.m.s.
*Ibid.nemo inſolentiam,* nemo perfidiam,lib.exc.nemo perfidiam,1.m.s.
*Ibid.*ſit humilis & quietus,lib.exc.*&* ſit humilis,&c.1.m.s.



Digitized by Google

*Ibid.* ſit in actu, lib. exc. ſit *Chriſti* in actu, 1. m.s.
*Pag.302. col.2. circa principium.* Chriſtum quem confitetur, imitetur, lib. exc. quem *confitentem* imitetur, 1. m.s.
*Ibid.* qui humiliat, lib. exc. qui *ſe* humiliat, 1. m.s.
*Ibid. quia* ſe in terris, lib. exc. *qui,* 1. m.s.
*Ibid.* venena *iaculetur,* lib. exc. *iaculentur,* 1. m.s.
*Ibid.* ſi culpabilis *& deteſtabilis,* lib. exc. ſi culpabilis poſtmodum, 1. m.s.
*Ibid.* confeſsionem ſuam mala conuerſatione *prodegerit,* lib. exc. *prodiderit,* 1. m.s.
*Circa medium,* ſi vitam ſuam turpi fœditate *maculet,* lib. exc. *maculauerit,* 4. m.s.
*Ibid. derelinquens,* & vnitatis concordiam ſcindens, lib. exc. *dereliquerit,* 4. m.s.
*Ibid.* quaſi *ſit* electus ad gloriæ præmium, lib. exc. quaſi electus, 2. m.s. quaſi electus *aut* gloriæ præmium, m.s. Min.
*Ibid.* Apoſtolorum *fides & firmitas* cecidit, lib. exc. *firmitas & fides,* 3. m.s.
*Ibid.* dignitas, *comminuta* eſt, lib. exc. *imminuta* eſt, 1. m.s. Min. m.s. Ben. habet vtrunque.
*Ibid.* Beatus Apoſtolus, *in Epiſtola ſua loquitur* dicens, lib. exc. B. Apoſtolus *Paulus loquitur in epiſtola ſua,* 1. m.s. loquitur in epiſtola ſua dicens, 3. m.s.
*Ibid.* nunquid inquit infidelitas illorum, lib. exc. nunquid infidelitas illorum, 2. m.s.
*Circa finem.* fidem Dei *euacuabit,* lib. exc. *euacuauit,* 2. m.s.
*Ibid.* in fidei ſuæ *robore,* lib. exc. *robur,* 1. m.s.
*Ibid. dominica veritate,* lib. exc. *veritate dominica,* 1. m.s.
*Ibid.* Qui *inuicti* confeſsionis conſortio fuerunt, lib. exc. Qui *iuncti, &c.* 4. m.s. & Pam.
*Ibid.* à *contagio* criminis receſſerunt, lib. exc. à *contagione,* 1. m.s
*Ibid.* verò illuminati Euangelij lumine, lib. exc. *at* verò, &c. 2. m.s.
*Ibid. Domini luce* radiati, lib. exc. *luce Domini* radiati, 1. m.s.
*Ibid.* in Diaboli *congreſſione* victores, lib. exc. *confeſſione,* 1. m.s.
*Ibid.* opto *equidem,* lib. exc. opto *quidem,* 1. m.s.
*Pag.303. col.1. Circa principium.* conſilium ſalubre, lib. exc. *&* conſilium, 1. m.s.
*Ibid.* cæteri tamen vel ſimplicitate, lib. exc. vel *in* ſimplicitate, 1. m.s.
*Ibid.* à *fallacia* vos *laqueis* ſoluite, lib. exc. *& fallacia,* 1. m.s. Min. vos ſoluite, m.s. Ma.
*Ibid.* iter rectum viæ cœleſtis, lib. exc. iter rectum *hinc* viæ, &c. 1. m.s. iter rectū viæ cœleſtis *agnoſcite,* lib. exc. *aſſumite,* 2. m.s.
*Circa medium.* Præcipimus *vobis,* inquit, lib. exc. præcipimus inquit, m.s. Min. præcipimus inquit vobis, 1. m.s. Ma.
*Ibid.* venit ira domini *ſuper* filios, lib. exc. *in* filios, 2. m.s.
*Ibid. Deus vnus eſt,* & Chriſtus vnus eſt, & vna Eccleſia eius, lib. exc. *vnus eſt Deus,* & Chriſtus vnus *eſt,* m.s. Ma. vnus eſt Deus, m.s. Ben. vnus Deus eſt, & Chriſtus vnus, m.s. Min.
*Ibid. ſolidam* corporis, *vnitatem,* lib. exc. *ſolida* corporis *vnitate,* 1. m.s.
*Circa finem.* in *fruſtra diſcerpi,* lib. exc. in *fruſtra,* 2. m.s. *diſcerpit,* m.s. Min.
*Ibid.* labia tua ne loquantur *inſidiosè,* lib. exc. ne loquantur, 1. m.s.
*Ibid. Dominus* addit dicens, lib. exc. addidit dicens, 1. m.s.
*Ibid.* nobis hæreditatem *Chriſtus* dedit, lib. exc. nobis hæreditatem dedit, 3. m.s.
*Ibid. dona* omnia ſuæ pollicitationis, lib. exc. *dicta* omnia, &c. 1. m.s.
*Pag.303. col.2. Circa principium.* quoniam *ipſi* filij Dei vocabuntur, lib. exc. quoniam filij Dei, 1. m.s.
*Ibid. affectione* concordes, lib. exc. *affectu,* 1. m.s.
*Ibid.* Probat ſcriptura *diuina,* lib. exc. probat ſcriptura, 3. m.s.
*Ibid.* anima *&* mente, lib. exc. anima *ac* mente, 2. m.s.
*Ibid.* quæ *fuit* mater Ieſu, lib. exc. quæ *fuerat, &c.* 3. m.s.
*Ibid.* orabant, *ideo* impetrare, lib. exc. orantes *Deum,* impetrare cum, 1. m.s. *in Deo* impetrare, m.s. Linc.
*Circa medium.* infracta *eſt,* lib. exc. infracta *ſit,* 1. m.s.
*Ibid.* Sic *in* nobis emarcuit, lib. exc. Sic nobis, &c. 1. m.s.
*Ibid.* inueniet fidem *in* terra, lib. exc. *ſuper* terra, 1. m.s.
*Ibid.* Nemo futurorum *metum cogitat,* lib. exc. *metu,* 3. m.s. *excogitat,* 1. m.s.
*Ibid. Quod* metueret conſcientia, lib. exc. *Quicquid,* 4. m.s.
*Ibid. nec* metuit, lib. exc. *non,* 1. m.s.
*Ibid.* ſi autem *crederet* & *caueret*: ſi *caueret, euaderet,* lib. exc. *crederes* & *caueres*: ſi *caueres, euaderes,* 1. m.s.
*Ibid.* Beati ſerui illi, lib. exc. *Et* beati, &c. 1. m.s.



Digitized by Google

*Ibid.* *inuenerit* vigilantes, lib. exc. *inueniet*, 1. m.s.
*Ibid.* impeditos *nos* & implicitos apprehendat, lib. exc. impeditos & implicitos apprehendat, 4. m.s.
*Ibid.* luceat in *nobis* operibus, lib. exc. in *noſtris*, 4. m.s.
*Ibid.* expectemus ſoliciti, lib. exc. expectamus, 1. m.s.
*Ibid.* Chriſto dominante *regnabimus*, lib. exc. *repugnabimus*, 1. m.s.
M.s. Ma. ſignificat Exemplar ſcriptum maioribus literis.
M.s. Min. denotat Exemplar minoribus figuris exaratum.
M.s. Linc. codicem ex Coll. Lincolnienſi.
M.s. Ben. librum Manuſcriptum, extantem in Bibliotheca Coll. D. Benedicti Cantabrigriæ.

Cypriani verò opera antiquo charactere conſcripta, & multo auctiora, quam quæ eatenus apparuerant, extabant olim in Rauennatis Archiepiſcopatus inſigni Bibliotheca, quæ iam prorſus interijt, quemadmodum teſtatus eſt ſe vidiſſe Ambroſius Camaldulenſium Generalis, qui ante 160. circiter annos vixit. Sed & eiuſdem Cypriani Opera in tres Tomos diſtincta, & recognita, cum Iacobi Pamelij Adnotationibus recuſa ſunt apud Niuellium Pariſijs an. 1603. & 1604.

CYPRIANVS monachus Caſsinenſis, ſcripſit Hymnum in honorem D. Benedicti, & alia nonnulla: hymnus autem ille eſt Caſsini m.s. tali exordio *Aureo ſolis radio perennis.*

CYPRIANVS monachus Ciſtercienſis Diuinæ ſcripturæ interpres in Academia Complutenſi in Hiſpania, ſcripſit commentaria in prophetam Nahum: ea Lugduni in Gallia fuerunt excuſa à Gulielmo Rouillio an. 1562. Ac fortaſſe is ipſe eſt, quem ſcribit Sixtus Senenſis commentarios reliquiſſe in Matthæum, in Iob, & in Pſal. 51. & 79.

CYPRIANVS Verardus, Ordinis Seruorum, Opuſcula varia ſpiritualia edidit ex officina Sabij Brixienſis. Inter quæ extat liber prænotatus: *Teſtamentum ad omnis generis homines.* Italicè.

CYPRIANVS Veronenſis, Canonicus Regularis, reliquit Expoſitionem in orationem Dominicam.

CYPRIANVS Epiſcopus Hiſpanus, ſcripſit in Apocalypſim Commentarios.

CYPRIACI Lucij Ingolſtadienſis in Bauaria euulgata eſt an. 1582. obſeruatio breuis de Litoſophiſtica erronea quorundam. De lapide Philoſophico diſceptantium doctrina, Religioni Chriſtianæ incommoda: & Admonitio; De lapide Chriſtoſophico.

CYPRIACVS Strotius, ſiue *Strozza* Clementis Alexandrini libros octo in Latinam linguam è Græca conuertit. Quos Florentiæ Torrentinus excudit.

CYRILLVS Alexandrinus Archiepiſcopus qualis, & quantus fuerit, conſtat, tum ex eius ſcriptis, quæ paulò poſt commemorabuntur, tum ex actis Epheſinæ Synodi, cui nomine Celeſtini Pontificis Max. an. 432. præfuit, (quæ quidem acta Theodorus Peltanus Societatis noſtræ è Græco, vt alibi diximus, in Latinũ vertit) floruit temporibus Theodoſij iunioris, ac Theophilo in Epiſcopatu ſucceſsit, obijt ſanctè an. Dom. 444. ac qui illi ſunt aduerſati, libroſque aduerſus eum Neſtoriani euulgarũt, eos omnes Theodoſius Imp. Porphyrij item libros proſcripſit. Extant eius de hac re literæ apud Acta Concilij Epheſini in eadem verſione facta à Peltano, Tom. 5. cap. 29.

Qui porrò dixere Cyrillum fuiſſe monachum montis Carmeli, quod & ſenſit, nimis (vt inquit Baronius Card.) leuiter Tritemius, (addo ipſe, & Petrus Lucius Carmelita) nullo legitimo teſte id pronunciarunt. Nam apud Hieronymum, Palladium, Euagrium, Caſsianum, Theodoretum, Cyrillum monachum, & alios ſeculi huius ſcriptores, ſæpè fit mentio monachorum in Palæſtina degentium, at nuſquam penitus apud eos monachorum Carmelitarum. *Faceſſat igitur* (ſubdit idem Baronius) *eiuſmodi fabella de monachiſmo Cyrilli in Carmelo.*

Cæterùm ea Cyrillus pietate, eloquentia, & acumine ſcripſit, vt eius homilias memoriæ mandatas Epiſcopi Græciæ populis è ſuggeſtu (vt Gennadius inquit) recitarent. Sanè, vt aliquid hoc de viro præter antiqua illa, memoria dignum referam, Ioannes III. Sueciæ Rex retulit mihi, ſibi, cum Cyrilli Commentarij in D. Ioannis Euangelium legendi eſſent traditi in Anglia (quò ab Erico fratre Rege fuerat allegatus, priuſquam eſſet Rex) ſordeſcere cæpiſſe omnes Caluini libros vt & poſtea ſemper hæreſes illius deteſtaretur. Quæ cum verè dico, verè item nemo non experietur ex ijs, qui in pedicas hæreticorum inciderint, ſi manus, & mentes admouerint lectioni Patrum, non abibit longius, cum ramenta illa (potiuſquam ſcripta) hæreticorum, abijcient, & probum aurum doctrinæ Catholicæ præ illis præſtigijs chymicis, amplectentur.

Cæterum, etſi Opera Cyrilli, quæ hactenus Latinè ſunt reddita, magis emaculata, typis Michaëlis Sonnij Pariſienſis typographi an. 1573. fuerunt excuſa, ſciat tamen Lector, quos ille libros 16. in Leuiticum I. Tom. tribuit, non eſſe Cyrilli, ſed Origenis, qui neque ſunt libri, ſed orationes, ſiue homiliæ extemporariæ. Id conſtat, tum quia vbique deſtruit litteram, & ſolum approbat allegorias, tum etiam ex Origenicis erroribus, qui in eis ſparſi leguntur. Adde quòd ſemper hæ homiliæ Origeni tributæ fuerunt.

Scripſit autem in Pentateuchum (vt inquit Sixtus Senenſis) Opus Allegoricum, cui titulus, & argumentum eſt; *Quod per omnem Moyſis ſcripturam Chriſti myſterium deſignetur.* Et præfatio quidem incipit ἐρευνᾶτε τὰς γραφάς, hoc eſt. *Scrutamini ſcripturas.* Sermones verò, ſiue libelli, ſiue diſtinctiones, ſeu potius tituli, quibus totum opus diſtinguitur, hi ſunt:

In Geneſeos caput primum, de formatione Adami Sermo primus, incipiens: *Paulus ille ſacratiſsimus.*
In Gen. 6. Noë, & Arca, Sermo 2.
In Gen. 9. De nudatione Noë, Serm. 3.
In Gen. 11. De Turri, & eius ſtructura, Serm. 4.
In Gen. 14. De Abraham, & Melchiſedech, Serm. 5.
In Gen. 15. De Abraham, & promiſsione ei facta in Iſaac, Serm. 6.
In Gen. 22. De ſacrificio Abraham, & Iſaac, Serm. 7.
In Gen. 24. De Iſaac, & Rebecca, Serm. 8.
In Gen. 25. De Eſau, & Iacob, duos populos figurantibus, Serm. 9.
In Gen. 27. vſque ad 35. De perſecutione Eſau, Serm. 10.
In Gen. 30. & 31. De ijs, quæ inter Iacob, & Laban geſta ſunt, Serm. 11.
In Gen. 32. De Iacob mittente nuncios ad Eſau, Serm. 12.
In Gen. 33. De nocturna luctatione Iacob, Sermo 13.
In Gen. 37. De Ioſeph, paſcente oues patris cum fratribus, Sermo 14.
In Gen. 38. De Iuda & Thamar, Sermo 15.
In Gen. 3.. De Ioſeph Iſmaelitis vendito, Sermo 16.
In Gen. 48. De benedictione filiorum Ioſeph, Sermo 17.
In Gen. 49. De benedictionibus Patriarcharum, Sermo 18.

*Hos Sermones* (inquit Sixtus Senenſis) *oſtendit nobis Græcè conſcriptos Ambroſius Mediolanenſis monachus Caſsinenſis vir vtraque linguæ peritiſsimus; qui eos à ſe Latinè verſos propediem daturus eſt in lucem, ſubiectos verò Sermones in cætera Pentateuchi volumina vidimus in vetuſtiſsimo Græco codice ſcripto, quem nobis ſuppeditauit Angelus Iuſtinianus Chius Minorita, inſignis Theologus; qui ex Græciæ ruinis Bibliothecam antiquiſsimorum Orientalis Eccleſiæ Patrum monumentis inſtructam multo ære, ac labore collegit, eamque ſecum, veluti ſacrum quendam theſaurum in Italiam aduexit.* Angelus Iuſtinianus fuit poſtea Epiſc. Geneuenſis.

### *Sermonum tituli ſic habent.*

In Exod. cap. 4. De tribus ſignis, à Deo Moyſi exhibitis, Serm. 19.
In Exod. 12. De ſacrificio agni, Sermo 20.
In Exod. 13. De conſecratione primogenitorum. Serm. 21.
In Exod. 15. De aqua Marath, Sermo 22.
In Exod. 16. De manna, & cothurnicibus, Serm. 23.
In Exod. 17. De petra in Raphidim percuſſa, Serm. 24.
In Exod. 19. De monte inacceſsibili. & Iſraël iuxta eum poſito, Serm. 25.
In Exod. 24. De aſcenſu Moyſis, Aaron, Nabad, & Abiud, Serm. 26.
In Exod. 32. De fabricatione vituli, Sermo 27.
In Exod. 34. De velamine in facie Moyſis, Serm. 28.
In Leuit. 1. Quod Paſsio Chriſti ſalubris eſt, Serm. 29.
In idem. Quòd particeps myſticæ benedictionis Sancti, & ſacri vndequaque erimus, Sermo 30.
In Leuit. 14. De mundatione lepræ, Sermo 31.
In Leuit. 16. De Iudæorum Synagoga, quæ ex infidelitate cecidit, Sermo 32.
In idem. Quòd non ſemper ingrediatur Aaron in Sancta ſanctorum, Serm. 33.
In Numeri cap. 13. De exploratoribus Terræ promiſsionis, Sermo 34.
In Num. 14. De Chriſto, & Iudæorum Synagoga, & populi murmuratione, Serm. 35.
In Num. 15. Quòd Chriſtus factus eſt nobis Panis vitæ, & de primitijs, Serm. 36.
In Num. 19. De vitula rufa, Sermo 37.
In Num. 21. De ſerpente æneo, Sermo 38.

In Deut. cap.20. De miſsis in bellum, Sermo 39.
In Deut.21. De muliere captiua in vnguibus abradenda, Serm.40.
In Deut.22. De boue in foueam lapſo, Sermo 41.
In Deut.27. De lapidibus trans Iordanem erigendis, Serm. 42.
In Deut.31. De inſtitutione; & electione Ioſue, Serm. 45.
Scripſit quoque in decimumſextum Leuitici caput de Apopompæo, hoc eſt, *de Capro emiſſario.*
Ad Acacium Epiſcopum, Epiſtolam vnam, quæ incipit: *Lectis quæ à ſanctitate tua.*
Compoſuit in Eſaiam libros quinque, eodem ordine in varios Sermones, ſiue Lectiones diuiſos: quorum initium eſt: *Obſcura ſemper eſt Sanctorum Prophetarum oratio.*
Dictauit in Danielem, in Oſeam, & in Abacuch Homilias plures, quæ in Bibliotheca Vaticana ſeruantur.
Scripſit in totum Matthæi Euangelium integræ & continuatæ explanationis libros, ſiue tomos plures, ex quorum 11. & 12. tomis, citantur teſtimonia in 6. Synodo Conſtantinopolitana, & in ſecunda Synodo Nicæna.
Item in Euangelium Ioannis libros duodecim, inſertis toto paſsim opere multis aduerſus Arianos, alioſque hæreticos, diſputationibus. Horum librorũ quatuor intermedios, nempè quintum, ſextum, ſeptimum, & octauum, iniuria temporũ abſumptos, Iudocus Clichtoueus, ex Chryſtomo, & alijs patribus collectos, ſuppleuit.
Poſt hæc edidit etiam in Epiſtolam ad Hebræos Commentaria: è quibus magna, & prolixa fragmenta, Cyrilli nomine prænotata, inueniuntur partim apud Theodoretum in Dialogo, qui inſcribitur, Inconfuſus, partim apud Theodorum monachum Græcum, in libro cui titulus eſt: ὅτι ὁ πατὴρ ἀεὶ γεννᾷ. hoc eſt, *quòd Pater ſemper generat.*
Scripſit denique pro defenſione vtriuſque Teſtamenti diſputationum libros decem aduerſus Iulianum Imperatorem, qui ſeptem editis voluminibus Sacroſanctas ſcripturas impugnauerat.
Prodierunt autem in lucem Pariſijs an. 1573. vt diximus à Michaële Sonnio edita, aucta Cyrilli opera, quorum duobus Tomis diſtinctorum catalogus eſt ſequens.

### *Primus Tomus continet.*

D. Cyrilli Alexandrini in Geneſim ad literam, & myſticè libros vndecim.
In Leuiticum libros ſexdecim, vbi quicquid corporaliter, & ad literam obſeruandum ſtatuitur, id omne ad ſpiritualem, viuificantemque intelligentiā transfertur: quamuis hi libri, vt diximus, Origenis ſint.
In Iſaiam Prophetam Commentariorum libros quinque.
In Euangelium Ioannis Commentariorum libros octo, quibus Iodocus Clictoueus adiecit quatuor intermedios, vti dictum eſt ſupra: nam omnes m.s. libri etiam in Vaticana Bibliotheca mutili erant.

### *Hæc quæ ſequuntur deinceps addita ſunt, & è Græco in Latinum verſa à Gentiano Herueto Aurelio.*

Dicta Veteris Teſtamenti, & Sanctæ ſcripturæ interpretata Anagogicè breuiter, ac dilucidè collecta, & à D. Cyrillo, & à Magno Maximo, & à cæteris interpretibus.
Liber aduerſus Iudæos, cum elegantibus Quæſtionibus.
Breuis Anagoga de ijs, qui floruerunt ante legem.

### *Secundus Tomus continet.*

1 Epiſtolas trigintanouem.
2 Homilias decem.
3 Apologiam ad Imperatorem Theodoſium.
4 Declarationem duodecim capitum, ſiue Anathematiſmorum.
5 Librum Apologeticum pro iiſdem duodecim capitibus aduerſus Orientales.
6 Alium lib. ad Euoptium pro ijſdem capitibus contra reprehenſiones Theodoreti Epiſcopi Cyri.
7 Expoſitionem Symboli Nicæni.
8 Scholia De Incarnatione vnigeniti.
9 Synodales Epiſtolas duodecim.

10 Dogmata Neſtorij à Cyrillo primum impugnata, deinde ab Epheſina Synodo condemnata.

Opus inſigne, quod Theſaurus inſcribitur De conſubſtantialitate, filij & Spiritus ſancti, cum Deo Patre aduerſus Hæreticos. Id in Latinum olim Georgius Trapezuntius, ſed non integrum verterat. Vide infra.

Dialogorum, cum Hermia, De Trinitate libros ſeptem, cum Appendice argumentorum: *Quod Spiritus ſanctus eſt Deus.*

Quòd conſubſtantialis, & coæternus ſit Deo, & Patri filius, lib. 1.

Quòd coæternus Deo Patri, & ex ipſo ſecundum naturam genitus ſit filius, lib. 2.

Quòd Deus verus ſit filius, ſicut & Pater, lib. 3.

Quòd non creatura, neque factura ſit filius, lib. 4.

Quòd Deitatis proprietates, ac gloria naturaliter in filio ſint, ſicut in Patre, lib. 5.

Quòd humanitatis proprietates, & quæ nõ valde Diuinè dicta de filio conueniant magis diſpenſationi cum carne, & nõ naturæ verbi ſecundum quod intelligitur, & eſt Deus, lib. 6.

De Spiritu ſancto, quòd & Deus, & ex Deo ſit ſecundum naturam, lib. 7.

De adoratione, & cultu, in ſpiritu, & veritate, lib. 1. Sed hic poſtea an. 1588. prodijt Romæ emendatus additis, demptis, mutatis, quæ addenda, demenda, mutanda erant.

Contra Iulianum Apoſtatam pro religione Chriſtiana, lib. 10.

De recta fide in Chriſtum ad Theodoſium, & ad Reginas, lib. 3.

Sed poſt Ioan. Tritemium in Opere maiore de Scriptoribus Eccleſiaſticis, præter item Iodocum Clichtoueum, Sixtum Senenſem, & Gentianum Heruetum, alij viri in Cyrilli operibus, aut conquirendis, aut illuſtrandis, vel in Latinum vertendis collaborauerant. Quamobrem hæc, & nos addimus.

Primo Photius teſtatur Cyrillum Alexandrinum ſcripſiſſe ad Theodoſium, quòd Neſtoriana hæreſis eadem eſſet cum Celeſtina, quod & ibidem planius declarat.

Sanè verò Synodus coacta fuit aduerſus Neſtorium, atque Celeſtium. Quin & idem Photius meminit quinque librorum, ſiue Sermonum Cyrilli contra blaſphemias Neſtorij, proferens ſuum de dictione Cyrilli iudicium. φυλάττει δὲ (inquit) κἂν τούτοις τῶν οἰκείων λόγων τὸν χαρακτῆρα, καὶ τὸ ἰδίωμα. σαφέστερος δέ ἐστι τοῦ πρὸς ἑρμηνείαν, καὶ τῶν περὶ τῆς ἐν πνεύματι λατρείας ὁ δὲ λόγος αὐτῷ πεποιημένος καὶ εἰς ἰδιάζουσαν ἰδέαν ἐκβεβιασμένος, καὶ οἷον λελυμένος καὶ τὸ μέτρον ὑπερορῶν τῆς ποιήσεως. Sed & alibi, cum eorundem meminerit, capitaque cuiuſque libri afferat, ijſdem fermè verbis vtitur in iudicio ferendo de forma illius dictionis, addens hæc verba: βραχὺ δέ τι πρὸς τὸ ταπεινότερον ὑπενηνεγμένον. hoc eſt, *conciſum aliquid & quod ſapit demiſſum.* Atqui addit, quæ ijs in libris continebantur Epiſtolæ, & Scholion de incarnatione Domini.

De libris autem Cyrilli, qui Theſaurus prænotantur, ait: ἐπιχειρηματικὸν δὲ ἐστι τὸ βιβλίον, καὶ κατὰ τῆς Ἀρείου, καὶ Εὐνομίου λύσσης γενναίως, καὶ πολυτρόπως ἀγωνιζόμενον hoc eſt. *Solers eſt autem argumentator, is Liber, & aduerſus rabiem Arij, & Eunomij generoſus, & multiplex concertator.*

Extant autẽ in Bibliotheca Vaticana Cyrilli eiuſdẽ Paſchales Epiſtolæ manuſcriptæ totidem, quot ipſe Cyrillus annis vixit in Epiſcopatu, quas in Latinum vertebat Federicus Metius qui nunc eſt Thermularum Epiſcopus, vti & in verbo, Photius, locuti ſumus.

Porrò Cyrillus annis duobus, & triginta Epiſcopatum geſſit, poſt quos ſanctè obijt. At Caſſiodorus in Præloquio Inſtitutionis ſuæ Diuinarum Lectionũ ſcribit, Cyrillum, ſicuti & aliquos alios, Diuinam interpretatum fuiſſe Scripturam Græco ſermone ab initio vſque ad finem. Quæ tamen haud extat, niſi quòd ſubinde prodeunt nonnulla eiuſdem Patris, quæ hactenus alicubi delituerant. Quin & paucos ante annos edita eſt eius Epiſtola ad Caloſyrium Epiſcopum Arſenoiten, aduerſus Anthropomorphitas, & Maſſalianos, qui nequaquam manibus laborandum eſſe dicebant, ſed ſemper orandum.

Præterea eiuſdẽ ad Celeſtinũ Epiſtolæ aliquæ extant inter Epiſtolas Celeſtini Papæ.

Quin & in Bibliotheca Vaticana extant eiuſdem Cyrilli Commentarij luculenti in duodecim Prophetas minores, quos deintegro ob vetuſtatem deſcripſit Ioannes S. Mauræ Cyprius. Quin etiam extat in Bauarica Bibliotheca, quem vertit è Græca in linguam Latinam Iacobus noſter Pontanus hortatu Iacobi Gretſeri Theologi noſtri, editus eſt vero Ingolſtadij apud Georg. VViller. an. 1607.

At & Cyrilli Glaphyra nondum erant Latina facta. Sed & teſtatur Sigebertus ſequentia. *Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus Cyclos quinque decem nouennalium Cyclorũ ſcripſit, qui faciunt annos nonagintaquinque, in quibus primus & vltimus Paſchæ terminus inuenitur, ſed neq; tamen in eo tota Paſchæ varietas terminatur.*

Qua

Quæ autem feruntur à Theodoreto fuiſſe ſcripta aduerſus Cyrillum poſt eius obitum ad Ioan. Antiochiæ Epiſcopum, ea fuerunt à Neſtorianis ſuppoſita ſub nomine Theodoreti. Vide in verbo, Theodoretus.

Verum enimuero idem Cyrillus librum de animalium, & plantarum proprietate, hoc eſt περὶ ζώων ἰδιώτητος καὶ φυτῶν Græcis verſibus ſcripſerat, qui an. Dom. 1590. Romæ fuit primò editus, atque additus ad Græca Carmina Gregorij Nazianzeni, & ad Hymnos decem Syneſij è typographia Franciſci Zannetti. Incipiunt autem, ὦ πάντος ἔργυ, καὶ θεηγόρυ λόγω. Auctorem quidem hunc Hieronymus Brunellus noſtræ Societatis Ieſu à Conſaluo Ponce (vt dicunt) de Leon V. C. eſt aſſecutus, qui eum ex Gulielmi Sirleti Cardinalis exemplari deſcribendum curauerat; magno ſanè Scholarum bono, ſi talium Patrum nitida, & perutilia iuuentuti Carmina prælegantur. Nam quod idem Brunellus ait, nos quoque decurſo eodem libello, bona fide aſſerimus, in eo, cuiuſcunque fuerit ille labor, Diuinæ naturæ Maieſtatem infinitam, & Sapientiam, ac Prouidentiam erga homines ſingulariſsimam, præcipuè eam, quæ elucet in rebus creatis, intelligi. Ita porrò ſingulas Plantarum vires, & animantium facultates eleganti, concinnoque verſu perſequitur, vt non modo Theophraſti libros, & Ariſtotelis, verum etiam Dionyſij Areopagitæ, ac reliquorum Patrum ſcripta de Dei natura, Chriſtique Saluatoris noſtri myſterijs in pauco quodammodo conferat, ac ſub vno propè ponat aſpectu.

Cæterùm Cyrilli Archiepiſcopi Alexandriæ Lexicon ſecundum Alphabetum fertur extare Conſtantinopoli m.s.

Sciendum autem Commentarios Cyrilli de Adoratione, & cultu in ſpiritu, & veritate, Latinos factos fuiſſe ab Antonio Agellio clerico primum regulari, deinde Epiſcopo Acernenſi, ac quidem elaborata translatione.

At & ſciendum, quæ Cyrilli libro Theſauri verba hæc erant, (*Porrò omnes iure Diuino caput inclinant, & primates mundi tamquam ipſi Domino Ieſu obediunt.* Et idem. *Debemus nos, vt qui membra ſumus capiti noſtro Rom. Pontifici, & Apoſtolicæ Sedi adhærere.*) ea non haberi in libris Theſauri, qui nunc extant, ſed citantur à B. Thoma in Opuſculo contra Græcos, & à Gennadio Scholario Græco auctore in libro de Primatu Romani Pont. Conſtat verò multos Theſauri libros perijſſe; etenim citatur in ſexta Synodo Actione decima, lib. 32. eiuſdem, cum modo extent tantummodo lib. 14. Atqui Andreas Coloſſenſis Epiſcopus in Concilio Florentino Seſſ. 7. aſſeruit in Theſauris Cyrilli mirificè prædicari Romani Pontificis auctoritatem, nec vllus Græcorum contradixit. Vide Bellarm. Card. de Summo Pont.

Poſtremò caueant cordati Catholici, quæ Hæretici in ſuis verſionibus Latinè factis ſiue in margine, ſiue in ſcholijs inſperſerunt. Et quidem OEcolampadius, & Laurentius Humfredus, vterque proſcripti hæretici aliqua Cyrilli verterunt, atque edi curarunt: in quibus eorum nomen in primis eradendum eſt; deinde in 3. Tomi, 9. lib. contra Iulianum, col. 214. quæ margini eſt adſcripta propoſitio hæc. *Externa ſacrificia, neq; Dijs, neq; Deo vero grata:* quæ item iteratur in lib. 10. à col. 241. vſque ad col. 243. & cap. 1. col. 13. omnino tollenda eſt. Quin & idem Humfredus in ſua Cyrilli in Iſaiam verſione, non vtitur vulgata editione, quæ cæteris fidelior eſt. Sed & non eſt Cyrilli commentarius integer in Iſaiam, quam ob rem quæ dicuntur partes adiunctæ, eæ ſunt ipſius Humfredi nō Iſaiæ. Quin & in vniuerſo hoc Opere, quod eſt in 5. Tomo, à primo capite vſque ad 55. & quidem in locis inſignioribus docet Humfredus homines iuſtificari per ſolam fidem, idque præcipuè in cap. 19. col. 22. & in cap. 1. excellentiorem facit fidem, ſpe, ac charitate. Eccleſiam item aſſerit non eſſe viſibilem, cap. 5. col. 62. cap. 78. col. 284. quæ omnia ſunt erronea, & hæretica.

At & alia pleraque in eodem Humfredo interprete in Iſaiam obſeruarunt Hiſpani expurgatores, quemadmodum & in Indice. *Quæ Commentaria* (inquiunt) *D. Cyrilli in Eſaiam circumferuntur in editione Pariſienſi Operum D. Cyrilli, an. 1572. nomine Gentiani Herueti, expunctis nonnullis propoſitionibus ex his, quæ notatæ ſunt, reliqua deleri debent. Idem iudicium eſto de eiſdem Operibus Baſileæ excuſis apud hæredes Heruagij an. 1566.* Sic illi.

At quoniam poſtea Index Romanus Laurentium Humfredum inter hæreticos primæ Claſsis notauit, in eo verò ſunt plura, quæ redolent hæreſes, ablegandam prorſus eam verſionem non dubitandum eſt, quocumque alio nomine prænotetur.

Atqui ijdē expurgatores Hiſpani ex eiuſdem Cyrilli libro aduerſus Anthropomorphitas, *Bonauentura Vulcanio interprete,* hæc adiecerunt.

*In Epiſtola ad Caloſyrium, prope finem, deleantur ex margine illa verba:* Monachi non tantum orationi vacare debent, ſed etiam operari. *Quæ etiam in Indice, litera M. continentur.*



Digitized by Google

*Cap.2. ad initium, deleantur ex margine illa verba.* Quæ in Scriptura ſacra apertè dicta non ſunt, curioſius indagari non debent. *Quæ etiam in Indice continentur, litera S.*

*Cap.8. ad finem deleantur in margine illa verba:* Chriſtus ſolus ſanctificat, & iuſtificat. *Quæ etiam in Indice continentur, litera C.*

*Eodem cap. in text. verſus finem, deleantur illa verba:* In omnes ex æquo per ipſum donum promanat.

Ex libro de Lapſu hominis eiuſdem Cyrilli, *eodem interprete.*

*Verſus finem huius libri deleantur ex margine illa verba:* Vocatio ad libertatem per fidem in Chriſtum factam: *Quæ in textu etiam & Indice litera V. continentur.*

Præter hæc addo cauenda eſſe. quæ non ſolum in Baſileenſi, verum etiam in Pariſienſi editione Cyrilli inſerta ſunt; nimirum quædam ex libris collecta Neſtorij fragmenta, quaſi ex illis rectius D. Cyrilli mens intelligi poſſet. At certè omnino expungenda ſunt, cum ſi etiam in Aſiam hi codices afferrentur (qui iam fortaſsis eò illati ſunt) Neſtoriani, qui ſuas hæreſes in illo ingenti tractu diutiſsimè fouerunt, nouum inde venenum haurirent. Sed de erroribus Neſtorij tum in verbo, *Neſtorius*, tum in verbo, *Diamperianum Concilium*, vide quonam modo ſint nouiſsimè profligati magna ex parte.

Mitto quę Scholiaſtes in editionem Baſileenſem adnotauit, digrediens à vulgata editione, & non vna in re lapſus: is enim cum ipſa editione ſatis ſuſpectus eſſe debet, atque prohibitus. Cæterùm recuſa ſunt D. Cyrilli Alexandrini Epiſcopi Opera omnia Pariſijs apud Societ. an. 1605. cum & antea extaret eiuſdem Cyrilli Archiepiſcopi Alexand. ad Domnum Epiſt. Tom. 3. Bibl. SS. PP. Bignæi, edit. 2. De cultu verò Dei Opus aureum è Græco Latinitate donatum ab Antonio Agellio, & Venetijs excuſum apud Somaſchum; & apud Soc. Venetam; an. 1604. ſed de Liturgia S. Cyrilli, vide quæ Victorius Scialach Epiſt. ad Marcum Velſerum V. C. ſcribit ante Liturgias abs ſe ex Arabico in Latinum conuerſas, & Auguſtæ Vindelicorum editas.

CYRILLVS alius Carmelita, presbyter Montis Carmeli (ſi Tritemio hac in re credendum) tertius in ordine Prior Generalis, vir doctus & pius, ac ſpiritu prophetiæ illuſtratus; ſcripſit nonnulla, de quibus feruntur, Epiſtolæ ad diuerſos plures. Quædam reuelationes ad Abbatem Ioachimum. Angelica quoque tabula, quam de manibus Angeli eum dicunt accepiſſe. Claruit temporibus Innocentij Papæ III. & Henrici Imperatoris VI. an. Dom. 1200.

Errant autem, qui hunc cum Cyrillo Alexandrino vnum eſſe putant, cum nec tempus, nec ordo geſtorum in hoc conſtet. Priorem enim ſub Theodoſio in Epheſino Concilio claruiſſe certum eſt; at iſtū multo poſt, vt dicemus. Sed & quod ad Abbatem Ioachimum attinet, cuius Tritemius meminit, obſeruandum eſt, eum fuiſſe virum apprimè eruditum; Vrbano III. Pontifice Maximo, & Gulielmo Neapolis Regi, ſuiſque Calabris pergratum, ſpiritu autem perſpicaci; futura quaſi præſentia enunciaſſe. In ſacras quidem literas Commentaria edidiſſe præſertim in Apocalypſim, vbi multa de Ordinibus Mendicantium, (qui ſunt Carmelitæ, Franciſcani, Auguſtiniani, & Dominicani) prædixiſſe: omnia tamen, quæ ſcripſit, iudicio Romani Pontificis ſubmiſiſſe. Ioachimo igitur Abbati Cyrillus iſte Angelicum Oraculum, cuius initium eſt, *Tempore annorū Chriſti,* tanquam viro erudito miſit. Claruit autem ſub Philippo, & Othone Imperatoribus an. 1200. cuius dies Anniuerſarius à Carmelitis (ex auctoritate Sedis Apoſtolicæ) celebratur 6. die menſis Martij. Vitam vtriuſque eleganti, ac docto carmine cecinit Baptiſta Mantuanus Carmelita lib. 3. Faſtorum.

CYRILLVS Francus Bononienſis, Ord. Seruorum, de anno Iubilæo, & de Indulgentijs Commentarium edidit Bononiæ an. 1571.

CYRILLVS Hieroſolymæ Epiſcopus, ſæpè pulſus Eccleſia, & deinceps receptus, ad extremū ſub Theodoſio Principe octo annis inconcuſſum Epiſcopatum tenuit. Extant eius Catecheſes, quas in adoleſcentia ſua compoſuit. Sic de illo S. Hieronymus in Catalogo.

Porrò extant Latinè, & Gallicè verſæ, quæ Apoſtolicam ſpirant ſcriptionem. Ad earū autem calcem Epiſtola ipſius ad Conſtantium Auguſtum de ſigno Crucis viſo in Cœlo inter Caluariæ locum, & montem Oliuarum; quam Epiſtolam Baron. Card. inſeruit Annalibus 3. Tomi. Eiuſdem verò Cyrilli laus eſt in 2. Synodo Generali, hoc eſt Conſtantinopolitana, quæ ad Damaſum ſcripſit Epiſtolam, qua vniuerſa illa Synodus Oecumenica Cyrillum magnoperè collaudat, quòd multa, & varia certamina cum Arianis geſſerit ob Catholicam fidem. Vide eam Epiſtolam apud Theodoretū lib. 5. cap. 9. Eodem verò tempore floruit, quo S. Hilarius, vt patet ex eius Epiſtola ad Conſtantium Imperatorem.



Digitized by Google

Quæ autem collegit Margarinus Bignæus de hoc Cyrillo, & eius libris ex D. Hieronymo, Ruffino, Socrate, Sozomeno, Theodoreto, Nicephoro, & ex Grodecij interpretis Præfatione, operæpretium eſt huc adtexere. Nam cum plures Cyrilli Hieroſolymitani Epiſcopi fuerint (nempè quatuor ad ea vſque tempora) ecquis ex ijs hic fuerit, liquet ibidem. Ita verò res habet.

Poſt exauthoratum igitur, & exturbatum ab Acacio Cæſarienſi, & Patrophylo Scythopolitano, vel ad vitam immortalem tranſlatum Maximum Confeſſorem: cuius oculus dexter erutus, & dextri pedis flexus in certamine pro pietate ſuſcepto prorſus labefactatus fuerat, Reuerendiſsimus, & Dei amantiſsimus Cyrillus, vt reſcribit Conſtantinopolitana Synodus ad Epiſcopos Occidentis, nō autem opinionis Macedonianæ ſectator ante illam Synodum, vt Socrates, & Sozomenus ſcribunt, alacris Apoſtolicæ doctrinæ propugnator ingenti virtute vir, & ad populum docendum egregius, cuius ſcripta ſunt, quæ Eccleſia, Cyrillia, nominat, ſuoque tempore extitiſſe teſtatur S. Hieronymus, ritè à Prouincialibus Epiſcopis electus, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ præfuit, eaque ſæpè pulſus, & in eam receptus, diuerſis in locis decertauit plurimum aduerſos Arianos. Non enim quòd ſæpè in Concilium accerſitus, vt de illo decerneretur, toto biennio (vt ſic elaberetur criminatione) non comparuiſſet, vt tradit Socrates, qui ſe rerum S. Cyrilli incertum eſſe alioqui non negat; ſed leui arrepta occaſione, primum, quòd Euſtachium, & Elpidium Synodo Melitinenſi (cuius & ipſe magna pars fuerat) olim aduerſatos; deinde Baſilium, & Gregorium Laodicenſem Epiſcopum gradu motos recepiſſe in communionem; ſed maximè quòd, cum Hieroſolymis Apoſtolicum Thronum conſcendiſſet. *De iuriſdictionis Eccleſiaſticæ illius Antiſtite, egit.* quod vt accepit Acacius, ſcripſit ap Syluanum, eumque de Cyrilli abdicatione fecit certiorem. At Syluanus; quoniam & reuerebatur Cyrillum; & multitudinem, quæ Cyrilli doctrinam cupidiſsimè amplexabatur, nonnihil pertimeſcens ab Eccleſiaſtico miniſterio minimè illum prohibuit. Vbi Epiſcopi Seleuciam conuenerunt, Cyrillus cum Syluano, & reliquis fit Concilij particeps; Acacius verò expellitur, vel ſecedit volens, & apud Conſtantium Arianum Imperatorem criminatur Cyrillum, inprimis quod ſacram Stolam aureis filis contextam, quam Imperator Conſtantinus ad Hieroſolymorum Eccleſiam cohoneſtandam Macario Epiſcopo donauerat, profanis diuendiſſet. Sic Ariana Tyrannide tum abdicatus Cyrillus, Hieroſolymis tamen Epiſcopus habebatur, cum Imperatoris Apoſtatæ impulſu tentarent Iudæi templum Salomonis in integrum reſtituere: ille verò, ſeu numine afflatus, ſeu diligenti conſideratione habita, ex illis, quæ de temporibus legerat apud Danielem, vel quæ Dominus prædixerat in Euangelio, affirmaret conſtanter id quod euentus miraculo maximo comprobauit, nullo pacto poſſe fieri, vt lapis ſuper lapidem ibi à Iudæis poneretur, tempeſtate altera profligatus, Valentiniano imperante, dignitatem Epiſcopalem obtinuit, rurſumque abdicato, Herennius, Heraclius, Hilarius viciſſim ſuffecti rexerunt Eccleſiam ad Imperij Theodoſiani tempora, quibus ad eam ſedem reuertit, & octo annis inconcuſſum tenuit Epiſcopatum, quoad vitæ ſuæ curſu conſummato migrauit ad Chriſtum feliciter, cum Theodoſius deuicto Maximo Tyranno res Romanas præclarè ſtatuiſſet. Bonum proinde certamen cum certaſſet, repoſita eſt illi corona gloriæ apud iuſtum Iudicem, totaque Eccleſia Orientalis, quæ Sanctorum Catalogo illum adſcripſit, eiuſque memoriam, vt ſanctiſsimi Patris, 20. Kalend. Aprilis piè celebrat, & religioſè veneratur. Hæc de Cyrillo Hieroſolymitano, cuius Operū fragmenta ex Commentarijs eius in Marci Euangelium, vide Tom. 1. col. 30. C. ex Epiſtola ad Olympium Monachum eodem Tom. 1. col. 140. D. & ſparſim ex alijs pluribus locis Bibliothecæ Sanctorum Patrum.

CYRILLVS Monachus, & diſcipulus Euthymij (ſiue item Ioannis Silentiarij, vt alij putant) qui circa an. Dom. 491. Felicis autem Papæ III. nonum, floruit, tanta fide, ac diligentia geſta aliquorum Patrum ſcripſit, vt Baronius Cardinalis vir in hiſtoria, præter alias dotes, tantus, de eo ſic loquatur. *Liceat abſq; inuidia dicere, me neminem reperiſſe poſt S. Hieronymum, atq; Athanaſium, qui maiore fide ſcripſerit ſanctiſsimorum virorum res geſtas, digerens eas, atq; diſtinguens accuratè per tempora, ac ipſe Cyrillus, dum quæ ipſe vidit, vel Sanctorum omni probitate præſtantium virorum relatu didicit, atq; leui ſuſpicione mendaci, ſynceram veritatem, veluti ſacroſanctum depoſitum poſteris tradidit. Nempè vitam Ioannis Sanctiſsimi, qui ex Epiſcopo Coloniæ, quæ erat in Armenia, euaſit Silentiarius, cum profectus ad loca ſancta, ſubijciens ſe diſciplinæ magni Sabæ mutatus in monachum, ob incomparabilem ſilentij obſeruantiam, ſilentiarius eſt dictus.* Vide Acta Euthymij, & Sabæ.

Theodoſij. Quiriaci. Creduntur autem eſſe huius Auctoris Vitæ Theodoſij Cœnobiarchæ, & Quiriaci

Anacho-

Anachoretæ, qui iiſdem temporibus claruere viri ſanctiſsimi: ſed quod illæ careant Auctoris inſcriptione, feruntur nomine Metaphraſtes, qui poſtremo eas edidit.]

Cyrvs genere Alexandrinus, arte medicus atque è Philoſopho monachus, vir dicendi peritus, ſcripſit aduerſus Neſtorem prius eleganter & fortiter: modo autem dum in illum nimis inuehitur, & ſyllogiſmis magis quàm ſcripturis agit, Timotheanum dogma fouere cœpit: Denique ambiguus, etiam ſui, ſuſpendit animum à conſenſu Chalcedonenſis decreti, cui non acquieſcendum putat, quòd Filium Dei veriſsimè dixerit duabus poſt incarnationem conſtare naturis. Tritemius addit aduerſus hæreticos librum ab eo ſcriptum fuiſſe.

Cyrvs Paropolita vixit Theodoſio iuniore Imperatore, à quo Præfectus Prætorio deſignatus, fuit etiam Exconſul, atque Patricius. Eudocia enim Regina Theodoſij vxor, mirè diligebat Cyrum, cum eſſet ſtudioſa carminum, quæ ille profitebatur. Sed cum relicto regno, Hieroſolymis in Oriente ageret, Cyrus per inſidias Epiſcopus in Cotyaeo Phrygiæ creatur: peruenit autem vſque ad Leonem Imperatorem, ſic Suidas. Extant autem Cyri Exconſulis Epigrammata duo, lib. 4. Florilegij.

Cyrvs, Theodorus, Prodromus. Vide in verbo, Theodorus Prodromus.

## D A

Dacivs Epiſcopus Mediolanenſis, & vir Sanctus, qui & floruit Iuſtino Imp. ſeniore, Chronicon ſcripſit, in quo inter alia teſtatur, lib. 1. cap. 10. à ſanctis Patribus Ambroſio, & Auguſtino, ſtatim à Baptiſmo eiuſdem Auguſtini, toto populo obſtupeſcente, Canticum illud, *Te Deum laudamus* alternatim, & ex tempore cantatum fuiſſe; inde verò ab vniuerſa Eccleſia frequentari cœpiſſe.

Gregor. lib. 5. Dialog. c. 4.

Dacrianvs Abbas, Ord. S. Benedicti, conſcripſit Speculum monachorum, quod primò excuſum eſt Louanij apud Bartholomæum Grauium, an. 1538. Quin & ſcripſit Spiritualis vitæ documenta: quæ vnà cum eodem Speculo extant in Tom. 4. Bibl. SS. PP. Bignæi, edit. 2.

Dado. Vide in verbo, Audoenus.

Daemones, & eorum inſidias, quin & remedia ad eas declinandas, Martinus Delrius noſter, tribus Tomis Diſquiſitionum magicarum indicauit. Vide in verbo, Martinus Delrius, & in verbo, Petrus Tyreus; præter illa, quæ Scholaſtici Theologi, & Inquiſitores & Canoniſtæ de ijs egerunt.

Damascii cuiuſdam Græci auctoris libros quatuor ſe legiſſe commemorat Photius in ſua Bibliotheca, ſed qui monſtroſa, ſtulta, & digna (vt idem ait Photius) Damaſcij impietatis, & Atheiſmi referunt. Quin & alibi multo poſtea Damaſcij Damaſceni (neſcio an alterius ab illo altero) librum teſtatur decurriſſe de Iſidori vita, ſed in quo, cum varia texuiſſet Gentilium, quæúe ad Geometriam, & Arithmeticam ſpectabant, agnouit illum ſummè impium, dicit enim Photius: ἔστι δὲ τὴν μὲν περὶ τὰ θεῖα δόξαν εἰς ἄκρον δυσσεβής. Quamobrem mirum non eſt, ſi eius ſcripta vel interierint, vel nemini debeant eſſe vſui, qui fortè fuiſſet opinatus ad Eccleſiaſticos ſcriptores illum pertinuiſſe.

Damascenvs. Vide in verbo, Ioan. Damaſcenus.

Damasvs Hiſpanus, ſiue Luſitanus, Antonij filius, qui . an. Dom. 367. Liberio ſucceſsit in Pontificatu, ex presbyterio, non ex Diaconatu, (vt aliqui falsò exiſtimarunt) quique propè octogenarius deceſsit, cum ſediſſet annos duo de viginti, vir ſanctus, virgo, & optimus, ac ſanctiſsimus Pontifex. De quo ſic Hieronymus, *Damaſus Romanæ vrbis Epiſcopus, elegans in verſibus componendis ingenium habuit, multaq́ue, & breuia Opuſcula heroico metro edidit, & prope octogenarius ſub Theodoſio Principe mortuus eſt.*

Hier. in catal. an. Dom. 380 Trit.

Quæ verò tum ante Pontificatum, & in Pontificatu; tum adeo poſt mortem geſsit, quippe qui viuens, & mortuus miracula edidit. Vide præter alios præcipuè Baronium Card. in Annalium Tom. 4. ſub eiuſdem annos. Scripta verò illius neque ſunt ea duntaxat, quæ in catalogo innuit Hieronymus; nec illa quidem ſunt, quæ fuere Damaſo falſo aſcripta ab alijs, & ab ipſo Ioan. Tritemio. Nam Damaſus, teſte alibi ipſo Hieronymo, ſcripſit plures libros carmine, ac ſoluta oratione de virginitate, quam conſtans eſt fama eum ſemper coluiſſe. Viſuntur adhuc Romæ ipſius nonnulla Epigrammata ſepulchris martyrum inciſa, quæ & Baronius Card. in ſuis Annalibus inſeruit. Et verò in Bibl.

In Annal. ſub an. 384.



Digitized by Google

Sanctorum Patrum Tom. 4. extant Sanctorum Patrum elogia ipſius Poëtica. Quæ autem nomine Damaſi fertur breuis ſeries Vitarum Romanorum Pontificum, alterius fuit, non huius Damaſi.

Quin & quædam, quæ de illo in ijſdem Vitis leguntur (vt quæ dicuntur de temporibus Iuliani, de Epiſcopatu Vrſicini, & alijs) vera non ſunt. Iam nonnulla ipſius Actis adiecta fuiſſe, quæ veritatem haud ſapiunt, idem Baronius probat.

Sanè ſcripſit varias Epiſtolas, vt ei neceſſe erat, qui inter tot fluctus, tam diu rexit Eccleſiam: Quæ quidem extant vel in Synodis, vel inter literas aliorum Pontificum, vel in Theodoreto, qui lib. 5. cap. 10. Damaſi anathematiſmos aduerſus Apollinarem cum eius Epiſtola inſeruit, quamuis nonnullæ perierint, vti factum eſt de illa, quàm ad Hieronymum de tribus hypoſtaſibus exquirentem miſit.

At non fuêre eius literæ, quæ nomine Damaſi leguntur ſcriptæ ad Aurelium Epiſcopum Carthaginienſem, poſitæ nimirum ab Iſidoro Mercatore in ſuæ collectionis exordio, quas præcedunt literæ eiuſdem Aurelij nomine ad Damaſum primò ſcriptæ, quibus à Sede Apoſtolica petere videtur ad ſe mitti Decreta Romanorum Pontificum. Quod & Baronius Card. eodem in Annalium Tomo falſum eſſe euincit, ſub annum Damaſi 8. Domini autem 374. quemadmodum & ſub an. Dom. 381. probat, Epiſtolam Damaſi ad Paulinum Epiſcopum Antiochenum fuiſſe à Theodoreto (errore quodam) in nomine deprauatam, quippe qui ad Paulinum Epiſcopum Theſſalonicenſem ſcriptam fuiſſe dixerit, quæ & in Concilio Conſtantinopolitano violata eſt.

Minus fuit Damaſi Epiſtola, quæ ei tribuitur ſcripta ad Theophilum, & Anyſium. Quæ ſanè in operibus Ambroſij tribuitur Ambroſio, ſed neque huius eſſe poteſt, cum in ea fiat mentio Ambroſij, tamquam cuiuſdam alterius. Itaque incertum eſt cuiuſnam ſit. Vide præter alios Card. Bellar. Tom. 1. Controuerſ. lib. 2. de Rom. Pont. cap. 24.

DAMIANVS Craſſus Ripolenſis, quod Oppidum eſt in Subalpinis ſupra Auguſtam Taurinorum, Ord. Præd. atque eiuſdem Prouincialis, & Theologus, ſcripſit Commentarium ad librum Iob. Libellum item, quo cum regens (vt vocant) eſſet Collegij S. Thomæ, aſſeruit in Academia Ticinenſi has propoſitiones. S. Ioannes fuit conſanguineus Chriſti, conſanguineus Dei, & alias plures aduerſus Ioannes Caſsicium Ord. Minorum, quæ an. 1506. fuerunt excuſæ. Obijt an. Dom. 1515.

DAMIANVS Diaz D. Vincentij, Ord. Præd. Sermones de Tempore, ac de Sanctis recognouit, & Notis illuſtrauit. Antuerpiæ an. 1570.

DAMIANVS à Goes ſcripſit librum De fide, Religione, ac moribus AEthiopum ſub Imperio Preto Ioannis, ſiue Presbyteri Ioannis commorantium. Qui liber Pariſijs quidem olim excuſus fuit apud Vechelum, ſed & Louanij deinceps apud Rutgerum Reſcium anno 1540. ſiue (vt alij ſcribunt) Antuerpiæ an. 1544. vbi cum Bello Cambaico fuerunt eodem volumine comprehenſæ, Lappiæ deſcriptio; Epiſtolæ aliquot pretioſi Ioannis. De rebus & Imperio Luſitanorum Diſceptatiuncula ad Paulum Iouium; Hiſpaniæ vbertas, & potentia. Pro Hiſpania aduerſus Munſterum defenſio ab Auctore recognita. Epiſtolæ aliquot ad ipſum Damianum. Vrbis autem Louanienſis obſidionem ab eodem conſcriptam edidit Ludouicus Rhotorigius Vlyſsipponæ an. 1546. Vrbis verò Vlyſsipponenſis deſcriptionem Eboræ editam an. 1554. apud Andream Burgenſem, cum deploratione Lappianæ gentis. Eiuſdem verò Damiani extant Commentarij rerum à Luſitanis geſtarum in India citra Gangem an. 1538. Eiuſdem de bello Cambaico vltimo Commentarij tres, excuſi item Louanij apud Seruatum Haſſenum an. 1549.

DAMIANVS. De hora mortis Lugduni 1578.

DAMIANVS à Ligno, Ord. Præd. Brabantinus è Latino Germanicum fecit librum de Sancto Altaris ſacrificio. Volumen item Sermonum de Tempore, quod Iacobus à Vitriaco ſcripſerat, in lucem emiſit typis Petri Belleri an. 1575. Quin & alterum volumen Sermonum de Sanctis eiuſdem Auctoris habebat præ manibus, quod recenſebat vt in Chriſtianæ Reip. commodum in lucem daret. Viuebat an. 1578.

DAMIANVS Maraffus Florentinus, præcipuas Veteris, & Noui Teſtamenti hiſtorias edidit elegantibus picturis Alberti Durerij Germani manu delineatis; additis ad ſingulas Hetruſcis octaſtichis, cuiuſque picturæ vim explicantibus, Lugduni an. 1554. Præfationis initium eſt Italico idiomate. *Gli honorati volumi.*

DAMIANI Roſcij Bononienſis, Ord. Prædicatorum, De hæreſibus agnoſcendis, & conuincendis, ac de hæreticorum dogmatibus, libri tres: Addita eſt Conciliorum ſumma, à quibus hæreſes ipſæ damnantur. Patauij 1585.

DANIEL, quæ vox Hebræis deſignat *iudicatum à Domino*, qui propheta ſapientiſsimus,

vt ex

Digitized by Google

vt ex Ezechielis, cap.10.& 28.colligitur, regali ex genere,vt habetur lib.4. Reg.20. quod & in exordio libri Danielis ponitur, licet Parentis nomen non conſtet, natus ante Chriſtum Dominum anno plus minus 660. in ſuperiore Bethoron pertinente ad ſortem Ephraim, ſed poſtea Leuitis aſsignata, propinqua caſtello Emaus, nouem autem milliaribus diſtante Hieroſolymis, decimo ſuæ ætatis anno, qui concurrebat cum tertio anno Ioachim, & cum primo anno Regni Nabuchodonoſor, centum plus annis vixit; in quibus nobiliſsimam de filio Dei prophetiam edidit, quam & idem ipſe Chriſtus Dominus citauit, variaque vel interpretatus eſt, vel pro ſuo populo geſsit, vnde ſibi vitam, & nomen immortale peperit.

Vitam eius ſcripſerunt Epiphanius, & Diodorus, qui dicitur Tyri; attigere item Sixtus Senenſis, & reliqui, ſummatim verò, ſed accuratè, Benedictus noſter Pererius, de quo paulò poſt adhuc erit dicendum. Daniel igitur, quemadmodum inquit Sixtus, prophetiæ ſuæ librum emiſit, in quo de omnibus totius mundi Regnis, ac præſertim de glorioſo, atque æterni Chriſti regno præclara, & certiſsima vaticinia comprehendit, omneſque omnium gentium hiſtorias, quæ poſt ſua tempora ſcriptæ ſunt, in idem volumen redegit. Ad cuius exactam cognitionem admonet Hieronymus, neceſſariam eſſe multiplicem Chaldæorum, Græcorum, & Latinorum hiſtoriam, Suetonij videlicet, Callinici, Diodori, Hieronymi; Polybij, Poſsidonij, Claudij, Theonis, Andronici, Ioſephi, & eorum, quos ponit Ioſephus, præcipuè verò Titi Liuij, Throgi Pompei, atque Iuſtini, qui omnem extremæ viſionis Danielis narrant hiſtoriam, & poſt Alexandrum vſque ad Cæſarem Auguſtum, Syriæ, & AEgypti, id eſt Seleuci, & Antiochi, & Ptolemæorum bella deſcribunt. Obſeruandum eſt autem, quatuor partibus totum hunc librum abſolui: quarum Prima, hoc eſt ab initio vſque ad ea verba ſecundi capitis videlicet: *Reſponderunt Chaldæi Regi Syriacè*, Hebraico narratur ſermone. Secunda, quæ inde progreditur vſque ad viſionem anni tertij Balthaſar, hoc eſt, vſque ad finem ſeptimi capitis, Hebraicis quidem literis, ſed lingua ſcripta eſt Syriaca, hoc eſt Chaldaica. Tertia vſque ad finem duodecimi capitis iterum Hebraico eloquio ſcribitur. Quarta, ac poſtrema de Suſanna, & Belo Græcè deſcripta eſt ex editione Græca Theodocionis Epheſij, qui & orationem Azariæ cum hymno trium puerorum à ſe Græcè editam inſeruit tertio capite eiuſdem libri. Incipit autem liber hic tam apud nos, quàm apud Hebræos. *Anno tertio Regni Ioachim Regis Iuda, venit Nabuchodonoſor Rex Babylonis, &c.* vulgata verò Græcorum editio, atque ipſa Athanaſij Synopſis, in qua omnium ſacrorum voluminum initia referuntur, principium libri iccirco ſumunt ab hiſtoria Suſannæ, quòd ea Daniele adhuc puero contigerit, in hæc verba, *καὶ ἦν ἀνὴρ οἰχῶν ἐν βαβυλῶνι καὶ ὄνομα αὐτῷ Ιωαχεῖμ.* id eſt, *Et erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioachim, &c.* vſque ad finem eiuſdem hiſtoriæ, quæ & in noſtris codicibus, cap.14. continetur: qua expleta ſequuntur ſtatim ea verba; *Anno tertio regni Ioachim,* vnde noſtra ſimul cum Hebræis exemplaria ordiuntur. Definit autem hic idem liber iuxta Hebraicam veritatem in verbis illis: *Tu autem Daniel vade ad præfinitum, & requieſces, & ſtabis in ſorte tua in fine dierum,* quæ apud nos in calce duodecimi capitis leguntur, Græci verò vna nobiſcum finiunt præſentem librum in verbis illis hiſtoriæ Beli, & draconis *καὶ κατεβορεύθησαν παραχρῆμα ἐνώπιον αὐτῷ.* hoc eſt: *Et deuorati ſunt in momento coram eo.* Vixit Daniel in captiuitate Babylonis Aſſyriorum regibus gratiſsimus; obijt autem Cyri Perſarum Regis temporibus Babylone, ibique magnis honoribus ſepultus circa annum ab Orbe condito ter milleſimum, & quadringenteſimum, cuius librum vna cum volumine Ezechielis cenſet Iſidorus à viris ſapientibus Hebræorum, fuiſſe conſcriptum. Græci totum volumen partiuntur in viſiones duodecim, quarum prima continet hiſtoriam Suſannæ, vltima interitum Draconis, & Abacuch raptum. Et hæc quidem Sixtus Senenſis. Veruntamen Pererius, qui diligentiſsimè præſtantiam huius libri, è duobus fontibus petijt, nimirum ex Auctore, atque ex eius materia, cum hæc ad præmonitionem, & præmunitionem Eccleſiæ aduerſus futuram Chriſti perſecutionem maximè conducerent, dilucidè oſtendit Danielem hoc libro amplecti nonaginta circiter annorum hiſtoriam, hoc eſt à tertio anno regni Ioachim, qui incidit in Olympiadim 32. & in annum à Roma condita 105. vſque ad tertium annum Regis Cyri, qui fuit tertius Olympiadis quinquageſimæ quintæ, & à Roma condita prope ducenteſimus. In quo temporis tractu, & decurſu multa in Orbe terrarum, ſanè memorabilia, literarum conſignata monumentis contigerunt. Nam intra hoc tempus fuerunt tres Iudæorum captiuitates, eorumque liberatio, & reuerſio in Patriam; tres item inſignes Prophetæ Hieremias, Ezechiel, & Daniel; apud Romanos, Reges fuerunt, Ancus Martius, Tarquinius Priſcus, & Seruius Tullus; apud Græcos claruerunt ſeptem illi ſapientes; apud Lydos, Cræſus Rex opulentiſsimus: apud Chal-

Pererius Præf. in Danielem.



Digitized by Google

Chaldæos Nabuchodonoſor: apud Medos Cyaxares, cuius potentiam primo libro Herodotus celebrat; apud Perſas Cyrus Imperij eorum fundator; in Sicilia Phalaris Tyrannus; in Græcia cœptum eſt coli Dodonæum Oraculum, & nobiles fuére tres Poëtæ, Steſichorus, Alceus, & Sappho fœmina; tunc etiam tria regna, Iudæorum, Chaldæorum, & Medorum deſtructa ſunt, tres item totius Orbis clariſsimæ, & nobiliſsimæ ciuitates, captæ euerſæque, Niniue, Babylon, & Hieroſolyma.

Porrò Danielis quaſdam partes nihili faciunt Iudæi nempè hymnum trium puerorum, qui habetur cap.3. Danielis, Suſannæ hiſtoriam, de qua cap.13. hiſtoriam Draconis, quem Daniel interfecit, cap.14. ſic & Porphyrius, lib.12. ex ijs quindecim, quos ſcripſit aduerſus Chriſtianos, & hæretici huius temporis, vt Kemnitius in Exam.4. Seſsionis Concilij Tridentini, ac præcipuè Anabaptiſtæ in eodem verſantur errore. Quin & ex Chriſtianis Catholicis antiquitus Iulius Africanus hiſtoriam Suſannæ tanquam adulterinam, & neotericam repudiauit, teſte Euſeb. lib.6. Eccleſiaſt. hiſtoriæ cap.23. è recentioribus autem Ioan. Driedo, lib.1. de ſcripturis & dogmatibus Eccleſiaſticis cap.vlt. ex ſemichriſtianis autem Eraſmus in Scholijs in Hieronymi Præfationem in Danielem. At nihilominus certum eſt has omnes partes Danielis verè eſſe canonicas, vt Pererius, & Bell. Card. præter alios pleroſque, egregiè probarunt ex Concilio Tridentino, cap. 4. & vſu Eccleſiæ, ac Patribus, vbi & obiectiones omnes aduerſariorum diluuntur.

Verum enimuero, vt hic liber germanus eſt, atque legitimus Danielis, ita, huic librum alterum falsò aſcriptum, tamquam Apocryphum reiecit Athanaſius in Synopſi, qui putatur eſſe is ipſe, qui *Somnialia* inſcribebatur, in quibus tradebatur ſuperſtitioſa ſomniorum interpretatio, qualis ea eſt, quã Artemidorus Græcus Auctor ſcripſit. Quam ob rem Chriſtianis interdicta ſunt in Decretis Pontificijs, Cauſa 26. quæſt.7. capite, Ne obſeruetis.

Sixtus Sen. lib.1. Bibl.S.

## *Quinam ſcripſere in Danielem.*

Septuaginta Interpretes, qui hunc librum Græcè verterunt. Vide editionem Græcam Bibliorum Sixto V. Pont. editam vna cum varijs lectionibus in Scholijs ad Danielem.

Georgius Ederus partitionem huius libri non inutilem in ſua OEconomia poſuit.

## *Auctores item, qui vniuerſam Scripturam ſanctam ſunt interpretati.*

Apollinarius, qui tamen circunſpectè eſt legendus.
Gennadius.
Ioan. Capgrauius.
Cyrillus.
Hippolytus.
Ioannes Hagen.
Euſebius Cæſarienſis.
Ioachimus Abbas.
Iudas.
Iulius Afer.
Theodoretus.
Michaël Picardus.
Zacharias.
Richardus Victorinus.

Eudocia item, quæ Metaphraſin in Danielem ſcripſit. Vide in verbo, Eudocia.

Denique Benedictus Pererius quindecim libris decennio, ac ſumma cura elaboratis, & doctrina omni refertis, in quibus & ad amuſsim rationem temporum explicuit. Argumentum in Danielem ex Codice Bauarico m.s. Græcè prodijt Auguſtæ Vindelicorum an.1602. vnà cum Adriani Iſagoge ad D. Scripturam.

DANIEL Agricola. Germanus, Ordinis Minorum, edidit Monoteſſaron, Paſsionis Domini Ieſu.

DANIEL Aretinus. De vita hominis Chriſtiani, Italicè, Neapoli 1547.

DANIEL Barbarus. Vide in verbo, Dauid vbi de Pſalmis.

DANIEL, & Ioannes monachus Montis Sinay, Meditationes ſpirituales Græcè ſcripſerunt. Quæ m.s. extant Viennæ Auſtriæ in Bibl. Imperatoris.

DANIEL Malonius, Hieronymianæ Congregationis, literarum ſacrarum in Academia Bononienſi Profeſſor, edidit an. 1596. Scholaſticæ Bibliothecæ in ſecundum librum Sententiarum Tom.1. In quo de Creatione, Atque Angelis, additis Sanctorum Patrum auctoritatibus accuratè egit, vt & Theologis Schalaſticis, & Diuini Verbi concionatoribus perutilis hic labor eſſe poſsit. Venetijs apud Florauantem Pratum. Deinde & elucidationes Vberes in Stigmata Dom. Ieſu Chriſti Sacræ Sindoni impreſſa, & ab Alphonſo Palæoto Archiep. Bonon. explicata. Venetijs apud Baretium an.1606.

DANIEL è Prato Tractatum Italicè de Perſeuerantia, an.1559.



Digitized by Google

Daniel Salhauius, in Pſalmos erat inter aliquos libros Arabicos, atque Syriacos m. s. qui à tẽpore Gregorij Papæ XI. dicuntur ſub terram defoſſi, quique venales oblati ſunt Reuerendiſs. Epiſcopo Herbipolenſi.

Danielis Venatorij Analyſis Methodica iuris Pontificij Moguntiæ 1579.

Daniel Ventanus, in Anglia Epiſcopus, Catecheſin ſcripſit ad Bonifacium ſanctum vbi accepit ipſum prædicandi gentibus Euangelij ſuſcepiſſe prouinciam, qua Catecheſi gentiles poſſent inſtituti ad credẽdum. Ea Epiſtola exſcripta eſt è Cod. Eccleſiæ Virdunenſis, quo continentur Concilia Generalia, & Prouincialia à Fruntone Ducæo Soc. noſtræ accepta, ſuo Annal. Te. 9. Card. Baronius inſeruit, ſub an. 723. Scripſit quoque Hiſtoriam ſuæ Prouincæ. Deinde Geſta Saxonum Auſtralium. De rebus Inſulæ Vectæ. Vitam B. Ceddæ Epiſcopi. De obitu Aldhelmi. Epiſtolam ad Virgines. Alteram de Venefrido ad Gregorium. Obijt ann. 746. Epiſcopatus ſui 42.

Dantes Aligerius Florentinus, præter alia ſcripſit de animabus in Inferno, Purgatorio, & Paradiſo commorantibus. Beatus tamen Antoninus in titulo 21. terræ partis ſuę hiſtoriæ, eum reprehendit, quod puerorum Limbum omiſerit. Quòd item Cœleſtinum Papam, qui Pontificatui ceſſit, puſillanimitatis accuſauerit, quem tamen Eccleſia veneratur, atque ob virtutem veræ humilitatis admirata eſt.

Ceterum, Eccleſia ipſa Dantis Monarchiam omnino, proſcribit, vt nemini eam habere, legereue liceat. Vide indicem librorum prohibitorum Clemen. Octaui Pontificis Maximi. Porrò Dandes Aligherius Poëta expenditur in multis accurate à Bellarm. Card. Opuſculis additis ad reliquos Tomos ſuarum Cõtrouerſiarum. Vide verò in Dante, qui prodijt cum Scholijs Cornibelli, & Iannottj, Beniuenij, ſi quid correctum eſt, quod viſi ſunt promiſiſſe. Extabant verò apud Vincentium Pinellum V. C. Dantis Infernus, & Paradiſus cum Commentarijs Benuenuti Imolenſis, ſiue Forocornelienſis m. s. *in perg. fol.*

• David filius Iſai Bethlehemitæ, Rex Hieruſalem, & Propheta, non ſolum Pſalmos, ſed & alia quædam ſcripſiſſe refertur in Sacram ſcripturam: Nempe deſcriptionem templi, 3. Regum 6. & 8. & lib. 2. Paralipom. 3. & 4. capite. Lamentationem ſuper Saul 3. Reg. 8. & 2. cap. Samuelis. Epiſtolam ad Ioab de nece Vriæ. Deſcriptionem totius populi Hebræorum, 2. Regum 24.

Præterea Athanaſius aſſerit in Synopſi, Dauidem ſcripſiſſe tria millia Pſalmorum, ex quibus amici Regis Ezechię ſolus centum, & quinquaginta collẽgere, ceteris abſonditis, ne ad vulgi notitiam peruenirent.

Ac quidem Hieronymus, Hilarius, & recentiores Interpretes aiunt, nõ ipſum ſolum Dauidem horum Auctorem fuiſſe, verum etiam eos, quorum nomina gerunt ipſi tituli Pſalmorum, Rectius tamen liber Pſalmorum dicitur, quàm Pſalmi Dauidis, vt Hilarius ſentit; vel quoniam, ſi Pſalmi Dauidis dicantur, id fit à maiore parte, quodq; primus fuerit, ac præcipuus auctor, qui Pſalmiſta diceretur, vt inquiunt Auguſtinus, Eugubinus, & Lyranus. At ſolum Dauidem Auctorem fuiſſe putant Auguſtinus, Chryſoſtomus, Origenes, Ambroſius, Caſſiodorus, Remigius, Beda, Euthymius, Theodoretus, Driedo. Rationes hæ ſunt, quòd Pſalmi nomine Dauids citati inueniuntur, à quibus tamen Titulus Dauidis abeſt, qualis eſt Pſalmus centeſimus quartus, & nonageſimus quintus, qui cum careant titulo in libro tamen primo Paralipomenon, ipſi Dauidi tribuũtur. Pſalmi item quidam in titulis habent nomina aliorum, ac tamen ſunt Dauidis; Pſalmos etiam ſeptuageſimus ſeptimus inſcribitur intellectus Aſaph, ac tamen apud Matthæum nomine Dauidis citatur: vocat enim ibi Prophetam Euangeliſta.

*Atqui* (ait Chryſoſtomus) *nullis dicere valet. vbi nam Dominis, vel Apoſtolis aliquis Pſalmorum alterius, quàm Dauidis meminerit. Quare & Pſalmiſta nomen obtinuit.* Addit Euthymius. *Quoniam qui, ſeu Cantica, ſiue Pſalmi inſcribuntur Moyſi, & Salomonis, nuſquam alibi de ijs fit mentio, quamuis alia eorum ſcripta cemmemorentur. Quoniam item* (vt Caſſiodorus inquit) *Eccleſia vſus habet, vt dicantur ſolum Dauidis. Non verò cum Theodoreto dicamus, non multam hac de re litem eſſe faciendam; ecquid enim refert, ſiue Dauidis ſint omnes, ſiue aliorum aliqui: cum conſtet Diuini ſpiritus afflatu omnes fuiſſe conſcriptos? Vincat plurium ſententia* (ait) *Plures enim ſcriptores Dauidis eſſe aſſerunt.* Cum ergo reperiãtur aliorum nominibus tituli: id fit partim, vel propter myſterium, vt Remigius inquit, vel quia nomina illa intellectus rerum congruos indicare noſcuntur, vt Caſſiodorus, Beda, Remigius dicunt: vel quòd illi ſimilem materiam tractarunt, qualis in Pſalmo illo traditur, vt de Moyſe, Zacharia, & alijs: vel quoniam ijs cura erat pulſandi, & concinendi illum Pſalmum, vt Chryſoſtomus, Euthymius, Caſſiodorus, Iacobus de Valentina ſcribunt: *canebant enim illi hymnos,* (aiunt) *ſed carmina fecerat Dauid.* Chryſoſt. in Proœ.

Placet item illorum ſententia,quæ habet; Dauidem multos quidem ipſum compoſuiſſe,aliorum verò argumentum alijs tradidiſſe,quòd Cantico exprimerent.De Hieronymo autem inquiunt, eum locutum fuiſſe ſecundum ſententiam Hebræorum; Nam alibi ipſe citat ſæpè nomine Dauidis Pſalmos,qui aliorum Auctorum titulum præferunt. Sanè & idem Hieronymus(quod ante nos obſeruauit Sixtus Senenſis) in Epiſtolis ad Sophronium,& Cyprianum,ſequens Athanaſij ſententiam,decernit errare eos,qui omnes Pſalmos eſſe Dauidis arbitrantur, & non eorum, quorum nominibus inſcripti ſunt,ſcilicet Aſaph,Idithum,filiorum Corhe,Eman Ezraithę,Moyſis,& Salomonis,ac reliquorum,quos Eſdras primo libro Paralipomenon comprehendit.Erunt itaque iuxta hãc ſen tentiam decem huius voluminis auctores: quorum nomina in titulis Pſalmorum ponũtur, videlicet Dauid, Salomon, Moyſes, Aſaph, Etham Ezrachi, Eman Ezraitha, Idithum, & tres filij Corhæ, de quibus vide in dictione vniuſcuiuſque: At Dauid edidit Pſalmos ſeptuaginta tres, eius nomine in Hebraicis exemplaribus prænotatos, videlicet:

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| III. | XVII. | XXX. | LIIII. | LXIX. | CXXXVIII. |
| IIII. | XVIII. | XXXI. | LV. | LXX. | CXXXIX. |
| V | XIX. | XXXII. | LVI. | LXXXVI. | CXL. |
| VI. | XX. | XXXIV. | LVII. | CI. | CXLI. |
| VII. | XXI. | XXXV | LVIII. | CIII. | CXLII. |
| VIII. | XXII. | XXXVI. | LIX. | CVIII. | CXLIII. |
| IX. | XXIII. | XXXVII. | LX. | CIX. | CXLIV. |
| XI. | XXIV. | XXXVIII. | LXI. | CX. | CXLV. |
| XII. | XXV. | XL. | LXII. | CXXII. | |
| XIII. | XXVI. | XLI. | LXIII. | CXXIIII. | |
| XIV. | XXVII. | LI. | LXIV. | CXXXI. | |
| XV. | XXVIII. | LII. | LXV. | CXXXII. | |
| XVI. | XXIX. | LIII. | LXVIII. | CXXXIII. | |

Condidit etiam præter hos,& alios nouem, ac triginta Pſalmos anepigraphos, hoc eſt qui ſine alicuius nomine in Pſalterio collocantur,ſcilicet.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| I. | LXXI. | CXII. | CXIX. | CXXVIII. | CXLVII. |
| II. | CII. | CXIII. | CXX. | CXXIX | CXLVIII. |
| X. | CIV. | CXIV. | CXXI. | CXXXI. | CXLIX. |
| XXXIII. | CV. | CXV. | CXXIII. | CXXXIIII. | CL. |
| XLIII. | CVI. | CXVI. | CXXV. | CXXXV. | |
| LXVI. | CVII. | CXVII. | CXXVI. | CXXXVI. | |
| LXVII. | CXI. | CXVIII. | CXXVII. | CXLVI. | |

Ex quibus ſeptem ſub nomine Dauidis citantur in Diuinis ſcripturis,videlicet:
Pſalmus ſecundus in libro Actuum,cap.13.
Pſalmus decimus ſeptimus in ſecundo Regum, cap.22.
Pſalmus centeſimus in primo Paralipomenon,cap.15.
Pſalmus centeſimus quintus
Pſalmus centeſimus ſextus. } De quibus in primo Eſdræ volumine fit mentio.
Pſalmus cẽteſimus decimus ſeptimus.
Pſalmus cẽteſimus trigeſimusquintus.

Porrò Pſalmi tum Dauidis,tum qui alij ſub eius nomine feruntur,à Græcis dicuntur ψαλτήριον, hoc eſt *Pſalterium*,& ab Hebræis *Sepger Theillim*,hoc eſt liber hymnorum,vel laudum,ſcilicet Diuinarũ,vt inquit Beda;Liber verò Soliloquiorum cum Chriſto,vt Remigius; ſed apud nos Liber Pſalmorum,vel impropriè,(ait Euthymius) Pſalterium: Hoc enim ſignificat muſicum inſtrumentum. At Chryſoſtomus,Beda, & Septuaginta vertunt ferè Pſalterium, quod Saluatoris noſtri corpori accommodant myſtice Hilarius,Caſſiodorus,Remigius. Eſt autem,vt Ioſephus ait,inſtrumentum muſicum,quod duodecim ſonos habet,ſed digitis carpitur;Quare & à vacuitate Hebraicè nomen habuit;ac ſonum(ait Auguſtinus, & Beda) myſticè à ſuperioribus accepit. Vide Hilarium,& Rupertum.

Cetera verò,quæ ad Pſalmos intelligendos,atque adeo ad verſionem illorum ab hæreticis factam pertinent,nos ſanè non inutiliter(vt putamus)ſed & breuiſſimè attigimus in ſecundo Bibl.noſtræ Selectæ libro,quare illhuc,ſi placet,Lector accedat:addentes hic interea,in editione Græcorum Bibliorum,quæ Romæ prodijt non fuiſſe omnibus exẽplaribus,quam iuſſum erat,adiunctam correctionem aliquot locorum Græci Pſalterij, quam mihi Ant.Card.Caraffa extra Italiam,vt idem curarem,miſit: Ea verò eſt ſequens.

Corri-

## *Corrigenda in Notationibus Pſalterij, & aliquot alijs locis.*

| Pag. | col. | ver. | |
|---|---|---|---|
| 17 | 2 | 47 | σαλεύονται corrig. σαλεύονται. Aliud ſchol. τουτέστιν ὑπερτεθῆναι, παροφθῆναι. |
| 141 | 1 | 39 | μαρτύ τὰ,corr. μαρτυ τοῦ, οὗ |
| 220 | 2 | 8 | ταπεινώση corr. ταπεινώσης |
| 275 | 1 | 26 | ἀπέθηκε corr. ἐπέθηκε |
| | | 41 | ὀφφαλμοῖς corr. ὀφθαλμοῖς |
| 396 | 2 | 1 | ἀπορεουσῶν corr. ἀποῤῥεουσῶν |
| 397 | 1 | 6 | & notat ἕτερα βιβλία ἔχειν corr.& notat: ἕτερα βιβλία ἔχει |
| 421 | 2 | 15 | προκοψάντων cor. προσκοψάντων |
| | 2 | 35 | κατάσθησαν corr. κατάστησαν |
| 424 | 1 | 49 | ἐνδεδυκότων corr. ἀπὸ ἐνδεδυκότων, ὧν |
| 427 | 1 | 30 | VII.corrg. LXX. |
| | 2 | 26 | VII.corrg.LXX. |
| | | 34 | VII.corr.LXX. |
| 428 | 1 | 31 | A.& corr.A. & V. vt LXX. VI. & Ch. |
| | | 2 | vlt.VII.corr. LXX. |
| 429 | 2 | 29 | VII.corr.LXX. |
| 430 | 1 | 2 | VII.corr.LXX. |
| | 2 | 36 | VII.corr.LXX. |
| 431 | 2 | 12 | VII.corr.LXX. |
| 433 | 2 | 52 | παρερετίζου. corr. παρερεθίζου |
| 434 | 2 | 12 | dele. ex quo apparet, ἤγγισαν & ἔστησαν duplicem eſſe interpretationem. |
| 435 | 1 | 36 | metaphraſis corr. metaphraſi |
| 436 | 2 | 35 | εὔφη corr. εὖ |
| 441 | 2 | 7 | & VII.corr. vt LXX. |
| | | 24 | VII.corr.LXX. |
| 442 | 1 | 8 | VII.corr.LXX. |
| | | 10 | VII.corr.LXX. |
| | 2 | 33 | VII.corr.LXX. |
| 443 | 2 | 29 | ὕψης corr. ὕψοις. |
| 445 | 2 | 16 | πλήσεως corr. βλύσεώς |
| 447 | 1 | 20 | βάτος corr. βάθος |
| | 1 | 37 | Pſalterio, & apud corr. Pſalterio. In Romano verò Pſalterio,& apud |
| 448 | 2 | 20 | στρατιωτῶν corr. στρατιῶν |

| Pag. | col. | ver. | |
|---|---|---|---|
| | | 45 | dele ſcribit. |
| | | 56 | κατειργάσω,corr. κατειργάσω, τέκτηνας ex apud |
| 451 | 2 | 16 | ἀνάνευσις corr. ἀνάνευσιν |
| 458 | 1 | 49 | ἣν corr. ἦν |
| 461 | 1 | 54 | τοῦ πικρασμοῦ corrig. τοῦ πειρασμοῦ |
| 467 | 2 | 36 | ἀνηλειψείας cor. ἀνηλειψίας |
| 468 | 1 | 8 | ἐξωρθρισμένου corrig. ἐξ ὠρθρισμένου |
| | 2 | 20 | παῖδες corrg. παῖδες] |
| 470 | 1 | 10 | πολυορκίαις corr. πολιορκίαις |
| | | 19 | λαῷ corr. ναῷ |
| 472 | 1 | 50 | ἠρετισάμην corr. ἡρετισάμην |
| | 2 | 71 | τι ταίνεις corr. τι ταίνοις |
| 473 | 1 | 1 | ἀπεσκολόπησας corr. ἀπεσκολόπισας. |
| | | 44 | ἠρετισάμην corr. ἡρετισάμην. |
| | 2 | 3 | μακρισμῷ corr. μακρυσμῷ |
| | | 4 | αὐτοῖς corr. αὐτοὶ |
| | | 48 | ᾠκοδομουμένην corr. ᾠκοδομημένην |
| | | 55 | ἠρεμία corr. ἠρεμία |
| 480 | 1 | 2 | ἠδυνάσθησαν corr. ἠδυνάσθησαν |
| 481 | 1 | 2 | ἱδδρουμένα corr. ἱδρυμένα |
| 482 | 2 | vlt. | dele, vt LXX. |
| 647 | 2 | 12 | ταφήστονται corr. ταφήσεται |
| 661 | 2 | 21 | θανάτου. quæ alia interpretatio videtur eſſe.corr. θανάτου ac ſupra c. 14. eſt: ὅτι ἐν μαχαίρᾳ καὶ ἐν λιμῷ καὶ ἐν θανάτῳ ἐγὼ συντελέσω αὐτούς. |
| 679 | 2 | 8 | χρηστὸν corr. χριστὸν |
| 718 | 1 | 31 | φιλόνκον cor. φιλόνεικον. |
| 720 | 1 | 7 | αὐλῆς corr. αὐλὴς. |
| | 2 | 45 | βορρᾶν corr. βοῤῥᾶν |
| 732 | 2 | 9 | ἐταράχθη corr. ἐράχθη |
| 733 | 1 | 13 | ἐταράχθη] In L.V.eſt ἐράχθη. corrig. ἐράχθη] In alijs libris eſt, ἐταράχθη. |

Corrige in ijs quæ addenda in notationib. pag.614.corr.pag.715.

Animaduertendum in Pſal.75.in tertio verſu,duplicem eſſe interpretationem in vetuſtiſſimo hoc libro Vaticano: primam, ἐκεῖ συνέτριψεν τὰ κράτη τῶν τόξων: deinde poſt ὅπλον καὶ ῥομφαίαν καὶ πόλεμον, alterum interpretationem, ἐκεῖ συνκλάσει τὰ κέρατα. Itidemque ferme in Pſalterio Aethiopico: vbi in poſteriori interpretatione eſt, ἐκεῖ συνέκλασεν τὰ κέρατα. cornue eſt in Pſalterio Romano: & apud S.Ambroſium in Epiſtola ad Marcellinam ſororem, cornua arcuum. In ceteris verò libris, ceteriſque interpretationibus eſt. τὰ κράτη: non eſt, τὰ κέρατα.

Et Prouerb.c.8.in Notatione ad literam ζ, credibile eſt, ἐνώπια, Symmachum vertiſſe ἐλεγχόμενα: Theodotionem verò, ὀρθὰ, tranſtuliſſe εὐθέα, & Schol. εὔσκοπα.



Digitized by Google

### *Expoſitores Pſalmorum Dauidis, ſiue Pſalterij, & eorum, qui de Pſalmorum titulis egerunt præter illos, qui vniuerſam Diuinam ſcripturam ſunt interpretati.*

Agathius.
Albinus.
Alexander Capgraue.
Alexander Ceſtrienſis.
Alſonſus Caſtrenſis.
Ambroſius Amsbertus.
Ambroſius Mediolanenſis.
Anaſtaſius Antiochenus.
Angelus Sangrinus.
Anſelmus Lucenſis.
Anſelmus Mantuæ.
Apollinarius.
Aribo.
Armandus.
Arnobius.
Aſterius.
Athanaſius.
Auguſtinus Steuchus.
Aurelius Caſſiodorus.
Baſilius.
Bernardus.
Bonauentura Cardinalis.
Bruno Cartuſianus.
Bruno Herbipolenſis.
Carolus Bouillus.
Catena in Pſalmos Græca.
Chriſtianus Iſchyrius.
Chryſtophorus Marcellus.
Columbanus.
Cornelius Bitontinus.
Coſmus Indicopleſius.
Dydimus.
Diodorus.
Eynardus.
Epiphanius Scholaſticus.
Euſebius Cæſarienſis.
Euſebius Vercellenſis.
Euſtachius Antiochenus.
Euthymius.
Felix.
Franciſcus Miletus.
Franciſcus Nauſea.
Franciſcus Ortiſius.
Franciſcus Pantiſcotius.
Franciſcus Petrarcha.
Franciſcus Puteanus.
Franciſcus Titelmannus.
Franciſcus Toletus Card.
Franciſcus Virdominus.
Franciſcus Zamorenſis.
Gabriel Brebia.
Georgius Vicelius.
Germanus Conſtantinopolitanus.
Gilbertus Genebrardus.
Gilbertus Porretanus.
Gregorius Papa.
Gregorius Niſſænus.
Gualterius Diſſæus.
Gualterius Magolenſis.
Gulielmus Aruernas.
Gulielmus Gregorius.
Gulielmus Irſaugienſis.
Gulielmus Pepinus.
Gulielmus Vellius.
Hadrianus Lametius.
Henricus Logen.
Hieronymus Sauonarola.
Hieronymus Vaternius.
Hilarius Pictauienſis.
Hippolytus.
Honorius.
Humfridus Anglus Societatis Ieſu, ſed nondum eſt editus quòd ſciam.
Iacobus Furnius.
Iacobus Paniſcotius.
Iacobus Perez Valentinus.
Iacobus Sadoletus Cardinal.
Ianus Vitalis.
Innocentius Papa III.
Innocentius Papa V.
Ioannes Arundineus.
Ioan. Baptiſta Folengius: de quo vide in ſuo loco huius Apparatus.
Ioannes Dominici.
Ioannes Ferus. Sed de huius ſcriptis, vide in verbo, Io. Ferus.
Ioannes Franciſcus.
Ioannes Gagnæus.
Ioannes Gerſon.
Ioannes Ludouicus.
Ioannes Maldonatus, ſed nõ dum prodijt in Pſalmos aliquos.
Ioannes Mechlinienſis.
Ioannes Neouillanus.
Ioannes Picus.
Ioannes Roffenſis.
Ioannes Turrecremata.
Iouita Rapicius.
Lanfrancus.
Leander.
Lubertus.
Lucretius Carmelita.
Ludolphus Cartuſianus.
Ludouicus Pictorius.
Maphæus.
Matthæus Aulæ Regiæ.
Matthæus Bredembachius.
Michael Angrianus.
Nicolaus Dunkelſpulus.
Nicolaus Gorranus.
Nicolaus Herbron.
Nicolaus Triuet.
Ninianus.
Nonius Marcellus.
Otfridus.
Othomarus.
Paulus Riccius.
Peregrinus.
Petrus Aliacus.
Petrus Edeſſæ.
Petrus Herentlaſius.
Petrus Lombardus.
Petrus Perpinianus.
Petrus Rufus.
Philippus Cancellarius.
Placidus Parmenſis.
Proſper.
Rainerius Snoygoudanus.
Remigius
Richardus Exceſtrienſis.
Richardus Pampolitanus.
Robertus Linconienſis.
Rodulphus Agricola.
Serapion.
Sixtus.
Smaragdus.
Theodoricus Herxenlius.
Theodorus Antiochiæ.
Theodorus Heracleotes.
Theodoretus.
Thomas Aquinas.
Thomas Galenſis.
Vincentius Lirinenſis.

At & aurea in quinquaginta Dauidicos Pſalmos Doctorum Græcorum catena interprete Daniele Barbaro deſignato Patriarcha Aquileienſi excuſa prodijt, Venetijs apud Georgium de Caballis an. 1569.

Adiecit autem idem ipſe Barbarus Sermonem in Præfatione Pſalmorum ad Cardin. Sirle-

Sirletum. Deinde Baſilij Magni alterum, quo Pſalterij dignitatem, atque vtilitatem commendat. Denique Euthymij monachi Zigabeni præfationem in Pſalterium ex interpretatione Philippi Sauli Epiſcopi Brugnarenſis, qua Præfatione de Auctore Pſalterij, de Muſica, quæ eſt ſumma ſapientię pars, de inſtrumento, ad quod Pſalmi concinebantur, de ſcopo totius operis, de vtilitate Pſalmorum, de varijs Pſalterii auctoribus, de Ordine, de Tranſlatione facta à ſeptuaginta, de ſignificatu cantus organici, eiuſque relatione ad concinnitatem animæ, deque concentu partium, & potentiarum, quæ intra animam ſunt, deinde quomodo Diuinus ſpiritus cum ſit vnus, aliquando ſingulari numero dicatur, aliquando plurali, & quomodo poſſumus nobis ipſis omnes Pſalmos accommodare, intelligentes pro inimicis Chriſti Dæmones, & pro Chriſtianorum inimicis ipſos item Dæmones, pro Saule etiam, & Abſolutione, aut ſi quis alius eſt eiuſmodi Tyrannus Dymonem; doctè, & fuſius diſſerit.

Catenam porrò ipſam Baſilius, Euſebius Cæſarienſis, Theodoretus Epiſcopus Cyri, Aſterius, Nicephorus, Origenes, Dydimus, Chryſoſtomus, Heſychius, Athanaſius, Ioannes Damaſcenus, Nicephorus, Cyrillus, Diodorus, Iuſtinus martyr, Gregorius Nazianzenus, Aquila, Cyrillus Alexandrinus, Theodotio, Gregorius Nyſſænus, Apollinarius, Theodorus, Iſidorus, incertus Auctor, Seuerus, ac ſi quis alius eſt, conficiunt. Ceterum reliquæ partes eiuſdem Catenæ, quas idem Daniel Barbarus verterat, extant integræ m. s. apud alterum, qui modo eſt ſuperſtes, Patriarcham Aquileienſem Franciſcum Barbarũ, quas prelo ſubiectum iri ſperamus, id quod & ipſi vrgemus. Sed & Frontonis Ducæi noſtri expoſitionem Pſalmorum expectamus. Quin etiam antequam Græca Bibliorum editio Romæ prodiret, laborauerat in vetere Latino Dauidico Pſalterio Gulielmus Damaſus Lindanus Epiſcopus Ruræmundenſis, quod & à ſexcentis amplius ſcribarum mendis ſe caſtigaſſe faſſus eſt. Addidit gemina ſcholia, & Paraphraſim plerisque in locis, quæ cũ ipſorum Pſalmorum contextu Antuerpiæ fuerunt excuſa in Officina Gulielmi Syluij, Regij Typographi, an. Dom. 1558. Veruntamen vt poſtea vulgata Latina editio Bibliorũ ex vrbe prodijt, quidquid vel emendatiores codices, vel aliorum Catholicorum labores huc poterant conferre, in ea, quantum ſatis eſſe iudicatum eſt, poſitum fuit. Quòd ſi ſtudioſi pręfationem ipſius Lindani in Pſalmos de vtilitate, & vſu ipſorum, & Paraphraſim decurrerint, ſpero eos non pænitebit.

DAVID Auguſtæ Vindelicorum in Germania natus, Ord. Minorum (quem humanarum, & Diuinarum literarum non ignarum, ac deuotiſſimum (vtar alieno verbo) fuiſſe ſcribit Franciſcus Gonzaga; & cuius ſcripta Io. Vuimſelingius putat non minus vtilia, quàm D. Aug. Meditationes, & reliqua eius Opuſcula, Bernardi item, & Seraphici (vt ait) Bonauenturæ, atque Chriſtianiſ. Doctoris Ioan. Gerſonis, quę magnopere pia habentur, ſcripta percurreret: Quem & Tritemius vita, & conuerſatione inſignem, ac in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ingenij fuiſſe memorat ſcripſit formulam nouitiorum capitibus 41. conſtantem. Formulam interioris hominis, quæ 62. capitibus abſoluitur. Vitam autem Gualfardi Confeſſoris Auguſtini, quæ Opuſculis iſtius Dauidis addita eſt, non Dauid ipſe conſcripſit, ſed è Veronenſis Eccleſiæ monumentis iuſſu Auguſtini Valerij Card. Veronæ excerptam Auguſtani adtexuerunt. Quæ omnia poſt trecẽtos & amplius annos, ex quo ſcripta ſunt, primo prodierunt in lucem Auguſtæ Vindelicorũ apud Io. Prætorem an. 1593. Ex libris autem conformitatũ, & Gonzagæ atque è Trit. cernitur eum ſcripſiſſe, Ser. de Tẽp. li. 1. Ser. de Sanctis, li. 1. Fuit autem D. Franciſci fermè æqualis, vſuſque eſt ſocio ſui Ord. Bertoldo eximio concionatore, qui miraculis clarus, & varijs diſciplinis fuit excultus. Mortuus eſt Aug. Vindelicorum.

DAVID Boys Anglus Gloceſtrienſis cœnobij monachus, ſcripſit de varijs gentiũ ritibus, li. De duplici hominum immortalitate aduerſus Aragenorum inſanias. De vera innocentia, lib. De doctrina ſpiritus librum. & Conciones Chriſtianas. Collegit autẽ ſcripta Io. Barningham, quæ in Bibliothecam Cantabrigienſem impoſuit. Claruit an. 1450.

DAVIDIS Cambellani, Pariſienſis quondam Eccleſiæ Decani, Meditatio in ſanctam Ieſu Chriſti Crucem, & eius Vulnera. Eiuſdem Meditatio in Pſ. 50. & in Pſ. 101. *Domini exaudi orationem meam.* Eiuſdem Diuinum Officium de Sacroſanctis D. N. Ieſu Chriſti plagis. Pariſijs apud Claudium Garrentium 1545.

DAVID Henra, Namurcenſis in Belgio, Ord. Minorum, B. Beggæ vitam in patrià linguam vertit, quæ Louanij edita eſt apud Maſium.

DAVID Meneuienſis Britannus ſcripſit librum contra Pelagianos, & Homilias in Euangelia. Claruit an. 540.

Et quidem duodecim monaſteria extruxiſſe: atque Victorienſis Synodi Decreta

ſcripſiſſe,ac Regulam Cœnobitarum,vixiſſe autem annos 140. habetur ex eius, vt vocat, Legenda.

DAVID Morlinus libellum quendam, cum hac inſcriptione, Xenia ſacratiſſimis piarum precationum margaritis exornata, edidit Ingolſtadij apud Angelmayer.

DAVID Obuge Hibernus reliquit Sermones per Annum, Propoſitiones diſputatas, Poſtillas Bibliorum. Claruit an.1320.

DAVID quidam Ord.Minorum,ſcripſit Formulam Nouitiorum bipertitam. De exteriore hominis compoſitione, ac de interioris hominis,ideſt mentis reformatione.

## DE

DECISIONES Canonicæ à viris Clariſs. iiſdemque Sacri Palatij Auditoribus collectæ Aegidio Bellamera, Gulielmo Caſſiodoro, Capella Toloſano, Petro Benintendio,& excuſæ Venetijs apud hæredes Hieronymi Scoti, an.Dom.1599. Ceterum vide in verbo, Ius Canonicum.

DECIVS Auſonius. Vide in verbo, Auſonius. Ibi enim attigimus,quæ videbantur ſatis eſſe ad huius Apparatus argumentum, cum ceteroquin ſciamus,quæ Petrus Crinitus de illo ſcripſerit,ad quem amandamus Lectorem, quæue Tritemius; qui & vixiſſe eum ann. 410. ſcripſit,& verò fuiſſe Epiſcopum Burdigalenſem falsò eſt opinatus. Sanè extant in Auſonij ſcriptis præter varij argumenti Epigrammata,& alia Poemata, Idyllia aliquot. Videlicet: In Dominicam Reſurrectionem, hexametris: Precatio matutina ad omnipotentem Deum, hexametris. Protrepticon ad nepotem, De ſtudio puerili.

DECIVS. Vide in verbo, Philippus Decius.

DECRETALIVM Epiſtolarum Summorum Pontificum Tomus Primus, Secundus, Tertius. Romæ. 1592. prodijt. Haſce omnes magna ex parte annotationibus vtiliſsimis illuſtratas, innumeris ferè alijs quæ hactenus nunquam editæ fuerant, ſuperadditis, poſt vitam ſingulorum Pontificum enarratam, Seuerinus Binius Colonienſis Theologus inſeruit quatuor Tomis Conciliorum, quæ anno 1606 Coloniæ apud Ioannem Gymnicũ & Antonium Hierat prodierunt.

DECRETALE, Decretum, Conſtitutio, Sanctio, Gloſſa,& qui ſcripſerunt in eam, & alia huiuſmodi. Vide in verbo, Gloſſa,& in verbo, ius Canonicum.

DECRETVM B.Iuonis decem & ſeptem Tomis, ſiue Partibus conſtans, vt Theſaurus totius Eccleſiaſticæ Diſciplinæ dici poſſit; Louanij editum an.1591.

DEFENSIO Scripturæ ſacræ propoſita cõtra Pſeudoſcripturarios Lutheranos,& Caluinianos, ad publicam diſputationem in Catholica Ingolſtadienſi Academia. Ingolſtadij an.Dom.1582.

DEFENSOR, doctus, pius,& vetuſtus Theologus in gratiam Nutritoris ſui Vrſini decerpſit e ſacra Scriptura communes locos moralium argumẽtorum, adiectis Patrum ſententijs, iiſdem argumentis, reſpondentibus. Prænotatum eſt Opus, *Scintillæ ſcripturæ ſanctæ*, quarum Initium *Lector quiſquis es*. Excuſum Antuerpiæ apud Stelſium an.1550. Quin & Venetijs ad ſignum Spei an.1552.& Coloniæ 1554.

DEMETRIVS Chomatenus Bulgariæ Archiepiſcopus, ſcripſit librum de gradibus cognationis: & quædam ad Conſtantinum Archiepiſcopum Dyrrachij. Extant in Zonaræ expoſitione Canonum.

DEMETRIVS Epiſcopus Alexandrinus, facinus Origenis, qui ſe caſtrauerat, per litteras Circulares, totius Orbis Epiſcopis voluit innoteſcere, vt habemus ex Euſebij lib.6.c. 7. qui tamen cum vocat illas inimicas re vera Euangelio, videndus eſt Baronius Card. qui Tomo Annalium 2. ſub annum Domini 230.& 232. fuſius ea de re agit, addens ex eodem Euſebio alteras item litteras Demetrij extitiſſe de ordinatiõe presbyterij Origenis perperam facta.

DEMETRIVS Cydonius Theſſalonicẽſis vir doctus æquè, ac ſanctus, Græca Latinaq; facundia præditus, ex patria decedens, Mediolanum venit, vbi literis Latinis,& Theologiæ operam dedit S.Thomæ Aquinatis libros in Græcum Sermonem vertit, quæ verſio hodieq; in Bibl. Vaticana cernitur. Scripſit & contra Eunomium de Diuinitate filij; poſtremò reuertens in Cretam, ibi ſubſtitit, vbi erogatis in pauperes bonis, in quodam cœnobio ſanctè (citra tamen profeſſionem) vixit,& obijt, annis ab hinc ferè ducentis, *Raph. Volaterranus*. At in Catalogis Bibliothecarum, quæ extant Romæ, Venetijs, atque Florentiæ conſtat Demetrium Cydonium, ſiue *Cidonam* ſcripſiſſe quoque De proceſſione Spiritus ſancti cum aliàs, tum contra Cabaſilam, ſiue contra Elenchos Cabaſilæ pro S.Thoma,

aduer-

Digitized by Google

aduerſus quem Cabaſilas ſcripſerat antea: ſed & idê Demetrius Richardi monachi Ord. Predicatorij librum contra Mahumetanos,& Saracenos è Latino Græcum fecit, ac D. Auguſtini quædam tranſtulit. Præterea librum contra Palamam quendam, & Sermones in Pentecoſten: Item Epiſtolas, & Dialogos ſcripſit; quæ omnia Græcè in Italia (Romæ præſertim) adhuc viſuntur. Vide lib.15. Vrban. Comment. Raphaelis Volaterrani.

DEMETRIVS quidam ſcripſit contra Gentes, qui ad Ioſephi Iudæi exemplum Archæogonias Moyſis,& Iudaicæ gentis aſſeuerat. Hieron. in Clemente Alexandrino.

DEMETRII Gemiſti, Ordo Liturgiæ, ſeu Miſſæ Patriarchæ, Græcè m.s. in Bibliot. Vaticana.

DEMETRII Regis Epiſtola ad Ionatam ſacerdotem,& gentem Iuoæorum legitur apud Ioſephum lib.13.c.3. Antiquitatum Iudaicarum.

DEMOPHILVS Epiſcopus Conſtantinopolitanus. Vide Suidam in verbo, Demophilus.

DESIDERIVS, qui & vulgo, Italicè inſcribitur *Deſideroſus*. Dialogus verè pius,& perutilis, ac iucũdus De expedita in Deum via, ex Hiſpanico in Italicam, Germanicam, Belgicam, & Latinam linguam conuerſus,& cum varijs verſionibus collatus Dilingæ editus eſt an.1583. non procul Augusta Vindelicorum.

DESIDERIVS Abbas S. Benedicti, presbyter Card. S. Cæciliæ, ſcripſit libros Dialogorum ad pietatem ſpectantium. Viuebat an.1055.& quod excurrit.

DESIDERII Epiſcopi Cadurceni Epiſtolarum lib. vnus. Variorum ad eundem Deſiderium, liber Epiſtolarum vnus. Extat m.s. in Bibl. celeberrimi Monaſterij S. Galli in Heluetia: vnde prolati ſunt in lucem ab Henrico Caniſio,& inſerti To. 5. lectionis antiquæ Ingolſtadij edito, an.1604.

DESIDERII Eraſmi Roterodami (vt habet Romanus Index librorum prohibitorũ) Colloquiorum liber, Moria, Lingua, Chriſtiani matrimonij Inſtitutio, de interdicto eſu carnium, eiuſdem Paraphraſis in Matthæum, quæ à Bernardino Tomitano in Italicã linguam conuerſa eſt, prohibita ſunt omninò.

Cetera verò Opera ipſius, in quibus agit de Religione, tamdiu prohibita ſunt, quamdiu à facultate Theologica Pariſienſi, vel Louanienſi expurgata non fuerint. Adagia verò ex editione, quæ prodijt nomine Pauli Manutij, permiſſa ſunt.

Interim verò, quæ iam edita ſunt, expunctis locis ſuſpectis, iudicio alicuius facultatatis Theologicæ Vniuerſitatis Catholicæ, vel Inquiſitionis alicuius Generalis, permittuntur ex eodem Romano Indice.

Porrò quæ Eraſmi Operum loca ſuſpecta, vel in Belgio Vniuerſitas Theologica Louanienſis, vel in hiſpanijs Theologi ex reliquis eius operibus expũxerint, ſunt plurima, quæ quidem in eorum Indicibus expurgatorijs extant. At quoniam locum hic nimium occuparent, ideo ad calcem huius noſtri apparatus ea reiecimus. Interea verò huc tamquam ad proprium locum, adtexenda ſunt, quæ ſummatim pertinent ad Eraſmi vitã, ſtudia, & hydram errorem ex ijs enatam. Nam & ante aliquot annos præſtare hoc ipſum conati fuimus, dum imbibitam ab hæreticis de illius ſcriptis opinionem, quæ Arianiſmũ, & alia monſtra pepererat, euellere è finibus Poloniæ, atque Hungaria, & præcipuè è Trãſyluania, vbi eramus, vnà cum viris doctis conaremur. Quin & Dauid Chytræus, cuius impoſturas proprio libro refutaui, Geſnerus,& ante hunc Beatus Rhenanus Seleſtadienſis, qui Eraſmi vitam ſcripſit, cum laudibus eum vſque ad cœlum extollerent ac Reip. litterariæ *inſtauratorem*, ac *primum illuſtratorem* appellaſſent, vix dici poteſt, quantopere in optimas quoque, ac Catholicas prouincias nomen ipſius inſinuauerint; & hæreſibus ſenſim feneſtram nolentes volentes aperuerint.

Eraſmus igitur Batauus ex Ciuitatis Gondanæ Roterodamo Oppido vicinæ Parocho genitus eſt, qui eum ex famula ſuſcepit, quam prægnantem, quo crimen celaretur, in proximam ciuitatem ablegauit, natus autem anno milleſimo quadringenteſimo ſexageſimonono, obijt milleſimo quingenteſimo trigeſimo ſexto Baſileæ. Adoleſcens Eccleſiaſticæ diſciplinæ ſe dedens profeſſus eſt monaſticen Canonicorum Diui Auguſtini regularium in monaſterio Stein propè eandem Gondam. Nouennio poſt ſacris initiatus,& votorum ſuſceptorum pertæſus, monachatum deſeruit, vaguſque per Europæ Academias obambulans, cum æſtu humanæ gloriæ ferueret ingenioque & memoria abundaret, plurima concepit, quæ quoniam vnus ipſe concoquere non poterat, neque verò iudicium aliorum adhibebat ad limam ſuorum ſcriptorum, quanto plures edidit libros, tanto crebriores cumulauit errores, maior futurus (vt Cæſar Scaliger dixit appoſitè) ſi minor eſſe voluiſſet. Siniſtro igitur conſilio inter prima illa, vnde ſibi nominis famam conciliauit,

Moriam edidit, Lucianum & Satyricos imitatus, ſacerdotij dignitatem,& decorum oblitus. Inde, vt ſollemne eſt equis fræno ſolutis, atque furentibus, vt quo licentius currunt, eò grauius huc illhuc paſſim impingant, ex cenſura Patrum antiquorum,quàm nulla fultus auctoritate legitima,(nec certè ſolida Theologia) ſibi temerè vſurpauerat, eodem ſuperbiæ typho luculentos pedes in Diuinos codices inſeruit,ac feneſtram patefecit nouis Arianis ingentem, quemadmodum Tranſyluani miniſtri teſtati ſunt.

Vide librum Auctoris de Atheiſmis hæreticorum huius ſeculi in Bibl. Selecta.

Cumque hinc ſalibus, & iocis amarulentis, illinc mordaci væſania Bibliothecas ſuis partubus referſiſſet, inuecta eſt in animos multorum noua quædam eius Sceptica doctrina,quæ plures de Chriſto Deo, deque alijs omnibus articulis fidei,ſicut eidem Eraſmo olim contigerat)dubitarent. Has fæces cum plerique lamberent, Lutherus quoque hauſit, vt non immeritò poſtea illud prodierit in vulgus. *Eraſmus inuenit,Lutherus irruit. Eraſmus parit oua, Lutherus excludit pullos. Eraſmus dubitat,Lutherus aſſeuerat: idq; aliud* ἢ ἔρασμος λυθερίζει, ἢ λούθερος ἐρασμίζει. hoc eſt, *vel Eraſmus Lutherizat,vel Lutherus Eraſmizat*; Sic & Lutherus ſanctiſſimam Trinitatem,& cum hoc Caluinus Chriſtum Verbum,& Deum,& alij Diuinas omnes perſonas impetere, reliqui audacter, & blaſphemè pernegare ſunt auſi. Ac cum Eraſmus addubitaſſet de Euangelij D.Marci Auctore,atque inſcriptione, erupit clanculum Muſculus,qui poſtremum D.Marci caput arrodens, abſcidit. Et cum Lutherus Apocalypſim D. Ioannis impiè damnaſſet, Eraſmus tandem de Nouo Teſtamento truncauit, & vterque celeberrimum de ſanctiſſima Trinitatis vnitate teſtimonium ex priore D. Ioannis Epiſtola eraſit, non inanem apud Arianos gratiam ſibi conciliantes,ac ſi aſcititium,& aliundè,(vt Ariani quondam dicebant) ab homouſianis fuiſſet intruſum. Paraphaſes item Eraſmus in Euangelia edidit,quæ magnis ſcatent erroribus: quos qui noſſe velit,Natalem Bedam Theologum Pariſienſem præter alios conſulat, qui de ijs, ſicuti & de Iacobi Stapulenſis erroribus librum ante aliquos annos euulgauit. Vt verò Satanas per præceps Eraſmi ingenium viam ſibi complanaret ad infirmandam Apoſtolici Symboli fidem,initio Præfationis eiuſdem Paraphraſis in D. Matthæum Eraſmus conſtanter fatetur, neſcire ſe, num Symbolum illud ab Apoſtolis manauerit. Id quòd tamen affirmant veteres Ruffinus,D.Auguſt.& alij.

Ruffinus expoſitione in Symbolū Apoſtolorum Aug.Serm. 2. de Verbis Domini.

De Patribus autē, cum ſibi eandē cenſoriam notā ſumpſiſſet, & extra fines humaniorū literarum exiliret, mirū eſt,quam multis fuit in lapſibus, dum præter Cyprianum,Hilarium,& reliquos, Hieronymum, & Auguſtinū, quaſi ab ijſmetipſis auellit. Extant Mariani Victorini Reatini ſcholia in Hieronymum, quibus ſexcentos, & adeò plures Eraſmi in eius patris Epiſtolis commiſſos lapſus redarguit: Quæ poſtea reſtitutæ à Paulo Manutio prodierunt in lucem. Percenſet autem Hieronymus Torrenſis Societatis noſtræ Theologus plures locos ex Auguſtini Operibus, in quibus Eraſmus non tam videtur hallucinatus fuiſſe,quàm malignè iudicaſſe. Nam & quòd duos de communi vita,& moribus clericorum Tractatus vtiles, originem, & inſtituta vitæ monaſticæ continentes, ſuſtulerit, quos inter illius Patris Opera Poſſidius, qui quadraginta annos cum Auguſtino(vſque ad eius nempè mortem)vixit, ſuo adſcripſit Indiculo, non adeo mirandum eſt, cum vix vllus vnquam Apoſtata, & qui cucullam excuſſit, potuerit huiuſmodi ſcripta æquo animo ferre.

To. 1. Operū D. Aug in fi. impreſ. Pariſ. Eraſmus in purg. aduerſ. Luth. in colloquio Naufragij nomine Adelphi.

Videat Catholicus Lector, quæ ſcripſit Ricardus Cenomanus Theologus Pariſienſis contra cenſuram Eraſmi aduerſus regulam monachorum à D. Auguſtino ſcriptam. Nec verò Eraſmus intra iſtos limites ſeſe continuit, ſed modo aiens, modo negans, Infernum Cœlo miſcuit, ac Socratem, Tullium, atque alios tum Græcos, tum Latinos tantum non ab inferis excluſit: per interualla tamen dilucida (cum antea de Beatiſſima Virgine indigniſſimè garriuiſſet) in ſe rediens, votum nuncupatum ei Laureti perſoluit, & hymnos Latinè, ac Germanicè à ſe conſcriptos in eius laudem,& inuocationem edidit, & Ioanni Iung Canonico, atque in ſpiritualibus(vt aiunt)tum Vicario Friſingenſi dicauit.

De Luthero quænā ſcripſerit Eraſmus.

Hæreticis autem modo blandiens, modo ſtylum aduerſus Lutherum acuens, de eo ſcripſit hæc verba: *Hic homo nihil crepat niſi Satanas, diabolos, laruas, lamias, megeras, aliasq; voces pluſquam Tragicas.* Quæ cum Eraſmus ſcriberet, data interim Catholicis(licet callidè)ſpe reſipiſcentiæ, iudicium Eccleſiæ aduerſus ſe non ſemel declinauit. Sed interim dum bona de ſe polliceretur ſiue Bedæ Natali, ſiue Thomæ Moro Anglo martyri, à quibus admonitus fuerat, vt exemplum D. Auguſtini ſecutus, ea quæ minus Orthodoxè ſcripſerat, retractaret, nec tamen vnquam promiſſum præſtitiſſet, tandem acerbum diem obijt, relicto quidem nomine, ſed pleno criminis: quare & pleraque ipſius ſcripta, vt erat commeritus, proſcripta ſunt, niſi plurimi, qui ſunt in ijs errores, expurgantur. vt diximus;& vtinam eius anima requiem inuenerit.

Ceterum quantam Eraſmus viam, ſtrauerit Arianiſmo, vide in Card. Bellarm. Præfatione in ſecundam Controuerſiam. Sanè & olim ipſe Romæ incidi in Opera D.Hieronytrony-

Digitized by Google

ronymi, quę fuerant Corneilij Muſſi Epiſcopi Bitontini, qui ea dono dederat Capucinis Tuſculani, in quorum Operum fronte, hæc ipſius Epiſcopi manu verba ſcripta erant. *Cogit me pietas Eraſme, vt eraſum te velim ex omnibus libris meis: Et vt ex tota Bibliotheca mea eraſum te putet, quiſquis in ea ingreſſus fuerit, D. Hieronymus omnium Magiſtrorum pro te Magiſter hoc ipſe frontiſpicio ſuo, Orbi terræ, meam aduerſus te ſententiam conteſtetur, & ille vnus, rogamus vos ò pij viri, ſit pro omnibus, ex quo etiam percipite quid ſentiam de ceteris Nouatoribus, quos eraſos de libro viuentium, vtinam & omnes Chriſti fideles eradant de ſuis ipſorum memorijs.*

# ERASMVS ROTERODAMVS, EX HISPANO.

## *Ex Deſiderij Eraſmi Roterodami operibus.*

## TOMO PRIMO.

*Ex præfatione, ſiue Catalogo lucubrationum, cuius initium eſt,* Non pateris, Abſtemi vir clariſſime, *in excuſſis Baſileæ, ann. 1540. pag. 4. præfationis prope finem pagina deleatur ab illis verbis.* Coactus ſum igitur, *vſq; ad*, Ceterum, quoniam videbam.

*In princ. 10. pag. del. ab illis verbis.* Moriam luſimus *vſque ad,* Vitæ rationem, ac pietatem. *Et paulo poſt, del. ab illis verbis,* Enchir. militis Chriſtiani, *vſque ad,* quin his maiora.

*Pag. 11. in fin. deleatur vox,* Συκοφαντίας.

*Pag. 12. lin. 13. deleatur illa verba.* Declarantes, eos, qui ſic clamaſſent, prorſus inſanire.

*Ead. pag. lin. 24. del. illa ver.* Per monachos quoſdam, apud quos ſacroſancta eſt Pontificis authoritas.

*Ead. pag. lin. 31. deleatur ab illis verb.* Et inuenit Roma, qui tales nænias legant, *vſque ad,* Verum Paſquillus.

*Pag. 13. lin. 6. deleantur illa verb.* Sed dignam eo vſu, quem iudicauit Catullus.

*Pag. 14. in princ. del. illa verb.* Nulla res magis commendauit Lutherum Orbi, quàm hominũ huiuſmodi mores.

*Pag. 15. ad medium, deleantur illa verba.* Quis non agnoſcat hic ſpiritum Euangelicũ, quo mille iam annis caruit mundus?

*Deleatur etiam, quod ſtatim ſequitur, tribus paginis ſequentibus ab illis ver.* Et tamen nõ habent quod obijciant mihi. *Vſque ad illa verba, pag. 19. paulo poſt principium.* Hæc erat illa techna mea, nõ aliundè profecta.

*Ead. pag. 19. ad med. del. illa verb.* Fortiter oblatrant quidam, qui mallent me ſcribere de indulgentijs, aut de colligendis caſeis.

*In indice primi Tomi deleantur nomina librorum prohibitorum.*

## *Ex lib. 2. de Copia verborum, vel rerum.*

*Pag. 74. lin. 19. deleatur. ab illis ver.* Sunt auctores nequaquam contemnendi, *vſque ad,* vel petere, vel repetere.

*Ead. pag. prope finem del. ab illis verb.* Primũ, bello confligari non eſſe hominis, *vſque ad,* haudquaquam Chriſtianorum.

*In Epiſtola ad Chriſtophorum Vrſeuicum prope fin. pag. 209. del. ab illis ver.* Sed rurſus ſapientius, quàm Theologorum, *vſque, ad* magnis de nugis diſputat.

*In Epiſt. ad Ioannem Eutychium, pag. 284. lin. vlt. del. ab illis ver.* At mihi videtur iuſtius, *vſque ad,* vel finxit, vel retulit.

## *Ex lib. de Conſcribendis Epiſtolis.*

*§. De ſuperſtitione epithetorũ, pag. 323. lin. 17. del. ab illis ver.* Beatiſſime pater audit Romanus Pont. *vſque ad vltima verba. §.* non delectari titulis ineptis.

*Eodem lin. pagin. 359. deleatur illa verb.* Herili ac parum humanæ vitæ inſtituto *lin. 11. eiuſdem paginæ, deleatur ab illis verb.* Quid inconſideratius, *vſque ad,* non eſſes quidem, qui negare poſſes.

*Lin. 44. eiuſdem pag. deleatur ab illis verbis.* Quaſi verò non plurima ſunt in Chriſto, *vſque ad,*



Digitized by Google

Nobis quid ſit agendum ſignificauit.

*Pag.360.deleatur ab illis verbis,* Quid ſimile vſquam de cœlibatu legis? *vſque ad,* ex ſe nullam habet laudem.

*Lin.10.del.ab illis verb.* Nempe ideo, *vſque ad,* Sobole augerent.

*Lin.15.del.ab illis verb.* Quòd ſi lex damnat, *vſque ad,* ne ſteriles eſſent.

*Lin.25.del.ab illis verb.* Tamen arguunt, *vſque ad,* vel ſpurijs impleri.

*Pag.361.lin.36. del. ab illis verb.* Apparet igitur, *vſque ad,* ſibi perniciem accerſere.

*Pag. 362. lin. 3.del.ab illis verb.* Parum diligens, *vſque ad,* operam dederit.

*Lin.8. eiuſdem pag. del. ab illis verb.* Is pater multarum gentium, *vſque ad,* refugiſſet.

*Lin 17 del.ab illis verb.* Cur hæc membra tribuit? *vſq; ad,* Quid tam diſſimile veri?

*Lin 29. del. ab illis verb.* Perinde quaſi virtus ſit, *vſq; ad,* Cum natura pugnat.

*Lin.36.deleatur,* Hoc veniæ.

*Lin.38.deleatur,* Priuilegium.

*Lin.40.deleatur ab illis verb.* Primum arbitror, *vſque ad,* Cogitariúe poſſit exitialius?

*Pag.363.lin. 18.del. ab illis verb.* Verùm donetur hic ardor: *vſque ad,* Veluti paratum præmium inuitat.

*Pag. 364.lin. 18. deleatur ab illis verb.* Mea ſententia, neque homo ſit exiſtimandus, *vſque ad,* abhorreat.

*Lin.23.del.ab illis verb.* Quanquàm quis, *vſq; ad,* ſed planè ſaxum dixerim.

*Lin.25.deleantur illa ver.* Quamquam ne viri quidem vocabulum ſine his meremur.

*Pag.365.lin.41.del. ab illis verbis.* Eamus nunc, & cœlibatum, *vſque ad,* num expectamus, vt Iupiter.

*Pa.366.lin.8.deleatur ab illis ver.* Cur igitur prælata eſt virginitas? *vſque ad,* turpi cœlibatu paſſus ſis interire.

*§. De genere diſſuaſorio, pag. 366.lin.17.del. illud.* In vituperando matrimonio.

## *Ex libro, cui titulus eſt, de pueris ſtatim, ac liberaliter inſtituendis.*

*Pag.437.circa finem, deleatur ab illis verb.* Eiuſmodi caſtigatio fortaſſe, *vſque ad,* Quid hac ſententia frigidius.

## *Ex libro, cui titulus eſt, Parabolæ, ſiue ſimilia.*

*Pag.468.prope fin. in illis verb.* Vt rex mundi magna cura, parua relinquens fortunæ, *del. illud,* parua relinquens fortunæ.

*Pag.481.ad fin. deleatur.* Ipſi nihil inde guſtant.

*Pag.487.del.ab illis verb.* Non vt Cœneus, *vſque ad,* probus euadit quiſpiam.

*Pagin. 491. in illo ſimili,* Vt ſacrificijs honorem habet ciuitas, *deleantur duæ voces,* multo magis.

*Pag.504.in illis verb.* Simul atque ſemel indurauit ingenium adoleſcentis ætate, vitijſque non poteſt refingi, *del.verbum,* non poteſt.

*Eadem pag. ante finem deleantur illa verb.* Si ſingulæ ciuitates, ſingulos haberent ſacerdotes, vt olim.

*Pag.507.poſt med.in illo ſimili,* Quemadmodum Magi, *deleatur ab verb.* Ita quidam Sacerdotes, *vſque ad,* ſibi magis habeant obnoxiam.

*Pag.510. paulò poſt med.in illo ſimili;* Luna ſemel extincta, *deleatur illud:* At homo nec renaſcitur mortuus. *Et paulò poſt med. in illo ſimili,* Sol poſt occubitum redit nouus: homo non item, *deleatur,* homo non item.

*Pag. 116. paulò ante med.in illo ſimili,* Creta nullum habet, *del. ab illis verb.* Ita nullum eſt monaſterium tam ſanctum, *vſq; ad,* inuidentiæ malo.

*Pag.118.ante med.in illo ſimili,* Sicut piſcis, *del. ab illis verb.* Non vllis dulce ediſce repreculas, *vſque ad,* cum non intelligant.

*Pag.119.in illo ſimili,* Si fuco alas ademeris, *del.ab illis ver.* Ita qui in monachorũ tracti naſſam, *vſque ad,* ne melior ſit aliorum conditio.

*Pag.521.in illo ſimili,* Vt aquæ laus eſt, *deleantur illa verb.* Theologus hoc ipſo, *vſque ad,* & à muſis alienus.

*Pag.522.in illo ſimili,* Vt loci ſalubritas, *del.ab illis ver.* Veluti qui verſantur in cæremonijs *vſq; ad,* nihil conducere.

*Pag.523.lin.1.deleantur illa ver.* Nullam huius mundi ſentit corruptelam.

*Ead.pag.ibi,* Arator niſi curuus ſit, *deleantur illa ver.* Ita miles, niſi impius ſit, parũ eſt miles.

*Pag 524.prope finem deleantur ab illis verb.* Ita ſpurcæ Scotiſtarum, *vſq; ad,* ſtupidis iſtis, & bardis quouis aromate gratior.

*Pag.525.ad med.ibi,* Vt venti deſituri, *del.illud,* veluti Iulius Pontifex.

*Pag.775.del. tota, epiſtola,* de vtilitate Colloquiorũ, *cuius initium eſt,* Adeò nũc in omnes, & in omnia, per vniuerſum orbem graſſatur.

### *Ex libro cui titulus eſt, de recta Latini, Græciq́ ſermonis pronunciatione.*

*Pag. 786.ante finem del.ab illis verb.* Si bene facta metimur charitate, *vſque ad,* Verius quam ad pietatem.

*Pag.772.lin.11.del.ab illis ver.* Ad habitum quendam Phariſaicum, *vſque ad illa verb.pag. 377.* His rebus quidem fortaſſe magis congruebant.

### *Ex libro, cui titulus eſt, Dialogus Ciceronianus.*

*Pag.815.lin. 33. deleantur illa verb.* Ex Chriſtianis auctoribus oborta nebula.

*Lin. 36. eiuſdem pag. deleatur ab illis verbis.* Quam in Diuorum aſcribi numerum, *vſq; ad,* celebrari Ciceronianus, quàm ſanctus.

*Ead.pag. lin. vlt. deleatur ab illis verbis.* Ego Ciceroni inter Apoſtolos, *vſque ad,* eolquentiæ quondam appellabant.

*Eod.lib.pag.833.prope fin del. ab illis ver.* Quemadmodum eximiæ pietatis virum Benedictum, *vſque ad,* Fortaſſe & Chriſtum, qui præter titulum.

*Eodem lib. pag.854.lin.penult. deleantur tres voces.* Per gratiam fidei.

*Pag.835.lin.5.deleatur,* Perſuaſionis munificentia.

## TOMO SECVNDO.

Adagia, *eiuſdem Eraſmi expurgentur iuxta editionem iuſſu S. D. N. Gregorij XIII. caſtigatam.*

## TOMO QVARTO.

### *Ex Apophthegmatibus.*

*In Ariſtide, pag.224.ad medium, deleantur ab illis verb.* Nunc mundus vndique plenus eſt ſodalitatibus, *vſque ad,* Quod erat factu optimum.

*In Panegyrico gratulatorio ad Philippum Burgundiorum Principem, pag.416.ad med.del.illa verb.* Immò haud ſcio an eundem in hominem conueniant hæc duo cognomina.

### *Ex libro, cui titulus eſt, Inſtitutio Principis Chriſtiani.*

*Pag. 447.lin. 19. deleatur ab illis ver.* Et Chriſtus nos ab omni ſeruitute redemit, *vſque ad,* ac principem Ieſum Chriſtum.

*Ead.pag.ante finem del.ab illis verbis.* Nec te fugiat quicquid in Euangelicis, aut Apoſtolicis, *vſque ad,* Num idem vis eſſe Chriſtiano.

*Eod. lib, pagin. 463. lin.10.deleatur ab illis verb.* Et fortaſſis expediat Reipub. monaſteriorum eſſe modum, *vſque ad,* de collegijs ſentiendum eſt.

*Pag. 471. poſt med.lin.15.à fine pag.del. ab illis verb.* At Chriſtus ipſe, at Petrus, & Paulus, *Vſque ad illa verba, pag.472.* ſuſpectum habere debet.

*Pag.473.lin.4.deleatur ab illis verb.* Vt donemus aliquod bellum eſſe iuſtum, *vſque ad,* Niſi ſummus etiam haberetur honos.

### *Ex libro, cui titulus eſt, Pacis querimonia ſiue Querela Pacis.*

*Pag. 488.linea 16. à fine deleatur dictio.* Vulgo.

*Prope finem eiuſdem pag. deleatur ab illis verbis.* Quod longo iam vſu, *vſque ad illa verba, pag. 489.* odijs, ac iurgijs eſſet infectum.

*Eadem pag. 489. lin. 21. deleantur illa verba.* Et tamen non pudet illos appellari Chriſtianos. *Lin. 14.à fine eiuſdem pag. del.ab illis verbis.* Audite ſtrenui bellatores, *vſque ad,* Chriſtianorum Deum.

*Pag.592.lin. 14. à fin.deleatur illa verba.* Ne quis ſperaret vſquam in bellis adeſſe Chriſtum. *Et paulo poſt lin.8 à fin. del.ab illis ver.* Si verũ prædicant, *vſq; ad,* Hiſce rebus defertur. *Et paulò ante fin.eiuſdem pag.del.ab illis verb.* Qui conuenit caſtris, & Eccleſiæ? *vſq; ad,* Quid tibi cum bellis?



Digitized by Google

*Pag.493.prope finem deleatur ab illis verb.* Immo ne Sacerdotes, *vſque ad verb.pag.494.* prouocantium ad perniciem.

*Ead.pag.494.ad med. del. ab illis verb.* Iam ipſa caſtra ſequuntur ſacrifici, *vſque ad verb.pag.495.* Cuius inſtinctu ſummum malum fratri machinaris.

*Ead.pag.495.lin.12. del. ab illis verb.* Et poſt hæc execrantur Turcas, *vſque ad,* quaſi Turcis, *excluſiuè.*

*Et lin.16.del.illa verb.* Quid aliud facis, quàm illi?

*Ad med.pag.lin.27.deleatur ab illis verbis.* Atque interea ſollemnes aguntur ſupplicationes, *vſq; ad,* cuius ipſi vobis iſti auctores.

*In fin. pag.496. del. ab illis verb.* Conſpirent omnes aduerſus bellum.

*Lin.pen.deleantur illa ver.* Vel tam ſceleratæ, vel certe.

*Pag.497.lin.7. deleantur illa verba.* Quaſi poſt hac pium ſit futurum non fieri martyres, ſed facere.

*Pag.498.paulò poſt med.deleätur illa verb.* Vis palam cernere, quàm res ſit impia bellum?

*Pag. 500. lin. 6. deleantur illa verba.* Impudentes, qui ſibi pollicentur à bellis ad eam iter eſſe. *Lin.10. euſdem pag.del. ab illis verb.* Vt non ſubito ex ſpurco helluone, *vſque ad,* virginum ſocius.

## TOMO QVINTO.

### *Ex enarratione primi Pſalmi.*

*Pag.148.lin.pen.del. ab illis verbis.* An nonne hæc faciunt ſacerdotes quidã, qui ſuperſtitioſam plebeculam cæremonijs inuoluunt? *vſque ad,* ſemper imbecilles in Chriſto.

*Pag.150.ante med.del.ab illis verb.* Ideo peccabant, *vſq; ad,* peccatorem Adam.

*Pa.151.lin.21.deleatur ab illis verb.* Auſim & illud addere, *vſque ad,* Nuſquam enim ceſſat charitas.

*Pag.153.lin. 9. del.ab illis verb.* Citra trium linguarum peritiam, *vſque ad,* etiam ſolùm amplectimur.

*Ibidem,lin.14.deleantur ab illis verb.* Legant & idiotæ legem Domini, *vſque ad,* de hac colloquãtur. *Ibid.lin. 19. del.ab illis verb.* At nunc ſunt, qui ſummoperè cauendum putant, *vſque ad,* qua poſſint meditentur in lege Domini.

### *Ex enarratione Pſal.2. Quare fremuerunt gentes.*

*Pag.187.paulò poſt med.del.ab illis ver.* Regem habet inuiſibilem, *vſque ad,* hic eſt Chriſtus incluſiuè.

*Eodem pſal.pag.192.ante med.deleantur illa ver.* Hoc eſt, vitare iuſſit: vt pudore correptus reſipiſceret. *Ibid.paulò poſt med.pag.lin.30.del.ab illis ver.* Et tamen virgam non habebant, *vſq; ad,* quam tyrannorum temperet.

*Pag.193.lin. 18.deleantur illa verb.* Sola fides præſtabit ſalutem, & ſemel abolebit, quicquid hactenus peccatum eſt.

### *Concione in Pſal.4. Cum inuocarem.*

*Pag.212.prope fin. del. ab illis ver.* Nam hæc eſt hominis iuſtitia, *vſque ad,* qui quod pollicitus eſt præſtitit.

*Pag.224.lin.10.del.ab illis verb.* Iniuſtè petunt, *vſque ad,* hanc itaque iuſtitiam.

*Pag.236.prope fin. deleatur. ab illis verb.* Non veſte, non cibo, non cæremonijs, *vſque ad,* dominus addit dotes.

*Pag.240.ad med. del. ab illis verb.* Iam videre eſt quoſdam, vbi correpti fuerint, *vſque ad,* in domini promiſſis, miſericordia.

### *Ex libro qui inſcribitur de puritate tabernaculi, ſiue Eccleſia Chriſtiana.*

*Pag.255.prope fin.del. ab illis verb.* Denique cum concupiſcentia, quam ſentimus, *vſque ad,* hæc cum ſic habeant.

*Pag.256.lin.6.deleantur illa ver.* Tamen reuera non habitant in Tabernaculo Domini.

### *Pſalm.28. Afferte Domino filij Dei.*

*In conſultatione de bello Turcico, pag. 302. deleatur ab illis verb.* Neque verò me clam eſt, *vſque ad verb.pag.303.* Nunc proprius vrget nos mali vis.



Digitized by Google

### *Ex enarratione in Pſalm. 33. Benedicam Dominum.*

*Pag. 343. ante finem, deleatur ab illis verbis*, Auguſtinus conſtanter affirmat infantes baptizatos, *vſq; ad*, ſi ſancti fuerunt.

*Pſal. 38. pag. 363. ad medium, in illud*, Dixi cuſtodiam vias meas, *deleatur ab illis verbis*, Magnus Eccleſiæ Doctor Origenes, *vſq; ad illa verba, pag. 366.* Sed quid conor numerare, quæ numerum non habent.

*Pag. 368. lin. 5. à fin. deleantur illa verba*, Sic lapſi ſunt præcipui Doctores Eccleſiæ.

*Eodem Pſalm. pag. 387. lin. 12. in illud*, A fortitudine manus tuæ, *deleantur illa verba.* Abijcit vitium, ac meritorum ſuorum fiduciam.

### *Ex libro, cui titulus eſt, de Miſericordia Domini.*

*Paulò poſt principium, pag. 467. in princip. deleatur ab illis verbis*, Verum id, quod nunc agimus, *vſq; ad*, nobis præeuntem.

*Pag. 475. paulò ante finem deleatur ab illis verbis*, Neque defuère, qui tantum tribuerent, *vſq; ad*, quàm Dei miſericordiam.

*Pag. 478. poſt medium, del. ab illis verbis*, Si verum dicit Paulus, vbi ſunt iſti, *vſq; ad*, agnoſce tuam miſeriam, & parata eſt miſericordia.

*Pag. 481. lin 29. in illis verbis.* Tantum auertamini ab his, *deleatur dictio*, tantum.

*Pag. 482. ad medium, deleatur ab illis verbis.* Reſidet enim, qui peccare deſinens, *vſq; ad*, reſtituitur Eccleſiæ communioni. *Paulò poſt lin. 16. à fine, deleantur illa verba*, quid autem eſt audire niſi credere?

*Paulò ante finem eiuſdem pag. deleantur illa verba*, Ingemiſce, confitere: ſed coram Domino.

*Pag. 483. ad medium, deleantur illa verba:* Quid igitur ſupereſt? nihil, niſi vt agnoſcas Dei miſericordiam. *Et paulò poſt, deleantur illa verba*, quid eſt, conuertimini ad me, agnoſcite veſtram miſeriam, & expetite meam miſericordiam.

*Pag. 484. paulò poſt medium, deleantur illa verba.* Satis rogat qui morbum agnoſcit.

*Pag. 485. ad medium, deleantur illa verba*, Quid aliud requirit abs te miſericors Dominus, niſi vitæ mutationem?

### *Ex libro, cui titulus eſt, de Vidua Chriſtiana.*

*Pag. 608. poſt medium, lin. 21. à fine, in illis verbis*, Fides, cui comites indiuiduæ ſunt Spes, & Charitas *deleatur vox*, indiuiduæ:

*Eod. lib. pagina 611. lin. 20. à fine, deleantur illa verba*, Vt ſit quàm præferas, vix ſit quam poſtponas.

*Pag. 612. lin. 6. deleatur ab illis verbis*, Maioris virtutis eſt, *vſq; ad*, quemadmodum diximus.

### *Ex libro, cui titulus eſt, Precationes.*

*In precatione tempore peſtilentiæ, pag. 1006. lin. 5. deleatur ab illis verbis.* Nonnulli ad certa Diuorum nomina, *vſq; ad*, Magorum artes.

### *Ex libro, cui titulus eſt, de Contemptu mundi.*

*Deleatur totum cap. 12. cuius initium eſt*, Iamdudum video te componere ſarcinas.

### *Ex libro, qui inſcribitur, de Præparatione ad mortem.*

*Pag. 1085. lin. 5. à fine, deleatur ab illis verbis*, Sed nos, cum hoc Goliath congreſſuri, *vſq; ad*, Paulus loquitur in Eccleſia.

*Pag. 1092. in fine deleantur illa verba*, Neque verò tua refert, quod non cernitur oculis Eccleſia.

*Pag. 1093. lin. 12. deleatur ab illis verbis*, Qui verò ſubſtituerunt, *vſq; ad*, his rationibus optimè fit.

*Pag. 1099. lin. 3. prope finem, deleantur illa verba*, Vides hic victoriam in oculis eſſe potius, quàm in manibus.

*Pag. 1101. prope finem, deleatur ab illis verbis.* Quidam emptitijs diplomatibus, *vſque ad*, ſed os ſublinire morituro.

## TOMO SEXTO.

### *Ex annotationibus Eraſmi in nouum Teſtamentum.*

*In præfatione, fol. 1. pag. 2. lin. penultima in excuſſis Baſileæ, an. 1541. deleatur ab illis verbis*, Viri non

ſolum pietate, *vſq; ad* OEcolampadij Vinimotani.
*Fol.2.pag.4. eiuſdem præfationis, prope finem deleantur illa verba*, Vngulis ſuum, & aſinorum perturbatis.
*Cap. 2. Matthæi, in illa verba*, Et tu Bethlehem, *pag. 13. paulò ante finem deleantur illa verba*, Nunquam reperire licet Phariſæos, & Scribas in hoc notatos, quod legem ignorarent.
*Eod. cap. pag.14. lin.2. deleantur illa verba*, Palam oſtendens Euangeliſtam non ſolum verbis diſsidere à Propheta, verum etiam ſenſum prorſus eſſe contrarium.
*Ead. pag. lin.13. deleatur ab illis verbis*, At in Euangeliſta fatetur ſenſum prorſus eſſe pugnantem, *vſq; ad illa verba, prope finem paginæ*, vel apud nos locum eſſe deprauatum.
*Cap. 4. in illa verba*, Dominum Deum tuum, *pag. 24. paulò poſt principium, deleatur ab illis verbis*, & illi ipſi ſeruies, *vſq; ad*, nos breuitati ſtudemus.
*Cap. 5. in illo*, Omne malum, *pag.26. deleatur ab illis verbis*, Bellum etiam in templis laudatur, *vſq; ad*, Ariſtot. decreta nos magis commouent, quàm Chriſti.
*Eod. cap.5. in illa verba*, Libellum repudij, *pag. 30. deleatur ab illis verbis*, deinde quid facient huic loco, *vſq; ad*, illud leuiculum.
*Cap.6. in illa verba*, Nolite multum loqui, *pag.33. deleatur ab illis verbis*, porrò quod hodie videmus ſacerdotes, *vſq; ad*, cum ſeculo ſuo pugnare.
*Eodem loco, pag. 34. lin.1. deleatur ab illis verbis*, Nam cantiuncularum clamor, *vſq; ad*, nænias legans ſacris admixtas, *incluſiuè*.
*Eod. cap.6. in illa verba*, Quia tuum eſt regnum, *pag.35. lin.8. deleatur ab illis verbis*, magis taxanda fuerat, *vſq; ad*, quod ſi quis contendat.
*Cap.8. in illa verba*, Ipſe infirmitates noſtras, *ad medium, pagina 41. deleantur illa verba*, ipſe nonnihil ad ſuum deflectens negotium. *Deleatur etiam annotatiuncula marginalis, quæ ait:* Vaticinium nonnihil deflexum ab euangeliſta.
*Cap.9. in illud*, Panni rudis, *pag. 44. in fine, deleantur illa verba, in Eraſmo ſuſpecta*, ſic enim vocat animos nondum humanis traditiunculis infectos.
*Cap. 10. in illud*, Prædicate, *pag. 49. poſt medium, deleantur illa verba*, immo, niſi tales aluiſſet, euexiſſetque Romana Sedes, non veniſſet in publicum orbis odium.
*Cap.11. in illud*, Iugum meum ſuaue eſt, *pag.54. deleatur ab illis verbis*, mouet hoc loco D.Hier. *vſq; ad vlt. verba annotationis*, profeſſo conueniebat.
*Cap.12. in illud*, Quærentes te, *pag.58. prope finem, deleatur ab illis verbis*, Cæterum aut hodie vulgus pro quodam fauore, *vſq; ad vltima verba annotationis*, verum hæc leuiculi ſunt momenti. *Deleantur etiam duæ annotatiunculæ marginales. quarum altera ait*, Chryſoſtomus aliquid imperfectum tribuit Mariæ Virgini: *altera*, Chriſtus parum blandus matri.
*Cap. 13. in illud*, Auditu audietis, *pag.60. ante finem deleatur ab illis verbis*, hanc excuſationem non admittent, *vſq; ad*, quod explicari non poterat.
*Cap.15. in illud*, Munus quodcunque eſt, *pag.66. poſt medium, deleatur ab illis verbis:* atque vtinam hic Phariſæorum morbus. *vſque ad*, cæterum ideo dixit.
*Cap.16. in illud*, Quia tu es, *pag.72. lin 7. del. ab illis verb.* Proinde miror eſſe qui locum hunc detorqueat, *vſque ad illa verba*, poneret Eccleſiæ fundamentum. *Ibid. deleatur gloſſa marginalis, quæ ait.* Eccleſia non eſt fundata ſupra Petrum.
*Cap.17. pag. 73. in illud*, Ipſum audite, *deleatur ab illis verbis*, At nunc videmus dormitari, *vſq; ad*, ſeruulo anteponi domino.
*Cap. 18. in illud*, Præuenit illud Ieſus, *pag. 74. ante finem, deleatur ab illis verbis*, Videtur Hieronymus hoc arrogantiæ tribuere *vſq; ad vltima verba annotationis*, quod nos principi Chriſto debemus.
*Deleatur etiam annotatiuncula marginalis, quæ ait*, Excuſſa Hieronymi opinio de vectigali Eccleſiaſticorum.
*Cap.19. in illud*, Quacunque ex cauſa, *pag.77. paulò poſt medium, del. ab illis verb.* Sed ad hanc rationem omne peccatum, *vſque ad*, Iudæis permiſſum eſt vxorem. *Et paulò poſt deleatur ab illis verb.* quod Auguſtini commentum *vſque ad vltima verba annotationis*, ſed qui proponam eruditione excutienda.
*Eodem cap. 19. in illud*, Qui facti ſunt, *pagina 79. deleatur ab illis verbis*, in qua claſſe ponemus eorum genus, *vſque ad vltima verba annotationis*, conijceret in hoc incendium libidinis.
*Cap. 22. in illud*, Sicut teipſum, *deleatur ab illis verbis*, proinde fruſtra cauillantur, *vſq; ad*, quæ per ſe ſunt infirmiora.
*Cap.23. in illa verba*, vt videantur ab hominibus, *pag. 91. prope finem, deleantur illa verba*, velut

hodie

Digitized by Google

hodie apud nos habentur, qui diuerſis, ac nouis cultuum formis, & coloribus, ſanctimoniam apud vulgus profitentur.

*Eodem cap. & loco, deleatur ab illis verbis*, atque vtinam hoc hiſtrionum genus, *vſq; ad vltima verba annotationis*, cum alioqui leuis ſit in peccatores.

*Deleatur etiam gloſſa marginalis, quæ ait*, Superſtitioſa reliquiarum oſtentatio. *Item alia gloſſa, quæ ait*, Chriſtus in ſolos hypocritas ſæuit.

*Eod. cap. in illud*, Orationes longas orantes, *deleatur ab illis verbis*, Vtinam hic locus emendet quoſdam, *vſq; ad*, hoc ventres orbi peſtilentes.

*Eod. cap. pag. 93. in illud*, Et facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos, *deleantur illa verba, ironice dicta*, qui magnum quiddam exiſtimamus Iudæum ad Baptiſmum pellexiſſe.

*Eod. cap. & pag. in illud*, debitor eſt, *deleantur illa verba*. Si quid minus ad rem pertineat, id inculcant, velut de poteſtate Pontificis.

*Cap. 24. in illa verba*, Ecce hic eſt Chriſtus, *pag. 96. deleatur ab illis verbis*, audimus monachos paſsim clamantes, *vſq; ad vltima verba annotationis*, quàm ſyncero animo dicuntur à nobis.

*Cap. 27. in illud*, Ager ille Hacheldemach, *deleatur ab illis verbis*, Cæterùm, etiam ſi fuiſſet in nomine duntaxat memoriæ lapſus, *vſq; ad*, Addam de meo.

*Eod. cap. 27. in illud*, Improperabant, & *deleatur ab illis verb.* Hugo Cardinalis, *vſq; in finem annotationis, ibi*, ordinis Iacobitici.

## *In Marcum.*

*Eod. cap. 6. Marci in illud*, Calceatos ſandalijs, *pag. 127. lin. 19. deleantur illa verba*, non eſt euangelicæ perfectionis Chriſtum in externis anxiè exprimere, *Ibidem, deleatur ab illis verbis*, ſtulta verò conſtitutio, *vſq; ad*, euangelicæ perfectionis.

*Eod. cap. & loco, deleatur ab illis verbis*, Neque diſsimile veri, *vſq; ad*, neque vt id facerent vnquam à domino iuſſos.

*Eod. loco, pag. 128. lin. 1. deleatur ab illis verbis*, Sunt item, qui nolunt Chriſtum exercuiſſe, *vſq; ad illa verba*, ſed hiſce de rebus iam plus ſatis opinor.

*Cap. 14. in illud*, Qui pro multis effundetur, *pag. 143. deleatur ab illis verbis*, qui tantoperè aſſeuerant, quibus verbis, *vſque ad*, per figuram, *προωθύςερον*.

## *In Lucam.*

*Cap. 1. in illud*, Beatam me dicent, *pag. 158. deleantur in illa verba*, tum enim glorificatur nomen Dei, cum nihil noſtris meritis, ſed totum tribuitur illius miſericordiæ.

*Eod. cap. in illud*, Abraham, & ſemini, *pag. 159. deleatur ab illis verb.* quas belluas habuerit hoc ſæculum, *vſq; ad finem annotationis*, cum illius vomicæ ſint verius, quàm membra.

*Cap. 2. in illud*, Inuolutum pannis, *pag. 162. deleatur ab illis verbis*, nunc mendicantium vocabulo ſeſe venditant, *vſq; ad fin. annotationis*, poſſent ſuppeditare.

*Eod. cap. in illud*, Hominibus bonæ voluntatis, *pag. 164. deleatur ab illis verb.* hoc eo partim admonui *vſq; ad vltima verba annotationis*, tendunt ad ſuperſtitionem.

*Eodem cap. in illud*, Adapariens vuluam, *pag. 165. deleatur ab illis verbis*, Atque idem quiſquis fuit, *vſq; ad finem annotationis, ibi*, clauſtrum non violauit. *Deleantur etiam duæ gloſſæ marginales, quarum altera ait*, Adaperiens vuluam ad Chriſtum pertinere: *altera*, Quomodo Chriſtus matris aperuit vterum.

*Eod. cap. in illud*, Et tuam ipſius animam, *pag. 166. paulò poſt medium, deleatur ab illis verbis*, atque hinc hauſiſſe videtur Auguſtinus, *vſq; ad finem annotationis, ibi*, tanto minus erat tribuendum.

*Deleantur etiam duæ gloſſæ marginales, quarum altera incipit*, Auguſtinus videtur tribuere, *vſque*, dubitationem: *altera* Chryſoſtomus quoque tribuit, *vſque*, humanum.

*Cap. 3. in illud*, Calumniam faciatis, *pag. 171. deleatur ab illis verbis*, mihi non admodum probatur, *vſq; in finem annotationis, ibi*, ſed de hiſce rebus alius dabitur locus.

*Cap. 7. in illud*, Solicitè, *pag. 180. poſt medium, deleatur ab illis verbis*, benignè larguitur, *vſq; ad*, fraudatis etiam liberis.

*Cap. 10. in illud*, Qui vos ſpernit me ſpernit, *pag. 187. deleatur ab illis verbis*, & hunc locum detorquemus, *vſq; ad*, ſcio tamen etiam malis *excluſiuè*.

*Cap. 11. in illud*, Qui decimatis, *pag. 192. deleatur ab illis verbis*, & haud ſcio an hic Chriſti ſermo, *vſq; ad*, nonnunquam cognatis, aut etiam liberis. *Et paulò poſt ead. pag. in illo*, non tangitis ſarcinas, *deleatur ab illis verb.* hic locus ad eos pertinet qui conſtitutionibus, *vſq; ad*, eorum qui inſtituunt.



Digitized by Google

*Cap. 22. in illud*, Sed nunc qui habet ſacculum, *pag. 209. deleatur ab illis verbis*, in nugis leuiſſimis, *vſq; ad illa verba paulò ante finem annotationis*, Atque hæc pro diſputatis haberi volumus, non pro decretis.

## *In Ioannem.*

*Cap. 1. in illud*, Ego neſciebam, *pag. 230. lin. 24. deleantur illa verba*, qui vetat aliquo modo baptiſmum hominis vocari.

*Lin. 31. deleatur ab illis verbis*, Baptiſmus dici poteſt hominis *vſq; ad*, ſermonem ſuum eſſe ſuum.

*Eod. cap. & loco, pag. 231. del. ab illis verbis*, Porrò quod Ioannes exúltans in vtero, *vſq; ad finem annotationis ibi*, ſi qui rectius ſuggeſſerit Chriſti ſpiritus.

*Cap. 13. prope finem, in illud*, Adhuc modicum, *pag. 256. deleatur ab illis verbis*, non dixit, ſi hoc, aut illo titulo vocemini, *vſq; ad*, ſicut ego dilexi vos.

*Eodem loco, in fine eiuſdem annotationis, deleantur illa verba*, Ob titulum & cæremonias neſcio quas Chriſtiani nobis videmur.

*Cap. 17. in illud*, Te ſolum verũ Deum, *pag. 272. deleatur ab illis verbis*, Verum ante myſterium paſsionis, *vſq; ad finem annotationis, ibi*, cum impijs permiſerint.

*Cap. 20. in illud*, Dixit ergo eis iterum, pax vobis: *pag. 267. deleatur ab illis verbis*, qui profitentur Euangelium pacis, *vſq; ad finem annotationis, ibi*, per quem ille tribuit auctoritatem.

*Cap. 21. in illud*, Sic eum volo manere, *non longè à principio annotationis, pag. 269. deleatur ab illis verbis*, vir ille quidem, *vſq; ad*, poſtulat, vt ſibi credamus.

*Eodem cap. & loco, prope finem eiuſdem annotationis, pag. 270. deleatur ab illis verbis*, tale ſanctorum genus gignis nobis linum, & lana, corium, *vſq; ad*, excitet Dominus ſpiritum ſuum. *Ibid. deleatur annotatiuncula marginalis, quæ ait*, Sancti, quos gignunt cæremoniæ ſine ſpiritu.

*Eod. cap. in illud*, Donec veniam, *lin. 1. annotationis in illis verbis*, fallit, vt ita loquar, Chriſtus, *deleatur verbum*, fallit.

## *In Acta Apoſtolorum.*

*Cap. 17. in illud*, In quibus & Dionyſius, *deleatur tota annotatio, cuius initium eſt*, Laurentius hoc loco refellit, *vſq; ad*, Verum hæc, ceu παρέργα, paucis indicaſſe ſat erit.

*Cap. 19. in illud*, In ſchola tyranni cuiuſdam, *pag. 315. lin. 1. deleatur ab illis verbis*, qui nec hæreticos vult cogi, *vſque in finem annotationis*, ipſi non poſſunt errare.

*Eod. cap. & pag. in illud*, Confitentes, & annunciantes actus ſuos, *deleatur ab illis verbis*, ſed apertam vt opinor, & in genere, *vſq; ad*, ſi quis ſcrupulus vrgeret animum.

## *In Epiſtolam ad Romanos.*

*Cap. 5. in illud*, Propterea, ſicut per vnum hominem, *prope finem annotationis, pag. 366. lin. 32. deleatur ab illis verbis*, nos item, quoniam illum ſequentes, *vſq; ad*, in omnes dimanauit.

*Eodem cap. & pag. in illud*, In quo omnes peccauerunt, *deleatur tota annotatio, ab illis verb.* in quo, quidam referunt ad Adam, *vſq; ad*, in theatrum populare proferunt.

*Eodem cap. in illud*, In ſimilitudinem, *pag. 373. deleatur ab illis verbis*, illud addendum, *vſque in finem, ibi*, nullius ſententiæ præiudicium.

*In principio cap. 7. in illud*, Lex in homine dominatur, *deleantur ab illis verbis*, neque eſt, quod ex hoc loco magnopere ratiocinemur, *vſque ad finem, ibi*, quod vterque non expectatus adeſt.

*Cap. 9. ad illa verba*, Qui eſt ſuper omnia Deus, *deleantur tota annotatio, cuius initium eſt*, locus hic trifariam, *vſq; ad vltima verba*, quemadmodum ex patribus homo.

*Eodem cap. in illa verba*, Et non miſericordiam conſecuta eſt, *prope finem annotationis, pag. 397. ibi*, Paulus per ſimilitudinem detorſit ad gentes, *deleatur verbum*, detorſit, *& ponatur*, deduxit.

*Cap. 14. paulò poſt princip. in illud*, Aſſumite, *del. ab illis verb.* at hodie videmus inter Chriſtianos, *vſque ad finem annotationis, ibi*, liuore, & amore noſtri.

*Eodem cap. pag. 422. in illud*, Nam alius iudicat, *deleantur illa verba*, at pudet me commenti. *Et parum infra deleatur ab illis verbis*, quæſo te, lector, *vſque ad*, cum hæc adſcribit.

*Ibid. lin. 38. eiuſdem paginæ deleatur ab illis verb.* Sed eos perpaucos, nempè diem Dominicum, *vſque in finem annotationis, ibi*, eadem antiquare.



Digitized by Google

*Cap.15. in illud,* Quod præteriens, *pag.432. deleatur ab illis verbis,* Video veteris in his quæ non videbantur, *vſq; ad,* ſed vtinam.

*Eod. cap. in illud,* Collationem, *deleatur ab illis verbis,* At hodie nulli magis tyrannicè, *vſq; in finem annotationis, ibi,* doctrinam euangelicam.

## *In prima Epiſtola ad Corinthios.*

*Cap.3. in illud,* Vnum ſunt, *propè finem, pag. 445. lin. vlt. deleatur ab illis verbis,* quid diceret de noſtræ tempeſtatis factionibus, *vſq; ad,* non libet hic commemorare.

*Eod. cap. in illud;* Fœnum & ſtipulam, *pag. 446. deleatur ab illis verb.* neque admodum ad rem pertinet huc purgatorij mentionem, *vſq; ad illa verba, pag. 447.* Theophylactus de gradibus bonorum.

*Cap.7. in illud,* Mulierem non tangere, *ibi,* ſtudio torquet, *deleatur verbum,* torquet. *Deleatur & gloſſa marginalis, quæ ait,* Hieronymus detorquet non nihil verba ſcripturarum.

*Eod. cap. & loco pag.460. prope fin. deleatur ab illis verbis,* Ætate Pauli cum inter innumeros ethnicos, *vſq; in fin. annot. ibi,* non videtur propriè facere.

*Deleatur etiam gloſſa marginalis, quæ ait,* Sacerdotum incontinentia.

*Eod. cap. in illud,* Volo autem omnes eſſe ſicut meipſum *deleatur ab illis verbis.* Vel ex hoc loco conijcere licet, *vſq; in finem annotationis, ibi,* facit mentionem.

*Eod. cap. in illa verba,* Liberata eſt à lege: cui autem vult nubat, *pag.467. deleatur tota annotatio, cuius initium eſt,* Græco paulò ſecus habent, *vſq; ad illa verba, pag.481.* hac certa via fiet, ne tam multi miſerabilibus nexibus implicentur.

*Cap.8. in illud,* Eſca autem nos non commendat Deo, *deleatur ab illis verbis,* quòd ſi verè dixit Paulus, *vſq; ad,* vt penè nulla ex re magis iudicemur.

*Cap.9. in illud,* Et qui loquitur mihi, *deleatur ab illis verbis,* Pluſquam barbaricè ſcriptum in Commentarijs, *vſq; in fin. annotationis.*

*Cap.10. in illa verba,* Et panis quem frangimus, *deleatur ab illis verbis,* cur non offenduntur hoc loco, *vſq; ad,* non ſemper fieret conſecratio Sacramentalis.

*Cap.11. in princip. in illud,* Imitatores mei eſtote, *deleatur ab illis verbis,* nunc quidam ſuo arbitratu viuentes, *vſq; in fin. annot. ibi,* imitatores noſtri.

*Eod. cap. in illud,* Hoc eſt corpus meum, *deleatur tota annotatio ab illis verbis,* hoc meum corpus abſque verbo ſubſtantiuo eſt, *vſq; ad illud,* verum hic captiuandus.

*Eod. cap. in illud,* Quod pro vobis tradetur, *paulò poſt princip. annot. pag.493. deleatur ab illis verb.* poſtremò, non ſatis conſtat ex veterum commentarijs, *vſq; ad illa verba prope fin. annot.* Attamen admonere lectorem viſum eſt, quò diligentius excutiat.

*Cap.12. in illa verba,* nemo poteſt dicere Dominus Ieſus, *pag. 495. deleatur ab illis verb.* ex hoc capite, & proximo licet conijcere, *vſq; in finem annotationis, ibi,* niſi adſit animus Apoſtolicus.

*Cap.13. in illud,* Charitatem non habeam, *pag.499. deleatur ab illis verbis,* quanquàm vera fides multa complectatur, *vſq; ad,* illud opinor nullus inficiabitur.

*Ibid. pag.500. lin.19. deleatur ab illis verb.* Opera charitatis fidei tribuenda ſunt, *vſq; ad,* cæterum, vt hæc parum habeant ponderis.

*Cap.14. pag.508. in illa verba,* Quam decem millia, *deleatur ab illis verb.* ferendum & hoc: niſi vulgus Sacerdotum, & monachorum, *vſq; ad,* poterant, ac muſicis organis ſacrum decantent.

*Et paulò poſt lin.29. eiuſdem paginæ, deleantur illa verba,* Immò quæ nullo pacto laturus fuerat.

## *In ſecunda Epiſtola ad Corinthios.*

*Cap.7. in illud,* Stabilem, *deleatur ab illis verbis,* proinde nihil ageri qui ex hoc loco, *vſq; in fin. annotationis,* quales ſunt apud inferos.

*Cap.10. in illud,* Non in deſtructionem, *deleatur ab illis verbis.* Hic locus annotandus eſt ijs, qui Summi Pont. auctoritatem, *vſque,* non fore ius illi reſiſtendi.

*Cap.11. in illud,* Alium Ieſum, *deleatur ab illis verbis.* Illud obiter annotandum, *vſq; in finem annotationis, ibi,* fuerit puriſſimus.

## *In Epiſtola ad Galatas.*

*Cap. 4. in illud,* Sub elementis mundi eramus ſeruientes, *deleantur illa verba in fine annotationis,* in huiuſmodi ſita eſt ſuperſtitio cæremoniarium, *vſq; ad,* ne contrecteris.



Digitized by Google

### In Epiſtola ad Epheſios.

*Cap.1. in illud,* Euangelij ſalutis, *deleatur ab illis verbis,* quaſi cæteri nihil veri, *vſq; ad,* aliquid docent.

*Cap. 5. in illud,* In quo eſt luxuria, *deleantur illa verba,* impudens mihi videtur, quod Thomas extorquere conatur. *Et paulò poſt deleatur ab illis verbis,* Non ſector Thomam, *vſq; in finem annotationis ibi,* in huiuſmodi ſcriptoribus conſumpſerim.

### In Epiſtola ad Philippenſes.

*Cap.2. in illud,* Eſſe ſe æqualem Deo, *pag.623. ad medium, deleatur ab illis verbis,* atque hanc præcipuam habent clauem, *vſq; ad,* neque tamen inficias iuerim.

### In Epiſtola ad Coloſſenſes.

*Cap.2. in illud,* Iudicet in cibo aut potu, *pag.639. deleantur illa verba:* Quid ad hæc dicent iſti, qui nulla ex re magis iudicant proximum, quam ex cibo, & potu, & veſte?

*Eodem cap. pag.642. in illud,* Ne guſtaueritis, *deleatur ab illis verb.* & vtinam his quoque temporibus, *vſq; ad,* Non igitur ſic accipiendum.

*Eodem cap. & pag. in illud,* Rationem quidem habentia ſapientiæ, *deleantur ab illis verbis,* quæ neque in ſuperſtitione, *vſq; ad,* Honorem autem corporis hic appellat.

*Eodem cap. in illud,* In ſuperſtitione, *deleantur vltima verba annotationis,* idque probe quadrat in inuentas ab homunculis cæremonias.

*Eodem cap. in illud,* Et humilitate, *deleantur illa verba,* & abiecti eſt animi, vt patiatur ſeſe, veluti bubalum dici naribus præceptis hominum.

### In prima Epiſtola ad Theſſalonicenſes.

*Cap.4. in illud,* Vt veſtrum negotium agatis, *pag. 653. deleatur ab illis verbis,* Nunc hominum genus, *vſq; ad,* & calceos feneſtratos oſtentantes, *incluſiuè.*

### In prima Epiſtola ad Timotheum.

*Cap.1. in illud,* Interminatis, *pag.662. deleatur ab illis verbis,* atque in totum ex veteris teſtamenti libris, *vſq; ad,* vt nulla gens inſanius.

*Eodem cap. & pag. in illud,* Vaniloquium, *deleatur ab illis verbis,* quorſum enim attinet decertare, *vſq; ad illa verba prope finem annotationis, & pag.664.* niſi inter eiuſdem ſcholæ ſodales.

*Eodem cap. in illud,* Soli Deo, *pag.667. deleatur ab illis verbis,* verùm id ratum eſt in literis Apoſtolicis, *vſq; ad,* & Matthæi cap.10.

*Cap.3. in illud,* Vnius vxoris virum, *deleatur ab illis verbis,* & periclitatur Chryſoſtomus, *vſq; ad vltima verba annotationis,* verum hæc non ſunt huius inſtituti.

*Cap. 5. in illud,* Non alligabis os, *deleatur ab illis verbis,* annotandus hic locus, *vſq; ad,* explere ſcrinia ſanguine pauperum.

### In Epiſtola ad Titum.

*Cap.5. in illud,* Continentem, *in fine annotationis & pag. 695. deleantur illa verba,* adeò, vt, ſi pergatur, nihil magis ſit futurum hæreticum, quàm ſi quis Chriſtum ingenuè, pureque prædicet.

*Eod. cap. in illud,* Quos oportet redargui, *in fine annotationis deleatur illud,* hic obiter annotandum, ſemper quæſtus notari, qui vrgent, & infulciunt cæremonias.

*Cap.2. in illud,* Vt prudentiam doceant, *deleatur illud,* ſuo more torquens, *vſque,* neque ſine calumnia.

*Eodem cap. in illud,* Magni Dei, *deleatur tota annotatio, cuius initium eſt,* Id ita legi poteſt.

### In Epiſtola ad Hebræos.

*Cap.11. in illud,* Sperandarum ſubſtantia, *deleatur ab illis verbis,* hic quidam argutantur, *vſq; ad,* gloſſema quoddam vetuſtum. *Deleatur & gloſſa marginalis, quæ ait,* fides pro fiducia.

*Eod. cap. in illud,* Et adorauit faſtigium virgæ illius, *deleantur illa verba in principio annotationis,* quid faciemus auctori (quiſquis eſt) huius epiſtolæ?

*Eod. loco, del. ab illis verb.* In tantũ eo tempore abhorrebant, *vſq; ad,* offenſiua piarũ aurium.

*Cap. vlt. eiuſdem epiſtolæ, del. annotatio vltima in illud,* De Italia fratres, *cuius initium eſt,* Neque fratres eſt apud Græcos, *vſq; ad vltima verba,* ex re nihili tantos excitauit tumultus.



Digitized by Google

## *In Epiſtola Iacobi.*

*Cap. vltimo, in illud*, Et operit, *deleatur vltima annot. ab illis verbis, pag.744.* De hac item epiſtola tametſi, *vſq; ad vltima verba capitis.*

## *In prima Epiſtola Petri.*

*Cap.5. in illud*, Babylone collecta, *pag.775. deleatur ab illis verbis*, Verùm idem Euſebius *vſque ad finem capitis.*

## *In ſecunda Epiſtola Petri.*

*Cap. vlt. vltima annotatione, in fine deleatur ab illis verbis*, Alioqui, ſuſpicare cogemur, *vſq; in fin.*

## *In Epiſtola Ioannis 1.*

*Cap.5. in illud*, Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, *pag.768. deleatur ab illis verbis*, Cyrillus vir, ni fallor, orthodoxus, *vſq; ad finem annotationis.*

## *In Apocalypſim.*

*Cap.12. in illud*, Et clamabat parturiens, *deleatur ab illis verbis*, Iam, quàm aptè hæc conueniant, *vſq; in finem annotationis*, mortuus eſt filius.

*Cap. vlt. deleatur vltima annotatio in illud*, Etiam venio citò, *cuius initium eſt*, Næ, eſt confirmantis, *vſq; in finem capitis*, à nemine iudicatur.

# TOMO SEPTIMO.

## *Ex Paraphraſibus, in nouum Teſtamentum.*

*Epiſtola ad Carolum V. Cæſarem, poſt principium, lin. 13. deleantur illa verba:* niſi eas, quæ citra controuerſiam omnem. *Deleatur etiam præfatio inſcripta, Pio lectori, cuius initium eſt.* Memini, lector optime.

*Cap.1. pag.1 paulò poſt medium, deleantur illa verba*, Neque per Moſaycæ legis anxiam obſeruationem.

*Eodem cap. ante illa verba*, Liber generationis, *pag. 2. lin.4. deleatur ab illis verbis*, tantum adſit viuida fides, *vſq; ad*, dictabit Chriſtiana charitas.

*Cap.3. pag.13. poſt illud*, Tunc venit Ieſus à Galilæa, *ad medium paginæ, deleatur ab illis verbis*, Ioannes nondum planè certus, *vſq; ad*, eſſet filius Dei.

*Propè finem eiuſdem paginæ, deleantur illa verba*, veluti depoſita peccatorum ſarcina.

*Cap.5. pag.27. vltra medium paginæ poſt illud*, Dictum eſt, quicunque dimiſerit vxorem, *deleantur illa verba*, iam enim vxor eſſe deſijt, quæ ſe miſcuit alteri viro.

*Eod. cap. pag.26. lin.1. in paraphraſi ad illum locum*, Audiſtis, quia dictum eſt antiquis, *deleantur illa verba*, prorſus damnat omne iuſiurandum, vt iam fas non ſit iurare.

*Eadem pag. lin.14. deleatur ab illis verbis*, Neque opus eſt in contractibus, *vſq; ad*, iuſiurandum interceſſiſſet.

*Ead. pag. lin.21. deleantur illa verba.* Itaque cum in totum vetem iurare.

*Pag.27. lin.2. in illud*, Diliges proximum tuum, *del. illa duæ voces*, præceptum præcipuum.

*Cap.7. pag.36. in illud*, Nunquid colligunt de ſpinis vuas, *lin.13. deleatur ab illis verbis*, neque recipietis in regnum cœlorum, *vſq; ad*, non vt illos lædatis.

*In fin. eiuſdem capitis, pag.37. deleantur in illa verba*, Lex nihil aliud vetat, quàm occidere.

*Cap.8. pag.40. lin.8. in illud*, Et aſcendente eo in nauiculam, *deleantur illa verba*, Siquidem adhuc hominem tantum eſſe credebant.

*Cap.12. pag.55. paulò poſt medium, ad illa verba*, Dominus enim eſt filius hominis, *lin.31. deleantur illa*, ieiunium feſti dies.

*Cap.13. circa finem capitis, in illa verba*, Et cum conſummaſſet, *pag.84. lin.16. deleatur illud*, cuius artis ſciebant & Ieſum fuiſſe. *Et paulò poſt, lin.18. ibi*, nonne hic eſt Ieſus ille faber, *deleatur*, ille faber.

*Cap.15. pag.68. ad finem, deleantur illa verba ſuſpecta*, neque in iſtis rebus viſibilibus ſita eſt: ſed in affectibus animi.

*Cap.16. pag.72. lin.19. deleantur illa verba*, tantum maneat iſta ſolida profeſsio.

*Cap.18. pag.87. lin.21. deleatur ab illis verb.* Vis igitur veſtræ auctoritatis, *vſq; ad*, ſed in meo nomine.

*Cap.19. pag.80. in illud*, Si licet homini dimittere vxorem, *lin.14. deleatur ab illis verbis*, niſi forte quam

tè quam repudiat, *vſq, ad*, eſſe voluit, *Eadem pagina, prope finem deleatur*, quique ſuis fidit viribus.

*Eodem cap. pag. 81. in illud*, Ecce vnus accedens, *lin. 20. deleatur ab illis verbis*, neque vllũ eſt opus hominis, *vſq, ad*, æternæ vitæ.

*Cap. 21. pag. 86. circa finem, deleatur ab illis verbis*, Nihil enim populis, *vſque ad*, ſubire mortem. *Et paulò inferius, del. ab illis verb.* neque enim illum tantopere monebat, *vſque ad*, figurabat.

*Pag. 87. lin. 15. deleantur illa duæ voces*, Naturæ inſtinctu. *Lin. 25. deleantur illa verba*, quod ſpe deluſus eſſet.

*Cap. 22. prope finem, pag. 92. lin. 9. deleantur illa verba*, obſcurè quidem, & per ænigma.

*Cap. 27. pag. 109. lin. 10. deleatur*, Totam eam regionem. *Prope finem eiuſdem pag. deleantur illa verba*, Ac cæteris quidem digreſsis.

## *In Marcum.*

*Epiſtola ad Franciſcum Gallorum Regem, paulò poſt principium, pag. 115. deleatur ab illis verbis*, Sunt qui Romano Pontifici, *vſque ad*, & interim execramur, ac deuouemus Turcas.

*Eadem epiſtola, & pag. lin. 14. deleatur ab illis verbis*, Tam indecorum eſt euangelicum Regem, *vſque ad*, ne quid dicam inhoneſtius.

*Ead. pag. 115. prope finem, deleatur ab illis verbis*, Cæterùm quid frontis habent iſti, qui, cum ſe Chriſti Vicarios appellari gaudeant, *vſque ad*, auaritiam, ac faſtum.

*Eadem epiſtola, pag. 117. paulò poſt medium, lin. 33. deleantur illa voces*, leuiori de cauſa. *Et circa fin. eiuſdem paginæ, deleantur illa verba*, Cum leuioribus de rebus eſſet contentio.

*Ead. pag. lin. 19. à fine deleatur ab illis verbis*, Quanquàm ego malim eos corrigi, *vſque ad*, non rarò ſint impares in congreſſu.

*Cap. 1. paulò poſt principium, pag. 120. lin. 16. deleatur ab illis verbis*, & tamen horum, *vſque ad*, quem horret.

*Eodem cap. pag. 121. ad medium, deleantur illa verba*, Non ad vota, ſeu ieiunia.

*Eodem cap. pag. 123. lin. 4. deleatur ab illis verbis*, Et à Iudaiſmo longius, *vſque ad*, nihil differens à cæteris.

*Eod. cap. pag. 124. deleantur illa verba*, Quin potius ſemet, vt Ioannes, diſcipulum agebat.

*Eod. cap pag. 125. lin. 21. deleantur illa verba*, Lex Moyſi ſuis vmbris, victimis, ac terroribus, fecit hypocritas.

*Eadem pag. paulò inferius, lin. 33. deleatur ab illis verbis*, Tantum agnoſcite veſtram iuſtitiam, *vſque ad*, quiſquis crediderit promittenti.

*Cap. 2. pag. 132. circa finem, deleatur ab illis verbis*, Satis ſacrificauit, *vſque ad*, gratius holocauſtoma.

*Eod. cap. pag. 135. lin. 24. deleatur ab illis verbis*, Triſtia ſunt ieiunia, *vſque ad*, hilarem datorem.

*Eadem pag. prope finem, deleatur ab illis verbis*, Proinde meis diſcipulis, *vſque ad illa*, rebus corporalibus fidere.

*Pag. 136. prope finem, ibi*, Vt verè pijs quiuis dies ſit æquè ſacer, *deleatur vox*, æquè.

*Pag. 137. lin. 4. deleatur ab illis verbis*, Ita rectè negligitur, *vſque ad*, neque enim homo.

*Cap. 3. pag. 138. lin. 18. deleatur ab illis verbis*, Cæterùm Eccleſia Chriſti, *vſque ad*, neque claudos recipit.

*Cap. 5. pag. 150. prope finem, deleatur ab illis verbis*, Admonens ab vno Ieſu, *vſque ad*, non exprobrat, ſed ſanat.

*Cap. 7. paulò poſt principium, pag. 160. lin. 25. deleantur illa verba*, Vnde ferè naſcitur omnis inter homines calumnia. *Et paulò inferius, lin. 30. in illis verbis*, non vt perpetuò, ſerioque ſeruarentur, *deleatur*, illud ſerioque.

*Eod. cap. pag. 164. lin. 30. deleantur illa verba*, Neque ſibi vindicet poteſtatem abſoluendi.

*Cap. 10. pag. 168. ad finem, deleatur ab illis verbis*, Vxore mini, *vſque ad*, vna caro fieri non poteſt.

*Eod. cap. pag. 182. lin. 40. deleatur ab illis verbis*, Etenim qui præmij cauſa, *vſque ad*, præmio fruſtratur.

*Prope finem eiuſdem cap. pag. 184. circa finem, deleantur illa verba*, Contra Ieſus fidei tribuit ſalutem, non operibus.

*Cap. 11. pag. 186. paulò poſt medium, in illud*, Ite in caſtellum, *lin. 32. deleantur illa verba*, qui ſolus vult eſſe ſacerdotij princeps.



Digitized by Google

*Pag.187. lin.35. deleatur ab illis verbis*, Non magnopere, *vſque ad*, puritatem. *Et paulò poſt, lin.39. deleatur ab illis verbis*, qui facturus eſſet, ſi conſpiciat, *vſq; ad*, ſed omnia ſacra habent venalia.

*Cap.12. pag.190. in fine deleantur illa verba*, Ieſus tamen gerebat perſonam idiotæ.

*Pag.191. propè finem, deleatur illud*, Quæ figuram habent veræ pietatis potius, quàm rem.

*Cap.13. in principio, deleantur illa verba*, Iam deſiderio templi ſpiritualis nihil non faſtidit, & contemnit Ieſus, quod oculis corporalibus cernitur.

*Cap.15. pag.205. lin.22. in illud*, Verè homo hic filius Dei erat, *deleatur ab illis verbis*, tametſi Centurio, *vſque ad*, Deo charum.

## *In Lucam.*

*Epiſtola ad Henricum Angliæ Regem, pag.208. lin.24. deleantur illa verba*: De cuius auctore ſemper eſt dubitatum.

*Pag.209. lin.12. deleantur illa verba*, Et Moyſi præceptis, *vſq; ad*, non ſapiebat.

*Et paulò poſt lin.15. deleantur illa verba*, Tantum vt morbum agnoſcamus, & fidamus medico.

*Eadem epiſtola, pag. 219. lin. 19. deleatur ab illis verbis*, libri eorum, qui, *vſque ad*, ſeruata ſunt à Chriſtianis.

*Lin. vlt. eiuſdem paginæ deleatur illud*, Non meriti tui.

*Pag.220. lin.28. deleatur dictio*, Coitus.

*Et paulò poſt, lin.33. deleantur illa verba*, Vt congreſſum ſuſtinere poſsit. *Ad finem paginæ, lin.44. deleatur*, in hoc congreſſu.

*Pag.223. lin.41. deleantur illa verba*, Euangelij iuſtitia gratis conſtat ex fide.

*Cap.3. pag.236. in illud*, Facite fructus dignos pœnitentiæ, *lin.9. deleantur illa verba*, nihil opus eſt mutate veſtem, aut cibi genus.

*Eadem pag. lin.19. deleantur illa verba*, Delectius ciborum; triſtia ieiunia.

*Pag.251. lin.28. deleatur ab illis verbis*, Aliaſque magicas, *vſque ad*, exigatur ſpiritus.

*Cap.5. non longè à principio, pag.254. lin.17. deleatur*, Per fidem.

*Eod. cap. in illud*, Et ipſe præcepit illi, *pag.256. lin. penult. deleatur ab illis verbis*, nullũ aliud exigens ſacrificium, *vſque ad*, erat immolandum.

*Eod. cap. pag.260. lin.10. deleantur illa verba*, nullum exegit ieiunium.

*Prope finem paginæ deleatur ab illis verbis*, Sed qui ſuis diffiſi factis, *vſque ad*, nulla frangit aduerſitas.

*Cap.6. in illud*, Non eſt enim arbor bona, *pag.265. Paulò poſt medium, deleatur ab illis verbis*, Rurſum malum eſt quicquid homo malus facit, ſiue oret, ſiue non oret.

*Cap.7. in illud*, Quis eſt hic, vi etiam peccata dimitti? *pag. 272. poſt medium, deleantur illa verba, apud Eraſmum ſuſpecta*, Verum dominus Ieſus oſtendit illis per fidem euangelicam ſemel omnia peccata condonari. *Et paulò inferius, ante finem eiuſdem paginæ*, Iuſtitiæ Dei, quæ per fidem gratis datur. *Et ibidem deleatur illud*, Fidei ſimplicitate.

*Prope finem eiuſdem capitis, pag.273. lin.13. deleatur ab illis verbis*, Talis eſt ferè iuſtitiæ perſuaſio, *vſq; ad*, bonitatem calumniari.

*Cap.12. in illud*, Et omnis qui dicit verbum, *pag.294. ad medium, deleantur illa verba*, eodem in ſtatu fuerint homines, peruerſitatem illam imitantes.

*Cap.15. in illud*, Pater peccaui in cœlum, *pag. 309. lin.16. deleantur illa verba*, nullum exigitur ſupplicium: tantum reſipiuiſſe ſatis eſt amanti patri.

*Cap.18. in illud*, Et ipſi nihil horum intellexerunt, *pag. 321. lin.4. deleantur illa verba*, Fallens his nonnunquàm non modo populum, verùm etiam ipſos Apoſtolos. *Et paulò poſt, lin.7. deleatur ab illis verbis*, cum ſignificans ſuam doctrinam, *vſq; ad*, bibiſſet.

*Cap.19. in illud*, Et præcurrens aſcendit in arborem, *pag.323. lin.15. deleatur ab illis verbis.* alius oſtendit aliquem ex Phariſaico genere, *vſq; ad*, ô Iudaicum, & incredulum genus.

*Cap.21. in principio, deleatur illud*, Non æſtimari ex rebus viſibilibus.

*Cap.22. in illud*, Principes gentium dominantur, *pag. 341. lin.21. deleatur ab illis verbis*, Principes enim huius mundi, *vſque ad*, apud Deum præmij.

*Eod. cap. in illa verba*, Quando miſi vos ſine ſacculo, *pag. 342. lin.21. deleatur verbum*, Fallit. *Et lin.25. deleatur ab illis verbis*, quem niſi caſtigaſſet, *vſq; ad*, iniuria repellat.

*Cap.23. in illud*, Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum, *pag.348. lin.7. deleatur ab illis verbis*, qui ſuam mortem non lugubrem, *vſq; ad*, indecoram lamentationem.

*Cap.24. pag.355. lin.7. deleantur hæc verba ſuſpecta*, Diſcriminibus eſcarum, ieiunijs. *Et lin.14. eiuſdem paginæ deleatur illud*, qua per fidem gratis offertur innocentia.

*Eadem pag. lin. 35. deleantur illa verba,* Prohibens iurare: quod non prohibuerat lex prior.

*Eod. cap. pag. 356. lin. 9. deleatur ab illis verbis,* Iam enim pigebat Deum, *vſq; ad,* hominum ſtructum. *Et lin. 13. ab illis verbis,* nihil autem perpetuum, *vſq; ad,* qui eſt ipſa æternitas.

*Prope finem eiuſdem pag. 356. deleantur illa verba,* Quid autem exigit Chriſtus à ſuis, niſi fidem; *vſq; ad,* nolite credere.

*Pag. 358. lin. 5. deleantur verbum,* Spiritualiter.

## *In Ioannem.*

*Cap. 1. paulò poſt principium, pag. 375. ante finem, deleatur ab illis verbis,* Silentes interim, *vſq; ad,* temperantes.

*Pag. 375. lin. 26. in illis verbis,* Patrem quaſi refert, *deleatur vox,* quaſi.

*Eod. cap. in illud,* Quotquot autem receperunt eum, *pag. 379. ad finem, deleantur illa verba,* à quibus nihil exigitur, præter ſynceram fidem. *Lin. penult. eiuſdem, pag. ibi,* per ſolam fidem fierent filij Dei, *deleatur,* per ſolam fidem.

DEVTEROSES, ſiue Conſtitutiones quaſdam Iudæorum extitiſſe ſcribit Hieronymus in tertio Commentario Eſaiæ, & in quæſtione ad Algaſiam decima, & in tertium caput Epiſtolæ ad Titum; quas Conſtitutiones primi inter Hebreos ante Chriſti aduentum docuerunt Sammai, & Hillel, quorum ſcholam ſuſcepit Akibas Aquilæ proſelyti præceptor, & poſt eum Mayr; cui ſucceſsit Ioannan filius Zachai, & poſt eum Eliezer, & per ordinem Delphon, & rurſus Ioſeph, ac demum Ioſue vſque ad Hieroſolymæ excidium. Vide Sixtum in 2. lib. Bibl. Sanctæ in verbo, Traditiones.

DEXTER Paciani filius, clarus apud ſeculum, & Chriſti fidei deditus, fertur ad me omnimodam hiſtoriam texuiſſe, quam necdum legi. Hæc D. Hieronymus in Catalogo. Quem item huic ipſi Dextro, vt opinor, inſcribit. Sophronius autem Hieronymi familiaris, qui hunc librum Græcè vertit, indicat Dextrum hunc fuiſſe Præfectum Prætorio.

## D I

DIADOCHVS Epiſcopus Photices in vetere Epiro Illyrici, capita centum De perfectione ſpirituali Græcè ſcripſit, quæ Franciſcus Turrianus Societatis noſtræ theologus in Latinum vertit. Hunc fuiſſe è numero veterum Patrum teſtis eſt S. Maximus Confeſſor, qui Honorio Pont. Max. & Heraclio Imperatore, aduerſus Monothelitas certauit, & ſcripſit. Is enim in Reſponſis de obſcurioribus locis Scripturæ ſanctæ ad Thalaſsium meminit huius auctoris, cuius caput 100. de igne Purgatorio citat, & interpretatur; id quod auctoritatem Diadochi non parum commendat. Appellat præterea Patrem Diadochum honoris, vt mihi quidem videtur, & reuerentiæ gratia. Quin & Photius in ſua Bibliotheca, *Legi*, inquit, *librum centum capitibus comprehenſum, cum decem definitionibus, vice proœmij. Prima fidei cogitatio de Deo expers omnis paſsionis. Secunda ſpei, Peregrinatio mentis ad ea, quæ ſperantur. Tertia patientiæ, cernere oculis mentis Deum inuiſibilem, perinde ac ſi eſſet viſibilis, atq; ita perdurare. Quarta non auari, ita velle nō habere, vt alius vult habere. Quinta ſcientiæ, ſeipſum neſcire extra ſe poſitum in Deo. Sexta humilitatis, continua obliuio ſuorum rectè factorum. Septima vacuitatis iræ, vehemens deſiderium non iraſcendi. Octaua caſtimoniæ, ſenſus ſemper Deo adhæreſcens. Nona charitatis, valde eas diligere, à quibus iniuriam quis patitur. Decima perfectæ immutationis, reputare acerbitatem mortis, gaudium in Dei oblectatione. His definitionibus ſubiecta ſunt capita centum. Eſt autem hic liber ijs compoſitus, qui ſe ad perfectionem exercent: & ijs, qui ipſis actionibus perficientibus exercitati ſunt. Scientia enim per experientiam præcepta, facilè verbis docetur. Auctor verò, vt inſcriptio ipſius libri teſtatur, Diadochus eſt Epiſcopus Photices, quæ eſt in vetere Epiro.* Hactenus Photius. Reperit autem idem Franciſcus Turrianus in alio exemplari hac inſcriptione, quæ eſſe poteſt vitæ περιοχῆς argumentum & propoſitum explicantis, *Sermones iudicij, & diſcretionis ſpiritualis, Diadochi Epiſcopi Epiri, de cogitatione, & ſcientia, quomodo ad perfectionem vitæ, Duce Deo, peruenire oporteat, vt quiſq; noſtrum, ſecundum figuram Euangelicæ Parabolæ, fructum feramus.* Cum antea anno 1573. prodijſſet Florentiæ apud Bartholomæum Sermartellium, hac prænotatione.

*S. Diadochi Epiſcopi Photices in vetere Epiro Illyrici, capita centum de perfectione ſpirituali. S. Nili capita centum quinquaginta De oratione ad Deum. Franciſco Turriano, Societatis Ieſu, interprete è Græco, & prioris interpretationis correctione, collatis tribus peruetuſtis exemplaribus, & ſcholijs appoſitis.*

Cæterùm, cum hæc ſcolia, in Pariſienſi, quam diximus, editione, omiſſa fuerint, ſint autem pia, neque ob viri eruditionem aſpernanda, è re duximus fore, ſi vnde peti poſſint, indicaremus. Quin & extat Tomo 5. Bibl. SS. PP. Bignæi edit. 2.

DIAMPERIENSE Concilium Prouinciale habitū an. 1599. ab Archiepiſcopo Goenſi in Oppido Diamper, quod eſt in Aſia, propè Ciuitatem, quæ dicitur S. Thomæ, nō tam ſtatuit, quam ad effectum perduxit, quæ ad Catholicam religionem, atque ad diſciplinam omnem Eccleſiaſticam reſtituendam pertinent. Quod vt planius intelligatur, expedit, vt Epiſtolæ partem ad noſtros miſſam, ab eo qui toti rei interfuit, huc adtextam. Sic autem ſcribit. Archidiaconus paulatim ab Archiepiſcopi obedientia omnino ſe ſubtrahit, illumque comitari recuſat, excommunicatos ab Archiepiſcopo recipit, Patriarchæ nomen delendum negat; multa alia ſubmurmurat redolentia impietatem. Paucis poſt diebus Archiepiſcopus ſolemnem Ordinum celebrationem indicit. Archidiaconus autem maximum iuriſdictionis augmentum impedire laborat, timorem incutit promouendis, eorumque parentibus, ſed fruſtra. Sabbatho ante Dominicam Paſsionis plurimos ad ſacros ordines promouet, adminiſtrantibus, laudantibuſque vniuerſis Eccleſiæ Romanæ ſacras cæremonias. His abſolutis confert ſe *Carturem*, vt ibi Hebdomadæ ſanctioris Sacramenta peragat. Palmarum ramos ſolemni apparatu benedicit, quinta feria in Cœna Domini S. Chriſma conficit; pedes duodecim Sacerdotum abluit lachrymis, & aqua.



Digitized by Google

Sanctiſſimum Chriſti corpus de more ſepulturę mandat. Virtutem Spiritus ſanctus addit ſacris cęremonijs, maxima enim hominum frequentia tam diuinos intuens ritus Diuinitus mouetur; emolleſcunt lapides, petræ ſcinduntur, fluunt lachrymæ, talia ſiccis oculis contemplari vnuſquiſque ſacrilegium ducit, mixtis vocibus lachrimis omnes proclamant; Paſtor hic noſter eſt, nos oues eius, hũc omnes recipimus, huius vocem audire volumus. Babyloniæ mercenarij, lupi rapaces abeant in malam crucem, diſcedant à nobis Operarij iniquitatis, quoniam Dominus magnificauit facere nobiſcum; Romanæ Eccleſiæ filij ſumus; hanc omnium Eccleſiarum caput eſſe, atque magiſtram confitemur. Talia iam corde credentibus, ore, oculiſque confeſſio fiebat ad ſalutem. Quæ tũc eſſent Archiepiſcopi gaudia, qui animi ſenſus, lachrymarum impetus lætificantes Ciuitatem Dei declarabant. Sacroſancto Dominicæ Reſurrectionis die maxima pompa fit proceſſio. Pater Franciſcus Roz, grauiſſimam ad populum habet concionem, eo fructu, vt ſi quid veneni adhuc reſiduum latitabat, prorſus expelleret, vniuerſaque ciuitas cum Chriſto ad veram fidei Catholicæ vitam reſurgeret. Maximo igitur fructu redit Archiepiſcopus eo conſilio, vt ſi nolit obedire Archidiaconus, hunc deponat, alterum conſtituat; itaque ad illum litteras mittit admonens, vt reſipiſcat, & intra ſex dies quibuſdam conditionibus acceptis Vaipicottam ſe conferat, ſin minus, anathemate, vtpote pertinacem hæreticum, ſciat ſe publicè feriendum eſſe. Ipſe metu perculſus reſpondet conditiones oblatas ſe accipere, eique in omnibus parere paratum eſſe. Interim Patrem Franciſcum Roz rogat per litteras, vt eò ſe conferat, vbi ipſe ſtatutam diem expectabat. Pater paterno affectu admonet, hortatur, obſecrat, finem imponat ſcandalis, miſereatur animæ ſuæ, in quot pericula ſe conijciat, contempletur, Antiſtitis clementiam, & facilitatem agnoſcat, non abutatur patiẽtia Dei ad pœnitentiam ipſum vocantis; ne ponat ſpem ſuam brachiũ carnis, ſciat Reges omnes infideles, quorum auxilio defectionem aggreſſus erat, ei futuros parum fideles. Victus ille tandem, ſiue verbis Patris, ſiue metu accedit ad Archiepiſcopum; pius Pater filium prodigum amplectitur, largitur veniam, Crucem precioſiſſimam in amoris ſignum donat, maiora promittit, ſi perſtet in bono. Sequẽti die in Eccleſia indicit Concilium Prouinciale ad hæreſes extirpandas, mores corrigendos, ſuperſtitiones euellendas, omnia demum ad Diuinum cultum ſpectantia componenda. Conuocantur per litteras omnes Eccleſiaſtici ex omnibus oppidis præcipui viri quatuor ſtatuta die. Maxima omnium lætitia, ſummoque omnium conſenſu celebratum eſt in Oppido Diamper, in quo hæreſes omnes, earumque auctores, ſectatoreſque præcipuè, Babyloniæ Patriarcham anathematizarunt, Romanum autem Pontificem Chriſti Vicarium, & Eccleſiæ caput agnouerunt, eique obedientiam promiſerunt: nullumque Epiſcopum, niſi à Romana Sede deſtinatum recepturos ſe Sacramento obſtrinxerunt. Sub finem ſingulis Eccleſijs Parochi deputati ſunt, quod quidem in hac Diœceſi nouum fuit. Ad eorũ ſuſtentationem mille aureos è ſuis redditibus quotannis ipſe Archiepiſcopus aſſignauit. Inſumpſit in hac viſitatione pius Paſtor ferè ſex & decem millia, ſed fructu milleſimo. Peracta Synodo Archiepiſcopus totam Diœceſim viſitare aggreditur, vt executioni mãdentur, quæ legitimè decreta fuerant in Concilio. Statim igitur proficiſcitur Angamale (Metropolis eſt Diœceſeos, & Epiſcopi Sedes) excipitur ab omnibus maximo triumpho. Ipſum ſolum ſtratum candidis linteaminibus, floribus, frondibus reſperſum. Præibant triginta ferè viri ex nobilioribus læto tripudij genere, ſubſequebãtur alij ludentes armis maxima celeritate, plaudebat immenſa hominum multitudo manibus, vocibus, tympanis, tubarum ſono, magnis acclamationibus aërem complebant, nec deerant bellica inſtrumenta, quæ ex tanti viri aduentu acceptam lætitiam ceteris teſtabantur. Hic quatuor in Eccleſijs ſacro Chriſmate maximum hominum numerum confirmat; Sacerdotes clericique, qui Concilio non interfuerũt publicè hæreſes, & Patriarcham abiurant: Romano Pontifici obedientiam ſpondent, ſicut in Concilio ſancitum fuerat. Interim Pater Franciſcus Roz, & ego, libris examinandis incumbimus, delemus, ſcindimus, integra volumina in ignem conijcimus; quanta animi voluptate, explicare non poſſum. Duodecim pene dies in hoc labore conſumpſimus: volumina enim omnia tam defuncti Epiſcopi, quàm aliorum ſacerdotum, fidei Catholicæ puritati, aut flammis reſtituimus. Miraculo tribuebant omnes hoc opus: adeo enim prius libris ſuis addicti erant, vt à nobis nec aperiri paterentur. Iam verò pro libito eos abradere, detruncare, integroſque comburere non moleſtè ferebant. Proſecutus eſt Archiepiſcopus viſitationem, maxima, vt ipſe teſtabatur, animi ſuauitate. Vbique excipiebatur vt Paſtor bonus, ipſeque boni Paſtoris officium exequebatur; Confirmabat, pueros baptizabat, vxorati ſacerdotes expellabant ſocias; pueris puelliſq; indutus Pontificijs veſtimentis Doctrinam Chriſtianã per alumnos

Franc. Roz Soc. Ieſu, qui poſtea eius Tractus eſt creatus Epiſcopus.

noſtri Seminarij maximo fructu tradebat, concionabatur quotidie, perpetuas eleemoſynas pauperibus erogabat, accurrebant Reges Singuli Malabarum, vt viderent talem virum, tam humiliter, benigneq; ouiculas ſuas tractantem. Ipſe res omnes ad Eccleſiæ bonum ſpectantes ſtatuebat, ſuperpellicea, capſulamque Chriſmatis, aram conſecratam, veſtes ad faciendum ſacrum neceſſarias in ſingulis Eccleſijs collocabat. Baptizandi, inungendi infirmos; nuptias celebrandi modum à Patre Franciſco Roz è Latina in Syriacam linguam conuerſum vna cum doctrina Chriſtiana lingua Malauarica conſcripta ſingulis Parochis tribuebat; libros vbique examinabamus; expurgatis eis maxima diligentia, iam huius Eccleſiæ faciem alteram diceres; vbique enim in Eccleſijs Summi Pontificis nomē reſonat; Auguſtini, Hieronymi, Ambroſij, aliorumque Sanctorum quos Catholica veneratur Eccleſia, nomina ſanctiſſima exaudiuntur. Obmutuit Neſtorij, aliorumque Hæreticorum impudentiſſimum os; Sacramentorum vſus de more Eccleſiæ Romanæ frequētior, maximamque denique in omnibus ager Dominicus vbertatem promittit in ſegete. Hæc in genere; nam minutiſſima quæque ſcribere eſſet immenſum. Patres Societatis noſtræ proximorum ſalutis amore, indefeſſum laborē deuorabant, ducebant Archiepiſcopum, reducebantque, in omnibus conſilij, ſtudij, laboris participes effecti (vt melius dicam) Auctores. Agnoſcit ipſe Archiepiſcopus noſtrorum operam, prædicat diligentiam, laudat Societatis inſtitutum. Hæc Ioan. Maria Camporeus Societatis noſtræ ex Collegio eiuſdem Societatis, S. Crucis, Vaipicottæ in India Orientali 28. Nouemb. an. 1599. qui etiam adiecit quibus quiſque Neſtorianorum liber ſcatebat erroribus, quæ quidem omnia apud nos extant ab eodem ſcripta.

DIDACVS ab Alaba, De concilijs vniuerſalibus, Granatæ 1582.

DIDACVS Aluarez Metimnenſis, ſiue à Medina Ord. Præd. Commentaria in Eſaiam Prophetam iuxta ſenſum literalem, & moralem ann. 1599. Romæ apud Gulielmum Facciotum.

DIDACVS de anguas, ſiue *Ianguas*, Hiſpanus, Ord. Præd. Theologus, ſcripſit Tomos duos De Cardinalibus, & præcipuis Ieſu Chriſti Sanctorum Operibus, quæ feſtis eorum diebus in Eccleſia celebrantur. Pariſijs apud Nicolaum du Foſsè. 1605. quin & prodijt hac inſcriptione *Promptuarium Concionum feſtiualium totius anni, addita Dominicæ paſsionis explicatione.* Coloniæ apud Mylium, an. eod. 1605.

DIDACVS Couarruuias à Leyua Hiſpanus, I.C. inſignis, edidit cōmentaria ad Quartum Decret. Ad ſextum Decret. De Regulis Iuris. Ad Clementinas. De Homicidio. C.L. ſi furioſus. Libros tres Reſolutionum Variarum ex Iure Pontificio, Regio, & Cæſareo. Quæſtiones Practicas. Omnia ſimul excuſa Lugduni in Gallia an. 1568. Venetijs, 1571. At Francofurti ad Mænum eodem anno addiderunt Quartum ad tres libros Reſolutionum variarum. Scripſit quoque Collationum veterum Numiſmatum cum ijs, quæ modo expenduntur publica, & regia auctoritate percuſſa.

DIDACVS Deza, Tori, quod eſt Oppidum in Hiſpania, natus, Ord. Præd. qui Theologiam Salmanticæ ante Franciſcum Victoriam eſt publicè profeſſus, deinde Archiepiſcopus Hiſpalenſis, & ſupremus hæreticorum Inquiſitor in Hiſpania, cum & fuiſſet Principis Hiſpaniæ præceptor, ſcripſit pro S. Thoma aduerſus Magiſtros Nicolaū, & Matthiā, ſuper additiones Pauli Burgenſis, quo vniuerſas ſentētias D. Thomæ complectitur, quas ijdem ex illius expoſitionibus in varios Scripturæ libros collegerāt. Editus eſt liber Hiſpali, an. 1591. Scripſit etiam Monoteſſaron Euangelicum, quod Comentarijs illuſtratum aſſeruari dicitur in Collegio Dominicanorū, quod Hiſpali extruxit. Atqui & in Biblia, nec non in alia eum exaraſſe refert Antonius Senenſis Luſitanus. Sermones item complures; atque Expoſitionem in Orationem Dominicam. Quin & in libros Sententiarum, ea ſcribendi ratione, qua vſus eſt Ioannes Capreolus, qui D. Thomæ doctrinam egregiè tuetur. Hæc verò Hiſpali quoque prodierunt in lucem. Denique cum Archiepiſcopus Toletanus fuiſſet renunciatus ante adaptum illud Sacerdotium in Hiſpania primarium, deceſſit è vita. Claruit an. 1515.

DIDACVS Deza, vide in verbo, Diegus, Deza.

DIDACVS Dieſt Bolcēſis Canonicus Reg. in eadem Eccleſia, præter phyſicos libros, quædam Theologiæ Opuſcula, vt ſignificatum eſt mihi ab Aſcanio Martinengo Abbate Canonicorum Regularium, ſed inſcriptiones librorum non miſit.

DIDACVS, (alijs Alphonſus) Horozquius, Hiſpanus, Ordin. Præd. varijs in Ordinis ſui prouincia Segobienſi muneribus functus, ſcripſit Hiſpanicè quidem Sermones de Feſtis Beatiſs. Virginis, Latinè verò Quadrageſimales, & Dominicales per ann. Viuebat ann. 1570.

DIDACVS Nauarrus Vitam, Mortem, Miracula, S. Franciſci; totiuſque illius benedicti ordinis Hiſpanicè reddidit è libro, quem de ijſdem Luſitanicè conſcripſerat Marcus Vlyſſipponenſis. At & idem Italicè verſus prodijt Brixiæ an. 1581.

DIDACI Paynæ Andradæ Luſitani, Defenſio Tridentinæ fidei Catholicæ, quinque libris comprehenſa, aduerſus hæreticorum calumnias, & præſertim Martini Kemnitij, Olyſſiponæ apud Antoninum Riberum 1578. ſed poſtea Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium an. 1580. quo tempore Didacus viuebat. Eiuſdem Orthodoxorum explicationũ libri decem, in quibus egregie decus religionis, & ſplendor aperitur, potiſſimum contra Martinum Kemnitium. Venetijs 1592.

DIDACVS de Roſerio, Luſitanus, Ord. Præd. varijs in ſua Luſitanica Prouincia muneribus functus, Sanctorum Hiſtorias, Archiepiſcopi Bracarenſis iuſſu, conſcripſit, quibus Conciones adiunxit, & quidem Luſitano idiomate duobus magnis voluminibus, quę prodierunt in lucem Bracariæ an. 1563. in Luſitania.

DIDACVS Stella Luſitanus, Ord. Miorum Prouinciæ Caſtellæ, qui deniq; obijt Epiſcopus. ſcripſit De contemnendis Mundi vnitatibus libros tres, qui ex Italica lingua in Latinam tranſlati, emiſſi ſunt à Petro Burgundo Societatis Ieſu. Coloniæ an. 1585. & 1587.

Et librum de modo concionandi, Atque explanationem in Pſal. 136. Incipit, *Super flumina.* Coloniæ ann. Dom. 1587. De Amore mundi patria lingua.

Vberes commentarios in Euangelium Lucæ, è quibus, (quæ quidem impreſſa ſunt Cõpluti, ſiue alibi ante annum 1581) expungenda eſſe Theologi Hiſpani in ſuo expurgatorio Indice monuerunt, que mox ſubijcientur. Sed Index Romanus prohibuit, quæ ante annum eundem 1581. prodierunt. Cum autem quarta iam editione an. 1591. & quinta anno 1607. Antuerpiæ apud Petrum Bellerum eiuſve hæredes prodierint elimatæ, vt titulus libri præfert, fieri poteſt, vt ea nouiſſima editio non egeat iſta, quæ reliquis adhiberi poteſt, expunctione, quod tamen viderit Lector. Sic verò Hiſpani Theologi.

## *Tomo Primo.*

Fol. 54. colum. 2. ante finem in 1. editione tantum, deleantur illa verb. *Sed, quia hoc facere non eſt in hominis poteſtate, non dixit, induite, ſed induimini, ideſt, rogo, vt patiamini Chriſto indui.*

Fol. 12. col. 1. ad fin. & in 2. èdit. fol. 16. col. 1. poſt med. vbi dicitur, *Secundo docemur, prædeſtinationis eſſe ſignum euidentiſsimum, & maximæ amicitiæ cum Deo.* Deleantur illa duo verb. *euidentiſsimum, & maximæ.*

Fol. 20. colum. 3. ad medium in 1. editione tantum, deleant. illa verb. *Verum enimuero crediderim ego neminem poſſe diu in mortali peccato perſiſtere, quin dubius in fide ſit, aut in hæreſim labatur.*

Fol. 64. col. 4. poſt initium, in 1. editione tantum, deleantur illa verb. *Nullus protrahere moras in peccato mortali poteſt, quòd in rebus fidei etiam non vacillet, & dubitet.*

Fol. & col. eiſdem, in prima editione tantum, vbi dicitur, *Fides totum Chriſtianorum bonũ eſt,* del. verbum, *totum.*

Fol. 163. col. 1. circa princ. in 2. editione, fol. 226. colu. 1. in princip. deleantur illa verba. *Immundum quidem, & ſpurcum animal eſt opus mortali culpa affectum, quamuis moraliter bonum ſit;*

Ibid. in vtraque editione, paulo inferius, del. illa verba. *Doctor ille legis, qui Chriſtum fuit percontatus, &c.* vſque ad illud, ſexta inferius linea, *& quòd Dæmon aduerſus illum minus præualeat.*

Ibid. in 1. editione, col. 4. ad fin. & in 2. fol. 227. col. 2. poſt initium, vbi dicit, *Ita Deus præcipuus auctor eſt ægritudinis animæ,* del. vox, *ægritudinis,* & legatur, *ſalutis.*

Fol. 165. col. 2. poſt initium, & in 2. editione fol. 230. col. 2. ad finem, deleantur illa verb. *Hæc autem confidentia vocatur fides pro formali: quia credere pro materiali eſt, &c.* vſque ad finem, annot. nempe locum, vbi verba textus recurrunt.

Fol. 191. col. 1. poſt initium, & in 1. editione tantum, vbi dicitur: *Ita enim per omnia in iuſtificatione impij contingit,* del. verbum, *per omnia.*

Fol. 295. col. 4. poſt initium, & in 2. editione, fol. 271. col. 2. ad med. del. illa verba. *Chriſtus directè voluit, quòd Iudæi non intelligerent parabolam.*

Fol. 212. col. 4. ad med. & in 1. editione tantum, vbi dicitur. *Sic Chriſti virtus ſanauit hanc mulierem, ea dumtaxat ratione, quia fidem habuit,* del. verbum, *dumtaxat.*



Digitized by Google

*Tomo Secundo.*

Fol.18.col.3.poſt medium, & in ſecunda editione fol.25.colum.2 poſt medium, deleatur ab illis verbis: *vt in ciuitate bene conſtituta, &c.* vſque *ad cæremonijs omnibus, quas Eccleſia ſeruat.*

Fol.20.col.1.ad fin.& in 2.edit.fol.27.prope med.vbi legitur, *Aeqealiter diſpoſuit,* del. particula, *æqualiter,* & ponatur eius loco: *non ita.*

Fol.24.col.1.poſt princ.& in ſecunda editione,fol.32.col.4. ante medium, vbi legitur: *Recte inquit deſceudebat:eam nemo niſi pecunijs,&c.* deleatur dictio *nemo,*& loco *niſi* legatur *ſi,* & ſtatim loco *vel,* legatur *&.* Et inferius paulò poſt, vbi dicitur: *Id omne conſequeris*, deleatur vox, *omne.*

Fol.32.col.2.in med.& in ſecunda edit.fol.44.col.1.ad fin.vbi dicitur: *Turcis, & infidelibus, nec ipſis cathecumenis licet, Deum patrem vocare,* vt Auguſt.ait del.illa verb. *Nec ipſis cathecumenis licet.*

Fol.33.col.2.in princ.in 1.editione tantum,del. illa verb. *Quia nos non meremur beatitudinem de condigno.*

Fol.eod.col.3.ante med.& in 2.editione,fol.45.colum.4.poſt princicium,deleantur illa verba. *Vnde ſi aliquis ſit, quem Deus ad hoc non iuuet, &c.* vſque ad illud, *Ac ſi Deus illum impediret.*

Fol.34.col.2.ante fin.in 1.edit.tantum,del.illa verb. *& de reatu pœna, non de offenſa culpa loquitur hic Lucas.*

Fol. 36. colum. 4. ante med. in 1. tantum editione, deleantur illa verba. *Nonne conſideras graue eſſe peccatum, cum tu canis, &c.* vſque ad illud. *Verum etiam actu peccas propter irreuerentiam.*

Fol,50.col.1.circa fin.in 1.editione tantum, deleantur illa verba. *Et diſertos omni bono nos relinquit.*

Ibidem,col.3.& ſecunda edit.fol.68.colum.2.in fine deleantur illa verb. *Et ſicut mors corporis hominem exuit quocunque bono corporali,&c.* vſque ad illud, *Vt peccator apud ſe retineat:omnia enim aufert.*

Ibid.10 poſt linea,in 1.edit. tantum,del. illa verb. *Et cum ipſo omnia alia bona, quæ intelligi, & cogitari poſſunt.*

Fol.59.col.3.poſt med. & in ſecunda editione fol. 80. col. 4. in principio deleantur illa verba. *Ex his patet, quàm vehementer viri alias eruditiſſimi, &c.* vſque ad illud. *Chriſtus reſurrexit, ſed.*

Fol.61.col.1.ad med.& in 2.edit.fol.82.col.4.poſt initium, vbi legitur: *Nam loca illa bene intrabant Laici: quia Chriſtus, qui perfectè erat laicus, ſcilicet ex Iudæ tribu.* Deleãtur illa tria ver. *Perfectè, laicus, ſcilicet.*

Fol.62.col.3.ad fin. & in 2.edit.col.4. ad finem deleantur illa verba. *Et modo corrupta eſt Eccleſia.*

Fol.64.col.4.& in 2.edit.fol.87.col.4.vtrobique poſt princ.del.illa verb. *Quia Deus inferni ignem,& tormenta non parauit hominibus,&c.* vſque ad illa verb. *Quia ille in beatitudinem æternam creauit homines, non in ignem.*

Fol.67.col.1.ante med.& in 2. edit.fol.90.col.4. in fine vbi legitur. *Niſi quia mortui ſunt in fide,* dicatur. *Niſi quia mortui ſunt in fide viua.*

Fol.73.col.1. ante med. & in 2.edit.fol.99.col.1.poſt med.del. illa verba. *Non autem diuitum,& eorum,qui omnibus abundant.*

Fol.81.col.4.poſt med.in 1.edit.tantum,vbi dicitur, *Bene quidem cognoſcitur, pœnitentiam, quæ in hora mortis fit, falſam eſſe,* dicatur, *ſæpenumero falſam eſſe,*

Fol.98.col.3.poſt med. in 1.edit.tantum,del. illa verb. *Si D.Petrus, cum Chriſtum negauit, moreretur,&c.* vſque ad illud *gloria in æternum prohiberetur.*

Fol.118.col.2.poſt med. in 2.edit.fol.161.col.1.circa med.del. illa verb. *Quapropter mirari ſatis non poſſum, quaſi adeo delirauerint illi, qui per nonaginta nouem oues, &c.* vſque ad illa verba. *Quare centum potius, quàm alium numerum, poſuit.*

Fol.120.col.4.ad med,in 2.edit.fol.164.col.2.in fin.del. illa ver. *Vt omnes interpretes, quos adhuc viderim,&c.* per tres circiter columnas, vſque ad, *Valde errant, qui rem adeo præcipuam acceſſoriam faciunt.*

Fol.130. colum. 2. ante medium & in 2.editione fol.177.colum.2. prope finem, ibi legitur. *Eodem modo huic Dominus oculos naturales liberi arbitrij aperuit*, deleatur particula,

*natura-*

*naturales.* Et inferius quarta poſt linea in vtraque editione, deleantur illa verba. *Hoc autem naturaliter per liberum arbitrium fit.* Et in particula ſequenti deleatur vox, *naturalem.*

Fol. 134. col. 3. ad fin. & in 2. edit. fol. 183. col. 2. ad fin. deleantur illa ver. *Nam non ſequitur, vt ij, quibus peccata dimiſſa ſunt, ſint ipſo iure in amicitiam, & gratiam recepti, poſſet namq; Deus vnum ab altero ſeparare: ita videlicet, vt peccata dimittat, nec tamen gratiam concedat.*

Fol. 139. col. 1. ad med. & in 2. edit. fol. 189. col. 1. poſt initium, deleantur illa verba. *Vide, quotieſcunq; in ſacra Scriptura multa legis miracula, effectuſq; ſumma admirationis, fidei virtute, fuiſſe præſtitos, intelligere debes hoc de viua fide, & non de mortua, quia, vt Dialectici aſſerunt, analogum per ſe ſumptum ſtat pro famoſiori ſignificato.*

Fol. 140. col. 3. paulo poſt princ. in 1. editione tantum, deleantur illa verb. *Non Domini, vt nonnulli falſa ducti opinione ſeminant.*

Fol. 167. col. 2. circa finem in 1. editione tantum, vbi legitur, *Obſerua autem quantum malum ſit ingratitudo, quod Chriſtus ita ſcandalizatur, quod* del. *ita ſcandalizatur, quod.*

Fol. 187. col. 1. ante med. in 2. editione tantum, del. illa verb. *Poſtremo expende, &c.* vſq; ad, *quacunque perſecutione euaneſcit.*

Ibid aliquanto inferius, in prima editione tantum, del. illa verba. *Quin nec Deus fidei demortua, &c.* vſque ad, *Feruoroſa, vt in hoc caco videmus.*

Fol. 190. col. 4. ad med. in prima editione tantum, del. illa verb. *Itaque ſi certum eſt etiam peſſima opera, recta animi intentione facta, Deum reſpicere, quanto, obſecro, cuius erit bona opera, cum ſana animi voluntate facta, gratiora fore coram oculis Domini?*

Ibid. paulò inferius in 1. editione tantum, del. illa verb. *Non enim exaudit Deus vota impiorũ: at illorum deſiderijs animum applicat, qui viua fide illum inuocant.*

Fol. 191. col. 2. ad finem, & in 2. editione 263. col. 2. ad finem, deleantur illa verb. *Proditorẽ Iudam impellit: quia iam cruci affixum eſſe ſummopere cupiebat, vt animas noſtras à tyrannide, & captiuitate eriperet.*

Fol. 197. col. 1. ante med. & in 2. editione, fol. 271. col. 1. poſt med. vbi legitur. *Negatiuis præceptis*, del. vox, *negatiuis*, & ponatur *affirmatiuis.*

Fol. 207. col. 1. ad finem, & in 2. editione, fol. 285. col. 1. ante med. del. illa verba. *Præterea ſacra loca, & id genus homicidarum, &c.* vſque ad illud. *Ita nec ſacra loca ſanctos efficiunt homines.*

Fol. 220. col. 2. ad med. & in 2. editione, fol. 303. col. 2. prope fin. del. illa verba. *Vult Dominus altare terreum: non autem marmoreum conſtruimus, &c.* vſque ad illud in prima editione. *Damnatq; faſtum, & ſuperbiam.* At in ſecunda editione, del. vſque ad illa verba. *Arbitramur enim Deum noſtris vanitatibus delectari.*

Fol. eod. col. 3. poſt initium, in 1. editione tantum deleantur illa verb. *At Chriſtus Dominus abominatur redditus temporales, ſumptuoſa ædificia, & ornatus templi, quando Sacerdotes praui ſunt, & habitatores templi impiè viuunt.*

Fol. 222. col. 2. ante med. & in 2. editione, fol. 306. col. 3. in princ. vbi legitur. *Quandoquidem omnium maximum ſupplicium* dicatur, *quandoquidem non omnium maximum.*

Fol. 225. colum. 4. ad finem, in prima editione tantum, deleantur illa verba. *Nimirum poſt finem ſeculi.*

Fol. 246. colum. 1. ad finem. & in ſecunda editiona, fol. 339. col. 3. in princ. vbi legitur: *Ita vt eius digitus in eis nihil poſſet imprimere, nec eorum corda obſtinata, & malitia plena ſignare*, deleatur verbum, *poſſet*, & vbi eſt, *imprimere*, dicatur, *imprimeret*, & vbi eſt, ſignare, dicatur, *ſignaret,*

Fol. 248. col. 1. circa med. in 1. tantum editione, deleantur illa verba: *Quia nulla res adeo peccatum ſanat, & deſtruit, vt Chriſti Domini memoria.*

DIDACVS Stunica Salmanticenſis, Auguſtiniani Ord. ſcripſit in Iob Commentaria iuſtæ magnitudinis: quibus triplex eius editio vulgata, Latina, Hebræa, & Græca, Septuaginta interpretum, necnon & Chaldæa explicantur, & inter ſe, cum differre hę editiones videntur, conciliantur, & præcepta vitæ cum virtute colendæ moraliter deducuntur. Excudebat Ioannes Rodericus Toleti anno Dom. 1584. Romæ autem excuſus eſt poſtea anno Dom. 1591.

DIDACVS Tapia Hiſpanus, Ord. D. Auguſtini, Commentaria edidit in tertiam partem D. Thomæ. Salmanticæ 1590.

DIDACVS Valades, Ord. Minorum, functus in Vrbe Procuratoris Ordinis officio, & in propaganda apud Indos Euangelica vinea operam ſuam præſtans, Magiſtrum Sententiarum in Epitomen redegit, ac Rhetoricam Chriſtianam conſcripſit, quæ Peruſij prodijt an. 1579. & 1583. Viuebat ann. 1570.



Digitized by Google

DIDACVS Vega Toletanus, Ord. Minorum, Conciones Veſpertinas Quadrageſimales compoſuit; in ſeptem pœnitentiales Pſalmos ſcripſit, quæ prodierunt primo in Hiſpania, deinde Lugduni in Gallia apud Horatium Cardonem 1600. Venetijs verò apud Societatem. Venetam 1602.

DIDACVS Ximenius Arias, Hiſpanus, Ord. Præd. Lexicon Eccleſiaſticum collegit, & Sermonem de S. Maria Magdalena, quaſi libellum, Hiſpanicè edidit Toleti an. 1570. Præterea, Enchiridion doctrinæ Chriſtianæ. Huius autem & primi Operis ipſe meminit in Epiſtola dedicatoria, quam præfixit libello de B. Maria Magdelena: qua in Epiſtola inquit ſe Portugalliæ Regibus, & Catholico Regi Philippo nonnulla alia dicaſſe.

DIDACI Ximenij, Kalendarium perpetuum ſecundùm inſtituta Fratrum Præd. Tabulis 36. conſtans, Antuerpiæ 1566.

DYDIMVS Alexandrinus (inquit Hieronymus) captus à parua ætate oculis, & ob id elementorum quoque ignarus tantum miraculum ſui omnibus præbuit, vt Dialecticam quoque, & Geometriam, quæ vel maximè viſu indiget, vſque ad perfectum didicerit. *Is plura opera, & nobilia conſcripſit.* Commentarios in Pſalmos omnes, Commentarios in Euangelium Matthæi, & Ioannis: dogmatibus, & contra Arianos, libros duos: & de Spiritu ſancto librum vnum, quem ego in Latinum verti. In Eſaiā Tomos 18. Oſeam, ad me ſcribens, Commentariorum libros tres. In Zachariam, meo rogatu, libros quinque, & infinita alia, quæ digerere, proprij iudicis eſt. Viuit vſque hodie, & octogeſimumtertium ætatis exceſſit annum.

Catal. Script. Eccleſiaſt. Vide Notas Suffridi Petri m.s. Codices habent. Et Commentarios in Iob.

Lib. 4. Bibl. Sanctæ.

At Sixtus Senenſis ait. Dydimus Alexandrinus, vir admirabilis, & omnis generis eruditione florens, cum admodum iuuenis eſſet, & prima Grammatices rudimenta didiceſſet, in morbum oculorum incidit, quo ita malè affectus fuit, vt viſus amiſerit acumen. Deus verò illi pro corporeis oculis, ſpirituales præſtitit. Nam & Rethoricam cæcus apprehendit, & ad Philoſophica progreſſus, ſtupendo quodam modo Dialecticam edidicit, & Arithmeticam, Geometriam, Muſicam, & reliquas Philoſophorum diſciplinas in animum ſuum recondidit. Quin & Diuina Veteris, ac noui Teſtamenti oracula exactiſſimè tenuit, & Origenis Periarchōn expoſuit, & Commantarios in illud euulgauit; quibus illa, quæ in ipſo ſunt, bene eſſe ſcripta contendit. Huic Antonius Magnus monachus, cum eo Alexandriæ congreſſus, dixit: *Nihil, ô Dydime, turbet te corporalium oculorum iactura: talibus enim deſtitutus es oculis, quibus & muſcæ, & culices videre poſſunt: ſed lætare, quòd oculos habes, quibus Angeli vident, & Deus conſideratur, & lux illius apprehenditur.* Ad quam ſententiam alludens Diuus Hieronymus Didymi in ſacris literis diſcipulus in Epiſtola ad Paulinum, *Didymus, inquit, meus oculos habens ſponſæ de Cantico Canticorum, & illa lumina, quæ in candentes ſegetes ſublimare præcepit Ieſus, procul altius intuetur, & antiquum nobis morem reddit, vt & videns vocetur propheta. Certè qui hunc legerit, Latinorum furta cognoſcet, & contemnet riuulos, cum cæperit haurire de fontibus. Imperitus ſermone eſt, ſed non ſcientia, Apoſtolicum virum ex ipſo ſtylo exprimens tam ſenſus lumine, quàm ſimplicitate verborum.* Hic ergo plura & nobilia Commentaria per Notarios dictauit: quorum tota ἐξήγησις (vt Hieronymi vtar verbo) allegorica fuit, & hiſtoriæ vix pauca attingens. De quorum numero maximè inſigna ſunt:

Commentariorum in Iob, lib. 3.
In Pſalterium, lib. 1.
In Eſaiam ab initio 40. ca. vſque ad finem, Tomi 16.
Ad Hieronymum presbyterum, in Oſeam, lib. 3.
Ad eundem, in Zachariam, lib. 5.
In Matthæum, lib. 1.
In Ioannem, lib. 1.
In Epiſtolas Pauli, lib. 14.
In Epiſtolas Catholicas, lib. 7.
Claruit Theodoſio Magno, an. Dom. 390.

Extat verò eiuſdem Didymi enarratio in Epiſtolam Iacobi, in duas Petri, in tres Ioannis, in vnam Iudæ. Et hanc quidem enarrationem legimus ex vetuſtiſſimo in membranis manuſcripto codice deſcriptam fuiſſe, in qua paucula deſiderari videntur.

To. 4. Annal.

Sed Baron. Card. *Meritam* (inquit) *omnium penè mercium iacturam fecit, qui naufragium eſt paſſus in fide. Etenim conſtat, vix Commentarium de Spiritu ſancto, & expoſitiones in Epiſtolas Canonicas, reliquas eſſe ex tot, tantiſq; ab eo Commentarijs elaboratis.*

Sanè verò Franciſcus Turrianus noſter, Didymum Alexandrinū contra Manichæos aſſecutus, Latinum fecit è Græco, quorum vterque m. s. apud nos extat nondum prelo datus, quem ad finem huius litteræ D inſerere operæpretium fuit, vt quale in hoc etiam argumento fuerit ipſius ingenium, liqueat doctis. Cæterum libri tres Dydimi de Spiritu ſancto, & breuis ad Epiſtolas Canonicas enarratio, extant in To. 9. Bibl. SS. PP. Bignæi, edit. 2. Extat vero liber De Spiritu ſancto inter Opera Hieronymi, à quo, vt ex illomet diximus, fuit verſus in Latinum.



Digitized by Google

DIEGERVS, ſiue Vigerus, Germanus, monachus S.Aurelij Hirſaugiæ in Germania, & Abbas monaſterij Sancti Georgij in Nigra Sylua, creatus Epiſcopus, an. Dom.922. cui cum laude præfuit annis 10. cumque poſteris ingenij ſui nonnulla monimenta reliquiſſet, obijt an.931. Tritemius, li.4.c.259. qui tamen non meminit, quænam illa fuerint monimenta. Quare viderint, qui adhuc in eo monaſterio viuunt (ſi qui viuunt) nunquid inuenire poſſint, quod Reip. Chriſtianæ ſit vtile.

DIEGVS Deza. Vide in verbo, Didacus Deza.

DIEMO vir Sanctus, & Benedictinus, monachus Germanus, vitas aliquot Sanctorum ſcripſit, viuebat an.1131. Eiſingr.

DIMALDVTIVS Foroliuienſis, Ord. Auguſtiniani, reliquit de Reſurrectione mortuorum Volumen. Incipit, *Nolumus vos ignorare.* Extant Florentiæ in Bibl. fratrum Seruorum, vna cum alijs pleriſque Opuſculis Aegidij Romani, Auguſtini de Ancona, Petri Bruniquelli, & aliorum eiuſdem ordinis: Tractatum item de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ: Sermones in Euangelia Dominicalia totius anni quæ incipiunt. *Virgam virtutis tuæ.* Sermones in Epiſtolas Dominicarũ totius anni. *Fili ſuſcipe ſententiã patris tui.* Sermones Quadrageſimales in Epiſtolas, & Euangelia. Sermones de feſtis totius anni. *Corde creditur ad iuſtitiam.* Sermones ad Clerum, vt habetur in Sermone in Euangelium. *Ille arguet mundum de peccato.* In Dominica quarta poſt Paſcha. Quæ omnia aſſeruabantur Bononiæ in Bibl. S. Iacobi apud Auguſtinianos. Ioſeph Pamphilus.

DINAMIVS vir illuſtris ac patricius, ſcripſit plenam virtutum vitam S.Marij, qui fuit Abbas Bobacenſis Cœnobij.

DINGOLVINGENSE Concilium ab Epiſcopis habitum in loco, qui ab accolis Dingoluingen dicebatur, celebratum eſt procurante Carolo Magno, ſub Adriano Papa I. in Bauaria, cuius Concilij fragmenta accepta à Marco Velſero viro illuſtri Card. Baron. 9. ſuorum Annal. Tom. ſub an.772. inſeruit.

Et quidem celebratum eſt ann. Dom. 772. ſub Duce, ſiue Rege Baioariorum Thaſſilone de Diſciplina Eccleſiaſtica, & laicorum moribus. Quod extat in quinto rerum Boicarum libro, eiuſdem Marci Velſeri V.C. cum nominibus Epiſcoporum, qui interfuere, fragmentiſq; Decretorum, quæ accuratè conquiſita collegit. Reperies idem To.3. Conc. parte 1. edit. Col. nouiſſimæ.

DINVS, quem alij *Dynum* ſcribunt, Mugellanus, Prætor illa, quæ in Codicem, in Digeſtum vetus, & nouum, atque in Infortiatum, & alia Ciuilis iuris ſcripſit, primus poſt Archidiaconum doctè interpretatus eſt ſextum Decretalium Bonifacio VIII. Pontif. Max. mandante, & Commentarios in Regulas Iuris Pontificij; Qui cum Nicolai Boerij Notis Coloniæ prodierunt anno 1569. vti & Tractatus de præſumptionibus, an.1579.

DIODORVS Tarſenſis Epiſcopus, dum Antiochiæ eſſet presbyter, magis claruit. Extant eius in Apoſtolum commentarij, & alia multa, ad aliquorum characterem pertinentia, quorum cum ſenſum ſecutus ſit, eloquentiam imitari non potuit, propter ignorantiam ſecularium literarum. At Theodoretus libro Eccleſiaſticæ hiſtoriæ c.3. ipſius mentionem faciens, ſic ſcribit. *Diodorus Tarſenſis Epiſcopus, multos libros conſcripſit, & quoniam nudæ diuinarum ſcripturarum literæ erat intentus, theorias earum ſubuertit.* Atque hoc idem eidem tribuunt Sozomenus lib.8. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ c.2. & Nicephorus in 14. Hiſtoriæ libro inquiens; *Diodorus Tarſenſis Epiſcopus, multos ſcriptorum ſuorum libros in vtrumq; teſtamentum reliquit, in quibus tantum in litteræ ipſius expoſitione occupatus eſt, abſtruſiorem, ſublimioremq; ſcripturæ ſenſum, & contemplationum ſpeculationes declinans: qua in re etiam præcipuè ſectatus eſt eum diſcipulus eius Ioannes Chryſoſtomus.* Vixit an. Dom.360.

Ceterum, Suidas è Theodoro Anagnoſte ſcriptorum Diodori catalogũ accuratè colligit, qui huc pertinet. *Diodorus monachus, temporibus Iuliani, & Valentis, Epiſcopus Tarſi Ciliciæ, ſcripſit varia (vt Theodorus Anagnoſtes in Eccleſiaſtica hiſtoria meminit) quæ ſunt. Interpretatio in totum vetus Teſtamentum, Geneſim, Exodum, & reliqua, in Pſalmos, in 4. libros Regum, in ea, quæ in Paralipomenis deſiderantur, in Prouerbia. Quod nam ſit diſcrimen contemplationis, & allegoriæ, in Eccleſiaſten, in Cãticum Canticorum in Prophetas, Chronicon, quo erratum Euſebij Pamphili de temporibus corrigit, in quatuor Euangelia, in Acta Apoſtolorum, in Epiſtolam Ioannis Euangeliſtæ, Deum vnum docens eſſe in Trinitate, contra Melchiſedecitas, contra Iudæos de reſurrectione mortuorum, de anima contra diuerſas de ea ſectas, ad Gratianum capita; contra Aſtronomos, & Aſtrologos, & Fatum, de Sphæra item, ac de ſeptem Zonis, & de annuo aſtrorum progreſſu; de Hipparchi ſphæra, de prouidentia contra Platonem, de Deo & Dijs, de natura, & materia, vbi tractat, quid iuſtum ſit, de Deo, & falſa Græcorum materia, & natura. Quæ ſub aſpectu non cadunt, non ex elementis, ſed vna cum elementis eſſe facta ex nihilo: Ad Euphronium philoſophum per interrogationem, & reſponſionem, contra Ariſtotelem de corpore cæleſti, quomodo calidus ſit*



Digitized by Google

*Sol, Contra eos qui animal dicunt eſſe cœlum, quomodo ſemper ſit Opifex, Opificium autem non ſemper, quomodo velle, & nolle inſit æterno Deo, contra Porphyrium, de animalibus, & victimis.* Hæc Suidas, Sixtus verò Senenſis ait Diodorum hunc fuiſſe Io. Chryſoſtomi in ſacris literis Præceptorem.

DIOCESVM viſitandarum ratio, de qua Scriptores aliqui inſigniores extant.

Franciſcus Panuinus Rotæ Auditor, plenius quàm alij, vt refert Felynus, Speculator in tit. de Inquiſit. §. quando & qualiter.

Archiepiſcopus Florentinus in Sum. 3. par. tit. 20. c. cum ſeq. vbi de forma viſitãdi, inquiſitioneque facienda.

Petrus Epiſcopus S. Pauli Prouinciæ Toloſanæ, qui niſi diem antiquorum decurtaſſet, ordinatius ſcripſiſſet.

Romæ anno 1581. Ab his autem plurima multis nouiſſimis additis ſe accepiſſe ingenuè fatetur Paulus Fuſcus Epiſcopus Sarnenſis, qui li. 2. De viſitatione, & regimine Eccleſiarum edidit, quibus agit vbi, & quomodo Prælati, & ſubditi in vnoquoq; ſtatu ſeſe habere debeãt iuxta ſacros Canones Conciliorum omnium, maximè Oecumenici generalis Concilij Tridentini, atque Summorum Romanorum Pontificum nouiſſimas conſtitutiones.

B. Carolus Borromæus Card. tituli S. Praxedis ſuis Tomis, qui Mediolani ſunt excuſi. Quibus vniuerſa ratio Diœceſum regendarum vberrimè continetur.

Anno 1588. Romę ex officina Accolti. Manuale Viſitatorum De iuriſdictione ſpirituali duobus libris complectens quæcumq; ad diuerſos viſitandi modos pertinent. Feliciano Epiſcopo Auctore. Id opus vberrimum eſt ſine intermixtis auctoritatibus.

Epiſcopale, ſiue Archiepiſcopale Italicè editum Bononienſis Ciuitatis, & Diœceſeos.

Florẽtię apud Georgiũ Mareſcotum. Nouum examen ordinandorum, quo ea continentur, quæ pro vnoquoque ordine ſuſcipiendo ſcitu magis neceſſaria à peritionibus iudicantur. Auctore Fratre Nicolao Orificio Bonſilio Senenſi Carmelita Ethruriæ Prouinciali.

Vide etiam Pontificale Romanum, an. 1596. Romæ editum, & emendatum.

At denique Archiepiſcopale Bononienſis Eccleſiæ, Latinè conſcriptum ab optimæ memoriæ Card. Gabriele Palæotto in eius ad miniſtranda Diœceſi plures annos in rẽ collatum, omnia illa ſummatim complectitur, quę præcipua ſunt huius negocij Viſitãdarum Diœceſum.

D. DIONYSII Abbatis Romani (cognomento Exigui) ad Felicianum Paſtorem in literas Procli ad Armenos, Epiſt. To. 3. Bibl. SS. PP. edit. 2. Vide verò infrà in verbo, Dionyſius Exiguus.

Hieron in Catal. DIONYSIVS Alexandrinæ vrbis Epiſcopus ſub Heracla Scholam κατηχήσεων presbyter tenuit, & Origenis valde inſignis auditor fuit. Hic in Cypriani, & Africanæ Synodi dogma conſentiens, de hæreticus rebaptizãdis ad diuerſos plurimas miſit Epiſtolas, quæ vſque hodie extant, & ad Flauianum Antiochenæ vrbis Epiſcopum ſcripſit de pœnitentia, & ad Romanos per Hippolitum alteram, ad Xiſtum, qui Stephano ſucceſſerat, duas Epiſtolas, & ad Philemonem, & ad Dionyſium Romanæ Eccleſiæ presbyteros duas Epiſtolas, & ad eundem Dionyſium poſtea Romæ Epiſcopum vnam, & ad Nouatianum vnã, cauſantem, quod inuitus Romæ Epiſcopus ordinatus eſſet, cuius epiſtolæ hoc exordium eſt. *Dionyſiuus Alexandrinus Epiſcopus, Nouatiano fratri ſalutem. Nolens ne ad Sacerdotium fueris inductus, ita demum oſtendes ſi volens ceſſeris. Nam oportuit quid vis etiam hac gratia perpeti, ne diſcinderetur Eccleſia Dei. Neq; minus præclarum ex hoc contigiſſet teſtimonium, quòd noluiſſes diſſidium inducere; quàm proficiſci ſolet ex eo, ſi quis recuſet ſimulachris immolare, atq; adeo præclarius etiam, mea quidẽ ſententia: ſi quidem illic vni, propriæq; conſulitur animæ, hic totius Eccleſiæ negotium agitur. Tam etſi nunc quoque ſi perſuaſeris, ſi compuleris fratres in concordiam redire, plus egeris officio, quam peccantis errato. Atq; hoc quidem haud imputabitur, illud verò laudibus feretur. Ceterum ſi non obtemperantibus illis minus aſſequeris quod vis, tamen fac modis omnibus, vt tuam ipſius ſerues animam.* Eſt eius ad Dionyſiũ, & ad Didymum altera Epiſtola, & ἑορταςικαὶ de Paſcha plurimæ, declamatorio ſermone, conſcriptæ, & ad Alexandrinam Eccleſiam de exilio, & ad Heraclam in Aegypto Epiſcopum, & alia de mortalitate, & de Sabbatho, περὶ γυμνασίυ, & ad Hermammonem, & alia de perſecutione Decij, & duo libri aduerſum Nepotem Epiſcopum, qui mille annorũ corporale Regnum aſſeuerat, in quibus, & de Apocalipſi Ioannis diligentiſſimè diſputat, & aduerſum Sabellium, & ad Ammonem Beronices Epiſcopũ, & ad Theleſphorum, & ad Euphranorem, & quatuor libri ad Dionyſium Romanæ Vrbis Epiſcopum, & ad Laodicenſis de pœnitentia. Item ad Cononem de pœnitentia, & ad Origenem de martyrio, & ad Armenios de pœnitentia, & de ordine delictorum, de Natura ad Timotheum, detẽtationibus ad Euphranorem, ad Baſilidem quoque multæ Epiſtolæ, in quarum vna ſe aſſerit, etiam in Eccleſiaſten cœpiſſe ſcribere commentarios; ſed & aduerſus Paulum

Samo-

Samoſatenum ante paucos dies quam moreretur, inſignis eius fertur Epiſtola. Moritur 12. Galieni an. Hæc Hieronymus. At Suffridus ſic. *Et ad Flauianum:* omnes m.s. codices noſtri habent conſtanter *ad Fabium:* Vide ſupra in Cornelio c. 66. Alexandrinus Epiſcopus: Hæc verba in Epigraphe hoc eſt in inſcriptione codex Sigebergenſis non habet, & videtur ab inepto quopiam eſſe repleta. *Nolens ne.* hæc verba idem cod. Sigebergēſis ita habet. *Si inuitus, vt dicis ordinatus es, probabis, cum volens receſſeris. Galieni;* Cod. Sigeberg. habet *Galieni, & Valeriani anno.*

Ceterum ipſe Dionyſius ſcripſit etiam in primam ad Corinthios, cuius meminit Hieronymus in Epiſt. ad Pammachium aduerſus Irenæum Epiſcopum Apocalypſim Ioannis carnaliter exponentem, librum vnum, cuius meminit Hieronymus in Præfatione libri decimi octaui Commentariorum in Eſaiam. At & commentariorum in Eccleſiaſten meminit Procopius Gazæus in 3. c. Geneſ. & ipſemet in Epiſt. ad Baſilidem Epiſcopum Pentapolitanarum Eccleſiarum, atque Suidas, qui commentarium hunc vocat valde diſertū. Cum verò accuſatus fuiſſet apud Rom. Pontificem Dionyſium, quod filium Dei creaturam dixiſſet, ſcripſit Apologiam, ex qua citat quædam Baſilius lib. de Spiritu ſancto c. 29. & Athanaſius pulchra de eodem Dionyſio Alexandrino in Epiſtola de ipſius ſententia, quæ erat omnino catholica. Extat autem Dionyſij huius ad Baſilidem Epiſtola, cum Cōmentarijs Balſamonis Patriarchæ Antiocheni Tom. 3. Bibl. SS. PP. edit. 2.

DIONYSIVS Areopagita, quem, Paulo Apoſtolo Athenis prædicante, ad fidem Chriſtianam fuiſſe conuerſum, Acta Apoſtolorum à D. Luca conſcripta teſtantur, proprium hic habet locum, vt ipſius genus, officium, vocatio, vita vna cum martyrio, & ſcripta, breuiter quidem, ſed planè, commemorentur.

Iam ipſius genus, qui eſſet Athenienſis, & Senator in Areopago, vbi magiſtratus erat inſignis, eadem Acta ſatis prodidere: At conuerſum ad Chriſtum Dominum, geſſiſſe primo Athenis Epiſcopatum, inde in Galliam miſſum fuiſſe, qui & Epiſcopus, ac denique martyr, eam ſtrenuè geſſerit adminiſtrationem, conſtans hiſtoria, ijque, quos citabimus, Auctores, certam fidem efficiunt.

D. enim Dionyſium Areopagitam D. Pauli diſcipulum, ſcripſiſſe, quæ eius nomine circumferuntur Eccleſiæ quidem traditio, ſed & è Latinis D. Thomas, Marſilius Ficinus, Ambroſius Camaldulenſis, Ioachimus Perionius, Ioannes Scottus alius à Dunſio, & maiore, Iacob. Billius Prunæus, Cardd. Bellarminus, & Baronius, Martinus Delrius, E' Græcis B. Maximus Ioānes Damaſcenus, Suidas, Theodorus presbyter, Photius, Georgius Pachymerus, Io. Sycopolitanus, Anaſtaſius Sinaita, Anaſtaſius Nicænus, B. Chryſoſt. & alij ſexcenti teſtantur. B. autem Chryſoſtomo nota fuiſſe Dionyſij ſcripta teſtatur Anaſtaſius Bibliothecarius Epiſt. ad Carolum Caluum. Laudat item Maximus in ſcholijs auctorem ſuum Anaſtaſium Antiochenum, ἐν τῷ ὁδηγῷ, ex his teſtimonium deſcripſiſſe contra ſui temporis hæreticos Cyrillum Alexandrinum narrat Liberatus in Breuiario.

Et auctores quidem partim Græci, partim Latini fuere, qui Dionyſij vitam, ſiue acta, ſiue martyrium poſteritati mandarunt. Græci quidem, Ariſtides, cuius mentionem fecit Hieronymus in Catalogo, & Ado, in Martyrologio, quamuis Ariſtidis ſcripta interierint; Methodius item Conſtantinopolitanus Epiſcopus, vt teſtatur S. R. E. Bibl. Anaſtaſius, qui vitam Dionyſij à Methodio ſcriptam in Latinum vertens, miſit ad Carolum Caluum Imperatorem, quamquam poſtea exciderit. Anaſtaſij tamen extat Epiſt. apud Suriū die 9. Oct. Accedit ad Methodum Michael Syngellus, ſiue *Sincellus*, presbyter Hieroſolymitanus, & eiuſdem æqualis, atque in martyrio ſocius ſub Theophilo Imp. hæretico Iconoclaſta, qui Syngellus oratione Panegyrica Dionyſij geſta eſt perſecutus.

Vide Hilduinum.

Gregorius Cedrenus in Theophilo.

Præterea Symeon Metaphraſtes, neque ſolum hic, verum etiam & Græcorum maiores, & Athenarum incolæ (vt ſcribit Hilduinus ad Ludouicum Imp.) & Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus tradiderunt Dionyſium Athenis primum fuiſſe Epiſcopum, cum Timotheus Pauli æquè diſcipulus Epheſinam rexit Eccleſiam, ipſumque ſubrogato ſibi Epiſcopo, Romam adijſſe, & apud Gallorum gentem glorioſo martyrio cōſummatum fuiſſe.

Latini verò, inprimis Romana Eccleſia cum Romanus Pontif. Maximis Innocētio, Gelaſio, Gregorio Magno, Stephano; Qui, cum eſſet in Gallijs, eiuſdem Dionyſij ope è morbo conualuit, & reliquijs eius Romam tranſlatis, in eiuſdem honorem Monaſterium Romæ extruendum curauit.

Deinde Eccleſia Pariſienſis, quæ in Miſſalibus antiquis hoc habebat, è quib. conſueuerat in diebus anniuerſarijs, Sanctorum geſta ſummatim publicè recitare, atque huius veteris conſuetudinis fidē faciunt Miſſale Ambroſianū, & Sacramentariū Gregorij M[illegible]

Ad iſtas Eccleſias acceſſerunt tum Suidas, tum qui conſcripſere Martyrologia, Beda, Ado, & alij, ac denique Baronius Card. tum in ſuis ad Martyrologium Notis, tum præſertim in primo, & ſecundo Annalium Tomis: ne quid dicam de Gregorio Turonenſi; quamuis de tempore Dionyſij, (ſicuti & alij) hallucinatus ſit. Quamobrem Hilduinus inquit. *Ceterum parcendum eſt ſimplicitati viri religioſi Gregorij Turonenſis Epiſcopi, qui multa aliter, quã veritas ſe habet æſtimans, non calliditatis aſtu, ſed benignitatis, & ſimplicitatis voto litteris commendauit.*

Greg. Turonenſis hiſtor. Franc. lib. 1. cap. 30.

Probat autem accuratè Baron. Card. in colligendis annis ætatis Dionyſij alios fuiſſe deceptos, qui ſi perpendiſſent Diuina fuiſſe prouidentia factum, vt plures Apoſtolorum diſcipuli diutiſſimè vixerint, non dubitaſſent aſſerere ex iuſta temporum putatiõe, Dionyſium ſuæ ætatis anno decimo ſuper centeſimum ex hac vita deceſſiſſe. Cum enim ipſe ad Apollophanem ſcribens teſtatur, tempore mortis Domini, quo contigit præter naturæ ordinem vniuerſale illud Solis deliquium, ſe annum ætatis egiſſe vigeſimumquintum, ſi ad Hadriani Imperium dixerimus perueniſſe, id, quod aſſerunt antiqua Martyrologia, efficitur neceſſariò, vt valde ſenex obierit. Sanè & Suidas plenum dierum migraſſe ex hac vita ſcribit, qui fuit annus Chriſti 109. Anacleti Papæ VII. & Hadriani Imp. X.

### *Scripta quænam Dionyſij, Areopagitæ.*

Sixtus Senenſis.

Iam verò præter Sigebertum, & alios, enumerantur à Suida, à Tritemio, & à Sixto Senenſi (ſed non eodem prorſus modo) Dionyſij Areopagitæ ſcripta. Quæ tamen omnia, quod maximè dolendum eſt, ad nos haud peruenerunt. Et Sixtus quidem ita. *Dionyſius cognomento Areopagita, quem Lucas Actuum 17. capite ſcribit, Paulo in Areopaga Athenarum concionanti vna cum muliere Damari, ac pleriſq; alijs credidiſſe, Eccleſiæ Athenienſis, vt Euſebius libro tertio hiſtoriæ ſcribit, ſummum Sacerdotium obtinuit, vt autem Beda in Commentarijs Apoſtolicorum Actuum refert, Corinthi Epiſcopus fuit. Hic Diuinæ, & in myſterijs abſconditæ ſapientiæ admiranda volumina Græco, & ſublimi eloquio doctiſſimè conſcripſit: de quibus, quæ Græcè & Latinè extant, hæc ſunt.*

De Cœleſti, ſiue Angelica hierarchia ad compresbyterum Timotheum, lib. 1.
De Eccleſiaſtica, ſiue Sacerdotali hierarchia ad compresbyterum Timotheum, lib. 1.
De Diuinis nominibus, ad compresbyterum Timotheum, lib. 1.
De myſtica Theologia, ad compresbyterum Timotheum, lib. 1.
Ad Caium monachum Epiſtolæ quatuor.
Ad Dorotheum miniſtrum Epiſtola.
Ad Polycarpum ſummum Sacerdotem Epiſtola.
Ad Demophilum monachum Epiſtola.
Ad Titum ſummum Sacerdotem Epiſtola, quam Tritemius recenſet ſub titulo libro De Symbolica Theologia.
Ad Ioannem Apoſtolum, & Euangeliſtam Epiſtola.
Ad Apollophanem Philoſophum Epiſtola.
Quæ verò nunc deſiderantur, nempè ab ipſo Dionyſio in ſupradictis lucubrationibus commemorata Opera, hæc ſunt.
Liber diuinorum hymnorum, citatus c. 7. cœleſtis hierarchiæ.
Liber Symbolicæ Theologiæ, citatus c. 15. cœleſtis hier. & c. 1. & 13. Diuinorum nominũ, & c. 3. myſticæ Theologiæ, & 9. Epiſt. ad Titum.
Liber de intelligibilibus, & ſenſibilibus, citatus capite primo, & ſecundo Eccleſiaſticæ Hierarchiæ.
Liber de Legali, ſiue Sacerdotali hierarchia, citatus c. 3. Eccleſ. Hier.
Liber Theologicarum hypotypoſeon, citatus c. 1. & 2. Diuinorum nominum, & c. 3. myſticæ Theologiæ.
Liber de angelicis proprietatibus, citatus, c. 4. Diuinorum nominum.
Liber de Diuino, iuſtoque iudicio, citatus, c. 4. Diuinorum nominum.
Liber de anima, citatus c. 4. Diuinorum nominum.

His addit Tritemius, De obitu Pauli ad Thimotheum Epiſtolam vnam, cuius exemplar à Iacobo Archiepiſcopo Genuenſi, in vita Pauli recitatur. At Suidas, aliquot ſeculis ante Sixtum Senenſem, ſic habet: *Scripta huius ſunt: Ad Timotheum Epheſi Epiſcopum, qui & ipſe Pauli diſcipulus fuit, de Diuinis nominibus li. 12. De coniuncta, & diſtincta Theologia: De viribus precationis, De beato Hierótheo: De verecundia, & ſcriptione Theologica: De bono lumine, honeſto amore, raptu zeli, malum neq; eſſe quicquam, neq; ex ijs eſſe, quæ ſunt, neque in ijs eſſe, quæ ſunt: De eo, quod eſt in quo etiam exempla ſunt de vita, de ſapientia, mente, oratione, veritate, fide: De potentia, iuſtitia, ſalute, redem-*

*ptione*

*ptione: De magno, & paruo, eodem, alio, ſimili, diſsimili, ſtatione, motione, paritate: De omnipotente antiquo dierum: in quo etiam agitur de æuo & temporibus, & quid, veluti ipſa eſſe idem? De pace: De Sancto Sanctorum, Rege Regum, Domino Dominorum, Deo Deorum: Alius liber ad eundem Timotheum: De Eccleſiaſtica Hierarchia continens., cap.15. De cœleſti Hierarchia totidem capitibus conſtans: De myſtica Theologia cap.5. De cœleſtibus ordinibus, & quot hi numero ſint. Circunferuntur & eius Epiſtolæ, ad Caium cultorem 4. ad Dorotheum miniſtrum vna, ad Sopatrum ſacerdotem vna, ad Polycarpum Hierarchum Smyrnæ vna, ad Demophilum cultorem vna, ad Ioannem Theologum Apoſtolum, & Euangeliſtam vna: Sciendum eſt autem* (Subdit Suidas) *quoſdam profanos ſapientes, ac maximè Proclum ſententijs, atq; inuentis B. Dionyſij ſæpe eſſe vſos, atq; etiam ijſdem verbis. Vnde ſuſpicari licet vetuſtiores Athenis philoſophos opera eius, quorum ipſe in Epiſtola ad Timothæum meminit, ſuffuratos occultaſſe, vt ipſi diuinorum eius Sermonum auctores haberentur. Hic igitur Dei demonſtrator Dionyſius, iam prouecta ætate, ac plenus dierum & ſpiritus, martyrio pro Christo perficitur, ſub Traiano Cæſare: quo tempore etiam Deo plenus Ignatius certamen immortalis obijt.*

Ioan. Apoſtolus Theologus, & Euag.

Martyriū D. Dionyſij, & Ignatij, ſub Traiano.

## *Quæ obiecta ſunt Operibus Dionyſij diluuntur.*

Et Photius quidem in ſua Græca Bibliotheca meminit Theodori presbyteri, cuius legerat librum, quo quatuor aduerſus ſcripta Dionyſij obiectiones diluebat. Nimirum eorum, qui dicebant ea non eſſe legitima, quòd inſigniores Patres, eorum non meminiſſent; quod Euſebius, qui Dionyſij meminit, ea tamen prætermiſſerit; quod diu delituerit: dubitandum nimirum, vt ſit, ea non adeo antiqua fuiſſe; quod demum Ignatij in ijs mentio fiat, cum multo ante Ignatium Dionyſius ex hac vita migrauerit. Ad illos acceſſere alij, qui vel dubitarent, vel, quod nimis planè hæreſes ipſorum è Dionyſij ſcriptis confoderentur, pernegarunt omninò, ea ipſius legitima ſcripta fuiſſe. Quæ vt comprobarent ſubdidere.

1 Cæremonias, de quibus agitur in his ſcriptis, non extitiſſe tempore Dionyſij Areopagitæ.
2 Ceteri Clementem fuiſſe Philoſophum, quèm putant eſſe Alexandrinum, qui multo poſt vixerit.
3 Inſcribi libros Timotheo, qui iam dudum obijſſet.
4 Hieronymum in Catalogo nil eius ſcriptorum commeminiſſe.
5 Platonicum potius quemdam fuiſſe horum ſcriptorum Auctorem, quam illum Areopagitum.
6 Duos citari Dionyſios à Beda, vt non prioris, ſed poſterioris ea ſint Opera.

Nos igitur, vt breuiſſimè nodos iſtos diſſoluamus, dicimus non extare illius Theodori presbyteri librum (quod ſciam) Nam pleriſque laborem hunc reſpondendi fortaſſis exemiſſet, qui tamen iam abundè reſponderunt. Ac primò aſſerimus mendacium eſſe, nō fuiſſe antiquitus à Patribus factam ſcriptorum Dionyſij mentionem; factam enim à priſcis Pontificibus Maximis, hoc eſt à Gregorio Magno hom.34. in Euangelia, qui etiam illum antiquum, & venerabilem Patrem fuiſſe dicit; à Martino primo in Romano Concilio; ab Agathone in Epiſt. ad Imperatorem Conſtantinum Quartum; ab Hadriano in Epiſt. ad Carolum Magnum; à Nicolao Papa Michaelem Imp. à Generalibus item Concilijs, ſexto, Actione quarta; & ſeptimo, Actione ſecūda. Quin & à Patribus: ab eo, qui perantiquus eſt Auctior, hom.2. ad diuerſos, qui falſo tribuitur Origeni. Ab Athanaſio, ſiue alio, qui fuit eius libri auctor lib. quęſt.4. a Dionyſio Alexandrino, qui Areopagitam ſcolijs illuſtrauit, vti Maximus ſcribit; ab Antiocheno in libro, quem inſcripſit ὁδηγόν; à Ioanne Chryſoſtomo, qui Dionyſium (vt Anaſtaſius Bibliothecarius refert) vocauit πετεινὸν οὐρανοῦ volucrem cœli. A Cyrillo Alexandrino, vt fidem facit Liberatus in Breuiario, à pleriſque alijs, ac præcipuè Græcis, Anaſtaſio Synaita, Anaſtaſio Nicæno, Maximo monacho, Damaſceno, Andrea Cretēſi, & ab ijs, quos ſupra attigimus, ne modo perſequamur cunctos.

De cæremonijs autem, quaſi Apoſtolicis temporibus non fuerint in vſu, quas Dionyſius commemorat, Baronius Car.1. Annal. Tomo, vbi de Eſſenis agit, euincit eaſdem extitiſſe: ſed & alij antea, qui de traditionibus Apoſtolicis ſcripſerunt, mendacium iſtud exploſere, Baſilius, & plerique omnes.

Quòd verò inquiunt Clementem Alexandrinum innui, cùm in libro de Diuinis nominibus, Dionyſius Clementem philoſophum nominat, id ab omni veritate alienū eſt. Sanè Hilduinus in paſſione Dionyſij meminit Clementis cuiuſdam, quem Græco vocabulo, *Climim* nominauit. Et quis adeo eſt excors, qui ambigere poſſit alios non fuiſſe Cle-

Lib.8. Strom.



Digitized by Google

mentes, & hos quidem Ethnicos, & Platonicos Philoſophos, cum & his ipſis temporibus liqueat floruiſſe (ſi tales floruiſſe dicendum ſit) Actium Clementem, ad quem extat Plinij iunioris Epiſtola, quemadmodum ex eodem Hilduino probat Card. Baron. Certè quod Euſebius, & Hieronymus haud meminerit Operum ipſius Dionyſij, ab Euſebio factum eſſe probabiliſſimum eſt, quòd nemo antiquiſſimus auctor magis Arianis aduerſari noſcatur, quam Dionyſius ipſe Areopagita, id quod in verbo, Euſebius Cæſarienſis, in hoc Apparatu planius explicuimus: Nam & ipſum Euſebium fouiſſe (quàm quem aliū maximè) Arianam ſectam ibidem oſtendimus. De Hieronymo autem, qui eos tantum Catalogo ſuo inſerere ſtuduerit, qui poſt Euſebium extitiſſent, quemadmodum in Epiſtola ad Dexterum teſtatur, mirum non eſt. Quamquam, vt hoc non eſſet, (quod tamen ex eius ore veriſſimum eſt) fuerit ne incredibile, vt hominem latitantem in angulo mūdi, ſicut aliquando ipſe teſtatus eſt, ſcripta Dionyſij Areopagitæ latuerint, quæ Ariani vtiq; diſperſi ſupprimebant cum ceteris Auctoribus, quos aduerſari ſuæ perniciosiſſimæ ſectæ cognouerant?

Venio ad id, quod alij obijciunt, nempe Dionyſium iſtum, in hiſce ſcriptis, nō Christianum, & Apoſtolicum, ſed Platonicum, & Platonis dogmata ſectantē ſe prodere. Quod quoniam alibi attigimus, breuius hoc loco tangemus. Nimirum nolle nos inficiari Dionyſium Athenis altum, & diſciplinis imbutum nouiſſe quid Plato, & Platonici ſenſerint; At cum Diuino ſpiritu Dionyſius afflatus intimè ſenſit, quantopere Platonicam ſectam Christiana ſapientia antecelleret, Platonem, & Platonicos, eorum telis confodiſſe, atq; adeò prorſus (ſuppreſſo licet Platonis nomine) euertiſſe. Notauit hoc ſapienter cordatus, & Christianus philoſophus Io. Baptiſta Criſpus in libro de philoſophis cautè legendis. Sic enim ait. *Verum priuſquam ad illos deuenio à D. Dionyſio Areopagita initium duxi faciendum, in quo & temporis & dignitatis rationem ſimul obſeruem, atq; inſuper, quia, cum gentilis antea fuiſſet, & Platonicorum dogmatum, vt videtur, apprimè gnarus, non admodū à veritate abludet, ſi dixerimus in Platonem verba illa grauiſſima direxiſſe, quæ in libro de Diuinis nominibus in hunc ferme modum habet: Nunc autem nobis laudanda eſt æterna vita, ex qua ipſa vita, omniſq; vita pendet, & à qua in omnia, quæ qualemcunq; vitam degunt, vita pro modo cuiuſque diffunditur. Etenim immortalium Angelorum vita, & immortalitas, æternuſq; Angelorum motus, qui ab omni interitu ſolutus eſt, ac liber; tum ex ea, tum per eam, & eſt, & cohæret. Itaq; viuere ſemper, immortaleſq; dicuntur, rurſusq;, non immortales, quòd non à ſe immortalitatem, æternamq; vitam habent, ſed à cauſa vitali, & quæ vitam omnem efficit, ac continet. Atq; vt id quod eſt, dicebamus ipſius ſtatus eſſe æternitatem: ſic hoc loco rurſus vitam, vita omni ſuperiorem, diuinamq; vitam ipſius vitæ vitalem cauſam eſſe dicimus, & quæ facit vt cohæreat. Vita enim omnis, vitaliſque motus à vita, quæ vitam omnem ſuperat, & omne totius vitæ principium, proficiſcitur. Ab eadem quoque animi immortalitatem habent, animātiaq; omnia, & quæ ſtirpibus nituntur ab extremo vitæ ſpiritu vitam habent, qua ſublata, vt ſcripta diuina tradunt, vita omnis tollitur; & ad quam ſi ea etiam, quæ eius communionis imbecillitate defecerunt, conuertantur, reuiuiſcunt. Ac primum quidem vita ipſa, & vniuerſæ vitæ dat, vt ſit vita, & vnicuiq; vt ſit pro modo ſuo, quod vt ſit, vim habet à natura: cœleſtibus etiam vitis materiæ expertem diuinam, immutabilem concedit, & ſempiternum motum ab omni errore, inflexioneq; liberam, atq; ad Dæmonum etiam vitam pro ſingulari ſua benignitate pertinet. Neque enim illa, vt ſit atque permaneat, ab alia cauſa, niſi ab ea, habet.* Iam de duobus Dionyſijs, quos Beda, & poſtea Ado diuerſis diebus faciunt; Areopagitam quintò nonis Octobris, Pariſienſem autem Epiſcopum ſeptimo Idus eiuſdem, nihil omninò eſt. Quamuis enim antiquitatis firma traditio, ipſique adeo lapides in Gallijs non clamarent (vt faciunt) vnum fuiſſe dumtaxat Dionyſium, de quo loquimur, certè antiquiſſima, quæ extant Bedæ Martyrologia, fidem facerent, huius, quam nos ipſi cum Eccleſia vniuerſa aſſerimus, veritatis. Teſtatur Baron. Card. apud ſui Ordinis ſiue Oratorij ſacerdotes extare vetuſtiſſimum Bedæ Martyrologium m.s. Romanum item acceptum olim è reliquijs S. Cyriaci, in quibus vnius tantum Dionyſij ſeptimo Idus Octobris mentio fiat. Et Bedæ tempore, quòd vnus idemque eſſet Dionyſius Areopagita cum Pariſiorum Epiſcopo adeo ſunt habita pro certo, & deinceps Ludouico Pio Imp. (ad quem Hilduinus commētarium ab eo rogatus ſcripſit, qui extat) ſine vlla hæſitatione fuerint admiſſa, & pro iiſdem recognita, quæ in omnibus ſibi conſtarent, ex antiquis videlicet Græcorum Archiuis, fide publica obſignata, miſſa Pariſios. Quod & æqualis eius temporis Hincmarus V.C. Carolo Caluo Imp. vt in re omnium cōperta teſtatus eſt diſertè. Vide Baron. Card. 2. Anna. Tom. ſub an. 109. pag. 38. primæ Romanæ editionis.

In Bibl. Selecta, & in lib. de ratiōe tradendæ Philoſophiæ.

Tom. 2. Ann. ſub ann. 109.

Surius To. 5. die 9. Octob

Reliqua verò concidunt ipſa per ſe, cum ætas Dionyſij, qua de actum eſt, perueniſſe ad annum decimum ſupra centeſimum ſit demonſtrata. Sed modus reſtat de Timotheo, cui Dionyſius videtur ſuos inſcripſiſſe libros, quem Timotheum conſtet ipſius Ignatij

ſen-

ſententia, iam antequam ipſe eam ſcripſiſſet Epiſtolam ad Romanos, diem obijſſe. Qui quidem cum meminerit illius in Epiſtola ad Philadelphios,& ad Epheſios ei tunc Eccleſiæ præfuiſſe Oneſimum tradit: Veruntamen & hunc ſcrupulum Card. Baronius exemit, oſtendens nõ inſulſam videri eſſe illam reſponſionem, qua ab alijs dictum eſt ab Auctore illa Ignatij verba fuiſſe deinceps addita; *Quis enim* (inquit) *dubitet, quemlibet tractatorem ad extremam vſq; vitæ ſuæ diem, ſuas lucubrationes aliquid addendo, minuendo, vel immutando ſolitum expolire? immò & ſæpè accidere, quæ prius ſunt ſcripta, penitus abolere, & noua maturiore iudicio cudere, quemadmodum de ſe ipſo Hieronymus in Abdiam prophetam ſcripſit, atq; Auguſtinus ſæpenumero profitetur?* Addit Card. Baronius. *Quis nos compellit, vt confirmemus Auctorem ea Timotheo Pauli diſcipulo Epiſcopo Epheſiorum ſcripſiſſe, aut eam inſcriptionem ſuo de Eccleſiaſtica Hierarchia Operi præpoſuiſſe. Compresbytero Timotheo Dionyſius presbyter,* ſicut & in libro de Diuinis nominibus? Sanè & fuerit illemet, à quo nõ tantum imbuendus eſſet, quam vt viciſsim ab eo profundiora eliceret, cum & ad finem libri de Hierarchia Eccleſiaſtica ſcripſerit hæc ipſa verba: *Mihi igitur ipſe quoq; ô amice perfectionis intelligentiæ conſortium trade, meiſq; oſtende luminibus, quaſcunq; videre poteris decentiores, vniuſq; illius ſacratiſsimæ, effigiei præſeferentes venuſtates.* Indigniſsimum porrò, ac nefas fuerit exiſtimare *tam ſublimem* (vt cum ipſo Card. Baronio loquar) *& mente Diuinitus illuſtratum Theologum cœli cardines perambulantem, choros Angelicos perueſtigantem, Diuinitatis thronum adeuntem, tamquam Ludionem in ſcena ſuperinducta larua ludere.* Cæterùm, ad commendandam auctoritatem Operum Dionyſij nõ parum facit locus Epiſtolæ illius ad Caium; & alter ſecundi capitis de Diuinis nominibus, quo abutebantur Monothelitæ ad vnam operationem in Chriſto ponendam: præterquam quòd (ſicut Ambroſius Camaldulenſis aſſerit) multorum meminit, & nonnullorum dicta proponit, qui temporibus illis floruerunt; quorum,& Actuum liber,& Epiſtolæ Pauli meminerunt, ſed præcipuè omnium ſynceritas dogmatum iſtud ponit ob oculos.

Poteram verò his omnibus addere, quod Eraſmus occaſione Dionyſij Corinthij putauit vel illius, vel alterius eſſe libros, qui verè ſunt Dionyſij Areopagitæ de Hierarchia cœleſti, & de Diuinis nominibus. At nihili faciendum eſt Eraſmi iudicium, qui horum Operum contextum Græcum non videtur legiſſe: quem ſi quis Græcæ linguæ ſciens legerit, eique Morellij adnotationes adiunxerit, facillimè animaduertet deceptum eſſe (vt in pleriſque alijs) Eraſmum.

## *Quinam Dionyſij Scripta vel expoſuerunt, aut in Latinam è Græcà linguam conuerterunt.*

Et Maximi quidem Scholiaſtis, atque Georgij Pachymerij Commentaria, ſiue Scholia in Dionyſium Areopagitam extant, ſicut & Ambroſius Camaldulenſis atque ante eum Hugo à S. Victore, Rubertus Linconienſis, Albertus Magnus, Dionyſius Cartuſianus, deinde verò, & Iacobus Faber Stapulenſis in Dionyſium ſcripſere, ſiue in Latinam linguam nonnulli ex his illum verterunt. Vix autem celebrior aliqua Bibliotheca ſeu Vaticana, ſeu Pariſienſis (& ipſa quidem celeberrimi Cœnobij S. Dionyſij, cuius oſſa ibidem aſſeruantur) ſiue in Germania, vel alibi fuerunt, quæ Diuini huius viri ſcripta tanquam precioſiſsimas gemmas non cuſtodierint. Quin & Syrochaldaicè tranſlata extare audio.

Sed quod ad Georgium Pachymerium attinet, ſciendum eſt, eum claruiſſe temporibus Michaëlis Palæologi, vt in eo, quod Godefridus Tilmannus de illo ſcripſerit, quaſi tempore Athanaſij Patriarchæ Alexandrini vixerit, ipſe Tilmannus falſus ſit. Vide in verbo, Georgius Pachymerius. Et quidem Tilmannus Pachymerij commentarium in Areopagitam vertit in Latinum.

At locum Dionyſij percelebrem non omittam, quem Iacobus Billius Prunæus, lib. 1. Sacrarum Obſeru. tum ex ſe ipſo, tum ex Maximo ad eundem explanandũ deprompſit, Is igitur ſic.

*Nulla inquit omnino lingua eſt, quæ non lepores aliquos habeat, qui in aliam linguam ſine luculento diſpendio transferri nequeant: Huius generis illud eſt, quod de præceptore ſuo Hierotheo ſcribit Dionyſius lib. de Diuinis nominibus cap. 2. cum* τὰ θεῖα καὶ μαθεῖν, καὶ παθεῖν. *In quibus verbis ea eſt ex vocum aſſinitate nata gratia, quam nullus Latini Sermonis aſſequi poſsit.* Quidnam autẽ ſit παθεῖν τὰ θεῖα ad hunc modũ exponit Maximus ſcholiaſtes. Dictum eſt in Epiſtola ad Hebræos. *Didicit ex his, quæ paſſus eſt, obedientiam, qui enim perpeſſus eſt experimento, capit id, quod docetur. Verbi gratia, qui verberatur melius cognoſcit, qualis ſit hic dolor, quã is, qui tantummodo audiuit, at non item verberatus eſt: magiſq; huiuſce doloris acerbitatẽ exprimere queat, Eodem modo qui per reuelationẽ aliquid haurit, diuinius profectò diuina interpretabitur; Diuina autem pati, huiuſmodi quiddam eſt, dictum ab Apoſtolo: Conſepeliamur*

*cum Chriſto. vt & ſimul reſurgamus, & regnemus cum ipſo. Qui autem ſe ipſum, ac carnem ſuam cruci affigit, hic Chriſti ſtigmata in ſuo corpore circumfert. Ac proinde meritò cum Chriſto quoq; regnabit, ac Diuina ipſius myſteria intrepido animo prædicabit. Vnde etiam S. Hierotheus res diuinas non modo didiciſſe, ſed etiam paſſus fuiſſe dicitur. Et qui per reuelationem Diuinis myſterijs imbuitur, à ſe ipſo excedit, ac rectè vtilem hunc affectum pati aſſeritur, vt Dei domicilium fiat. Vel alio modo, Diuina ipſum pati dixit, vt qui non per ſermonem ad docendum comparatum harum rerum ſcientiam perceperit, ſed per Diuinam illuminationem impreſſam, atq; conſignatam in animo habuerit earum cognitionem.* Hæc Scholiaſtes Græcus: ex quibus apparet eum hoc ſentire idem eſſe τὰ θεῖα πάσχειν quod θεοδίδακτον εἶναι *non ſtudio ac labore quæſitam, ſed diuinitus infuſam diuinarum rerum ſcientiam habere. Ad eumq; modum D. Bernardus* τὰ θεῖα μᾶλλον ἔπαθεν ἢ ἔμαθεν. *Ego verò aliter quoque, nec minus fortaſſe commodè hunc locum exponi poſſe exiſtimo: nimirum, vt is* μαθεῖν θεῖα *dicatur, qui labore, ac diligentia rerum Diuinarum cognitionem ſibi comparauit,* παθεῖν *autem, qui iis quoq; ſeriò afficitur, vitaq; ſanctitatem ad doctrinam adiungit. Ac ſanè malè res habet, cum qui eruditionis pabulo abundat, eo tamen ſe minimè paſcit, ac reficit, multoq; optatius mihi fuerit, ſi vtrunq; nō detur* τὰ θεῖα πάσχειν, ἢ μαθεῖν *etenim, vt quidā rectiſsimè dixit, compunctionem habere præſtat, quàm quid compunctio ſit, exploratum habere.* Num verò D. Dionyſij Corpus in Germania aſſeruatum ſit, an in Gallia. Vide fusè in Baron. Cardin. Annal. Tom.11 ſub an.1052.

DIONYSIVS exiguus, Abbas Romæ Vrbis, (vt Beda ſcribit) quem eſſe alium à Romano falſus eſt Geſnerus, ab ipſo Beda, & antea à Caſsiodoro celebratus, de Chriſti Domini Eccleſia, cum ob alia, tum quòd in ſuo cyclo non per Olympiades, vel Conſules, aut Indictiones, ſed ab incarnato Chriſto Domino cœpit annos numerare, digniſsimus eſt, qui inter Eccleſiaſticos Scriptores cenſeatur. Floruiſſe illum Tritemius ait an. Dom. 540. quamuis & antea fuerit in ſumma exiſtimatione, vixit enim Caſsiodori temporibus, cum quo item diu docuit.

Porrò quòd videri poſsit ex ijs, quæ diximus, fuiſſe Romanum, intelligendum eſt, Caſſiod. de diuina lect. cap.25. eum quidem natione Scytham, & monachum, ſed moribus (vt inquit idem ipſe Caſsiodorus) omnino Romanum, in vtraque lingua doctiſsimum, reddentē in actionibus ſuis, quam in libris Domini legerat, æquitatem; *Qui Scripturas Diuinas* (ſubdit) *tanta curioſitate diſcuſſerat, atq; intellexerat, vt vndecunq; interrogatus fuiſſet, paratum haberet competens ſine aliquā dilatione reſponſum,* & paulò poſt. *Fuit enim in illo cum ſapientia magna ſimplicitas, cum doctrina humilitas, cum facundia loquendi parcitas, vt in nullo ſe, vel extremis famulis anteferret, cum dignus eſſet Regum, ſine dubitatione, colloquijs.* At & vitæ illius ſanctitatem deinceps pluribus verbis proſequitur: cum & tanta Latinitatis, & Græcitatis peritia functum dicat, vt quoſcunque libros Gręcos in manus acciperet, Latinè ſine offenſione tranſcurreret; iterumque Latinos Attico ſermone legeret, vt crederes hoc eſſe conſcriptum, quod os eius inoffenſa velocitate fundebat. Erat (ait) totus Catholicus, totus paternis regulis perſeueranter addictus: & quicquid poſſunt legentes per diuerſos quærere, in illius ſcientia cognoſcebatur poſſe fulgere. Sanè & noſter Card. Bellarminus virum doctiſsimum illum meritò nominat, lib.1. de Concilijs cap.19.

## *Scriptorum Dionyſij Exigui Catalogus.*

Iam Dionyſius ipſe Epiſtola ad Stephanum Epiſcopum Salonitanum, quæ extat integra in Creſconiana collectione, & quam Baronius Card. Tomo ſuorū Annalium ſeptimo inſeruit, teſtatur ſe tranſtuliſſe Regulas Eccleſiaſticas è Græco, confuſione priſcæ tranſlationis, qua Stephanus ille erat offenſus. *Ac in primis quidem Canones Apoſtolorum è Græco: Deinde Regulas Nicænæ Synodi, & deinceps omnium Conciliorum, ſiue quæ antea, ſiue quæ poſt modum facta ſunt* (inquit) *vſq; ad Synodum centum quinquaginta Pontificum, qui apud Conſtantinopolim conuenerunt, ſub ordine numerorum, id eſt, à primo capitulo vſq; ad 162. ſicut habentur in Græca auctoritate digeſsimus. Tum ſancti Chalcedonenſis Concilij decreta ſubdentes, in his Græcorum Canonum finem eſſe declaramus. Ne quid præterea notitiæ veſtræ credamur velle ſubtrahere, ſtatuta quoq; Sardicenſis Concilij, atq; Africani, quæ Latinè ſunt edita, ſuis à nobis numeris cernuntur eſſe diſtincta. Vniuerſarum verò definitionum titulos poſt hanc præfationem ſtrictius ordinantes, ea, quæ in ſingulis paſsim ſunt promulgata Concilijs, ſub vno aſpectu locauimus, vt ad inquiſitionem cuiuſq; rei compendium aliquot attuliſſe videamur.* Hęc Dionyſius. Beda verò. *Primi Decennalis circuli curſu temporū ordo præfigitur, quē Græci calculatores à Diocletiani Principis annis obſeruauere: ſed Dionyſius venerabilis Abbas Romanæ vrbis, & vtriuſq; linguæ, Græcæ videlicet, & Latinæ non ignobili præditus ſcientia, Paſchales ſcribens circulos, noluit eis (ſicut ipſe teſtatur) memoriam impij perſecutoris innectere, ſed magis elegit ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti tempora prænotare, quatenus exordiū ſpei noſtræ notius nobis exiſteret, et cauſa reparationis humanæ, id eſt,*

*Paſſio Redemptoris noſtri euidentius eluceret.* Tritemius inquit illum ſcripſiſſe, atque edidiſſe, De cyclo Paſchali magno librum vnum. Deque ratione feſti Paſchalis alterum: cuius initium eſt. *Paſchalis feſti rationem.* Sed cum aſſerat Tritemius à Dionyſio cyclum inchoatum fuiſſe an. Dom.532. qui fuerit annus magni cycli Paſchalis, qui ſemel exactus in eundem ſemper reuertitur; Baronius Card. inquit inchoatum fuiſſe ab an.527. hoc eſt quinquennio ante, ſub Conſulatu Mauortij, Secundo Felicis Papæ, primo Iuſtiniani Imp. Et verò Dionyſiani huius cycli fragmentum Marianus Scotus recitat in Chronico. Trit. error.

Tranſtulit item è Græco in Latinum ipſe Dionyſius Procli Epiſtolam ad Armenos, cui præfationem præfixit, qua docuit piè, recteque dici, vnum ex Trinitate paſſum in carne. Ea Baſileæ, an.1528. excuſa eſt, ac deinceps his annis in Bibliotheca Sanctorum Patrum Margarini, tertio Tomo inſerta. Vitam quoque S. Bachomij Abbatis, & librum Gregorij Emiſſeni de conditione hominis, m.ss. Proterij Alexandrini Epiſcopi ad Leonem Papam, quin & (vt aiunt) Cyrilli Alexandrini Epiſcopi duas ad Sucenſum Epiſtolas aduerſus Neſtorianam perfidiam vertit. In Antidoto cōtra hæreſes Bachomij. P.

At Sigebertus addit ab eodem Dionyſio verſum fuiſſe Gregorium Niſſænum de conditione hominis, quod magis crediderim, quàm quod habet Tritemius, ſcribens hunc fuiſſe Gregorium Emiſenum. De quo vide ſuo loco.

Arnoldus autem VVion notat in Genebrardo lapſum, ſic inquiens: *Floruit (Dionyſius) circa annum Chriſti 540. vt teſtatur Tritemius de Script. Eccleſiaſt. peruenitq; vſq; ad annū eiuſdem 572. & amplius, vt colligitur ex eius cyclo Paſchali, quem fecit eodem anno, vt refert Iuo in vita Iuſtini Iunioris. Fallitur autem in hoc Gilbertus Genebrardus, qui lib.3. Chronol. hunc ſub Leone I. Papa, circa an. Dom. 460. collocat, deceptus ambiguitate verborum noſtri Tritemij, qui in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, & lib.2. cap.4. de viris ill. Ord. S. Benedicti, ait hunc Dionyſium tranſtuliſſe ſcripta Proterij Alexandrini ad Leonem Papam de Paſchate celebrando, quæ Tritemij verba, non eo ſenſu accipienda ſunt, vt dicamus Dionyſium librum illum Leoni I. Papæ obtuliſſe, vt non rectè interpretatur Genebrardus, ſed quod tranſtulerit illum de ratione paſchatis librum, quem Proterius Leoni Papæ I. dicauerit, vt ipſemet Tritemius teſtatur eodem in libro de Script. Eccleſ. in Proterio,* his verbis: *ſcripſit* (Proterius videlicet) *inter cætera ad S. Leonem Papam de celebratione Paſcha Epiſt.3. circa an. Dom. 460. Caueatur ergo hic Genebrardi ſcrupulus.* Hactenus Arnoldus. Adde verò in collegij autem noſtri Louanienſis Bibliotheca manuſcripti nonnulli ſunt, quos puto nunquam prelo impoſitos, vt ſunt *Dionyſij Exigui* epiſt. ad Eugypium Monachum prolixa; de rebus fidei; in qua pleraque quæ in Fulgentij libro ad Petrum. Eiuſdem verſio Latina operis Niſſeni de natura hominis: nam Niſſeno aſcribit M. S. ille.

DIONYSIVS è Burgo S. Sepulchri, quæ Ciuitas eſt in Etruria, Auguſtinianus, præter quædam humaniorum literarum, quæ ad pietatem conatus eſt referre, quæue ſcripſit in Valerium Maximum. In libros Metamorphoſeon Ouidij. In Virgilium. In Tragædias Senecæ, atque adeò in libros Politicorum, & Rhetoricorum, & in Poëticam Ariſtotelis. Edidit Poſtillam in Epiſtolam Pauli ad Romanos, quæ Florentiæ extat in Bibliotheca ſancti Spiritus. Neapoli verò vbi fuit Roberto Regi acceptiſsimus, obijt. Quem magnopere laudauit Franciſcus Petrarcha carmine ad eum miſſo, quod incipit: *Si nihil aut gelidi facies.* Et Epiſtola ad Robertum Siciliæ Regem, de obitu Dionyſij. Pleraque verò huius opera Mediolani in Bibliotheca S. Marci apud Auguſtinianos aſſeruabantur. Sed ad memoriam reuocandum eſt, quod Index librorum prohibitorum Clemente VIII. Pont. Max. emiſſus habet: Nimirum in Ouidij Metamorphoſeon libros Commentaria, ſiue enarrationes Allegoricas, vel Tropologicas omnes prohiberi. Ioſeph Pamphilius.

DIONYSIVS Cartuſianus. Vide infra Dionyſius Rychel. quē Leuuium Sixtus vocat.

DIONYSIVS cognomento Ciſtercienſis, ſcripſit in Magiſt. Sent. Pariſijs.

DIONYSIVS Collenſis, Auguſtinianus, Etruſcus, vir pius, ac ſtudioſus, librum edidit De arte ſermocinandi. Item Tractatum de morte, in cuius fermè omnibus capitibus incipit, *Omnes morimur, & quaſi aqua dilabimur.* Scripſit etiam libellum de Pulchritudine Pacis, incipit, *Diſtinguit B. Auguſtinus.*

DIONYSIVS Corinthiorū Eccleſiæ Epiſcopus, tantæ eloquentiæ & induſtriæ fuit, vt non ſolum ſuæ Ciuitatis, & Prouinciæ populos, ſed & aliarum Vrbium, & Prouinciarum Epiſtolis erudiret. E quibus eſt vna ad Lacedæmonios; alia ad Athenienſes; tertia ad Nicomedienſes; quarta ad Cretenſes; quinta ad Eccleſiam Amaſtrianam, & ad reliquas Ponti Eccleſias; ſexta ad Gnoſsianos, & ad Pinytum eiuſdem vrbis Epiſcopum; ſeptima ad Romanos, quā ſcripſit ad Soterem Epiſcopū eorum; octaua ad Chryſophoram ſanctā fœminam. Claruit ſub Imperatore Marco Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo. Hæc Hieronymus. At Suffridus Petrus inquit Eraſmum occaſione huius Dionyſij, cum

multi eodem nomine fuerint, probabile putaſſe libros de Hierarchia Cœleſti, ac de Diuinis nominibus ab horum aliquo fuiſſe ſcriptos, non ab Areopagita diſcipulo Pauli: cuius coniectura ne ſtudioſus moueatur, facilè confirmabitur, ſi Græcum textū illius Operum, quem Eraſmus non vidiſſe videtur, diligenter legerit, eique adnotationes Morellij adiunxerit. *Amaſtrianam* autē Sigebergenſis codex, manuſcriptus habet *Amaſdrinam*.

DIONYSIVS Gallus cognomento Faucherius, Arelatenſis (non Tarraconenſis, vt quidam falsò) monachus S. Benedicti è Mantua, Congregationis Caſsinenſis, ſcripſit Sermones de diuerſis, lib.1. Epigrammatum ad doctos quoſdam, lib.1. Odarum ad Deum, Virginem matrem, & ſanctos, lib.1. Epiſtolas aliquas, quæ fuerunt excuſæ cum Epiſtolis Gregorij Corteſij Card. Venetijs an. Dom. 1573. Emiſit item Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1. In quo inſertæ leguntur Epiſtolæ Maximi monachi Caſsinenſis 42. Iuſtini monachi, vna Cæſarij monachi, altera Innocentij monachi, alia & Eucherij monachi, reliqua quæ extant mss. Annotationum item in vitam S. Honorati; Epiſt. autem lib.1. vidit Arnoldus Vion m.s. Deque cauſis naturalibus rerum occultarum Dialogum, lib.1. vt refert in ſuo Ligno vitæ. Obijt in Lirinenſi monaſt. an.1560.

DIONYSIVS Peronetus, Carmelita, Meldunenſis, Pariſienſis Doctor, multa cudit erudita volumina, inter quæ non poſtremas obtinet Quadrag. typis euulgatum. Viuebat noſtra ætate.

DIONYSII Pont. Max. Decreta, vide in Concilijs 26. Is Pont. Max. Quo Eccleſiam adminiſtrante Concilium Antiochenum celebratum eſt, in quo Paulus Samoſatenus Epiſcop. ob hæreſim fuit damnatus.

DIONYSIVS Rychel, aliàs de *Leeuuis* ſiue *Leuuius* Germanus Ord. Cartuſianorum, vnde & dictus Cartuſianus, domus Bethleem Ruremundæ, ad quem Nicolai Cuſæ Card. viri doctiſsimi plures extant epiſtolæ, tot ac tanta ſcripſit, vt numero opuſculorū, præter Auguſtinum & Alphonſum Toſtatum, atque huiuſmodi quoſdā apud Latinos parem fortaſſis habuerit neminem. De cuius Opuſculis ipſe per ſe ſubiecta quodā indiculo recenſuit.

| | |
|---|---|
| Super ſententias, lib.4. | |
| In Geneſim, lib.1. | *Dilectus Deo & hominibus.* |
| In Exodum, lib.1. | *Iuſti ſunt omnes Sermones.* |
| In Leuiticum, lib.1. | *Honora Dominum de tua.* |
| In Numeros, lib.1. | *Qui in numero millia.* |
| In Deuteronomium; lib.1. | *Serua mandata & legem.* |
| In librum Ioſue, lib.1. | *Fortis in bello Ieſus.* |
| In librum Iudicum, lib.1. | *Iudices ſinguli ſuo nomine.* |
| In librum Ruth, lib.1. | *Teſte S. Hieronymo.* |
| In Regum libros, lib.4. | *Reges ex te egredientur.* |
| In Paralipomenon, lib. 2. | *Deus fecit ex vno homine.* |
| In Eſdram, lib.3. | *Lex veritatis fuit in ore.* |
| In Neemiam, lib.1. | *Neemias in memoria.* |
| In Tobiam, lib.1. | *Qui pronus eſt ad miſericordiam.* |
| In Iudith, lib.1. | *Hæc vocabitur virago.* |
| In Heſter, lib.1. | *Sicut Sol oriens in mundo.* |
| In librum Iob, lib.1. | |
| In Prouerbia Salomonis, lib.1. | *Dixit Deus Salomoni.* |
| In Eccleſiaſten, lib.1. | *Quemadmodum Salomon.* |
| In Cantica Canticorum, lib.1. | *Gaudebit ſponſus ſuper.* |
| In librum Sapientiæ, lib.1. | *Diſce vbi ſit ſapientia.* |
| In Eccleſiaſticum, lib.1. | *Mirabuntur omnes in verbis.* |
| In Iſaiam Prophetam, lib.1. | *Eſaias propheta magnus.* |
| In Hieremiam, lib.1. | In librum Baruch, lib.1. |
| In Ezechielem, lib.1. | In Danielem, lib.1. |
| In duodecim prophetas, lib.12. | *Sapientiam omnium antiquo.* |
| In libros Machabæorum, lib.2. | *Iuda te laudabunt fratres.* |
| In Pſalterium, lib. 3. | *Dixit Dauid filius Iſai.* |
| In Matthæum, lib.1. In Marcum, lib.1. | In Lucam, lib.1. |
| In Ioannem, lib.1. | *Ego quaſi aquæductus.* |
| In Epiſtolas Pauli, lib.14. | *Audite me quoniam de tua.* |
| In Actus Apoſtolorum, lib.1. | In Epiſtolas Canonicas, lib.7. |
| In Apocalypſim, lib.1. | |

| | |
|---|---|
| Eypoſitionis hymnorum, lib.1. | *Implemini Spiritu ſancto.* |
| In ſeptem Pſalmos pœnitentiales, lib.1. | *Scrutemur vias noſtras.* |
| De documentis authenticis, lib.1. | *Sapientiam ſanctorum narrant.* |
| Expoſitionis Miſſæ, lib.1. | *Memoriam fecit mirab.* |
| Dialogum de celebratione, lib.1. | *Quicunque manducauerit.* |
| De communione, lib. 1. | *Qui præeſt in ſolicitudine.* |
| Compendium philoſophiæ, lib.1. | *Precioſior eſt ſapientia.* |
| Compendium Theologiæ, lib.1. | *Comparate vobis vinum.* |
| Dialogum philoſophi & theol. lib.1. | Super lib. B. Dionyſij, lib.4. |
| Super vndecim Epiſtolas eius, lib.1. | In lib. Ioan. Climaci, lib.1. |
| Super Boëtio de conſolatione, lib.5. | Summarium partium S. Thomæ, lib.1. |
| Sermones de tempore, lib.1. | *Labia Sacerdotis cuſtodiunt.* |
| Sermones de Sanctis, lib.1. | |
| Sermones ad religioſos, lib.1. | *Fratres ſancti, vocationes.* |
| Ad eoſdem de Sanctis, lib.1. | *Religio munda eſt viſitare.* |
| De Sacramento Sermones 6. lib.1. | Expoſitionis Dominicæ paſſionis, lib.1. |
| Meditationes Dominicæ paſſionis, lib.1. | |
| De laudibus Dei, lib.1. | *O Deus præſtantiſſime.* |
| De laudibus S. Mariæ, lib.4. | *Quæ eſt iſta quæ progreditur.* |
| De fonte ſalutis & ſemitis vitæ, lib.1. | *Quis ſapiens & intelligens.* |
| De lumine Chriſtianæ theoriæ, lib. 1. | *Omnis proceſſio ſecundorum.* |
| De venuſtate mundi, lib.1. | *Vnus eſt altiſſimus.* |
| De natura æterni & veri Dei, lib.1. | |
| De diuina eſſentia, lib.1. | *Scimus quoniam filius Dei.* |
| De diſtantia perfect. diuinæ & humanæ, (lib.1. | |
| De felicitate animæ, lib.1. | |
| De beneficijs Dei, lib.1. | *Anima mea deſiderat.* |
| De mutua Sanctorum agnitione, lib.1. | *Pater gloriæ det vobis.* |
| De donis Spiritus ſancti, lib.1. | *Quis hominum poterit.* |
| Cordiale prænotatum, lib.1. | De cuſtodia cordis, lib.1. |
| De gaudio & pace interna, lib.1. | |
| De via purgatiua, lib.1. | *Sicut dicit Apoſtolus.* |
| Dial. de fide Catholica, lib. 1. | *Magna & mirabilia.* |
| Dial. Chriſtiani & Saraceni, lib.1. | *Sic Deus dilexit mundum.* |
| Contra Magos & VValden. lib.1. | *Caue ne imitari velis.* |
| Contra ſuperſtitiones, lib.1. | *Dominum Deum tuum adorabis.* |
| De vitijs & virtutibus, lib.1. | *Qui conuerti fecerit peccatorem.* |
| Contra ambitionem, lib.1 | *Reges gentium dominantur.* |
| Contra Saracenos, lib.3. | De grauitate peccati, lib.1. |
| De contemptu mundi, lib.1. | *Indicabo tibi, &c.* |
| De modo iudicandi & corripiendi, lib.1. | *Quæſtionem mihi.* |
| De remedijs tentationum, lib.1. | *Militia eſt vita hominis.* |
| Speculum, peccatoris, lib.1. | *Conuertere ad Dominum Deum.* |
| De quatuor nouiſſimis, lib.1. | *Gens abſque conſilio.* |
| De reformatione interna, lib.1. | *Pro omnibus mortuus eſt.* |
| De iudicio particulari, lib.1. | |
| De paſſionibus animæ, lib.1. | *Primus homo de terra terrenus.* |
| De diſcretione ſpirituum, lib.1. | De profectu charitatis, lib.1. |
| De perfectione charitatis, lib.1. | |
| Inflammatorium diuini amoris, lib.1. | *Quid dominus Deus.* |
| De contemplatione, lib.1. | *Sapientiam amaui.* |
| De oratione, lib.1. | *Oportet ſemper orare.* |
| De Meditatione, lib.1. | *Cogitationes meæ va.* |
| Sonus epulantis, lib.1. | *Omnes qui credebant erant per.* |
| De modo agendi proceſſiones, lib.1. | *Zelus domus tuæ es.* |
| De eleuatione mentis in Deum, lib.1. | De auctoritate Papæ, lib.1 |
| De poteſtate & iuriſdictione Papæ, lib.1. | De auctoritate Concilij, lib.3. |
| De reformatione Eccleſiæ, lib.1. | |
| Contra Simoniam, lib.1. | *Gratis accepiſti, gratis.* |

Contra

Digitized by Google

Contra eundem, lib.1. *Pecunia tua tecum ſit in*
De reformatione clauſtralium, lib.1. *Omnia honeſtè ſiant.*
Contra pluralitatem beneficiorum, lib.1. De regulis vitæ Chriſtianorum, lib.1.
De reformatione monialium, lib.1. *Aperi ſoror mea.*
De profeſsione religioſorum, lib.1. *Excellentiorem viam vobis.*
Exhortatorium nouitiorum, lib.1. *Nemo mittens manum.*
De vita & regimine præſulum, lib.1. *Attendite vobis & gre.*
De inſtitutione ordinis Cartuſiani, lib.1. De laudibus eiuſdem, lib.1.
De viſitatione clauſtralium, lib.1.
De vita Canonicorum, lib.1. *Maledictus homo qui facit.*
De diſciplina ſcholarium, lib.1. *Quemadmodum Ariſto.*
De vita militarium, lib.1. *Labora ſicut bonus mi.*
De virginitate, lib.1. *Virgo cogitat quæ domini.*
De officio Archidiaconorum, lib.1. De officio legati, lib.1.
De regimine prælatorum, lib.1. De vita & regimine curatorum, lib.1.
De vita nobilium, lib.1. De regimine Principum, lib.1.
Dial. inter Chriſtum & Principem, lib.1. Dial. inter Chriſtum, & Principiſſam, lib.1.
De regimine politiæ, lib.1.
Dial. inter Ieſum & puerum, lib.1. *Complexans Ieſus par.*
De viduarum vita, lib.1. *Eo quod caſtitatem amaueris.*
De vita coniugalium, lib.1. *Dixit Dominus Deus, non eſt.*
De vita incluſarum, lib.1. *Quàm magna multitudo.*
De officio mercatorum, lib.1. *Nolite facere iniquitatem.*
De vita ſolitaria, lib.1. Dial. inter Chriſtum & Sacerdo. lib.1.
Contra proprietatem monachorum, lib.1. Apocalypſis ſibi facta, lib.1.
Epiſt. ad Principes, lib.1. *Vniuerſis Principibus.*
Annotationes ſuorum operum, lib.1. *A religioſis alijſq;.*
Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1. *Collationes pro capitulis tres.*
Et alia multa nobis inuiſa.

Denique libros Ioannis Caſsiani, ad faciliorem ſtylum propter ſimpliciores fratres redegit, cuius operis procemium ſic incipit: *Declaratio, &c.*

Dionyſij Cartuſiani Commentarij ſuper totam Scripturam, Coloniæ apud Quentelium Typographum, & pleraque illis excuſa ſeorſim, cum in vtrunque Teſtamentum, tum alia.

Porrò Dionyſij huius Cartuſiani poſt alias editiones de fide Catholica Dialogion in lib.8. partitum an.1568. & eiuſdem enarrationes in quatuor Euangelia. Venetijs 1569. & Lugduni 1579. prodierunt. Quin & Summa fidei Orthodoxæ Antuerpiæ apud hæredes Stelſij 1569. & Venetijs 1572. ſed & de doctrina, & regulis vitæ Chriſtianæ, lib. 2. quibus adiuncta ſunt alia eiuſdem opuſcula. Coloniæ apud Maternum Cholinum an.1577. Præterea eiuſdem opuſcula. Vnum de Arcta via ſalutis, & Contemptu mundi. Alterum Speculum amatorum mundi. Tertium de grauitate, & enormitate peccati. Quartum de conuerſione peccatoris. Quintum de fonte Lucis, & ſemita Vitæ. Sextum Deuotũ Præcordiale. Septimum Dialogus patroni ad Canonicum Louanij 1577.

Eiuſdem in Petri Lombardi Magiſtri Sententiarum libros Commentarij locupletes. Venetijs an.1584.

Liber item vtiliſsimus de quatuor hominis nouiſsimis, nempe, Morte, Iudicio, Inferni pœnis, & gaudijs cœli. Eiuſdem Colloquium de particulari iudicio animarum. Coloniæ apud Henricum Falckemburg. 1591. & 1598.

At vt optimus eſt hic liber, Auctor autem de Eccleſia Dei (licet dudum migrauit è vita) ſuis laboribus benè meritus, habet tamen, quæ dubitauerim ab alio potius, quam ab ipſo ei libro de quatuor Nouiſsimis inſerta fuiſſe.

Prima (quæ eſt in fide erronea) propoſitio eſt. Animas Purgatorij haud certas eſſe de ſua ipſarum ſalute. Certò enim, & infallibiliter ſciunt ſe eſſe in ſtatu ſalutis, ſeque ipſas habituſque tum naturales, tum ſupernaturales, quibus ſunt præditæ, planè cognoſcunt; neque verò corporis nexu impediuntur, quo Fides, Spes, Charitas, quas poſsident, turbentur. Quin & intelligunt, atque adeò in ſe ipſis experiuntur abs ſe diligi Deum, nec ab ipſo abhorrere; quod quidem in Inferno damnati non faciunt; de quibus extat illud in Pſalmo 73. *Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper.*

Accedit è communi Eccleſiæ conſenſu, animas cum à corpore diſcedunt iudicari iu-

dicio Dei particulari; ſcire item, quæ nam in ſe ipſas ſententia ſit lata, ſtatim ne ad cœlum, an poſt expiatas igne Purgatorio pœnas aſcendendi, an deſcendendi ad Infernum, vbi perpetuò ſint manſuræ. Et verò de Animabus puerorum, qui ſine Baptiſmo decedunt, nunc ipſe non loquor.

Adde præter omnē iudicij, atque iuſtitiæ ordinem, eſſe, vt de Reo prius ſupplicium ſumatur, quam vt ſententiam Iudicis noſcat, & plectatur. Quin ex verbis, quę in extremo die Iudicij vniuerſalis pronunciabuntur: *Ite in ignem æternum*, liquet quænam in particularibus Iudicijs ab ipſo Deo ſententia pronuncietur. In libro item eodem de quatuor nouiſsimis altera hæc propoſitio eſt.

Animas in Purgatorio, quaſi omninò deſperare; quod certè licet per exaggerationem dictum, non eſt tamen vſurpandum. Neque enim deſperatio tanta ſimul poteſt eſſe cum ſupernaturali habitu Spei, quæ in ipſis re vera eſt; neque cum confirmatione in gratia.

Addo deſperationem huiuſmodi eſſe non poſſe abſque nouo peccato, & culpa. Prodijt autem poſtremò eiuſdem Dionyſij Cartuſiani Inflammatorum Diuini amoris. Acceſsit Franciſci Amelri Dialogus de amante anima ad Sponſi ſui cognitionem perducta. Coloniæ apud Butgen. an. 1605.

DIONYSIVS è Sigillo Oppido Agri Peruſini Auguſtiani Ord. doctrinæ AEgydij Romani interpres, in libros, & Opera AEgydij ſcripſit annotationes, quæ à multis illius doctrinæ ſtudioſis aſſeruantur m.s. Obijt Peruſij an. Iubilæi 1575.

F. DIONYSII Soulechat, Ordinis Minorum, Reuocatio Articulorum publicè in Diſputationibus ſolemnibus per eum ſemel, atque iterum factæ Pariſijs, & in Curia Romana an. Dom. 1365. 1369. Tom. 4. Bibl. SS. PP. edit. 2.

DIONYSIVS Talmerahnius Patriarcha Antiochenus, qui conſcripſit hiſtorias erat inter aliquos libros Arabicos, atque Syriacos m.s. qui à tempore Gregorij Papæ XI. dicuntur ſub terram defoſsi, quique venales oblati ſunt Reuerenſdiſs. Epiſcopo Herbipolenſi.

DIONYSIVS Vazquez à Toleto, Auguſtiniani Ord. in Hiſpania, Italia, & præſertim Romæ celebris, quem Leo X. Pont. Max. Cæſari Carolo V. volens gratificari, miſit hac in literis præfatione orſus: *Mittimus tibi alterum Eliam*: Quare ab eo tempore Pontificius, & Cæſareus concionator fuit appellatus. Cur verò Euangelij Ioannis enarratio, & alia ipſius monumenta, quæ à viris doctiſsimis inter pretioſa Bibliothecarum ſuarum volumina manuſcripta aſſeruantur, typis hucuſque excuſa nō ſint, hanc affert cauſam Ioſeph Pamphilus, quòd cum Hiſpanis Diuinam Scripturam exponeret, lingua Hiſpanica quamplurima pronnnciabat, & tanta venuſtate, atque eloquentia Latino idiomati eam intermiſcebat, nemo vt fuerit auſus aut totum Latinè Opus, aut totū Hiſpanicè pro dignitate reddere. Erat enim ille in vtraque lingua facundus, & Græci Sermonis non imperitus. Multæ eius conciones Hiſpanico idiomate circunferuntur viris doctis vtiles. Obijt Toleti an. Dom. 1539. die ipſa ſanctiſsimæ Trinitatis, quàm diem multò antea, vitæ ſuæ fore extremam pleriſque prædixerat.

DIOSPOLITANVM Concilium Dioſpoli (ipſa eſt Lidda antiquiore nomine dicta ciuitas in Palæſtina) Prouinciæ illius Epiſcoporum, vbi impius Pelagius Hæreſiarcha coactus eſt hæreſes ſuas condemnare. An. Dom. 415. Innocentij autem Pont. Max. an. 14. Auguſtin. Retract. lib. 2. cap. 47. Proſper libro De ingratis. Baron. Card. Tom. 5. Annal. ſub eundem annum, vbi capita ſingula propoſita iu eadem Synodo inſeruit, quę Auguſtinus, quæúe Hieronymus de alijs Pelagij Innocentius Pont. noluerit approbare, nimirum, id quod res erat, Pelagij ſimulatam confeſsionem fuiſſe perſpiciens.

DIOSPOLITANI Concilij Acta quæſiuit Auguſtinus. Vide eius Epiſt. 252. Fuit autem Prouincialis Synodus paucorū Epiſcoporum Dioſpoli, qui primo Pelagium abſoluerunt, ſed abſolutio illa ab Innocentio Papa non eſt probata; quoniam ipſe Pelagius fefellit Synodum; à qua tamen eius hæreſes fuére damnatæ. Vide Baron. Card. in Tom. 5. ſub an. Dom. 415.

DIRECTORIVM, ſiue potius caſtigatorium concubinariorum, quo quidem ſtupenda, & ob tanti ſceleris impunem tolerantiam, quaſi inaudita pericula auctoritatibus & rationibus apertiſsimè reſoluuntur. Auctore incerto. Pariſijs apud Iodocum Badium.

DIRECTORIVM Pollanci, vide in verbo, Io. Pollancus.

DIRECTORII horarum Canonicarum Tractatus, & Exercitatorij vitæ ſpiritualis in 8. Venetijs an. Dom. 1555.

DISCIPVLI Sermones de Tempore, & de Sanctis, cum exemplorum promptuario, ac miraculis B. Virginis, quibus annexi ſunt etiam caſus Papales, & Epiſcopales, atque à



Digitized by Google

ſacra Communione inhibitione. Venetijs apud Antonium Bertanum.

DISPVTATIO Academiæ Ingolſtadienſis, de maieſtate hominis Chriſti aduerſus Iacobi Andreæ theſes de hac eadem hominis Chriſti maieſtate Tubingæ propoſitas 1564.

Diſputatio Catholica de librorum Canonicorum numero, auctoritate, & legitima interpretatione, propoſita Ingolſtadij 1572.

Item de interna, & propria gratiæ natura, Ingolſt. 1571.

Diſputatio de Sacramento Confirmationis in Academia Ingolſtadienſi habita, Ingolſtadij apud Sartorium 1575.

Item de abſolutione præcipuo Sacramenti pœnitentiæ capite. Ingolſt. 1575.

De Idololatria, aduerſus improbiſsimas hæreticorum præſertim Tubingenſium calumnias, diſputatio in Academia Ingolſtadienſi habita Ingolſtadij 1578. A. in 4.

De ſacrificio Miſſæ, ibidem 1579.

Diſputatio de auctoritate Eccleſiæ, & eiuſdem magiſtrorum legitima vocatione, habita in Academia Ingolſtadienſi. Ingolſtadij 1579.

Diſputatio de horis Canonicis, habita in Academia Friburgenſi. Friburgi 1579.

Diſputatio de bonorũ operum meritis in Academia Moguntina, habita Moguntiæ 1580.

Diſputatio Theologica de Eccleſia, in Academia Muſsipontana habita. Vinduri 1580.

Diſputatio de ſacrorum hominum continentia, habita in Academia Moguntina. Moguntiæ, an. 1580.

Diſputatio de traditionibus. Moguntiæ 1589.

Diſputatio Theologica de Baptiſmi neceſsitate, & nominatim de Conſtantino Magno, num in vitæ fine fuerit Baptizatus. Moguntiæ apud Gaſpar. Behem 1589.

Diſputationes duodecim. rerum Theologicarum, Romæ in Comitijs fratrum Ord. Minorum de obſeruantia, in Cœnobio S. Mariæ Aræ cœli, an. 1589. propoſitæ, & editæ. Ingolſtadij an. 1587.

Diſputationes Theologicæ de cauſa vocationis, & miſsionis miniſtrorum Euangelicorum. Moguntiæ apud Gaſp. Behem 1589.

Diſputatio de nouo & falſo Antichriſto, qui in Eccleſia Catholica ortus & in veteri Roma Sedem habere dicitur, propoſita in Academia Moguntina. Moguntiæ 1584.

Diſputatio de perſona Chriſti contra Vbiquitarios. Moguntiæ 1583. A. in 4.

Diſputatio de Sanctis publicè propoſita in Academia Treuirenſi, Auguſtæ Treuirorum, anno 1584.

Diſputatio de miraculis Chriſti habita in Academia Herbipolenſi, VVirceburgi apud Henr. Aquenſem 1590.

Diſputatio de Purgatorio. Moguntiæ 1590.

DISQVISITIONVM Magicarum libri ſex, in tres Tomos partiti Auctore Martino Delrio Societatis Ieſu presbytero (de quo vide in verbo Martinus Delrius) Louanij, ex officina Gerardi Riccij, an. 1599. & Moguntiæ.

Agitur lib. 1. De magia generatim, & de naturali, artificiali, & præſtigiatrice. Lib. 2. de magia Dæmoniaca, & eius efficacitate. Lib. 3. De maleficio & vana obſeruatione. Lib. 4. De Prophetia diuinatione & coniectatione. Lib. 5. De iudicis officio, & ordine iudiciario in hoc crimine. Lib. 6. De officio Confeſſarij, ac remedijs licitis, & illicitis. Sed vide planius de Viri huius Operibus in verbo, Martinus Delrius.

DITHMARVS vir ſanctus. Sigefridi in Saxonia Comitis filius, è matre Cunegunda Saxonica, natus an. Dom. 976. cum adoleuiſſet, factus eſt monachus Cœnobij S. Ioannis Magdeburgi ſub Riddago Abbate; mox Præpoſitus VVallibicenſis, & inde Henrico II. Imp. procurante ſucceſsit VVigberto in Epiſcopatu Mersburgenſi an. Dom. 1008. cui cum annos 10. menſes 7. & dies 7. ſanctè præfuiſſet, obijt an. 1018. ſuæ 42. ipſis Kalend. Octobris, & in æde ſacra Mersburgi ſepultus eſt. Scripſit autem Chronicorum libros
Nota. ſeptem. Qui primò in lucem editi ſunt Francofurti. At & ipſe cum Arnoldo VVion vereor, vt aliquid veneni in eis lateat, cum ab homine alieno à fide Catholica prodierint, qui pergit falſa, & praua auctoribus immiſcere Catholicis. Quod quidem etiam fecit in Alberto Abbate Stadenſi, viro vtrique docto, & pio, atq; in alijs multis, quos Scholijs ſuis non illuſtrauit, ſed obſcurauit. Ad id autem, quod de obitu ipſius Dithmari diximus, addimus, eum venturæ mortis accepto diuinitus reſponſo. 8. Kalendarum Auguſti, qua die natum ſe profitetur, ex hac vita deceſsiſſe. Scripſiſſe autem Chronicon per quinque Regum tempora Digeſtum, incipientem ab Henrico Humili, qui primus hoc nomine, & in huius narrationis ordine imperauit, & ab Ottone Magno, Secundo, & Tertio viciſſim ſibi ſuccedentibus, vſque ad Henricum Pium. Cedit autem ipſi magnæ laudi (ait



Digitized by Google

Baronius Card. quòd iam argumentis mille, & exemplis innumeris egregiè fidem Catholicam teſtatam reliquit aduerſus ſuos gentiles Apoſtatas, qui noſtro hoc ſæculo emerſere. Et ſanè ſincerisſimus eſt Scriptor.

De divinatione quæ fit per aſtra, diuerſum ac diſcrepans duorũ Catholicorum ſacræ Theologiæ Doctorum iudicium. Coloniæ 1580.

Divrnale Romanum cum Pſalterio, poſtremo recognitum iuſſu Clem. VIII. Pont. Max. & editum Romæ vna cum Breuiario item recognito an. 1602. eſt poſthac recitandum. Vide in verbo, Breuiarium Romanum.

Dlagoschvs, qui res Polonicas ſcripſit. Vide in verbo, Ioannes Longinus.

## D O

Doctrina veteris Eccleſiæ de ſeptem Sacramentis, cui ſubiunguntur axiomata 32. de ijſdem, & doctrina Catholica de pœnitentiæ Sacramento, in tabulam redacta, Brixiæ apud Thomam Bozolam 1569. præterea.

Doctrina ſana Catholicæ Eccleſiæ de 7. Sacramentis, in Concilio Florentino Armenis olim tradita, Antuerpiæ 1571. Vide, in verbo, Sacramentum.

Dodechinvs Mariani Scoti continuator. Vide in verbo, Dudechinus.

Dominicvs Aſulanus, Benedictinus, monachus S. Georgij Maioris Venetiarum, Congregationis Caſsinenſis S. Iuſtinæ de Padua, ſcripſit De tranſlatione antiqua corporis S. Stephani Protomartyris ad monaſterium S. Georgij. Incipit, *Poſtquam Beatiſſimi Protomartyris Stephani.* De Tranſlatione nouiſsima eiuſdem Sancti, ex vetere, ad nouam Eccleſiam S. Georgij, lib. 1. *Iam primum omnium conſtare debet.* Extant in eodem monaſterio S. Georgij m.s. obijt an. Dom. 1592.

Dominicvs Balthanaſius Ord. Præd. Bæticus Hiſpanus, qui & Ordinis ſui in Prouincia Bætica Cœnobia extruxit, librum edidit, quo Euangeliorum, & reliquos Sacræ Scripturæ complures locos, qui inter ſe pugnare videntur, conciliauit. Legendas item (vt vocant) Sanctorum Hiſpanico Sermone ſat vberes, ſed & Sanctorum Patrum Veteris Teſtamenti hiſtoriam contexuit; in quo tamen Opere (ait Antonius Senenſis Luſitanus Ord. Præd.) aliquid admixtum eſt, quo illius lectionem eſſe alicubi prohibitam audiuit. Vixit an. 1560.

Dominicvs Bannes Mondragonenſis Hiſpanus, Ord. Præd. Commentaria in primam partem D. Thomæ vſque ad 64. quæſtionem complectentia emiſit. Excuſa verò ſunt Venetijs 1585. & 1602.

Eiuſdem Commentaria in 2. 2. D. Thomæ, quibus quæ ad fidem, ſpem, & charitatem ſpectant, explicantur. Venetijs 1576. & 1602.

Eiuſdem Commentaria in primam partem D. Thomæ Aquinatis, à quæſt. 65. vſque ad 119. & vltimam. Tom. 2. Venetijs 1592. Item eiuſdem Deciſiones de iure, & iuſtitia, Venetijs 3595.

Dominicvs Bolanus Venetus, edidit Opuſculum inſigne (vt inquit Tritemius) contra Marianæ puritatis detractores, quod dicauit Nicolao Marcello, & De conceptione S. Mariæ, lib. 1. *Non paruo dolore.* Viuebat an. 1381. ſed alijs 1484.

Dominicvs Bonauentura, Ord. Minorum, B. Franciſci Fabrienſis nepos, collegit quædam de ordine Minorum.

Dominicvs Buchius Catharenſis, Ord. Præd. Theologus, edidit expoſitionem in ſeptem Pſalmos pœnitentiales, additis ad ſingulos pijs precatiunculis: quam inſcripſit Etymum elegantiſsimum in ſeptem Pſalmos Opus incipit, *Manna cœleſte.* Sed & in quatuor Cantica Noui Teſtamenti, & in orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam, Venetijs prodijt ex officina D. Bernardini 1537. Claruit an. 1530. Vide Sixtum Senenſ. 4. lib. Bibl. S.

Dominicvs Bugella Ord. Præd. Summam vtramque D. Antonini Archiepiſcopi Florentini illuſtrauit indicibus per Alphabeti ſeriem, tùm verborum, tùm materierum, tam è ſumma morali, quàm è ſumma hiſtoriali. Adiecit quæ ſunt de Beatiſs. Virgine in D. Antonini Operibus ſparſa. Quin & alio indice complexus eſt auctoritates Sacræ Scripturæ, quas D. Antoninus varijs in locis expoſuit; ſicut & adhuc alio, quæ ab eodem Antonino varijs in locis habentur dicta in Epiſtolas, & Euangelia totius anni De Tempore, quod & præſtitit ſimili labore in Feſta Sanctorum. Vide in Verbo Antoninus Florentinus Archiepiſcopus. Viuebat an. 1500.

Dominicvs Butthius Catarenſis Theologus Ord. Præd. ſcripſit in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales. Incipit Opus: Manna Cœleſte. Vixit an. 1530.

Dominicvs Calcea Hiſpanus Ord. Præd. in Pſal. 50. Miſerere mei. Viuebat an. 1566.

DOMINICVS Cartuſianus monachus, natione Prutenus, ſcripſit volumen prænotatum *Sonus epulantis*, quod ipſum comedendo fermè, & ruminando in ſolitudine cellæ ſuæ ediderit. Aliud rurſus. *Corona B. Mariæ.* In quo vitam ipſius lapidibus pretioſis comparat. Itemque librum experientiæ, in quo varias reuelationes ſibi Diuinitus factas interſerit. Viuebat an.1460. Eiſingr.

DOMINICVS è Caſtenedulo Ord. Præd. Italus Brixienſis, ſcripſit Sermones prædicabiles. Viuebat an. 1550.

DOMINICVS quidam de Cuſtodia Foroliuienſis,& Ord. Minorum, ſcripſit Tractatum de Officio Imperatoris. Teſtatur Rodulphus Toſsiniacenſis, Seraphicæ hiſtoriæ ſcriptor ſe habuiſſe Romæ m.s.

DOMINICVS Catalanius Ord.Præd.Tractatum de Conceptione Beatiſs. ſcripſit citatur autem hic Auctor, & eius liber in Reccollectorio auctoritatum de Veritate B. Mariæ Virginis, quod Bandellus Dominicani Ord. euulgauit.

DOMINICVS Catalius è Vico, Ord. Præd. Italus Brixienſis, ſcripſit Sermones prædicabiles. Viuebat an.1566.

DOMINICVS Caualia Piſanus, edidit, Expoſitionem à ſe Italicè conſcriptam Symboli Apoſtolici. Venetijs an.1550.

Chronica Seruorum.

DOMINICVS cognomento Doctus, Patauinus, eximiæ vir integritatis, atque eruditionis, qui publicis concionibus & probitate vitæ, Patriam ſibi deuinxit, ſcripſit plura, quæ fratri ſuo Ioanni Bapt. Docto poſt eius obitum commendata, vt recognoſcerentur, atque in lucem ederentur, neſcio an hactenus in lucē prodierint; ſed apud Ioan. Baptiſtæ filios extabant. Inter quæ erant in Epiſt. Pauli ad Hebræos commentarius, & Sermones Quadrageſimales, Latino Sermone conſcripti. Vixit annos 66.

DOMINICVS de Dominicis, Venetus, primū Torcellanus, deinde Brixianus Epiſcopus,& Referendarius Apoſtolicus, ſcripſit Orationes de diuerſis, lib.1. Sermones quoque varios, lib.1. Præterea Tractatū de Sanguine Chriſti. Item de filiatione Ioan. Euangeliſtæ ad Beatiſsimam Virginem. Viuebat an.1478. Trit. Venetijs apud Petrum de fine, an.1557.

DOMINICVS è S. Geminiano I. C. eximius, qui æqualis fuit Pauli è Caſtro, & Ioannis de Imola, ſcripſit in ſext. Decretalium. Repertorium in Iure. Commentarios item in ſecundum, ac tertium Decretalium. In Rubricam ſecundā Decret. Vt lite conteſt. Lecturam ſuper Decreto,& de Iud. Concilia in iure. Quæ Lugduni fuerunt excuſa an.1541. Atque eius Commentarij in Volumen Decretorum, Notis Ioannis Craſsi, ac nonnullorum aliorum illuſtrati Venetijs emiſsi ſunt regali vt vocant, folio impreſsi an. 1578.

DOMINICVM è S. Georgio Canoniſtam citat Auctor Angelicæ Summæ.

DOMINICVS Graminea, de ſanctiſsimo Euchariſtiæ Sacramento aduerſus huius temporis hæreticos diſputationem edidit Coloniæ apud Gymnicum, an.1584.

DOMINICVS Grenia Toloſanus, & Apamienſis Epiſcopus, ſcripſiſſe fertur in Pentateuchum, & in libros Bibliorum Hiſtoriales.

DOMINICVS Guidi Mellinus Florentinus, emiſit an.1589. Florentiæ è typographia Philippi Iunctæ Tractatum Italicè de origine, geſtis, moribus, & laudibus Mateldæ, ſiue potius Mathildæ magnæ Comitiſſæ Italiæ, dignum qui legatur, cum hiſtoriam illam ſub obſcuram accuratè conſcripſerit. Cum autem poſt aliquot annos (quemadmodum ſuo loco diximus.) Benedictus Luchinus Mantuanus, & Monachus Benedictinus, eandem hiſtoriam texuiſſet, de quibuſdam autem eundem Mellinum reprehendiſſet, hic, Epiſtolam Apologeticam aduerſus illū an. 1594. Florentiæ apud Georgium Mareſcottum edidit, qua probare conatur lapſum fuiſſe Luchinum, qui cogitauerit Mathildam vixiſſe cælibem, literaſque Gregorij VII. Pont. Max. datas Romæ 17. Kal. Ianuarij Indict.13. De diſſolutione matrimonij inter ipſam, & Azzonem Marchionem propter conſanguinitatem non fuiſſe legitimas, neque alias ea de re ſcriptas. Notat item aliquos alios in eadem hiſtoria lapſus ipſius Luchini à quibus tamen audio Arnoldum VVionem Benedictinum monachum dare operam, vt ipſum Luchinum tueatur.

D. DOMINICVS Guzmanus, Ord. Præd. Dux, & Pater inclytus, Hiſpanus, è nobiliſsima (inquam) Guſmanorū familia, Vir Spiritu Dei plenus, quo in libro charitatis potiſsimum ſtudens plurima didicit, quę Deus Sapientibus, ac prudentibus huius ſæculi abſcondere conſueuit, contra Albigenſium hæreſim in Tractu Toloſano Verbū Dei exponens, & diſputans, duos libellos ſcripſit fidei Catholicæ grauiſsimos teſtes, quā nō in humanæ ſapientiæ verbis euangelizabat; cuius rei cùm multorū conuerſio, tùm id argumento fuit, quod ijdē libri ſæpè in ignem coniecti, nunquam combuſti ſunt, Deo ſignū hoc faciente ad fidei, quā prædicabat, veritatē comprobandam. Horum autē poſt Vincentium Valua-



Digitized by Google

[illegible] in Speculi hiſtorialis lib.30. meminit D.Antoninus 3. par. tit.19. cap.1. Cum autē Sacri Palatij primus ab Honorio III. Summo Pont.Magiſter creatus,Diuinā Scripturam Romæ interpretaretur,Paraphraſim,ſiue Poſtillā ſcripſit ad Epiſtolas D. Pauli. Bononiæ autē in epiſtolas Canonicas,atque Pſalterium,vt & in Euangelium Matthęi,ac ſeparatim in illa verba Matth. cap.8. Abeunte Ieſu in Nauiculam ſcripſit; Obijt vir ſanctiſsimus, ſemper viuens in Cœlis, & ad huc in ſuo ordine in Vniuerſo orbe in Terris, an.1221.

Dominicvs Iacobatius Romanus, Cardinalis, de Concilio ſcripſit:

Quod quidem Opus extat in Tom. Tractatuum, Tract.13. pag.1. fol.190. In eo autē agitur: De loco Concilij, ibidem.

Ad quem ſpectet congregare Concilium. Tract.1. fol.224.

Quando ſit congregandum Concilium. Tract.13. pag.1. fol.239.

Quales debeant eſſe interfuturi Concilio. Tract.1. pag.1. fol.258.

An Papa habeat auctoritatem in Concilijs generalibus, & an Concilium poſsit reſtringere Auctoritatem Papæ, ibid. fol.276.

An Cardinales qui diſceſſerunt à Papa, potuerint congregare Concilium. Tract.13. pag. 1. fol.298. & ibidem alia de Papa, pag.335. & 337. & 351.

Dominicvs Ioannis Florentinus Ord. Præd. librum de Laudibus Beatiſs. Virginis, in 4. libros partitum emiſit in lucem: In quorū primo agit de Vita, & Obitu eius. In ſecundo de eiuſdem gloria. In tertio, & quarto de templis Romæ, & in Etruria eidem dicatis. Quod opus m.s. in membranis ſatis antiquis extabat Mediolani in Cœnobij Dominicanorum S. Mariæ Gratiarum, communi Bibliotheca.

Dominicvs Lapaccius, Dominicani Ord. Florentinus, ſed primo Argolicenſis, deinde Coronenſis Eccleſiæ Epiſcopus, ſcripſit in Pſalmum *Miſerere:* quem quidē magna cum laude expoſuit coram Rege Boëmiæ; Humanis ceſsit Florentiæ die 20. Iulij, anno Dom. 1446. Porrò ea expoſitio ſatis grandis in Bibliotheca S. Mariæ Nouæ, ſiue (vt vulgo vocant) *Nouellæ,* aſſeruatur m.s. Florentiæ.

Dominicvs Leo, Venetus,ſcripſit librum, quē prænotauit. Prima,& Secunda Pars Solis Chriſtianorum. Alterum itē primum & ſecundum volumen de vexillo B.Virginis.

De lumine autem ſupernaturalis Maieſtatis, lib.2.

De Philoſophia ſacri Throni ſupernaturalis, volumen vnum.

De ſapientiali Theologia, lib.1.

De myſterio Dominicæ Incarnationis.

De matris Domini ortu dilucidationes.

De luce S. Crucis.

De notitia viæ rectæ, Dialogum.

De gratia & nobilitate naturæ humanæ Dialogum moralem.

De amore Dei: Et Poſtillas in D. Lucam.

Seruantur in Bibliotheca S. Dominici Bononiæ. Floruit an.1365. Franc. Sanſouinus.

Dominicvs Lopez, Societatis Ieſu, librum edidit De ſacræ Scripturæ auctoritate Hiſpali in Hiſpania apud Lazarum Ferrerium 1589.

Dominicvs Mancinus Theol. De Paſsione Domini,ac De Quatuor Virtutibus,& eorū officijs carmine ſcripſit eleganti. Quæ prodierunt Antuerp. an.1559. Viuebat 1494.

Dominicvs Mendoza Hiſpanus, Ord. Præd. ſcripſit Theologica quorum tamen prænotationes haud affert is, qui eorum meminit in ſuo Manuali Chroniſta eiuſdem ordinis Bæticus Anonymus. Claruit an.1566.

Dominicvs Mortarius Ord.Pręd.Indicem vberem ad quatuor volumina Capreoli compoſuit.

Dominicvs Nanus Mirabellius, ciuis Albenſis, artiū Doctor,cuius extat opus, Polyanthea,prænotatū,an.1470.collegit Monoteſſaron Euangeliorum,ſiue Harmoniam è quatuor Euangelijs. Quo in opere vnà cum ſententijs Euangelicis auctoritates,& ſententias gentilium philoſophorum, poëtarum,& oratorū contexuit, quæ cum ſingulis Euangeliorum locis conuenire cenſuit,appoſitis nominibus Auctorum, quorū,illæ ſententiæ eſſent. Aſſeruatur hoc Opus m.s. Genuæ in Bibl. Prædicatorum Cœnobij Caſtellenſis.

Dominici à Pace Luſitani, Ord. Præd. Sermonum, in quibus veri Chriſtiani hominis ſpeciem exhibetur, Tomi duo Venetijs 1580.

Dominicvs Pantaleo, Ord. Præd. Florentinus, Tract. de peccato originali; Alterum de Corpore Chriſti, Alium in Auerroem de ſubſtantia orbis edidit. Claruit circa annum 1262.

Dominicvs Petri Nardus Florentinus,Dominicani inſtituti,edidit Quadrageſimale ꝓ concionatoribus, cuius initiū eſt: *Quoniam multorū patrū mei ordinis.* Rurſus alterū volumen Sermonū de Sanctis à feſto S. Andreæ ſic Incipiens: *Propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit.* Iterum volumen Sermonum de Tempore per totum annum. Quæ omnia extant Florentiæ in Biblioth. S. Mariæ Nouellæ. Migrauit è viuis 15. Decemb. an.1385. Michaël Pocciantius.

DOMINICVS Sergentius Gallus Ord. Præd. olim Pariſienſis (vt vocant) Studij Ordinis ſui Regens, & an. 1544. eiuſdem Cœnobij Prior, ſcripſit Gallicè librum aduerſus hæreticos de non iterando Baptiſmo, deque cæremonijs ipſius, ac de harum vtilitate. Prodijt Auenione an. 1566.

DOMINICVS Sinazza è Fabriano Ord. Præd. Sermones edidit varios de Tempore, & de Sanctis. Viuebat an. 1314.

DOMINICVS Soto Hiſpanus Segobienſes, Ord. Præd. Carolo V. Imperatori à ſacris Confeſsionibus, & Salamanticæ publicus Theologiæ profeſſor, qui & S. Tridentinæ Synodo magna cum laude interfuit miſſus à Carolo V. Imperatore in locum Magiſtri Generalis ſui ordinis, cum etiam Epiſcopatum Segobienſem ab eodem Carolo V. oblatum recuſaſſet, ſcripſit præter Philoſophica (nimirum in Logicam, nouam & veterem Ariſtotelis, & in libros Phyſicorum) De natura, & gratia. Apologiam contra Ambroſium Catharinum; In librum Quartum Sententiarum Magiſtri. De tegendo item ac detegendo ſecreto; & Tractatum, quem prænotauit; *Deliberatio in cauſa pauperum.* Alium De iuramento, & periurio. Commentarium vberem, in Epiſtolam ad Romanos aduerſus hæreticos. Librum de Iure, & Iuſtitia, ea quæ S. Thomas tractat ſecunda ſecundæ accuratè expendens. Fertur quoque ſcripſiſſe in Euangelium Matthęi, & in libros Ariſtotelis de Anima. Claruit an. 1560.

DOMINICVS Tempeſta Romanus edidit an. 1599. Vitam Summorum Pontificum à Chriſto Ieſu ad Clementem VIII. Latino Italico Sermone, Romæ apud Hieronymum Franzinum.

DOMINICVS Toloſanus Ord. Præd. ſcripſit in Vetus Teſtamentum, & adeò Commentaria iuxta literalem, & myſticum ſenſum in totam D. Scripturam (vt teſtatur Albertus Venetus, cap. 2. ſui Chronici) quæ dicauit Ioanni XXII. Summo Pontifici. Viuebat an. 1314.

DOMINICVS Topiarius, qui in ſæculo nominabatur AEgydius, Brabantinus ſiue Belga, Ord. Præ. Concionum libros per totum annum, tam de Tempore quã de Sanctis, & quidem accuratè concinnauit, qui ſæpè iam prodierunt in lucem. Præterea libellum de rudimentis, & myſterijs Catholicæ fidei. Viuebat an. 1576.

DOMINICVS Veglenſis, Venetiarum Archipresbyter, Kalend. perpetuum ſecundum vſum Romanæ Eccleſiæ ſeruata forma Breuiarij reſtituti, Venetijs edidit, anno Domini 1573.

DONATISTARVM Concilium ſeptuaginta Epiſcoporum contra Cæcilianum legitimum Epiſcopum, cum ij eſſent Schiſmatici, & (vt Auguſtinus contra Creſconium, lib. 3. cap. 27. & 28. habet) Traditores, an. 306. tertio autem Marcelli Papæ.

DONATISTARVM aliud Schiſmaticum Concilium in Africa Carthagine an. Dom. 308. Quinto autem Marcelli Papæ coactum eſt. Ducenti ſeptuaginta Epiſcopi interfuerunt, Maiorino contra Cæcilianum legitimum Epiſcopum Carthaginenſem in ſede illa locato. Auguſtin. epiſt. 48.

DONATISTARVM Schiſmaticorum Synodos pluſquam triginta, Epiſcoporum, an. 414. tertio autem decimo Innocentij Papæ de non deſerendis Eccleſijs, nec patiendo in Inſulas, externasúe regiones exules deportari; ſed cum vis Præfectorum ingrueret, (ô portentum) anteuertere debere eorum conatus voluntaria morte; ſic ratos fore, vt vel ſi manus ſibi violentas inferre contingeret, à ſuis colerentur, vt martyres; vel iudicum commiſeratione, talia ab eis fieri exhorrentium, ſinerentur in ſuis ipſorũ Eccleſijs permanere. Hæc callidiſsimè illi, quæ ex Auguſtini, lib. 1. cap. 37. contra Gaudentium Baronius Card. Tom. 5. Annal. ſuorum ſub eundem annum inſeruit.

DONATVS, à quo Donatiani, per Africam ſub Conſtante, Conſtantinoque Principibus pullularunt, aſſerens à noſtris ſcripturas in perſecutione Ethnicis traditas, totam penè Africam, & præſertim Numidiam ſua perſuaſione decepit. Extant eius multa ad ſuam hæreſim pertinentia Opuſcula, & Spiritu ſancto liber Ariano dogmati congruens. Hæc Hieronymus. Sed Honorius ita. *Donatus Romanæ Vrbis presbyter, aduerſus Cornelium Cathedram Sacerdotalem inuadens, lapſos recipere nolens, ſcripſit de Paſcha, de Sabbatho, de Oratione, de cibis Iudaicis, de Attalo, multaq; alia, & de Trinitate grande volumen, quod plurimi Cypriani exiſtimant. Hic autem ſcriptor, apud Hieronymum rectius vocatur Nouatianus, De Donato, vide infra cap. 93. Eiuſdem Honorij.*

DONATVS è S. Agatha, Prouinciæ AEmyliæ, ſiue (vt aiunt) *Romandiolæ*, Ord. Minorum edidit Tractatum aduerſus hæreticos. Incipit, *Spiritus ſancti gratia.* Erat autem in AEmilia hæreticæ prauitatis Inquiſitor.



Digitized by Google

DONNVS Bueil,Hiſpanus,Catalanus,monachus Ord.S.Benedicti, monaſterij(vt opinatur Arnoldus Vvion,quamuis illud ab auctoribus non prodatur) Sanctæ Mariæ Montis Serrati quod tunc primum, agente Garſia à Ciſneros,illius congregationis (vt vocãt) Reformatore,ſanctitatis ſuæ radijs expandere incipiebat,ob ſingularem ſanctitatem, & admirabilem doctrinam Primus Noui Orbis Apoſtolus electus,& Indiarum Archiepiſcopus,& Patriarcha,ac Vicarius Summi Pontificis apud illas Regiones nominatus eſt: is hunc in modum creatus,duodecim ſibi Sacerdotes viros religioſos delegit, qui omnes ſimul benedictione Pontificia percepta,& omnibus ad hanc nouam Euangelij prædicationem neceſſarijs paratis, ex Hiſpanijs ſoluerunt anno 1493. die 25. Septembris. Porrò Apoſtolatus huius Benedicti,teſtes ſunt Petrus Cieza Legionenſis, Funes in hiſt. Gallicà Indiarum Occidentalium,lib.1.cap.2.Conſaluus Ferdinandus Ouetenſis in hiſt. ſua generali noui Orbis, lib.2. cap.8. Quem ſequitur Gilbertus Genebrardus in Chronographiæ,lib.4.his verbis,*Fauens* (videlicet Alexander VI.Papa) *initij Ferdinandi, & Iſabellæ Hiſpaniæ Regum,qui duce Columbo anno 1492.Indias Occiduas aperuerant, Bulla illos legitimos earum Dominos conſtituit; ita tamen, vt præcones Euangelij illuc mittere tenerentur. Bulla ab Alexandro data eſt anno 1493. quarto Nonas Maij, ſui autem Pontificatus ſecundo.* Primus igitur preco fuit Donnus Bueil, quem dato Diplomate Alexander VI. Sacerdotibus duodecim præfecit.Quæ quidem profectio,& labores Chriſto DOMINO ſuſcepti inſtar multorum librorum fuerunt.

DONATVS DIACONUS,& monachus monaſterij S.Trudonis,ſcripſit vitã S.Trudonis.

DONATVS Marra Beneuento(quæ Pontificia Ciuitas eſt in Regno Neapolitano) Auguſtiniani Ord.Theologus,ſcripſit enarratiões in hymnos oẽs,qui cantãtur in Eccleſia ſecundum morem S.R.E.& ſecundum ordinem Breuiarij nuper editi, necnon religioſorum ordinum Sanctorum Auguſtini,Benedicti, DOMINICI, Franciſci, & Carmelitarum Neapoli apud Horatium Saluianum excuſas.Vide in verbo, Io.Baptiſta Poſſeuinus Georgij Filius.

DONATVS Veronenſis Euſebij Cæſarienſis libros De Euangelica Demonſtratione è Græco Latinos fecit. Vide in verbo, Euſebius Cæſarienſis, vbi quædam de ipſo Donato.

DOROTHEVS Archimandrita,non quidem ex ijs , qui hæreſeos Acephalorum propugnatores fuerunt,ſed vir magna ſanctitate cum ſolitariam vitam amplexus ad Abbatis Seridi cœnobium ſeceſſiſſet, prima probationum ſuarum fundamenta iecit ſub venerandis ſenibus Barſanuphio,& eius commilitone Abbate Ioanne,demum multis virtutibus excultus,non ſolum B.Doſitheum nobilem iuuenem,qui eius curæ traditus fuerat, præmiſit in cœlum,verum etiam pleroſq; alios ſanctis cohortationibus animauit ad cœleſtia.Eius cum viginti,& vnus Sermones Græcè ſcripti fuiſſent inuenti, in Latinam linguam primò conuerſi ſunt à monacho,Hilarione Veronẽſi,qui vt linguam Latinam callebat,præſtitit in ea verſione,quod potuit: ſed nactus fortaſſe Græcum exemplar erroribus ſcatens præbuit occaſionem alteri monacho Caſſinenſi(nempè Chryſoſtomo Calabro)vt rectius in Latinam è Græca lingua verſi ijdem Sancti Dorothei Sermones primò ederentur emaculati. Venetijs apud Bologninum Zalterium,an.Dom. 1564.

*Porrò in eo libro hæc inſunt.*

Vita Sancti DOſithei,qui fuit primus D.Patris DOrothei diſcipulus.
Sancti DOrothei de obedientia,& ſubmiſſione propriæ voluntatis.
De cordis humilitate,& modeſtia.
De conſcientia. De Diuino timore.
Ne quiſpiam propria ſe inſtituat, & informet Sapientia, & Prudentia. Quòd proximum iudicare non debemus.
De accuſatione, & reprehenſione ſui ipſius.
De ira,& iniuriarum memoria non habenda.
De mendacio.
Quod vitam Dei cum omni ſollicitudine, ſobrietate, modeſtia , & conſideratione, ſeu circumſpectione currere debemus.
Vt paſſiones,& morboſos affectus excidere ſtudeamus, priuſquam in malum animæ habitum tranſeant.
De timore futuri,& pœnis Inferni,& quod is, qui ſaluari cupit, numquam ſalutis propriæ immemor eſſe debeat.
Vt quietè,conſtanter,ac citra animi perturbationem,tentationes, & aduerſa feramus.



Digitized by Google

De ædificio,& congruitate, ſiue concordia virtutum animæ.
Ad eum,qui adminiſtrandi pnus ſiue cellariæ curam habet.
Ad quoſdam monachos celliotas,ideſt cellariæ frequentantes, qui num conuerſandum ſit cum fratribus ſuis,interrogabant.
Ad eos,qui in monaſterio præſunt,quonammoddo preeſſe fratribus oporteat,& quonã modo ſubditi obedire debeant.
De ſancto ieiunio. Variæ, breues,ac compendioſæ ſententiæ.
Epiſtolę ad fratrem quemdam,qui eum interrogauerat de ſtupore,& inſenſibilitate animæ, nec non de tepore, & frigiditate charitatis.
Honeſta monachi compoſitio.
De planctu, humilitate,& quibuſdam alijs virtutibus.
At aliquot poſt annos, quàm hæc prima prodiret editio,Margarinus Bignæus ſua in Sanctorum Patrum Bibliotheca, doctrinas iſtas, ſed numero duodeuiginti & ſex expoſitiones non omnino quidem prænotationibus emiſit, quarum tituli hi fuere.

1 De renunciatione.
2 De humilitate.
3 De conſcientia.
4 De Diuino timore.
5 Ne nos ipſos informemus.
6 Ne proximum iudicemus.
7 De accuſatione ſui ipſius.
7 De ira.
9 De mendacio,
10 Ne deſides, & negligentes curramus viã Dei.
11 Vt ſtudeamus, à nobis præcidere huiuſcemodi paſſiones.
12 De timore,& pœnis Inferni.
13 Vt viriliter,& cum gratiarum actiõe aduerſa quæque feramus.
14 De ædificatio,& harmonia virtutem.
15 De ſancto ieiunio.
16 De frequentia cellæ.
17 De inſtitutione fratrum.
18 Dialogus ad eum, qui penum adminiſtrat.

*Expoſitiones.*

19 Breues & compendioſæ ſententiæ.
20 De inſenſibilitate animæ, & frigiditate charitatis.
21 Dialogus de planctu.
22 Expoſitio in quædam verba Diui Gregorij Nazianzeni.
23 Expoſitio alia in eiuſdem verba.
24 Sermo nouiſſimus,de compoſitione Eccleſiaſtici ordinis.

Addidit Margarinus præfixam Epiſtolam inuentoris editionum Dorothei, ac deinceps pauca alia de Dorothæi virtutibus,quæ in codice Græco haud cernuntur.Præterea, ad calcem Operis,octo monita ad fratrem,qui in tentationes varias inciderat.

Porrò ſciendum eſt(inquit Nilus)duos fuiſſe DOROTHEOS,& duos Barſanuphios, quorum illi erroribus Seueri fuerunt addicti; hi verò Orthodoxam, & perfectam vitam tenuerunt,de quibus in hoc libro fit mentio; quamobrẽ non ſunt reijciendi, cũ Beatus hic inter Patres fuerit celebris. Extat Præfatio Anonymi in DOROTHEI doctrinas,in Bibliot. SS.PP.Tom.2.edit.2.

DOROTHEVS Tyrenſis,ſeu Tyri Epiſcopus,cui falſo aſcribitur Synopſis, quæ plena eſt narrationibus confictis,atque mendacibus,nam(vt alia prætermittantuur)quanam ratione auctor ille defendi poteſt,cum inter diſcipulos 72.numeret Eunuchum Reginæ Aethiopum,quem à Philippo conuerſum conſtat, poſt Aſcenſionem DOMINI, & Iuniam Epiſcopum faciat,quam tamen certum eſt fœminam quandam fuiſſe? & Cæſarem, cuius meminit Paulus ad Philippenſes,diſcipulum Chriſti,& Epiſcopum fuiſſe dicat,cum perſpicuum ſit de Nerone Cæſare Paulum eſſe locutum. Porrò quiſquis DOROTHEUS ille fuit ſecutus eſt Clementis libros recognitionum, qui apocryphi ſunt. Sanè verò temporibus Leonis Imp.floruit alius DOROTHEUS re vera Epiſcopus Tyri,cuius,& aliorum Epiſcoporum egregia extat Epiſtola ad ipſum Imperatorem, in To.2.Conc. recentioris editiõis, ſed neque iſtius DOROTHEI poteſt eſſe illa Synopſis. Ac ſecundi quidem illius nulla apud Hieronymum aut alios memoria reperitur,cuius ad nos ſcripta deuenerint, cum & quẽ ſub nomine Tyri Epiſcopi libellũ habemus,is Græcè ſcriptus fuerit, præterquam quòd validis illis rationibus euincitur ne præſtantis quidem alicuius viri eſſe potuiſſe illã Synopſim,in qua tam multa ſunt putida.Sed & DOROTHEUS non Epiſcopus, (vt opinati ſunt Galeſinius,& Sixtus Senenſis)ſed presbyter,Patria Tyrius,(vt habet Euſebius)qui & martyr ſub Iuliano fuit,nullum eorum librorum ſcripſit,quos Petrus Galaſinius in Notis ad eum, quem putabat eſſe DOROTHEI librum,attulit,ſic inquiens. *Inter Commentarios*(inquit) *Eccleſiaſticos,quos poſt ſe reliquit, de alijs etiam nonnulla memoriæ prodidit, vtpote de omnibus Saluatoris noſtri Diſcipulis,videlicet Apoſtolis,cũ duodecim illis,tũ ſeptuaginta,imò de & Prophetis,vbi quiſq; illorum,& quomodo vitã finierit. Qui liber Synopſis de vita,ac morte Prophetarũ & Apoſtolorũ inſcriptus eſt.*

Vide Baron. Card. in Notis ad Martyrolog. die 5. Iunij. Euſeb. lib. 7. c.16. & 47.

DORO-

DOROTHEI autem cuiuſdam apud Photium fit mentio, qui ſcripſerit Lexicon vocum ſed non inquit, num hæ ad Eccleſiaſticum vſum inprimis attineant.

## D R

DRACONTIVS, presbyter Hiſpanus, ſcripſit in Hexaemeron creationis mundi expoſitionem heroicis verſibus, cuius meminit Honorius Auguſtodunenſis in Catalogo. Editus autem primo fuit è Bibliotheca S. Victoris prope Pariſios Deinde vnà cum veterum Poëtarum Chriſtianorum Poematibus. Extat in Tom. 8. Bibl. SS. PP. edit. 2.

DREPANIVS Florus à Baronio Card. creditur ille fuiſſe, cuius Sidonius Apollinaris meminit in Epiſt. ad Lupum, quæ eſt vndecima libri octaui, ſicut Anridij quoque Poëtæ. Quòd ſi ita eſt, errare illi conuincuntur, qui Drepanium Florum ad tempora reijciunt S. S. Greg. Papæ. Longè verò ante hæc tempora ſub Theodoſio maiore alter Drepanius vixit clarus orator, qui Panegyricum dixit eidem Theodoſio, qui & ille eſſe exiſtimatur, qui eodem tempore Proconſulatum in Africa geſſit, ad quem extat eiuſdem Theodoſij Reſcriptum, qui *Pacatus*, dictus reperitur. hic autem Poeticis facultatibus notus, Florus eſt nuncupatus. Extat in To. 8. in Bibl. SS. PP. illius carmen, ſiue hymnus in laudem S. Michaelis Archangeli, & alia quædam Poemata, hoc eſt hymni, & alia.

DRIEDO de ſcripturis Eccleſiaſticis. Vide in verbo, Io, Driedo.

DROGO, Belga, monachus monaſterij S. Vuinocij, quæ Ciuitas eſt in Belgio, deinde Geſtellenſis Paſtor, poſtremo Epiſcopus Morinorum 16. creatus ann. Dom. 1036. quibus præfuit cum laude annos plus minus 33. poſt quos quieuit in pace, an. 1079. ſcripſit.
De vita S. Godolenæ virginis & martyris, librum excuſum in Tom. 4. Surij die 6. Iulij.
De vita S. Oſuualdi Regis Northumbriæ.
De eodem Sermones duos, qui extant in Cœnobio, Bergis m. s.
De miraculis S. Leuuinæ virginis.
Primo autem libro de vita S. Vuinocii Abbatis, adiunxit ſecundum & tertium, qui Bergis aſſeruantur in eodem monaſterio S. Vuinocij m. s. vide Ioannem Molanum in Annot. ad Vſuardum die 5. Auguſti.

DROGO Laudunenſis Gallus, monachus, & Abbas S. Ioannis Laudunenſis, Ord. S. Benedicti Congregationis Cluniacenſis, Epiſcopus Cardinalis Hoſtienſis, ac deinceps Epiſcopus Laudunenſis. ſcripſit De Paſſione Domini, extat in Bibl. SS. PP. Margarini Bignęi. Obijt anno. 1237. Trit. lib. 4. c. 32. Panuuinius in Epitome in 4. & Franciſcus Belleforeſtius in ſua Coſmographia, de qua ſuo loco aliquid dicendum eſt. Sciendum autem Drogonem iſtum vocari à S. Bernardo Epiſt. 219. ad quatuor Epiſcopos Curiæ, & alibi à Panuuinio in Epitome *Asbericum*. Sed Arnoldus Vion ſequitur Chronicon Cluniacenſe, m. s. in quo *Albertus* dicitur, cuius verba ſunt. *Albertus Cluniacenſis ſuo tempore monachus, deinde Hoſtienſis Epiſcopus factus eſt. Hinc ſcripſit Petro Cluniacenſi, & Religionis, commendans eis ſuam peregrinationem, de quibus habetur Epiſt. in 2. lib. c. 18.* Arnoldus in Ligno vitæ.

## D V

DVBRAVA ſcripſit in Epiſt. Pauli ad Coloſſenſes, & aduerſus Lutherum de Catholicis Eccleſiæ miniſtis, an. 1541. Eiſingr.

DVDECHINVS, ſiue Dodechinus Germanus monachus, & Abbas Cœnobij S. Dyſibodi, vir in ſcripturis Diuinis, & humanis valde verſatus, ſcripſit hiſtoriam ſuę peregrinationis in Palæſtinam, quæ dicitur *Sancta*. Ad Chronica item Mariani Scoti continuatæ hiſtoriæ Appendicem, ab an. 1084. vſque ad 1200. quæ excuſa eſt vna cum eodem Mariano Francofurti, an. 1583. Epiſtolarum denique ad diuerſos librum.

DVNSTANVS, Anglus, vir ſanctus, monachus & Abbas Glaſconienſis, ex Epiſcopo Londinenſi, & Vuigornienſi, factus Cantuarienſis Archiepiſcopus 24. an. Dom. 973. quo munere functus an. 28. ſanctè migrauit ad cœlum annum ætatis agens 79. Chriſti autem Domini an. 1000. die 14. Kalen. Iunij ſcripſit.
In Regulam ſancti Benedicti Tractatum paruum, qui excuſus eſt in Belgio.
De ordinatione Cleri, lib. 1.
Epiſtolarum contra Regem Eduinum, lib. 1. Vide Polydorum, lib. 6. & 7. & Tritemium, libro 4. cap. 100.

Eius autem Vitam ſcripſit Osbertus. Extat apud Surium Tomo ſecundo ad diem 10. Martij.



Digitized by Google

DVRANDVS Campanus, Gallus, Ordinis Minorum, ſcripſit Summam Confeſſariorum quæ inſcribitur *Directorium,* in quatuor partes diſtinctam, extat & in 4. Sentent. opus eius Bononiæ in Bibliotheca Franciſcanorum m.s.

DVRANDELLVS Dominicani Ordinis, ſcripſit aduerſus Durandum, à S. Portiano ſuum conſobrinum, de quo mox infra, tanquam contra S. Th. oppugnatorem. Incipit, *Sedens aduerſus fratrem.* At ſanè in quibus Durandus cum communi Theologorum ſententia ſenſit, profundior, & doctior habetur Durandello. Extabat autem hic liber in communi Bibliotheca Dominicanorũ Neapoli, vt refert Ant. Senenſis in hiſtoria ſuorum PP. Dominicanorum. Titulus, ſiue libri prænotatio erat: *Solutiones, reſponſiones, ac reprobationes rationum S. Th F. Nicolai Meldenſis.* è quibus verbis liquet, *Durandellum* fuiſſe cognomentum, non nomen. Scripſit item librum alterum, cui titulus, *Correctorium corruptoris D. Thomæ:* fuerit autem hoc, quod Aegydio Romano aſcribitur, necne, incertum erat idem Antonio Senenſi.

DVRANDI à S. Porciano, Ord. Præd. & Leodienſis Epiſcopi in Petri Lõbardi ſentẽtias Commentariorum libri quatuor cum aliàs editi fuiſſent, recuſi ſunt quoque Venetijs 1586. & Lugduni apud Rouillium 1587. quem aliqui aiunt vocatum fuiſſe Cunonẽ è Cromberg. vir fuit inſigni doctrina, in quo, etſi quædam inueniuntur diſſona communi Theologorum ſentẽtiæ, quæ vel ægrè defendi iam poſſint, vel adeo ab Eccleſia deinceps fuere declarata, id tamen meminiſſe oportet, quod ipſemet in præfatione Commentariorum ſuorum in Magiſt. ſcripſit: *Et quoniam* (inquit) *interpretatio dubiorum Sacræ ſcripturæ ad Sanctam Eccleſiam Romanam, & Catholicã pertinet, omnia Opera mea eius correctioni totaliter ſuppono.* Scripſit etiam librum de Origene Iuriſdictionum. Tractatum de viſione Diuinæ Eſſentię ante diem iudicij. Tractatum de Legibus. Quæſtionum diuerſarum librum. Alterum De inſtructione Cleri. Alium De Concilij celebratione. Quodlibeta aliquot. Ser. diuerſos. Magiſter Sacri Palatij antequam crearetur Epiſcopus.

Scripſit verò Epiſt. ad Henricum Regem, De corpore, & Sanguine Domini, contra Brunonem Andegauenſem Epiſcopum & Berengarium Turonenſem. Porrò Durandus humili licet loco natus, vir tamen (vt verbo Baron. Card. vtar) ſanctiſſimus fuit. Eam verò Epiſtolam is ipſe Baron. ex Bibliot. Ludouici Martelli Rothomagenſis lectu dignam inſeruit To. 11. ſuorum Annal. ſub an. 1035. quo ipſe Durandus illam exarauit: cuius item Epiſtolę meminit Guitmundus, lib. 1. De Corpore, & Sanguine Domini, & quæ item extabat in Tom. 3. Bibl. SS. PP. Bignæi, edit. 2. Quin & idem Baron. notat Sigebertum falli, qui Durandi ingreſſum in Epiſcopatũ Leodienſem ponat an. 1021. rurſum an. poſt. 1025. alium in locum eius ſubrogatum ponat Reginardum, cum tamen ſaltem ad tempora Hẽrici Regis, & ad an. 1035. peruenerit. Quare Hermannus cũ eiuſdem Durandi meminit, nequaquam eo termino claudit eius Epiſcopatum. Ceterum cum in prima editione Apparatus huius Sacri ſcriptum fuiſſet Durandum fuiſſe *Meldenſem* Epiſcopum, erratum fuit, *Leodienſem* reponimus.

DVRIENSE Concilium, hoc eſt Duriæ in Saxonia celebratum Carolo Magno imperante, ſed vniuerſalis Eccleſiæ Pont. Max. Adriano, an. Do. 775. De recta diſpoſitione rerum Eccleſiaſticarum, & de compoſitione Ciuilis ſtatus. *Veteres Francorum Annales.*

## *Didymus Alexandrinus contra Manichæos.*

Nulla oppoſitio contrariorum fit ex toto, quin ſint in eis aliqua contrariorum communia. Verbi gratia album quod eſt contrarium nigro, & nigrum in ijs tantũ, quibus differunt, contraria ſunt, cum habeant alioqui communem colorem, & qualitatem. nihil enim eorũ, quæ talia ſunt, priorẽ oppoſitionem, quàm communitatẽ habet. Omnia enim poſt illa, quæ habet prius cõmunia, oppoſitionem ſortiuntur, in communibus aũt nõ eſt contrarietas. oportet enim colorem eſſe, & qualitatẽ eſſe, vt ſit albũ; ſimiliter in nigro, ad eundem modum virtus, & vitiũ prius conueniunt in cõmuni ratione qualitatis, & affectionis, quàm ſint contraria. Si igitur duo principia ingenita ſunt, & hæc ſunt contraria, vel ex toto ſunt contraria; vel ſunt aliqua eorũ cõmunia, at nihil ex toto recipit contrarietatẽ; habẽt igitur hæc cõmunia eſſe ſcilicet, & ſubſtantias eſſe, & ſi quid aliud in eis cõmune reperitur. cõtraria verò ea facit eſſe alterũ bonũ, alterũ malũ; eſſe itẽ alterũ lumen, alterũ tenebras; prius aũt cogitatur eſſe ea ſubſtantias, quàm cogitentur eſſe bonũ, & malum. Contrarietas igitur non eſt circa communia, ſed circa propria, poſitum aũt eſt eſſe ea ingenita, nihil aũt eſt ante ingenitum. At eſt ante hæc contraria aliquid, id ſcilicet, ꝙ dixi, eſſe in eis cõmune, ergo nõ ſunt principia ingenita; quia hæc ingenita ſunt cõtraria ꝙ aũt ineſt eis cõmune ante ipſa cõtraria eſt, non ſunt igitur ingenita principia, quia ante

inge-

ingenitũ nihil eſt. Sin verò dixerint, non eſſe contraria ratione ingẽti, reperietur igitur commune eorum hoc. Sed rurſus quia malum ingenitè eſt malum; & bonum ingenitè bonũ, reperietur ingenitũ malum cõmune amborum; & ingenitũ bonũ, cõmune item amborum. Si enim bonum ſine ingenito non poteſt reperiri, commune autem eſt ingenitum, commune rurſus erit quod neceſſario ſequitur ingenitum; hoc autem eſt bonum. Si verò dicant, non eſſe commune eorum, eſſe ingenitum, quatenus alterutrius eſt, alterutrũ eſt ingenitum, non eſt alterum ingenitum. Erit igitur ingenitum vel bonum, vel malum, non autem bonum, & malum. Quare ſi reperietur bonum ingenitum; malum erit genitum. Aliter, omne malum eſt puniendum, nihil, quod puniẽs eſt, eſt incorruptibile, nullum igitur malum eſt incorruptibile, quin ſit incorruptibiliter corruptibile. Nihil corruptibile eſt ingenitum, eſt autem; malum corruptibile; malum igitur non eſt ingenitũ. Nullum eſt malum ſecundum ſubſtantiam, malum autem eſſe eſt effectum eſſe qualitate, malitiæ ſcilicet, at affectum eſſe qualitate non eſt ſubſtantia, malum igitur non eſt ſubſtãtia. Omnia contraria ſe viciſſim interimunt, quæ ingenita ſunt, non intereunt, non ſunt igitur contraria, contraria enim non ſunt ab interitu libera. Mihil ingenitum eſt mutabile, mutatur autem hoc bonum à malo ſuperatum, bonum igitur hoc non eſt ingenitũ. Quòd eſt ingenitum non expetit vllius interitum, malum autem expetit interitum, malum igitur non eſt ingenitum. Scripturæ Diuinæ non ſolum malũ, ſed etiam ipſum Diabolum dicunt afficiendum eſſe ſupplicio: Quòd autem ſupplicio afficiendum eſt, id omne mutabile eſt, nihil autem mutabile ingenitum eſt; nullum igitur ex malis ingenitum eſt. Eorum, quæ ex toto ſunt contraria, nihil eſt commune; quare omninò neceſſe eſt, vt quod vni ineſt, alteri non inſit, ineſt aũt bono eſſe ingenitum, malo igitur neutrum horũ ineſt. Quare malum non eſt ingenitum. Quicunque rectè aliquid expetit, ſi rectè expetit, expetito potitur, expetit autem Deus malitiam delere, igitur malitia deleri poteſt. Quòd ſi deleri poteſt, delebitur. Deleta autem non eſt ingenita. Si malum eſt ingenitum, natura ei ineſt eſſe malum, at nemo operans ſecundum naturam, peccat, igitur malum ingenitum non peccat, quod autem non peccat, non eſt in culpa, & reus; reus autẽ, & in culpa eſt Satanas; Satanas, igitur non eſt ingenitus. Diuina ſcriptura homines vocat ſuarum actionum, & ſtudiorum filios, & fœtus, vt iracundos, aut alio peccato obſtrictos, ita vt propter peccatum obnoxij irę ſupplicij de eis ſumendi filios iræ nominet. Paulus itaque de ſe, & de ſimilibus, ſanctis ait, eramus natura filij iræ, ſicut & ceteri homines, qui hucuſque in peccatis fuerunt. Illud autem quod oppoſitum eſt, natura, non ſecundum naturã ſignificat, ſed verè. Eramus enim, inquit, natura filij iræ, vt declarat, verè eſſe obnoxios iræ eos, qui peccant. Sicut ergo filius iræ efficitur, qui admittit peccatum, ſic qui ab eo ſe ad virtutem tranſtulit, filius veritatis, ac virtutis. Sic dictum eſt de quibuſdã à Saluatore, *iuſtificata eſt ſapientia à filijs eius:* filios ſapientiæ appellat ſapientes. Etenim quia qui ſunt filij alicuius, ab eo, qui generauit, habent, vt ſint, habent autem qui qualitati effecti ſunt, à qualitate ipſa, vt tales ſint, quales ſunt, idcirco rectè, & conuenienter filij qualitatis nõminantur. Sicut enim ſapientes quoſdam Dominus *filios ſapientiæ* appellauit, ſic alios *filios pacis* nominauit, cum dixit diſcipulis, ſi ingreſſi fueritis in ciuitatem, vel domum, & ibi fuerit filius pacis, pax veſtra, data ſcilicet ciuitati, vel domui, requieſcit ſuper filium pacis, qui ibi erit. Rurſus idem Saluator, *prudentiores*, inquit, *ſunt filij huius ſæculi,* quàm filij lucis in generatiõe ſua. filios lucis vocat illuminatos cognitione veritatis, & operibus virtutis, quibus dicit tanquam luminibus, qui facti ſunt filij lucis, *Vos eſtis lux mundi.* eos aũt, qui dilexerunt hanc vitam, & ad eam quæcunque faciunt, referunt, *filios ſæculi huius* nominauit. Sed licet dixerit prudentiores eſſe hos filijs lucis, non ſimpliciter dixit eſſe *prudentiores,* ſed *in generatione ſua,* ideſt, in rebus ad hoc ſeculum accommodatis. Prudentiores ſunt filijs lucis, ſunt enim ſapientes ad malefaciendum, vt autem bene agerent, intelligere noluerunt. Et de Iuda ſcriptum eſt, quòd eſſet *filius perditionis.* Sic enim Dominus de cõ dixit: *nemo ex diſcipulis meis periit, niſi filius perditionis.* Filium perditionis vocauit, qui fecit, quæ digna interitu erant: nõ enim cum erat vnus ex Apoſtolis, & vnà cum illis miniſtrabat Saluatori, talis erat, ſed cum factus eſt proditor filij Dei, & Magiſtri, amans argentũ, perditionis. Et quia non erat natura malus, pariter cum alijs diſcipulis omnibus audiuit: *Ecce ego mitto vos tanquam oues in medio luporum.* Sic lupos dicit eos qui peccant, oues verò eos, qui virtuti operam nauant. Iudas autem natura malus erat, non erat ouis Chriſti, quia non eſt aptus ad nauandum virtuti, qui natura malus eſt. Immò nec ipſe Diabolus, ſecundum naturam malus eſt, ſed ex mutatione liberæ voluntatis. Sicut igitur non ſolum prauarum actionum, & ſtudiorum, ſed honeſtarum filij vocantur, qui ea, vt diximus, exercent, ſicut dicebant fœtus qualitatem, qui ab eis à accipiunt, vt tales ſint,

quales

Digitized by Google

quales ſunt, quod quidem ab ipſa qualitate proficiſcitur, ſic caro peccati, & corpus peccati non ſimpliciter dicitur, ſed quia homo ſeruit peccato, homo enim nô corpore, & carne ad libidinem, & alias huiuſmodi operationes abutens, corpus ſuum corpus peccati facit, & carnem peccati: ſicut rurſus ſtudioſus, & honeſtus per temperantiam, & virtutem quæ inde ſequitur corpus ſuum, & animam ſanctificat. *Virgo* itaque *ſancta efficitur corpore, & ſpiritu*, qui eſt anima, ſicut Paulus ſcribit, cum ait, oportere Virginem eſſe à rebus vitæ huius expeditam, & liberam, *vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu*, immò etiam in Epiſt. ad Cor. ſcribit, *glorificate Deum in corpore veſtro*, ſi autem glorificatur Deus in corpore hominũ, & Deus non glorificatur in malo, nô eſt igitur corpus natura malum, quamuis malum eſſe faciat peccator, cum ipſo vtitur peccando. Et paulo poſt eoſdem rurſus alloquitur inquiens, *an neſcitis, quod corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, quem à Deo habetis? Si quis templum Dei violauerit, diſperdit eum Deus, templum enim Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos*. Et in Epiſt. ad Theſſ. ſcribit idem Apoſt. *Deus pacis ſanctificet vos per omnia, vt integer Spiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti aſſeruetur*. Quomodo autem poteſt quis per omnia ſanctificari, & corpus ſuum habere integrum, cum corpus non ſit aptum vt ſanctificetur, ſi malum eſt? Si enim natura malum eſt, non poteſt recipere ſanctificationem. Si verò recipit, liquet non eſſe natura malum cum bonitatem recipiat. Quod enim natura malum eſt, non poteſt capere bonum; ſicut rurſus, quod natura bonum, non poteſt capere malum: in altera Epiſtola ſcribit idem Apoſt. ad quoſdam: *Emundemus noſmetipſos ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Dei*. Hac voce, *Emundemus* declarauit, eſſe carnem aptam natam, vt repurgetur à contaminationibus, quæ ex peccato ad eam accedunt. Similiter in ſpiritu, & anima. Quòd ſi caro ſecundum ſubſtantiam eſſet mala, & ſpiritus ſecundum ſubſtantiam eſſet bonus, neque ſpiritus inquinaretur: neque ab inquinatione mundaretur. Præcipit autem vtrunque ab inquinatione mundare, exprimens etiam modum mundationis, *perficientes* enim inquit, *ſanctificationem in timore Dei*. Illud verò etiam rectè, quod ait *in timore Dei*, vt doceat, habere homines è ſe, vt obediant, non autem ex neceſſitate. Quod ſi perficientes ſanctificationem in timore Dei carnem noſtram, & ſpiritum ab inquinatione mundamus, perſpicuum eſt fieri hoc acceſſione ſanctitatis. Sicut enim ab ignorantia, & iniuſtitia anima repurgatur cum ſcientia, & iuſtitia adeſt, fuga enim vitij aditum virtutis efficit ſic adueniente ſanctificatione caro, & ſpiritus ab inquinamento mundãtur, ſpiritus autem in his animum ſignificat. Sicut in Actis etiam Apoſtolorum Stephanus cum lapidabatur, & erat prope moriens, preces Deo adhibens, *Domine Ieſu*, inquit, *accipe ſpiritum meum*, nihil aliud hic dixit ſpiritum ſuum, quam animam ſuam. Si igitur caro, & corpus quandoque peccati, aliquãdo ſanctificationis dicitur, & ad glorificandum Deum adhibetur, nihil horum natura malum vel bonum eſt; ſed potius vtrumque libera voluntatis poteſtate recipere poteſt, & vſus eius, qui carnem & animam habet, faciet, vt nunc ſit caro peccati, nunc caro ſanctificationis. Quòd ſi ita putant, qui non intelligunt quod ſcriptum eſt, vnde proferunt, eſſe carnem peccati, nos tamen id ipſum integrè recitantes, ſentẽtiam perſpicuam reddemus. Sic enim habet: *Deus filium ſuum mittens in ſimilitudine carnis peccati, de peccato damnauit peccatũ in carne*. Huiuſmodi eſt, quod dicit. Caro omnium hominum ex coniunctione viri & fœminæ exiſtit, excepta carne primi parentis, & ea quam Chriſtus aſſumpſit. Non enim aliter corpus hominis ſit, niſi corpora maris, & fœminæ miſceatur. Igitur quia Saluator ex ſola Virgine corpus aſſumpſit, quod non duxit principium ex coitu, idcirco carnem Domini ſi multitudinem carnis, quæ ex coitu exiſtit, vocauit, non enim ſimpliciter dixit habere eam ſimilitudinem carnis, ſed *ſimilitudinẽ carnis peccati*. Similitudo autem carnis peccati caro eſt. hoc ſolũ ei ex alijs carnibus defuit, quod extitit ſine viri ſemine. oportebat enim vt, qui ad ſalutem hominum veniebat, non acciperet corpus ex coniunctione viri, neque rurſus extra ſucceſſionem hominum, ſicut primus homo, ne corpus eius alterius generis eſſe putaretur. Etenim ſi ipſe etiam ex terra formatus fuiſſet, ſicut fuit princeps generis humani, ſuſpicionem cæpiſſent, qui apparationem per fictionem introducunt, nô geſtaſſe re, & veritate corpus hominis. Rurſus, ſi corpus ex coniunctiõe ſumpſiſſet nulla differentia, exiſtimatis vtique eſſet obnoxius eſſe illi peccato, cui erant omnes ex Adam per ſucceſſionem profecti, & orti. Si verò dixerint: Si caro peccati eſt, quæ ex coniunctione viri & fœminæ nata eſt, malæ ſunt nuptiæ. Audiant iſti, quod ante Aduentum Saluatoris, qui abſtulit peccatum mundi, omnes homines ſicut alia cum peccato agebant, ſic etiã nuptias cum peccato habebant. vnde ſimiliter de corporibus ex connubio natis intelligendum eſt, quia poſt peccatum facta fuit cõiunctio Adæ cum Eua, idcirco dicta eſt caro peccati. Qui enim erat ante peccatum immortalis, factus eſt per peccatum mortalis. atq; ita

1. Cor. 6.
1. Cor. 3.
1. ad Ro. c. 5.

Alia cũ peccato agebãt, id eſt, nondum peccato per Chriſtum Redemptorem ablato ſimiliter nuptias cum peccato habebant.

ſuc-

ſucceſſio mortalitatem habet. Similitudinē igitur huius carnis habebat Chriſtus, tametſi caro eius non vidit corruptionem: verum tamen per Aduentum Chriſti ſicut ab alijs rebus ablatum eſt peccatum, ſic etiam à nuptijs. Itaque nunc, qui ſecundum Euangelium viuunt, habere poſſunt honorabiles nuptias, & thorum immaculatum, ſicut Paulus ſcribit fidelibus, *honorabiles nuptiæ, & thorus immaculatus. Fornicatores aūt, & adulteros iudicabit Deus.* Diſtinguens enim nuptias honoratas, & eos, qui eis vtuntur, à ſcortatoribus, & adulteris, non ſcortationem, nec adulterium vult eſſe nuptias, ex quo fit, vt neque peccatum ſit cōiugium. Aliter etiam dici poteſt magis phyſicè, diuina quædam res eſt virginitas, & tanquam in virtutibus exiſtit, ſi quis igitur nuptias cum virginitate conferēs, ipſas dicat peccatum eſſe, non abſolutè ſunt peccatum, malum enim non comparatione boni malū eſt, ſi quidem per ſe tale eſt. Si quādo igitur aliquid male dicatur cum bono collatum, ipſum etiam ſic collatum, minus bonum fuerit infra bonum antelatum. Qui igitur ad Euangelium accedunt, ad eum in primis, ac præcipuè accedunt, vt Deum colant, & ſecundū Deū ſapientes euadant, hos ſequitur oppugnari ab aliquibus; ſi quidem oportet firmè Chriſtianam religionem ſuſcipere. Comparatur autem firmitas exercitatione contra tentationes ſuſcepta, vnde neceſſe eſt eos ſubire certamina, & ſicut qui præmia in certaminib. proponunt, ſi, quod ratio poſtulat, curant, non fortuitò hunc pugilem cum illo committunt, & conferunt, ſed proportione virium cuiuſq; valde diligenter animaduerſa, & cōſiderata, ſic noſtri certaminis & præmij iudex non omnes cum eiuſdem aduerſarijs copulat, ſed potius pro ætate, & viribus cuiuſq; aduerſarium exhibet. Corinthijs igitur, cū eſſent pueri, ſcribit Paulus, adhuc teneri eos paſſionibus carnis, *tentatio*, inquit, *vos non apprehendit, niſi humana*, horum enim tentationes & certamina ad res humanas referuntur: de ſe autem, & de ſimilibus, & æqualibus, & æquè robuſtis ſcribit, *non eſt nobis colluctatio aduerſus ſanguinem, & carnem, ſed aduerſus Principes, & Poteſtates, & Rectores mundi tenebrarum harum.* Quæ perinde ſunt, vt ſi diceret, vobis, qui altius aſcendiſtis, non eſt pugna aduerſus carnem & ſanguinem, ideſt, aduerſus humana, ſed aduerſus ſuperiores ordines aduerſariorum. Hi autem ſunt ſpecies rationalium prauorum, qui voluntate tales euaſerūt. Nemò verò exiſtimet, cum diximus ſpecies rationalium prauorum, ſubſtantiam prauam nos dicere. Sūt enim ſpecies, & genera etiam eorum, quæ voluntate fiunt. Dicimus igitur eſſe ſpecies honeſti iuſtum, temperantem, prudentem, fortem. Quia enim virtus, quæ genus eſt in ſpecies diſtribuitur iuſtitiam, temperantiam, & reliquas, neceſſe eſt qui genus participat, ideſt honeſtas, genus ſit eorum, qui participant ſpecies virtutum. Similiter cum ſcientia genus ſit Grammaticæ, muſicæ, & aliarum, quæ nominantur à genere ſcientię, neceſſe eſt, ſcientem genus eſſe, quòd ſpecies, quæ à ſcientia nominantur, continet.

Cum igitur ſpecies prauorum rationalium dicimus, omnes, qui ſubter has ſpecies referuntur, voluntate prauos eſſe dicimus: ita fit, vt nomina praua, quæ diximus, non ſubſtantias declarent, ſed voluntates. Diaboli enim nomen non ſubſtantiam, ſed voluntatē declarat. Ac Iudam quidem, cum homo alioqui eſſet, Diabolum Dominus nominauit, nō propter ſubſtantiam, ſed propter voluntatem, cum numerans Iudam in diſcipulis, dixit eis, *non ne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis Diabolus eſt?* Et ſubiungit Euangeliſta, *hoc aūt dixit de Iuda, qui eum proditurus erat*, Si enim propter futuram proditionem Diabolus vocatus eſt, non iam tunc Diabolus erat, quando cum omnibus electus eſt. electus enim cū omnibus eſt propter virtutem, quæ tunc in eo erat. Tunc autem appellatus eſt *Diabolus*, quando quę ad proditionem ſpectabant, operabatur. Si ergo in Iuda nomen Diaboli actionem & voluntatem declarat ſimiliter etſi de alio quopiam dicatur, aliquid voluntatis ſignificat. nouit autem cōſuetudo vſum nominis huius. Diabolos itaq; vocamus eos, qui accuſant, hi illos; & illi hos. Vnde quia Diabolus Deum accuſat apud homines; & homines apud Deum, & homines apud eos ipſos inter ſe, hoc nomen ſortitus eſt. Quòd ſi nomen Satanæ etiam de ipſo Diabolo dicitur, ſciant, hoc ipſum nomen aliquid etiam voluntatis declarare. Vox enim hebraica Satanas nihil aliud ſignificat quam aduerſarium. Aduerſarius autem, ſi de homine accipiatur, idem eſt, quod inimicus nocens. Sicut igitur inimicus voluntate eſt inimicus, ſic etiam aduerſarius; ſicut etiam horū contraria, amicus enim, & beneuolus, & concors, & idem ſentiens nomina ſunt quæ voluntatem declarant. Dicit enim hic amicus, & beneuolus, ſicut dicitur Diabolus, & Satanas, & malus. Sicut Saluator in Euangelio præter alia hoc etiam docuit diſcipulos precari; *Et ne nos inducas in tentationē, ſed libera nos à malo.* Etenim & nomē mali volūtatē declarat. Si igitur in omnib. nominib. quibus ſignificatur princeps malorū, & primus, qui à virtute defecit, voluntate talis eſt, non poteſt, ſecundum ſubſtantiam eſſe malus. Quòd ſi dixerint, cum eſſet ſubſtantia, ac natura malus, voluntate etiam habuiſſe illa ipſa, quibus ſic nominatus eſt; ſciāt iſti, quòd

Sicut ad ſubſtantiam pertinent, ea, in quibus ſubſtantia eſt, ſic ad voluntatẽ ea, in quibus voluntas.

in ijs, quæ ad ſubſtantiam pertinent, non aſſumitur voluntas, nullus enim dicit, voluntate eſſe animal, aut lapidem, hæc enim ſunt ad ſubſtantiam pertinentia, quare nihil hic voluntatis eſt. In illis enim ſunt ea quæ ad voluntatem ſpectant, in quibus eſt voluntas. Sed fortaſſe dicent, cur eum qui futurus erat pernicioſus, & peſtifer, bonus Deus produxit? ſciant qui hoc dicunt, non ſolum nobis repugnare, ſed omnibus, qui prouidentiam Dei ponunt. Multi enim alij, qui prouidentiam ponunt, omnes animantes rationes participes ex Deo eſſe dicunt, in quibus vitium oritur. Si igitur hæc de Diabolo dicunt, de omnibus etiã ratione præditis coguntur hoc dicere. Nos tamẽ qui iſtos, nõ ſequimur, dicimus non eſſe auctorem vitij, qui eum fecit, qui poteſt ſua propenſione, ac nutu ad vitium venire. Animal enim rationis particeps fecit Deus quod volebat, vt voluntate ſua bonum eſſet, libera alioqui poteſtate præditum, qua poſſet in vtramque partẽ flecti. Volebat enim vt homo eſſet bonus, eligendo ſponte bonum. Nemo enim inuitus poteſt eſſe bonus. Quin potius omnes boni volentes ſunt boni. Quare oportebat, vt qui voluntate ſua futurus eſſet bonus, poteſtatem haberet, qua idoneus, & aptus eſſet ad capiendum quod bonum & honeſtum eſſet. Conſentaneum verò erat, vt quod bonum capere poterat, poſſet item malum. Sic fabricato rationis participe, vt ad capiendam virtutem, & vitiũ vim inſitam haberet, datum eſt mandatum, vt virtutem haberet actu, vitium verò nõ actu, ſed ſola aptitudine. Lex enim creatoris hortatur, & roborat, atque adiuuat ad virtutem, dehortans naturam à vitio. Quamuis igitur inſit poteſtas in compote rationis ad capiendum vitium, non propter poteſtatem eſt, malus iſte, vtrorumq; enim virtutis ſcilicet & vitij ſunt poteſtates & electiones: eligimus enim habere poteſtatem virtutis, vt eã actu capere poſſimus, eligimus etiam habere poteſtatem vitij. Tum enim habemus eam, cum actu virtutem habemus. Neque noſtra ſolum eſt hæc opinio, ſed omnium, qui rectè de animalibus ratione præditis phiſolophati ſunt. Licet igitur ſubſtantiam, quæ Diabolus nominatur, Deus fecit, non tamen fecit, vt eſſet Diabolus, ſed vt virtutem ſuſcipere poſſet, vt eam haberet; & vitium item ſuſcipere, vt ab eo abſtineret. Etenim quia non poteſt virtus cum vitio ſimul arripi, eſt autem amica Deo virtus, vtriuſque poteſtatẽ immiſit vtenti ratione, vt poteſtatem quidem virtutis ad ſuſcipiendum actum eius participaremus; poteſtatem verò vitij ad abſtinendum à fine poteſtatis, qui eſt actus. Quare omnis particeps rationis factus eſt, vt eſſet probus, & non prauus. Si quis igitur ratione vtentium via auctori, & gubernatori ſuo contraria ingreſſus eſt, non eſt culpa fabricatoris, & legiſlatoris, ſed eorum, qui contra leges ſanctas, & eorum prouidentia vires intenderut. Videmus hæc ſemper in nobis ipſis accidere, quæ enim filios docemus cum volumus eos ſecundum diſciplinam inſtituere, vt diſciplina vtantur (non ſic tamen vtuntur, vt inſtituti à nobis ſunt: immò contingit aliquando, vt multi filij à patribus in arte medicinæ eruditi, non vt oportet, ea arte vtuntur, ſed potius pro ſalubribus, quæ morbos inducunt ægrotis adhibent, non eſt tunc accuſanda medicina, nec eſt in culpa, qui eam docuit, non enim ſic is docuit, vt ſic iſte faceret; facit enim non vt didicit, rurſus leges quoſdam docemus, vt iuſtitiam defendant, & iniuſtitiã repellant. Sed tamen vitioſè aliqui ex ijs, qui ad ſtudium legum acceſſerunt, contra atque didicerunt, faciunt, neq; tamen cõtinuò leges, neque legiſlatorem criminamur, ſi enim leges, & legiſlatores iniuſtitiæ rei eſſent, nõ punirent iniuſtos. ſi quidem hæc eſt legis, & legiſlatoris voluntas, ac ſententia puniendũ eſſe iniuſtum: & Deus punit Satanam, & eos qui leges à Deo latas tranſierunt. quibuſdam enim prauis dicit, *mitte in ignem æternum, qui præparatus eſt Diabolo, & angelis eius.* Sciant igitur qui contra hæc dicunt, dicere eos ſecum pugnantia. Si enim ſecundum ſubſtantiam Diabolus malus erat; & à bono Deo alienus, & par viribus eſſe poterat; neque præparaſſet ei Deus ſupplicium, neque mittere eum in ſupplicium potuiſſet. dicit tamen præparatum eſſe ignem Diabolo; hoc etiam dicendum eſt, ſi bonus Deus immutabilis eſt, vt quidem eſt, & eaſdem vires ſemper habet, & non aliud alius poteſt, & alius aliter, futurum autem erat, vt poſt multam noxam, multamque cladem eum igni ſempiterno traderet, quare non hoc à principio fecit? cum ſe in Deum extulit, & partem eius occupauit? iuſtiores enim tunc pœnas in eum decreuiſſet, vtpote in eum, qui in maiorem peccaſſet, nunc enim hominibus nocet, tunc autem iſtorum opinione ipſi Diuinitati nocuiſſet, ſicut ipſi ſentiunt, lex autem & indignatio iuſtior eſt contra eos, qui in regem audent, quàm qui in aliquos, qui regi obediunt. Si enim ſic ipſis de his ſentiẽdum eſt, aut dicturi ſunt ignoraſſe tunc Deum, quomodo vlturus eſſet, & malum impediturus; aut non potuiſſe, at neutrũ horum bono Deo tribuendum eſt; non igitur inimicus Dei ingenitè, cõtra eũ ſe extulit, ſed potius factus alioqui, vt eſſet bonus, poteſtatem virtutis capiendæ imperfectã, & mãcam ſeruauit, poteſtatem verò vitij ſuſcipiendi ad actum perduxit, vnde puniendus fuit,



Digitized by Google

& meritò diu poſt ſupplicio affectus eſt. Si verò illud obiecerint, quòd à Ioanne Baptiſta dictum eſt, *ſerpentes genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira, facite ergo fructus dignos pœnitentiæ, & nolite dicere in vobis ipſis, Patrem habemus Abraham, potens enim eſt ex lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam ſecuris poſita eſt ad radicem arborum. Omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur.* audiant iſti, non poſſe eos obijcere, quæ nō recipiunt, non enim recipiunt Ioannem Baptiſtam, qui fuit veteris teſtamenti. nihilominus tamen ſic contra iſtos dicendum eſt, per totum contextum negare Ioannem eſſe natura bonos, aut natura malos, ait enim illis, *facite igitur fructum dignum pœnitentiæ.* pœnitentia autem, & fructus non cadit in malum ſecundum ſubſtantiam, nec in bonum natura. quomodo enim qui ſemper bonus eſt, pœnitentia indigeat? aut quomodo natura malus bono pœnitentiæ vtetur? Qui enim ſecundum ſubſtantiam malus eſt, non poteſt à peccato dimoueri, nec vtilis eſſe ei pœnitentia, tum etiam ex lapidibus oſtenſis dicit excitandos eſſe filios Abrahæ, lapides vocat obſtinatos, & adhuc in peccato permanentes. ſi namque eos pœnituerit, & Deo crediderint, erunt filij Abrahæ, qui à Deo *homo Dei* appellatus eſt, qui in Deum credidit, ita vt fides reputata ſit in iuſtitiam. Quia verò illud etiam ab iſtis dici audiuimus contra eos, qui ex Abraham, & alijs ſanctis viris generati ſunt, quod dictū eſt *ſerpentes genimina viperarum*, Abraham, & Aramæos ſignificare, intelligant iſti, dicere ſe, quæ cum conſequentia capitis pugnant, arguit enim eos, quòd non eſſent filij Abraham, ſed potius genimina viperarum diſſimulata, & fruſtra ſe ex Abraham ortos gloriaretur. ait enim illis Saluator in alio capite. *Abraham non fecit, quem vos patrem veſtrum dicitis mentiētes, ſi enim filij Abrahæ eſſetis, faceretis vtique opera Abrahæ, Sed vos ex patre veſtro eſtis diabolo, & deſideria patris veſtri vultis facere. ille homicida erat ab initio; & in veritate non ſtetit.* bene habet, quòd dixit, *non ſtetit*, quod quidem declarat, ſtetiſſe ipſum prius in veritate. patrem autem corū vocauit Diabolum propter ſimilitudinem mutationis, & qualitatis. Quare non Abrahā, & ſanctos cum eo *viperas* appellauit. vt enim filij viperarum eſſent ex mutatione habuerunt, quia malis magiſtris vſi ſunt volentes, ſicut diximus. ait igitur illis Ioannes, quādoquidem auerſi à virtute, ſerpentes fieri voluiſtis, (non enim natura tales erant) deſinite eſſe fœtus viperarum, quarum qualitatem habere voluiſtis, quandoquidem praui ex prauis, & iniqui ex iniquis ſtuduiſtis eſſe, ſed quia dicitis ferre vos ſignum pœnitentiæ, eò ꝙ ad baptiſmum venitis, hoc autem ſimulatè facitis, iccirco dico vobis, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? Quem enim peccaſſe pœnitet, ideo pœnitet, vt nō amplius peccando, ab ira in peccantes futura fugiat, rogat autem, inquiens, quis vobis oſtēdit? vt ſit perinde ac diceret, qui legitimè oſtenderit ſe à vitio recedere, non ſimulabit fieri hoc, vos autem hoc facitis ſimulatè, cum ad baptiſmū venitis; non igitur mundabimini. Qui enim vult verè mundari, à peccatis deſiſtit, & huiuſmodi pœnitentiæ fructum affert faciens opera habitus peccato contrarij, at non hoc vos feciſtis, qui vos condemnaſtis, cum diceretis habere vos patrem Abraham, ſed non hoc iuuabit, putare habere vos patrem Abraham, ſed eſſe eius filios fide, & fuga idolorum. Quamobrem [illegible]metſi aliquando filij Abrahæ fuiſtis, non hoc vos ſaluos faciet, eos namque, qui nunc non ſunt filij Abrahæ, poteſt Deus filios eius facere. Quare ſaluus euadit, qui eſt filius eius ſecundum virtutem, nō qui ſecundum carnem. Quòd ſi fuerit ſecundum carnem filius Abrahæ, ne glorietur, & ſe iactet: poteſt enim quod huiuſmodi eſt excidere, & transferri. Sanè quidem & qui non poterunt hoc nanciſci, vt filij ſcilicet Abrahæ eſſent ſecundum carnem; poterunt nihilominus eſſe filij Abrahæ. Etenim Paulus quos non generauit carne, dicit in Chriſto *per Euangelium ego vos genui.* Verum cum hæc auditis, ne contemnatis, quia ira in eos, qui peccant, retardetur; iam enim in eo ipſo, quod peccat nequā, præſens habet ſupplicium, quo efficiendus eſt. Quamobrem ſcitote iam ſecurim radicibus arborum propinquare: Radices vocat non eas, quas videmus, ſed homines qualitate vitij affectos. radix enim harum arborum eſt peſſimus habitus, ex quo fructus non idoneus ad veſcendum, ſed venenatus, & peſtifer naſcitur, ipſum igitur vocauit fructum non bonum. Itaque quamuis ſecuris ſupplicium ſignificat, arbor verò hominem peccantem, non ſunt hæ naturę pugnantes. Proponuntur enim minæ, ſupplicij ad mutandum arbores. Qui enim minatur delinquentibus, per minas ipſas mutare vult. Quare ſi per minutionem ſecuris, qua ſunt arbores putres excindendæ, ſuadet ipſis, ne malum fructum ferant, ſed bonum, non eſt natura mala arbor, neque natura malum ſupplicium. Sed fortaſſe dicent, ſi vltio mutat malos, bonum eſt vltionem eſſe. Si aūt bona eſt animaduerſio, & ſupplicium, cōtraria autem ſupplicio eſt promiſſio, & contraria non poſſunt eſſe ſimul bona, promiſſio igitur mala eſt; at promittit Deus hanc, non eſt igitur mala. Quod ſi promiſſio non eſt mala, ſed bona, ſupplicium eſt malum. Quod ſi malum eſt ſupplicium, non Deus, ſed Satanas illud infligit, infli-

Homo Dei in noſtro exēplare amicus Dei legitur.



Digitized by Google

git autem non ſuis; ſunt enim & ipſi mali,& neceſſe eſt ipſum etiam Satanam ſubire ſupplicium; reſtat igitur, vt bono,& non malo infligat; at fieri hoc non poteſt, non igitur Satanas illud infligat, ſed Deus. Omne autem, quod à Deo infligitur, vtiliter infligitur, cum ſit bonum, vel efficiens bonum, vel prohibens malum. Deus igitur volens prohibere malum, ſupplicium conſtituit, non autem aggrederetur prohibere malum, niſi malum prohiberi poſſet. Hoc verò prohibitum, non poteſt eſſe natura,& ingenitum: lapſi verò etiam in hoc ſunt ineruditi, qui animaduerſionem contrariam eſſe promiſſioni putauerunt. vtraq; enim eſt remuneratio; promiſſio quidem remuneratio bonorum, quæ mercedem illis affert; animaduerſio verò malorum, quæ mercedem ſoluit ijs, qui voluntate, diuinas leges violauerunt.

DYNVS. Vide ſupra in verbo, Dinus.

## E A

EADBVRGA filia illuſtriſs. fœminæ Cangyth cognomento Bugga conſanguinea Cantiæ Regis in Anglia ſimul cum matre, quæ poſtea fuit Abbatiſſa ſcripſit ad Vvinfridum poſtea dictum Bonifacium Pontificem Maximum, de Calamitatibus, quas paſſæ ſunt ſub Rege deceſſore, extat in Cod. epiſt. Sancti Bonifacij nondum editæ, quam nono Tomo Annalium inſeruit Card. Baronius ſub annum 725.

EADMERVS Anglus, monachus Cantuarienſis, ſcripſit de libertate Eccleſiaſtica. Vitam D. Anſelmi Archiepiſcopi, Hiſtoriarum Collectanea. Claruit an. 1120.

EADMVNDVS Albon, ſcripſit Commentarios in Boetium de Trinitate, Claruit ann. Domini 1340.

EADMVNDVS Gryme Anglus S. Thomæ Becketi Cantuariorum Archiepiſcopi Vitam ſcripſit. Viuebat an. 1180.

EADMVNDVS Richius Abyndonenſis, compoſuit Speculum Eccleſiæ. De contemplanda Deitate, librum vnum, qui è Gallico deinde in Latinum ſermonem cõuerſus eſt. Obijt an. 1240.

EADMVNDVS Stoutton, Anglus monachus Glaſcouiæ, ſcripſit Dialogum in Regulam D. Benedicti, de nominibus Beatiſs. Virginis,& D. Ioannis.

EALREDVS Rhieuallenſis, *Ethelredus* quibuſdam monachus Ciſtercienſis, compoſuit
Vitam Eduardi Anglorum Regis.
Vitam Dauidis Scotorum Regis.
Vitam Niniani Epiſcopi.
Vitam Margaritæ Reginæ.
De miraculis D. Eduardi.
De regibus Anglorum.
Miracula Haguſtaldenſis Eccleſiæ.
Chronicon ab Adam ad Henricum primũ.
Sententiarum flores.
Vitam Edouardi carmine.
Homiliarum volumen.
In Euangelium accenſæ lucernæ.
De prælatorum moribus.
De miniſtrorum officijs.
De abuſionibus clauſtri.
Centum Sermones ſynodales.
Speculum charitatis, lib. 3.
De vera amicitia, lib. 1.
De amicitia ſpirituali, lib. 3.
De Aduentu Domini, librum.
De militia Chriſtiana alterum.
Super onus Babylonis.
De oneribus Iſaac.
Dialogos plures. Inter hominem & rationem.
De inſtitutione incluſarum.
De quodam miraculo.
Super Canticis Canticorum.
De virtute Guualtheri.
Epiſtolas trecentas.
De lectione Euangelica.
De Chriſto duodenni.
Super Lucam.
De virginitate Beatiſs. Virginis Mariæ.
De natura animæ.
De dotibus eiuſdem. Obijt an. 1166.

EASTVS Græcus Eremita montis Carmeli, Cyrilli oraculum è Græco in Latinum tranſtulit, lib. 1. Huius in interpretatione fidelitatem commendat Ioachim Abbas in Epiſtola ad Cyrillum. Viuebat anno. 1200.

## E B

EBERHARDVS Billicus Carmelita, Colonienſis Theologus, ſcripſit librum, qui prænotatur Iudicij Vniuerſitatis,& Collegij, ac Cleri Colonienſis aduerſus calumnias Philippi Melanchthonis, Martini Buceri, Oldendorpij,& eorum aſſeclarum, defenſio, cum diligenti explanatione materiarum. Extat excuſus varijs in locis, præſertim Coloniæ, ac

tandem

tandem Pariſijs an. Dom. 1545. Plura alia edidit, licet & aliqua m. s. quæ nondum prodierunt, Coloniæ adhuc aſſeruentur. Obijt anno 1562. eius autem vitam, & pleraque alia Opera ab eodem elaborata enumerat Cornelius Callidius Goudanus in li. de Scriptoribus illuſtribus Germanicis ab anno 1500. vſque ad ſua tempora.

EBERHARDVS Maynardus, Germanus, patria Moguntinus, Carmelita, ſcripſit de Triplici vita. Sermones poſt Trinitatem. Sermones per Aduentum. Quadrageſimale. Viuebat an. 1403.

EBERVVINVS, Germanus, monachus, & Abbas Cœnobij S. Martini Treueris, Congregationis Cluniacenſis, an. 995. ſcripſit vitam Sancti Magnerici Epiſcopi, vide Tom. 2. Surij cum poemate Fortunati de eodem Epiſcopo.

EBRVLPHI Abbatis, & Confeſſoris Sancti vita ſcripta à monacho Ord. D. Benedicti in 6. Tomo Surij ad diem 29. Decembris.

## E C

ECCLESIA militans. De qua, præter alios ſcripſerunt Auguſtinus lib. de vnitate Eccleſiæ, Cyprianus libro. eiuſdem tituli Optatus libris ſex contra Parmenianum: è recentioribus Thomas Valdenſis to. 1. li. 2. doctr. fid. c. 8. 9. 10. &c. Ioannes de Turrecremata in Summa de Eccleſia, Ioannes Driedo in li. 4. de dogmatibus Eccleſiaſt. ca. 2. Albertus Pighius Controuerſia 3. Card. Hoſius, in ſua Polonica Cōfeſſione, in explicatione Symboli, & li. 5. contra Prolegomena Brentij, Petrus à Soto 1. parte defenſionis contra Brentium, Ioannes à Dauentria in confutatione Confeſſionis Auguſtanæ, Ioannes Cochlæus Philippica 4. & in lib. de ſcripturæ & Eccleſiæ auctoritate, Ioannes Eckius initio ſui Enchiridij, Alphonſus à Caſtro lib. 6. contra hæreſes, Melchior Canus lib. 4. de Locis, Io. Antonius Delphinus libris tribus de Eccleſia, Ioan. à Louanio in explicatione Symboli, & omnes alij qui Symbolū expoſuerunt, Franciſcus Turrianus libris duobus de Eccleſia & ordinatiōe miniſtrorum, Sanderus de Monarchia Eccleſiæ, Stapletonus egregiè, Robertus Car. Bellar. fusè, & accuratè, Nos item in Reſponſionibus ad Io. Regem Sueciæ, at Patricius Nidecius Polonus, qui Epiſcopus fuit deſignatus Vendenſis in Liuonia, pereleganter, atque alij plerique, quorum in hoc Apparatu meminimus paſſim; Sed & vide infra in verbo, Eduardus Riſthonus.

ECCLESIASTICA hiſtoria antiqua, edita Latinè Lutetiæ an. 1542.

ECCLESIASTICARVM dictionum Syluula Gregorij Vuicelij.

ECCLESIASTES. } Vide in verbo, Salomon.
ECCLESIASTICVS. }

ECLOGE, hoc eſt Delectus Bullarum, & Motupropriorum Sanctiſſimorum Patrum, ſummorumque Pontificum Pij IIII. Pij V. & Gregorij XIII. qui hucuſque emanarunt, quique ad S.R.E. vſum facere videbantur. Lugduni 1582.

ECKARDVS primus Abbas monaſterij S. Laurentij, quod Vraugia dicitur, in Diœceſi Herbipolenſi in Hercynia Sylua, Ord. S. Benedicti, natione Teutonicus, metro excellens & proſa, ſcripſit non ſpernendæ lectionis Opuſcula: *De quibus* ait Tritemius, *ego tantū vidi Opus inſigne, ad imitationem Boetij gemino ſtylo compactum ad inſtructionem, & conſolationem monachorum, & omnium fidelium valde vtile, quod prænotauit. Laternam monachorum, lib. 5.* Sermones itē quoſdā elegantes, variaſque Epiſtolas ad diuerſos cōpoſuit, Claruit an. Do. 1130. Trit.

ECHEBERIVS Germanus, monachus primum Schonaugiæ, deinde Abbas S. Florini Treuerenſis Diœceſeos, Congreg. Cluniacenſis, qui floruit ann. 1160. ſcripſit

| | |
|---|---|
| In principium Euangelij Ioannis, lib. 1. | Sermones per annum, lib. 1. |
| Super Magnificat, lib. 1. | Meditationes, lib. 1. |
| Super Miſſus eſt Angelus, lib. 1. | Aduerſus hæreſes, lib. 1. |
| Laudes Saluatoris, lib. 1. | De obitu Eliſabeth ſororis ſuæ, lib. 1. |

Qui editus eſt à Fabro, in librum trium virorum, & trium ſpiritualium mulierū. Arnold. in Ligno vitæ.

ECKEBERTVS Clericus Leodiēſis Eccleſiæ, Germanus, ſcripſit De ænigmatibus ruſticanis, librum. Deinde eiuſdem argumenti alterum fuſius. Et quædam alia inquit Trit. at non affert, quænam illa fuerint. Viuebat an. 1060.

ECKARDVS (inquit Trit.) *natione Teutonicus, Ordinis (vt quidam volunt) Prædicatorum, dū nimis philoſophiam inſequens, nouitatem terminorum contra Theologorum conſuetudinem vbiq; curiosè immiſcuit, varios errores induxit, inter quos extant decem & ſeptem articuli à Summo Pontifice damnati, & per Eckardum ad vitæ finem reuocati, quorum in expoſitione ſua ſuper Euangelium Ioannis multi continentur. Nihilominus vbi Catholicè ſcripſit, ſatis profunda, & vtilia dogmata dedit. De cuius libris reperi:*

| | |
|---|---|
| Super ſententias, lib. 4. | |
| In Geneſim, lib. 1. | *Exordium hoc ſcripturæ.* |
| In librum Sapientiæ, lib. 1. | *Diligite, &c. iudex ſemper.* |
| In Exodum, lib. 1. | *Hæc ſunt nomina, &c. quia.* |
| In Cantica Canticorum, lib. 1. | |
| In Euangelium Ioannis, lib. 1. | *In principio &c.* |
| Super oratione Dominica, lib. 1. | *Pater noſter. Ante Dominicam.* |
| In capitulo Prædicatorum Sermo, lib. 1. | *Ego quaſi vitis fructificaui.* |
| Poſitionum ſuarum, lib. 1. | *Benedictus Deus, & pater.* |
| Sermones de Tempore, lib. 1. | *Deus pacis ac dilectio.* |
| Sermones de Sanctis, lib. 1. | Viuebat ſuo æuo in Auſtria. |

## E D

EDGARVS Anglorum Rex, edidiſſe fertur librum ad clerum Angliæ. Sanctionum & Legum alterum. Floruit an. Dom. 975.

S. EMVNDI Theologi Pariſienſis, & Cantuarienſis Archiepiſcopi ad Ciſtercienſes Pontiniacenſis Monaſterij monachos libellus, qui dicitur Speculum Eccleſiæ, Chriſtianis omnibus vtilis apprimè, & neceſſarius. To. 4. Bibl. SS. PP. edit. 2.

EDMVNDVS Anglus monachus Cantuarienſis, Congregationis Cluniacenſis, qui claruit an. 1120. S. Anſelmi diſcipulus, ſcripſit, De libertate Eccleſiaſtica, lib. 1. Vitam Sancti Anſelmi Archiepiſcopi, lib. 1. Arnold. Vvion. Vide S. verbo *Eadmerus.*

EDMVNDI Campiani Societatis Ieſu Theologi, qui non ita pridem pro Catholica religione martyrium ſubijt, oblati certaminis in cauſa fidei Rationes decem redditæ Academicis Angliæ. Addita eſt breuis narratio vitæ, & martyrij eiuſdem Campiani in gratiā Lectoris. Ingolſtadij 1584. & Herbipoli 1589. Libellus autē eiuſdem Campiani totus aureus, Catholicus, elegantiſſimus, eſt ſcriptus nimirum ab homine Sancto, & Virgine, aduerſus quem cum oblatrare nixi ſint Caluiniani, Duræus noſter illos inſigni Opere cōuicit. Eas autem rationes Bibliothecæ noſtræ Selectæ conſultò inſeruimus, ne, qui paruus videretur eſſe libellus, aut interiret, aut deliteſceret. Ceterum an. 1602. in eodem Ingolſtadij loco edita ſunt apud Vvillerum, Ruberti Angli Poſthuma, Orationes 17. Tractatus 7. vna cum Epiſtolis, & Orationibus eiuſmodi Campiani.

EDMVNDI Augerij Catechiſmus, ideſt Catholica Chriſtianæ iuuentutis inſtitutio Lutetiæ 1569. Vide alia eius opera in verbo, Emudus Augerius.

EDVARDVS III. Anglorum Rex, ſcripſit Legum Viſimonaſteriēſium, lib. 1. Ad Pontifices Maximos epiſtolas plures. Viuebat an. 1065.

EDVARDVS alius Anglorum Rex, edidit Legum popularium, lib. 1. Immunitatum, lib. 1. Priuilegiorum Viſimonaſterienſium, lib. 1. Ad Pōtifices Maximos epiſtolas plures. Viuebat an. 1377.

EDVARDI Riſthoni, Angli, veræ Dei Eccleſiæ ex hiſtoriæ argumentis præclara demonſtratio, ita habet, quæ vt omnibus pateat, omninò huc inſerenda eſt.

*Pontifex hodie Romanus eſt Gregorius XIII. is eandem docet nos fidem, quam anteceſſor eius Pius V. & hic eandem quam Pius IIII. & ſic aſcendendo vſq; ad Leonem X. ſub quo Lutherus incepit: imò vſq; ad Gregorium I. adeoq; vſque ad ipſum Petrum, quem tota antiquitas, & ipſi etiam Hæretici Chronographi noſtri temporis ponunt primum Epiſcopum Romanum contra paucos quoſdam abſurdiſſimos, qui impudenter, & imperitè negant.*

*Verum ad hoc, quod nos hic agimus, nihil refert: nam D. Paulum ſaltē Romæ fuiſſe concedent; id enim Apoſtolorum Acta c. 28. teſtantur, eundemq; ad Romanos ſcribentem capite primo dicere:* Per eam quę inuicem eſt fidem veſtram atque meam.

*Hanc igitur tunc Romanorum, & Pauli fidem dico eſſe, & nunc Romanorum, & Gregorij XIII. fidem, nullo hæretico valente nominare nobis Pontificem vllum, qui vllam eius fidei partem primus mutauerit, cū tamen ex columnis Doctorum, & Hiſteriographorum pateat, extare memoriam omnium temporum, ita vt probè ſciatur, inter Imperatores (ſicut & inter Reges ſingularum gentium) & inter Patriarchas Conſtantinopolitanos, Alexandrinos, Antiochenos, Hieroſolymitanos, quinam in fide à ſuis anteceſſoribus receſſerant.*

*Nequeunt autem Proteſtantes notare nobis inter Romanos ſimilem aliquem, qui, inquam, aliter in re fidei docuerit, quam anteceſſor ſuus. Scio quidem quos errores vni vel alteri Pontifici imponant. Sed Catholici viri ſatis clarè eorum calumnias diſſiparunt: & aliud eſt priuatim errare, aliud errorem docere. Et (quod maximè notandum eſt) non pertinent errores illi ad quæſtiones has, propter quas hæretici hodie diſſentiunt à Gregorio.*

*Secundò, non poſſunt, Hæretici deſignare tempus aliquod, quando Romani cum adhærentibus exierunt de Eccleſia, ſicut nos in Columna Hæreticorum, & Schiſmaticorum notauimus, quando ſinguli, ipſiq; huius temporis inter alios ſectarij exierunt, ſed contrà, quandocunq; alij exierunt, Romani cum adhærentibus fuerunt ſemper qui intus manſerunt. Et propterea ij à quibus omnes alij exierunt.*

*Tertiò, deſignent nobis Hæretici tempus aliquod, quando poſt Eccleſiæ initium Romani cum adhærentibus ſurrexerunt, ſicut nos in eadem Columna notauimus tempora, quibus ſinguli Hæretici, & Schiſmatici, ipſiq; inter alios Sectarij huius temporis orti ſunt.*

*Quartò, oſtendant, quando Chriſtiani mirati ſint Romanos cum adhærentibus, quaſi aliquid innouantes, & quæ inde Concilia, & qui Patres ijs contradixerint, ſicut nos in ſuis Columnis, Concilia, & Patres qui reſtituerunt ſingulis Hæreſibus & Schiſmaticis, ipſiſq; inter alios Sectatores huius temporis annotauimus.*

*Quintò ex his animaduertunt omnes, quod Lutherus neceſſariò vocauit nos Papiſtas à Papa, non autem Leonianos à Leone qui ſuo tempore erat, vel Gregorianos à Gregorio, vel ab vno quouis alio, quia ſcilicet nõ vnum aliquem Papam, quaſi primum auctorem noſtrum ſequimur, ſed Papas ſimpliciter. Fuerunt autem Papæ, vt vides, iam inde à D. Petro: vnde per hanc appellationem, & ſi malitioſè à ſe confictam, tamen refert non obſcurè originem noſtram vſq; ad Apoſtolos. Quemadmodum etiamſi, quia ſequimur Eccleſiam, & Eccleſiæ Concilia, Paſtores, & Doctores (quos Chriſtus aſcendens dedit inde vſq; ad conſummationem ſeculi, Epheſ. 4.) vocaſſet nos Eccleſiſtas, Conſiliſtas, Paſtoriſtas, vel Doctoriſtas.*

*Sextò, non ſunt autem talia nomina Lutheranorum, Caluiniſtarum, Proteſtantium, Puritanorum, ſed deſignant hæc vel certum auctorem, vel certam occaſionem, vnde illi cum manifeſta, & pertinaci ab alijs Chriſtianis in fide, ac communione, ſeparatione certo tempore orti ſunt: Qualia habet eadem Hæreticorum, & Schiſmaticorum Columna plurima alia nomina antiquiora. Oſtendant igitur nobis iſti ex omni Chriſtianorum memoria multitudinem quamlibet ſub tali nomine aliquando ortam, quæ nõ fuerit, vel Hæretica vel Schiſmatica. Quòd autem ſolent hic imperitè nobis regerere nomine Franciſcanorum, Dominicanorum, Ieſuitarum, facilè perſpiciet in hoc veritatem conatus eorum, qui conſiderat, quòd Religioſi illi, & nos cæteri Catholici (qui Religioſi ſeu monachi non ſumus) nihil inter nos vel in fide, vel in communione differimus.*

*Septimò. Præter hæc particularia etiam generale nomen Hæreticorum certiſſimè indicat qui ſint verè tales: alioqui proferant iſti nobis ex omni antiquitate inter Chriſtianos multitudinem hominum, qui communiter in libris & Sermone (ſicut ipſi hodie) Hæretici dicti, & mox eo nomine ſine vlla ambiguitate agniti ſunt ab omnibus, qui tamen veri Hæretici non fuerint. Exempla plurima habentur hic in Columna Hæreticorum, exceptionem verò nullam vſquam.*

*Octauò. Contra autem nos hodie in libris & Sermone cum Catholici vocamur, nemo audiens hæret quaſi in ambiguo. Proferant igitur etiam ex omni antiquitate aliquos ſimiliter vſurpatos iſto nomine, qui tamen verè Catholici non fuerint.*

*Nonò. Nos hodie communicamus cum Sede Apoſtolica Romana: oſtendant iam nobis Hæretici, quòd Catholici hoc vnquam facere detrectauerint, vel alij vlli niſi ipſorum ſimiles, id eſt, Hæretici, & Schiſmatici.*

*Decimò, Vndecimò, Duodecimò. Nos hodie amplectimur Eccleſiæ traditiones. Concilia, & patres: oſtendant autem quòd illi vnquam ſic ab ijſdem defecerint, ſicut ipſi hodie, niſi tantummodo Hæretici & Schiſmatici.*

*Decimotertiò. Varia dogmata quaſi varia depoſita mandata ſunt Eccleſiæ, cum ſcilicet: contra varios Hæreticos definita eſſent in antiquis Concilijs: vt* conſubſtantialitas *contra Arianos in Nicæno:* Deitas Spiritus ſancti *contra Macedonianos in Conſtantinopolitano.* Vnica perſona Chriſti *contra Neſtorianos in Epheſino:* Duæ naturæ in Chriſto *contra Eutychianos in Chalcedonenſi, &c. Indicent iam Proteſtantes vel vnum iſtorum depoſitorum, quod Eccleſia noſtra hactenus, & hodie fideliter cuſtodit.*

*Decimoquartò. Contra autem ipſi hodie (vltra proprias innumeras) plurimas etiam antiquorum hæreſes renouarunt, vt AErij, qui negans orationem, ac oblationem pro defunctis, & ſtatuta ieiuniorũ tempora damnatus eſt pro hæretico, à tota antiqua Græca, & Latina Eccleſia, vt apud Epiphanium, & Auguſtinum in Catalogis Hæreticorum videre licet, ad quos, & alios ſimiles de hæreſibus ſcriptores, vel breuius ad D. Sanderi Monarchiam lib. 8. cap. 57. Lectorem remitto.*

*Decimoquintò. Sumat iam, qui volet, quemlibet articulũ Catholicæ noſtræ fidei, vt (verbi gratia) inuocationem Sanctorum, & cultu reliquiarum; non poteſt autem vllus Hæreticus deſignare primam huius articuli originem, niſi tantum ab Apoſtolis ipſis. Si enim audeant nominare tempus, nos facillimè ad antiquiora referemus teſtimonijs Scriptorum Eccleſiaſticorum, qui hic in ſua columna omni ætate oſtenduntur, maximeq; hac generali obſeruatione, quòd Vigilantius reprehendens cultum Sanctorum acceptus fuiſſet pacificè, & Chriſtianos non perturbaſſet. Nam & Ariana ſimiliter, & Neſtoriana, & quælibet alia Hæreſis, hoc ipſo, quòd turbationẽ adduxit, declarauit apertiſſimè, pacem fidei, in qua cæteri Chriſtiani fuerant, ab Apoſtolis extitiſſe: idem per omnia contigit Luthero, & cæteris hæreticis huius temporis.*

*Decimoſextò. Conſiderent hic omnes in quali terra ſemper ante hac ſeminata fuerit doctrina Proteſtantium. Nam AErius ille erat Arianus: & ſic de pleriſq; alijs. Dicant igitur Proteſtantes, qui factum ſit,*

*vt in Ariano potius quàm in Epiphanio, Auguſtino, & cæteris Catholicis impugnatoribus Arianorum radices egerit eorum doctrina.*

*Decimoſeptimò. Sequitur hinc, quòd Proteſtantes nunquam fuerint ante hoc tempus, neq; ſcilicet in illo Aërio, neq; in ipſis VVicleffiſtis, vel Huſſitis, vel alijs hæreticis quibuſcunque; quia licet illis in aliqua cauda alligati ſint, vt oſtendi, tamen in alijs pleriſq; ab eis diſſentiunt, niſi etiam non ſolum Aëriani, verum etiam Ariani, &c. haberi velint.*

*Decimooctauò. Scio quidem quòd gloriari ſolent, ſe fuiſſe in ijs Chriſtianis, quos olim perſecuti ſunt Gentiles. Ecce igitur in Columna Imperatorum Romanorum notauimus perſecutiones illas antiquas. Dicant porrò Proteſtantes, vtrum velint illam hodie valere Religionem, quæ tum illorum Chriſtianorum martyrum fuit: verbi gratia Irenæi, Cypriani, & cæterorum, quorum ipſorum ſcriptis, & aliorum de illis temporibus certè videbunt ſe facillimè redarguendos.*

*Decimononò. An eam velint valere Religionem, quam demum ipſi Romani Imperatores, & alij perſecutores humiliter ſuſceperunt (ſecundum prophetas) à Chriſtianis, quos prius perſecuti fuerant; ſi conſentient, legemus eis ex hiſtorijs Religionẽ Conſtantini Magni primi Imperatoris Chriſtiani, Theodoſij, & aliorum Catholicorum, eandemq; facilè oſtendemus fuiſſe, quæ nunc noſtra eſt.*

*Vigeſimò. Dicant deinde, quæ fuerint tum Chriſtianos pro ſe, & pro Chriſto contra Gentiles Apologetica argumenta: an non, inter alia, petita ſint (quod ex libris pro Deitate Chriſti tum ſcriptis videre eſt) ab inſigni honore, & virtute per Chriſtum donatis Cruci ſuæ, & martyribus ſuis; adeò vt iam ipſas ſupremas ſeculi poteſtates feciſſet adorare, vel ſignum Crucis ſuæ, & ad ſepulchrum piſcatoris humiliter ſupplicare. Ex quibus argumentis intelligunt Proteſtantes ſe non ſolum cum veteribus Hæreticis, & non cum veteribus Chriſtianis perſecutiones illas paſſis; ſed etiam contra illos Chriſtianos, & contra Deitatem Chriſti cum ipſis gentilibus ſtare.*

*Vigeſimoprimò. An non vnum maximum (inter cætera) pro Chriſto contra Gentiles illos argumentum fecerint Chriſtiani, quia tot & talibus perſecutionibus (quas etiam ex parte in Columna Imperatorum notauimus) Eccleſia eius ſubuerti non potuiſſet, ſed ſecundum ipſius prædicationem (Matth. 16.) inuicta manſiſſet, immò & magis claruiſſet, vtpote ipſis quoq; perſecutoribus iam conuerſis, & pro Eccleſia Chriſti contra Idola pugnantibus. Cum Proteſtantes iterum cogantur abſurdiſſimè dicere, quòd Eccleſia tunc vel perijſſet, vel certè diſparuiſſet, idq; adeò vſq; ad Lutherum, vel Caluinum.*

*Vigeſimoſecundò. An velint in Religione conſentire illis, qui per illa tempora (ſicut deinceps) conuerterunt gentiles (quas ex parte in Columna Pontificum Romanorum notauimus) ab Idolis ſuis ad Chriſtum, & Idola ipſa toto orbe (ſecundum Prophetas) deſtruxerunt, idq; plerunq; per reliquias Sanctorum, ſignum Crucis, & alias imagines ſacras, quas ſtulti Hæretici idololatriæ inſimulant: & an ipſi non contra faciant, nihil ſcilicet, niſi (Hæreticorum omnium more) auertentes à Chriſto homines Chriſtianos; & non de Paganis conuertentes in Chriſtianos, quòd nunc (ſicut ſemper) Eccleſia noſtra glorioſiſſimè facit in India & nouo orbe.*

*Vigeſimotertiò. An S. Auguſtinus, & alij Catholici Afri in collatione Carthaginenſi (Tom. 7. operum Auguſtini) è ſcripturis non demonſtrauerint, Donatiſtis hæreticis, Eccleſiam ad ſua tempora viſibilem permanſiſſe, & ſemper ſimiliter permanſuram: & nunc velint ipſi aut poſſint aliquid ibi pro Donatiſtis reſpondere.*

*Vigeſimoquartò. Deniq; contra omnem iſtam ſpontaneam damnabilem cæcitatem, vident, omnes in hac tabula clariſſimè Eccleſiam viſibilem inde vſq; ab Apoſtolis hactenus perdurare, hæreſibus tam multis, ſicut certis temporibus ortæ ſunt, ita rurſus tandem dilabentibus, immò & Patriarchatus, illos olim celeberrimos, Alexandrinum, Antiochenum, Hieroſolymitanum, iam dudum ad nihilum recidiſſe. Conſtantinopolitanum autem diu poſt Apoſtolos ſurrexiſſe, ſolam autem Epiſcoporum Romanorum, quorum triginta & plures in principio martyres fuêre, præter alios multos ſanctos, ſucceſſionem integram, & continuam eſſe, & ſine dubio ſemper fore; ita vt hæreſibus huius temporis (ſicut omnes priores) aliquando dilapſuris, & alijs fortaſſe paulò poſtea ſurrecturis, ipſa tamen Eccleſia & Sedes Apoſtolica in æternum ſit ſuperſtes. Cui propterea conſultum foret omnibus humiliter obedire, vt in fide eius deinceps radicati, ſtudeant de cætero expiationi peccatorum ſuorum, ac bonis operibus, alioqui ſine dubio pœnas æternas rebellionis, & perfidiæ ſuæ cito apud inferos luituri.* Hæc ille.

## E F

EFREM. Vide in verbo, Ephræm.

## E G

EGBERTVS Archiepiſcopus Eboracenſis, congeſsit pro Diſcipulorum eruditione, lib. 1. Homiliarum, & lectionum, lib. 1. Ad ſuæ prouinciæ Sacerdotes, lib. 1. Ad Zachariam pro pallio Epiſtolarum, & alias ad diuerſos. Viuebat an. 760.



Digitized by Google

Egbertvs Friſius ex Auſtralium Anglorum, ſiue Sudoſaxonum genere, non ignobili familia natus, qui & vir ſanctus, ad Septentrionalem Angliam venit, ac in Lindisfarnenſi monaſterio vitæ religioſæ fundamenta iecit, vnde peſte excuſſus, quæ tum per omnes Angloſaxonum Regiones crudeliſsimè graſſabatur, in Hiberniam conceſsit, atque inde tandem in Scotiam Religionis ergò: quo tempore ob eandem cauſam multi viri pij confluxerant. Porrò anno Chriſti 729. ætatis verò ſuæ 90. in Inſula Huenſi, quam alluit mare Scoticum, vita defunctus eſt in ipſo die Paſchatis 8. Kal. Maias, Mardaco Scotis imperante. Scripſit De ritibus Catholicorum, lib. 1. Hæc Suffridus Petrus lib. de Friſiæ ſcriptoribus. Arnoldus autem VVion in Ligno vitæ addit, ab eodem conciones varias fuiſſe conſcriptas.

Egbertvs Lindisfarnenſis Epiſcopus ad Bedæ Epiſtolam reſcripſit Gratificationis reſponſum, lib. 1. Claruit an. Chriſti 730.

Egbertvs monachus, Auſtralium, ſeu Sudoſaxonum proles, ſcripſit de ritibus Catholicorum. Conciones varias. Vixit an. 729.

Egbervs, natione Anglus, Archiepiſcopus Eboracenſis ſcripſit librum pro diſcipulorum eruditione: alterum item ad ſuæ prouinciæ ſacerdotes. Homiliarum quoque & lectionum alium. Ad Zachariam porrò, pro pallio Epiſtolam, & alias ad diuerſos. Vixit an. 758. Eiſingrenius.

Egesippvs vicinus Apoſtolicorum temporum, omnes à Paſsione Domini vſque ad ſuam ætatem, Eccleſiaſticorum Actuum texens hiſtorias, multaque alia ad vtilitatem legentium pertinentia hinc inde congregans, quinque libros compoſuit Sermone ſimplici, vt, quorum vitam ſectabatur, dicendi quoque exprimeret characterem. Aſſerit ſe veniſſe ſub Aniceto Romam, qui decimus poſt Petrum Epiſcopus fuit, & perſeueraſſe vſque, ad *Eleutherum* eiuſdem Vrbis Epiſcopum, qui Aniceti quondam Diaconus fuerat. Præterea, aduerſum Idola diſputans, ex quo primum errore creuiſſent, ſubtexuit hiſtoriam: ex qua oſtendit, qua floruerit ætate, Ait enim: *Tumulos mortuis, templaq; fecerunt, ſicut vſq; hodie videmus, è quibus eſt & Antinous Seruus Hadriani Cæſaris, cui & Gymnicus agon exercetur apud Antinoum Ciuitatem, quam ex eiuus nomine condidit, & ſtatuit Prophetas in templo.* Sed & idem Egeſippus (qui & fortaſsis rectius *Hegeſippus* ſcriberetur) apud Euſebium lib. 4. hiſt. cap. 8. Apoſtolicas traditiones quinque libris comprehendit. Qui tamen modo non extant.

Egesippi, de Bello Iudaico, & vrbis Hieroſolymitanæ excidio, libri quinque Auctoris encomio, & ſcholiolis illuſtrati per Laurentium Barrenſem. Tom. 7. Bibl. SS. PP. edit. 2.

Egesippi Apoſtolorum diſcipuli nomine libellus 12. folia continens, De eſſentia Dei. Item Catechiſmus Apoſtolorum, 12. item folia continens, ab eodem auctore conſcriptus. Alter quoque eiuſdem Catechiſmus pro Hiſpaniæ inſtructione, 12. folia continens, oratio quoque quam Egeſippus à D. Iacobo Apoſtolo edoctus recitare ſolebat: hi inuenti ſunt nouiſsimè omnes in Monte S. Granatæ, in Hiſpanijs, ac miſsi ad Clement. VIII. Pont. Max. Vide in verbo, Cæſarius. Et Lopez quidem Madera ſcripſit hac de inuentione an. 1595. Granatæ apud Ioannem Rene.

Egelnotvs Cantuarienſis in Anglia Epiſcopus, vir ſanctus, multa in laudem B. Virginis ſcripſit, & epiſtolas plures ad diuerſos dedit. Claruit an. 1030. Tritem.

Egidii Carlerij Pariſienſ. Reſponſio ad ſecundum articulum Bohemorum, De punitione peccatorum publicorum, cum ipſius replica facta in Concil. Baſileenſ. in fol. m.s. Bibl. Imp.

Egidivs Ricardi ſcripſit De functione Apoſtolica. De regno Chriſti. De gloria Hieroſolymæ. De dignitate hominis. De eccleſiaſtica vnione. De Sacerdotali dignitate. De diuinæ vocis virtute. De ſapientia ſpiritus. De inſcrutabilibus Dei vijs. De fœcunda Eccleſiæ ſterilitate, libri excuſi ſunt Venetijs an. 1540.

Egilvvardvs Germanus, monachus monaſterij S. Burchardi propè Herbipolim, qui claruiſſe videtur poſt an. Dom. 800. ſcripſit vitã S. Burchardi Herbipolenſis Epiſcopi, quæ videtur ea eſſe, quæ eſt apud Surium. Tom. 5. die 14. Octobris.

Eginardvs, ſiue Eginhardus, ſiue item Einardus, Caroli Magni Imperatoris Cancellarius, & gener, deinde relicto ſeculo, monachus, & Abbas primus Cœnobij Salingeſtadienſis SS. Marcellini & Petri, ſcripſit circa an. 824.

De miraculis & tranſlatione SS. Marcellini, & Petri, qui Gandaui quieſcunt, lib. 4. qui extant in Tomo 7. Surij, die 2. Iunij.

De ijſdem Iambico carmine, lib. 1. in Tomo 7. Surij.

De vita Caroli Magni Imp. lib. 1. Quæ excuſa ſunt Coloniæ cum Anonymo monacho

Bene-

Digitized by Google

Benedictino, an. 1562. & Baſileæ an. 1532. Coloniæ quidem cum alijs Annalibus rerum Franciæ 1521. ac nouiſsimè Francofurti 1584. cum alijs rerum Germanicarum Script.

Hiſtoriam temporum de geſtis Germanorum, & Francorum, lib. I.

Epiſtolarum ad diuerſos, lib. I. Abbreuiauit quoque Pſalterium, excerpendo omnes verſus orationis verba habentes. Arnold. VVion. De eodem iſta Baronius.

EGINARDVS, *ſiue Einhardus Carolo Magno, & Ludouico eius Filio gratiſsimus, & inter eius ſaeculi eruditione præſtantiores adnumeratus, ſcripſit quatuor libros, De Inuentione, Euectione, ſiue Tranſlatione, atq; miraculis SS. Martyrum Marcellini & Marci; egregium quidem monimentum, in quo hiſtoriæ ſynceriſsima veritas aſſeritur, ad Dei gloriam manifeſtandam. Extat item Eginardi Epiſtola de obitu à matre coniugis ad Lupum Abbatem Ferrarienſis monaſterij Senonum in Gallia, rurſum eiuſdem Lupi ad eum conſolatio, epiſt. 3. & 4.*

EGIPPIVS Abbas compoſuit vitam S. Seuerini monachi, & Regulam monachis. Iſidorus.

EGNATIVS, ſiue (vt alij legunt) Ignatius, Conſtantinopolitanæ Vrbis Diaconus, Patriarcharum Taraſij, & Nicephori Vitas verſu edidit, & epiſtolas, funebreſque elegias, Iambos etiam in Tomam Ancarten, hoc eſt tyrannum qui in principem coniurauerat: Ea verò inſcribuntur τὰ κατὰ Θωμᾶν. Scripſit & alia, inter quę extat carmen Anacreonticum in Anaſtaſium Appionis patrem, ſcriptum.

EGVINVS VViccius vir ſanctus, è Merciorum Regum genere, monachus Benedictinus VVigornienſis monaſterij, ac deinceps VVigorniæ Epiſcopus tertius poſt Oſtphorum, vita ſanctè acta, in gaudium Domini introductus eſt an. Dom. 716. tertio Idus Ianuarij. Res eius geſtas collegit S. Bertaualdus Epiſcopus Cantuariæ. Scripſit autem ipſe nonnulla, inter quæ librum de Cœnobij ſui primordijs; alterum de ſuis Apparitionibus, & quaſdam Sanctorum Vitas, vt S. Adelmi Epiſcopi Schireburnenſis. Teſtantur hæc Bertuualdus in eius vita, & Bibl. philoſophorum, & alij.

## E I

EINALDI Abbatis Bonæuallis meminit Henricus è Gandauo in Catalogo ſcriptorum Eccleſiaſticorum, cap. 2. ſed quænam ſcripſerit, non vidi.

EINARDVS. Vide in verbo, Eginardus.

EINARDVS ſecundus Comes de Katzenellenbogem, ex Limpurgenſi Benedictinus, Nemetum vrbis Spiræ Antiſtes, de Eccleſiæ cæremonijs quatuor libros ſcripſit. Viuebat an. 1058.

EINICO Germanus, monachus, & Abbas Cœnobij Schonaugiæ, Congregationis Cluniacenſis, qui floruit circa an. Dom. 1200. ſcripſit carmine, & proſa vitã S. Eliſabeth, virginis, & Abbatiſſæ. Arnold. VVion.

## E L

ELBODVS Venedotarum Archiepiſcopus ſcripſit De ratione Paſchæ, lib. I. Hiſtoriam ſui temporis, lib. I. Vixit an. 610.

ELCHVTVS Morganenſis, nobiliſsimi Britannorum generis, auratus eques, contexuiſſe dicitur ſuper quæſtione ad Samſonem epiſt. I. ad Iſanum & Atroclium epiſt. & alia plura. Claruit an. Dom. 520.

ELEMON, monachus Benedictinus & Doctor, (quo vixerit tempore non proditur) ſcripſit elegantem Tractatum De inſtrumentis bonorum operum, ſiue in cap. 4. Regulæ S. Benedicti. Quod incipit, *Sicut ſunt fabrorum*, eſtque m.s. in membranis in reliquiario Cœnobij S. Georgij maioris Venetijs, ſed aliqua ex parte imperfectus.

ELEONORAE Archiduciſſæ Auſtriæ, Duciſſæ Mantuæ, Auguſtæ, atque nobiliſsimæ, vt familia, ita ſanctitatis vita. Vide in verbo, Antonius Folcarius, & Anton. Poſſeuinus.

ELERICVS Anglus, Cambrius monachus, circa an. Dom. 660. ſcripſit vitam S. VVenefridæ virginis, & ſanctimonialis.

ELEVSIVS ſcripſit geſta ſancti viri Theodori Sicertæ. Vide Baron. Card. Tom. 8. ſub an. Dom. 598.

ELEVTHERII Papæ Decreta cum reliquis Pontificijs decretis excuſa Coloniæ.

ELEVTHERIVS Vicentinus, Canonicus congregationis Lateranenſis ſcripſit heroicis, atque imparibus metris.

De nomine Ieſu. De compaſsione Ieſu Crucifixi.



Digitized by Google

De amore Dei.
De paſsione Chriſti Domini.
De pietate, & Annunciatione Beatiſsimæ Virginis Mariæ.
De Aſſumptione eiuſdem Virginis.
Planctum Beatiſsimæ Virginis Mariæ.

Eliae Cretenſis Scholia, ſiue Expoſitiones vndeuiginti in totidem Gregorij Nazianzeni Orationes, Græcè extant, quæ deinceps cum ipſius Nazianzeni Operibus Latinè, atque optimè à Iacobo Billio Prunæo redditæ Pariſijs prodierunt. Nam quæ à Leunclaio hæretico verſæ fuerant, nec cũ illis Billij conferendæ ſunt, neque iam ſunt ad vſum adhibendæ. Vide in verbo, Gregorius Nazianzenus.

Elibertinvm ſiue Eliberitanum Concilium 19. celebratum fuit ante Nicænum primum, nimirum dum ante Conſtantinum primum duraret perſecutio, quemadmodum patet ex Canone 25. vbi agitur de ijs, qui afferebant literas à Confeſſoribus. Solebant enim ij, qui in perſecutione fidem confitebantur, dare deinceps literas commendatitias pro lapſis ad Epiſcopos; & in toto ferè Concilio agitur de ijs, qui labebantur in idololatriam. Quòd autem Concilium hoc prohibuerit, ne pingerentur imagines, non factum eſt ea de cauſa tantum, quam affert Didacus Payua, qui dixit ſolũ prohibuiſſe imaginem Dei, quæ pingitur ad ipſius Dei effigiem repræſentandam; ſed quoniam tempus, & locus id requirebant, tunc enim periculũ erat, ne gentiles exiſtimarent noſtros adorare ligna, & lapides: ac denique ne in perſecutionibus fuiſſent imagines contumelia affectæ à perſecutoribus; quam ſolutionem Nicolai Sanderi lib. 2. De cultu imaginum cap. 4. probat Card. Bellarminus lib. 2. De imaginibus Sanctorum, cap. 9. vide autem eundem ibidem, expendentem, quæ Alanus Copus hoc de loco non omninò appoſitè, & alij ſcripſere: vbi denique concludit apertiſsimè conuenire rationem Canonis expoſitioni illi, qua dicunt tantum prohiberi, ne imagines depingantur in parietibus Eccleſiæ, non autem depictæ in tabellis, aut velis in Eccleſia habeantur; & rationem eſſe volunt ob honorem imaginum, quia in parietibus facillimè corrumpuntur, vel humore parietum, vel ſitu, vel alia ratione, qua ratione fuit olim prohibitum etiam, ne crux in pauimentis ſculperetur, ne videlicet conculcaretur; & tum hic erit ſenſus. *Placuit picturas in Eccleſia,* ſcilicet in ipſa fabrica, ſiue muris Eccleſiæ *eſſe non debere, ne id quod adoratur, & colitur, in parietibus depingatur,* id eſt, ne contingat rem ſacram, & venerabilem, quales ſunt ſanctæ imagines, in parietibus eſſe, vbi facillimè corrumpuntur.

Adde Concilium hoc tantum fuiſſe 19. Epiſcoporum, & quidem Prouinciale non OEcumenicum, neque confirmatum, quodquo in alijs decretis videtur erraſſe, præſertim cum in plurimis caſibus, ne in articulo quidem mortis velit abſolui pœnitentem. Vide ibidem Bellar.

At Delrius noſter ait, Eliberitanum, ſiue Elibertinum Concilium Prouinciale Nicæno Concilio antiquius, vtpote durante adhuc ante Conſtantinum perſecutione, celebratum fuiſſe. In cuius Canone 34. legimus. *Spiritus defunctorum non eſſe inquietandos,* quo ſignificari videtur Spiritus defunctorum ſuper eſſe, & cernere, quæ circa ſepulchra eorum fiant, vnde & ſequitur nonnunquam adeſſe his locis, (quæ quidem fiunt aliquando ex particulari Prouidentia Dei, & ex particulari reuelatione, non ex lege ordinaria) & deteſtari ritus gentilitios ex errore natos de animarum circa ſepulchra centenaria oberratione, de qua puto Canonem illum agere, & à qua ſententia non videtur omninò alienus Nemeſius περὶ ψυχῆς, quilibet perperam tribuitur Greg. Niſſeno. Vide Martinum Delrium lib. 2. Diſq. Magicarum, quæſt. 26. ſect. 5. ſed & plura huius Concilij Gabr. Vaſquez Diſput. 5. lib. 2. De cultu adorationis. Et Garſias Loayſa in collectione Hiſpanicorum Conciliorum: qui nõ acquieſcit ſententiæ Petri Antonij Beuter diligentis rerum Hiſpanicarum ſcriptoris, qui auctor eſt, Eliberitanum Concilium ante Nicænum fuiſſe habitum: neque Ioannis Epiſcopi Gerundenſis, qui affirmat in eo eſſe in quinque prouincias, ſiue metropoles Hiſpaniam totam partitam; nimirum, Tarraconenſem, Carthaginenſem, Bæticam, Luſitaniam, & Gallæciam, cum ex Canone 58. conſtet, iam ante primam Cathedram eſſe conſtitutam. Io. Vaſæus ait, an. Dom. 338. coactum, Ambroſius Morales, ex Cod. vetuſto, manuſcript. adnotat Eram 362. qui eſt Domini 324. quã ſententiam ſecutus eſt Loayſa. Idem inquit Stephanus Garibaius antiquitatis Hiſpaniæ inueſtigator eximius: quare nec probat eorũ ſententiam, qui ante hoc Concilium, quatuor alia Concilia in Hiſpania fuiſſe coacta ex rudibus tantum coniecturis, & epiſtolis aſtruere conantur. Cæterùm vbinam hoc fuerit celebratum, ipſe Loayſa planius, quàm alij, indicauit dicens: Sunt qui duas in Hiſpania hoc nomine fuiſſe vrbes putent: vnam, quæ in prouincia Bætica, propè Granatam, inſignem nunc apud Hiſpanos ciuilium rerum conuentum, in culmine montis *Eluira* ſita eſt, vt ex multis eius ruinis conſtat:



Digitized by Google

alteram in prouincia Narbonenſi, nunc *Collibre* appellatam. Alij verò inter vtramque diſtinguunt; vt ea, quæ eſt in Bætica, *Eliberis* tantum, ſiue *Eliberi* cum E. dicatur: Narbonenſis verò illa *Illiberis*, cum I. nuncupetur. Quod verum Plinij probant auctoritate, qui lib.3. cap.1. de Bæticæ oppidis agens, *Eliberi*, inquit, quod *Eliberini*. Et cap.4. Eiuſdem libri, de Narbonenſis prouinciæ oppidis: *Illiberis* magnæ quondam. Vrbis nunc tenue veſtigium. Et Liuius lib.31. Pyrenæum tranſgreditur, & ad oppidum *Illiberim* caſtra locat. Qua ratione etiam ſcribendum arbitrantur, apud Pomponium Melam, & Strabonem. Verum exiſtimo aliud efficacius & notius eſſe diſcrimen inter has vrbes, vt illa quæ eſt in prouincia Tarraconenſi. *Cauco Illiberis*, quæ eſt *Collibre*, hæc Bæticæ, *Eliberis* ſolùm vocetur: fuiſſeque diuerſas Vrbes, & diuerſis Prouincijs, & Metropolitanis attributas, conſtat ex ſubſcriptionibus Conciliorum. Hoc verò apud *Eliberim*, in Prouincia Bætica coactū eſt, vt doctiores exiſtimant, & ſubſcriptiones Epiſcoporum indicant.

ELIGIVS Gallus vir ſanctus aurifaber primò, deinde monachus, & Abbas monaſterij Solemniaci, deinde S. Acharij in Epiſcopatu ſucceſſor, creatus an.648. ſiue 649. ſui muneris minime oblitus, continuis prædicationibus populū ſibi commiſſum pauit, & multos à via veritatis errantes, in Belgio potiſsimum Occidentali, ad ſemitam iuſtitiæ reduxit: ſedit annos plus minus 16. obijt an.665. ipſis Kal. Decembris. Sigebertus in Chronico; Supplementum Chronicorum, lib.10. & alij plures. Scripſit ad clerum, ſacram plebem, & pœnitentes, homilias 16. quæ extant in Appendice ad Bibl. SS. PP. Poſtea verò in ſecunda editione eiuſdem Bibl. SS. PP. in 2. Tomo, vbi & Nouiomenſis ſcribitur fuiſſe Epiſcopus.

ELIGIVS Guignonius, qui Gallicè dictus eſt *Eloy Guignonis*, Theologus, librum Gallicè ſcripſit De perfectione, & vnione, afflictione, conſilio, & victoria Eccleſiæ Romanæ, & Auenione emiſit in lucem an. Dom.1562. apud Petrum Rubeum typographum.

ELISABETHA Abbatiſſa pias Orationes ad ſuas Sanctimoniales, Opus item de vijs, quibus itur ad cœlum, atque ad alios Epiſtolas pias complures ſcripſit, quæ Pariſijs excuſæ fuerunt. Viuebat an.1150.

ELISABETH Schonaugienſis, Benedictina, Treuirenſis Diœceſeos in Saxonia Abbatiſſa, ſoror Eckberti Regis, ſcripſit Sermones De vita contemplatiuorum, Actiuorum, Martyrum, Coniugatorum, & Continentium. Librum item De origine, inuentione, & nominibus vndecim millium Virginum volumen, Angelica (vt aiunt) viſione manifeſtatum. Diuerſarum quoque Reuelationum tres libros, cap.144. continentes, exhortationes item ad ſui monaſterij ſorores, ac volumen epiſtolarum: inter quas interrogationibus poſtremò S. Hildegardis epiſtola prolixa reſpondit.

ELPHEGI viri Sancti vitam ſcripſit Osbertus, quæ extat apud Surium Tom.2. ad 10. April.

ELIAE Reuſneri Leorini Opus, quod ille non vno Tomo collegit, atque *Baſilicon, & Genealogicum, quin & Catholicum* prænotauit De Familijs Regum, & Principum, aliorumque Procerum Orbis Chriſtiani, cum Auctario Nicolai Reuſneri, cum an. 1602. Francofurti prodijſſet vnà cum Priuilegio Cæſareo, expurgandum eſt omnino pleriſque in locis, in quibus Lutheranas hæreſes, atque alios eiuſmodi errores ſpecie hiſtoricæ narrationis propinat incautis, cum interea ſi primum ſalutis ſuæ, deinde dignitatis Regum, atque Imperij habuiſſet, Catholicæ fidei, qua tot Sereniſs. & Illuſtriſs. familiæ fuere celeberrimæ, inde abſtergere labes hæreſum potuiſſet, quas non ita pridem in antiquas ſtirpes decepti aliquot Principes, ac proceres inuexerunt. Nos hic huius Operis ſat grandis meminiſſe debuimus, tum quòd vniuerſi Operis partes, ſiue Tomos, iubentibus S. R. E. præcipuis viris decurrimus, & in ijs plura deleuimus, tum quòd nondum innotuerant, vt in Romano Indice Eccleſiæ filij de latente veneno præmoneri potuiſſent.

ELMERVS Cantuarienſis monachus ſcripſit Homilias. Exercitia vitæ ſpiritualis, lib.5. De bono vitæ clauſtralis, lib.1. Recordationes beneficiorum Dei, lib.1. Contra huius mundi miſerias, lib.1. De Inquiſitione Dei, lib.1. De abſentia Vultus Dei, lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1. Vixit an.1130.

ELVANVS Aualonius Britannorum magiſter, & Doctor, ſcripſit de origine Eccleſiæ Britannorum. Claruit an.170.

## E M

EMAN Ezraita, ſiue, vt Græci legunt, *Heman Iſraëlita*, cantor, filios Ioel de filijs Cath, cymbalis, & tuba peritiſsimus, inſique Ethan eruditione, & ſapientia quodammodo par



Digitized by Google

compoſuit Pſal. 88. cuius initium *Domine Deus ſalutis meæ*, quem quia filijs Corhe cantandum præbuit, tam ſuo, quàm ipſorum nomine inſcripſit. Philo tamen in libro de temporibus tradit hunc Pſalmum longè poſtea editum in captiuitate Babylonis, & decantatum aſsiduè per ſeptem annos, quibus Ioakim Rex Iudæorum, carceribus Babylonis iniuſtè fuit oppreſſus.

EMANVELIS Acoſtæ, Luſitani, Commentarius rerum à Societate Ieſu in Oriente geſtarum ad annum vſque 1568. recognitus, & Latinitate donatus. Acceſſere de Iaponicis rebus Epiſtolarum libri quatuor. Dilingæ in Germania an. 1571.

EMANVELIS Almadæ Luſitani Epiſcopi Angrenſis liber contra Gualterum Haddonum Anglum. Viuebat noſtra ætate.

EMANVEL Mediol. Ord. Præd. atque Theologus, ſcripſit Serm. multos. Viuebat an. 1262.

EMANVELIS Palæologi, Principales inſtitutiones Græcæ ad Ioan. Palæologum filium, De principis inſtitutione, in quibus varia, De virtute. De bono, & malo. De proæreſi, ſiue libera voluntate & propoſito. De voluptate. De humilitate animi, extant quidem m.s. in Biblioth. Imper. Viennæ Auſtriæ, at & poſtea tum Græcæ, tum Latinæ factæ prodierunt excuſæ.

EMANVEL Rodericus Luſitanus, Franciſcani Ordinis, eius, quem paucos ante annos inſtitutum, Hiſpani vocant, de los Deſcalzos, Profeſſor Theologiæ in Prouincia S. Ioſephi, Explicationem Pontificij Diplomatis, hoc eſt Bullæ cruciatæ edidit Salmanticæ apud Ioannem Fernandez an. 1594. Eius autem explicationis pars Prima pertinet ad ea, quæ viuentibus conceduntur, aut condonantur. Secunda ad ea, quæ pro animabus defunctorum: Tertia, quæ ad compoſitionem, vt nominant. Denique Motus proprius Pij V. ſanctæ memoriæ exponitur, quo mulieribus prohibetur introitus in cœnobiorum, & Religioſorum domos interiores. Porrò eadem opera declarantur pleraque priuilegia, & eiuſmodi alia, quæ Epiſcopis, atque Confeſſarijs Regularibus magnopere commodant. Eodem autore Summa caſuum conſcientiæ prodijt Venetijs apud Societ. an. 1607.

EMANVEL Sà Luſitanus, Theologus Societatis Ieſu, Scholia in quatuor euangelia, Notationes in vniuerſam ſcripturam ſacram, quam Antuerpiæ an. 1596. ex officina Plantiniana edidit, gaudens breuitate, accuratè autem ſeligens, & ſuo loco diſponens è Patribus, atque è Gloſſa tum interlineari, tum ordinaria, quæ ad ſui inſtitutum faciebant, ſed dubia, & obſcura reſecans, Lectori, ne prolixitas faceſſat moleſtiam, magnopere commodat. Sed prælegendæ Notationes quatuordecim, quas iiſdem Notationibus præfixit. Idem de Caſibus Conſcientiæ edidit libellum, quem Aphoriſmum Confeſſariorum inſcripſit. Antuerpiæ & Coloniæ.

EMANVELIS Vegæ Luſitani in Academia Vilnenſi Societatis Ieſu Theologiæ profeſſoris, aſſertiones Theologicæ de Auguſtiſsimo Euchariſtiæ Sacramento, quibus refelluntur, quæcunque ferè noſtræ tempeſtatis ſectarij, contra veram, & realem præſentiam Chriſti in Euchariſtia, & tranſubſtantiationem panis & vini in corpus & ſanguinem eiuſdem prodigioſè commenti ſunt. Antuerpiæ 1586.

EMERICVS Germanus, monachus Eleſancenſis, Congr. Luyonienſis, an. Dom. circiter 870. ſcripſit eleganter vitam S. Magni Abbatis. Arnold. in libro Ligni vitæ.

EMERITENSE Concilium an. Dom. 666. decimo autem octauo Reccesuinthi Regis Sanciti ſunt in eo 23. Canones de optimo Eccleſiæ ſtatu, & de ope ferenda è Sacerdotibus Regi, dum in bello detinetur. Vide Baron. Card. 8. Tom. ſub eundem annum. Emeritæ in Hiſpania celebratum eſt ad octauum Idus Nouembris Illefonſo Archiepiſcopo Toletano ſuperſtite. Duodecim Luſitani Epiſcopi in eam Ciuitatem conuenerunt. Ac fermè de ratione precum Eccleſiaſticarum Diſceptatio ſuſcepta erat temporum vitio variantium, quemadmodum Ioan. Mariana noſter fidus hiſtoricus, atque Theologus. Meminit huius Concilij Innocent. III. Pont. Max. in Epiſt. ad Petrum Compoſtellanum, quã idcircò ad huius Concilij calcem appoſuit Garſias Loayſa.

EMERICI à Rosbach Theſaurus receptarum differentiarum Iuris Ciuilis, & Canonici, additis aliquot eò ſpectantibus deciſionibus, vnà cum Indice Francofurti apud Ioannem Spies, & Ioannem Iacobum Porſium an. 1605. emiſſus à me decurri non potuit, vt aliquid de eo ſcribere debeam, alioquin libenter idem præſtiturus, quod de Scriptoribus doctis, & Catholicis debeo. Videant igitur, quibus hoc munus incumbit.

EMICHO (inquit Trit.) *Abbas Schonaugienſis Cœnobij, Ord. Benedictini, Treuerenſis Diœceſeos, ſcripſit tam metro, quam proſa præclara Opuſcula, è quibus legi tantum. De laudibus D. Virginis Helizabeth Schonaugienſis. Item Sermones multos, & varios, & quædã alia minora nõ inutilia.* Claruit circa 1200.



Digitized by Google

Gand. in Catal.

Emondvs monachus Cantuarienſis, ſcripſit vitam Anſelmi Cantuarienſis Archiepiſcopi, librum item de Diſcordia inter VVilhelmum Anglorum Regem, & eundem Anſelmum Archiepiſcopum. Vixit an. 1020. Trit.

Emondvs Augerius. Vide in verbo ſequenti Emundus.

Emvndvs Augerius Trecenſis in Campania diæceſeos, Gallus Societatis Ieſu, ſcripſit magnum, & paruum Catechiſmum Gallicè, quem & Latinum & Græcum edidit, aduerſus Caluinianam hæreſim remediū præſentiſsimum. Qui apud Gabrielem Bonum, & Thom. Brumenium typographos Pariſienſes, ſæpè, atque apud alios alibi fuit editus. In hunc autem Franciſcus Antonius Luſitanus Societatis noſtræ ex Auctoribus, quos ipſe Emundus citat ad marginem, volumen à ſe collectum edi curauit. Tractatū de vera, reali, & corporali præſentia Ieſu Chriſti in ſanctiſsimo altaris Sacramento. Pariſijs apud Petrum Huillerium 1566. Tractatum, de alijs Eccleſiæ Sacramentis, & hos Gallicè, apud eundem, eodē anno, in eadem ciuitate. Sacrarium ſpirituale, ad abſtergendam, ſiue tollendam amaritudinem calamitatum, quæ eo tempore vigebant. Gallicè. Pædagogum militum (es armes) Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellium 1568. Gallicè. Theſaurum precum pro ſtatu vniuſcuiuſque Gallicè, apud Simonem Milangium Burdigalæ an. 1578.

Diſcurſum (Diſcours) Gallicè, de ſancto Matrimonij Sacramento. Pariſijs Gallicè, apud Gabrielem bonum 1572. Floruit an. 1560. vſque ad 1590. cum maximos labores Carolo IX. Rege, ſubijſſet tum concionibus, tum in ſumma Lugdunenſi peſtilentia, & in alijs quibuſcunque pijs operibus. Mortuus eſt autem in Italia Nouocomi, quæ Ciuitas eſt ditionis Mediolanenſis, & ibidem in æde Collegij Societatis Ieſu ſepultus.

Emvndvs Campianus. Vide in verbo, Edmundus.

## E N

Enchiriades ſub perſona diſcipuli interrogantis, & magiſtri reſpondentis, ſcripſit Dialogū de ratione muſicæ, & in tribus libris multiformes muſicæ regulas explicuit.

Enchiridion ſiue Manuale Confeſſariorum Martini ab Azpilcueta. Vide in verbo, Martinus ab Azpilcueta.

Enchiridion Itinerantium continens exercitium quotidianum. Antuerpiæ apud Plantinum 32. an. 1599.

Enchiridion Chriſtianarum meditationum, ac precum De vita, & paſsione Domini, ex D. Bernardi Clareuallenſis, Anſelmi Cantuarienſis, & Ludolphi Cartuſ. ſcriptis, concinnatum & in lucem editum. Coloniæ apud Ludouicum Alectorium 1578.

Engelbertvs Germanus Abbas Cœnobij Admontenſis ſcripſit in Pſalmum *Beati immaculati in via*, Commentarium prolixum. De articulis fidei. De corpore Domini. De paſsione Domini, ac myſterio crucis. De gratia ſaluationis, & iuſtitia damnationis. De libero arbitrio. De ſummo hominis bono. De prouidentia Dei. De miraculis Chriſti. De ſtatu Defunctorum. Super Euangelium. *In principio.* Item alia plura Philoſophica, Phyſica, & Moralia, quæ extant in monaſterio. Admontenſi. Ad Othonem, & Albertum Auſtriæ, & Styriæ Duces, De principis Chriſtiani inſtitutione liber extabat Viennæ in Bibliotheca Laziana: ſed liber eiuſdem de ortu, & fine Imperij Romani prodijt ex prelo Baſileæ an. 1553. At prologus delendus, qui à Gaſpare Bruſchio hæretico ſcriptus eſt. Floruit ſub memoratis Ducibus, an. circiter 1340.

Engelbertvs S. Matthiæ Treuerenſis Benedictinus Abbas Morellanus, vitam, & paſsiones duodecim Apoſtolorum heroico carmine ſcripſit, vixit an. 987. Eiſingr.

Engelgardvs Abbas in Lanchaim ſcripſit maturo ſtylo, Vitam ſanctæ Virginis Mechtildis Principis Berchtoldi Comitis de Andechs filiæ, Friderici I. Barbaroſſæ Imp. Cognatæ, Abbatiſſæ in Dieſſen, deinde in OEtilſtetten: quam vitam è membranis m.s. monaſterij Dieſſenſis, Tom. 5. Antiquæ lectionis Ingolſtadij edito an. 1604. tunc primum latinam inſeruit Henricus Caniſius, cum antea Philippus Dobereiner, Decanus ad B. Virginem Monachij, ex Latino Germanica paraphraſi traduxerit, atque emitti curauerit. Vide quæ Henricus Caniſius præloquio ad Lectorem ante ipſam S. Mechtildis vitam.

Engerbertvs Abbas Ord. Ciſtertienſis an. Dom. circiter 1250. ſcripſit vitam S. Hiduuigis Duciſſæ ſanctimonialis, quæ extat in Tom. 5. Surij, die 15. Octobris.

Engilenhemensis Synodus an. Dom 948. habita eſt à pluribus Archiepiſcopis & Epiſcopis, præſentibus Rege Ottone XIII. & Ludouico Rege. Extat in fine Tomi 5. antiquæ lectionis collectæ ab Henrico Caniſio, & edito Ingolſtadij an. 1604.



Digitized by Google

Ennodivs Ticinenſis, Diaconus Symmachi Papæ conſcripſit libellum contra calumniantes quartam ſub Symmacho Romanam Synodum, qui Synodo quintæ ſub eodem Symmacho oblatus eſt & lectus. extat ipſe, licet mendoſus nonnihil. Vide Tom. 6. Baron. ſub an. 503. paulò poſt initium, vide item Ennodij Epiſtolam ad Epiſcopos Confeſſores nomine Symmachi Papæ ſcriptam, & ibidem Panegyricum, quem Theodorico Regi habuit.

Enoch. Vide in verbo, Henoch.

## E P

Epavnense Concilium an. Dom. 509. vndecimo autem Symmachi Papæ, ſub Sigiſmundo Burgundionum Rege, qui hoc anno eſt creatus Rex, & ex Ariana perfidia ad Catholicam Religionem acceſsit: interfuere ſancti Viri: quibus prǣfuit Alcimus Auitus. Actum de reſtituenda collapſa diſciplina, deque ſubmouenda hæreſi Ariana. Gregor. Turon. de Geſtis Francorum lib. 3. cap. 5.

Ephesinvm primum, è quatuor generalibus, Concilium an. 432. Octauo autem Celeſtini Papæ, Theodoſij Imp. 24. Valentiniani Imp. 7. Interfuere plus ducentis Epiſcopis. Cyrillus verò Alexandrinus Epiſcopus vicem agens Pont. Max. Legati item Apoſtolicæ Sedis, qui eò venerant à Celeſtino, vt quod in Romana Synodo aduerſus Neſtorium fuerat decretum, ad effectum etiam ab Orientalibus perduceretur. Rem totam narrat Baronius Card. Tom. Annal. 5. ſub eundem annum. Damnatus Neſtorius, & illius hæreſis, quæ Chriſtum in duas perſonas diuidebat: propugnatum eſt autem decus & honor Deiparæ Virginis. Tum verò paſsim omnium ore mater Dei celebrata eſt, indeque creditur Angelicæ Salutationi additum illud. *Sancta Maria mater Dei ora pro nobis.* & Celeſtini Papæ laus extitit, quòd per eum Deus Pelagianam, & Neſtorianam hæreſim iugulauerit. Sanè verò de tempore huius Synodi Pſellus, & Onuphrius diſſentiunt, Bellar. autem Card. putat an. Dom. 434. eſſe celebratum. Tom. 1. Controuerſ. 4. lib. 1. de Concilijs, cap. 5.

Ephesini autem huius Concilij primi Acta omnia, Theodori Peltani Societatis Ieſu opera, latinitate donata, ac in ſex tomos diſtributa. quibus acceſſerunt in ſingula capita periochæ, illuſtriumque locorum obſeruationes; edita ſunt Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium an. 1576. Iam verò cum hæc Acta è verſ. Peltani liquidiora extarent, acceſſere etiam quæ de iiſdem Tom. 5. Annalium refert Baronius Card. ſub annum 431. Ibi enim leguntur Epiſtolæ Cyrilli Alexandrini ad Alexandrinos de rebus in Synodo geſtis, & ipſius Synodi altera ad Theodoſium Imp. & alia ad Clerum Conſtantinopolitanum, quæue alia pleraque contigerunt, tum à Catholis intrepidè B. Virginis honorem defendentibus, & varias hæreſes damnantibus, tum à Neſtorio, & alijs vexantibus Patres & reliquos Catholicos. Nouem autem Actionum in ea Synodo fit mentio: ſed conuentus alij plerique fuere.

Porrò idem Epheſinum Concilium, ex quatuor primis generalibus Concilijs ordine tertium, ex Bibliotheca Antonij Contij primò prodierat, ſed quod Peltanus è Bauarica Bibliotheca vertit, ſuperauit omnino illam priorem editionem.

Epheſini autem Concilij codex olim Romam miſſus Conſtantinopoli, quomodo falſatus, vide Gregor. lib. 5. Epiſt. 14. Indict. 14.

Porrò hoc ipſum Concilium antiquum Græcè m.s. vidi Venetijs in Bibliotheca, quæ fuit Grimani Card. in Cœnobio Canonicorum Regularium Ord. S. Saluatoris ad D. Antonij, in Pluteo 14. ad læuam ingredientibus. Sed qui eiuſdem Concilij Epheſinus codex poſtremo excuſus eſt Græcè à Hieronymo Commelino Vittembergæ in Germania, quæ ciuitas à fide Catholica eſt aliena (quamuis Commelinus eam ſuppreſſerit, ne non vænales eius libri eſſent) è Bibliotheca Reuchiniana fuit exemptum. Cùm verò idem Commelinus, ſiue alius quis, ea Epiſtola, quam æquo Lectori ſcribit, ſe ad hanc editionem adductum fuiſſe dicat, quod etiam Theodorus Peltanus noſter, cum eam feciſſet Latinam, tria Græca exemplaria adhibuerit Vaticanum, Bauaricum, Fuggerorum, vna cum Guilielmi Card. Sirleti collatione, adiecit, in Synodi huius editione Epiſtolam Nicephori, quæ penultimo loco eſt poſita; quæ tamen cum poſt ſeptimam OEcumenicam ſcripta fuerit, non pertinet ad Epheſinam.

Cæterùm, cum Commelinus ipſa in fronte editionis ſuæ Græcæ hæc verba præfixerit: Πρακτικὰ ſiue Acta OEcumenicæ tertiæ Synodi Epheſi habitæ, ex ſanctione τεπλίσματος Theodoſij, & Valentiniani aduerſus Neſtorium hæreticum, excuſat ſe (ne eiuſmodi titulus putetur à ſe ipſo eſſe confictus) inquiens eum eſſe deſumptum, partim ex Indicis



Digitized by Google

inſcriptione, partim ex alijs [illegible] ibus 99.29.254.44.270.45.271.45. & plurium aliarum. Sed cogita[illegible] putidum eſſe Laicis poteſtatem iſtam deferre, quæ Chriſti Vicario d[illegible]it. Ad quem enim pertinet in rebus fidei de ouibus, magis quàm ad Paſtore[illegible] Deinde planiſsimè conſtat in ea Synodo non præſediſſe Imperatorem, ſed Romanu[illegible] Pont. per ſuos Legatos. Quin & Theodoſius ipſe Iunior Epiſtola ſua ad Epheſinam Synodum teſtatus eſt ſe miſiſſe Candidianum Comitem ad Concilium, non vt ſe miſceret Eccleſiaſticis quæſtionibus, ſed ad Synodi defenſionem. Extat Epiſtola illa in Tom.1. eiuſdem Synodi cap. 32. At quod Romanus Pontifex Celeſtinus præſederit per Legatum ſuum Cyrillum, omnes conſentiunt hiſtorici. Euagrius, lib.1. cap.4. Photius in libro de ſeptem Synodis. Proſper in Chronico. Nicephorus, lib.14. cap.14. Liberatus Abbas in Breuiario cap.15. Iuſtinianus in edicto. Nicolaus I. in Epiſtola ad Michaelem: ipſe Celeſtinus in eadem Synodo Tom.1. cap.16. & inter Opera Cyrilli, vt optimè collegit Card. Bellarminus, qui & figmenta, quæ Caluinus aduerſus hanc veritatem commentus erat, funditus euertit lib.1. de Concilijs, & Eccleſia, cap.19. Quidni autem Commelinus in Frontiſpicio Synodi potius non poſuit, quæ Philippus Apoſtolicæ Sedis Legatus attulit pag.195. ſuæ editionis?

Addo Commelinum, ſiue alium quem, cogitare debuiſſe Græcos non ſemel conatos fuiſſe adimere Pontifici Romano, quantum potuere, poteſtatem, ſibique tribuere; quod & turpiſsimè faciunt hæreticæ feces, dum ad ſua neſcio quæ conſiſtoria iudicium Eccleſiæ auertunt; mirandum, vt non ſit, ſi Epiſtolis & Synodis alius præfixerint inſcriptiones, quàm veritas poſtulabat.

EPHESINVM Concilium 50. Epiſcoporum cui præfuit Ioannes Chryſoſtomus, qui eò profectus eſt vt Epiſcopum crearent, cum Antoninus diem obijſſet, Actum item de alijs rebus. Vide Tom.5. Annal. Card. Baron. ſub an. Dom. 400. Anaſtaſij Papæ III. quo hæc habita eſt Synodus.

EPHESINA ſecunda Synodus, an. Dom. 449. Leonis autem Papæ X. quam improbatam à S. Leone Rom. Pont. maiores noſtri Prædatoriam iuſtiſsimè appellarunt. In qua nihil niſi per vim, & metum tentatum, & extortum: in qua loco ſacrorum librorum, gladij, atque fuſtes. Vide Baron. Card. 6. Tom. Annal. ſub an. eundem pag. 99. primæ Romanæ editionis.

Et quidem eadē Synodus à Theodoſio Iuniore Imperatore coacta eſt, in qua, factione Dioſcori, occiſus eſt S. Flauianus Epiſcopus Conſtantinopolitanus, & Legati Romani Pont. Leonis fugati, ac demum hæreſis Eutychiana confirmata. Reprobata inquam fuit hæc Synodus à Leone in Epiſt. ad Clerum, & populum Conſtantinopolitanum: item ad Theodoſium: item ad Pulcheriam quæ ſunt 22. 24. & 25. Vide Breuiarium Liberati cap. 12. & Euagrium, lib.1. cap.9. & 10.

Porrò quòd Epheſina Pſeudoſynodus pro OEcumenica à quibuſdam ſit habita: vide Gregor. Magni, lib. 6. epiſt. 31. Indict. 15. Mirum eſt autem quòd Sixtus Senenſis lib.5. Bibliothecæ ſuæ Sanctæ, annot. 247. vocauerit tertiam Epheſinam Synodum, quam tamen antiqui omnes vocant Conſtantinopolitanam, eam nimirū, quæ habita eſt ſub Leone Iſauro, quæ & meritò reprobata eſt. Vide in hoc Apparatu ſuo loco, in verbo, Conſtantinopolitanum Concilium ſub Leone Iſauro. Id patet ex iſto ipſo Concilio, quod inſertum legitur in ſeptima Synodo, Actione 6. Et cauſa erroris videtur fuiſſe, quòd iſti profanæ Synodo præſedit Theodoſius Epiſcopus Epheſinus.

EPHRAEM Syrus, qui vitā in terris egit cœleſtem, plura ſcripſit. quæ denique Greg. XIII. Pont. Max. Gerardo Voſsio Borchlonio Germano mandauit, vt perquiſita vndique, Græcè inueniri potuiſſent, Latinitate donaret. Quod & fecit egregiè, ac ſcholijs illuſtrauit: licet antea quædam ipſius Ephræm extarent ab Ambroſio Monacho Camaldulenſi in Latinum è Græco verſa, & adeo in lucem emiſſa. Vitam autem Ephræm, quæ perlegenda eſt ab eo, qui vberem ex eius ſcriptis voluerit fructum capere, ſcripſerunt Greg. Epiſcopus Niſſæ, accuratè, & alter qui Anonymus, quos ab ſe è Græco in Latinum verſos idem Voſsius primo Tomo Operum Ephræm præfixit: cum initio Secundi Tomi, vitam eam Latinè præpoſuiſſet, quàm Simeon Metaphraſtes Græcè ſcriptam poſteris reliquit, quæ quidem in Vaticana Bibliotheca extat m.s. ſub numeris 536. & 794. Tertius etiam, & vltimus Tomus Interprete eodē Gerardo Voſsio, prodijt Romæ ex Vaticano an.1598. Sed & Coloniæ S. Ephræm Opera omnia, ſecunda iam editione auctiore, & accuratiore, apud Quentelium an.1603. vbi & an.1604.

Quin & S. Ioan. Chryſoſt. egit Homilia quadam nondum (quòd ſciam) edita, de falſis Prophetis perhonorificè de S. Ephræm Syro, alijſque SS. Patribus antiquis; ea m.s.

extat

extat in Bibliotheca Vaticana Sfortiana, & Cryptæ Ferratæ. Sed & de Ephræm ſic loquitur Hieron. *Ephram Edeſſenæ Eccleſiæ Diaconus, multa Syro Sermone compoſuit, & ad tantam venit claritatem, vt poſt lectionem Scripturarum, publicè in quibuſdam Eccleſijs, eius ſcripta recitarentur. Lege eius de Spiritu ſancto Græcum volumen, quod quidam de Syriaca lingua verterat, & acumen ſublimis ingenij etiam in tranſlatione cognoui. Deceſsit ſub Valente Principe* Hæc Hieron.

At idem Gerardus Voſsius primo operum Ephræm Tomo, qui an. 1589. Romæ ex Iacobi Tornerij typographia Latinus eſt euulgatus, adiecit teſtimonia de eo ex Patribus, & Hiſtoricis Græcis, & adeo ex Tritemio Latino. Et in ijs tamen, cum ait Voſsius, Baſilium miraculosè, atque abſque labore donum Græcæ linguæ à Deo impetraſſe Ephremo, huncque è Diacono Sacerdotem digniſsimum ordinaſſe, Baron. Card. nullo modo probat; cum præter alia, quæ repugnant, tum quod non eſſet Baſilij iuris hominem Syrum ordinare. Vide Tom. 4. Annal. pag. 386. primæ Romanæ editionis.

Sanè cum Sozomeno teſtis eſt Nicephorus, Ephræm vita monaſtica percelebrem extitiſſe. Ex cuius adhuc infantis ore (vt extat in ipſius vita) per ſomnum viſa eſt excreſcere vitis, quæ omnem ſub Cœlo regionem replebat, cuius fructibus omnes Cœli volucres aduolantes veſcebantur, ipſaque vitis quantò plures volucres fructus decerpentes excipiebat, tanto magis racemis abundabat, quæ in ipſo poſtea Ephræm vera apparuerunt, dū eius oris, ac vitæ fructus per vniuerſum orbem reſplenduit.

Porrò Ephræm effigiei archetypum extat Conſtantinopoli in antiquo monaſterio *Sula* nuncupato vulgo τὰ ἓξ μάρμορα, id eſt, *ſex marmora*, quod olim Patriarchium fuit, ſed hoc tempore ab Armenijs inhabitatur: Ad dexteram habet ſcriptam hanc ſententiam, ἡ ἀγάπη, καὶ ἐγκράτεια τὴν ψυχὴν καθαίρουσιν, hoc eſt, *Charitas, & continentia animam purgant.*

### *Iam primi Tomi, quæ Romæ prodierunt, Opera hæc ſunt.*

De Sacerdotio.
Ad quem hoc pertineat Apoſtoli dictum: Melius eſt nubere, quàm vri.
Apologia ad fratrem quendam, de Heli Sacerdote.
De feſtis diebus, & de dignitate Diuinorum myſteriorum.
De charitate, ſiue dilectione.
Encomium in Pſalmos.
De orando Deum, ſiue de Precatione.
De amore pauperum.
De ieiunio.
Quonam pacto illud intelligendum ſit: *Duo erunt in agro, &c.*
De his, quæ præſens hæc noſtra vita in ſe continet.
De manſionibus beatis.
De locis beatis.
De non ſuſpiciendis rebus hiſce momentaneis, & ne patiamur nos decipi huius vitæ oblectamentis. Et in Pſal. 72.
Ode aptiſsima in quotidie peccantes, & quotidie penitentes.
De virtutibus, & vitijs per oppoſitionem.
De timore Dei, & de eo, qui non habet timorem Dei.
De charitate ſiue dilectione.
De non habente charitatem.
De longanimitate.
De carentibus longanimitate.
De patientia.
De impatientia.
De lenitate animi, ſiue de benignitate.
De iracundia.
De manſuetudine.
De malitia, ſiue improbitate.
De veritate.
De mendacio.
De obedientia.
De inobedientia & murmuratione.
De eo, qui inuidiæ, & æmulationis eſt expers.
De eo, qui inuidiæ obnoxius reperitur.
De eo, qui à maledicentia alienus eſt.
De maledicentia atque maledicis.
De temperantia, & continentia.
De intemperantia, & incontinentia.
De recta viuendi ratione, cap. 91.
Conſilium de vita ſpirituali, cap. 96.
De non ſcandalizando proximo, & de recta vitæ ratione.
De vera, atque perfecta renunciatione, &c.
Quomodo anima cum lacrymis ad Deum recurrere debeat tentationis tempore.
De timore animi.
Reprehenſio ſui ipſius, atque confeſsio.
Ad pietatem exhortatio.
Sermo ad pietatem, bonaque opera, Chriſti Athletam exercens.
De Diuina gratia.
De fide, & in illud, *Qui in modicò fidelis eſt, in multo erit, &c.*
Aduerſus eos, qui volunt Terræmotus à terræ inflatione fieri.
Ne decipiamur erroribus Gentilium.
Ad euerſionem, ſiue deſtructionem ſuperbiæ.
Ad errorum correctionem, qui vitioſè

viuunt, & honores appetunt.
De morbo linguæ, alijſque vitijs.
Non eſſe ridendum, ſed lugendum potius, atque plorandum.
Quòd à ludicris rebus abſtinendū ſit Chriſtianis.
Aduerſus eos, qui animas perniciosè ad impudicitias pelliciunt.
De abſtinendo à cupiditatibus carnalibus, & de certamine, &c.
De abſtinendo ab omni conſuetudine pernicioſa, & de continentia.
Aduerſus improbas mulieres.
Antirrheticon, de virginitate, & continentia.
De caſtitate.
Sermo de virginitate.
De paſsionibus, ſiue perturbationibus animi, Sermo.
De compunctione, Serm. 4.
De pœnitentia, Serm. 2.
De pœnitentia, & conuerſione.
De pœnitentia & patientia.
De patientia.
Sermo adhortatorius, De patientia, & compunctione.
De patientia & conſummatione ſeculi, ac de ſecundo aduentu Domini, &c.
De beatitudinibus animæ per varia capita.
Beatitudines aliæ.
De beatitudinibus, & miſerijs.
Chriſtianæ ac perutiles interrogationes, & reſponſiones.
Aduerſus eos, per quas blaſphematur nomen Dei, &c.
Quid ſibi vult illud Apoſtoli, *per præuaricationem legis, Deum inhonoras.*
Hæretici canibus, & lupis, & porcis comparantur.
De grauitate peccati, quod eſt in Spiritum ſanctum.
Quam deteſtandum ſit malum, odiſſe proximum.
Aliæ interrogationes, & reſponſiones, de ijs, quæ fient in extremo iudicio.
De abrenunciatione in ſacro baptiſmate facta, & quomodo ea à nobis requiretur in die Iudicij: ac de varijs Inferni tormentis, &c.
De varijs cruciatuum generibus, ac locis in Inferno.
De recordatione mortis, &c.
De morte oratio alia perelegans.
De Reſurrectione mortuorum.
Aduerſus illos, qui dicunt reſurrectionem mortuorum non eſſe.
De Antichriſto, & conſummatione ſeculi.
De apparitione crucis in cœlo, tempore vniuerſalis Iudicij.
De iudicio, & retributione.
De iudicio extremo, & de compunctione.
Sermo in ſecundum Aduentum Domini Ieſu Chriſti.
Alius, de futuro iudicio, Sermo.
Threni, ſiue lamentationes, de Diuina retributione.
Pia ad Deum oratio.
Threnus, ſiue lamentatio, de die Iudicij.
Alia lamentatio ad animam negligentem.
Pia animæ pœnitentis, & ad Deum recurrentis, precatio.
Confeſsio atque precatio ad Deum pia, pulchra, & perelegans.
Aliæ eiuſdem ad Deum precationes variæ, eæque perutiles, ac dignæ, quæ ab omnibus crebrò legantur, atque recitentur.

***Secundo Tomo contenta. Qui an. 1593. editus eſt Romæ è Vaticana Typographia.***

***Catalogus præcipuorum Argumentorum, ſecundi Tomi.***

Narratio ad monachos de ſua cōuerſione.
Canticum eiuſdem ſpirituale ad iuuentutem Chriſtianam.
Epiſtola de patientia ad Ioannem Monachum.
Admonitoria oratio in formam quaſi Epiſtolæ.
Adhortationes quatuor de virtute ad monachum Nouitium.
Capita decem de virtute.
Capita duodecim in illud *Attende tibi ipſi.*
Sermo pareneticus in illud *Attende tibi ipſi.*
Paræneſes quinquaginta ad monachos.
Capita centum de modo acquirendæ humilitatis.
De perfectione, qua præditum eſſe decet monachum.
De armatura ſpirituali.
Sermo Aſceticus, & exhortatorius ad fratres.
Sermo Paræneticus de ſecundo Aduentū Domini, de pœnitentiā, ac reſipiſcentia.
S. Abbatis Ammonæ capita Parænetica decem & nouem.
Apophthegmata, & enarrationes SS. antiquorum Patrum.

Prodijt deinceps Romæ paruulus libellus eiuſdem Ephræm Latinus factus, in Paſsionem Domini noſtri Ieſu Chriſti.



Digitized by Google

In Vaticana verò Bibl.extant m.s.Græcè,Sermo de Transfiguratione Domini noſtri. Epiſt.ad Ioan.Monachum de patientia. Sermo de perfectione.

Photius autem in ſua Bibliotheca ad Taraſium meminit Sermonem quadraginta nouem ipſius Ephræm,ſcripſit tamen ſupra mille,vt illemet Photius ex Syrorum traditione,& Euſebio Pamphilo teſtatur,Omnia (inquit) Ephræm ſunt plena gratiæ,& energiæ.

Quin & hic fertur ſcripſiſſe in Geneſim, & adeo in vniuerſum Pentateuchum. Nam Moyſes Barcepha libro de Paradiſo hæc illius Commentaria citat.Et illud quidem Opus extare conijcitur,quòd proximis hiſce annis,hoc eſt an. 1588.die 15. Septembris, ſcriptũ ſit mihi à Nicolao Serario Societatis noſtræ Theologo,Moguntia,inuetos fuiſſe aliquot libros Arabicè,ac Syriacè cõſcriptos,inter quos erat hic Ephræm: porrò eos olim à Gregorio XI.Pont,Max.quando Auenione redijt Romam Apoſtolica Sedes, conditos, qui Epiſcopo Herbipolenſi,qui nunc,hoc eſt anno,quo hæc ſcribimus,viuit, fuere propoſiti vænales,quos extare Venetijs dicitur,cum alijs pluribus.

EPHRAEM etiam Grammaticam Syrochaldaicam,& opera omnia eadem lingua extare audio.

EPHRAEM & ipſe Syrus, ſed alter à ſuperiore,qui non incommodè Græcam linguã addidicit,Antiochenus Epiſcopus,qui & Theopolitanus dicitur,quod idem eſt,qui Antiochenus,ſcripſit Commentarium, vt inquit Photius, egregium, quo perſtringit Seuerianum hominem Iacobum,à quo ſunt Iacobitæ denominati, ibique inuehitur aduerſus Baradatum,Eutychetem,& alios Triſagitas.In quo quidem Commentario ait eſſe explanatum Athanaſij locum,vbi naturam,& hypoſtaſim idem eſſe viſus eſt aliquibus affirmare. Quin & idem Ephræm elucubrauit alterum Commentarium aduerſus eos, qui verba S.Cyrilli malè interpretabantur. Addidit Tractationem aduerſus Anatolium Sebaſtenũ, ac præterea diſertam apologiam pro ſacroſancto Chalcedonenſi Concilio.fusè autem de hoc agit Photius.

EPHRAEMVS alius quidam Archiepiſcopus Cherſonis,& martyr m.s.Græcè de miraculo Clementis in puero extat in Auguſtana Bibl.ſub num.44.

EPIMENIDES Cretenſis,cuius verba quædam aduerſus Cretenſes à D.Paulo citãtur, expenditur à Sixto Senenſi fusè in ſua Bibl.ſancta,li.2.At quoniã nos catalogum ſcriptorum Eccleſiaſticorum teximus,hic omittimus Poëtam illum gentilem.

EPIPHANIVS non vnus ſed plures fuere.Vnus,qui Cypri Salaminæ Epiſcopus, de quo Hieronymus in Catalogo; Alter,qui dictus Scholaſticus,qui tripertitam hiſtoriam Eccleſiaſticam è Græco in Latinum vertit, non omninò rectè,de quo Caſſiodorus; alius Epiſcopus Selybriæ,ſiue Olybriæ,qui perutilem in crematores ſacrarum imaginum orationem,ſiue Commentariũ conſcripſit. Alius dictus Vlpiani,Sophiſta, natione Petræus; de quibus Suidas;Quintus,qui in Actis Nicænæ ſecundæ Synodi ſignificauit Euſebiũ Cæſarienſem in Commẽtarijs Pſalmorum dixiſſe de Patris, & Filij inæqualitate verba Arianorum dogmati fauentia. In Pſalmum nempè quintumdecimum. *Dixi Domino,Deus meus es tu.* Nec ignoro extitiſſe alios eodem nomine. Sed ſatis eſto commemoraſſe iſtos, ne quis Epiphanio Salaminæ Epiſcopo tribuat ſiue iſtorum Opera, ſeu verſionem hiſtoriæ Tripertitæ,quemadmodum quidam non ita pridem fecit: aut denique interdictos à Gelaſio libros putet noſtri huius Epiphanij fuiſſe. Et quidem de hoc Hieronymus quã breuiſſimè,ac deinceps plerique alij ſeu vitam,& Acta ipſius,ſiue ſcripta,& eorum dictionẽ vt Photius,& noſtra ætate Sixtus Senenſis,ſiue lapſus in hiſtoria,ſiue adeo verſiones,atq; editiones varias,ſed non vnus,omnia attigerunt:quandoquidem non tantum, quantum nos ſumpſimus,ipſorum aliquis ſuſceperat argumentum. Et quidem eius Acta Ioannes quidem apud Metaphraſten,quaſi Epiphanij fuerit ſocius,eſt proſecutus,ſed dum fucum voluit alijs facere,ſibi ipſi fidem ademit.Scripſit enim pleraque minus vera, vt illud Epiphanium cum Hæreſiarcha Hierace diſceptaſſe,ipſumque Diuino miraculo mutum reddidiſſe, cui pœnitẽti vſum reſtituerit linguæ.Sed necdum natus Epiphanius erat(vt probat Baron.Card.quando Hierax ille in Aegypto docebat,& verò Epiphanius,qui Hieracem mox poſt Manetem ordine, ponit etiam ante Melctium, atque Arium, de quo ipſo fuſius agens nil prorſus de miraculo,vel pœnitentia Hieracis habet.

Nos itaque vitam Epiphanij ſummatim,ſed verè hic ſubijciemus,quandoquidẽ multum momenti habebit ad tractandum hunc Patrem, de quo idem, quod in alijs facimus præſtare cupimus.

*Vitæ Epiphanij ſumma.*

Epiphanius in Phæniciæ Oppido non procul ab Eleutheropoli,ex infimis,& obſcuris natalibus ortus,in tenera adhuc ætate patre orbatus,cum vidua matre, & ſorore virgine

Calitrope relinquitur. Quibus cum adeo tenues eſſent fortunæ, vt vix commodè alerentur, eorum inopiam miſeratus Tryphon, Epiphanium ſibi adoptauit, & matri, & ſorori neceſſaria ad victum ſuppeditauit.

Erat Tryphon profeſſione Iudæus, & in lege Moyſis non mediocriter inſtructus, qui eo etiam conſilio Epiphanium in familiam aſciuit, vt filiam ei, quam vnicam habebat, matrimonio iungeret. Degebat itaque cum Triphone Epiphanius, ætate, & Hebraica ſapientia proficiens, cum decedēte tam eodē Tryphone, quam eius filia hæres, ex aſſe ab eo ſcriptus eſt. Quare opulenta hæreditate potitus, matre iam vita defuncta, ſororem in domum recepit, cum qua iucundè vitam agebat. Euenit autem, Deo ita diſponente, vt Epiphanio in vicum, in quo natus erat, egreſſo, inopinato quidem opportuno tamen euentu, vir quidam occurreret religione Chriſtianus, Lucianus nomine, doctrina, & virtute clariſſimus, quique vitam monaſticam profitebatur: à quo perſuaſus, & in fide Chriſti vna cum ſorore inſtructus, demum omnibus ſuis opibus pauperibus erogatis, ab Epiſcopo loci baptizatur, & ſub Luciani monaſtico inſtituto Chriſtum ſequitur: Traditur autem à Luciano Hilarioni in diſciplinam, cuius doctrinam, & egregios mores effingens Epiphanius, ſplendorem tanti magiſtri illuſtriorem reddidit. Fulgebat indies miraculis, & per remotiſſima quæque loca ſanctitatis eius vagante fama, adeo magna hominum turba ad eum confluebat, vt in monaſterio quieſcere prohiberetur. Cuius rei cauſa in Aegyptum ſeceſſit: vbi in multis magniſque rebus eius probitas ac religio ſpectata fuit: inde ad propria reuerſus, Hilarionem ad Cyprum nauigaſſe cognouit, quem inuiſere cupiēs Paphum nauigauit, & in Hilarionis congreſſu incredibili fuit lætitia perfuſus; iuſſu verò Hilarionis Salaminem petit, cum ea tum Eccleſia paſtore deſtituta, pro Epiſcopo ſibi vtili eligendo ſupplex Deum precaretur: exaudiuit itaque preces ſupplicium clementiſſimus Deus, & ex Pappi Epiſcopi Cytriæ ſanctitate mirabilis, prædictione repertus Epiphanius, principio recuſans tantam dignitatem Salaminorum tandem Epiſcopus creatur: quo in onere ita ſe geſſit, vt doctrinam vita, & vitam doctrina cōprobaret. Fuit ſemper acerrimus hæreticorum oppugnator, aduerſus quos edidit Opus inſigne, *Panarion* nūcupatum. Aetio Valentinianorum Epiſcopo blaſphemum os obſtruxit, omnibus, qui eius ſectæ erant, ad fidei ſynceritatem reuocatis. Huius, & aliorum hæreſibus cōſpurcatā Cyprum expurgauit, & edicto à Theodoſio obtento, hæreticos omnes ex Inſula eiecit, ante & poſt adeptum Epiſcopatum miraculis claruit: nam & plurimos mortuos ſuſcitauit ad vitam, cæcis viſum reſtituit, multos ab immundis ſpiritibus vexatos liberauit, atque alia innumera edidit miracula: tandem ab Eudoxia in Ioannem Chryſoſtomum odio flagrante, Conſtantinopolim accerſitur, quem cum illa multis pollicationibus in eā ſententiam pertrahere conaretur, vt Chryſoſtomum deponeret, nunquam tamen ille ab integritate dimoueri potuit. Quamobrē ab Aula Imperatoris proficiſcitur, & ingreſſus nauim, vt in Cyprium remearet, ſocios ad vitæ innocentiam, & ad fidei conſtantiam hortabatur: iam enim Dominus ſeruum ſuper pauca fidelem, ſuper multa conſtituere, & ad gaudium introducere volebat. poſt effuſas igitur ad Deum preces, ſocios complexus eſt: quibus inquit *Salui eſtote filij, Epiphanius enim non vos amplius videbit in hac vita*, atque ſtatim Deo tradidit ſpirituum, cum eſſet ætatis centum, & quindecim annorum, & trium menſium.

Vltima Epiphanij verba. Aetas Epiphanij.

Nam ipſe antequam nauim conſcenderet, Arcadio de ætate interroganti teſtatus eſt, ſexageſimo ætatis anno ad Epiſcopatum promotum, & in eo per quinquaginta quinque annos, & menſes tres vixiſſe. Poſtea verò naui Salaminem appulſa, & mortis tanti Antiſtitis nuntio diuulgato, magno cum populi totius fletu, & lacrymis ſepultus eſt. Ceterū qui de Epiphanio ſcripſere, fuerunt Hieronymus epiſt. 16. & in Apol. 2. aduerſus Ruffinum, & Theophilus inter ipſus Hieronymi Opera lib. 2. epiſt. 67. ad ipſum Epiphanium. Auguſtinus in lib. de hæreſibus ad Quoduultdeum. Socrates hiſtor. lib. 6. cap. 9. 11. 13. Sozomenus lib. 6. c. 32. & lib. 7. cap. 26. lib. 8. c. 14. & 15. Nicephorus lib. 2. c. 46. lib. 12. ca. 46. lib. 13. ca. 13. & 14. Caſſiodorus li. 9. c. 48. lib. 10. c. 11. & 12. & ij, qui Io. Chryſoſtomi geſta conſcripſerunt. Leone Imp. Gregorius Alexand. & Suidas. At & Epiphanij meminit ſecunda Nicæna Synodus. Vide etiam Cæſarem Card. Baron. in Notis ad Martyrologium die 12. Maij.

### *Scripta Epiphanij, quidque de eo Sixtus Senenſis.*

At Sixtus Senenſis qui hæc omnia forte non viderat, cum de viri præſtantia nonnulla præfatus, vellet Epiphanij libros enumerare ſic ait. Epiphanius Salaminæ Cypri, quę

poſtea

poſtea Hieronymo teſte, *Conſtantia* dicta eſt, vel *Salamina* primum, & poſtea *Conſtantia*, vt Suidæ placet, diuerſarum Cypri vrbium Epiſcopus, Eremita quondam, & monachus ſolitudinis Aegypti, vir eruditione inſignis, ac propter quinque linguarum peritiam cõmendatus à Hieronymo, ſanctitate, & miraculis clarus, acerrimus hæreticorum hoſtis, aduerſus quos etiam opus edidit inſigne *Panarium*, hoc eſt, *Arculam medicam*, nuncupatum, ſcripſit librum ad intelligentiam multarum dictionum, & characterum, quæ tam in ſcripturis, quàm in antiquis Interpretum editionibus habentur, vtiliſſimum: in quo tractat de ponderibus, & menſuris in Diuinis literis vſurpatis, De Diuinæ ſcripturæ partibus. De eiuſdem interpretibus. Deque accentibus, notis, ac characteribus, quæ paſſim apud veteres ſacræ ſcripturę Interpretes reperiuntur: cuius initium eſt, *Si quis voluerit cognoſcere, &c.* Scripſit item, De lapidibus, præſertim verò de his, quorum mẽtio fit in ſacris literis, librum, ex quo Aretas Cappadociæ Epiſcopus, in Commentarijs ſuper Apocalipſim, & Hieronymus in Commentarijs ſuper 53. caput Eſaiæ, teſtimonia producunt. Edidit etiã de vita, & interitu omnium Prophetarum, à Nathan Propheta vſque ad Io. Baptiſtam, librum vnum, ad intelligendos titulos, occaſiones, & argumenta propheticorum voluminum, non inutilem, cuius initium eſt, *Nathan eiſdem ferè temporibus.* Compoſuit quoq; in Euangelium Lucæ libellũ vnum, *Pauimenti* titulo prænotatum: in quo confutauit omnia eiuſdem Euangelij loca à Marcione adulterata, & falſata, docens ſimul regulas quaſdam, quarum auxilio in ſacris voluminibus ſynceræ, & Catholicæ ſcripturæ ab adulteritatis hæreticorum ſcripturis dephrehendantur: Quod quidem Pauimentum, primo Panarij ſui libro, hæreſi 42. inſeruit. Claruit ſub Theodoſio Auguſto, an. Do. 390.

Porrò etiam ſcripſit Sermonem de laudibus S. Mariæ Deiparæ, quem Latinè fecit Io. Picus Pariſienſis, qui & extat in Bibl. SS. PP.

## *Alia ſcripta tributa Epiphanio.*

Scripſit autem Epiphanius epiſtolam de laudibus S. Hilarionis, quemadmodum in huius vita teſtatur Hieronymus; ſed ea, quod ſciam, non extat. Atqui deniq; editus eſt Grecè, & verſus Latinè, ac notis illuſtratus à Conſaluo Ponce de Leon Hiſpalenſi eiuſdem Epiphanij liber ad Phyſiologum de 36. naturis animalium, è quibus Chriſtiana documenta ad pietatem elicuit. Sermo item in diem feſtum Palmarum; is autem liber ad Phyſiologum, non eſt Phyſiologus ille putandus, quem Gelaſius inter Apocrypha reijcit, tanquam ab hæreticis ſcriptum: nam ille B. Ambroſij nomine (Gelaſio ipſo teſte) prœſignatus erat, hic autem nuſquam ſub hoc titulo inuentus eſt; ſed nec latinus (quale credendum eſt fuiſſe Opus Ambroſio tributum) habetur. Præterquam quod nihil hic niſi pium continet, ac Orthodoxum, & ſanctum. Sanè verò in Conſtantinopolitanis Bibliothecis extat m.s. Græcè hic liber, hac inſcriptione. *Epiphanij Archiepiſcopi Conſtantiæ Cypri, libri Phyſiologus dictus, ſiue de rerum natura, quem collegit ex præclaro libro S.P.N. Baſilij Magni Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi, quem is magnus vir ſcripſit in Opus ſex dierum Moyſis Prophetæ.* Ceterum, Tritemius meminit libri Epiphanij De erroribus Origenis, ſed eum puto intellexiſſe de illo, quem in libro aduerſus hæreſes de Origene ſcripſit, & libri Epiſtolarum ad diuerſos. Quin Epiſtola Epiphanij ad Hieronymum de generali epiſtola Theophili Alexandrini, præpoſita ex aliquando libris quatuor Paſchalibus Theophili à Hieronymo conuerſis, quæ & extat in Tom.3. Bibl. SS. PP. epiſtola verò ad Arabas prolixa cernitur in opera ipſius Epiphanij aduerſus hæreſes in Sermone contra Antidicomarianitas: Alia verò ad Io. Epiſcopum Conſtantinopolitanum in fine Pariſienſis editionis an. 1566.

Romæ anno 1587.

Sed & in Bibl. Auguſtana, Num. 61. eſt manuſcripta oratio eiuſdem in ſepulturã Chriſti, & in deſcenſum ad inferos fine mutila. quæ interprete Staniſlao phænicio excuſa eſt Coloniæ apud Antonium Hierat. num. autem 56. eius Synopſis hæriſeon ſed paſſim carie exeſa.

## *Errata nonnulla in rebus hiſtoricis animaduerſa in Epiphanio.*

Quod autem Melchior Canus ſcriptum reliquit, verum eſt Epiphanium vtique in rerum geſtarum, temporumque ratione nullos graues Auctores ſequi ſolitum, in his interdum falli.

Sanè libro aduerſus hæreſes, hæreſi 68. in principio quam narrat hiſtoriam de Petro, atque Meletio, non ab alio quam à Meletiano aliquo neſciens mutuatus eſt, quod pace tanti viri dictum ſit. Nam Athanaſius Apol.2. veritatis fideliſſimus teſtis, qui hæc ob oculos habuit aliter poſterorum memoriæ commendauit.

Baron. To.3. pag.13.

Baron.ibid. pag.45. Perperam item apud eundem hæreſi 68. & 69. legitur ex Meletianorum commento Alexandrum ſubrogatum fuiſſe Petro in Sede Alexandrina, quum conſtet eum fuiſſe Achillam.

Baron.To.3. Annal. ſub an.Do.306. Et quidem Epiphanius hær.69. in falſa Acta Meletij incidit, quibus deceptus, iterum cum agit de Arianorum principio, nominat Meletium Confeſſorem, Dei teſtem, atque martyrem; qui tamen terrore tormentorum victus Dijs ſacrificauit, qui Petro Alexandrino Epiſcopo reſtitit, qui ducem ſe Meletianæ hæreſeos præbuit, & reliqua commiſit, de quibus Socrates lib.1.cap.3. Sozomenus autem lib.1.cap.14. ſicuti etiam quæ accidiſſe

Ibid.Baron. narrat Meletio poſt Petri martyrium, ex ijſdem Meletianis illum fuiſſe mutuatum conſtat ex Athanaſio.

To.3. Annal. Baron. pag. 390. Ab omni quoque ſcopo veritatis abhorret, quod apud Epiphanium legitur, nimirũ, poſt Conſtantini obitum Arſenium eſſe repertum.

To.3. Annal. pag.455. Falſum item quod in Epiphanio legitur, Athanaſium exulem manſiſſe in partibus Italiæ annos plures, quàm duodecim, aut quatuordecim: qui enim eum reſtituit Conſtãtinus iunior nec quadriennium exegit in Imperio, ſed & ſtatim poſt obitum Patris ſui id effecit.

At neſcio inquit Bellar.Card.lib.2.de Verbo Dei, c.5.To.1. quonam errore ſit factũ, vt cum Athanaſius, & Epiphanius diſertis verbis ſcribant Symmachũ ſub Seuero, Theodotionem ſub Commodo Marci filio ſcripturas interpretatos eſſe, neque dubium vllum eſſe poſſit, quin Commodus Seuerum præceſſerit, tamen ijdem auctores Symmachum priorem, poſteriorem Theodotionem faciant.

Ceterum, Epiphanius purgatus eſt ab omni ſuſpicione erroris circa imagines in 7. Synodo Nicæna Act.6. quique ob hæreſim Anthropomorphitarum dicitur abſtuliſſe, vel laceraſſe pendentem hominis imaginem in templo, veriore, & communiore ſolutione (ait Bellarm.Car.) oſtenditur in eo verba illa eſſe ſuppoſititia. Rationes autem ipſe affert lib.2.de Imaginibus Sanctorum c.9.verſus finem.

### *Qui laborarunt in vertendo, vel emendando Epiphanio.*

Præter illos autem, de quibus locuti ſumus, laborarunt in Operum Epiphanij verſione Albanus Torinus, De vita & interitu prophetarum, qui liber ſimul Græcè, & Latinè prodijt ex officina Cratandri Baſileæ ann.1529. cum alijs Opuſculis Sophronij (vt titulus habebat) De Vitis Euangeliſtarum, Hieronymi de Vitis eccleſiaſticorum Scriptorum Latinè, & Græcè per Sophronium, Gennadij Catalogo illuſtrium virorum, & Greg. Naziãzeni parabolis, à miraculis Euangelicis. Sed & an.1566. Pariſijs vnà cum reliquis operibus Epiphanij: de qua editione mox.

Et Græcè quidem in eadem Ciuitate Baſileæ 1544, Panarium. Anchoratus, Summa cõtra 80. hæreſes. Libellus de menſuris & ponderibus, & de aſteriſco, & obelo, deque notis & characteribus in D. ſcripturæ interpretibus ab Origene vſurpatis, edita ſunt.

Quod opus antea Latinè excuſum erat ibidem apud Robertum Vuinter anno 1533. Iano Cornario medico interprete, cuius poſtea, quæ ad hunc attinent ſcripta, prohibita fuere in Romano Indice. Sed & ab eodem Vintero recuſus Epiphanius anno 1540. & 1545. à Theologis Hiſpanis recognitus fuit, & quænam ex ijs editionibus ſint expungenda monuerũt. Quæ quidem nos ad finem huius noſtri laboris de Epiphanij ſcriptis adtexuimus.

Ceterum, eadem verſio Cornarij recuſa eſt Pariſijs anno 1566. cum additione Theodoreti de nugis, ac fabulis improbis hæreticorum, & Epitomes Decretorum, ſiue Dogmatũ Diuinorum, Gentiano Herueto interprete.

Epiphanij verò Opera in hac, quam modo, dicimus editione, extant quæ ſequuntur. Contra octoginta hæreſes Opus Panarium appellatum, continens libros tres, & Tomos, ſiue ſectiones ex toto ſeptem.

Epiſtola, ſiue liber Anchoratus, quo agitur de vera fide Chriſtiana. Anacephalæoſis, ſiue ſumma totius operis Panarij.

Libellus de menſuris, ac ponderibus, & de aſteriſco, atque obelo, deque notis, & characteribus in Diuinæ ſcripturæ interpretibus per Origenem vſurpatis.

Hiſtoria de Prophetarum vita, & interitu.

Epiſtola ad Io. Conſtantinopolitanum Epiſcopum interprete Hieronymo.

Iacobus deniq; Billius Prunæus, aliquot loca partim Græcè reſtituit, partim ab erroribus vindicauit, quę quidẽ & illo ingenio, & veritatis neceſſitate ſunt digna. Si q[illegible]Epiphaniũ verſaucrit, aut recudendũ curauerit, & eiuſdẽ Billii libris ſacrarũ obſeruationũ petat.

Sed

Sed & in Epiphanij opera Annotationes Indicis expurgatorij Hiſpani hæc extant.

Ex Annotationibus in Epiphanium impreſſis Baſileæ apud Robertum Vuinterum, an.1540.& 1545.

Tom.1. deleatur epiſtola Iani Cornarij interpretis.

To.2.lib.1.hæreſ.32.contra Secundianos, pag. 100. deleatur gloſſa marginalis, quæ ait: *Vxores communes.*

To.3.lib.1.in præfatione tractationis, ac confirmationis librorum Marcionis, pag. 148. deleatur glo.marg.quæ ait, *Lucæ Euangelium corruptum.*

Eodem To.hæreſi 45.contra Seuerianos, pag.182.deleatur gloſſa marg.quæ ait, ***Mulier Satanæ opus.***

Hæreſi 51.pag.199.deleatur gloſſa marginalis, quæ ait: ***Ioannis Euangelium, Cherinti eſſe putatum eſt.***

Ead.hæreſi 51.pag.213.del.glo.quæ ait: ***Apocalypſis Ioannis cur reprobata.***

Tom.4.hæreſi 59.pag.232. del.gloſſ.quæ ait: ***Pœnitentia vna ſaltem.***

Ead.hæreſi 59.pag.233.del.gloſſ.quæ ait: ***Coniugij Sacerdotum ratio.***

Ead.hæreſi pag.236.del.gloſſ.quæ ait: ***Opera in futuro ſeculo nulla.***

Hæreſi 63.contra Origenianos, pag.245.deleatur gloſſ.quæ ait: ***Epiſcoporum dilecta amica, ac concubina.***

To.5.hæreſi 66.pag.312.deleatur glo.quæ ait: ***Animarum tranſitus de corpore ad corpus.***

Pag.314. deleatur gloſſa, quæ ait: *Anima in omnibus vna.*

Hæreſi 69.pag.364.glo. quæ ait: *Creaturam non adorari.*

Item glo.alia quæ ait: ***Epiſt.ad Hebræos Pauli non eſt,*** delea.Ead.hæreſi, pag.372.gloſſ.quæ ait: ***Mittens non eſt ſimilis miſſo.***

To.6.hæreſi 70.pag.391.del.gloſſ.quæ ait: ***Imago Dei non eſt anima.***

Item alia glo.quæ ait. *Imago Dei non eſt virtus.*

Hæreſi 75.pag.435.glo.quæ ait: ***Epiſcopus non differt à Presbytero.*** deleatur.

Item alia glo.quæ ait: *Paſcha non eſt peragendum.* Et alia quæ ait: ***Mortuis viuorum preces non prodeſſe.*** Et alia, ***Ieiunium ordinatum non eſt ſeruandum.*** deleatur.

To.2.lib.3.pag.507.del.gloſſ.marg. ***Imagines damnatæ.***

Ead.pag.deleatur gloſſ.quæ ait. *Sancti non adorandi.*

EPIPHANIVS Scholaſticus hiſtoriam Eccleſiaſticam Socratis, Sozomeni, Theodoriti Latinam fecit è Græca, quam verſionem ſe in Breuiarium Caſſiodorus inquit redegiſſe. Atqui in illa Epiphanij non deſunt, quæ digna ſunt animaduerſione aliqua, quemadmodum & in Caſſiodoro, quamuis non me fugiat, in editione vulgata verti item ſubſtantiam, & ab auctoribus probatis vtroque modo. Afferam nonnulla, vt inde circumſpectius legentes eam decurrant. Nam in locis ſequentibus vox hæc *hypoſtaſis* Græcè, ſignificat Latinè, *Perſonam*; quam Epiphanius iſte interdum *ſubſtantiam*, interdum *ſubſiſtentiã* vertit; Quod & Caſſiodorus eſt ſecutus, quale illud. Ἰωάννης τὴν ἰδιότροπον αὐτοῦ ὑπόστασιν ἐδήλωσεν εἰπὼν ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος. Caſſiodorus. *Propriam namque eius ſubſtantiam deſignauit dicens, In principio erat Verbum.* Et paulo poſt. διανοίας μὲν τῆς Εὐαγγελιστῶν τάχα δὲ καὶ ἀγγέλων καταλήψεως ὑπερεπέκεινα ἐστὶν ἡ τοῦ μονογενοῦς Θεοῦ ἀνεκδιήγητος ὑπόστασις. Caſſiodorus. *Vnigeniti filij ineffabilis ſubſtantia* Et paulò poſt. πῶς ἂν περιεργάζοιτό τις τὴν τοῦ Θεοῦ λόγου ὑπόστασιν; Caſſiodorus. *Quis ergo audeat exterius perſcrutari ſubſtantiam Dei Verbi?* Deinceps, τὴν μὲν οὖν γνησίαν αὐτοῦ, καὶ ἰδιότροπον καὶ φυσικὴν, καὶ κατεξαίρετον υἱότητα. Caſſiodorus. *Propriam, & naturalem, præcipuamque Filiationem.* Poſtea. τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται, τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ πάσῃ τῇ γεννητῇ φύσει ἀπεριεργάστου τυγχανούσης. Caſſiodorus. *Subſiſtentia videlicet eius omni creatæ naturæ imperſcrutabili exiſtente.* Rurſus. Οἱ τὰς μὲν τοῦ σωτηρίου πάθους, ταπεινώσεως τε καὶ κενώσεως, καὶ τῆς καλουμένης αὐτοῦ πτωχείας καὶ ὧν ἐπικτήτους ὁ σωτὴρ δι' ἡμᾶς ἀνεδέξατο φωνὰς διὰ μνήμης ἔχοντες παρατίθενται ἐπὶ παραγραφῇ τῆς ἀνωτάτω, καὶ ἀρχῆθεν αὐτοῦ Θεότητος, τῶν δὲ τῆς φυσικῆς αὐτοῦ δόξης τε, καὶ εὐγενείας, καὶ παρὰ τῷ πατρὶ μονῆς σημαντικῶν λόγων ἐπιλήσμονες γεγόνασι, οἷον ἐστι τὸ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. At Caſſiodorus ita. *De quibus ſententia in veſtra ſit probatione repoſita, qui ſalutaris paſſionis humilitatem, & exinanitionẽ, voluntariam paupertatem, & voces, quas propter nos Saluator ſuſcepit, memoria retinetis. Igitur ad oſtenſionem ſupernæ, & antiquæ Diuitatis eius hæc congruunt, ſignificantibuſque ſermonibus naturalis eius gloria, & Imperium, & apud Patrem manſio clarius explicatur, quale eſt illud. Ego, & Pater vnum ſumus.* In quibus verbis διὰ μνήμης ἔχοντες, hoc eſt, *memoria retinetis*, ſciendum eſt hæc verba in Theodorito in epiſtola Alexandri, intelligi de hæreticis.

In edit. Pariſienſi an.1542 fol.292.

Fol.296.

Illud autem ἐπὶ παραγραφῇ quod verſum eſt, *ad oſtenſionem*, vertendum eſſe, *ad derogandum Diuinitati Chriſti.*



Digitized by Google

Atqui & alia ſunt in Epiphanio Scholaſtico,quæ poterant aptius reddi Latinè è Græco.Cum autem, vbi locuti ſumus de Sozomeno, deque Socrate, & reliqua tripertita hiſtoria oſtendimus reijciendam eſſe prorſus Muſculi hominis hæretici verſionem , præponendam autem iſtis Chriſtophorſoni,idem & hic aſſerimus.

EPIRI veteris Synodus habita,ad quā reſcripſit Hormiſda Papa anno tertio ſui Pontificatus,anno autem Do.quingenteſimo ſextodecimo.Ea verò celebrata eſt,vt mortuo Alcyſoni Epiſcopo Neapolitano alter ſufficeretur. Et quidem ſubrogatus eſt Ioannes pietate,& alijs dotibus inſignis.

## ER

ERCHEMPERTVS monachus, & Diaconus montis Caſſini ſcripſit hiſtoriā de euerſione monaſterij à Saracenis,& de conſtructione eiuſdem.

ERHARDVS Vvinheim Cartuſianus edidit deſignationem omnium Eccleſiarum vrbis Colonię & reliquiarum libello quodam quem inſcripſit Sacrarium Agrippinæ.excudit eum Coloniæ, Bernardus Gualtheri an.1606.

ERICVS monachus vita Germani Antiſiodorenſis Epiſcopi metrico ſtylo luculenter ſex libellis deſcripſit.Ita Sigeb. Verumtamen hic ſcriptor in codice Gembl.& Afflig. *Liricus*, in cod.virid. Vallis *Firicus* appellatur. Eiſingr.cum addit reliquiſſe Homilias & Epiſt.quoque.

ERCKENBALDVS Argentorati, Epiſcopus Argentoratenſium præſulum vitas complexus eſt.

ERFORDIENSE Concilium ann. 932. Henrico Rege Chriſtianiſs. Indictione 5. Kalend.Iunij,præſide Treuirenſis Eccleſiæ Archiepiſcopo congregatum eſt.cuius quinque capitula inſeruit vndecimo Annal.Tom.Cardin.Baron. in eius Appendicei, ad eundem annum.

ERHARDVS monachus,Ord.S.Benedicti in Geneſim. In Exodum. In Leuiticum.In Numeros.In Deuteronomium.Homiliarum quoque librum reliquit.

ERMENOLDI viri Sancti, & primi Abbatis Monaſterij S. Georgij in Brusfeningen Vita ab eiuſdem Monaſterij monacho ſcripta ann. 1281.extat in Tom. 7. Surij ad 6. diem Ianuarij.

ERMENRICVS Germanus,monachus,& Abbas Eluuangenſis ſeptimus.Cong.Luxonienſis,poſt an.Do.800.ſcripſit Dialogum de vita & miraculis S.Hariolphi Abbatis primi Eluuangenſis.

ERMINI viri Sancti vita à monacho eius diſcipulo Laubienſi, congregationis Floriacenſis extabat m.s.Laubijs in Hannonia.Arnold.Vvion.

ERNALDVS Abbas Bonduallis vitam S. Bernardi in quatuor libris , præter illum, Tritem. quem Abbas S.Theodorici Vvilhelmus ſcripſerat, explicuit, multa hinc inde attingens, quæ huc ſpectare intellexit. Scripſit etiam in quinque vel ſex vltima verba Domini in Cruce.

Eiſingr. ERNESTVS Benedictinus Abbas,de laude martyrum ſcripſit.Anno autem Do.1048. à Rom.Pont. ad ſeminandum Dei verbum Hieroſolymam, atque ad alia Palæſtinæ loca miſſus,ob conſtantiam in docenda Chriſti doctrina martyrio illhic eſt coronatus,& Antiochiæ ſepultus eſt.

ERNVLPHVS Epiſcopus Roffenſis in Anglia, natione Gallus, patria Bellouacenſis, ſcripſit ad Quæſtiones Lamberti Abbatis Bertiniani, ſolutiones quaſdam. De operibus ſex dierū.De verbis Domini in Cruce.De corpore,& ſanguine Domini.Sermones quoq; lib.1.Obijt an.Do.1124.

ERTMANVS Criſpus in Schifftlarienſi monaſterio quod eſt in Bauaria, Concionem de Incarnatione D. N. Ieſu Chriſti ſcripſit.

ERVEVS Brito, Ord. Præd.ſcripſit in 4. lib.Sentent. Duo Quodlibeta contra Henricum de Gandauo.De verbo.Orationes de peccato originali.Fertur etiam in Ariſt.Cóment. ſcripſiſſe; atque tribuitur eidem Summa Logicæ Ariſt.quæ ſub D. Th. Aquinatis nomine circunfertur. Anno 1565. Eiſingr.

## ES

ESAIAE Abbatis præcepta ad fratres, qui cum ipſo viuebant, quæ ſanè optimæ ſunt hortationes,cum generatim agant de virtutibus, prima verò, & tertia potiſſimum attinent ad fratres iuniores.Secundæ verò titulus eſt:

De

De mente ſecundum naturam.
4 Quid in itinere, ſit obſeruandum.
5 Quæ obſeruanda ſint ijs, qui ſimul in pace habitare cupiunt.
6 Qui honeſtam quietem amplecti volūt, eos eſſe curioſos non oportere, neque omiſſa peccatorum ſuorum conſideratione, tempus in rebus inutilibus conſumere.
7 De virtutibus.
8 Continet ipſius Abbatis Apophtegmata.
9.10 Ad eos, qui mundo renunciarunt.
11 De grano Sinapis.
12 De vino.
13 Ad eos qui initiantur, & tendunt ad perfectionem.
14 Luctus, & lamentatio.
15 De mundi renunciatione.
16 De gaudio animæ Deo ſeruientis.
17 De mundi abrenunciatione.
18 De iniuriarum obliuione.
19 De morbis animi.
20 De humilitate.
21 De patientia.
22 De operibus hominis noui.
23 De perfectione.
24 De tranquillitate.
25 Ad Petrum Abbatem diſcipulum ſuum, ſatis longa & referta ſententijs.
26 De dictis Eſaiæ Abbatis, quæ Petrus Abbas eius diſcipulus ex illo accepit.
27 In illud dictum, Attende tibi, &c.
28 De malitiæ ramis.
29 Eiuſdem lamentationes.

ESAIAS Patauinus, ſiue Ateſtinus, Canonicus Congreg. Lateranenſis in Diuinis literis apprimè eruditus ſcripſit Italicè in Canticum Canticorum. Sixt.Senen. An.1480.

ESAIAS Propheta. Vide in verbo, Iſaias.

ESAIAE Prophetæ, qui liber in 2.lib.Paralip.c.6.& 32.tribuitur, continetur in Prophetia ipſius à c. 36.vſque ad 40.Reliqua vide in verbo, Iſaiat.

ESDRAS quod nomen ſignificat Adiutor, ſiue Atrium (quem primus Paralipomenō liber Ioſedech ſacerdotem appellat, & Hebræi Malachiam vltimū prophetarū eſſe putāt) filius Saraiæ filij Azariæ ab Aaron ſacerdote magno duodecimi, ſcriba legis Domini ingenioſus, & velox, edidit librum ſui nominis titulo prænotatum Hebraicis quidem literis, & à ſe primum repertis, ſed Chaldaico ſermone digeſtum, in quo conſcripſit reditū Iſraëlitici populi ex captiuitate Babylonica in Iudæam, vrbiſque Hieroſolymæ inſtaurationem, & noui templi extructionem. Alterum verò librum, qui ſecūdus Eſdræ inſcribitur, & eamdem hiſtoriam pertractat, ſcripſit Nehemias, filius Helchiæ, Sacerdos, & in captiuitate pincerna Regis Artaxerſis. Vnde, & præfatio libri eius eſt: *Verba Nehemiæ, filij Helchiæ*; qui & in omnibus fermè libri ſui capitulis, de ſe per primam perſonam loquitur. Sortitur aūt hic liber nomen Eſdræ; primum quòd vtriq; libri tam apud Hebræos, quā apud Græcos in vnum connectuntur volumen, apud Latinos in duo diuiſum. Diſſidēt tamē à nobis hac in parte Græci Patres; quia quē nos tertiū Eſdræ inſcribimus, & inter Apocrypha ſcripta reijcimus; illi in ſacro Canone collocant, & primum in ordine librorum Eſdræ ſtatuunt, quòd ea, quæ in eo narrantur, geſta ſint ante ea, quæ Eſdræ, & Nehemiæ libris continentur, qui verò apud nos primus, & ſecundus ſunt, illi vtrumq; ſub ſecundo volumine Eſdræ comprehendunt. Quapropter apud eos primi Eſdræ initium ſic habet: Ϗ ἤγαγεν ἰωσίας τὸ πάσχα ἐν Ἱερουσαλὴμ, hoc eſt, *Et fecit Ioſias Paſcha in Hieruſalem.* & diuiditur in capita centum & nouē. Secūdus verò ſic incipit, καὶ ἐν τῷ πρώτῳ ἔτει κύρου βασιλέως Περσῶν, ideſt, *Et in primo anno Cyri Regis Perſarum.* & ſecatur in capita octoginta. Claruit Eſdras cum Nehemia, vrbem ac templum inſtaurans, anno ab orbe condito ter milleſimo quadringenteſimo vigeſimoprimo, qui fuit Iudaicæ liberationis tertius, & ante Chriſtum quingenteſimus quadrageſimusprimus, & mortuus eſt in extrema ſenectute, poſtquam omnes penè diuinas ſcripturas in excidio Hieroſolymitano à Chaldæis incenſas memoriter, & non ſine diuinitatis numine fideliſſimè, vt prius erant, reſtituiſſet, nouis, ac promptioribus ad ſcribendum repertis literis, ne cum Samaritanis, qui ex gentibus in Iudæam venerant, Iudæi miſcerentur, qui prius ad illud vſque tempus alias literas, à Moyſe videlicet traditas, cum Samaritanis communes habebant, quibus nunc literis, figura tantum à Samaritanicis, ſiue Moſaicis, diſcrepantibus vtuntur Iudæi. Hæc Sixtus. At Bellarminus Card. accuratè, & planè ſic ait.

Eſdræ tertius liber, qui ei adſcribitur, in Græcis codicibus ipſe eſt, qui dicitur primus Eſdræ; & qui apud nos dicuntur primus, & ſecundus, in Græco dicuntur ſecundus Eſdræ. Quo circa veriſimile eſt, antiqua Concilia, & Patres cum ponant in Canone duos libros Eſdræ intelligere nomine duorum librorum omnes tres. Sequebantur enim verſionem ſeptuaginta Interpretum, apud quos tres noſtri, duo libri Eſdræ nominantur. Accedit etiam, quod citatur hic tertius Eſdræ ab Athanaſio oratione tertia contra Arianos. ab Auguſtino lib.18.de Ciuita. Dei, cap. 36.à Clemente Alexandrino Stromatum primo

libro ab Auctore Operis imperfecti Hom. prima in Matthæum, & à S. Cypriano in epiſt. ad Pompeium.

Etſi autem in Græcis codicibus duo libri Eſdræ ſint noſtri tres, tamen non propterea Concilia antiqua, & veteres Patres, qui in Canone ponunt duos libros Eſdræ intellexere nomine duorum noſtros tres: Nam inprimis multi veterum, vt Melito, Epiphanius, Hilarius, Hieronymus, Ruffinus in Canone exponendo Teſtamenti veteris apertè ſecuti ſunt Hebræos, non Græcos. Hebræi autem tertium non habent. Deinde nihil ex hoc tertio libro in eccleſiaſtico officio vnquam legitur: quod argumentum eſt, à longo iam tempore non fuiſſe eum librum habitum in numero ſacrorum. Præterea Gelaſius in Cōcilio Rom. 70. Epiſcoporum, vnum tantum Eſdræ librum ponit in Canone. Quo vno ſine dubio noſtros duos intelligit, qui, vt Hieronymus teſtatur pręfatione in Eſdram, vno volumine continentur. Itaque diſertis verbis Gelaſius priorem illum, qui eſt apud Græcos, reiecit. Denique B. Hieronymus præfatione in Eſdram apertè ſignificat tertium, & quartum Eſdræ non ſolum apud Hebræos non haberi, ſed ne apud ſeptuaginta quidem. Quare licet quidam codices Græci haberent tria volumina Eſdræ in duobus libris, correctiones tamen non habebant.

Porro veteres Patres interdum teſtimonijs ex hoc libro petitis, quem & nos non inutilem eſſe fatemur: ſed & rarò id faciunt, & nuſquam ſacrum, & Diuinum appellant. hæc Bellarm. Card. lib. 1. c. 20. de verbo Dei. Tom. 5.

Eſdræ verò qui dicitur liber quartus non modo apocryphus eſt, & ab Eccleſia Catholica nunquam receptus, verum etiam multis in locis redolet fabulas Iudaicas, & in c. 14. non aliter loquitur de quibuſdam libris occultis, & perfectioribus, quàm omnes Thalmudiſtæ faciant in ſua Cabala. Qua de re Sixtus Senenſis in verbo Eſdræ libr. 2. Bibliot. Sanctæ.

Eſdræ autem Pentateuchus vnica, & ob longa membrana ipſius, vt Hebræi credant, Eſdræ manu conſcriptus abſque vlli vocalibus punctis, ſeruatur magna diligentia in Cænobio Dominicanorum Patrum, Bononiæ. At Eſdræ falſò attributum ſomnium, ſeu vaticinium de fatis monarchiæ Romanæ ab hæreticis huius ſeculi confictum, Eccleſia Catholica meritò damnauit.

Porrò in Eſdram ſcripſere, ijdem, qui in vniuerſa Biblia. Priuatim autem Iunilius ſi tamen, Iunilius eſt, & Io. Ferus. ſed in hoc cautio illa eſt adhibenda, quam diximus, in verbo Ioannes Ferus. Gregorius item Ederus in ſua Oeconomia.

Vide item editionem ſeptuaginta tam Græcæ, quàm Latinæ verſionis, Sixto V. Pont. Romæ emiſſam, cum varijs Græcis lectionibus. De tertio autem, & quarto libris Eſdræ, vide quædam alia, quæ Sixtus præter illa, quæ ex eo ſupra attulimus, affert in primo lib. Bibl. S. de ijſdem tamquam de additis appendicibus non legitimis.

ESTHER (qua voce, deſignatur *occulta demoliens*, vel *medicina exploratio*, *& contemplatio*, vel *medicina turturis*, vel *pulchra*, vel *Luna*, cum & inde Græcorum ἀστὴρ & ab Italis ſtella ob pronunciationis ſimilitudinem vocari dicatur mulier, cui Eſter nomen) inſcribitur liber, qui extat in Biblijs, qui & ab Hebræis vocatur *Megillath Eſther*, hoc eſt volumen Eher Quod quidem pene totum à Mardochæo, reliquum ab ipſa Eſthere Hebraicè, quādoquidem ad Iudæos ſcripſerunt conſcriptum eſt. Sic enim Græcus habet capitis noui contextus. *Regina filia Aminadab, & Mardochæus Iudæus, quæ feciſſent, ipſamque confirmationem Epiſtolæ Phrurim, ſiue Phurim.*

Scio autem alios de ſcriptore huius libri aliud ſenſiſſe, & Philonem quidem Annij dicentem fuiſſe Ioachimum filium Ieſu, qui Ioſedec. Auguſtinum autem, & Iſidorum aſſerentes eſſe Eſdram. Alios hunc aſcribentes viris magnis Synagogæ: ſed neque Philo ille Annij ſuppoſititius meretur fidem: & Euſebius ſuo Chronico anno Mundi 4734. negauit fuiſſe Eſdram. Nec Rabbi Moyſes Camius, vnde illa magnorum virorum Synagogæ inſcriptio hauſta eſt, tanti debet eſſe vt ſcripturas ipſius teſtimonio comprobemus.

Canonicus porrò omninò eſt Liber. Cumque dico *omninò*, non ſolum prima eius libri capita vſque ad decimum, & huius verſiculum quartum intelligi velim, ſed quidquid reliqui eſt vſque ad finem. Canonicum eſſe ſat eſto, quòd Catholica Eccleſia id per Concilium Oecumenicum diſertè approbauerit. Qui ſecus ſenſerint, à pleriſque viris doctiſſimis iam reprobati ſint. Sed & vnus eſſe ſatis Bellam. Card. lib. 1. de Verbo Dei, cap. 4. Si quis adhuc reclamat, Hieronymum, & alios, qui eum ſectati ſunt pro ſe citantes (quòd Sixtus Senenſis facit) ij iam mutaturi eſſent non dubito ſententiam, ſi attentius verba Cōcilij perpendiſſent, quo dicitur libros ipſos integros cum omnibus ſuis partibus prout in Eccleſia Catholica legi conſueuerunt, & in veteri vulgata Latina editione habentur

[Margin: Concil. Trid. Seſſ. 4.]

[Margin: Sixt. Senen. 1. lib. Bibl. S. de Appēdicibus ad libros Sacrę Scripturę.]



Digitized by Google

pro ſacris eſſe ſuſcipiendos. Si, inquam, cogitaſſent id quod verum eſt, cum illis omnibus fuiſſe, ſicuti Hieronymus ipſe ad ea ipſa capita commonet, Græcaque hodierna,& Athanaſij Synopſis teſtantur. Si item Laodicenum Concilium Can. 59. & Carthaginenſe 3. c. 47. Origenem in Pſalm. 1. apud Euſebium,& pleroſque alios, quos præter Bellarminum affert Nicolaus Serarius, perlegiſſent: præterquam quod identidem in Eccleſia legi ex cap. 13. fer. 4. poſt Dom. 2. Quadrageſimæ, atque inde in Miſſa contra Paganos, & ex cap. 14. Dom. 22. poſt Pentec. Quod & Rupertus libr. 18. de Victoria, cap. 12. ex cap. 14. verſu 11. 14. 15. & lib. 12. de Diuin. nominibus cap. 25. ex. cap. 14. verſu 13. aſſeruit. Vide eundem Serarium hæreticos qui obſtrepebant, ſolidè refellentem in Prolegomenis in Eſther.

### *Verſiones, & Interpretes libri Eſther.*

Græci partim ſeptuaginta Interpretes, partim Lyſimachus. Sed & vide Scholia in editione Græca ſeptuaginta, ſub Sixto V. edita. Latini, Hieronymus, vt ipſe Epiſtol. 112. Interpretes autem, ſiue qui hunc librum expoſuerunt. Qui & in vniuerſa Biblia ſcripſere.

Alij itē. Bellator, de quo ſuo loco diximus. Rupertus li. 8. de Victoria Verbi. Rabanus quoad allegoriam. Hugo, Dionyſius Cartuſianus, Franciſcus Feuardentius. Nicolaus Serarius noſter; quo neſcio an aliquis abſolutius. Quin & ex Iudæis, Ioſephus Flauius lib. 11. c. 6. & Ioſephus Gorion, editionis quidem Baſileenſis lib. 2. à c. primo vſque ad capitis quinti medium, vbi Alexandri Magni res geſtæ incipiunt : editionis autem Cracouienſis vnico quidem libri primi capite quarto, ſed bene longo. De Rabbinis autem vt Gnone, ſiue Rabbino Elis à Gelico, ac de alijs lubens in meis ſcriptis pene omnibus taceo, cum vix ſit ijs fidendum. Vidit autem Serarius noſter, vt ipſe ſcribit, Sermonem de Eſther,& Aſſuero in vetere inferioris Bibliothecæ Epiſcopi Herbipolenſis m. s. codice,& Angelus Rocca in ſuo de Vaticana Bibliotheca commētario, inquit, libri huius exemplar Hebraicum in corio conſcriptum conuolutū extare Bononiæ in Bibl. Auguſtinianorum.

Ordinem,& partitionem huius libri, tres præter alios ponunt: Georgius Ederus in ſua Bibliorum Oeconomia. Bellar. Card. To. 1. lib. 1. c. 7. de diuerſa diſpoſitione capitum eius libri in Græca trāſlatione,& in Latinis codicibus Nicolaus Serarius in Eſther. Qui duo indicant capita eſſe ordinanda iuxta ſeriem hiſtoriæ.

Athanaſius denique Epitomen totius huius hiſtoriæ perbreuem reliquit in Synopſi.

Sed ſenſum myſticum appoſitè Diuus Thomas in Prologo ſuorum Commentariorum in Canonicas Epiſtolas. Quo è loco ſat vbere magnam ſternit viam S. ille Doctor ad alia Diuinæ ſcripturæ explananda.

## E T

Ethardvs, monachus Benedictinus, qui vixit ann. 1050. ſcripſit in Pentateuchum Moyſis, lib. 5. Homiliarium lib. 1. Arn.

Ethelredvs Abbas Ciſtercienſis Anglus, Opuſculum, quod inſcribitur Speculum Charitatis, Homilias in Lucam, Sermones,& Epiſtolas ſcripſit. Anno 1220.

Ethelvvodvs Vuentanus Epiſcopus Vuinthoniēſis, de ſua in presbyteros poteſtate, ad Ioannem XIII. Romanum Pontificem ſcripſit, alium item de ſuis viſitationibus librum compoſuit. Eiſingrenus. Anno 883.

Ethelvvodvs Vuentanus monachus & præſul Vintonienſis, ſcripſit de ſuis viſionibus librum. Viuebat anno 983.

Ethelvvoldvs Anglus, monachus Vuinthonienſis, Congregationis Giribennę, qui claruit anno 980. ſcripſit de ſua in presbyteros poteſtate, lib. 1. De ſuis miſſionibus, libr. 1.

Ethelvvolphvs Bernicius qui & Lupus, ex Angloſaxonum genere, monachus ab ineunte ætate, ſcripſit de Origine ſui cœnobij, lib. 1. Claruit ann. 750.

## E V

Evagrivs Antiochiæ Epiſcopus (ait Hieronymus) acris ac feruentis ingenij, quum adhuc eſſet presbyter, diuerſarū hypoteſeon Tractatus mihi legit, quos necdum edidit. Hieron. in Catal.

An.Do.380. Vitam quoque B. Antonij de Græco Athanaſij in ſermonem noſtrum tranſtulit. Hic verò ille eſt, qui & Comes Hieronymi in itinere, ac demum Epiſcopus Antiochenus, quiq; vitam S. Antonij è Græco in Latinum tranſtulit, ac de quo ſub annum Dom. 358. & 372. Baron. Card. agit To. Annal. 3. & 4. Hunc verò Tritemius, & Eiſingrenius cum Euagrio Pôtico confundit; quod facit Sixtus Senenſis dum Euagrium Antiochenum inquit ſcripſiſſe Vitas Patrum, & alia.

EVAGRIVS Diaconus, extat Burdigalæ apud noſtros hac prænotatione. *Incipit prologus Euagrij Diaconi de Vitis Sanctorum Patrum, quos vidit in Aegypto.* Prima autem verba ſunt. *Benedictus qui vult omnes homines*, &c. Reliqua verò omnia, quemadmodum in editione Vitarum Patrum, quæ D. Hier. tribuuntur Lugduni apud Iacobum Hugatanum anno Dom. 1515.

EVAGRIVS Ponticus, nempe origine Iberus, circa Pontum Euxinum, quē ob id Hyperboritam appellat S. Hieronymus, qui à S. Baſilio Lector ordinatus, à Gregorio verò Nazianzeno Conſtantinopoli factus Diaconus, Nectario relictus; inde cum Diuino impulſu coactus eſſet recedere, Hieroſolymam ad Melaniam ſe contulit: vbi corporis mala valetudine diu affectus, pœnitentia ante actæ vitę: ductus, ex clerico monachus redditus, in Aegyptum profectus, in Nitriæ monte monaſticam vitam exercuit ad decimumſextū vſque annum, prout idem, qui illi inhæſit, Palladius tradit.

Ad Cteſiphōtem. At primum de Euagrio hæc Hieronymus: *Euagrius Ponticus Hyperborita, qui ſcribit ad Virgines, ſcribit ad monachos, ſcribit ad eam, cuius nomen nigredinis teſtatur perfidiæ tenebras (ſugillat Melaniam ſeniorem) edidit librum, & ſententias,* περὶ ἀπαθείας, *quam nos impaßibilitatem, vel imperturbationem poſſumus dicere, quando nunquam animus perturbationis vitio commouetur; &, vt ſimpliciter dicam, vel ſaxum, vel Deus eſt. Huius libros per Orientem Græcos, & interprete eius Ruffino, Latinos pleriq; in Occidente lectitant: qui librum quoq; ſcripſit, quaſi de monachis, multoſq; in eo numerat, qui nunquam fuerunt, & quos fuiſſe ſcribit Origeniſtas, & ab Epiſcopis damnatos eſſe non dubium eſt, Ammonium videlicet, & Euſebium, & Euthymium, & ipſum Euagrium, Or quoq; & Iſidorum, & multos alios, quos enumerare tædium eſt, & iuxta illud Lucretij.*

*Ac veluti pueris abſynthia tetra medentes*
*Cum dare conantur, prius oras pocula circum*
*Contingunt dulci mellis flauoq; liquore.*

*Ita ille vnum Ioannem in ipſius libri poſuit principio, quem & Catholicum, & Sanctum fuiſſe nō dubiū eſt; vt per illius occaſionem, cæteros quos poſuerat hæreticos Eccleſiæ introduceret.*

Ceterum (ait Baron. Card.) alijs quoque ſcriptis idem Euagrius magnam ſibi conciliauit æſtimationem: quam ob cauſſam ab eis qui Origeniſtarum errores minimè exploratos habuerunt, plurimum commendatur, & inter alios à Sozomeno.

Gennad. in Catal. An.Do.330. Trit. Veruntamen Euagrius monachus (ait Gennadius) Marcarij familiaris diſcipulus, diuina ac humana literatura inſignis. Cuius etiam liber, qui attitulatur vitæ Patrum, velut continentiſſimi, & eruditiſſimi viri mentionem facit; ſcripſit multa monachis neceſſaria, ex quibus iſta ſunt: Aduerſum octo principalium vitiorum ſuggeſtiones, quas aut primus aduertit, aut primus didicit, octo ex SS. ſcripturarum teſtimonijs oppoſuit libros, ad ſimilitudinem videlicet Domini, qui tētatori ſuo ſemper ſcripturarum teſtimonijs obuiauit, ita vt vnaqueque ſpecies vel Diaboli, vel vitiatæ naturæ ſuggeſtionum contra ſe haberet teſtimonium: quod tamen Opus eadem ſimplicitate, qua in Græco inueni, iuſſus in Latinum tranſtuli. Compoſuit & Anachoretis ſimpliciter viuentibus, librum centum ſententiarum, quem ego Latinum primus feci; nam ſuperiorem olim tranſlatum, quia vitiatum per tempus & confuſum vidi, partim reinterpretando, partim emendando, auctoris veritati reſtitui. Cōpoſuit & Cœnobitis, & Synoditis doctrinam aptam vitæ cōmuni; & ad Virgines Deo, ſacratas libellū competentē religioni, & ſexui. Edidit & paucas ſententiolas valde obſcuras, & vt ipſe in his ait, ſolis monachorū cordib. cognoſcibiles, quas ſimiliter ego Latinas edidi. Vixit longa ætate, ſignis & prodigijs pollens. Hæc ipſe Gennadius. Ad Hieronymus de Euagrio Antiochiæ Epiſcopo egit, qui ab hoc diuerſus eſt. Tritemius tamen hunc cum illo confundit. Quòd autem hic dicitur *ſignis, & prodigijs pollens* in m.s. pro *prodigijs*, eſt, *virtutibus:* De hoc Euagrio, tu vide amplius epiſt. Hieron. ad Cteſiphontem, & ibidem adnotationes ad D. Hieronymum.

Citatur autem à Socrate Euagrij Commentarius, cui titulus præfixus erat, Gnoſticō; item alius de Vita aſcetica: ſed & aliorum ab ipſo editorum meminit. Sed qui indolentiam Stoicam in eccleſiam introducere conatus eſt, hominem ſtatim ad culmen perfectionis euehi à ſe poſſe iiſdem ſcriptis pollicebatur, eo nomine ab alijs deriſus eſt: nam inter alios hæc Ioannes Climax de eo: Putauit Euagrius ſapientiſſimum ſe omnium alacritate



Digitized by Google

critate ſenſus fieri, ſed fraudem paſſus, ſibi mentitus eſt miſer, inſipientiumque inſipientiſſimus ex hoc ipſo oſtenſus eſt, &c. hæc Climax.

Ceterum in omnibus ſic Euagrius ſectatus eſt Origenis errores, de quibus ſuo loco dicturi ſumus, vt ſententia Hieronymi, Epiphanij, Theophili, & aliorum eundem perſpectum habentium Orthodoxorum; idem ipſe Pelagianis materiam præparauit dilirandi. Sed & Palladius ei inhærens, eiuſdem quoque morbi contagione contabuit. Quin etiam idē Euagrius Ponticus Hyperborita, exiſtimatur eſſe is, qui vitas Patrum Hieronymo aliquando aſcriptas compoſuerit, hoc eſt primam earum partem; ab initio Prologi, *Benedictus Deus, qui vult omnes*, vſque ad caput, *De periculis in Eremo*, quod præcedit vitam Sancti Pauli, quamuis alij etiam D. Petronio Bononienſi eandem tribuant; vt ex Gennadio conſtat.

Hic verò idem eſt cum Euagrio monacho, de quo ſupra. Vide Tom. 4. Annal. Baron. Card. extat verò Euagrij ad Anatolium De octo vitioſis cogitationibus liber in To. 4. Bibl. SS.PP. edit. 2. Bignæi.

EVAGRIVS Scholaſticus Eccleſiaſticam hiſtoriam ſuam Græcè ſcripſit, quam & abſoluit anno Mauritij Imp. IX. decimo inchoante. Photius autem in ſua Bibl. dicit, duodecimo. quam & incœpit poſt finem hiſtoriæ Socratis, & Theodoreti; quæ & ipſo Photio teſtante non eſt ingrata, etſi (inquit) alicubi ſuperfluit.

Scripſit etiam Euagrius Relationes, Epiſtolas, Decreta, Orationes, Diſputationes, & alias res nonnullas, quas altero volumine complexus eſt. Relationes autem (inquit ipſemet in Peroratione ſui operis) ſunt maximam ad partem ex perſona Gregorij Antiochiæ Epiſcopi factæ. Baronius autem Card. Tom. 3. Annalium ſub annum Dom. 324. inquit de Euagrio. Sed & magis admiramur Euagrium; qui & ſi aliter iuſte in Zoſimum excanduerit, vtpote qui odij concitatus affectu, multa calumnioſè in Conſtantinum coaceruarit (vt & nos multo plura quam ipſe in eo mendacij arguimus) tamen in his quæ ſpectant ad Criſpi, & Fauſtæ necem, haud iure in eum inuehitur. Excuſatione fortaſſe Euagrius dignus eſſet, ſi hæc tantum apud Zoſimum legerentur. Cur ergo Euſebij, cuius ſilentium teſtem adhibuit, Chronicon non inſpexit, vbi non ſolum (vt diximus) Criſpi, & Fauſtæ, ſed & Licinij iunioris ponitur diſertis verbis à Conſtantino Imperatore procuratus interitus? Sed & conſuluiſſet Latinos hiſtoricos eadem pariter atteſtantes, à ſententia ſua diſceſſiſſet.

Ceterum Curterius primò quædam alia adnotauit in Euagrij hiſtoria, quæ non indigna ſunt lectu. Nos hic, quæ Iacobus Billius in eadem hiſtoria obſeruauit, inſerenda duximus, quod ipſum Auctoris contextum proximè attingunt. Qui ſi Græcè, vel Latinè recudatur, habebunt Typographi, vnde bono publico, & veritati rectius conſulant. Libro igitur primo cap. 2. συμφωνεῖται retinendum puto. Alioqui enim abſurdum eſt dicere; *Chriſtus denuo trucidatur, & diuenditur*. Venditio quippe trucidationem præcedit χριστὸς autem συμφωνεῖται idem eſt quod *De Chriſto pacta ineuntur*. Cap. 7. in his verbis ἵνα μὴ δυοῖν θάτερον ἁμαρτάνοιτο ἢ ἀθάνατα συμπλεκομένων, ἢ προχωροῦντος αὐτοῦ θατέρου τῶν μερῶν τοῦ ἑτέρου στερηθεῖν. lapſus fuiſſe videtur interpres. Sic enim vertit. *quo in neutram partem peccarem, vel Chriſtum morti minimè obnoxium eſſe aſſeuerando, vel in alteram partem inclinando; eum immortalitate priuarem*. Sic autem aliquanto rectius verti poſſe videntur: *Ne è duobus peccatis alterum admitteretur, nempe vt homines ſempiternum inter ſe bellum gererent, vel altera parte ad ſe accedente altera parte priuaretur*. Hanc enim cauſſam ſibi fuiſſe ait Neſtorius cur χριστοτόκον Mariam appellandā cenſuiſſet. Eodem cap. Hæc verba Græca, ἡνίκα τὸ μὴ ἐμποδὼν ἀνανταγωνίστῳ εὐνοίᾳ τετίμηται his verbis non ſatis expreſſa ſunt, *quando quiſque ſtabili, & conſentiente omnium beneuolentia, modo nihil ſit, quod non iure debeat eſſe impedimento honorari ſolet*. Hoc enim loco τὸ μὴ ἐμποδὼν idem eſt quod τὸ ἐκποδὼν γενόμενον. ideſt, *quod de medio ſublatum eſt*. Hoc enim vult Auctor ille, cui Euagrius nomen ſupprimit, quantumuis odio atque inuidia quiſpiam, dum apud viuos ageret, flagrauerit, tamen ſimulatque è viuis exceſſerit, omnium in ſe odiū extingui. Ad eundem modum hæc quoque verba, quæ paulo poſt ſequuntur ὥστε πλὼ τῷ θεῷ δοκοῦσαν, καὶ νῦν ἐξενεχθῆναι περὶ ἡμῶν διαλυπῶσιν. aptus ita reddi poſſe exiſtimo; *Vt id decretum quod Deus ſanxit, nunc quoque de nobis promulgetur*: quàm vt vertit: *Vt quicquid à Deo de nobis decretum ſit, id iam nobis obueniat*. Hoc enim vult Neſtorius, æquum eſſe, vt cum velut diuinitus ex Oaſi Panopolim reductus ſit, Imperator diuino ſuffragio ſubſcribat, mitiorique eum exilio mulctet. Cap. 9. ὡς δ' οὖν κληθεὶς, Εὐτύχης οὐκ ἐλήλυθε, ἴα δὲ καὶ παραγενόμενος ἑάλω ideſt, vt Chriſtophorſonus transfert; *Vbi vero Eutyches accedit vocatus*. ego verò ſic; *Poſtquam igitur accitus Eutyches primò quidem venire recuſauit, deinde autem cum veniſſet, in errore*

*deprahenſus eſt.* Conſtat enim ex Actione prima Concilij Chalcedonenſis, & ea Niceph. lib. quarto, ca. 47. accitum Eutychen diu ad Concilium venire recuſaſſe. Cap. 13. in verſione *Cyrenſis* potius, quàm *Cyrenenſis* Epiſcopus dici debuit Theodoritus. Longo enim interuallo hæ duæ vrbes inter diſſitæ ſunt. Cap. 15. in initio hæc verba κατὰ ποίησιν ab interprete omiſſa idem valent quod ποιητικῶς εἰπεῖν ideſt, *vt poeta verbis vtar.* Hoc enim dicit ob hæc Poëtica verba κλέος εὐρὺ quæ præcedunt, & quibus vtitur Homerus Odyſs. lib. pen. Quod cum ne Langus quidem apud Nicephorum lib. 14. cap. 53. animaduertit Iſidorum Peluſiotam, Nilum, & Marcum Eremitam, ac denique Theodoritum Cyrenſem Antiſtitem, egregios Poëtas facit: cum tamen nullum omnium ex his Poëtica laude floruiſſe literis vllis proditum ſit. Ex quo perſpicere licet, quantum interdum erroris vnius voculæ harmonia non animaduerſa pariat. Sed & capit. 16. grauiter erratum eſt ab interprete, qui dum errore lapſus, verbo ἀνίστατο actiuam ſignificationem tribuit, Iulianum Apoſtatam Chriſtianorum templorum extructorem nobis facit. Ait enim. *Eum martyri Babylæ templum maximum exædificaſſe, vt eum à Daphnæo Apolline remoueret.* Atqui longe ab eo impius ille Chriſtianæ fidei deſertor abhorrebat. Verum iuſſit quidem ille Sāctiſſimi Martyris reliquias aliò transferri: quo autem tranſlatæ ſunt, illhic eximiæ magnitudinis tēplum à Chriſtianis extructum eſt. Cap. 21. pro ἀπέχεται lego ἀμπέχεται pro ἀπὸ τὴν, ἀπὸ τὴν pro δορυφόρους, δορυφόρους pro περιστέλλειν, περιστέλλειν. Eodem cap. poſt hæc verba, οὕτος πάλιν ταῖς φιλοφροσύναις καὶ τῇ φιλοτιμίᾳ δεξιοῦνται, videtur aliquid deſiderari. Certè ap. Niceph. lib. 14. cap. 10. vbi hunc locum ad verbum tranſcripſit, ſequitur poſtea in verſione, vt aliud eos per vitam putes, quam ad eum modum deliciari, quæ fortaſſe ſic Græcè exprimi vtcunque poſſent ὡς μηδὲν ἄλλο διὰ βίου δοκεῖν αὐτοὺς ἢ οὕτω τρυφᾶν, lib. 2. cap. 1. *Patriſco* vitioſè legitur, pro *Priſco.* Itaque vox hæc ex Nicephoro lib. 15. cap. 1. corrigenda eſt, immò etiam ex ipſomet Euagrio, qui cap. 5. & 14. Priſcum Rhetorem nominatim citat. Eodem cap. ab Auctore inducitur Martianus Imperator φοβερὸς οὐκ ἐν τῷ τιμωρεῖσθαι ἀλλ' ἐν τῷ τιμωρήσεσθαι; quæ verba non ſatis apte ad hunc modum reddit interpres: *Suis erat formidini, non in puniendo, ſed ne puniret.* Itaque ſic mallem, *formidabilis erat, non pœnam inferendo, ſed duntaxat minando,* vel vt fuſius Langus: *formidabilis maximè habitus eſt, non tam exemplis pœnarum editis, quam expectatione, & metu ſuppliciorum.* Sub finem capitis poſt hæc verba ὅμως δ' οὖν διὰ τὴν addo αὐτοῦ ἀρετήν. Ca. 2 in initio pro βουλομένων lego βουλευομένῳ. Cap. 3. non longe à fine aſſentior doctiſſimo, mihique amiciſſimo viro, delēdum eſſe ἡμα ante ἡ τιμία niſi fortaſſe quiſpiam pro ἡμα, ἡμέρα legendum putet. Cap. 4. Supplicis Euſebij Dorilæi Epiſcopi ad Imperatorem hæc verba πρὸς τὸ παρεστάμενον τῇ ἀθανάτῳ ὑμῶν κορυφῇ malè ab interprete ita redduntur, *Vti immortali.* rectè autem Langus apud Nicephorum libro decimoquinto, capi. vltimo. *Vt ad ſempiternæ ſublimitatis veſtræ arbitrium referantur.* θεία enim, vel ἀθάνατος κορυφὴ hoc capite ſæpius appellatur *Imperator.* Et in Concilio Chalcedonenſi, Actione prima & quarta, diuinus Apex, & vertex ſæpiſſimè dicitur; quod etiam cum interpres ipſe hoc eodem capite ſæpius animaduertit, miror quonam pacto hunc locum non emendarit. Aliquanto inferius pro λόγους θεοφιλεῖς, lego λοιποὺς. Cap. 5. in his verbis, καὶ οὕτω τὸν Φλῶρον εἰσηγήσει, τῇ αὐτοῦ φανέντα τῷ δήμῳ ἀποσχέσθαι αὐτῷ, &c. mendum irrepſit, legendum eſt enim ὑποσχέσθαι, quēadmodum & apud Nicephorum, lib. decimoquinto, cap. octauo, legit Langus. Sic enim tranſtulit: *Quod ille pollicitationibus interpoſitis ſe facturum recepit.* Interpres Euagrij, Græci codicis errorem ſecutus, vertit, Florum *autem populi impetum cum coram adeſſet, ſua cohortatione cohibuiſſe.* Paulo poſt lego παρὰ τοῦ οἰκείου ἐπισκόπου. At verſu ſequenti in his verbis ὅτι γε κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου γενόμενος ἀπελάβετο τοῦ Διοσκόρου Nicephoro petenda medicina eſt. Nam cum lib. decimoquinto Cap. nono Langus transferat, *rebellis fuerat Dioſcoro:* non dubito quin pro ἀπελάβετο legerit ἐπιλάβετο, quod tamen vertere maluiſſem *obtrectarat Dioſcoro* ἀπελάβετο autem (quod Interpres vertit, *adhæſerat*) prorſus reijcio, tum quod huius verbi ea ſignificatio non ſit, tum quod ab Auctoris ſententia abhorreat. Nam ſi Dioſcorum ille complexus fuiſſet, profecto Alexandriæ, qui Dioſcoro ſummopere fauebat, eo nomine verberibus affectus non fuiſſet. Sed & eodem capit. in hic verbis τῆς θατέρου τούτων ἐκφρονήσεως (quod *falſam interpretationem* vertit interpres) ἐκφωνήσεως cum Nicephoro multo lubentius legerim. Vult enim Auctor, vtrumlibet quis pronunciet, nempe Chriſtum, vel ex duabus naturis eſſe, vel in duabus naturis, alterum quoque neceſſario ſequi, in quo tamen non minus ineptiæ, dum nimis arroganter Catholicos quoque tanquam fruſtra de hac re tanta animorum contentione concertantes reprehendit, quam Socrates, dum vel lib. quinto cap. 21. ſuperuacaneam fuiſſe de Paſchate contentionem impudenter aſſerit, vel libr. 7. cap. 32. Neſtorium non tam impium, quàm indoctum fuiſſe

con-

contendit, potiuſque θεοτόκου vocabulo tanquam larua quadam perterrefactum fuiſſe, quam quod erroris illius ſenſum reijceret. Quod falſiſsimum inepti hominis iudicium non immerito improbat Nicephorus 14. cap. 32. Sed ad inſtitutum redeamus. Eodem hoc cap. 5. poſt ἄρρητος ἕνωσις legiſſe videtur Langus ὥστε quod mihi valdè arridet, quemadmodum & mox περὶ τῆς τοῦ θεοῦ δόξης. Cap. 6. legendum οἰδαίνοντες. Cap. 7. poſt δορυφόρων addo ἀναιρεῖται. Quod autem mox hæc verba συμπάσῃ ἀνάγκῃ εἰς οἰκίζεται. Vertit interpres, *coegit eam ſibi nubere*, ei minimè aſſentior. Etenim Maximus Eudoxiæ quidem, vt iniuriarum ab ipſius marito Valentiniano acceptam vlciſceretur, vim intulit, non tamen eam vxorem duxit. Vide Niceph. lib. 15. cap. 11. Paulo poſt lego πείθει Γιζέριχον ἐπελθεῖν non πείθειν ἐπανελθεῖν, vt excuſum eſt cap. 8. βαθμὸν non βασμὸν. Aliquanto poſt ἐπιτηρήσας lego, non ἐπιτήσας, & quatuor verſibus interiectis. ἐπεισέφρησεν, ἀπὸ τοῦ εἰσφρῶ. id eſt *irrumpo*. Paulò poſt non rectè μοιχείαν, *Stuprum* vertit interpres. *Adulterium* enim transferre debuerat. Adulterio enim ſpirituali ſe obſtrinxerat, qui in Proterij Epiſcopatum impetum fecerat. Pag. ſeq. lego αὐτὸν ἀνεχόμενοι & duobus verſibus interpoſitis φρίξαντες mox etiam pro σοφῶς, βαφῶς lubentius legerim. Et in fine capitis τὰ ἴσα (hoc enim vocabulũ apertè deſideratur, vt patet ex cap. ſeq.) τῶν ἐπιδεδομένων αὐτῷ δεήσεων. Cap. 9. ſub finem lego τῶν κατ᾽ ἐκεῖνο καιροῦ. Cap. 12. pro κάλεσθησαν, κατεβλήθησαν. Cap. 13. ſub finem his verbis. πρὸς τὸ μεγαλοπρεπὲς καὶ ἀπέκβλητον ἐξησκημένα ἀπαράβλητον lego cum Nicephoro, lib. 15. cap. 21. cap. 16. fœdum mendum in hæc verba inuaſit ἵνα τὴν Ἄσπαρος ἄνοιαν κτήσηται. legendum enim haud dubiè eſt εὔνοιαν, atque ad hunc modum vertendum, *quo Aſparis beneuolentiam ſibi conciliaret*: Huic autem emendationi apertiſsimè ſuffragatur Nicephorus, lib. 15. cap. 17. tametſi Leonem Imperatorem, vt Aſparem ab inſidijs Imperio ſtruendis auocaret, non Patricium ipſius filium Cæſarem creaſſe, ſed Ariadnam duntaxat vxoris ſuæ Verinæ filiam in Matrimonium ipſi collocaſſe ſcribit. Quin in hoc quoque illic ab Euagrio diſſentit Nicephorus, quod Ardaburium, quem ille Aſparis filium facit, hic contra Patrem fuiſſe narrat. Scribit enim cum Aſper Ardaburio caput amputari videret, his verbis vſum eſſe. *Dignum fert exitum canus ſenex, qui nunquam admonitioni meæ audiens fuit*. Præſepè enim ei dixi φάγωμεν λέοντα πρὶν ἡμᾶς αὐτὸν ἀριστῆσαι. *Prius Leonem deuoremus, quàm ipſe in prandio nos apponat*. Cap. 17. (qui tamen in Latina verſione in duo diuiditur) ἐπιτρέψαι legendum, non ἐπιστρέψαι. Ibidem non ſatis rectè vertit interpres hæc verba εἰ τοῦτο μὴ γένηται αὐτοὺς ἔξω τῆς ἐκκλησίας γενέσθαι, *ſe ab Eccleſia diſceſſuros*. Debuit enim vertere, à conuentu diſceſſuros. pag. ſeq. verſ. 9. lego ἐπαγομένοις, fol. 140. 2. 30. πρὸς τῷ συνεδρίῳ, fol. 141. 1. 23. hæc verba καὶ Εὐστάθιος ἀπεκρίνατο ὡς οὐδὲν παρ᾽ ἔπος, ſic reddi debent. *Ac reſpondit Euſtathius id nihil ad rem pertinere*, hoc eſt, *adeſſent ne Iuuenalis, & Thalaſsius, nec ne*. Interpres vertit, *At Euſtathius protulit ea, quæ ad rem pertinebant*. Præcedens locus rectè emendatus eſt à Curterio, atque ita etiam legit Nicephorus, lib. 15. cap. vlt. verſu antepenult. βιαίας lego. Eodem cap. in Cyrilli ad Neſtorium epiſtolæ initio, hæc verba καταφλυαροῦσιν ὡς μανθάνω, τινὲς τῆς ἐμῆς ὑπολήψεως ἐπὶ τῆς σῆς θεοσεβείας, non rectè apud Nicephorum ita reddit Langus. *Blaterant nonnulli de ſuſpicione mea, quam de pietate tua conceperim*. At rectè interpres Euagrij *ſunt, vt audio nonnulli, qui meæ æſtimationi apud tuam reuerentiam obtrectent*. Et eodem ſenſu bis hæc verba transferuntur in Act. 1. Concil. Chalced. Paulò poſt in Græco, pro παραδείγμασι tum Nicephori, tum duplicis Latinæ interpretationis (in eadem 1. Act.) auctoritate fretus, lego διδάγμασι. Infra autem, vbi Leo Papa citatur, non vacat ἐκτεθλῶσαι. Idem enim ſignificat quod *perſoluere*. Sic enim in epiſtola 10. vnde hæc ſumpta ſunt Sanctiſsimus ille Pontifex loquitur. *Ad reſoluendum conditionis noſtræ debitum natura inuiolabilis naturæ eſt vnita paſsibili, &c.* Quæ quidem verba ſic Græcè reddita ſunt, πρὸς τὸ χρεώς ὑμένον ὄφλημα τῆς ἡμετέρας φύσεως ἐκτεθλῶναι, ἡ θεία φύσις ἡνώθη τῇ φύσει τῇ παθητῇ, &c. At mox in his verbis, καὶ τελευταίῳ ἐκ τοῦ ἑτέρου μὴ δυνηθῇ eiuſdem epiſtolæ Leonis auctoritate τελευταίῳ ſubmoueo. Sic enim habet, *& mori non poſſet ex altero*. niſi fortaſſe Græcus interpres, perſpicuitatis gratia τέλεον de ſuo addiderit: vt ex Langi interpretatione Nicephorum legiſſe conijci poteſt. Non longè hinc poſt τῶν ἐπισκόπων addo in Græco οὕτως. pag. ſeq. verſic. 2. legendum παρὰ Ἀνατολίῳ vel σὺν, verſ. 9. pro τοὺς πατέρας τῆς συνόδους, ſubſtitui debet, τοὺς πατέρας τῇ συνόδῳ. & Latina verſio ſic emendanda eſt, *Petimus à patribus, vt Patres Concilio reſtituant, has voces ad Imperatorem referant, has Orthodoxorum ſupplicationes ad Auguſtam*. Sic enim legit Nicephorus, ſic Acta Concilij Chalced. verſu ſeq. legendum πάντες non πάντως, verſic. 18. in his verbis τοὺς ἤδη δεομένους τύπους (quod interpres *formulas iam poſtulatas* vertit) mendum ſubeſſe arbitror, ac pro δεομένους legendum eſſe γινομένους (Nam etiam Langus apud Nicephorum transfert, decreta Concilij in conſtitutionis formam redacta) vel διδομένους ſic enim pagina quoque ſequenti verſ. 15. δεήσεις ἐπιδεδομέναι legitur verſ. vlt. hæc



Digitized by Google

verba τὺς πατέρας τῇ συνόδῳ, τὺς ὑπογράψαντας τῇ συνόδῳ propter interpunctionis Græcæ vitium non rectè vertit interpres. Etenim ea cum ijs quæ præcedunt coniungens ad hunc modum transfert; *Sic credere Patres, qui ſunt in Concilio: ſic qui ſubſcripſere Concilio.* Ego verò ita potius vertendum cenſeo: omnes ita credimus, Patres Concilio reddantur, fol. 144. pag. 1. verſ. 11. in his verbis ὡς ἡ Διαλαλία, particula ὡς ſignificat *poſteaquam*, non autem, *quemadmodum*, vt & Chriſtoforſonus, & Langus putarunt, verſ. 23. pro ἐπελθεῖν quod Interpres *in fraudem impellere* vertit, ἀπελθεῖν habent Acta Concil. Chalced. & Nicephorus, verſ. 36. ex his verbis ἐπήγαγεν ἡμῖν χιλίυς μονάζοντας, corrigendũ eſt id quod Act. 4. Concilij Chalced. visiosè legitur: *Dixi ſuper nos mille monachos. Duxit* enim legendum eſt, verſ. pen. pro τὰς φωνὰς τῶν βασιλειῶν cum Concil. Chalced. Act. 4. Conſtanter lego, vt ſupra, τὰς φωνὰς τῷ βασιλεῖ, id eſt, *hæ voces ad Imperatorem referantur.* pag. 2. verſ. 5. poſt ἐπισκόπων videtur addendum ἀναχωρεῖν & præcedente verſu, ante τῆς, collocandum καὶ, verſ. 21. poſt ὅρῳ ἐκέλευσαν habet Nicephorus, verſ. 29. pro λέοντος cum eodem Niceph. lego λέοντα & verſic. vlt. pro συνιέσιν, συναινέσιν, fol. 145. pag. 1. verſ. 15. Vbi agitur de Iba Edeſſeno Epiſcopo, non conuenit Nicephoro cum Euagrio. Ait enim quoſdam, vt ſacerdos tantum eſſet, poſtulaſſe; quoſdam rurſus, vt Epiſcopi quoque dignitatem obtineret. At Euagrio tamen hoc loco potius ſtandũ exiſtimo: præſertim cum actio 10. Concilij Chalced. ipſi ſuffragetur. Vbi tamen admonendus eſt lector Sacerdotis vocabulum (ἱερέα Græcè dicunt) non ſimpliciter Sacerdotem, ſed etiã Epiſcopum ſignificare. Huic porrò Ibæ calumniatores inter cætera iſtud obijciebant, quòd dixiſſet, nõ inuideo Chriſto facto Deo, quoniam ipſe, ſi volo, poſſum fieri ſecundum illum. Verum hanc horrendam blaſphemiam falsò in eo coniectam fuiſſe, tandem compertum eſt. Rurſus ſub finem poſtremi huius capitis, vbi de Baſsiano, & Stephano agitur, quo Euagrium ab ἀνιςορησίας nota vindicarem, libenter hunc locum mutilum eſſe pronunciarem, ac poſt καὶ Στέφανον adderem, καὶ ἄλλον, vt locus expleatur. Sed mihi id per Nicephorum non licet, qui eodem prorſus modo, atque iiſdem omninò verbis hunc locum exponit. Itaque vel ignorationis hiſtoriæ, vel certè μνημονικῦ ἁμαρτήματος Euagrium (nam per eum aſſeclæ quoque ipſius Nicephoro impoſitum eſt) notare cogor. conſtat enim ex actis Concilij Chalced. & Baſsianum, & Stephanum, quod vterque eorũ aduerſus Canonum ſanctionem Epiſcopatum vſurpaſſet Epheſo excidiſſe. Nam cum de ea re Seſsione 11. & 12. à Patribus agitatum fuiſſet, in eam tandem ſententiam ab omnibus itum eſt, Epheſinum Epiſcopatum vtrique abrogandũ eſſe, ſic tamen, vt vterque Epiſcopi nomen, ac dignitatẽ retineret, atque ex ea Eccleſia ducentos ſolidos annuos in victum acciperet, deque ea re Decretum Seſſ. 12. promulgatum.

EVAGRIVS alius ſcripſit Altercationem Simonis Iudæi, & Theophili Chriſtiani, quæ penè omnibus nota eſt.

EVANGELII Sacroſancti OEconomiam, hoc eſt diſpoſitionem, materiaſque Euangelij nempè prioris partis Noui Teſtamenti Georgius Ederus perſecutus eſt, lib. 3. partitionem Theologicarum, tabulis octoginta ſex, quibus adnexuit quatuor Euangeliorum harmoniam, ex Ammonio Alexandrino collectam, & in centum quinquaginta capita breui diſtributam.

At peregrinationem Ieſu Chriſti in hac vita, ex quatuor Euangelijs breuiſsimè conſcriptam inſignes duo viri hoc ſeculo nobis reliquere; alter Ioannes Egenolp à Knoringen: alter Cornelius Ianſenius, & ille quidem Egenolp breuiſsimam, hic autem paulò vberiorem: quas ante ipſam Euangeliorum lectionem, aut etiam poſtea, ſicut in primis Apparatum Baronij Card. de eccleſiaſticam hiſtoriam, qui extat initio primi Tomi Annalium ipſius, perlegiſſe vtiliſsimum erit.

Qui autẽ ſcripſere in omnia Euangelia fuère ex ijs, quidem, qui ad notitiam noſtram peruenerunt.

| | | |
|---|---|---|
| Agrippa. | Conradus. | Henricus Arnoldi. |
| Alphonſus Salmeron. | Diegus Deza, ſiue Didacus. | Hieronymus Natalis. |
| Apollinarius. | Diodorus. | Hieronymus Vida. |
| Aurelius Auguſtinus. | Dominicus Nanus. | Ianſenius. |
| Ammonius. | Euſebius Cæſ. | Innocentius Papa. |
| Arnobius. | Emanuel Sà. | Ioannes Abbatis. |
| Antonius Bruich. | Euthymius. | Ioannes Arboreus. |
| Aſterius. | Fortunatianus. | Ioannes Balbus. |
| Bruno Archiep. Colon. | Gregorius Papa. | Ioannes Caſtellenſis. |
| Catena Græca. | Guido Perpinianus. | Ioannes Chriſtophori. |
| Cæſarius. | Guttierus. | Ioannes Gauuer. |

Ioan-

Digitized by Google

Ioannes Maldonatus poſtremo, & ad ſenſum literalem omnium optimè.
Iuuencus.
Ludolphus Cartuſianus.
Marianus.
Michaël Maſſenſis.
Otfridus.
Petrus Iſuſquius.
Richardus Mediauillanus.
Sebaſtianus Barradius.
Rupertus Gouletus.
Simeon Caſsianus.
Simon Cremonenſis.
Simon Carroyus.
Tatianus.
Theophilus Alexandrinus.
Theophilactris.
Titus.
Victor.
Zacharias.

Quin & extant Homerocentones Eudociæ in Nouum Teſtamentum. De quibus in verbo, Eudocia.

Ac & vide, quinam, vel in vnum, vel in plures Euangeliſtas ſcripſerunt, in verbo, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioan. Euangeliſta: Ex Antiquis Ammonius, è minus antiquis D. Tomas, è recentioribus Ianſenius, & Deulxamis Euangeliſta.

Euangelia verò, quæ vel ſecundum Hebræos, vel Syros, aut etiam alia; quæ Ebionitarum, Encratitarum, Nazarenorum, dicta ſunt, qualia fuerint, vide Biblioth. S. Sixti Senenſis lib. 2. in verbo, Euangelium. De quibus quoniam ea neque pro Canonicis habet Eccleſia, & verò quædam ex ipſis ſuppoſititia ſunt fraude hæreticorum, non eſt cur in hoc Apparatu ſcribantur, neque verò meliores horæ ſcriptis iſtis legendis terantur.

Euangelia, quæ tam Dominicis, quàm feſtis diebus in Eccleſia Catholica quotannis proponuntur: quibus acceſſerunt Inſtitutiones Catecheticæ Petri Caniſij Theologi Societ. Ieſu, excuſæ Friburgi Heluetiorum 1591.

Euangelia, & epiſtolæ Dominicanarum, & aliorum dierum feſtorum, Græcè, Antuerpiæ, an. Dom. 1564.

Euangeliorum Dominicalium Summaria, Sanctorumque hiſtoriæ paucisſimis verbis expreſſæ iuxta Kalendarium Romanum, cum Iconibus in ære excuſis, Antuerpiæ, an. Dom. 1580.

Euangelia, & epiſtolæ Græcè, & Latinè Dominicarum, feſtorumque dierum, eo, quo in templis legi ordine conſueuerunt. OEniponti apud Ioannem Paur. an. 1591. Scripſere item in Euangelia ſequentes interpretes, qui fuerunt Ord. Auguſtiniani, Albertus Patauinus. Auguſtinus Anconas. Michaël Maſſa. Gulielmus Cremonenſis. Simon Caſsia. Gulielmus Fontanus Anglus. Andreas Bilius Mediolanenſis. Onuphrius Oſtecutus Florentinus.

Euangeliſta Marcellinus Etruſcus, Ord. Minorum, & ſincerus Eccleſiaſtes, ſcripſit Tractatum De conuerſione peccatoris ad Deum, quem edidit Franciſcus Oſanna Mantuæ. Lectiones item in Tobiam. Venetijs item apud Iuntas an. 1589. Emiſſus eſt idem liber de Conuerſione peccatoris, cum Corona duodecim Stellarum B. Virginis. Dialogi autem duodecim virtutum, Florentiæ apud Georgium Mareſcottum an. 1581. apud quem ibidem an. 1583. Sermones quindecim in Pſal. 109. & an. 1584. In Abacuck Prophetam. Concio Florentiæ in maiore AEde habita die Veneris ſancti, ibid. excuſa an. 1565. apud Georgium Mareſcottum. Concio Neapoli in Archiepiſcopatu habita die alterius Veneris ſancti, & Expoſitio in Danielem an. 1588. Venetijs apud Iuntas: quemadmodum item in Iudices ibidem ab ijſdem Iuntis an. 1589. Veruntamen præter hæc omnia, edidit in Ionam Prophetam. In Ruth. In lib. Regum. In Apocal. Expoſitionem myſticam in Pſalm. *Exurgat Deus.* In Epiſt. ad Hebræos. Meditationes de quinque diebus creationis Mundi. De virtutibus lectiones varias. De vanitate Mundi. Metamorphoſim ſtudioſi viri. Super Cantica Zachariæ, & B. Virginis. Viuebat an. 1586. qui & Romæ in Ara Cœli non ſine opinione ſanctitatis obijt an. (ſi rectè memini) 1593. quem & penè moribundũ eructantem ad graues morbi dolores ferendos Diuina Iob verba audiuimus.

EVANTIVS, ſiue *Euantus*, ſiue *Euentius*, Abbas, quem Chriſtophorus Brouuerus in Notis ad Fortunatum, putat fuiſſe Viennenſem Epiſcopum, quem item lib. 8. cap. 39. diem obiſſe teſtatur Gregorius an. 11. Regni Childeberti Auſtraſiorum, & Ado, ceu ſanctum celebrat, fuiſſe exiſtimatur is, cuius erudita Epiſt. iam primum prolata eſt in lucem & Tom. 5. Lectionis antiquæ inſerta, contra eos, qui ſanguinem animalium immundum eſſe iudicant, & carnem mundam eſſe dicunt, ab Henrico Caniſio ex membranis m.s. monaſterij S. Galli.

EVBVLIVS. Vide in verbo, Methodius, cuius tanquã viri Sancti, & Catholici fragmentum extat in Epiphanio aduerſus Origeniſtas.

EVCHARIVS Sangius 5. Theol. Doctor. beneficia vetera & noua D. Virginis

Dettelbacenſis deſcripta, edidit VVirceburgi apud Georgium Fleiſchman, an. 1604.

EVCHERIVS Epiſcopus Lugdunenſis, an. Dom. 441. Leonis autem Papæ I. qui interfuit Arauſicano Concilio. Viridis æui (ait Claudianus, lib. 2. de Statu animæ) maturi animi, terræ diſpuens, cœli appetens, humilis ſpiritu, arduus meritò, ac proinde ingenio ſubtiliſsimus, ſcientia plenus, eloquentia profluus, magnorum ſui ſæculi Pontificum longè maximus, ſcripſit conciones, quæ errore, aut lapſu amanuenſium aſcriptæ fuerunt Euſebio Emiſſeno, homini perfido, & ſectæ Arianæ, de quo nos ſuo loco. Probat hoc inter alios Baronius Card. ſexto ſuorum Annalium Tomo, tum ex eodem Claudiano, qui eum viuentem cognouit, tum ex Sidonio, lib. 4. epiſt. 3. ad Claudianum; Nam Claudianus ſingulorum fermè Patrum in ſcribendo proprietates notat; præterquàm quòd id ſuadent argumenta perſonæ accommodata; vt qui monaſticam vitam exercuit, & Lugdunenſem Eccleſiam rexit, & ad Monachos, & ad Populum eum eſſe concionatũ oportuit, cuiuſmodi duplicis generis homiliæ noſcuntur. At quid (ſubdit Baronius Cardin.) cum Auctore Græco homiliæ, quæ cernuntur Latinè fuiſſe conſcriptæ? Quid cum homine Ariano, quæ omni ex parte pietatem redolent conciones? Quid denique Auctor Gallicanus cum Syro, & Lugdunenſes martyres, cum Emiſſenis? Inuehitur porrò idem Eucherius in recens obortas hæreſes Neſtorij, & Euthichetis. Excidiſſe autem nonnullas iſtarum homiliarum Auctor eſt Claudianus, dum ea, quam ipſe citat, deſideratur. Secernendæ tamen ex Eucherij, quæ extant, homilijs, quædam quæ ſunt Maximi, viri ſancti, & aliorum quorundam.

Scripſit quoque in Geneſim, & in Libros Regum ad Veranium, & Salonium filios ſuos, quos genuit antequam ad Epiſcopatum vocatus eſſet; ex legitimo enim coniugio eos ſuſcepit, à cuius officio poſtea abſtinuit. Vide Saluianum in Epiſtola ad Eucherium.

De Spiritualibus item formulis ad eundem Veranium, ſiue Veranum filium. De Laude Eremi, de quo fragmentum interſerit ſuis Annalibus eodem Tom. 6. idem Baronius Card. ſub finem an. Dom. 443.

Perperam autem factam Gennadij editionem Suffridi liquet, apud quam legitur Eucherius presbyter Lugdunenſis Scriptor Eccleſiaſticus, cum dicendus ſit Epiſcopus, vt habent aliæ Gennadij editiones.

Porrò & hinc datã ex codicis errore Honorio occaſionem errandi conſtat, cum ponit duos Eucherios Lugdunenſes, alterum presbyterum, Epiſcopum alterum, amboſque Scriptores eccleſiaſticos, cum tamen non niſi vnum Eucherium, eundemque Epiſcopum Lugdunenſem antiquitas nouerit.

Cæterùm, de alijs Eucherijs, qui vel hoc ſeculo, vel poſtea fuère, vide ibidem Baron. Card. ſub an. Dom. 441. Leonis Pont. Secundi, pag. primæ editionis.

EVDOCIA, quæ & à nonnullis dicitur Eudoxia, non minus ſanctitate, quam doctrina inſignis, Leonis Athenienſis filia, Theodoſij iunioris Auguſti vxor; Probam Falconiam imitata, veteris, & Noui Teſtamenti diuerſas hiſtorias è Græcis Homeri carminibus collegit, ſeruata pedum menſura, & Homerici Carminis maieſtate.

Id Opus inſcriptum Homerocentones extat verſum Latinè. Vide Tom. 8. Biblioth. Sanctorum Patrum Margarini Bignæi.

EVDOCIAE item Metaphraſis in Octateuchum metricè, & in Zachariam, & in Danielem, & Orationum quatuor in Cyprianum martyrem, Photius meminit in ſua Græca Bibliotheca, vbi etiam iudicium de ipſius ſcriptis affert, commendans eius laborem, quod & à muliere, & à Regina profectum ſit, quodque *perſpicuus quidem ſit labor, vt heroico ſcriptus carmine, ſi quis alius.* Addit legibus artis ipſam eſſe profundam, niſi quòd quæ Poëtica ſolet licentia, fabulis delectans eos qui legunt, ipſa nõ intermiſcuit; id quod certè maiori laudi dandum eſt nobiliſsimæ fœminæ: quin etiam ſubdit hæc verba: *Sententias quidem non protendens, neq; contrahens, ſeruat ſemper proprias.* Addit ipſe Photius, hac occaſione hiſtoriam conuerſionis, atque martyrij Cypriani, & Iuſtinæ, vt hic non ſit Cyprianus ille, qui in Africa fuit interfectus, ac cuius inſignia Scripta extant.

Porrò Sixtus Senenſis, *Eudocia* (inquit) *clariſsima fœmina, Leonis Athenienſis Philoſophi filia, Theodoſij Iunioris Auguſti vxor, eximijs corporis, & animi dotibus inſignis, Chriſtianæ Religionis perpetua cultrix, ſacrorum voluminum ſtudioſa, & Poëticæ artis gloria inter omnes ſui temporis Poëtas præcipua, collegit breuiter, ac ſummatim ad imitationem Probæ, illuſtris fœminæ, ex Græcis Homeri carminibus admirabili induſtria plurimas veteris, ac Noui Teſtamenti hiſtorias, ſeruata pedum menſura, & Homerici carminis maieſtate: quod Opus in compendium redactum Homerocentonas attitulauit. Aſſerit tamen Ioannes Zonaras, Græcus Auctor, patricium quendam doctum virum*

*hoc*

*hoc Opus primum collegiſſe, & poſtea imperfectum, & indigeſtum reliquiſſe: Eudociam verò demum abſoluiſſe, & in ordinem redegiſſe, ſicut declarat Græca inſcriptio heroicis verſibus Operi præfixa.*

Idem quoque Auctor narrat, cum primum ob ſingularem pudicitiam, & egregiam formam eſſet marito chariſsima, in eius acerbum odium ob talem cauſam innocenter incidiſſe. Pomum, inuiſitata magnitudine ſibi oblatum, Imperator admiratus, vxori miſit. Id illa Paulino dedit, viro erudito, eaque de cauſa ſibi familiari: is, rei ignarus, illud Imperatori offert, vt rem miram; quo ille agnito, & occultato, vxorem rogat, vbi ſit malum ipſum miſſum, illa verita, ne id ſuſpicaretur maritus, quod iam ſuſpicabatur, ſe comediſſe reſpondit, verùm illo accrius vrgente, iureiurando affirmat ſe iam comediſſe: tum ira percitus Imperator, pomum profert: ſic, illa in manifeſto mendacio deprehenſa, ſuſpicio mariti confirmatur: Paulinus verò inſons occiditur. Eudocia cum ſe inuiſam eſſe cerneret, facultatem abeundi Hieroſolymam petit; quo cum magnis opibus profecta, & templa ædificauit, & pauperibus eius loci monaſterijs multa dedit. inde reuerſa, poſt mariti obitum, eò redijt: ibique mortua eſt, non ſigne magna opinione ſanctitatis, regnante Marciano Auguſto, anno ſalutis noſtræ 460. D. Hieronymus in epiſtola quadam ad Paulinum ſcribit, ſe Homerocentonas, & Virgiliocentonas legiſſe, ſed cuiuſnam ipſe non indicat. Iſidorus Hiſpalenſis refert, Pomponiam quendam nobilem Poëtam conſimili ſtudio multa ex Virgilianis verſibus adunaſſe. Aldus Manutius peruetuſtum volumen Græcum ſine Auctoris nomine excudit, cuius initium. *Audite infinitæ gentes circum habitantium hominum.*

EVDOXIVS Locatellus è S. Sophia monachus Vallumbroſanus ſcripſit noſtra ætate ſermone Ethruſco vitam S. Ioannis Gualberti, & Generalium, ſui ordinis libros duos, qui Florentiæ prodierunt in lucem an. 1563.

EVERARDI Billij Theologi Carmelitæ per inferiorem Germaniam Prouincialis Iudicij Vniuerſitatis, & Cleri Colonienſis aduerſus calumnias Philippi Melanchthonis, Martini Buceri, Oldendorpij, & eorum aſſeclarum Defenſio cum explicatione materiarum controuerſarum. Pariſijs apud Poncetum le Preux, & Galeatum Pratenſem anno Domini 1545.

EVERBINVS Germanus monachus, & Abbas monaſterij S. Mauritij Doleienſis, ſiue Toleienſis in agro Treuerenſi, Congregationis Cluniacenſis, anno circiter 1040. Scripſit vitam S. Simeonis Syracuſani monachi Treuerenſis, quæ excuſa eſt in Tomo 3. Surij die 1. Iunij: Attribuitur hæc à nonnullis S. Eberuuino Abbati S. Martini Treuerenſis; ſed diuerſitas Cœnobiorum, temporumque ratio reclamant obijt enim S. Simeon an. 1035. quo tempore prædictus Eberuuinus in viuis iam eſſe deſierat. Affinitas nominum Eberuuini, & Euerbini errorem pepererunt. Arnold. in Ligno vitæ.

EVERELMVS Belga, monachus, & Abbas Cœnobij Alimontis, librum vnum de vita S. Popponis Abbatis Stabulenſis, cognati ſui, qui eſt apud Surium, Tomo primo, die 25. Ianuarij.

EVGENII Epiſcopi Carthaginienſis viri ſancti, ac pro fide Catholica intrepidi, extant libellus, quem Hunnerico Vandalorum Regi obtulit, & epiſtola ad ſuos Carthaginienſis. Vide apud Victorem, Gregorium Turonenſem, Baronium Tom. 6. Annal. ſub an. Dom. 484. Felicis autem Papæ II.

EVGENIVS Carthaginienſis (ait Gennadius) Africæ ciuitatis Epiſcopus, & Confeſſor publicus, admonitus ab Hunnerico (aliàs Inurico) Vandalorum Rege, Catholicæ fidei expoſitionem, & maximè verbi Homouſij proprietatem differere cum conſenſu omnium Africæ, Mauritaniæ, & Sardiniæ, atque Corſicæ Epiſcoporum, & Confeſſorum, qui in Catholica permanſerunt fide, compoſuit librum fidei, non ſolum ſanctarum ſcripturarum ſententijs, ſed & Patrum teſtimonijs communitum, & per collegas Confeſsionis ſuæ porrexit. Iam verò aſportandus pro fidelis linguæ remuneratione in exilium, epiſtolas velut commonitorias fidei, & vnius ſacri, & conſeruandi Baptiſmatis ouibus ſuis quaſi Paſtor ſolicitus dereliquit. Altercationes quoque, quas cum Arianorum Præſulibus per internuncios habuit, conſcripſit, & relegendas per Maiorem domus Hunnerico tranſmiſit. Similiter, & preces pro quiete Chriſtianorum eidem velut Apologias obtulit. Viuere adhuc ad confirmationem Eccleſiæ dicitur. Hæc Gennadius. Sed Honorius hunc, non Eugenium, ſed Euſebium appellat. Quod autem Eiſingrenius ſcribit eum lingua abſciſſa relegatum eſſe cum alijs Epiſcopis in exilium, neſcio vnde hauſerit.

EVGENIVS Spellius Carmelita Florentini Collegij Profeſſor, multa de caſibus conſcientiæ, & de Sacramentis Eccleſiæ congeſsit, pleraque alia pietatis Opuſcula cōſcripſit, quæ nondum prodierunt in lucem, quòd ſciam. Viuebat noſtra ætate. Petr. Lucius.



Digitized by Google

EVGENII IV. Pontif. Maxim. Epiſtola & libellus contra Concil. Baſileenſe extant.

EVGIPPIVS vir ſanctus, & Gelaſij Papæ diſcipulus, qui vixit circa an. 490. & quod excurrit, ſcripſit omni fide de rebus geſtis S. Seuerini Tractationem, quæ quidem extat apud Surium, die 8. Ianuarij: quam miſit (vt ſua epiſtola teſtatus eſt) ad Paſchaſium Romanæ Eccleſiæ Diaconum, cuius S. Gregorius in Dialogis miraculum recitat.

Iſidorus autem ait, Eugipius Abbas ad quemdam Paſchaſium Diaconum libellum de vita S. Monachi Seuerini tranſmiſſum breui ſtylo compoſuit, an. Dom. 508. Trit.

Scripſit etiam regulam monachis conſiſtentibus in monaſterio S. Seuerini, quam eiſdem moriens quaſi teſtamentario iure reliquit. Claruit poſt Conſulatum Importuni Iunioris, Anaſtaſio Imperatore regnante. Ita Iſidorus.

At de huius ætate inter Auctores eſt diſſenſio, Iſidorus enim vt hic apparet, eum floruiſſe dicit Conſulatu Importuni, qui incidit in annum Anaſtaſij prioris 19. Chriſti autem 508. Honorius cum Iſidoro conſentit. Sigebertus cum refert ad annum 580. ſub Tiberio ſecundo Imperatore, & Pelagio II. Papa. Vide Tritemium, alij autẽ eum *Eugipium*, alij *Eugypium*, alij *Eugyppium* vocant, cod. excuſus in folio hic legit. *Eugipius Apas*, deinde *ad quendam Diaconum* legit omiſſo *Paſchaſij*, nomine, vt & codex Sigebergenſis. Vterque autẽ hic codex *Importuni* legit *Mauritij*. Porrò Sigebertus in Catalogo addit alia inquiens.

EVGIPIVS Abbas, hortatu Renducis Neapolitani Epiſcopi, deplorans libros Auguſtini Hipponenſis, dedit codicem magnæ vtilitatis ad Probam Virginem, & per manu eiuſdem Renducis Epiſcopi obtulit Eccleſiæ Neapolitanæ. Fuit tempore ſecundi Pelagij, & Imperatoris Tyberij Conſtantini. Hæc Sigebertus. Veruntamen Tritem. ſcribit.

EVGYPPIVS presbyter, & Abbas, ad quem S. Fulgentij Ruſpenſis nonnullæ feruntur epiſtolæ, ſcripſit quædã Opuſcula, de quibus ego tantum reperi ſubiecta. Volumen grande capitula habens trecenta ex libris B. Auguſtini Epiſcopi decerpta, ad Probam.
Cuius Prologi epiſtola ſic incipit, *Domine meritò venerab.*
Liber autem ſic, lib. I. *Quod ad te ſcripſi ho.*
Vita S. Seuerini monachi, lib. I. Regula monachorum eius, lib. I.
Arnoldus autem VVion addit eum fuiſſe monachum, & Abbatem Congregationis primæ Benedictinæ, quem item ait floruiſſe an. 580. vt potiores auctores volunt.

Eiſingrenius denique eum eſſe inquit, ad quem S. Fulgentij Ruſpenſis nonnullæ feruntur epiſtolæ monachorum. Porrò ſic Baſileæ prodijſſe anno 1542. apud Robertum VVinter, cura Ioannis Herold. Acreopolitæ Opus Eugyppij cum hac inſcriptione.

EVGYPPII Abbatis Africani Theſaurorum ex D. Auguſtini Operibus mille ante annos, ingenti labore de emendatiſsimis exemplaribus Selectorum, Tomi duo, iam recens diligenti cura Ioannis Herold. Acreopolitæ, cum indice trigemino in lucem editi. Baſil. apud Robertum VVinter in fol. 1542. chartis 139. cum præfationibus Ioan. Herold. in vtrumque Tomum; quarum ſecunda Eugyppij vitam, & Probæ mulieris prolixè admodum deſcribit: quibus nos relictis ea ſolum quæ ad Operis argumentum ſpectant, adſcribemus. Primò igitur Tomo (inquit) quæ ſuo tempore maximas excitarant quæſtiones: præter multa loca obſcuriora Scripturæ explicata, de charitate, anima, Sabbatho, Iudicio Diuino, Reſurrectione, vita, ac morte æterna, quæcunque Auguſtinus ediderat, eruditiora, inſeruit. Secundo Tomo Arianos, Manichæos, Donatiſtas, Pelagianos, quibus rationibus deuicit Hipponenſis ille Epiſcopus, docet. In fine adduntur Homilia imperfecta D. Fulgentij de charitate Dei, ac proximi, & epiſtola ad Eugyppium eiuſdem argumenti.

Sabellicus, & Platina, Philippi Bergomatis errore decepti, hunc Auctorem falsò nominant Egeſippum.

At cum Robertus VVinter, & Ioannes Herold fuerint hæretici, ideoque in Romano Indice prohibiti, ea editio cauenda eſt.

Et Venetijs quidem iterum an. 1543. prodijt, ſed vt illa erant tempora, nondum plenè retectis hæreticorum impoſturis, ita & in ijs diſpiciendum ne quid ſit, quod Sanctæ Catholicæ fidei officiat.

EVLABIVS Carthaginienſis Epiſcopus. Vide in verbo Bonifacius II. ad quem quæ epiſtola ab Eulabio ſcripta eſſe dicitur, ea oſtenditur non habenda eſſe pro legitima.

EVLALIVS Cynopoleos Epiſcopus, vir in ſacris eloquijs nobiliter eruditus, & iuxta nominis ſui interpretationem optimè loquens, nec minus proſa quam carmine prẹſtans, ſcripſit in Canticum Canticorum proſocarmineam expoſitionem, hoc eſt, carminibus ſoluta oratione permixtis, compoſitam, cuius initium eſt.



Digitized by Google

*Qui ſolus ſemperq́ue extas, ſemperq́ue fuiſti*
*Chriſte.*

Claruit in Conſtantinopolitana Synodo, an. Dom. 670.

Evlogivs Epiſcopus Alexandrinus vir ſanctitate, & doctrina inſignis, ſcripſit, quæ Photius numerat, librum in quo S. Leonis Papæ partes tuentur pro vnione hypoſtatica, de qua in Concilio Chalcedonenſi. Alterum eiuſdem fermè argumenti aduerſus Seuerianos, Theodoſianos, & Gaianitas, eoſdemque Acephalos eandem vnitatē impugnantes. Item vndecim rationes pro Concilio Chalcedonenſi, & S. Leone Papa. Alium librum contra Agnoitas, moritur an. Dom. 608. Vide Sophronium in Prato Spirituali cap. 148. de apparitione S. Leonis Epiſcopi Eulogio gratias agentis.

S. Evlogivs Cordubenſis, martyr, Doctor, & deſignatus Archiepiſcopus Toletanus, cuius vitam, & ſuſceptam pro Chriſto mortem ſub Mahomad Arabum Rege, qui ſedem ſuam Cordubæ habebat, migrauit ad Dominum an. 859. die 5. Idus Martij.

Eius vitam Aluarus Cordubenſis Eulogij æqualis, & ſocius, nobis reliquit, quæ Operibus eiuſdem martyris præfixa legitur; quemadmodum item hymnus, & epitaphia eodem Aluaro Auctore.

Scripſit autem Eulogius tres libros de martyribus Cordubenſibus, quos ille prænotauit, *Memoriale martyrum.*

Apologeticum pro geſtis Sanctorum martyrum Cordubenſium.

Documentum, ſiue exhortationem ad martyrium duabus virginibus Floræ, & Mariæ in carcere pro Chriſti confeſsione detentis.

Epiſtolam ad VViliefindum Pampilonenſem (Pompelonenſem rectius ſcribit Andreas Morales) Epiſcopum: qua peregrinationem ſuam in Galliam narrat; reliquias Aciſcli tranſmittit; calamitates, quas Cordubenſis patitur Eccleſia, multorumque martyria narrat: quam quidem Epiſtolam, non an. 827. vt ſcribit in ſcholio ad eam Morales, ſed anno 845. ſcriptam fuiſſe aſſerit Baronius Card. Tom. 10. ſuorum Annalium, ſub eundem annum.

Epiſtolas aliquot eius martyris.

Hiſce omnibus Coronidis loco adiecta ſunt, quæcunque aliunde erui potuere de Sancto Pelagio, de S. Eugenia, de S. Dominico Saraceno cum multis eiuſdem ſocijs martyribus, non multis annis poſt Eulogium Cordubæ ob Chriſti fidem coronatis.

Quæ omnia Ambroſij Moralis Cordubenſis Regij Hiſtorici ſcholijs illuſtrata, & eo procurante, excuſa fuere Compluti in Hiſpania, apud Ioannem Inniguez, ſiue Ignatium à Lequerica, an. 1574.

Adiecit autem idem Ambroſius multa de Cordubæ antiquitatibus ad finem libri cum Chronologia.

Margarinus autem Bignæus Sanctorum Patrum Biblioth. Tom. 9. eadem Eulogij ſcripta inſeruit.

Cæterùm, quæ de vniuerſa Eulogij dictione, fictiſque, aut nouatis ab eo vocabulis præmonuit idem Morales, expediet prælegere, ne occurſu eorum, ingenia legentium retardentur, aut offendantur, cum alioquin dexteritas Eulogij in explicandis, quæ adducit teſtimonijs, & alia peritiam ipſius inſignem teſtentur, degenerata licet Latini Sermonis præſtantia eo tempore fuerit. De eodem iſta Baronius. *Eulogius Cordubenſis presbyter, vir Sanctus, quiq́ue deſignatus erat Toletanus Antiſtes, promotor martyrum, vt cum Card. Baronio loquar, debellator Mahometanæ impietatis, deniq́ue martyr, an. 859. ſcripſit tres libros Memorialis Sanctorum, quem abſoluit an. 856. Quod opus, & hiſtoriam in Apologeticum commutauit aduerſus oblatrantes martyribus.* Vide Baron. 10. Tom. ſub an. 857.

Evlonivs Theſpeſium Epiſcopus, varios & multiplices Tractatus compoſuit. Honorius in Catalogo.

Evnomivs Arianæ partis, Cymcirenus Epiſcopus in apertam hæreſeos ſuæ prorumpens blaſphemiam, vt quod illi tegunt, iſte publicè fateretur. Vſque hodie viuere dicitur in Cappadocia, & multa contra Eccleſiam ſcribere. Reſponderunt ei Apollinarius, Didymus, Baſilius Cæſarienſis, Gregorius Nazianzenus, & Gregorius Niſſænus. Idem Honorius in Catalogo. Vide Photium in Bibl. Græca, pag. 167. An. Do. 390. Gemblacenſis codex habet Apollinares.

Evodivs in Antiocheno Epiſcopatu Epiſcopus, S. Petri ſucceſſor, ſcripſit Epiſtolam, quę inſcripta erat τὸ φῶς in qua dicebat à Chriſto ex mulieribus ſolam Virginem matrem ſuam, & ex viris baptizatum ſolum Petrum, à Petro, Andream, Iacobum, & Ioannem, ab ijs cæteros, id quod referunt Euthymius in 3. caput Ioannis, & Nicephorus lib. 2. hiſtor. cap. 3.



Digitized by Google

Sigeb. in Cat. Trit. an. 4.

EVODIVS Epiſcopus, ſcripſit librum de miraculis in Africa oſtenſis per reliquias S. Stephani Protomartyris recens inuentas, quas detulit in Africam Oroſius Auguſtini diſcipulus. Extat verò Euodij epiſtola 98. inter epiſtolas Auguſtini, qui ad eum plures ſcripſit, an. 420.

EVODIVS, vel Enodius Epiſcop. Ticinenſis, ſcripſit ad Symmachum Papam, de fide Catholica, lib. 1. & quædam alia. Eius hiſtoriæ aliquot Sanctorū carminibus conſcriptæ, atque Epiſtolarum, lib. 5. & Panegyrici aliquot ad Auienum oratione ſoluta, extabant Viennæ Auſtriæ apud VVolfgangum Lazium. Claruit autem Euodius an. 510.

EVPHEMII Epiſcopi Antiocheni ſatisfactio, quam fecit pro Chalcedonenſi Concilio, citatur in ſexta Synodo Conſtantinopolitana.

EVPHROSINVS Lapinus Florentinus, Latinus terſus, & Græcus peritus, elaborauit inprimis, Tractatum de modo orandi, idiomate materno. Præterea è Latina Italicè vertit Orationē Dominicam ex expoſitione Concilij Colonienſis deſumptam. Diem obijt Florentiæ 1571. menſe Decembris.

EVPROPIVS Hiſpanus, vir ſanctus, monachus, & Abbas monaſterij Sirbitani in Hiſpania & poſteà Epiſcopus Valentinus, vir eruditiſsimus, & monaſticis diſciplinis apprimè inſtructus, cum in plurima ſanctitate populos ſibi ſubditos gubernaſſet, clarus miraculis migrauit ad cœlum die 6. Idus Iunij. Floruit an. Dom. 600. Tritem. lib. 2. cap. 14. Scripſit inter alia. De Chriſmatis vnctione, lib. 1. De exercitatione monachorum, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

EVSEBIAE Abbatiſſæ Sanctæ vitam ſcripſit Monachus Marcianenſis, S. Ritrudis, in Belgio, ſoluta quidem Oratione, cum antea eandem carmine ceciniſſet. Extabat in prædicto monaſterio m. s.

EVSEBIVS Alexandrinus Epiſcop. Laodiceæ, ſcripſit lib. Doctrinarum ſanctarum. Ita enim habebat inſcriptio eiuſdem Auctoris inter lib. aliquot Arabicè, & Syriacè ſcriptos, qui tempore Greg. XI. dicuntur ſub terram defoſsi, & poſtea oblati ſunt vænales Reuer. Epiſcop. Herbipolenſi.

An. Do. 320. Tritem. Acatius in vita Euſebij. Socr. lib. 2. hiſt. ſuæ. Gelaſ. diſt. 15 Trapezunt. præfatus in lib. de Euang. præpar. Donatus in breui eius vita. Sixtus lib. 4. ſuæ Bibl. Selectæ.

EVSEBIVS Cæſarienſis Epiſcopus, qui & Pamphili dictus eſt, quòd cum eo familiariter vixerit, quique Conſtantino Magno, & Conſtantio Impp. vixit, plura edidit, quæ plus æquo laudata ab Acatio, ab Euſebio Emiſſeno, à Socrate, minus damnum afferrent, quòd ij nota hæreſeos laborarunt. At cum Gelaſius Euſebium vſquequaque eruditiſsimum appellet, Georgius autem Trapezuntius, Donatus Veronenſis, Sixtus Senenſis à ſuſpicione quoque Arianiſmi liberare tentauerint, ideo liquidius hic de ipſo agendum eſt, eò magis, quòd ſi quis legerit Haymonem Halberſtatenſem, nec verò altius rem perpenderit, vix fieri poſsit, quin de Euſebio Cæſarienſi ſumma quæque concipiat. Sic enim ille ait. Itaque *Diuino operi tuo meum non confero, ſed te ipſum refero, te inſpiciens, te adorans, quem penè penitus è veſtigio ſequor, &c.* Vide in Præfatione librorum Haymonis De Chriſtianarum rerum memoria. Sed & ſimplicitate nimia factum eſt, vt alij Euſebium inter ſanctos retulerint, vt Petrus in Catal. Sanctorum lib. 5. cap. 134. fecit, quod item in Vſuardum irrepſit, & in Menologium die 21. Iunij. Sed quam imprudenter mox conſtabit.

a δημιούργημα. b ὑπηρέτην, ὑπουργόν. c δευτερείων. ἠξιῶσθαι. d μόνον, ὡς κατὰ τὸ πρῶτον αἴτιον, δευτέραν μετὰ τὸν πατέρα, οὐσίαν. & alibi. Filiū propter Patrem θεοποιεῖσθαι. Photius in Biblioth. ſua.

Ac primò è libris eius conſtat non pauca eſſe, quę fidei Orthodoxæ aduerſantur, qualia ſunt cum patris filium [a] opificium vocat, & à patre [b] ſuffectum fuiſſe, vt per eum tanquam per organum quoddam omnia dirigerentur, cum ſecundam cauſam & [c] ſecundas honoris partes conſecutum eſſe, eumque [d] præſtantiorem quidem Angelica natura, inferiorem autem prima cauſa, cumque Patrem filij Deum, & Dominum, & vnum ſolum verum Deum, quique propriè ita vocetur, ſecundum autem (hoc eſt filium) participatione duntaxat veri ſocietatem conſecutum eſſe; cum denique (vt plura huiuſmodi omittam) filium poſt Patrem tanquam Deum honorandum eſſe propter inhabitantem in ipſo Deum eſſe dicat. Quæ omnia manifeſtè Arianiſmum ſapiunt. Sic Athanaſius, Hieronymus, Ruffinus, ſeptima Synodus, Photius quoque ipſe præter optimos quoſque noſtri ſeculi Arianum illum deprehendunt.

Hieron. in Catal. an. Dom. 320. Tritem.

Et Hieronymus quidem inquit. *Euſebius Cæſareæ Paleſtinæ Epiſcopus in ſcripturis Diuinis ſtudioſiſsimus, & Bibliotheca diuinæ cum Pamphylo martyre diligentiſsimus perueſtigator edidit infinita volumina. De quibus hæc ſunt* εὐαγγελικῆς ἀποδείξεως, *libri viginti,* εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς *libri quindecim;* Θεοφανίας *libri quinque; Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libri decem, Chronicorum Canonum omnimodam hiſtoriam, & eorum* ἐπιτομὴν*: & de Euangeliorū diaphonia. In Iſaiam libri decem, & contra Porphyrium, qui eodem tempore ſcribebat in Sicilia, vt quidam putant, libri triginta: de quibus ad me viginti tantum peruenerunt,* Τοπικῶν *liber vnus;* ἀπολογίας *pro Origene libros ſex. De vita Pamphyli libri tres. De martyribus alia opuſcula. Et in centum quinquaginta Pſalmos eruditiſsimi commentarij, & multa alia. Floruit*

maximè

*maximè ſub Conſtantino Imperatore, & Conſtantio, & ob amicitiam Pamphyli martyris ab eo cognomentum ſortitus eſt.*

Ac quod ad libros attinet de præparatione Euangelica, Photius, vt omittam modo Suidam, ait ὅτι ἡ μὲν ἔλεγχος ἐστὶ σχεδὸν τῆς ἑλλήνων πλάνης *quod ſunt redargutio ferme erroris Græcorũ.* Vertit autem è Græco in Latinum eos Georgius Trapezuntius conatus Euſebium à ſuſpicione hæreſeos liberare, dum inquit, libros hoſce ante Synodum Nicænam conſcriptos quo tempore hęreſi illa laborabat: ſed poſtea ſanctiſsimè, ac piè in fide Orthodoxa vixiſſe; id quod falſum eſt.

Porrò Iacobus Grinæus adnotationes ſat vberes ad eos libros ſcripſit, quæ cum Operibus Euſebij, quæ extant Pariſijs editæ ſunt an.1581. apud Michaëlem Sonnium. Num verò Euſebius lib.12. huius operis idem ſenſerit, quod Plato, quem ait, vt alia multa, ita ab Hebræis accepiſſe, fœminas è viris natas fuiſſe, ſuo loco ſe dicturũ pollicetur Ioan. Bapt. Criſpus vir acris iudicij, vti & doctrinæ, ac pietatis ſolidæ. Iſtorum autem Euſebij librorum compendium, & vſum oſtendimus 2. libro noſtræ Biblioth. Selectæ. Diſtrib.3. lib. 1. ſui Quinarij pag. 437.

Poſt eos ſcripſit viginti libros de Demonſtratione Euangelica, quemadmodum in Catalogo ſcripſit Hieronymus. At decem interierunt. In primo autem deſiderantur duo priora capita vna cum tertij capitis initio. Quin & Græcus codex hanc habet inſcriptionem Ἐυαγγελικῆς ἀποδείξεως τῶν εἴκοσι βιβλίων τὰ δέκα. Et Photius videtur legiſſe duntaxat decem libros, quamuis in eadem ſua Bibliotheca inquiat. Ἀνεγνώσθη Εὐσεβίου Ἐυαγγελικὴ ἀπόδειξις ἐν βιβλίοις κ. hoc eſt, *Recognita eſt Euſebij Euangelica Demonſtratio in libris viginti, quam*, inquit, *eſſe confirmationem Euangelicæ Prædicationis*, βεβαίωσιν τοῦ κηρύγματος τοῦ ἐυαγγελικοῦ.

Donatus autem Veronenſis Latinum fecit hoc Opus. Ac tamen in cap.3. lib.5. plures Euſebij periodos, quæ ſunt in contextu Græco, omiſit; idque conſultò feciſſe virũ pium crediderim, quod cerneret ab Euſebio ibidem, Spiritus ſancti Maieſtatem imminui, ac deprimi. Sed & is, qui ſcholia ad Donati verſionem adiecit, defectum iſtum haud notauit: nec item monuit lectores, ab Euſebio aſſeri Dominum Filij, & Filium Dominum Spiritus ſancti. Quod quidem credere horrendæ impietatis fuerit crimen.

Atqui deeſt item in verſione Donati initium capitis primi huius operis. Quare è Græco ſupplenda ſunt, quæ ſequuntur. *Incredulitatis Iudaicæ gentis in Chriſtum prædictio ſignumque, quod ipſis à Domino dabatur. Erat autem huiuſmodi. Virgo Deum gignens, ob cuius ortum omnimoda Iudaicæ nationis euerſio prædicebatur: & quo pacto alienigenæ, & hoſtes earum terram occupaturi erant; & quomodo ea, quæ prius deſerta erat, Diuinum cultum conſecuta vberes fructus allatura erat; ſic videlicet indicata Eccleſia, quemadmodum Diuinus Euangeliſta, &c.*

Cæterùm, cum plura ſint, quæ præter illa, quæ aduerſus Orthodoxam fidem facere videbantur, obſeruauit Iacobus Billius in hoc ipſo Opere, tam Græco, quàm Latino legendum eſt accuratè quidquid hoc de Auctore adnotauit in libis Sacrarum Obſeruationum.

Porrò Euſebius ſcripſit aduerſus Hieroclem, qui Chriſtum cum Apollonio Tyaneò Mago ſceleratè conferebat. Quem quidem libellum Zenobius Acciaiolus Latinum fecit. Eum verò Photius in ſua Bibliotheca vocat ἀνασκευαστικὸν βιβλιδάριον πρὸς τοὺς ὑπὲρ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως Ἱεροκλέους λόγους.

Hiſtoriæ item Eccleſiaſticæ libros decem, quos Ruffinus è Græco in Latinum conuertit. Sed verſionem Ioan. Chriſtophorſonus ſatis probatam Suffrido Petro emendatore edidit Gulielmus Calderius Pariſijs an.1585. cum cæteris Euſebij Operibus in Latinum verſis, idque initio Tom.2.

Sanè verò Photius meminit Eccleſiaſticæ Demonſtrationis libris vndecim comprehenſæ his verbis. Ἀνεγνώσθη Ἐυσεβίου ἐκκλησιαστικὴ ἀπόδειξις ἐν βιβλίοις ιβ.

Verum, quodnam veterum de hiſtoria hac eccleſiaſtica iudicium fuerit, è Hieronymo, & Gelaſio licet intelligere; ille enim ad Pammachium, & Oceanum *Eccleſiaſticam* (inquit) *pulchrè Euſebius hiſtoriam texuit, ſed impietatis Arij apertiſsimus propugnator eſt.* At in primo Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſuæ libro (ait Canus) *filium* dicit Euſebius *paternæ voluntatis executorem, qui poſt patrem omnium ſit cauſa, & origo.* Item cum illum Pſalmi verſiculum attuliſſet. *Ipſe dixit & facta ſunt,* ſubiecit. *Quibus verbis Propheta inducit factorem, tanquam vniuerſalem Principem Regali ſuo nutu præcipientem: ſermonem verò Dei illi ſecundo loco addit non alium ab eo, qui inter nos prædicatur paternis iuſsionibus obſecundantem.*

Et capite ſecundo primum affirmat, *Patri filium in omnium opificio miniſtraſſe.* Deinde *Patris miniſtrum in omnibus bonis fuiſſe.* Gelaſius verò Pontifex hiſtoriæ Euſebij Cæſarienſis auctoritatem denique ademit, cum eam vocauit apocrypham. *Quid?* (ſubdit Canus) *An non*

*etiam abſurdum eſt, vt qui infidelis Eccleſiæ fuerit, ei fidem Eccleſia in rebus habeat? Experimur enim hæreticos ſectæ ſuæ non dogmata ſolum ac præcepta, ſed res etiam geſtas accommodare. imo verò torquere, atq; adeo fingere, vt ſectam vndiq; & comprobaſſe & ornaſſe videantur. Mirati ſumus* (inquit Cæſar Baronius Cardinalis) *vehementer, Euſebium ad confirmandam Euangelicam veritatem de cenſu acto ſub Quirino, citaſſe Ioſephum, quem in his, quæ ad tempus ſpectant, contradicere certum eſt: atq; adeò, vt illius aſſertione prædictam hiſtoriam à Luca conſcriptam in Euſebium reuocari neceſſe ſit.* Sed quod mirantur alij à Sixto Senenſi nullam habitam eſſe mentionē hiſtoriæ eccleſiaſticæ Euſebij, vbi tamen aliqua eius opera enumerat, ſciant cum ea, quæ ad Diuinā ſcripturam, & ad Theologica pertinet, ex profeſſo tractet, ideo conſulto illam ab eo fuiſſe omiſſam.

Præter eccleſiaſticam hiſtoriam, vitam quoque Conſtantini Magni Imp. quatuor libris ſcripſit Euſebius, quos tamen Hieronymus ſuo Catalogo non adnumerauit. Hanc verò vitam Photius vocat non hiſtoriam, ſed ἐγκωμιαστικὴν τετράβιβλον. hoc eſt, Encomiaſticum quadripartitum librum, in quo floridiorem dicit eſſe dictionem; at, in qua narratione, non multum ſit gratiæ, aut voluptatis. Quin & ſubdit, pleraque de Arianis omiſſa fuiſſe ab Euſebio, quæúe ad Synodum Nicænam pertinebant; neque verò Arij hæreſim voluiſſe nominare, ſed contentionem inter Arium, & Alexandrum. *Quis autem baptizauerit Conſtantinum Nicomediæ* inquit *eum non aperuiſſe*: τίς δ' (ait) ὁ βαπτίσας οὐδὲν διασαφεῖ: tacuiſſe denique de Euſtathio, deque Athanaſio, quem Photius appellat πολύαθλον. At certum eſt plura in ea vita data opera mentitum fuiſſe Euſebium, ſiue de Baptiſmo Conſtantini, ſiue de alijs pleriſque. Quæ quoniam accuratè Cæſar Baronius Cardinalis expendit tertio ſuorum Annalium Tomo, eò Lectorem amandamus. Id interim ſciendum, non mendacij ſolum, atque hæreſeos meritò fuiſſe ſuſpectum Euſebium, verum etiam turpis aſſentationis, atque inuerſionis temporum, quibus res geſtas enarrat, haud ſeruans hiſtoricas leges. Neque enim de nece Criſpi, & Fauſtæ, nec de Epiſcopi nomine, qui in prima ſede poſt Imp. in Synodo Nicæna ſedit, nec de Arianorum nomine, quod latum in edicto Conſtantini fuerat aduerſus hæreticos, locutus eſt; cum & tradat Imperium Conſtantini fuiſſe ſine ſanguine. Porrò vitam hanc Conſtantini Ioannes Porteſius Latinam fecit, cui expediret haſce quas hic nos inſerimus cautiones, præfigere.

Poſt vitam Conſtantini Imp. Oratio, quam ad Sanctorum cætum ſcripſit lingua Latina, quæ deinceps Græca ab Interprete eſt facta, & de qua Euſebius ipſe meminit cap. 32. lib. 4. de vita Conſtantini.

Mox additur Euſebij oratio de laudibus Conſtantini Imper. cuius & ipſe meminit Euſebius, lib. 1. cap. 1. & lib. 4. cap. 47. Quam idem Ioannes Porteſius è Græco in Latinum vertit.

Sequitur Chronicon, an. 1604. Burdigalæ apud Iacobum Chouet recuſum, quod idē ſcripſit Euſebius, quodque cum Hieronymus è Græco in Latinum tranſtulit, auxit quoque. *Sciendum etenim eſt* (inquit Hieronymus ſcribens Vincentio, & Galieno) *me & interpretis, & ſcriptoris ex parte officio vſum, quia & Græca fideliſſimè expreſſi, & nonnulla, quæ mihi intermiſſa videbantur, adieci, in Romana maximè hiſtoria, quam Euſebius huius conditor libri, non tam ignoraſſe, vtpote eruditus, quam vt Græcè ſcribens, parum ſuis neceſſariam perſtrinxiſſe mihi videtur. Itaq; & à Nino, & Abraham vſq; ad Troiæ captiuitatem pura Græca tranſlatio eſt, à Troia vſq; ad viceſimum Conſtantini annum nunc addita, nunc mixta ſunt plurima, quæ de Tranquillo & cæteris illuſtribus hiſtoricis curioſiſſimè excerpſimus? A Conſtantini autem ſupradicto anno vſq; ad Conſulatum Auguſtorum Valentis ſextum, & Valentiniani, iterum totum meum eſt. Quo fine contentus reliquum temporis Gratiani, & Theodoſij latioris hiſtoriæ ſtylo reſeruaui.* Hæc Hieronymus. Iam verò in hoc Euſebij Chronico, & Gilbertus Genebrardus, & alij adnotarunt, quæ vitio amanuenſium forte magis irrepſerunt, quam ipſius Euſebij culpa. Sed & Cæſar Baronius Cardinalis toto cœlo errare Euſebium in Chronico inquit, qui ingreſſum Syluestri Papæ ponit anno quinto Imperij Conſtantini, qui etiam ponat necem duorum Cæſarum Criſpi, & Licinij ſub Imperij Conſtantini an. 20. Quæ cum ita ſint, expectamus editionem correctionis iſtius Chronici, quam vir doctiſsimus Vaſatenſis Epiſcopus in Aquitania confecit. Cæterùm, cauendum eſt à Chronicis, quæ addita ſunt Chronico tum Euſebij, tum Hieronymi, & aliorum Catholicorum. Nam cum hoc ſeculo edita fuerint auctiora, iuſtiſsimis cauſis Additiones ad Chronicon Euſebij ab an. 1513. vſque ad an. 1556. à Theologis Hiſpanis in eorum Indice expurgatorio fuēre indicata, vbi inſperſa ſunt erroribus ab hæreticis.

Aliorum præterea librorum Euſebij, quorum aliqua mentio, vel pars extat, hæ ſunt inſcriptiones. *Collectaneorum Diuinæ ſcripturæ liber vnus.* Vide Euſeb. lib. 4. de vita Conſtantini, & Theodoretum lib. 1. hiſt. Eccleſ. cap. 16.

Libri

Digitized by Google

Libri omnes veteris Teſtamenti, qui in Canone ſunt Hebræorum, in Græcam linguam tranſlati. Socrates lib. 1. hiſt. & Sozomenus lib. 8.

De locis Hebraicis liber vnus iuxta ſeriem Alphabeti, quod Opus ab imperito Interprete malè verſum, D. Hieronymus iterum Latinum fecit, demptis, quæ haud quadrabant, & præfixa operi præfatione, cuius prima verba hæc ſunt. *Euſebius qui à B. Pamphilo.* In qua præfatione meminit quoque.

Topographiæ, ſiue Deſcriptionis locorum Terræ ſanctæ libri vnius, in quo Euſebius diſtinctionem duodecim tribuum cum ſingulis earum Oppidis, & Vrbis Hieroſolymæ, eiuſque templi vniuerſam ſtructuram Geographica tabula depinxit, addita breui explanatione ſingularum totius picturæ partium.

Commentaria in omnes Pſalmos, quæ fecit Latina Euſebius Sardus Vercellenſis Epiſcopus; expunctis pluribus quæ hæreſim Arianam ſapiebant; cum in ijs Euſebius Cæſarienſis Origenis potiſsimum ſenſum ſecutus fuiſſet.

Commentariorum in Iſaiam iuxta hiſtoricam interpretationem libri quindecim, vt inquit Hieronymus præfatione primi Commentarij in Iſaiam, vel libri viginti, vt in libro de viris Illuſtribus numerat: de quibus idem Hieronymus in præfatione quinti Commentarij in Iſaiam, *Euſebius,* inquit, *hiſtoricam expoſitionem titulo repromittens, interdū obliuiſcitur propoſiti, & Origenis Allegorica ſata concidit:* Ac rurſum cap. 18. eiuſdem commentarij hæc Hieronymus addit. *Euſebius hiſtoricam interpretationem titulo repromittens, diuerſis ſenſibus euagatur, cuius cum libros legerim, aliud multo repperi, quam indice promittebat: vbicunq; enim eum hiſtoria defecerit, tranſit ad Allegoriam: & ita ſeparata conſociat, vt mirer cum noua ſermonis fabrica in vnum corpus, lapidem, ferrumq; coniungere.*

In vtrumque teſtamentum à Porphyrio quindecim libris impugnatum, volumina triginta. Ex quibus libros tres hoc eſt 18. 19. & 20. ſcripſit pro defenſione totius Prophetiæ Danielis; aduerſus quàm Porphyrius duodecimum de quindecim libris, quos contra Diuinas ſcripturas emiſerat, dictauit. Hieron. in Præfatione commentarij Danielis.

De Euangeliorum diſſonantia liber vnus, quo locos inter ſe pugnantes conciliat; Cuius Operis fragmentum de controuerſia ſuper Matthæum, & Marcum vertit Ambroſius Mediolanenſis, monachus Caſsinenſis.

Euangelicorum Canonum liber vnus, in quo ad Carpianum Canones decem propoſuit ad cognoſcendum, in quo Euangeliſtæ, vel & inter ſe ſimilia, vel ſeorſum vnuſquiſque propria dixerint, quod Opus Hieronymus Latinum fecit, cuius initium eſt. *Euſebius Carpiono fratri.* Exemplum autem eiuſdem Harmoniæ numeralis ex libro Euangelicorum Canonum Euſebij, vide in Sixti Senenſis lib. 3. Sanctæ ipſius Bibliothecæ.

In Epiſtolam primam ad Corinthios commentarius, cuius meminit Hieronymus in Epiſtola ad Pammachium, quæ incipit, *Chriſtiani pudoris.*

Elenchi, & Apologiæ ſermones duo, & alteri duo, qui (vt inquit Photius) cum prioribus duobus in quibuſdam dictis diſcrepantes; in alijs quod ad dictionem, & ſenſum pertinet, ſunt ijdem. *Inducit autem* (inquit Photius) *tanquam à Græcis dubitationes quaſdam aduerſus cultum noſtrum irreprehenſibilem, eaſq; rectè, quamuis non omnes, refellit. Quod verò ad phraſim, ſtylumq; pertinet, nullibi iocunditatem ſapit, nec gaudet ſplendore. Eruditus autem eſt vir, quamuis ſolertia, & conſtantia in diſcutiendis exactè dogmatibus, ſit indigentior: etenim in his quoq; cernitur filij blaſphemator, eumq; ſecundam cauſam appellans, & coriphæum, & alia quædam Arianicæ inſaniæ germina.* Hæc Photius.

Librorum ſex à Pamphilo martyre, & ab Euſebio in defenſionem Origenis ſcriptorum, Photius in ſua Græca Bibliotheca meminit. Sed Hieronymus Apologia contra Ruffinum eam non eſſe Pamphili, ſed Euſebij oſtendit, quamuis id omninò haud liqueat.

Quin & Euſebius ſcripſit librum de martyribus, & quidem vberem; non autem, vt quidam opinati ſunt, compendioſam omnium Sanctorum martyrum collectionem. Quod & ex cap. 14. lib. 4. eiuſdem Euſebij, cuius patere poterit; quemadmodum item ex lib. 5. cap. 1. & 4. & 20. In quibus alicuius martyris coram iudice nō ſolum verba, reſponſa, & reliqua, verum etiam apologias ſe ſcripſiſſe innuit. Et hunc ſanè librum ſe quæſiſſe, at non inueniſſe Gregorius Magnus ſcribit ad Eulogium epiſt. 29. lib. 7. Indict. 1.

Scripſit item librum de Donis Eccleſiæ Hieroſolymitanæ à Conſtantino collatis, vt idem teſtatus eſt Euſebius lib. 4. de vita Conſtantini, cap. 46. ad finem.

Scio autem à Gennadio ſcriptum eſſe, Euſebium (neſcio an Cæſarienſem intelligat) reliquiſſe ſiue librum, ſiue Tractatum de Crucis Domini myſterio, & Apoſtolorum, ac præcipuè de Petri conſtantia, virtute crucis indepta.



Digitized by Google

At eidem Euſebio Cæſarienſi Auctor Actorum Sylueſtri eſt falsò aſcriptus, ſicut etiam falsò creditus eſt hymnum Deo cecíniſſe in Nicæno Concilio, & perperam creditus Auctor Cycli nouennalis, à Beda, vbi agit De ratione temp. cap. 42. & ab alijs poſt eum, qui omnes videntur fuiſſe decepti, quòd conſtet Euſebium ſcripſiſſe libellum De Paſchate, quem obtulit Conſtantino.

*Quæ ſequuntur, quædam ſunt obſeruationes è Iacobo Billio, è Roberto Card. Bellarmino, è Cæſare Card. Baronio, & è Franciſco Ribera Societatis Ieſu huc adſcriptæ. vt Typographi, qui poſt hac Euſebium ſunt edituri, vel alij, qui velint inoffenſo pede libros illius decurrere, poſſint hinc præmoneri.*

Sed præter illa quæ dicta ſunt de Euſebio, Iacobus quoque Billius breuem, ſed pietate & eruditione ſua dignam reliquit cenſuram cap. 27. libri primi ſuarum obſeruationum ſacrarum, quæ ſic habet: Inter ea ingenij monumenta quæ nobis ab Euſebio Cæſarienſi Epiſcopo relicta ſunt, non poſtremum locum obtinet volumen illud quod Demonſtrationem Euangelicam complectitur. In quo tamen quædam interdum aſpergit, quæ ὑπόχαλκον quiddam ſonant, magiſque Ariano dogmati fauere, quàm Concilij Nicæni decretis. Orthodoxæque fidei aſtipulari videntur. Quocirca ne quis imprudens ad huiuſmodi ſcopulos impingat fideique naufragiũ faciat, eos hoc capite indicandos ſuſcepi. Lib. 4. cap. 2. Patris δημιούργημα, id eſt, *Opificium* Filium vocat: quæ quidem vox planè improbanda eſt, vt quæ de rebus conditis tantummodo vſurpari ſoleat. Ibidem etiam ὑπηρέτην Patris (quemadmodum & ὑπουργὸν, lib. 6. in Præfat.) eum appellat; *atq; à Patre* (πατρὸς enim legendum, non σωτῆρος) *ſuffectum fuiſſe, vt per eum tanquam per organum quoddam omnia dirigentur.* Hæc porrò vocabula, vt Dei Verbi Maieſtate indigna, meritò ſemper à Theologis omnibꝰ rectè ſentientibus exploſa ſunt. Ac rectè colligit Nazianzenus in oratione habita coram 150. Epiſcopis, hac ratione Filium nobis inferiorem futurum eſſe, ſi quidem noſtra cauſa extiterit. Eodem modo lib. 5. cap. 1. ſecundam cauſam Filium vocat, & cap. 6. ſecundum Dominum, & cap. 4. eum δευτερείων ἠξιῶσθαι, id eſt, *ſecundas honoris partes conſecutum eſſe.* & c. 11. *præſtantiorem quidẽ ipſum eſſe omni Angelica natura,* μείονα δ' ἢ κατὰ τὸ πρῶτον αἴτιον, id eſt, *inferiorem prima cauſa.* Quæ quidẽ loquendi formæ Arianiſmum apertè olent. Vnde etiam Interpres conſultò in hoc poſtremo loco ab Auctoris verbis deflexit, vertitque: *Profectus autem ab eo, qui Pater eſt.* Maluit enim à fidi interpretis officio recedere, quàm ea Latinè reddere, quæ ab Orthodoxa fide diſcrepabant. Illud autem durius, ac longius amandandum, quod eodẽ lib. 5. cap. 8. *Patrem Filij Deum, ac Dominum eſſe dicit.* Falſiſsima enim eſt hæc propoſitio. Dei quippe ac Domini vocabula, quemadmodũ eſt apud Gregorium Nazianzenum orat. 2. de Filio, ex eorum numero ſunt, quæ ad aliquid referuntur. Deus enim eorum ratione dicitur, à quibus colitur, & Dominus reſpectu eorum, qui ipſius dominio ſubiecti ſunt. Quorum cum neutrum in Filium cadat (nam Deitatis ratione, nec Patrem colit, nec ipſius imperio ſubiectus eſt) abſurdum planè eſt, Patrem Filij Deum, ac Dominum dicere. Ariana ergo cenſenda eſt huiuſmodi propoſitio, qualis illa, qua impius Eudoxius conciones ſuas auſpicatus fuiſſe traditur: πατὴρ ἀσεβὴς, υἱὸς εὐσεβής. Eiuſdem farinæ eſt, quod eodem libro cap. 4. *vnum ſolum verum Deum, quiq; propriè ita appelletur, Patrem eſſe* ait: *ſecundum* autem, hoc eſt, *Filium, participatione duntaxat veri ſocietatem conſecutum eſſe.* Ac paulò poſt, *eum, poſt Patrem, tanquam Deum* honorandum eſſe, propter inhabitantem in ipſo Deum. Quæ quidem locutiones nihil minus, quàm Orthodoxæ ſunt. Quis enim æquis auribus accipiat, Filium poſt Patrem, ac non potius cum Patre colendum eſſe? Quis item, ob id demum colendum eum eſſe, quod Pater in ipſo habitet? Quis rurſus id quod aliquantò pòſt ait, eum ſolum propriè Deum dici poſſe, qui Deitatem à nemine acceperit? Quid denique illud, Filium propter Patrem θεοποιεῖσθαι, id eſt, Deum effici? Nec minus reijciendum eſt, quod cap. ſeq. eundem, ὑπουργὸν τοῦ πατρὸς, eſſe ait, ὥστε ἐπικελευομένου τοῦ μείζονος δημιουργεῖν. quod tamen emollire ſtuduit interpres, dum μείζονος vertit, *illius.* Nam quod cap. 6. vbi nihilo magnificentius ac præclarius de Filio loquitur, ex his Iſaiæ verbis; *Dominus miſit me, &c. inferiorem eſſe Patre Filium* probare nititur, nullo modo ei aſſentiri poſſum. Ad Diuinam enim naturam hæc verba refert, quæ de humana natura accipienda ſunt. Etenim humanæ naturæ, ac non Diuinæ reſpectu Chriſtus eo loco Patrem Dominum appellat. Quin, ne Chriſtus quidem, vt annotat Baſilius lib. 4. aduerſus Eunomium, vnquam in Euangelio Patrem Dominum appellat, ſed Patrem duntaxat.

Nec

Nec verò eod.lib.c.17.ei magis aſſentiri poſſum,cum illud,*Vt cognoſcant te ſolum Deum verū* ſoli ingenitæ creaturæ conuenire ait,quaſi videlicet Filio,quoque, ac Spiritui ſancto nō item conuenire queant. Multo enim rectius,& Baſilius,lib.4.contra Eunomium, & Nazianzenus, Orat.2. de Filio,id dictum fuiſſe volunt ratione, ac reſpectu falſorum Deorum,quales à Gentilibus colebantur.

Poſtremò in Præfat. lib. 6. Filium δευτέραν μετὰ τὸν πατέρα οὐσίαν dicit: quod quidem à veritate apertiſſimè abhorret. Vnde etiam interpres maluit ita vertere;*alteram autem præter illum,& cum illo perſonam,*quàm Græca ad verbum reddendo, prauam,atque à vero diſſidentem ſententiam exhibere.

Præter hanc verò Cenſuram , idem ipſe Iacobus Billius , quid in libro de Demonſtratione Euangelica tam Græco , quàm Latino corrigendum exiſtimauit, ſcripſit his verbis.

Quoniam ea quæ aduerſus Orthodoxam fidem facere videbantur, ſuperiore c.oſtendimus,nunc iam quid in eodem Euſebij opere,tam Græco,quàm Latino corrigendū videatur,paucis indicandum eſt. Primum igitur,vt Grçcis manum admoueam,lib.1.c.6.in his verbis : διὰ τινων ἀπορρητοτέρων ἰδιά συμβόλων τὴν κατ᾽ αὐτὸν θρησκείαν ἐπιτελεῖν νομοθετήσας haud paulo lubentius ἢ διὰ legerim, quàm ἰδιά. Cap. 10. vbi habetur οὐδ᾽ ἀνθρωπίνως κεκινημένων κατὰ θείαν δ᾽ ἐπίνοιαν; quin ἐπίνοιαν legendum ſit,equidem minimè dubito. quemadmodum etiam legit interpres.Sed & eodem,hoc eſt vltim. c. in his verbis,ἁμαρτία μὲν ὑπὲρ τῶν ἁμαρτωλῶν τοῦ κόσμου κατάρα δὲ ὑπὲρ τῶν ἐμμενόντων πᾶσι τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ Μωσέως λογῳ, apertiſſimè liquet ante ἐμμενόντων,negatiuam particulam collocandam eſſe. Alludit enim ad illud Scripturæ: *Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in lege,* aitque Chriſtum hanc execrationem ab ijs ſuſtuliſſe,qui à legis Moſaicæ iugo ad Euangelicam vitam ſeſe tranſtulerant. Iam lib.1.c.penult.quis non hoc facile mihi concedat,vt in his verbis; ἐπιτρεπτικοὶ πάσης ἐκθέσμου,καὶ θηριώδους διαίτης;ἀνατρεπτικοὶ potius legam?cū de ſanctiſſimis Chriſti legibus ſermo habeatur. Quis non item illud, vt in vltimi capitis fine, nonnihil hæc verba immutem,κατὰ Χριστοῦ φρονεῖν αὐχοῦντες,ac legem,καὶ τὰ Χριστοῦ,cum hic de Chriſtianis Euſebio ſermo ſit. Sed & aliud mendum eſt in li.4.c.6 quod ab interprete minimè animaduerſum,erroris anſam ipſi porrexit. Secutus enim Græcum codicem, qui habet οὐδένα τῶν ἐπὶ γῆς μεῖναι ἂν ἀδιάφορον, ſic vertit: *num liberum ſit,atque indifferens,earum rerum, quæ ad terram pertinent,cuipiam permanere;*cum tamen dubium minimè eſſe poſſit, quin ita vertendum fuerit: *Neminem mortalium interitus expertem fore.* ἀδιάφθορον enim in Græco legendum eſt, vt ſenſus ipſe manifeſtiſſimè oſtendit. Nam quod eodem lib.c.15.hæc verba, ἔλεον δὲ τῶν οἰκτῶν ἐν τούτοις ἀκούει,negantem particulam deſiderent,extra cōtrouerſiam eſſe puto. Ac ne illud quidem mihi excuti poteſt,quin ſequenti c.in explicatiōe loci illius 1.Reg.*Ecce dies veniunt,* error etiam in Græco obrepſerit,vbi enim habetur, εἰς τὰ περὶ τῆς τῶν βρωμάτων ἀδιαφθορίας, καὶ τὰ περὶ ἑορτῶν, καὶ νεομηνιῶν,&c.pro ἀδιαφορίας legendum διαφορᾶς. Neque enim lex vetus ciborum ἀδιαφορίαν habebat,ſed diſcrimen,ac delectum.Iam lib. 6.ca.20. quin τοπικῶς ἐπιβαίνειν μέρει τινὶ τῆς γῆς, legi debeat,non τροπικῶς, vt excuſum eſt,clarius eſt,quàm vt demonſtratione indigeat, At verò c.4.in his verbis,ὡς καὶ Ἱερουσαλὴμ πᾶν τὸ θεοσεβὲς τόπισμα, vulgatā lectionem retineo.Neque enim hic neceſſe habuit interpres πολίτευμα emendare:vertit enim *pium ac religioſum ciuile inſtitutū.*Cum τόπισμα ideſt, τόπος, huic loco rectius quadrat: Reliqua errata emendata perfacilia ſunt.Nempe lib.7.c.4.ἀρεστῶν θεῷ βιοῦντα non ἀρετῶς, vt in libris editis,& pag.232. οὐ ἐπὶ τῆς γενέσεως,non γνώσεως,& p.292. ἐναγέρατος,non ἐναργέρατος. Nunc ad Latina veniamus,quę ſanè in editione Baſileenſi pleriſque locis valde corrupta ſunt. Nos ea quę auctoris ſenſum perturbāt,breuiter oſtendemus,ac corrigemus li.1.c.6.vitioſè legitur;*Simulachrorum cultu introducto,*pro *interdicto.*Et paullo poſt *in Patre* pro *in parte.* Lib.3.c. 6.pro, *euidentibus rebus,omnemq; aperientibus rationem,*lege *operientibus Sermonem.* Græcè καλυπτόντων, vt ſępe Chryſoſt.loquitur,ἀποκρυπτόντων,ideſt,*ſuperantibus.*Cap.7.in his verbis: Imperium Romanū *euaſiſſe,*lege,*inuaſiſſe,*vt etiam linea ſequenti *nulla mercede,*pro,*vlla.* Vltimo c.pro *Lyciam,*repone *Libyam,* Lib.4.c.10. pro *indigenti,*lege *ingenti.*Cap.15. pro *princeps factus, particeps factus,*& ſub finem *conſeſſor,*non *confeſſor.* Lib.5.in Præfat.pro *omnia,* lege *omina.* Ac non multo poſt pro,*Namq; homines quiduis à Dijs,&c.*emenda,*quibus à Dijs.*Cap.5. *Interitionibus* legendum, non *interioribus.*& paulò poſt, *concordat ſacrum,*non,*concordiæ,*Lib.6.c.1. pro *contradictionem* lege *contractionem,*Græcè, ὑποστολὴν Cap.2.pro,*vultus,vult is.* Cap.15. *qui ruſo mouebitur,*adde, *equo.* Cap.16.lege *quæ diſpoſuit,*non,*quas diſpoſuit.* Cap. 18.lege , *extremum pertulit caſum,*non *cauſam.*C.20.lege, *quorumue regum,*nō *regnum.*Et paullo poſt,*Domino præſente.* Hæc ſunt quæ in Baſileenſi editione carptim emendauimus;reliquum eſt, vt loca quædam in quibus Donatus interpres Euſebij mentem non ſatis aſſecutus fuiſſe videtur, in medium pro-

Errata editionis Baſileēſis

In Donato interprete Euſebij obſeruata.

proferamus.lib.1.cap.5.Hęc verba τίς ἂν ὁ δηλούμενος εἴη πλὴν τοῦ πρὸς ἡμῶν μετὰ τὸν πατέρα κυριολογουμένου θεοῦ λόγου. Latinè ſic reddita ſunt: *Quis tandem hic, qui ſic viſus eſt, alius fuerit præter Dei Verbum, quod ſeipſum ad tempus de propia magnitudine demiſerit, vt alibi quoque dicendum eſt.* Quam autem hæc cum Græcis conſentiant viderint, qui vtriuſq; linguæ cognitione præditi ſunt. Sic autem potius vertendum erat. *Quiſnam autem alius eſſe queat ille, qui hic ſignificatur, quàm Deus Verbum, qui à nobis poſt Patrem Domini vocabulo appellatur?* Cap. 6. ὡς εἶναι τὴν καὶ νέαν διαθήκην οὐδ᾽ ἄλλην τῆς ἐκείνης τῆς ἀρχαιοτάτης τῶν Μοσέως χρόνων εὐσεβοῦς πολιτείας. Donatus, *Ne Teſtamentum nouum aliud eſſe putemus, quàm antiquiſsmam illam Moſaicorum temporum coniunctam ciuilem rationem.* At hoc loco non animaduertit, ſuperlatiuum comparatiui loco ab Euſebio vſurpatum fuiſſe huc enim toto hoc cap. tendit, vt oſtendat eam vitę rationem, quam lex Euangelia præſcribit, eandem eſſe cum illa, quam antiquitus, atque ante Moſaicæ legis tempora pij viri ſequebantur: quemadmodum oſtendit ex eo vitæ genere quod Iob profitebatur. Non longè infra de Moyſis lege loquens, αὐτοῖς δὴ τοῖς τοῦ Ἀβραὰμ ἀπογόνοις, μὴ οἵοις τε οὖσιν ὁμοίως τοῖς προπάτορσι κατορθοῦν, τὸν ὑποβεβηκότα καὶ ἀτελῆ βίον παρεδίδου, ideſt, *ipſis inquam ortum ab Abrahamo trahentibus, vt qui non tam æquè ac maiores ſui omnes virtutis numeros abſoluere poſſent, inferiorem atque imperfectam vitæ degendæ rationem tradebat.* Donatus autem ſic vertit. *Ipſis Abrahæ nepotibus, & ab eo ortum trahentibus qui non quemadmodum ipſi Patres ſuam quæ ſubſecuta eſt inferiorem vitam ſuam dirigere poterant, tradita eſt.* In quo iccirco fallitur, quod κατορθοῦν iungit cum βίον, quod tamen hic abſolutè legendum eſt. Nam accuſatiuus ille perſpicuè ad verbũ παρεδίδου referri debet. Sequitur mox in Græco, ἀφίστη μὲν αὐτοὺς ὁ Μωσῆς τῆς ἀθέου πολυθείας, ἀνῆγε δὲ ἐπὶ τὸν πάντων δημιουργὸν θεὸν, πρῶτον ἐκεῖνον βαθμὸν εὐσεβείας, ὡς ἐν εἰσαγωγαῖς, καὶ προθύροις τῶν τελεωτέρων προβεβλημένος. Quæ poſtrema verba ita tranſtulit Donatus: *Perfectiorum illorum vitæ ingreſsibus, & veſtibulis pietatis obijciens.* Ego verò ſic: *Primum illum pietatis gradum velut in perfectioris vitæ elementis ac veſtibulis præſtruens.* Neque enim hoc vult Euſebius, Moyſem perfectiſſimam illam priſcorum hominum vitæ rationem Iſraelitis pro poſuiſſe, ſed eos ad illam quaſi gradibus quibuſdam prouehere ſtuduiſſe; quorum primus in eo ſitus erat, vt eos ab impia Deorum multitudine abductos, ad veri ac ſempiterni Dei cultum conuerteret. Sed & vlt. cap. eiuſdem libri, vbi rationem reddit Euſebius, cur legis Moſaicæ tempore animantia Deo in ſacrificium offerrentur, non ſatis commodè hæc verba tranſtulit Donatus, τῆς σφῶν ψυχῆς ἀντίψυχα προσκομίζοντες *vt ſuæ ipſorum animæ ſacrificium illud comparantes.* Sic enim potius hæc verti debebant: *pro anima ſua piaculo eam offerentes.* Conſimilem in modum lib. 3. cap. 3. in fin. hallucinatus fuiſſe videtur in his verbis: ἐξ ἡμῶν ἀφελόμενοι. Vult enim auctor Porphyrium, & Apollonium Tyanæum, alioſque generis, multa à Chriſtianis ſuffuratos eſſe, vt qui Chriſti temporibus longè recentiores extiterint. At interpres ita vertit, ac ſi in Græco eſſet, ὠφελούμενοι. quemadmodum etiam cap. 6. interpretando labitur, dum ſub finem capitis, non animaduertit, hæc verba τῇ λογικωτέρᾳ μεθόδῳ ad verbum ἐπιθέσθαι referenda eſſe. Sic enim cap. ſequenti τὸ ἐν νεκροῖς θεολογεῖν, vertit, *de eo qui mortuus eſſet nouam Theologiam proferre.* Ego autem ad hunc potius modum: *eum qui mortem obierat, Deum aſſerere, ac prædicare.* θεολογεῖν enim hoc loco, nil aliud ſignificat, quã θεὸν λέγειν. Cap. vlt. ξενοφωνεῖσθαι, transfert, *aliena lingua vti,* cum potius de his vocabulũ iſtud vſurpetur, quorum auribus res quædam nouæ, atque inuſitatæ ingeruntur; quales tũ erant illi, apud quos primum Apoſtoli de fide Chriſtiana orationem habebant. Iam lib. 4. c. 9. hæc verba τῆς οἰκείας λήξεως ἀποπεπτώκασι. vertit Donatus *proprium vocabulum amiſerunt.* Ego autem, *propriam Sedem. De malis Angelis* auctor loquitur, *qui ſede ſua exciderunt.* Libro 5. non longe ab initio. ποῖα δὲ τὰ περὶ τῆς ἀνθρωποθυσίας νενομισμένα; ideſt, *in vſu atque conſuetudine poſita erant.* At interpres ita: Qualia verò, quæ de humanis victimis feruntur cenſenda? quemadmodum etiam linea ſequenti vertere maluiſſem: *Eccui tandem rei malæ abſurditatis exuperantiam reliquerunt?* quàm vt ille vertit, *Num igitur vlla re praua locum nouæ abſurditati reliquerunt?* At illud grauius, quod aliquanto poſt hæc verba, οὐδεὶς γοῦν αὐτῶν πώποτε ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις, ὡς ἐπ᾽ ἀκολάστοις καὶ μηδὲ σώφροσιν ἀνθρώποις ἁρμόζουσι φρονεῖν, ἢ λέγειν τὰ τοιαῦτα ἀγανακτήσας φαίνεται, ad hunc modum tranſtulit. *Certè nunquam eorum quiſquam ſe contra homines indignatione correptum eſſe contendit, quod qualia à nobis dicta ſunt, talia ipſis aut cogitando, aut dicendo quaſi nequitiæ plena, neque vlla modeſtia referta tribuerent.* Sic enim aptius fortaſſe reddi poſſent: *Nemo quippe eorum ab ea, quæ dicta ſunt, tanquam ob libidinoſa atque obſcœna, & quæ ne pudicis quidem hominibus ſentire, aut loqui par ſit indignatione commotus fuiſſe videtur.* Et paulo inferius: κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ οἱ μετ᾽ αὐτὸν προφῆται πάρεργον μὲν, εἴπου τι τῶν ἐφημέρων ἐζητεῖτο καὶ τοῦτο προύλεγον τοῖς ἐρωτῶσι, τὸ δὲ κεφάλαιον τῆς προφητείας ἐπὶ μεγάλης συνετελεῖτο. ideſt, *eodem quoque modo prophetæ, qui poſt ipſum extiterunt, obiter quidem, ſi quid eorum quæ ad quotidianum vitæ vſum pertinerent ab his quæreretur, id quoque ſciſcitantibus prædicebant, at Prophetiæ ipſorum cardo in rebus magnis verſabatur.*

Neque

Neque enim placet Donati verſio: *Ad eundem quoque modum etiam Prophetæ, qui poſt illum extiterunt. Ceterum extra propoſitum exiſtimetur, ſi quid eorum quæ in diem quæri ſolent, &c.* Cap. 1. δύο γ᾽ ἂν οὕτως ἀγεννῆτα εἶεν, τὸ προβεβληκὸς, καὶ τὸ προβεβλημένον. Donatus: *Sic ſanè duo ingenita eſſent; vnum, quod proieciſſet: alterum, quod proiectum eſſet.* Mallem; *Vnum quod produxiſſet, alterum quod productum eſſet,* προβάλλειν enim cum de Patre dicitur, *emittere*, vel *producere* verti debet, non *proÿcere*, neque enim aptè dici poteſt, Filium à Patre proiectum fuiſſe. Ac ne quidem niſi rariſſimè προβάλλεσθαι dicitur filius. Nam illud propriè Spiritui Sancto tribuitur, quemadmodum, & ἐκπορεύεσθαι. nam Filio γέννησις, & γεννᾶσθαι peculiariter tribui conſueuerunt. Cap. 9. οἱ γὰρ τῷ Ἀβραὰμ ἐπιξενωθέντες ἐπὶ γραφῆς ἀνακείμενοι, δύο μὲν ἑκατέρωθεν, μέσος δὲ ὁ κρείττων ὑπερέχων ἐν τιμῇ. *Hi ab Abrahamo hoſpitio excepti ſunt, ſic in pictura proſtant, vt duo quidem vtrinque exiſtant; medio autem loco ſublimior, atque honore præſtantior:* nam hoc loco perſpicuè labitur interpres, dum ita vertit: *qui enim ab Abraham hoſpitio ſuſcepti ſunt vt habet ſcriptura, recumbentes erant. &c.* γραφὴ *enim* hic picturam, non ſcripturam ſignificat. Vult enim Euſebius apparitionē illam, quæ olim Abrahæ contigit, ſuo etiam num tempore depictam cerni. Cap. 20. ἡμεῖς γὰρ οὐκ ἄλλως ταυτὰ φαμὲν συνίστασθαι &c. Donatus: *Nos enim non aliàs hæc dicimus extitiſſe.* Ego, *cohærere* vel *confirmari*. Aliquanto inferius, ὡς καὶ φιλτάτους διὰ ξιφῶν χωρεῖν, i. *adeo vt etiam chariſſimi manus inter ſe conſererent.* Galli, de facon que les plus grands amys en vindrent iuſques aux couteaux. Donatus vertit: *Adeo vt etiam chariſſimos ſibi gladÿs transfigerent.*

### *Duo loca in eodem Euſebÿ Opere ab interprete omiſſa, Latinè redduntur.*

Antequam ab Euſebio diſcedam, duo loca ſupplere libet, quæ interpretatione Latina prætermiſſa ſunt. Etenim li. 5. c. 3. poſt hæc verba: *æternumque Patris Sacerdotē,* hæc ex Græco addenda ſunt. *Primum igitur aduerte, quod bis iam genitus à Deo fuiſſe dictus eſt. Ac quoniam Prophetarū Vaticinia Diuino Spiritu nobis dicta fuiſſe credimus, vide an nō ipſe Spiritus ſanctus, qui in Prophetia eſt, ſui ipſius ſecundū Dominū poſt vniuerſorū Dominū appellet. Dixit enim,* inquit, *Dominus Domino meo ſede à dextris meis. Sanè Hebræi primum Dominum vt generatim omnium herum, ineffabili vocabulo, quod quatuor literis conſtat, appellabant. Ac proinde meritò Saluator, ac Dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei, cum aliquādo à Phariſæis quæſiuiſſet; Quid vobis videtur de Chriſto? Cuius filius eſt? dixiſſentque, Dauid, ſubiunxit. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum, dicens: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis? propemodum ſcilicet vocem eam exponens, vt quæ ipſum non modo Dauidis Dominum prædicaret, ſed etiam ſpiritus illius, qui in Propheta verſabatur. Quod ſi Propheticus hic Spiritus, Spiritus ſanctus eſſe à nobis creditur, hunc certè Dominum eſſe confitetur, quem Patris confeſſorem eſſe docet. Nec verò abſolutè, ſed ſui quoque ipſius Dominum cum dicit. Quanto ergo magis hoc dixerint ratione, ac mente præditæ Poteſtates, quæ Spiritu ſancto inferiores ſunt, atque omnes, tam quæ in corporibus cernuntur, quàm quæ corpore vacāt creaturæ, quarum omnium optimo iure Dominus eſſe demonſtrari queat ille qui ſolus eodem, quo Pater, ſubſellio ſedet, per quem omnia facta ſunt? quandoquidem vt ait admirandus Apoſtolus, in ipſo cōdita ſunt omnia tam quæ in cœlis ſunt, quam quæ in terra, ſiue viſibilia, ſiue inuiſibilia. Quare conſentaneū eſt eum ſolum paternæ ſimilitudinis prærogatiuam habere, quippe qui etiam ſolus cum Patre conſidere declaratus ſit. Ex quo illud perſpicuum eſt, nulli eorum, quæ genita ſunt, fas eſſe omnipotentis Imperÿ, ac Regni dexteram ſortiri, præter eum vnum, qui variè, ac multipliciter, per ea, quæ ante diximus, Deus prædicatus eſt.* Hæc ſanè à Donato Veronenſi conſultò præterita fuiſſe ſuſpicor, quòd hinc Spiritus ſancti maieſtatem nimium imminui deprimique cerneret. Quonā enim modo Spiritus ſancti cum filio æqualitas conſtabit, ſi eum Dominum appellet? Quis autem non vidit, quā detortè hæc verba exponat Euſebius: ſi ergo Dauid in ſpiritu eum vocat Dominum: quę cum perinde valeant, ac ſi dixiſſet Spiritu ſancto efflatus, ille tamen hinc collegit, ipſummet Spiritum ſanctum Dominum ſuum Filium appellare: quo nec falſius, nec abſurdius quicquam cogitari poteſt. Ego verò hunc locum eo nomine vertendum duxi, vt Lector intelligat, meliorem ſibi in Trinitatis materia cognoſcenda Doctorem quærendam eſſe, quam Euſebium. Hinc enim & Patrem Dominum Filij, & Filium Dominū Spiritus ſancti apertè aſſerit: quod quidem credere quid aliud eſt, quam horrendæ impietatis crimine ſe aſtringere? Sed iam ad alterum locum veniamus, alter locus in quo quædam tranſilijt interpres. Is eſt lib. 7. c. 1. cuius initium tale eſſe debet. *Incredulitatis Iudaicæ gētis in Chriſtum prædictio, ſignumque, quod ipſis à Domino dabatur. Erat autem huiuſmodi: Virgo Deum gignēs, ob cuius ortum omnimoda Iudaicæ nationis euerſio prædicebatur, & quo pacto alienigenæ, & hoſtes terram eorum occupaturi erant: & quomodo ea quæ prius deſerta erat, Diuinum cultum conſecuta, vberes fructus allatura erat: ſic videlicet indicata Eccleſia, quemadmodum diuinus Euangeliſta, &c.*

Ex

## *Ex Bellarmino Cardinali.*

Apud Euſebium lib.2. hiſtor.ca. 1.habentur ex Clementis lib.6.Diſputationum hæc verba: *Petrus, Iacobus, & Ioannes poſt aſſumptionem Saluatoris quamuis ab ipſo fuerint omnibus penè prælati,tamen non ſibi vendicabant primatus gloriam, ſed Iacobum,qui dicebatur Iuſtus Apoſtolorum Epiſcopum ſtatuunt.* Reſpondet igitur Bellarminus Car.locum Euſebij ſine dubio eſſe corruptum. Nam & ſi in Baſileenſi codice verſionis Ruffini,habeantur ea verba,tamen in codice Colonienſi ab homine Catholico verſo,& edito, non habetur nomen *Primatus,*& pro illis verbis *Apoſtolorum Epiſcopum,* habetur *Hieroſolymorum Epiſcopum,* quæ lectio cohæret inprimis cum Nicephoro ita hunc locum citante lib.2.cap.3.necnon cum eiuſdem Euſebij ſententia,qui in eodem lib.2.cap.14.hiſt. dicit, *Petrum fuiſſe Apoſtolorum maximum, & primorum principem:* cohæret deinde cum Græco codice Vaticanæ Bibliothecæ,tum etiam Pariſienſi nuper edito.

Porrò Euſebium Caluinus,& Kemnitius aiunt in hiſtoria lib.5.ca.17. ſcripſiſſe ex Apollonio *primum* fuiſſe Montanum,qui leges ieiunij impoſuerit. At vox illa *primum* additio eſt hæreticorum.Nam neque habetur in textu Græco Euſebij,nec in editionibus Latinis,excepta Baſileenſi. Vide Bellarm.li.2.c.9.de bonis operibus in particulari.

Bellar. lib. de Laicis cap. 4. quintæ Controu.

In hiſtoria item Eccleſiaſtica Euſebij à Ruffino verſa habetur, Conſtantinum per ſoporem vidiſſe ſignum Crucis in Cœlo,& deinde Angelos ei dixiſſe: *In hoc vince.* At lib. 1. de vita Conſtantini, Euſebius refert in itinere eum corporeis oculis vidiſſe ſolum ſignum Crucis cum illis literis IN HOC VINCE & idem ſignum à toto exercitu conſpectu, & noctu poſtea ei apparuiſſe Chriſtum,qui myſterium explicuerit, atque hæc omnia ſe ab ipſo Conſtantino audiuiſſe. Itaque veriſimile eſt, quod in hiſtoria habetur à Ruffino additum fuiſſe.

## *Ex Baronij Cardinalis Tomo III. ſub annum CCCXI. & alibi.*

Apud Euſebium,quę appoſita eſt narratio de martyrio Syluani,Emeſæ Epiſcopi,Petri Epiſcopi Alexandrini , & Luciani presbyteri Antiocheni, alterius potius Auctoris, quàm Euſebij eſſe putatur.

*Poſt hæc* (inquit) *ſequitur narratio de martyrio Syluani Emeſæ Epiſcopi, Petri Epiſcopi Alexandrini, & Luciani presbyteri Antiochiæ, quam quidem alterius potius Auctoris, quam Euſebij eſſe putamus, niſi velimus eum ſibi ipſi eſſe contrarium, & turpiter hallucinatum, cum* (vt dictum eſt) *tam aſſeueranter antea teſtetur, Petrum Alexandrinum nono perſecutionis anno ſub Diocletiano excitatæ paſſum eſſe, duodecimq; tantum annos ſediſſe, eorumq; tres ante perſecutionem in pace tranſegiſſe.* At in edicto quod refert à Maximino pro Chriſtianis promulgato,deprauatè legitur *Maximinus* pro *Maximiniano,* & *Conſtantius* pro *Conſtantino.*

A lege etiam ipſa corrigitur Euſebius, dum ait conſtituiſſe Conſtantinum teſtatorē poſſe ſine ſcripto vltimam voluntatem ſuam teſtatam reddere , nam non eouſque progreſſa eſt lex.Reliqua vero plura ſunt, quæ vel & nos attigimus ſupra, vel in eiſdem Baronij annalibus cerni poterunt. Qualia de ſuperadditis nomine Euſebij aliquibus ad finem eius hiſtoriæ.

De errore Chronici eius de tempore creationis Cæſarum filiorum Conſtantini.
De litteris eius veneni plenis ad Conſtantinum Auguſtum,
De mendoſo Chronico.
De annis Conſtantini.
De fraude in profitenda Nicæna fide.
De eius falſa pœnitentia.
De eius vafricie in ſcribenda hiſtoria Nicæni Concilij.
De corruptis ab eo Conſtantini edictis.
De inuerſione temporum.
De falſitate in hiſtoria de Euſtathio.
De fictione, quòd laudatus ſit à Conſtantino.
De eius electione in Epiſcopum Antiochenum à parte Arianorum.
De appetitu laudis.
De varijs teſtimonijs illius Apoſtaſiæ.
De eius profuſione in adulãdo, vnde & corruptus eſt à Conſtantino.
De infida eius hiſtoria.

## *Ex Franciſco Ribera.*

Ribera in Malach.cap.3.num.2.cum reieciſſet deliramenta Hebræorum de Angelo, quæ ibidem Deus profitetur , & tum Angelum Ioannem Baptiſtam Chriſti teſtimonio aſſeruiſſet, ſubiunxit illud, diuinare non poſſum,quid in mentem venerit Euſebio Cæ-

ſarienſi,vt cum tam præclara extarent Euangeliſtarum teſtimonia de Ioan.Baptiſta,non dubitauerit ſcribere lib.5.de demonſtr.Euang.c.28. *Hunc Angelum, quem mittit Deus ante faciem ſuam,eſſe Chriſtum.*

EVSEBIVS cæcus,de quo hæc Caſſiodorus Inſti.Diuin. Lectionum, cap. 5. *De Didymo, quod ferebatur, mihi penè impoßibile videbatur eſſe, cum legerem, niſi de partibus Aſiæ quemdam ad nos venire Euſebium nomine contigiſſet,qui ſe infantem quinque annorum ſic excæcatum eſſe narrabat, vt ſiniſtrum eius oculum excauatum orbis profundißimus indicaret, dexter verò globus vitreo colore confuſus, ſine videndi gratia infructuoſis vſibus voluebatur.Hic tantos Auctores, tantos libros in memoriæ ſuæ Bibliotheca condiderat, vt legentes probabiliter admoneret, in qua parte codicis, quod prædixerat, inuenirent. Diſciplinas omnes,& animo retinebat,& expoſitione planißima lucidabat.* & poſt alia, de eius lucubrationibus ait: *Quem tamen adhuc Nouatianæ prauitatis errore detentum, miſericordia Domini ſuffragante, rectæ fidei credimus illuminatione complèdum,vt quem ſcripturas ſuas animo fecit diſcere,iubeat Catholicæ fidei integritate pollere.*

EVSEBIVS Cremonenſis (ait Trit.) monachus,qui claruit anno 420.& diſcipulus B. Hieronymi presbyteri,ſcripſit ad Damaſum Portuenſem Epiſcopum, & Theodoſium Senatorem Romanæ vrbis,ſatis elegans & prolixum volumen:
De tranſitu Sancti Hieronymi, lib.1. *Reuerendißimus.*
Vide tamen in verbo, Hieronymus Stridonenſis.

EVSEBIVS Emiſſenus non is eſt, cui Homiliæ inſcriptæ illius nomine & aſcriptæ ſunt, & excuſæ:Nam ille fuit Epiſcopus Emiſſæ oppido vicino Alexandriæ in Aegypto & quidem Arianus.Hic autem ſcriptor,fuit Epiſcopus Lugduni, vt ipſe oſtendit multis in locis.Nempe in Hom.de S.Blandina Lugdunenſi,S. Ephipodio,& Alex.Lugdunenſibus,S. Geneſio Arelatenſi.

Deinde ille vixit tempore Conſtantini,& fratrum ante D.Hieronymum,hic non lõge poſt,ſcilicet,circa tempora Valentiniani,& Theodoſij minoris natu, habet Sermonẽ de S.Maximo Epiſcopo Regienſi,Secundo Abbate Lirinenſi,ibique mentionem facit S. Honorati primi Abbatis Lirinenſis,& poſtea Epiſcopi Arelatenſis,ad quem Honoratum ſcripſit ſeptem Collatiões Io.Caſſianus, qui eodem tempore,& iiſdem in locis vixit.De Honorato tanquam eiuſdem ætatis meminit Eucherius Lugdunenſis.Honorati denique vitam ſcripſit Hilarius Arelatenſis eius in Epiſcopatu ſucceſſor. Qui omnes cum eadem ætate vixerint,ſcilicet ſub Valentiniano,& Theodoſio minore,& hic horum mentionẽ habeat,non potuit eſſe,niſi his tempore inferior,aut certè æqualis.

Deinde Sermonem habet de Latina triduana,quàm à Mamerco Viennenſi per hæc tẽpora conſtitutam eſſe conſtat,pariterque de Barbaris,quos tunc in Romano Imperio,& in Gallia bellum geſſiſſe certum eſt.

Ex his & quia ſe teſtem vitæ diſcipulum,& filium B.Maximi pronunciat,crediderim has Homilias eſſe vel Sancti Eucherij Lugdunenſis Epiſcopi,qui hac ętate floruit,& multa alia huiuſmodi ſcripſit,vel certè alterius,qui illi proximus fuerit in Epiſcopatu,& virorum ſanctiſſimorum,quos diximus fuerit ſodalis.

Præterquam quod ea etiam ratione non poteſt eſſe Euſebius quia ille Græcè ſcripſit, cum reperiantur eius pleraque fragmenta in Catenis Græcis. Huius autem ſtylus nõ eſt quidem eius,qui interpretatus ſit Græca,ſed qui ipſe Latina ſcripſerit.

Quia verò illum,qui hunc librum imprimendum curauit,maximè mouit Homilia 5. in Paſcha,ea etiam non poteſt eſſe Euſebij Emiſſeni, quia loquitur aduerſus Pelagium, qui multo poſt tempore fuit D. Auguſt.ætate, hoc autem non aduerſatur illi, quem auctorem credimus.

Quia dubitat ille de Homilijs ad monachos,illas in Inſula monaſterij Lirinenſis habitas eſſe conſtat ex Hom.5.inter eos,& 9.in qua ſe ad illas acceſſiſſe ait, ad quorundam Monachorum negligentias corrigendas.

Vltima verò libri Homilia videtur habita coram alio maiori Epiſcopo fortè Metropolitano ipſo Hilario Arelatenſi. Vide in verbo,Eucherius.

EVSEBIVS Epiſcopus Mediolanenſis,Pont.Leonis familiaris, pro fide Catholica cõtra hæreticos fortiter pugnãs,& ſcribens;fertur nonnulla edidiſſe Opuſcula, ſed ad notitiam meam non venerunt.Vidi enim vnam eius duntaxat Epiſtolam, quàm in cauſſis fidei ſcripſiſſe dicitur.Claruit an.Dom.450.Trit.
Ad Sanctum Leonem Papam,epiſt.1.

EVSEBIVS quidam, qui Epiſcopus fuit dignitate, & vt inquit Photius *fide Orthodoxus.* Scripſit aduerſus Andream quemdam hæreticum, qui contra veritatem Diuinæ ſcripturæ, & Patrum, inter alias hæreſes, dicebat Chriſti corpus fuiſſe immortale, &

impaſ-

Digitized by Google

impaſſibile, etiam ante Reſurrectionem. Plura ex Euſebio illo Photius ibidem in Bibl. Græca, pag. 176. num. Græco.

Evsebivs natione Sardus, & ex Lectore Vrbis Romanæ Vercellenſis Epiſcopus, ob confeſſionem fidei à Conſtantio Principe, Scytopolim, & inde in Cappadociam relegatus, ſub Iuliano Imperatore ad eccleſiam reuerſus, edidit in Pſalmos Commentarios Euſebij Cæſarienſis, quos de Græco in Latinum verterat. Mortuus eſt Valentiniano, & Valente regnantibus. Hæc Hieronymus in Catalogo.

Is verò dum eſſet in exilio, Epiſtolam ſcripſit ad presbyteros, & ad plebes quaſdam Italiæ, De ſtatu ſuo, & vita; quæ epiſtola incepit: Dilectiſſimis fratribus, &c. Quæ cum extaret in libro antiquiſſimo Mediolani edita, inſerta item fuit à Margarino Bignæo Bibl. SS. PP.

Evsebivs Priolus Venetus. Ord. Camaldulenſium, de Mundi miſeria lib. I. Carmina item Latina anno 1501. Franciſcus Sanſouinus.

Evsebivs Valentinus Mutinenſis, Monachus S. Io. Euangeliſtæ Parmæ, Congregationis Caſſinenſis (aliàs S. Iuſtinæ de Padua) qui claruit ann. 1560. Vir ſpectatæ probitatis, atque doctrinæ, Poetaque noſtri temporis haud mediocris, ſcripſit quæ excuſa ſunt Romæ an. 1589. in 3. Tom. Poëmatum Proſperi Martinengi, videlicet

De quadruplici Aduentu Domini, carmen heroicum.
In mortem Domini noſtri Ieſu Chriſti, eodem carmine.
In Sanctam Chriſti Natiuitatem, Hendecaſyllabum.
In eandem Choriambicum.
Hymnum de eadem, verſu Sapphico.
In Præſentationem eiuſdem, Sapphicum.
In eandem Hendecaſyllabum.
In eiuſdem Reſurrectionem verſu Iambico.

Scripſit quoque de S. Io. Euangeliſta, carmen heroicum. De morte Innocentum, ſiue infanticidio, carmen heroicum. In Diuam Ceciliam carmen: eiuſdem nocturnum carmẽ & alia multa Arnold. Vvion.

Evsebivs Epiſcopus Vercellenſis, & martyr dum eſſet in exilio Epiſtol. ſcripſit ad Presbyteros, & ad Plebes quaſdam Italiæ de ſtatu ſuo, & vita, quæ Epiſt. incipit, *Dilectiſſimis fratribus, &c.*

Evstachivs Bononienſis, Ordin. Præd. primò Prouincialis Lombardiæ, deinde Procurator Generalis ſui Ordinis à Caietano Cardin. creatus, ſcripſit in Mag. Sen. Tractatum item de Incarnatione Verbi. Alterum de B. Virgine. Alium de Sanctiſs. Trinitate. Alium de Angelis. Orationes haud paucas. Viuebat anno 1510. Leander lib. 4.

Evstacivs Bonauentura Tritem. qui Eutychius Bonauentura. Vide in verbo, Bonauentura.

Evstachivs Richerius, portẽtoſas (vt inquit Eiſingrenus) opiniones Lutheri præcipuè De Sacramentis retexit, & confutauit anno 1547.

Evstachivs Honorio in Catalogo, eſt Euſtathius, genere Pamphilius, Sidites Hieronymo in libro de viris illuſtribus: Proinde vide infrà.

Evstasivs diſcipulus S. Columbani, iter cuius, cum in exilium duceretur conſcripſit, à quo Ionas, qui vitam S. Columbani ſcripſit, cuncta ſuæ hiſtoriæ adtexuit. Vixit anno 612.

Evstachivs Antiochenus Epiſcopus, poſt res in Concilio Nicæno conſtitutas, Scriptum edidit, quo conſubſtantialem Patri filium defendit. Quem vna cum Anaſtaſio, duos nempe Catholicorum Principes, Ariani in Pſeudoſynodo Antiochiæ habita fictis criminibus ſunt perſecuti.

Evstathii Antiocheni Epiſcopi, & Confeſſoris de anima liber, ſiue oratio: Interpretatio in Pſal. 15. & 92. Oratio in illud: *Dominus creauit me initium viarum ſuarum:* inſcriptiones τῆς ϛηλογραφίας citantur à Theodoreto in Eraniſte.

Evstathivs Beryti Epiſcopus, Apologiam ſiue defenſionem Epiſtolę Leonis Pōtificis Romani Græcè ſcripſit aduerſus Timotheum Elurum, ex quo quod fragmentum ad nos peruenit Græcum m.s. id nos hic bona fide verſum reponimus. Sic autem habet. Cognoſce ex ijs, quæ ſequuntur horum dogmatum limatum, & perfectam rationem. Cũ enim dixiſſet: *Operabatur enim vtraq; forma operante, cum alterius communione, quod habuit propriũ,* ſubiũgit, *Verbo quidem operante hoc, quod eſt Verbi; corpore verò perficiente, quæcunq; erant corporis, cum dixit, Verbo operante auctoritatem, & poteſtatem, & libertatem Diuinitatis ſignificauit. Quæcunque enim ſunt Verbi, hæc ſunt principalia, & regia:* Non ſubiunxit autem corpore operante, ſed perficiente quæ-

*cunq; ſunt corporis,vt tibi ſignificaret,quod corporis ad voluntatem verbi vniti,cuius erat factum proprium mouebatur ſecundum ordinem naturæ,quando hoc placeret Deo Verbo. Non enim ex ſe ipſo ad naturales paßiones ciebatur, aut de ea, quæ extrinſecus accidebant,ſed Verbo promittente Oeconomicè,*

EVSTATHIVS genere Pamphilius, Sidites, primum Beroeæ Syriæ deinde Antiochię rexit Eccleſiam,& aduerſum Arianum dogma componens multa, ſub Conſtantino(Cõſtantio legendum ex ex antiquis m. ss. codicibus) Principe Pulſus eſt in exilium Traianopolim Thraciarum,vbi vſque hodie conditus eſt. Extant eius volumina de Anima,de Engaſtrimytho,aduerſum Origenem,& infinitæ epiſtolæ, quas enumerare longum eſt. Hæc Hieronymus. Ac Sozomenus ita. Euſtathius autem, vti accepi, falſam ſibi obiectã criminationem animo quieto,& tranquillo ideo tulit,quòd illud ſibi fore commodius putauit:vir quidem cum in alijs rebus præſtabilis,& ſpectatus,tum in eloquẽtia iure admirandus quemadmodum ex libris eius,qui extant cognoſci poteſt, in quibus, & vetus loquendi ratio,ſapientes ſententiæ,verborum elegantia, & lepos in rebus explicandis non ſine magna omnium commendatione elucet. Sic quidem Sozomenus lib. 2. cap.10. Sed Baron. Card.addit. *Latinitas autem, quòd ſciam, tanti viri lucubrationum expers, & ieiunia fuit.* Tomo 3.Annal. Sed & aduerſus Arianos conſcriptus eſt liber ab eodem Euſtathio, ad verba illa Prouerbiorum cap. 8. *Dominus poſſedit me ab initio viarum ſuarum.* Citatur autem hic Cõmentarius non rarò à Thodoreto,ſicut & interpretatio in Pſalmos,& alius Commentarius; Liber etiam De Graduum deſcriptione; quos inquam omnes nouit,& citat Theodoretus in ſuis Dialogis. Quòd verò Sigebertus inquiat in Catalogo, Euſtachium in Latinum tranſtuliſſe Hexaemeron Baſilij Cæſarienſis, neſcio de quonam dicat.

Theod. hiſt. lib.1.c.8. & in immutab. Dialog.c.2.3.

EVSTATHIVS Epiſcopus Sebaſtenus. Vide in verbo, Nicopolitanum Concilium.

EVTATHIVS Theſſalonicenſis Archiepiſcopus, non eſt aliquis ſuprà ſcriptorum, neque verò Scriptum vllum,quod ſciam, eccleſiaſticum edidit, vt ad hunc Apparatũ Sacrum pertineat. In libros enim Homeri,& Dionyſij de ſitu Orbis Græcos Poëtas Græcos Commentarios reliquit. Nicetas.

EVSTRATIVS magnæ eccleſiæ presbyter(vt in Græca Bibl.Photius habet)librũ ſcripſit de Beatorum gloria, cum primum ſolutæ ſunt è corporibus; de aliorum item humanis ſpiritibus pro dignitate ſingulorum:deque earum ipſarum Apparitionibus. De vtilitate denique ſacrificij Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, precũ,eleemoſynarum pro defunctis:& alia huc ſpectantia. Vide ibidem in Photio. Præterea de baptiſmo Gamalielis,& Nicodemi. Quæ libro,inquit,fuit adtexta Luciani presbyteri Hieroſolymitani, qui ſcribẽs Encomium in Theodorum martyrem, meminit Luciani presbyteri Hieroſolimitani, cui reuelatio ſunt corpora Gamalielis, Abibi pueri,& Stephani protomatyris, ad cuius thecam miracula ſanitatum edebantur.

EVTHALIVS, incertæ eccleſiæ Diaconus,natione Græcus, vir pius, & eruditus,deſcripſit Græco eloquio breuiſſimum compendium De Pauli Apoſtoli,Vita martyrio,peregrinationibus,locis,& vrbibus,quas peragrauit,quod ad intelligentiam libri Actuum Apoſtolorum maximè conducit.Opus incipit,*Paulus Apoſtolus.*

EVTHALIVS Rhodius,Monachus S.Baſilij,collegit Græco ſermone Opus Concordantiarum è Biblijs,imitatus Hunonem Carenſem,an.Do.1300.

EVTYMIVS Zigabenus,Monachus Ord. S.Baſilij,qui an.1180.floruit, quo tempore Græci non Orthodoxi ſuum Schiſma manifeſtius exeruerunt: quem & Sixtus Senenſis diligentem,& Baronius Card. accuratiſſimum ſcripturarum expoſitorem eſſe aſſerunt, collegit Græco idiomate è ſcriptis veterum Patrum(Præſertim Chryſoſtomi:quem ſæpè nominat)Commentarios elegantes,eruditos & preſſos,in quibus pro varijs editionibus, quadruplicem ſenſum,& in his maximè literalem, eſt ſequutus, Operis initium eſt πῦρ τῦ παρόντος βιβλίυ hoc eſt, Ignis præſentis libri. Hos verò commentarios primus omnium Latinos fecit Philippus Saulius Brugnatenſis Epiſcopus. At & Orthodoxæ fidei dogmaticam Panopliam, quam in Latinum verſam à Petro Franciſco Zino Canonico Veronenſi, Franciſcus Rampazetus Venetus Typographus anno Dom. 1575. Venetijs excudit.

Porrò creditur eſſe auctor Cathenæ Græcæ,qui ſcripta in Bibliot. Vaticana ſeruatur: in qua ex dictis Sanctorum Patrum Græcorum alternatim diſpoſitis, quinque libri Moyſis, hoc eſt, Pentateuchus, copioſè explicantur: cuius auxilio Aloyſius Lippomanus Veronenſis Epiſcopus, in contextu Catenæ ſuæ in Geneſim, & Exodum, commodè eſt vſus. Nomina verò Auctorum è quorum ſententijs Opus collectum eſt, hæc ſunt:

| | | |
|---|---|---|
| Philo Iudæus. | Gennadius. | Theodoretus. |
| Origenes, | Theophilus. | Cyrillus. |
| Hippolytus. | Serapion. | Seueri nus. |
| Didymus. | Diodorus Charterius. | Ephræm. |
| Gregorius Theologus. | Apollinarius. | Gregorius Niſſænus. |
| Euſebius Emiſſenus. | Acacius. | Iuſtinus martyr. |
| Iſidorus Peluſiota. | Baſilius. | Irenæus. |
| Euſtathius. | Chryſoſtomus. | Philo Epiſcopus. |

Initium Operis eſt Θεοδωρήτου εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας γραφῆς hoc eſt Theodoretus de ambiguis Diuinæ ſcripturæ. Claruit Alexio Imp. ann. Do. 1180.

Sanè extant nomine Euthymij Commentaria in quatuor Euangelia è veteribus Doctoribus, & præſertim Chryſoſtomo collecta, interprete autem Ioanne Hétenio Mechlinienſi, qui an. 1564. prodierunt, quæ tum Louanij, tum Pariſijs edita fuerunt.

Alter verò fuit magnus Euthymius Monachus, qui Theodoſio ſeniore Imp. floruit, eiuſque vitam ſcripſit Simeon Metaphraſtes, ſed nihil ille ſcripſit, atque ex hoc æquiuoco nomine Euthymij, decepti ſunt Io. Garetius, & alij nonnulli, qui putarunt, quod cōmentarium habemus, eſſe illius Euthymij, qui floruit an. 440.

EVTICIVS Cordes, Belga, Antuerpienſis, Monachus S. Iuſtinæ de Padua, & eiuſdem Congregationis Abbas, qui Cōcilio Tridentino cum laude interfuit, ſcripſit multa, quæ tamen nondum typis fuere ſubiecta; aſſeruātur autem m.ss. apud Ambroſium monachū, & Decanum S. Iuſtinæ de Padua, inter quæ, hæc vidi.

Commentaria in omnes Epiſtolas Pauli.

In Symbolum Apoſtolorum vſque ad Sanctorum Communionem.

Dictionarium Biblicum. Obijt ann. Dom. 1582. menſe Septemb. & ſepultus eſt in æde S. Iuſtinæ. Arnoldus Vvion.

S. EVTICIVS, fundator Monaſterij Balmenſis, ibidemq; Abbas primus, & S. Bernonis primi Cluniacenſis Abbatis Monaſticæ diſciplinæ eruditor, de quo illud præcipuè legitur, quòd decurſo vitæ ſtadio, circunſtantibus fratribus, ſubitò ſpiritum emiſerit, ac cum ab eius diſcipulis funus pararetur, viuus redierit, & mirantibus illis dixerit, *Deo gratias: Scitote in Quadrageſima annis vnum tantū diem non meminiſſe me cibum ſumpſiſſe, niſi prius fleuiſſem. Hodie autem ſublato mærore conſolatus eſt me Deus, & inter locos Anglorum tribuit mihi requietis locum.* Quo dicto, perpetuò requieuit. Scripſit Conſuetudines, & Conſtitutiones, quæ à Monachis Cluniacenſibus obſeruabātur, & Chronicon Cluniacenſe quod extat m.s.

EVTRANDVS Vide Luitbrandus in Annot. Suffridi in Catal. Sigeberti.

S. EVTROPIVS Monachus, & presbyter B. Auguſtini auditor, epiſtolas conſolatorias duas ſcripſit Epitomen quoque hiſtoriæ Romanæ ab Vrbe condita decem libris vſque ad Iouiniani mortem deduxit. Eiſingr.

EVTROPIVS eccleſiæ Valētinæ Epiſcopus, dum adhuc in Monaſterio Sirbitano degeret, & Pater eſſet monachorum ſcripſit ad *Epiſcopum Lucianum* valdè vtilem epiſtolam, in qua petit ab eodem, pro quare rebaptizatis infantibus Chriſmatis poſt hæc vnctio tribuatur. Scripſit & ad Petrum Epiſcopum Ircabicenſem de diſtinctione monachorum, ſermone ſalubri compoſitam epiſtolam, & valde monachis neceſſariam. Ita Iſidorus in Catal. Sed rectius legendum ad *Epiſcopum Lucianum:* nam hic eſt de quo ſuprà dictū eſt in c. 29. Iſidori. Ideoq; codex excuſus, & m.s. Sigebergenſis malè legunt ad *Papam Licianum:* codex autem excuſus infra legit, *Hircauimenſem Epiſcopum.*

EVTROPIVS presbyter, ſcripſit (vt inquit Gennadius) ad duas ſorores ancillas Chriſti quæ ob deuotionem pudicitiæ, & amorem Religionis, exhæredatæ ſunt à Parentibus, epiſtolas in modum librorum conſolatorias, eleganti, & aperto ſermone duas, non ſolū ratione, ſed etiam ſcripturarum teſtomijs munitas. Gennadius in Cal.

EVTROPIVS Epiſcopus Arauſicæ Gallicarū vrbis. Vide in verbo, Verus Epiſcopus.

EVTROPIVS autem qui Romanæ hiſtoriæ libros decem conſcripſit, non huc pertinet, ſed ad Apparatum humanæ hiſtoriæ, de quo vide ibidem.

EVTYCHIVS Bonauentura. Vide in verbo Bonauentura.

EVZOIVS apud Theſpeſium Rhetorem cum Gregorio Nazianz. Epiſcopo adoleſcēs Cæſareæ eruditus eſt; & eiuſdem vrbis Epiſcopus, plurimo labore corruptam iam Bibliothecam Origenis, & Pamphili in membranis inſtaurare conatus eſt. Ad extremum ſub Theodoſio Principe eccleſia pulſus eſt. Feruntur eius varij multipliceſq; tractatus, quos noſſe perfacile eſt. Hęc Hieronym. in Catal. Sed apud Honorium *Eulouius* eſt, mendosè, vt & ea, quæ coniecta ſunt ibid. Sigebergenſis autem codex habet *Euſonius.*



Digitized by Google

## EX

EXAMEN Theologicum. Vide in verbo, Chriſtophorus Sylueſtranus, & in verbo, Examen ordinandorum.

EXERCITIVM Chriſtianæ pietatis in gratiam ſtudioſorum auctoritate,& mandato Cardinalis Nicolai Radiuillij collectum.Coloniæ an.1589.

## EZ

EZECHIAE Regis gratiarũ actio de prorogata vita, extat Eſaiæ c.38. Idem Ezechias, De feſto Paſchatis citra tempus in lege inſtitutum,hoc eſt,quartadecima die menſis ſecũdi celebrando epiſtolam, cuius habetur mentio.2.Paral.c.30.Quidam faciunt illum Auctorem ſeu Scriptorem libri Iudicum.

EZECHIEL,qui Hebræis Iechezkel,hoc eſt,Robur Dei, cuius vitam breuiter attigit Epiphanius,è terra nimirum Sareza ortus,& filius Buzi,ſiue Bozri,ſacerdotis, & ipſe Sacerdos,ac Propheta,à filijs Pontificum genus ducens, Hieronymo, & Ioſepho teſtibus, miraculorum patrator ingentium, quæ in Epiphano legi poſſunt:filius hominis in typo Chriſti appellatus, ſcripſit Librum propheticum,de viſionibus,& oraculis, ſibi intra viginti annorum ſpacium à Deo reuelatis,hoc eſt à quinto tranſmigrationis Regis Iechoniæ,cum quo ipſe ductus eſt in Chaldæam,cœpitq; prophetare ad fluuium Chobar vſque ad annum vigeſimumquintum eiuſdem tranſmigrationis,quæ fuit prima Iudæ captiuitatis, quando ſtillauit ira Dei ſuper Hieruſalem. Stylus eius nec ſatis diſertus,nec admodũ ruſticus eſt,ſed ex vtroque temperatus. Porrò narrationis eius myſteria tantis obuoluuntur obſcuritatibus, vt apud Hebræos Rabbinos traditione cautum ſit, ne quis vnquam audeat primum libri capitulum explicare, nec finem, hoc eſt octo poſteriora capita, niſi trigeſimum ætatis annum impleuerit. Hieronymus, qui primus omnium expoſitorum auſus eſt Commentaria in totum Ezechielem conſcribere, abſtruſiſſimam huius libri difficultatem aptiſſima Cretenſis labyrinthi ſimilitudine his Virgilij verſibus expreſſit.

*Hic labor, illa domus, & inextricabilis error,*
*Vt quondam Creta fertur Labyrinthus in alta*
*Parietibus textum cæcis iter, ancipitemq;*
*Mille vijs habuiſſe dolum, quo ſigna ſequentus*
*Falleret indeprenſus, & irremeabilis error*
*Spiritus ipſe dolo tecti; ambageſq; reſoluat,*
*Cæca precor,nobis veſtigia, te duce, Chriſte.*

Moritur Ezechiel in Chaldæa, à Duce gentis ſuæ,ſiue Iudice populi ſui(vt habet Romanum martyrologium)quem ipſe de cultu Idolorum reprehenderat, obtruncatus, ſepultuſq; eſt in terra Spyriorum, in agro Maur,in monumento Sem, & Arphaxad progenitorum Abrahæ,circa annum ab orbe condito ter milleſimum trecenteſimum ſexageſimum.Ioſephus in decimo antiquitatum refert, Ezechielem præter hunc librum aliud quoque compoſuiſſe vaticiniorum volumen. Ezechielis autem Prophetæ non eſt legitimus liber,qui apocryphus citatur ab Athanaſio in ſynopſi,qui fortè alter eſt è duobus Vaticiniorum,& Oraculorum libris,quos Ioſephus in 5.cap.10.lib.Antiquitatum refert ab Ezechiele conſcriptos.Hæc fermè Sixt.Sen.

### *Scripſere in Ezechielem.*

Alexander Necam.
Catina Syrus.
Eſychius.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Papa,cognomento Magnus,
Hieronymus Stridonenſis.
Hippolytus.
Hugo Victorinus.
Ioannes Chiningan.
Michael Ceſenas.
Nicolaus Cabaſilas.
Polichronius.
Proclus.
Richardus Victorinus.
Simon Affliginienſis.
Theodoretus.
Victorinus Pictabonienſis.

Et hi quidem ex antiquioribus, præter eos,qui in vniuerſum Teſtamentum vetus ſcripſere, de quibus, vide in verbo, Biblia.

*At è recentioribus.*

Hector Pintos.

Emanuel Sa, noſter, in Notationibus ad vniuerſam Scripturam. Quinc variam lectionem Græcorum codicum ad verſionem Septuaginta in Biblia Sixti Quinti addiderunt.

Sed Hieronymus Pratus, & Ioannes Baptiſta Villalpandus Theologi noſtri quantam præſtiterint Operam in eo exponendo & illuſtrando. Vide in verbo, Hieronymus Pratus, & Ioan. Baptiſta Villalpandus.

Partitionem Prophetiæ Ezechielis attulit Georgius Ederus in Tabulis ſuæ Bibliorum Oeconomicæ.

Primum caput ipſius ingenioſè expoſuit Leonardus Garzonius noſter. De quo vide in verbo, Leonardus Garzonius.

Quin & Italicis ſuis ſermonibus Hieronymus Sauonarola eundem Prophetam eſt interpretatus. Sed tres eius Sermones in Ezechielem prohibiti ſunt in Romano Indice, cum alijs aliquot, donec iuxta cenſuras Patrum deputatorum emendati prodeant. Nimirum in Ezechielem Sermo 21. in illud: *Dixit Dominus, audite me, tranſire per mediam ciuitatem*, & Sermo 32. in illud: *Et poſt omnes abominationes tuas.* & Sermo 41. in illud: *Et factus eſt ſermo Domini ad me.*

EZCHIEL alter, qui anno ab C.V. 667. vixit, Tragædiarum Poeta, Græcis carminib. exitum Hebræi populi ex Aegypto conſcripſit *Clemens Alexandr. Stromat.* lib. 1. & Euſebius Pamphil. lib. 9. de præparat. Euangelica. Et Iudæi enim eo tempore Græcas literas ſtudioſè diſcebant. Cæterùm Federicus Morellus reliquias huius poëmatis, latinis verſibus expreſſit, & vtrâque lingua, edidit Lutetiæ anno 1590. apud Stephanum Præuoſtæum hoc titulo: Ezechieli Tragici Poëtæ Exagoge, ſeu Eductio Hebræorum, Tragoedia Sacra.

EZRA. Vide in verbo, Eſdras.

## FA

FABIANVS Pont. Max. poſt Anteri mortem, indicio Spiritus Sācti, in ſpecie Columbæ, an. Dom. 238. difficillimis temporibes rexit Eccleſiam, quibus & damnauit Priuatum hæreticum, & Regiones vrbis diuiſit Diaconis, & de cauſa ſua agentem Origenem in Vrbe audiuit, ac denique anno Domini 253. ſub Decio martyrium ſubijt. Ei quæ aſcribitur epiſtola ad omnes Eccleſiæ Comminiſtros, omnino ſpuria eſt, niſi in ea corrigatur, quod de Nouato, & Nouatiano ſcriptum eſt, quod quidem à ſciolo quodam ſuperadditum exiſtimauit non ſolus Baron. Card. Annal. Tom. 2. ſub eundem annum, cum aduentum Nouatiani Romā Euſebius ponat primo Cornelij anno.

Quin & epiſtolam ſecundam, in qua agit Fabianus de Chriſmate conſecrando ſingulis annis Fer. 5. in Cœna Domini, aliquo apocrypham eſſe opinanter. Vide Bellarminum Card. Libro de Sacramento Confirmationis, cap. 8.

FABIANVS Clauarius, Genuenſis, & Ord. Auguſtiniani Procurator ſcripſit librum de Cambijs. Obijt octogenarius an. Do. 1569. Ioſeph Pamph.

FABIANVS Cretenſus, monachus Caſſinenſis, qui floruit poſt annum 1500. in Latinū è Græco tranſtulit vitam S. Euſtachij Patriarchæ Conſtantinopolitani, cuius corpus Venetijs quieſcit in Cœnobio D. Georgij Maioris Incipit, *Omnium eſt quidem.* Aſſeruatur autem hæc Vita ibidem in Theca reliquiarum eiuſdem Cœnobij m. s.

FABIANVS è Monte S. Sabini, ſcripſit de alienatione rerum Eccleſiaſticarū in Tract. de emptione.

FABIANI Quadrantini Palinodiæ, ſiue Reuocationes, cum factus eſſet è Lutherano Catholicus, recitatæ Brunsbergæ in Collegio Societatis Ieſu, mandato Stāniſlai Hoſij Card. addita epiſtola eiuſdem Card. ad Senatum Colonienſem, Prodiere Coloniæ Agrippinæ, ex officina Materni Cholini an. 1571.

FABIVS Beneuolentius Senenſis expoſuit Gennadij Scholarij librum, quem ſcripſit, de quinque Dogmatibus controuerſis cum Græcis, quæ quidem fuerunt confirmata in Florentina Synodo pro ſancta Romana Eccleſia. Vide autem de ijs in verbo, *Gennadius Scholarius*, Ceterum Fabij expoſitio Dilingæ, quod eſt Oppidum, & Reſidentia Epiſcopi Auguſtani prodijt an. 1580.

FABIVS Gliſſentius, Italus, ſcriptos à ſe quinque Dialogos, quos ille vocat *Diſcurſus morales*, patria lingua emiſit anno 1596. apud Dominicum Farrum, Venetijs. Eos verò prænotauit, *Aduerſus moleſtiam mortis* (contra il diſpiacere della morte) & *Athanatophiliam*, hoc eſt Amorem immortalitatis. Addidit ad extremum, *Tractatum de Petra Philoſophorum*, in quo denique poſt recitatas complurium Sententias, Ratio, tamquam perſona adducit Experientiam tamquam alteram perſonam ad nundinas Vitæ humanæ, cui Campſorem, *il Banchiere*, qui eſt Mors, quæ vnumquemque, quaſi aurum ad Indicem probans allegat eos ad Vitam alteram, ſecundum vniuſcuiuſque merita.

FABIVS Incarnatus, Scrutinium Sacerdotale, ſiue rationem examinis tam in ſuſceptione Ordinum, quàm in Viſitatione Epiſcopali edidit Venetijs & Coloniæ.

FABIVS Paullinus Vtinenſis, ſcripſit lib. De numero Septenario, in quo monet Martinus Delrius, lib. 1. Diſquiſitionum Magicarum, eſſe cauendum, ne quid vanæ ſuperſtitionis inſit, quem librum (inquit) quòd non legerim non auſim affirmare qualis ſit, numne vtilis, an noxius.

FABRICIVS Tuſcus Abbas Abyndonenſis in Anglia Congregationis Cluniacenſis propè annum Dom. 1110. ſcripſit Vitam S. Adelmi Epiſcopi, Epiſtolas ad diuerſos. Vide in verbo, Adelmus.

FACINVS Aſtenſis, cognomento Longobardus, Auguſtinianus, laudatur, quòd in Magiſtrum Sententiarum, & libros Ariſtotelis doctas quæſtiones ediderit; quæ extant Mediolani in Bibliotheca Sancti Marci. Quæſtiones autem ipſius in libros Phyſicorum Fratribus ſuis Bononiæ dicatæ non vno in loco aſſeruantur, Bononiæ præſertim in Bibliotheca D. Dominici.

FACVLA Sacerdotum admonitiones aliquot continens, quibus antequam diuina celebrent, animorum ſuorũ vulnera detegere & curare, affectus ſuos purificare poſſint. Duaci apud Petrum Bellerum anno. 1607.

FACVNDVS Hermianenſis Epiſcopus ſcripſiſſe dicitur ad Iuſtinianum Imp. contra Mutianum Scholaſticum *Defenſionem* Theodori Mopſueſtiæ Epiſcopi, at forte dicendum eſt pro voce illa *Defenſionem, Defenſorem.* Theodorus enim Mopſueſtiæ, damnatus fuit ab Eccleſia Catholica ob errores contra fidem. Vide in verbo, *Theodorus Mopſueſtiæ*, & in verbo, *Secundus*, cum Annotatione Suffridi ibidem. Quin ſiue hic, ſiue alter, qui alibi dicitur *Facundus* Opus grande, atque elegans, idemque Patrum auctoritatibus munitum, ſcripſit pro defenſione trium Capitulorum, libris duodecim.

FALCONES Thautanus librum Italica lingua ſpiritualem emiſiſſe, ſed qualem, haud ſcribitur, qui quoniam fortaſſis dignus eſt lectu, ſat modò fuerit, monuiſſe Lectorem, ſi quærere, quiſnam ſit, voluerit.

FASCICVLVS temporum, & Paſſionale meritò contemnuntur præſertim cum Faſciculus ille Marianum Scotum ſit ſecutus, qui ſecum ipſe, & cum veritate pugnat apertè. Ait enim idem Marianus Scotus in ſuo Chronico, *Petrum anno 4. Claudij Romam veniſſe, poſtremo anno Neronis obijſſe:* ac tamen ſediſſe in Romano Epiſcopatu annis 25. & menſibus duobus, quæ nullo modo inter ſe cohærent. Vide Bellarm. Card. Tom. 1. controu. 3. lib. 2. de Romano Pont. c. 5. Porrò Faſciculi Temporum auctor fuit VValterus Rolleuinck Cartuſianus quemadmodum in nupera editione VVecheliana conſtat.

FASTIDIVS Britannorum Epiſcopus ſcripſit ad Fatalem quemdam de Fide, ſiue de Vita (vt habet codex Sigebergenſis) Chriſtiana, librum vnum, & alterum de viduitate ſeruanda, ſana, & Deo digna doctrina. Vixit an. 420. Trit. Gennad. in Catal.

FAVSTINVS apud Cyprianum, lib. primo, auctor ſecundæ Epiſtolæ cum aliquibus alijs Coepiſcopis.

FAVSTINVS presbyter quem alij dicunt Epiſcopum, (vt inquit Gennadius) ſcripſit ad Flaccillam Reginam, aduerſum Arianos & Macedonianos, libros ſeptem, his eos maximè ſcripturarum teſtimonijs arguens & conuincens, quibus illi prauo ſenſu vtuntur ad blaſphemiam. Scripſit & librum, quem Valentiniano, Theodoſio, & Arcadio Imppp. pro defenſione ſuorum cum Marcelliano quodam presbytero obtulit. Ex quo oſtenditur Luciferiano ſchiſmati conſenſiſſe, quia Hilarium Pictauienſem, & Damaſum Vrbis Romæ Epiſcopum in eodem libro culpat, quaſi malè conſuluerint Eccleſiæ, quod præuaricatores Epiſcopos, in communionem, & Sacerdotium, pacis recuperandæ gratia recepiſſent: quòd Luciferianis ita diſplicuit recipere Epiſcopos, qui in Ariminenſi Concilio Arianis communicauerant, vt Nouatianis Apoſtatas pœnitentes.

Libri ergo, quem de fide ad Flacillam Imperatricem ſcripſit, contra Arianos, capita hæc ſunt.



Digitized by Google

Primo. Epiſtola ad Reginam, & de impia profeſſione Arianorum.
Secundo. Quòd non ſit ex nihilo factus Filius, ſed verus ſit Filius, de ipſo Patre verò, & ſine initio genitus.
Tertio. Quod Dei Filius ſit omnipotens, & indemutabilis, & quod vna ſit omnipotentia Patris, & Filij, ſicuti & vna Deitas: & de Sacramento Incarnationis Filij.
Quarto. De hoc, quod ait Filius, *Pater maior me eſt.*
Quinto. Quod item in Act. Apoſtolorum legitur, certiſſimè itaque ſciat omnis domus Iſraël, quia & Dominum illum, & Chriſtum Deus fecit hunc Ieſum, quem vos crucifixiſtis.
Sexto. De eo, quod ait Salomon, *Dominus creauit me, initium viarum ſuarum opera ſua.*
Septimo. De Spiritu ſancto.

Incipit autem Opus ipſum his verbis, quæ digna ſunt, vt hic interſerantur: *Reginam te orbis Romanus ſuſpicit: & quia iam nihil eſt, quo amplius creſcere debeas in rebus humanis, ſublimitatibus non contenta terrenis, ſacra in Deum fide, cœleſtia deſideras poßidere; qua verus Dei filius, in ſe piè credentibus pollicetur. Et hoc quaſi vna de ſapientißimis elaboras, intelligens, omnem hanc Regni ſublimitatem nihil profuturam, ſi non ad cœleſtem gloriam conſequendam, veræ fidei cognitione, & defenſione contendas. Et tamen apparet, quàm grata ſis in Chriſto Deo, & Domino noſtro, qui vobis hoc Regnum tribuit, cum ſolicita interrogatione perquiris, quomodo capitula illa ſoluantur, quæ ab Arianis aduerſus Catholicos ſacræ legis interpretationibus opponuntur. Habens affectum veræ fidei, cupis, prout poßibile eſt, intelligere, quod fideliter credis, &c.*
Extat in Bibl. SS. PP. Opus illud de fide contra Arianos.

FAVSTINVS Taſſus Venetus Ord. Minor. libellum edidit metro Italico ſat pium.
Et Orationem Hieremiæ Prophetæ explicauit.
Duas habuit Orationes funebres: alteram Pragæ in funere Ferdinandi Imp. alteram Nouariæ in funere Marchionis Montis Cribelli: Prætereà, res inter Catholicos & Hæreticos geſtas tredecim libris eſt complexus.
Quin & ſcripſit de Conuerſione peccatorum ad Deum: atque Sermones 12. in honorem Deiparæ Virginis, quos Venetijs ad populum habuerat, in ædeS. Franciſci à Vinea, quoſque ibidem edidit Ioan. Baptiſta Somaſcus an. Dom. 1589. Totidem item in Canticum *Magnificat.*
Viginti item Sermones de Sanctiſſimæ Trinitatis myſterio, ac de Aduentu Meſſiæ, Neepoli habitos. Denique diuerſarum Concionum librum. Floruit ann. 1586.

FAVSTIVS (vt inquit Gennadius) *ex Abbate Lirinẽſis Monaſterij, in Gallia apud Rhegium Epiſcopus factus, vir Diuinis Scripturis ſatis intentus, ex traditione Symboli occaſione accepta, compoſuit librum De Spiritu ſancto: In quo oſtendit, eum iuxta fidem Patrum, & conſubſtantialem, & coæternalem eſſe Patri, & Filio, ac plenitudinem Trinitatis obtinentem. Edidit quoque Opus De gratia Dei, qua ſaluamur, & libero humanæ mentis arbitrio, in qua ſaluamur. In quo opere docet, gratiam Dei ſemper & inuitare, & præcedere, & iuuare voluntatem noſtram: & quidquid ipſa libertas arbitrij pro labore pia mercedis acquiſierit, non eſſe proprium meritum, ſed gratiæ donum. Legi eius & aduerſum Arianos, & Macedonianos paruum libellum, in quo coeſſentialem prædicat Trinitatem. Et alium aduerſus eos, qui dicunt eſſe in creaturis aliquid incorporeum: in quo & Diuinis teſtimonijs, & Patrum confirmat ſententijs, nihil credendum incorporeum, præter Deum. Eſt & eius Epiſtola in modum libelli ad Diaconum quendam Gratium ( alij Græcum) nomine, edita, qui à fide Catholica diſcedens, ad Neſtorianam abijt impietatem: In qua Epiſtola admonet eum, credere, Sanctißimam Mariam virginem, non purum hominem genuiſſe, qui poſtea ſuſciperet Diuinitatem, ſed Deum verum, & hominem verum. Sunt eius & alia ſcripta, quæ quia necdum legi, nominare nolui. Viua tamen voce egregius Doctor & creditur & probatur. Scripſit poſtea & ad Felicem Præfectum patritio, & patritiæ dignitatis virum, filium Magni Conſulis, iam religioſum Epiſtolam ad timorem Dei adhortatoriam, conuenientem perſonis, pleno animo pœnitentiam agere diſponentibus. Quæ autem ego vidi, ſunt hæc.*

*Duo libri De gratia Dei, & humanæ mentis libero arbitrio; quibus præfixæ ſunt, Epiſtola Fauſti ad Lucidum presbyterum, qua oſtendit, quanam ratione tutò credere, & loqui debeamus de Gratia Dei, & obediẽtia hominis; Deinde Epiſtola Lucidi presbyteri, errores præteritos reuocantis; Deniq; profeßio fidei, contra eos, qui dum per ſolam Dei voluntatem alios dicunt ad vitam attrahi, alios in mortem deprimi, hinc fatum cum Gentilibus aſſeruut, inde liberum arbitrium cum Manichæis negant.*

Extant in Bibl. SS. PP. & ſermo ad monachos: & epiſtolæ; & eiuſdem de Gratia Dei, & humanę mentis libero arbitrio libri duo: & libellus de anima, ſiue creaturis, quòd incorporei nihil illis inſit: cui reſpondit Claudianus Mamertus.

At Ioannes Tritemius, vir alioquin ſolicitus (inquit Gabr. Vaſquez Diſput. 91. nume. 52. in primam partem S. Thomæ) deceptus planè fuit, dum de Fauſto Regienſi aſſerit,

prius

prius quidem Pelagianum fuiſſe, deinde verò à Fulgentio ad veram fidem reuocatum, atque iccirco in gratiam illius duos libros De Gratia, & libero arbitrio edidiſſe. Nam inprimis Fauſtus, aliàs quidem pius, & religioſus monaſterij Lirinenſis, nunquã fuit planè Pelagianus: libro enim illo in primo capite vſque ad ſextum, & cap.14. eleganter contra Pelagium neceſsitatem Gratiæ probat: non negandum eſt tamen è reliquijs Pelagianorum eum fuiſſe, ſicut Maſsilienſes, & Caſsianus fuêre, qui Semipelagiani ſunt dicti.

Porrò liquet Fulgentium eam ob cauſam, quam putauit Tritemius, libros illos non ſcripſiſſe. Pleriſque enim in locis initium aliquod ex nobis concedit, vt nobis auxilia Gratiæ conferantur, quod aduerſatur doctrinæ Fulgentij, libro de Incarnatione, & Gratia, & alibi. Præterquam quòd cum Petrus Diaconus ſuam fidem, & Orientalium Patrum Romæ contra hos Maſsilienſes eſſet profeſſus, ſcripſit de ea librum de Incarnatione, & Gratia ad Fulgentium, in cuius libri 8. capite damnat memoratos Fauſti libros, in quibus labori humano ſubiungeret Gratiam. Fulgentius verò in libro de Incarnatione, & Gratia, quem ſuo nomine ad Petrum ſcripſit, totius Africæ doctrinam ipſius Petri comprobat: nuſquam verò Fauſtum ab hac nota vindicat, vel tuetur: vindicaſſet autem ſi illum ab errore exemiſſet, & in gratiam ipſius Fulgentij libros illos Fauſtus compoſuiſſet: ſequitur enim in omnibus Fulgentij ſententiam, qui omne initium tribuit Diuinæ Gratiæ, oppoſitum autem tanquam errorem damnat.

Porrò Fauſti Regienſis ſcripta Sidonium Apollinarem adhuc tyronem in ſacris dogmatibus, atque alios fefellerunt. Vide Baronium Card. Tom. 6. ſub annum 490. ſub Felicis verò Papæ octauum, vbi etiam agit quonammodo Concilij Arelatenſis nomine ſit abuſus.

Sed Epiſtola Fauſti ad Lucillum, cum eius anathematiſmis comprobata eſt Catholica ab vndecim Epiſcopis Arelatenſis Concilij. Errores tamen Fauſti, qui poſtea (vt in Prouerbio eſt) aquam vino commiſcuit, notati ſunt à Cæſario Arelatenſi Epiſcopo, qui cum alijs Pelagianum illum detexit. Vide in verbo, Euſebius Emiſſenus, quæúe de eo Bellarminus Cardinalis, & alij ſcripſerint. Quin & in verbo Caſsianus, in hoc noſtro Apparatu. Porrò vide etiam eiuſdẽ Fauſti admonitionem, & in Epiſt. in Tom.5. antiquæ lectionis. Ingolſtadij edito an.1604.

Favstvs Caſsinenſis monachus, natione Italus ac D. Benedicti diſcipulus, attulit è Gallijs ad Bonifacium IV. Papam, Vitam S. Mauri Abbatis, cui fuerat additus comes. Ea eſt in Tom.1. Surij ad diem 15. Ianuarij. At ille obijt propè an. Dom.600.

Favstvs apud Cyprianum lib.1. auctor Epiſtolæ quartæ vna cum cæteris Coepiſcopis.

Favstvs Manichæus hæreticus. Vide in verbo, Manichæi. Eius autem verba, & impoſturæ refutantur egregiè à D. Auguſtino triginta tribus Diſputationibus, ſiue libris, qui extant in 6. Tomo Operum ipſius Auguſtini.

Favstvs à Temida Regia quænam dixerit. Vide Cyprianum in ſententijs Epiſcoporum De Hæreticis baptizandis: quorum tamen decreta fuêre condemnata ab Eccleſia Catholica.

## F E

Federicvs Lotaringus, Gozelonis Lotaringiæ Ducis filius, primò Caſsinenſis Abbas, deinde Card. denique Pont. Maximus, & Stephanus decimus, dictus nonus, an. 1057. qui, poſt adeptum Pontificatum, ſeptem tantum menſes ſedit, diuturniore Pontificatu dignus, ſcripſit contra Patriarcham Conſtantinopolitanum librum De veritate corporis Domini; præterea eodem argumento aduerſus monachum quendam, cum quantus eſſet, breui illo Pontificatus ſpatio teſtatus ſit, qui Mediolanenſem Eccleſiam, quæ ante ducentos annos ſe à Romana Sede ſubduxerat, eidem obtemperantem fecit. Henricum III. huius nominis Imp. qui Pontificum auctoritatem minuebat, ad officium reuocauit: cuius quoque tempore Græci è Calabria pulſi. Florentiæ autem mortuus ibidem humatus eſt.

Federicvs Metius Epiſcopus Termularum in Regno Neapolitano vir doctiſſimus plura è Græco in Latinum tranſtulit, quæ mihi Romæ legenda tradidit. Nimirum Photij Bibliothecam, Theophanem de ſeptem Sacramentis. Sed hæc, quòd ſciam, nondum euulgata ſunt. Sanè verò quædam protulit Baronius Card. quæ ab eo verſa retulit in ſuos Annales.

Federicvs, Ord. Præd. Fulginienſis Epiſcopus ſcripſit idiomate Italico librum,

quem prænotauit *Quadriregium,* Sententiarum grauitate refertum. Viuebat an. Dom. 1515. Leand. lib. 4.

FEDERICVS Petrutius Senenſis, ſcripſit De pluralitate Beneficiorum cum additionibus Lapi Caſtilionei; De permutationibus Beneficiorum. Conſilia in iure.

FEDERICVS Peregrinus edidit Bononiæ apud Ioan. Rubeum an. 1579. Diſſertationem, ſiue vt ipſe vocat *Diſcurſum* in Pſalmum Miſerere. Italicè.

FEDERICVS Staphylus. Vide in verbo, Fridericus Staphylus.

FEDERICVS Venetus, Ord. Præd. ſcripſit in Apocalypſim D. Ioannis.

FELICIARII, ſiue *Feliciani,* Arelatenſis Archiepiſcop. Homiliæ 45. extant in Tom. 2. Bibl. SS. PP. edit. 2. Quæ antea à Quentelio excuſæ fuerunt hac inſcriptione. Admonitiones, & Interpretationes aliquot difficilium Scripturæ locorum.

FELICIANVS Ninguarda à Morbinio, quod Oppidum eſt in Valle Tellina Ord. Præd. primò Scalenſis, deinceps autem Nouocomenſis Epiſcopus doctam edidit Fidei Catholicæ aſſertionem aduerſus articulos vtriuſque confeſsionis Fidei Annæ Burgenſis I. D. & poſtremo Senatoris Pariſienſis Senatus: quam Confeſsionem eidem Senatui obtulit, cum propter hæreſim ad ſupplicium eſſet deducendus. Præterea contra eiuſdem mortis hiſtoriam, quæ falſo nomine inſcripta erat *Martyrium,* deque miraculis hæreticorum. Aſſertionem autē hanc Legati Cardd. præſides Synodi Tridentinæ an. 1562. dignam typis approbarunt. quamobrem Venetijs prodijt an. 1563. Agitur autem in ea De immunitate, & interpretatione ſcripturarum, De traditionibus Apoſtolicis, & humanis, De primatu Pontificis, Deque pleriſque alijs, quæ Caluiniani hæretici ſolent carpere, præcipuè autem de Sacramentis. Manuale autē Viſitatorum duobus libris complectens, quæ ad viſitationem pertinent, ac diuerſos viſitandi modos, omnibus, qui eo munere funguntur, commodum prodijt Romæ an. Dom. 1589.

Eiuſdem Enchiridion De Cenſuris, Irregularitate, & Priuilegiatis curam animarum gerentibus, & rerum Eccleſiaſticarum Iudicibus vtile, quod quidem vrgentibus Metropolitano; & Coepiſcopis Prouinciæ Salisburgenſis Ingolſtadij emiſit è typographia Dauidis Sartorij an. Dom. 1583.

Defenſio fidei maiorum noſtrorum Antuerpiæ apud Plantinum 1575.

FELICIANVS Capito, ſiue Capitonus, Narnienſis, & Ord. Seruorum Archiepiſcop. Auenionenſis, ſcripſit explicationes Catholicas Veteris, & Noui Teſtamenti locorum, quibus ad tutandas hæreſes, noſtra ætate abuſi ſunt hæretici. Quæ poſtea prodierunt in lucem per Gaudioſum Floridum Peruſinum eiuſdem Ordinis, Venetijs an. 1579. apud Guerreos, Coloniæ verò apud Maternum Cholinum an. 1581. Sed & eædem explicationes recuſæ ſunt poſtea hac inſcriptione: ***Feliciani Capitonis Promptuarium Sacrum, continens vtriuſq; teſtamenti præcipuorum locorū explicationes, quibus hæretici abutuntur.*** Coloniæ apud Cholinum an. 1605.

FELINVS Sandeus Ferrarienſis Italus I. V. C. cum quæ in ius Canonicum, præſertim autem in libros Decretalium, ſcripſiſſet, prodijſſent in Germania, rurſum edita ſunt an. 1570. Venetijs apud Iacobum Pizarrum. Sanè verò ipſe Sandeus elucubrauit Commentaria docta: In Libros Decretalium Gregorij Pontificis Maximi.

| | | |
|---|---|---|
| De conſtitutionibus. | De ſent. & re iudicata. | De appellationibus. |
| De tregua, & pace. | De officio ordinarij. | De accuſationibus & inquiſitionibus. |
| De fide inſtrumentorum. | De probationibus. | |
| De præſcriptionibus. | De iureiurando. | Additiones ad Decretum. |
| De reſcriptis. | De maiorit. & obed. | Ad inchoatum ab Abbate Opus. |
| De lite conteſtata. | De teſtibus. | |
| De præſumptionibus. | De exceptionibus. | Tractatum de iure patron. |

Sermonum de Plenaria Indulgentia, cuius thema fuit. ***Hodie mecum eris in Paradiſo.***

Libellum de Neapolitanis Regibus.

Tractatum. quomodo puniatur conatus, quando literæ Apoſtolicæ nocent Patronis Eccleſiarum.

In primum Decretal. Rubr. de elect. cap. Licet de vitanda, & diſt. 1. cap. ius Generale.

FELICIS Mylenſij D. Ord. Eremit. Auguſtini Scrutinium per voto Illuſt. ac Reuerendiſs. Card. Cæſ. Baronij in cauſa Veneta contra votum D. Ioannis Marſilij refragantis. Moguntiæ apud Albinum.

FELIX Manichæus ad Catholicam religionem conuerſus, quænam de Manichæorum hæreſi eiurauit, & ſubſcripſit. Vide in verbo, Manichæi. Ibi enim, in quo præcipuè errarent Manichæi, liquido cognoſcitur.



Digitized by Google

FELIX Papa huius nominis III. (ait Tritemius) natione Romanus, Synodum Romæ celebrans edidit Decretum Synodale, & Epiſtolas plures Decretales. Quæ item antea Coloniæ Agrippinæ fuerunt excuſæ cum reliquis Pontificijs. Sed extant Felicis Epiſtolæ quinque cum Recognitionibus Clementis, & Felicis Papæ Reſcriptum Athanaſio, & Epiſcopis AEgyptiorum de infeſtationibus Arianorum. Vixit an. 439.

FELIX quidam Auctor trium Epiſtolarum ad Cyprianum, cum aliquot alijs Coepiſcopis; nimirum ſecunda, quarta, & duodecima libri primi: cum & ibidem apud Cyprianum vbi de baptizandis hæreticis Epiſcoporum ſententiæ ſunt ſcriptæ, multi Felices (ſed cognomentis diſtincti) legantur; nempè Felix ab Accurra; Felix à Bigai, Felix à Buſſacenis, Felix à Gurgitibus, Felix à Mazrazana, Felix ab Vtina.

FELIX è Caſtro Franco, quod eſt in Tractu Bononienſi, Ord. Præd. hortatu ſui Generalis recenſuit, & auxit librum prænotatum ***Formularium principalium actuum pertinentium ad Officium Ord. Præd.*** & Chronicon eiuſdem Ord. additis, quæ ſua ætate contigerunt. Obijt an. 1571.

FELIX Fabri, Ord. Præd. Germanus, peregrinationis ſuæ Hieroſolymitanæ librum edidit. Viuebat an. 1483. Eiſingr.

FELIX Iuſtus, Vtinenſis, in Foroiulio, ſcripſit triginta gratiarum actiones, ac tres oblationes neceſſarias cupienti Domini Ieſu amorem, quæ anno 1595. Sexaginta vera fructuoſa monita, quæ an. 1596. Vtini ſunt impreſſa, apud Ioan. Baptiſtam Natolinum, Italicè.

FELIX Crolandienſis, monachus Anglus, propè annum Dom. 730. ſcripſit Vitam S. Guthlaci Monachi, & Eremitæ. Arnold. VVion. Eiſingr.

FELIX Paſſarus Neapolitanus, Monachus Caſsinenſis, qui noſtra ætate vixit, ſcripſit Sermone Italico, & Carmine heroico. Vitam S. Placidi Abbatis, & martyris: cantus item quinque excuſos Venetijs an. 1589. & 1590.

Laudes monaſterij S. Sixti Placentiæ, quæ excuſæ fuerunt in Ciſalpina Gallia Placentiæ apud Ioan. Bazacum an. 1593.

FELIX Perettus Franciſcanus, qui poſtea Sixtus V. Pont. Max. magnis eloquentiæ neruis quaſdam conciones Italicè edidit. Vide alia in verbo, Sixtus V.

FELIX Pratenſis, Auguſtiniani Ord. primò Hebræus, & inter ſuos magni nominis Rabbinus, deindè à Chriſti Domini fidem conuerſus, Romæ D. Auguſtini Ordinem ingreſſus, adeo profecit, vt inter Theologos nulli ſecundus haberetur. Pſalterium ex Hebraica veritate Latinum fecit Venetijs primò, deinde in Germania emiſſum. Quam verſionem ſæpè citant, præſertim Matthæus Aurogallus in libro de Hebraicis nominibus, & Franciſcus Titelmannus in expoſitione Pſalmorum. Tranſtulit quoque librum Iob. Romæ denique propè centenarius mortuus eſt die 5. Nouembris 1559. & in æde D. Auguſtini ſepultus.

FELIX Renda, Monachus, & Prior cœnobij montis Virginis, ſcripſit vitam S. Gulielmi fundatoris eiuſdem cœnobij, & vitam S. Amati Epiſcopi Nuſci.

FELIX Vrgelitanus Epiſcop. hæreſeos Felicianæ auctor à Paulino Aquileiæ Epiſcopo fuit ſcriptis Catholicis oppugnatus, quemadmodum & Eliphandus Toletanus.

FERDINANDI Cordubenſis, Apoſtolici Subdiaconi, de Pontificij pallij myſterio, & an pro eo aliquid abſque Simoniæ labe exigi poſsit, ad Franciſcum Piccolhomineum Card. tit. S. Euſtachij Senenſem Tractatus m.s. extat in Bibliotheca Hippolyti Auguſtini Equitis.

FERDINANDVS Corteſius Hiſpanus nobilis De noua Maris Oceani Hiſpania, & de Vrbe ingenti Mexico, hic quidem ponitur, quoniam inſinuandæ Chriſtianæ fidei oſtium aperuit, veruntamen vide, quæ de eo, atque alijs eiuſmodi ſcripſimus in 16. lib. noſtræ Selectæ Bibliothecæ, qui Apparatum ad Hiſtorias omnium Gentium complectitur.

FERDINANDVS Dauila, Ord. Min. adnotationes edidit ad Euangelia Aduentus, Venetijs an. 1590. apud Franciſcum Franciſcium Senenſem.

FERNANDVS Diaconus Carthaginienſis, qui S. Fulgentium vti Magiſtrum magno in honore habuit, tempore Felicis Pont. Max. an. 529. claruit, & ad quem conſulendum de arduis quæſtionibus, cum plerique vndique ſcriberent, varia reliquit, licet nō omnia conſecuti ſimus integra.

Epiſtolam ad Anatolium, & ad Pelagium Diaconos Romanos, vtrum liceat damnare quemquam poſt mortem.

Epiſtolam ad Seuerum Scholaſticum Conſtantinopolitanum.

Epiſtolam ad B. Fulgentium, quæ extat inter Opuſcula S. Fulgentij nouiſsime a Plantino excuſa.

Epiſtolam Anſelmo Archipræſuli Mediolanenſi, quæ addita eſt ad calcem Opuſculorum eiuſdem Ferrandi, quem Romæ emiſit in lucem Achilles Statius Luſitanus anno Dom. 1578.

Pareneticus ad Reginum Comitem, qualis debeat eſſe Dux, religioſus in actibus militaribus: ſiue, De ſeptem regulis innocentiæ.

Breuiarium Canonum diuerſorũ Conciliorum. Sic enim Creſconius eam collectionem eorundem Canonum nominauit, quam Ferrandus elaborauerat. Vixit an. 500. & quod excurrit.

Extat autem Paræneticus ipſius liber ad Reginum in Tom. 5. Bibl. Sanctorum Patrum Bignæi. Sed & Sigebertus De ſeptem Regulis innocentiæ, inquit: *Verum enimuerò idem Ferrandus Epiſtola ad S. Fulgentium ſcribit, Rogo etiam vt librum de Regula veræ fidei relegendum nobis iubeas deſtinari. Vnde collige librum de fide ad Petrum eſſe Fulgentij.*

FERDINANDVS Gonzaga Mantuanus, Prior Baruli (quæ dignitas, & reditus in Regno Neapolitano pertinent ad ordinem D. Ioannis Hieroſolymitani, hoc eſt ad Rhodiorum, nunc Melitenſium Equitum) & Vincentij Gonzagæ Sereniſs. Mantuæ ac Montisferrati Ducis filius annos tantum quindecim natus, dum ſtudijs literarum Ingolſtadij operam dat, emiſit ibidẽ pias Meditationes Quadrageſimales ex officina Ederiana apud Andream Angermarium. Eæ Latinè, ac conciſè conſcriptæ captum eius ætatis, ſed non pietatis, cui à teneris fuit addictus, ſuperantes, ſi quis ad vſum adhibuerit, ſalutares experietur. At maiora ex iſto germine indies expectamus.

FERDINANDVS delas Infantas, qui ſe Idiotam vocat quoniam eius liber, de prædeſtinatione Pariſijs an. 1601. excuſus poſtea prohibitus eſt, à S. Rom. Sede Apoſtolica, ideo inde expungendus eſt; quod & illũ æquo animo ferre non dubitamus, cum in fronte ſuorum Operum, hæc omnia iudicio S. R. E. ſubmiſerit.

FERDINANDI Lucenſis Epiſcopi Sedis Apoſtolicæ Legati fertur extare Epiſtola m. s. qua primarij quatuor articuli peſtilentes Ioannis Huſs enumerantur ac reprobantur.

FERDINANDVS Martinez, Maſcaregnas, in Luſitania Algarbiorum Epiſcopus, vir nobilitate maiorum, & ſua ipſius illuſtriſsimus, virtutibus autem, ac interioribus Theologiæ ſtudijs præcellens, ſcripſit Tractatum De auxilijs Diuinis Gratiæ ad actus ſupernaturales, qui in tres partes diuiſus eſt, vt agatur in Prima de varijs Diuinæ gratiæ diuiſionibus. In Secunda De gratia efficaci, & eius diſtinctione à non efficaci. In Tertia De efficacia gratiæ. Lugduni ſumptibus Horatij Card. an. 1605.

FERDINANDVS de Pineda Hiſpanus, Ord. Præd. ſcripſit in Belgio, vbi tum agebat, Hiſpanico Idiomate De ſodalitate, ſiue (vt vocant) *Confraternitate Roſarij*, cuius ſecundam editionem (ſi prodijt emendatior) legendam eſſe potius quàm primam monet Antonius Senenſis Luſitanus eiuſdem Ord. Biblioth. virorum Dominicanæ familiæ inſignium. Vide autem eiuſdem Antonij Senenſis iudicium de illo ibidem.

Porrò is ipſe Ferdinandus præ manibus habebat Neapoli an. 1577. librum alterum de modo rectè viuendi, qui, num prodierit in lucem neſcio.

FERDINANDVS Velloſius Hiſpanus Lucenſis Epiſcopus, Aduertentias (vt ille vocat) Theologiæ Scholaſticæ in B. Chryſoſtomus, & quatuor Doctores Eccleſiæ emiſit, Venetijs apud Andream Muſchium an. 1601.

FERII Hilperici Hiſtoria de Carolò Magno & Leone Pontifice. Extat m.s. in Bibl. Monaſterij S. Galli in Heluetia.

FERDINANDI S. Eccleſiæ Carthaginienſis Diaconi ad Reginum Comitem Paræneticus; qualis debeat eſſe Dux religioſus in actibus militaribus. Vide in verbo, Fernandus Diaconus.

FERREOLVS Epiſcopus Vcecenſis in Gallia. Vir (vt ſcribit Greg. Turon. hiſt. lib. 6. cap. 7.) magnæ ſanctitatis, reliquit libros Epiſtolarum, Sidonium ſecutus, obijt an. Dom. 584. Chilperici autem Regis ſexto.

FERREVS, Monachus Caſsinenſis, qui floruit an. Dom. 1070. iuſſu Theodini monachi, & Card. ſcripſit Gloſſam in librum Exodi. Extat in Bibl. Caſsinenſi m.s.

FEVS Belcharius Florentinus, vt præſtans doctrina, ſic moribus ſanctus, edidit Odas Italica lingua, quarum illa præcipua, cuius initium: *Da che tu m'hai Dio il cor ferito.* Vitam item B. Columbani inſtitutoris Ordinis qui dicitur Ieſuatorum, obijt an. Dom. 1484. Michaël Pocciantius.

# F I

FIGVEROLA Valentinus, ſcripſit contra Iudæos.

FINANVS, ſiue Sinanus, Scotus, vir ſanctus, Monachus Huenſis Aidano ſucceſsit in Epiſcopatu an. 651. at poſt decennium moriens, reliquit librum De ritu veteris Paſchatis. Trit. lib. 4. cap. 136. Demochares de ſacrificio Miſſæ. Tom. 3. cap. 15. & 39. Beda lib. 3. cap. 17. & Arnoldus VVion.

FINVS Hadrianus Ferrarienſi, *Scripturarum* (vt vocant) *Ducalis fiſci magiſter*, nouem libros conſcripſit, quos *Flagellum in Iudæos*, è ſacris excerptum literis prænotauit. Opus laude dignum, & verè perutile, quo & concionatores vti commodiſsimè poſſunt ad Iudaicam perfidiam refellendam, & ad Chriſtianam fidem ſtatuendam, atque extollendam.

Porrò qui verſare hos libros voluerit, prælegat omninò auctoris prooemium, quo rationes, ac ſcribendi occaſionem, & ordinem materierum, de quibus agit, proponit. Nonus autem liber cum impietates, ac fœditates afferat, quæ præcipuè in Thalmudo Babylonico erant, arguit infelicem Iudæorum pertinaciam. Sed & hæc coniuncta cum ijs, quæ noſtro huic Apparatui inſerimus in verbo, *Thalmuld* firmiora pijs afferrent argumenta ad Iudæos euincendos. Finum autem excudit Venetijs Petrus Nicolinus è Sabio, an. 1538.

FIRMIANVS (inquit in Catal. Hieronymus) qui & Lactantius, Arnobij diſcipulus, ſub Diocletiano Principe accitus cum Flauio Grammatico, cuius de Medicinalibus verſu compoſiti extant libri, Nicomediæ Rhetoricam docuit, & penuria diſcipulorum, ob Græcam videlicet Ciuitatem, ad ſcribendum ſe contulit. Habemus eius Sympoſium, quod adoleſcentulus in ſcholis ſcripſit Africæ, & ὁδοιπορικὸν de Africa vſque Nicomediam hexametris ſcriptum verſibuss & alium librum, qui inſcribitur Grammaticus, & alium pulcherrimum, de Ira Dei, & Inſtitutionum Diuinarum aduerſus gentes libros ſeptem, & ἐπιτομὴν eiuſdem Operis in libro vno acephalo, & ad Aſclepiadem libros duos. De perſecutione lib. vnum. Ad Probum, Epiſtolarum lib. quatuor. Ad Seuerum Epiſtolarum lib. duos. Ad *Demetrianum* auditorem ſuum lib. duos. Ad eundem de Opificio Dei, vel formatione hominis lib. 1. Hic extrema ſenectute magiſter Cæſaris Criſpi filij Conſtantini in Gallia fuit, qui poſtea à patre interfectus eſt. Vide autem reliqua in verbo, Lactantius.

FIRMINI Capitis, Theologi Galli expoſitio in Exodum à principio vſque ad necem primogenitorum AEgypti in aliquot homilias partita, & concionibus tempore Aduentus Domini accommodata, Pariſijs an. 1580.

FLACCIANVS Epiſcopus Rhodopenſis ad Petrum Cnapheum hæreticum extat in Codice Vaticano, cuius Epiſtolæ nonnulla inſeruit Baron. Card. Tom. 6. Annalium.

Fuit autem Flaccianus vnus, vt videtur, Epiſcopus ex ijs, qui ex AEgypto Romam cum Ioanne Alexandrino venientes, Romano Concilio interfuerunt an. 483. Felicis autem Papæ I. Vide in verbo, Romanum Concilium ſub eodem Papa.

FLACCVS Albinus. Vide in verbo, Alcuinus.

FLAMINIVS Nobilius Lucenſis, præter alia, quæ in Philoſophiam elucubrauit, ac de quibus egimus in Biblioth. Selecta in libro De ratione tradendæ Philoſophiæ, egregiam pręſtitit operā vna cum Antonio Card. Caraffa in verſione Latina ſeptuaginta Interpretum cum ſuis Notationibus, quæ Romæ Sixto V. Pont. Max. prodijt. Vertit etiam quaſdam D. Ioannis Chryſoſtomi Homilias è Græco in Latinum.

FLAVALDVS (vt habet in Catalogo Sigebertus) Monachus Rhemenſis, Geſta Rhemenſium Epiſcoporum texuit orſus ab ipſa Ciuitate condita. Quæ quidem à ciuibus, qui in bello erant duri cordis, nomen hoc, *Cordurus* accepiſſe dicitur. Fertur enim ad eam milites Remi, à Romulo eius fratre fugientes profugiſſe, eamque à nomine Principis ſui Remi Remum denominaſſe.

Porrò Flaualdus iſte hic intexitur, quòd hoc ipſo in opere meminit Sanctorum martyrum, & Confeſſorum conquieſcentium in ſacris ædibus, quæ Rhemenſi Eccleſiæ adiacent, vel ſubijciuntur.

At Eyſingrenius ſcribit, eum in *l. quoniam, C. de Epiſcopis, & clericis, Fabianum* dici: Vide Baronium Card. & Canonicum corpus Romæ emendatum Greg. XIII. Pont. Max.

FLAVIANVS Epiſcopus Antiochenus, cuius à Theodoreto in Eraniſte citantur ſermones in Theophania. Et ad illud Euang. Lucæ. *Spiritus Domini ſuper me.* Ac de S. Ioanne Baptiſta.

FLAVIANVS Epiſcopus Conſtantinopolitanus Græcè conſcripſit Acta cum Eutyche presbytero, qui à fide Catholica erat alienus. Librum item contra eius errores.



Digitized by Google

Epiſtolas ad Leonem Pont. Max. Eius Epiſtolæ Græcæ m.s. extabant in Biblioth. D. Antonij. Venetijs.

FLAVIVS Conſtantinus Magnus, vide in verbo, Conſtantinus Magnus.

FLAVIVS Gulielmus, ſcripſit quinque libris Vitam B. Virginis. Quod m.s. exemplar extabat in Cœnobio Syluæ maioris, dono datum Collegio noſtræ Soc. Burdigalenſi, in quo aſſeruatur. Porrò Sylua maior ſita eſt inter Garumnam, & Dordonam. Vaſcones vocant inter duo maria.

FLAVIVS Ioſephus. Vide in verbo, Ioſephus Iudæus.

FLODOARDVS, ſiue Floardus Rhemenſium Epiſcoporum ſcripſit Hiſtoriam, quæ Rhemis tantum edita fuit apud Fognium è Latino Floardi in Gallicum ſermonem: ſed malè *Flobardus* ſimiliter, *Frodoardus* dicendus eſt. Vide in verbo, Frodoardus.

FORENTINVM Concilium, celebratum an. Dom. 1055. Victoris autem Pont. Max. an. 1. vbi pleraque conſtituta ad res Eccleſiaſticas ſpectantia. Vide Tom. 11. Annal. Card. Baronij, ſub eundem annum.

FLORENTINA Synodus XVI. Generalis OEcumenica, cui 140. & vnus Patres ſubſcripſere, cum complures alij ante eorum ſubſcriptionem diſceſſiſſent, quemadmodum ad eiuſdem Synodi finem cernitur, ſub Eugenio IV. Pont. Max. an. 1439. celebrata eſt, ad quam Orientales venerunt vnà cum Imp. Conſtantinopolitano, in qua Græci licet Catholicam fidem admiſerunt, deinceps tamen opera potiſsimum Marci Epheſij redierunt ad vomitum.

Extat ipſa Synodus Græcè edita Romæ, cum Opuſculis Gennadij Patriarchæ Conſtantinopolitani, ita mãdante Gregorio XIII. Pont. Max. In quam, vt obſeruauit Ioan. Paulus Comitolus noſter, mendo ſiue Amanuenſis, ſiue typographi, ſiue alicuius malè affecti Græci, in ea propoſitione, quæ ſic habet: προβάλλει καὶ αὐτὸς τὸ πνεύμα τὸ ἅγιον, οὐχ ὑπαρκτικῶς ὡς ὁ πατὴρ. hoc eſt. *Emittit & ipſe Spiritum ſanctum non ſubſiſtenter, ſicut Pater.* cum eſſet legendum ἀρχικῶς, ſiue ἀρχοειδῶς. Vt ſenſus eſſet Orthodoxus, nempè. *Et ipſe Filius Spiritum ſanctum emittit non principaliter, ſicut Pater.*

Rationes autem cur ita dicendum ſit, hæ ſunt. Primò quod nuſquam vſurpari poteſt ὑπαρκτικῶς pro ἀρχικῶς, ſiue ἀρχοειδῶς. Secundò, quòd in Seſsione 24. eiuſdem Concilij pag. 171. penè ad finem, ipſe Ioannes Patriarcha Conſtantinopolitanus, vſus eſt eodẽ verbo ἀρχικῶς, in eadem re. καὶ ἡμεῖς (inquit, μίαν αἰτίαν ὁμολογοῦντες τοῦ υἱοῦ, καὶ πνεύματος τὸν πατέρα, ὡς ἀρχικῶς ὁ υἱὸς παρὰ τοῦ πατρὸς ἐκπορεύων τὸ πνεύμα τὸ ἅγιον. hoc eſt. *Et nos cauſam vnam profitentes Patrem Filij, & Spiritus, tamquam principiatiuè Filius à Patre emittens Spiritum ſanctum.* Tertiò, cum in prima propoſitione Ioannis illa ſint verba, κατὰ τὸν ἀκολουθίας λόγον, hoc eſt, *ſecundum rationẽ conſequentiæ,* idipſum poſteriore efferretur apertius. huic enim propoſitioni ὁ υἱὸς ἐστὶν ἀρχικῶς ἐκπορεύων τὸ πνεύμα τὸ ἅγιον παρὰ τοῦ πατρὸς, *Filius principiatiuè emittit Spiritum ſanctum,* hæc altera propoſitio conſequens eſt ἀποφατική. Igitur filius ἀφ᾽ ἑαυτοῦ οὐ ἀρχικῶς προβάλλει τὸ πνεύμα τὸ ἅγιον. hoc eſt. *Igitur Filius à ſemetipſo principaliter non emittit Spiritum ſanctum.*

At quoniam non defuere, qui putarunt ὕπαρξιν idem eſſe quod ἀρχὴν, id eſt, *ſubſiſtentiam* eſſe idem quod *principium,* ſciendum eſt eos valde fuiſſe deceptos. Porrò coniectura illorum è verbis ducta eſt proximè ſuperioris ſeſsionis pag. 172. quæ ita habent. προβάλλει καὶ αὐτός τὸ πνεύμα τὸ ἅγιον οὐχ ὑπαρκτικῶς ὡς ὁ πατὴρ, αὐτὸς γὰρ ἐστὶ ῥίζα, καὶ πηγὴ τῆς θεότητος. hoc eſt. *Emittit & ipſe Spiritum ſanctum non hyparcticè ſicut Pater: ipſe enim eſt radix, & fons Deitatis.* At eiuſmodi coniectura nulla eſt, cum nuſquã inueniatur ὕπαρξις, hoc eſt ſubſiſtentia pro principio, ſiue origine. Beſſario Card. vir & Græcus, & qui Florentino Concilio interfuit, in oratione περὶ τῆς ἑνώσεως, De vnione, nunquam ea voce vſus eſt. Quin & Ferrariæ, vbi Symbolum Nicænum defendit, nunquã id vſurpauit. Gennadius verò de Spiritus ſancti proceſsione diſſerens aduerſus Græcos in principio pag. 308. διακρίνεται (inquit) πάλιν δυσὶ τούτοις τῷ μὴ τε μονογενῶς ὡς υἱὸς, ἀλλ᾽ ἐκπορευτῶς δηλαδὴ ὑποστῆναι: τοῦτο δ᾽ ἐστὶ τῷ διαφόρῳ τῆς ὑπάρξεως τρόπῳ, καὶ ἐν τῷ δι᾽ αὐτοῦ πεφηνέναι. hoc eſt. *Rurſus duabus his rebus diſtinguitur, & quia non vnigenitè ſicut filius, ſed proceſſiuè, id eſt, diuerſo ſubſiſtentiæ modo ſubſiſtit, & quia per filium manifeſtatus eſt.* Idem Damaſcenus de Orthodoxa fide primo libro, cap. 10. ſecundum Græcam capitum diuiſionem.

At cum ex alijs Concilij eiuſdem locis, quid ſit ὕπαρξις conſtet, tum ex ijs verbis, quæ Latini protulerunt, καὶ οὐ λέγομεν ὅτι ἐκπορεύεται κἀν τοῦ υἱοῦ τὸ πνεύμα τὸ ἅγιον, ὡς ἐξ ἄλλης ἀρχῆς καὶ αἰτίας, οὐδὲ ὡς τὴν ὕπαρξιν ἔχων ὁ υἱὸς τοῦ πνεύματος, μίαν γὰρ γινώσκομεν τὸν πατέρα αἰτίαν, καὶ ῥίζαν, καὶ πηγὴν τῆς θεότητος. ἀλλ᾽ οὐδὲ λέγομεν ἓν πρόσωπον τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ διὰ τὸ λέγειν μίαν ἐνέργειαν. τοῦτο γὰρ ἐστὶν ἄτοπον. ἀλλὰ λέγομεν δύο ὑποστάσεις, καὶ μίαν συνέργειαν, καὶ μίαν προβλητικὴν δύναμιν, καὶ ἓν τὸ προβαλλόμενον ἐκ τῆς οὐσίας, καὶ τῆς ὑποστάσεως τοῦ πατρός, καὶ υἱοῦ. hoc eſt, neque dicimus, *quamuis à*

*filio*

*filio procedat Spiritus ſanctus tanquam ab alio principio, vel cauſa, procedere, neq; filium tamquam ſubſiſtentiam habentem Spiritus. Vnam enim cauſam, & radicem, & fontem Deitatis agnoſcimus Patrem. Sed neq; dicimus perſonam eſſe vnam Patris, & Filij, quia vnā dicimus operationem, id enim eſt abſurdum. Sed dicimus duas hypoſtaſes, & vnam operationem, & vnam ſpiratiuam poteſtatem, & vnum ſpiratum ex eſſentia, & hypoſtaſi Patris, & Filij.* Sic Latini.

Quò autem clarius tota res liqueat, dicimus Patrem, & Filium, vnicum eſſe Spiritus ſancti principium, propter vnam operationem, vnamque poteſtatem ſpiratiuam, ſeu facultatem emittendi Spiritum ſanctum. Alterum eſt, Patrem eſſe abſolutè fontem, & radicem Diuinitatis. Si ergo Latini Patrem, & Filium vnicum eſſe principium, & cauſam Spiritus ſancti, quomodo ſtatim non aſſerunt filium eſſe principium, ſeu originem Spiritus ſancti? Neque enim idem eſt eſſe fontem Diuinitatis ſimpliciter, & fontem Diuinitatis in perſona Spiritus ſancti, ſeu fontem Spiritus ſancti. Nam eſſe fontem ſimpliciter Deitatis, proprium eſt Patris tantum. Eſſe verò fontem Diuinitatis πνευςικῶς, id eſt, ſpiratiuè communicatæ Spiritui ſancto, eſt commune Patri, & Filio. Quare nullo modo negari poteſt, quin Filius ſit fons, & origo Spiritus ſancti: quamuis abſolutè non ſit origo Deitatis, cum non ſit Diuinitatis origo, vt ea eſt in ſemetipſo, cuius ſolus Pater, à quo per generationem illam habet Filius, caput eſt, atque principium.

Verum enimuerò eſt animaduertendum, quamuis Filius principium ſit vnum, atque idem cum Patre, Spiritus ſancti, nihilominus rectè negari, filium emittere ἀρχικῶς, hoc eſt emittere à ſe, filius enim emittit à Patre, quia à Patre accipit, & ſuam hypoſtaſim, & emittendi poteſtatem.

Quod autem in hoc eodem Concilio dicitur filium non eſſe προκαταρκτικὴν αἰτίαν Spiritus ſancti, neminem ſolicitum habere debet, quamuis eo verbo virum grauem magnopere viderim fuiſſe commotum, pui προκαταρκτικὴν, &, ὑπαρκτικὴν αἰτίαν idem eſſe ſuſpicaretur, in quo hallucinabatur quàm maximè, cum non modo apud Galenum, cæteroſque Medicos cauſa morbi procatarctica cauſa ſit, vt ita loquar, initialis, atque originalis, verum etiam apud eos, qui in rerum Diuinarum explicatione verſantur. Sentiunt igitur viri ſapientes αἰτίαν προκαταρκτικὴν ἀρχικὴν, καὶ ἀχοειδῆ eſſe eandem, quemadmodum intelligimus tum ex Beſſarionis Oratione pag. 193. verſu 18. à primo, & quinto à poſtremo, & ex Gennadio cap. I. περὶ τοῦ πνεύματος ἁγίου, pag. 300. verſ. II. à poſtremo, & pag. 307. verſ. I. & 3. & pag. 321. verſ. II. & 16. & ex Damaſceno in primo libro De fide Orthodoxa c. II. qui omnem cauſam procatarcticam adſcribunt Patri. Et Gennadius in Diſputatione, De proceſsione Spiritus ſancti pag. 300. interpretans illa verba ἐξ οὗ τὰ πάντα, δι' οὗ τὰ πάντα, ἐν ᾧ τὰ πάντα, hoc eſt. *Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia,* præpoſitionem illam, *Ex*, ait ſignificare in Patre αἰτίαν προκαταρκτικὴν; Præpoſitionem, *Per*, in Filio δημιουργικὴν, id eſt, *effectricem.* Præpoſitionem, *in*, ſignificare in Spiritu ſancto τελειωτικὴν, hoc eſt, *perfectricem.*

Quòd ſi quis ex Seſsione Concilij Florentini 25. pag. 209. obijciat id quod Imperator dixit his verbis, οὕτω γὰρ ἐδόξαζον οἱ πατέρες ἡμῶν, αἰτίας ὑπαρκτικὰς δύο λέγειν τοὺς λατίνους τοῦ ἁγίου πνεύματος. hoc eſt. *Sic enim Patres noſtri opinabantur duas cauſas hyparcticas Latinos dicere Spiritus ſancti.* Reſpondendum eſt ei, cum in Græcorum mentibus inſediſſet penitus, duo principia Spiritus ſancti à Latinis conſtitui, propterea in ea oratione Imperatoris duas cauſas hyparcticas idem eſſe ac ſi dixiſſet duas cauſas principales, ſiue originales, ſiue initiales. Quod ſanè ita non eſt. Primò, quoniam vox ὑπαρκτικὸν, nunquam ſumi poteſt pro principali, ſiue originali. Deinde quia Græci Concilij interpres Abramus Cretenſis Præſul Arienſis, locum illum Imperatoris interpretans reddidit Latinè, *duas ſubſtantiales cauſas.* Præterea, quoniam Imperator qui Philoſophiæ præceptis erat apprimè imbutus, rectè inferebat ex duobus principijs duas cauſas ſubſtantiales. Cum enim nomen principij ſignificetur tamquam ſimplex eſſentia, præſertim in Diuinis: qui illic conſtituit duo principia, fateri illic cogitur duas eſſentias, & duas cauſas eſſentiales. Id quod prorſus reſpuit Chriſtianarum aurium ſenſus. Cum enim Concilia, & Patres Orthodoxi nunquam dixerint duas in Diuinis cauſas, vel principia; profectò nefarium eſſet dicere duas eſſe cauſas ſubſtantiales. Nam qui dicit duas ſubſtantiales, idem duas dicit neceſſariò cauſas: contra quod omnia Concilia, & Patres loquuntur, ac docent.

Cæterùm, ne quis reſtet ambigendi locus de notione iſtius vocis ὑπαρκτικὸν, ſiue ὕπαρξις, loca omnia huc afferam, in quibus cum de Proceſsione ſancti Florentiæ diſputaretur, de illa actum eſt. Ter igitur in 18. Seſsione, quæ prima fuit De Spiritus ſancti eſſentiali Proceſsione, vſurpata fuit. Primum à Marco Epheſio, qui nomina Proceſsionis aiebat diſtingui, nempè ſubſtantialem Spiritus ſancti emanationem ab emanatione filij: καὶ τούτῳ τῷ ὀνόματι διαςέλλεται τοῦ πνεύματος ἡ ὑπαρκτικὴ πρόοδος τῆς τοῦ υἱοῦ προόδου. *Et hoc nomine*

(nomen dicit Proceſsionem) *diſtinguitur ſubſtantialis Spiritus emanatio à filij emanatione.* pag. 107. Secundò in eadem Seſsione pag.108. ſemel, & iterum à Ioanne, qui ex reſponſione Marci Epheſij ait ſe collegiſſe ἐκπόρευσιν λέγεσθαι ὑπαρκτικὴν, καὶ οὐσιώδη, hoc eſt, *in Diuinis dici eſſentialem, & ſubſtantialem.*

Deinde à Latinis vrgentibus Græcos in Seſsione 25. pag.208. ἡμεῖς δὲ θέλομεν ἐξήγησιν κατὰ τὸν νοῦν τῶν ἁγίων τῶν λεγόντων τὰ ῥητὰ τὴν ὑπαρκτικὴν αἰτίαν διδόντων τῷ υἱῷ σὺν τῷ πατρί. hoc eſt. *nos requirimus ex ſenſu Sanctorum, qui ea verba pronunciarunt ſubſtantialem cauſam Filio cum Patre tribuentium.* Qui locus planè repugnat alteri illi, quem ſuprà diximus eſſe corruptum. Quid enim fieri poteſt diſtinctius, quàm vt Latini libenter Græcis tribuant in Concilio generali filium non emittere hyparcticè Spiritum ſanctum, & ab ijſdem premi Græcos, vt fateantur filium eſſe cauſam hyparcticam Spiritus ſancti?

Vſus item eſt Romanus Pont. eodem vocabulo in ſanciendo proceſsionis dogmate in eadem Seſsione pag.228. Cunctis enim Chriſtianis neceſsitatem imponit hanc fidei veritatem credendi, τὴν ἑαυτοῦ οὐσίαν, καὶ τὸ ὑπαρκτικὸν εἶναι αὐτοῦ ἔχειν ἐκ τοῦ πατρὸς ἅμα καὶ τοῦ υἱοῦ. hoc eſt. *Eſſentiam ſuam, & ſui eſſe ſubſtantiam habere à Patre ſimul, & Filio.*

Denique eadem vox eſt vſurpata eodẽ in loco Imperatoris, quem indicauimus; quem non ſecus quàm alios debemus interpretari, ne dicere cogamur homonymo, & ancipiti vocabulo Romanum Pontificem vſum eſſe in certa fidei veritate decernenda, & ne ſtultitiæ Patres, qui in eo Concilio diſputarunt, coarguamus, qui in tanta rei diſquiſitione vocabulum ambiguum nunquam diſtinxerunt, in quo non ſolum contra Philoſophorum, & Dialecticorum diſciplinam grauiter peccaſſent, qui docent nomen ambiguum, & multiplex ante diſtinguendum eſſe, quàm de re diſputetur. Deinde etiam tum de ſuis laboribus, atque vigilijs, tum de cunctis Decretis malè meriti eſſent, qui vſurpatione ancipitis vocabuli improbis aliquorum ingenijs, malitioſa verbi interpretatione tam facilem cauſam ludificandi omnia attuliſſent.

Mendosè igitur in ſuperiori illa propoſitione, quam huic Tractationi præfiximus legitur, ὑπαρκτικῶς, cum item Græcus codex Præſulis Arienſis habuerit ἀ(ρ)χικῶς, ſiue ἀρχοειδῶς. Abramus enim Cretenſis Græci Concilij interpres, aduerbium ἀρχικῶς, & ἀρχοειδῶς ſemper eodẽ modo ſit interpretatus: nunquam autem ſit interpretatus nomen ὑπαρκτικὸν *præcipuum,* vel *principalem,* neceſſariò conficitur in eius codice fuiſſe ἀρχικῶς, ſiue ἀρχοειδῶς, at nullo modo extitiſſe ὑπαρκτικῶς.

FLORENTINORVM Epiſtola ad Alexandrum II. Pont. Max. extat in 11. Tom. Card. Baronij, quæ quidem vberrima controuerſiam complectens exortam inter ciues Florentinos, & eorum prætenſum Epiſcopum, atque examen cauſæ per ignem, per quem Petrus dictus deinceps *igneus* tranſiuit illæſus, extat in Tom.11. Card. Baronij ſub anno Dom.1064.

Porrò Florentina hæc Synodus, vnà cum Concilio Lateranenſi habito ſub Leone X. Pont. Max. Romæ an. 1521. Latinè prodijt hac inſcriptione. Acta Generalis octauæ Synodi, ſub Eugenio IV. à Iacobo Mazochio Typographo, interprete Bartholomæo Abramo Cretenſi Præſule Arienſi.

Sed de ea, quæ propriè dicenda eſt octaua Synodus, quam quidem è Bauarica Bibliotheca Græcam conſecuti, curamus in Latinum verſam non ita multo poſt edi, loco ſuo dicemus in hoc Apparatu.

FLORENTINI Batavi Inſtitutionum Chriſtianarum lib.5. interprete Laurentio Surio. Coloniæ ex ædibus Quentelianis an.1595. prodierunt.

FLORENTINVS Burgoinus (alijs Burgonius) Pariſienſis, Ord. Minorum (quem nō deſunt, qui *Franciſcum* nominent) addidit Indicem, ac Scholia ad opera D. Auguſtini, in quibus item emendandis laborauerat, an. 1541. Pariſijs At Louanienſis, & Pariſienſis poſtremæ editiones omninò primas ferunt. Vide in verbo, Auguſtinus.

FLORENTINVS Leidanus, Ord. Minorum collegit Hiſtoriam paſsionis nouorum in Germania inferioris Prouinciæ martyrum Ordinis ſui, cui collectioni enarratio martyrij aliorum eiuſdem Ordinis in Gallijs pro fide Catholica ſuſcepti adtexta eſt. Ingolſtadij apud VVolfgangum Ederum an.1582.

FLORENTIVS Cartuſianus propè Leodium cœnobij ſui Prior ſcripſit accuratè Chriſtianam Inſtitutionem.

FLORENTIVS VVingerinenſis, Monachus Anglus, Eccleſiæ Anglicanæ, & controuerſiarum Religionis hiſtoriam vſque ad Henrici Iunioris Imperium deduxit. Viuebat an. Dom.1118. Eiſingrenus.

FLORIANI Nannij Caſsij Catena argentea, è Scholaſticis Theologis ad vniuerſam

forme

forme Diuinam ſcripturam ſpectantibus contexta, & Bononiæ excuſa apud Ioan. Rubeum an.1587.

FLORIANI Trefferi (quem Benedictempuranum fuiſſe ſcribunt) Conciones triginta ſex De pręcipuis Eccleſiæ ferijs, & de Religionis Chriſtianæ capitibus. Coloniæ Agrippinæ 1565.

FLORI Magiſtri, qui floruit tempore Caroli Calui, Exegeſis, ſiue expoſitio miſſæ extat in Bignæi Bibliotheca SS. PP. Hunc autem fuiſſe Monachum Ordinis S. Benedicti in Monaſterio S. Trudonis Diæceſeos Leodienſis, ſcribit Tritemius de viris illuſtribus Ord. S. Benedicti, cap.44. Nimirum, (ait Sigebertus lib. de viris illuſt. cap.93.) *Epiſtolas Pauli ex integro expoſuit, qui nihil à ſe dicens, ſed omnes Auguſtini libros reuoluens, & capitula Epiſtolarum Pauli ab Auguſtino diuerſis locis expoſita recolligens, ipſa capitula expoſita reſtituit ordini Epiſtolarum, ad notans ſingulos Auguſtini libros, in quibus capitula expoſita erant, & ſic nouo, ac mirabili ſtudio de alieno labore magnum ſui Operis volumen edidit.* Hæc ille. Arnoldus autem VVion addit eum ſcripſiſſe *Martyrologium, id eſt Geſta, & Paſsiones Sanctorum.*

FLORIMVNDVS Remundus Gallus, & Regius Conſiliarius in Senatu Burdigalenſi vir illuſtris doctrina, & pietate edidit, librum De Antichriſto aduerſus Nouatores. & Librum, prænotatum, Error popularis de Ioanna Pſeudopontifice, dicta Papiſſa, quo ſcripto prorſus confodit hæreticos, qui commentum illud ſparſerunt in vulgus, vt amplius ea de fabula hiſcere non audeant. Porrò Gallicè editus eſt Burdigalæ apud Simonem Millangium an.1602. Vide in verbo, Ioanna Pſeudopontifex, dicta *Papiſſa.*

## F O

FOEBADIVS, qui à Hieronymo Sebadius, à Sulpicio Seuero Fœgadius (ſi tamen hic ipſe ſit, Fœbadius editus eſt vnà cum Athanaſij Dialogis, & Baſilij libris contra Eunomium. Quem Auctorem exhibuit V. C. P. Pytheus.

FOECVNDVS, vide in verbo, Facundus.

FOLCHARDVS Dorobernenſis, Anglus, Monachus Cantuarienſis, qui floruit in Congregatione Cluniacenſi an. 1060. ſcripſit ad Aldredum Epiſcopum, De vita & miraculis S. Ioannis Epiſcopi Eboracenſis.

FOLCHARDVS Belga, monachus Cœnobij S. Bertini Sithiuenſis, Congreg. Cluniacenſis, ſcripſit vitam S. Bertini Abbatis, & vitam S. Audomari Epiſcopi Morinenſis, quæ vtraque cuſa eſt in Laurentij Surij Tom.5. ad diem 15. Septembris.

FOLKERVS Simois Latinè ſcripſit Chronicon Phriſiæ. Vixit propè an. Dom. 1496. Vide Decadem ſeptimam, num.8. Suffridi Petri, De Scriptoribus Phriſiæ.

FOLQVINVS Monachus monaſterij S. Bertini Sithiuenſis, ac deinde Laubienſis Abbas, Congregationis Cluniacenſis, ſcripſit geſta Abbatum Laubienſium. De miraculis S. Vrſmari Epiſcopi, extat m.ss. De vita S. Folquini Epiſcopi liber. Obijt an.990.

FORESTERIVS (Galli etiam *le foreſtier*) Ord. Celeſtinorum, Poeta Gallus, ſcripſit carmina in honorem B. Virginis. Viuebat an.1520.

FORTALITIVM fidei, ſic prænotatus liber, quo agitur de armandis fidelibus, ac de ſex armorum ſpiritualium generibus: quin, & quibus armis muniendi ſint veri concionatores, vbi plura de bello contra Hæreticos, Saracenos, Iudæos, & eorum, ac Dæmonum aduerſus nos.

FORTANERIVS (alijs Sertorius) Vaſſelli Valuenſis, Vaſco, Gallus, Ord. Minorum 19. Generalis Miniſter, Cardinalis deſignatus, lib. 22. Auguſtini de Ciuitate Dei expoſuit, variaque in Scripturam conſcripſit. Eiſingrenius. Viuebat an.1536.

FORTVNATIANVS natione Afer, Aquileienſis Epiſcopus, imperante Conſtantino, in Euangelia, titulis ordinatis, breui, & ruſtico ſermone ſcripſit Commentarios, & in hoc habetur deteſtabilis, quòd Liberium Romanæ Vrbis Epiſcopum, pro fide ad exilium pergentem, primus ſolicitauit, ac fregit, & ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit. Hæc Hieronymus in Catal. Sed Lypſius adnotauit pro *breui, & ruſtico ſermone, breue ruſtico ſermone.* Deinde, pro *& in hoc, ſed in hoc:* At in Gemblacenſi codice pro his verbis, *& ad ſubſcriptionem hæreſeos compulit, legitur, & ad ſua ſuſceptionem hæreſeos compulit.* Hic autem Scriptor àpud Honorium Fortunatius appellatur.

FORTVNATVS, & aliquot alij Epiſcopi apud Cyprianum, lib.1. communes Epiſtolas, ſecundam, quartam, duodecimam, ſcripſerunt.

FORTVNATVS, Auguſtinus, Alypius, Epiſtolam ad Generoſum num.160. ſcripſere.



Digitized by Google

FORTVNATVS Italus (inquit Sigebertus) liberalibus artibus eruditus, à dolore oculorum virtute D. Martini Turonenſis Epiſcopi ſanatus (ideo enim Turonos venerat) & Pictauium progreſſus, primo ibi presbyter, deinde Epiſcopus conſecratus eſt, ſcripſit metricè Hodeporicum ſuum, & metricè quatuor libros de vita S. Martini, ac præcipuè hymnos ſingularum feſtiuitatum, & alia carmina ad ſingulos amicos. Sic quidem Sigebertus. At Tritemius diligentior, loquens de illo ea ſic enumerat.

FORTVNATVS Epiſcopus Pictauienſis, natione Italus, ſcripſit eleganti carmine Opuſcula, Ad S. Radegundem Regis Thuringorum vltimi filiam, & Regis Francorum captiuam, poſtea Pictauienſis Cœnobij Abbatiſſam, verſu hexametro.

| | |
|---|---|
| Excidiū Regni Thuringorū, lib. 1. Incipit, | *Conditio belli triſtis.* |
| Ad Iuuinium de Radegunde, lib. | *Aonias auido, qui.* |
| Ad Iuſtinum Iuniorem, lib. | *Gloria Summi Patris, natique.* |
| Ad Sophiam Auguſtam, lib. | *Cui meritis compar.* |
| In perſona Radegundis, lib. | *Poſt Patriæ cineres.* |
| In laudem Martini Epiſcopi, lib. | *Lumen Apoſtolicum.* |
| De Leontio venerabili Epiſcopo, lib. | *Inter quos genuit.* |
| De eodē laudum, & Hymnorum 77. lib. | *Agnoſcat omne ſeculum.* |
| De miraculis S. Martini, lib. 4. | Vitam S. Hilarij Pictauienſis, lib. |
| Ad Epiſcopum vitæ ſuæ, lib. | Vitam S. Mauritij Epiſcopi, lib. 1. |
| Epiſtolarum ad diuerſos, lib. | Carminū ad amicos, lib. Inc. *Rex regionis apex.* |

Alia quoque multa compoſuit, quæ cum breuia ſint, ſub librorū nomine nolui conſignare. Plura enim Epitaphia & verſus breues ſcripſit, quos vidi. Sic Tritemius. Sed & vide in verbo, Venantius Fortunatus.

FOTINVS Marcelli diſcipulus, Sirmij Epiſcopus (vt habet Honorius in Catal.) in hæreſim Thebionis lapſus, plura ſcripſit volumina, in quibus vel præcipui ſunt libri contra Gentes, & ad Valentinianum.

## F R

FRANCISCANI Ordinis hiſtoriæ Scriptores primarij Franciſcus Gonzaga, & Petrus Rodulphus Tuſsiniacenſis.

FRANCISCANORVM, ſiue Ord. Minorum Compendium Priuilegiorum, Pariſijs apud Simonem Caluarinum 1578. At cum Adnotationibus Hieronymi à Sorbo, atque Antonij Cordubenſis, Neapoli apud Iacobum Carlinum 1595.

Sed & eorundem Fratrum Speculum, Venetijs apud Lazarum Soardium an. 1513. editum eſt, ex quo tamen eſt expungenda Epiſtola Ockam, quam aduerſus Ioan. XXII. Pont. Max. ſcripſit.

Quin & ipſorum Fratrum firmamenta trium Ordinum Pariſijs apud Ioan. Paruum, an. 1512. euulgatæ, habebant eiuſdem Ockam Epiſtolam, aduerſus eundem Pont. Max. quæ item inde eſt expungenda.

Extat Fratrum Minorum Catechiſmus, iuſſu Franciſci Gonzagæ tunc Miniſtri Generalis conſcriptus, quo agitur de Poteſtate vniuerſis Seraphicæ huius religionis profeſſoribus tradita.

FRANCISCINVS. Vide in verbo, Franciſcus Vicedominus.

FRANCISCVS de Abbatibus, Aſtenſis, Ord. Minorum, ſcripſit Sermones annuarum Dominicarum. Incipiunt. *Erunt ſigna in Sole, &c.* Item Quadrageſimale.

FRANCISCI Agricolæ Parochi Rodigenſis in Ducatu Iuliacenſi.

Inſtitutio de Sanctiſsimo Sacramento Altaris, & de Cœna Dominica. Germanicè. Coloniæ an. Dom. 1575.

Tractatus Orthodoxus de Sanctorum ſanctis reliquijs in honorem quidem omnium Sanctorum reliquiarum, nominatim verò illarum, quas Aquenſes pia induſtria D. Caroli Magni poſsident, in lucem editus Coloniæ 1581. vbi etiam an. 1580. prodierant.

Tractatus duo Catholici de cultu, & veneratione, atque imaginibus Sanctorum.

Euangelicarum Demonſtrationum libri quatuor, in quibus contra Caluinianos, & cæteros hæreticos monſtratur, Chriſtum ſecundum animam reuera ad Inferna deſcendiſſe, & animas priorum è Limbo liberaſſe. Coloniæ apud Maternum Cholinum, anno Domini 1587.

De Primatu Petri Apoſtoli, & ſucceſſorum eius Romanorum Pontificum. Coloniæ an. 1599.



Digitized by Google

Euangelica Doctrina de Chriſto Saluatore, eiuſque Regno gratiæ, & gloriæ tum cognoſcendo, tum capeſſendo. Coloniæ apud Hermannum Hobergen. Eiuſdem item extat Speculum pœnitentiæ. Quid nempè ſit Euangelica pœnitentia; quamúe Chriſtianis omnibus neceſſaria. Coloniæ 1582. Colloquium autem Theodori Malcotij de Lutheri, eiuſque conſortium in cauſa Religionis, inconſtantia Germanicè reddidit, atque auxit, excuſum Coloniæ an. 1583. Atqui & poſt aliquot annos prodierunt ipſius Demonſtrationes Euangelicæ de damnatiſsimo ſtatu concubinariorum Ord. Eccleſiaſtici, Coloniæ apud Hogbergium, an. 1603. Anno autem ſequenti, qui fuit 1604. apud eundem idem liber inſcriptione alia, & acceſsione noui libri. Inſcriptio autem hæc eſt: *Apodeixis Euangelica de periculoſo ſtatu concubinariorū impœnitentium, acceßit de primatu S. Petri, & ſucceſſorum eius Rom. Pontif. Tractatus, è S. Scripturæ fontibus collectus.* Ibid. apud eundem. De æterno autem, & vero Deo, necnon indubitato Chriſto, atque Meſsia Chriſtianorum, contra nouum, & falſum Deum, ac Pſeudochriſtum Nouatorum huius ſeculi, libri tres. Ibid. apud Greuenbruch. Atteſtatio SS. Patrum tam Græcorum quam Latinorum; quod Petrus fuerat Romæ. Coloniæ apud Hermannum Hogberg, an. 1605. De ampliſsimis priuilegijs & certiſsimis ſignis veræ Chriſti in terris Eccleſiæ tractatus eiuſdem Agricolæ excuſus eſt Coloniæ apud Bernardum Gualt. an. 1606.

FRANCISCVS Albertinus, Florentinus presbyter ſcripſit

De Roma vetere, & noua ad Iulium II. Pontificem Maximum. Incipit, *Conſuetudo mea in amicos.*
De ſtationibus Vrbis.
De modo rectè viuendi.
De Confeſsione.
De Sacramento.
De ſignificatione, & expoſitione arboris Palmæ ad Dominicum Viterbienſem.
De Muſica.
Expoſitionem Dominicæ orationis, & Salutationis Angelicæ.
Edidit etiam Epitaphiorum antiquorū Opuſculum. Floruit an. 1500. Michaël Pocc.

FRANCISCVS Albertinus Soc. Ieſu edidit Corollaria Theologica vno tomo in folio comprehenſa. Neapoli apud Societ. Venet. an. 1606.

FRANCISCVS Amelrus, ſcripſit librum prænotatum, *Dialogus Sacer, in quo anima Chriſtiana ad perfectam S. Scripturæ cognitionem perducitur.* Coloniæ apud Conradum Butgenium. Item cum D. Dionyſij Cartuſiani Inflammatorio Diuini amoris, ſiue Tractatu Dialogico inter Saluatorem, & hominem, impreſſus eſt alter Franciſc. Amelri Dialogus de Amante anima ad Sponſi ſui cognitionem perducta. Ibidem apud Butgen. in 12.

FRANCISCVS Ampullus, (ſiue de Ampullis) Ord. Minorum, Iuris Canonici decreta illuſtrauit, cuius auctoritate Summæ Angelicæ compilator, Summam ſuam comprobandam exiſtimauit.

FRANCISCVS Aretinus è Græco vertit in Latinum S. Ioannis Chryſoſtomi Commentaria in Euangelium D. Ioannis Euangeliſtæ, & eiuſdem Chryſoſtomi homilias priores eo vſque an priorem Epiſtolam ad Corinthios: præter illa quæ ſcripſit huc non ſpectantia.

FRANCISCVS ab Aqua putrida, Ord. Minorum digna lectu ſcripſiſſe memoratur. Qui autem de illo ſcribunt, ne nominant quidem quibuſnam inſcriptionibus eius libri fuerint prænotati.

FRANCISCVS Argentinus Venetus, Epiſcopus Concordiæ, deinde Cardinalis à Iulio II. Pontif. Max. creatus, multa de immunitate Eccleſiaſtica ſcripſit, Commentarium item *in l. pacta, conuenta.* Et de modo prædicandi Euangelium: Viuebat an. 1501. Franciſcus Sanſouinus.

FRANCISCVS Arias, de iuriſdictione Epiſcoporum, Romæ apud Paulum Manutium an. Dom. 1563.

FRANCISCVS Arias Hiſpanus, Societatis Ieſu, librum Hiſpanicè edidit cuius prima pars, quæ & Italicè poſtremò Florentiæ emiſſa eſt in lucem, continet adhortationem ad ſpiritualem profectum, & Tractationem optimam de diffiſione ſui ipſius, ac confiſione in Deum: illam quidem vtiliſsimam.

Præterea Roſarium valde pium quinquaginta Myſteriorum vitæ Chriſti Domini: denique quinquaginta ſeptem capita de Imitatione Dei Genitricis Mariæ: Pars verò ſecunda continet librum De oratione mentali, ac De conſideratione myſteriorum Chriſti Domini noſtri, & eius ſuperbenedictæ Matris, deinde De mortificatione perturbationum animi. Addidit Appendicem, De recto vſu Sacramentorum, ac ſanctum Exercitium de præſentia Dei. Porrò edita hæc ſunt, (quæ quidem ad omnium captum ſunt ſcripta) primò in Hiſpania Valentiæ apud Petrum Patricium Meyum an. 1588. Deinde



Digitized by Google

verò Italicè verſi hi libri à Iulio Zanchino equite prodierunt Mediolani anno 1600. ex officina Pacifici Pontij. Poſtremo Coloniæ apud Ioannem Crithium, an. 1607. Sciendum verò in editione Italica in trigeſimo capite primæ partis, in quo agitur de imitatione Beatiſsimæ Virginis deeſſe exemplum Epiſtolæ, quæ à nonnullis credita eſt fuiſſe ſcripta à Beatiſsima Virgine ad Ciuitatem Florentinam; ſic enim Arias ſcribit de illamet Epiſtola. Altera Epiſtola extat Florentiæ, cuius meminit Hieronymus Ferrarienſis, quæ ita habet. *Florentia Deo, & Domino Ieſu Chriſto filio meo, & mihi dilecta: Tene fidem, iuſta orationi, roborare patientia, his enim & ſempiternam ſalutem apud Deum, & apud homines conſequeris.* Sed etſi verba ſunt ſanctiſsima, cenſetur tamen apocrypha. Editus eſt autem ipſe huius Auctoris Liber De imitatione Beatiſsimæ Virginis Antuerpiæ per Andream Huouium Brugenſem, apud Keerbergium, an. 1602. Porrò Tractatus tres. 1. De profectu ſpirituali. 2. De vera diffidentia ſui ipſius. 3. De mortificatione ſui, ex Italico in Latinum conuerſi à Ioanne Buſæo, an. 1603. De Confeſsionis, & Communionis vſu, Coloniæ apud Balthaſarem Clypeum, an. 1603. De imitatione verò Beatiſs. Virginis per Adrianum Holum Latinè redditum Opuſculum. Ingolſtadij apud Ioan. Heſtroy, an. 1604.

FRANCISCVS Arola Theologus, Ord. Min. compoſuit Concordantiam maiorem Bibliorum.

FRANCISCVS Aſculanus *Doctoris ſuccincti* nomen ſortitus, Ord. Minorum, ſcripſit Opus contradictionum. Eius autem improbationes quædam extant Florentiæ in Bibl. S. Crucis. Scripſit & in quatuor libros Sententiarum, & Reportata in eoſdem.

FRANCISCVS Aſsiſias, quæ ciuitas eſt in Vmbria, Italus, Ord. Min. vir ſanctiſsimus, & Franciſcani Ord. primus inſtitutor ſcripſit,

Regulam planè Euangelicam, & Apoſtolicam, quæ incipit: *Regula, & Vita.* Hanc ipſe Pater: *librum vitæ, ſpem ſalutis, medullam Euangelij, viam ſaluationis, ſcalam Cœli, clauem Paradiſi, pactum æterni fœderis* appellare conſueuerat. Dictauit & Teſtamenti varias formulas quibus virtutum, atque Euangelicæ paupertatis ſuos fecit hæredes. Quin & cecinit plura cantica, ſiue hymnos: quibus more Pſaltis, & ſponſæ cœleſtis, modo colludebat tamquam ſponſo, modo confitebatur tamquam amico, modo vt iudicem deprecabatur, modo vt Patrem interpellabat: modo tamquam creatorem ſummo cultu adorabat.

Epiſtolis filios ſuos, qui comitia generalia habebant, abſens erudiebat, ad inſtitutæ Regulæ caſtam obſeruationem adhortans: Quarum initium eſt: *Dixit Dominus Diſcipulis ſuis.* Sed & alias Chriſtianis perutiles ſcripſit. Extat eiuſdem Epiſtola ad Sacerdotes ordinis ſui: quæ incipit: *In nomine S. Trinitatis.* Oratio item ſiue expoſitio Orationis Dominicæ: quæ incipit, *Sanctiſsime Pater noſter.* Præterea laus Domini Dei altiſsimi, cuius initium. *Tu es Domine Deus.* Et Oratio ad omnipotentem Deum. *Omnipotens.* Et Binæ orationes ad Deiparam Virginem, cuius prioris initium eſt. *Sancta Dei Genitrix.* Poſterioris autem. *Sancta Maria Virgo.*

Alia eiuſdem verba, quibus ad humilitatem, deuotionem, & patientiam hortatur, inchoans. *Beatus ſeruus.* Quæ omnia collecta ſunt à Margarino Bignæo, & in ſuam Biblioth. SS. Patrum inſerta. Sed & cum alibi, tum Mediolani, apud Pacificum Pontium an. 1580. & 1581. prodierunt S. Franciſci Regula, Teſtamentum, Statuta generalia Franciſcanorum Ciſmontanorum, Tabulæ, Ordinationes, Decreta Prouincialis Capituli Mediolanenſis, anno Dom. 1580. cum Diplomatibus, ſiue Bullis aliquibus Summorum Pontificum, Regula item S. Franciſci, cum declarationibus, & alijs, quæ collegit Franciſcus Gonzaga, tum Generalis Miniſter Ord. Romæ apud hæredes Antonij Bladi, an. 1580.

Et quidem non me latet extare Franciſci cuiuſdam, è Baucio Epiſtolam de viſione veriſsima corporis Seraphici Patris noſtri (inquit) Franciſci: quæ cum careat nomine typographi, loci, temporis, viderint cordati Catholici, quid de ea dicendum ſit.

Porrò à Philippo Melanchthone in ſua peſtilenti Apologia Confeſsionis Auguſtanæ, falsò aſcribitur S. Franciſco Epiſtola ad omnes Fratres ſuos, qua iubeat vnam tantum Miſſam vno in loco celebrari, etiam ſi plures adſint Sacerdotes. Auctor enim illius Epiſtolæ, quiſquis ille fuerit, loquitur de feria tantum quinta in Cœna Domini, non de alijs diebus. Quæ ſi de quouis die loqueretur, falſum apertiſsimè contineret. Scribit enim Auctor eiuſdem Epiſtolæ, *ſecundum vſum Romanæ Eccleſiæ vnicam Miſſam duntaxat vno in loco eſſe celebrandam.* At Honorius Papa III. qui ſedit Romæ tempore S. Franciſci, cap. cum creatura. *De celebratione Miſſarum,* iubet ne omittantur anniuerſaria ſacra pro defunctis ob feſtum, vel feriam occurrentem. Sed vtraque ſacra eodem die celebrantur.

Bellar. Card. lib. 2. de Miſſa. c. 10.



Digitized by Google

FRANCISCVS de Baccone Carmelita, Catalanus, Cœnobij Gerundenſis, ſcripſit in libros Sententiarum. Summam item Prædicantium, quam inſcripſit Repertorium Prædicantium. Claruit Pariſijs. At neque Tritemius, qui huius meminit in Catalogo Scriptorum Carmelitanæ Religionis tradidit, nec Petrus Lucius Belga qui eundem Catalogum additis Scholijs illuſtrauit, annum, quo vixerit, indicauit. Id tantum attigit, quo ſuſpicari poſſumus num Ioan. de Baccone, qui vixit anno Domini 1345. frater ne an nepos fuerit. Sed Ioannes hic non Angelus, ſed Catalanus fuit. Vide in verbo, Ioannes de Baccone.

FRANCISCVS Balduinus I.V. peritus Atrebas, Belga, Præter Annotationes in Optatum Afrum, Reſponſionem edidit aduerſus hæreticum calumniatorem, Pariſijs apud Nicolaum Cheſneau 1576. Obijt Pariſijs an. 1572.

Eius tamen liber, qui *Conſtantinus Magnus* inſcribitur, ſiue de Conſtantini Imperatoris legibus Eccleſiaſticis, atque ciuilibus Commentaria, prohibitus eſt in Romano Indice. Ceterum, varia ad Iuriſprudentiam ſpectantia euulgauit, atque cum inter Caluinianos aliquandiu vixiſſet, facilè, qui perſpicax eſſet, & doctus, hæreſum illarum abdominationibus cognitis, redijt ad Eccleſiam Catholicam Columnam, & Firmamentum veritatis, vnde Geneuenſes hæreticos mirificè ſcriptis perculit.

FRANCISCVS Bartolus Aſſiſias, Ord. Minorum, ſcripſit De Paſſione Domini, & Hiſtoriam S. Mariæ de Portiuncula.

FRANCISCVS Belearius aduerſus Caluinianorum dogma de infantium in vtero ſanctificatione, Pariſijs an. 1567.

FRANCISCVS Belleforeſtius Commingenſis Vaſco, vir nobilis, ac multæ ſcriptionis, edidit Annales Galliæ, qui primum excuſi Pariſijs apud Gabrielem Bonum ann. 1573. deinde duplo penè auctiores apud eundem, duobus Tomis an. 1579.

Hiſtoriam nouem Carolorum Galliæ Regum, Pariſijs apud Huillerium 1568.

Quin & Hiſtoriam vniuerſalem, quæ eſt ſuæ Compendium Coſmographiæ. Pariſijs apud Geruaſium Mallot. Editio autem poſtrema dimidio eſt auctior.

Catalogum virorum illuſtrium, qui ſcentia, & geſtis claruerunt in Cœnobijs, idque Gallicè, quare liber inſcriptus eſt, *Recueil des hommes plus ſignales de tous aages, lesquels s'eſtãs ſe parez de la corruption de ce ſiecle ont ſeruy à Dieu par les conuents, & monaſteres.* hoc eſt. Collectio virorum inſigniorum, omnium ætatũ, qui ſe à mundi corruptione abdicantes, Deo in Cœnobijs, & Monaſterijs inſeruierunt. Meminit huius Operis in ſua Coſmographia, vbi de Vrbe Pariſienſi loquitur. fol. 193. colu. 2. primæ editionis. At & in Gallicam linguam Opera S. Cypriani vertit, & Orationem Io. Franciſci Commendoni Cardinalis, quæ habita eſt coram Epiſcopis, & Proceribus, & excuſa Pariſijs apud Thomam Brumenium an. 1573.

Hiſtoriam (Gallicè Diſcours) Belli, quod cum hæreticis rebellibus ann. 1567. geſſit Claudia Turonenſis (de Turaine) Domina Turnoni in Gallia prope Delphinatum, & Comitiſſa Roſſilionis: quæ hiſtoria primum Latino carmine à Ioanne Vellemino ſcripta, deinde ab ipſo Belleforeſtio Gallicè conuerſa denique apud Ioan. Hulpeau Pariſijs emiſſa eſt an. 1569.

Vitas quaſdam Sanctorum martyrum quas vel Gallicè ſcripſit, vel ex Latino in Gallicum Sermonem conſcripſit. Sed & multo plura ab alijs latinitate donata extant in ijſdem Tomis, in quibus vitæ Sanctorum continentur.

Saluiani Epiſcopi, de vero Iudicio, ac de Prouidentia libros octo in Gallicam linguã conuerſos, qui tamen nondum, quòd ſciam, apparuerunt.

Ioſephi hiſtoriam è Latina verſione Gallicam. Obijt Pariſijs paucos ante annos.

FRANCISCI Bencij ab Aquapendente Sacerdotis Societatis Ieſu Poëma inſigne quinque martyrum Societatis, in India prope Goam à gentilibus ob Chriſti fidem interfectorum.

Carmina pleraque. Ergaſtus ideſt, Drama, ante diſtributionem præmiorum in Gymnaſio Societatis Ieſu habitum.

Orationes duæ, & Elegiæ totidem in obitum Alexandri Farneſij Cardinalis, Romæ 1598. cum & antea habuiſſet aliam in funere M. Antonij Mureti. Quæ omnia Ingolſtadij, & Romæ fuerũt impreſſæ. Vixit noſtra ætate, pietatis, & eruditionis plenus, quas cõtinenter in alios effudit.

Extãt item *Philotimus* ab eo conſcriptus, & liber Orationum, quas habuit, & Tractatus de ſtylo iamdudum in lucem emiſſus.

FRANCISCVS Bobadilla, Hiſpanus, Ord. Præd. cum Luſitaniam ſui Ord. Prouinciã bis rexiſſet, Vlyſſippone Theologiam docuiſſet, Catherinæ Reginæ Portugalliæ fuiſſet à ſacris Confeſſionibus, hoſtis ocij infenſus, Breues notas ad libros Sapientiales, in Eccleſiaſten autem Commẽtarios vberes, ſicuti & in omnes Diui Pauli Epiſtolas, ſcripſit: Quæ neſcio an prodierint: id certum, ab Antonio Senenſi & quidem eiuſdem Ordinis, ſcriptum extare, ſe ab illomet hæc, quæ hic dicta ſunt, de illius operibus audiuiſſe. Viuebat anno 1581.

FRANCISCVS Bonadus, Angeriæ presbyter, Santonenſis, Aquitanus, Dialogum Domini noſtri Ieſu Chriſti, Reſurrectionem item ex Matthæo perfecit. Sed & Dauidis Oracula ad Pſalmorum ſeriem 150. numeris poëticis exarauit: Epiſtolas autem D. Pauli omnes Elegiacis verſibus Paraphraſticè trãſtulit. Monodiarum præterea illuſtrium aliquot Veteris, & Noui Teſtamenti virorum libros tres ſcripſit. Inter quos meminit quinquagintaocto Francorum Regum à Pharamundo ad Rhenum primò ſedente, vſque ad Franciſcum Valeſium. Pariſijs apud Germorſum an. 1543. præter quædam humaniorum literarum.

FRANCISCVS Bonaldus S. Ieſu librum emiſit qui Stella myſtica, ſeu dux vitę Chriſtianæ inſcribitur Coloniæ apud Conrad. Butgenium an. 1607.

FRANCISCVS Borgia olim Dux Gandiæ, ſed deinceps relicto Ducatu, & Mundo, ſe Chriſto Domino prorſus addicens, poſt inſignia paupertatis, ſanctitatis: ac prudentię exempla, Præpoſitus Generalis Societatis Ieſu Romæ delectus, Societatem vniuerſam ſanctè adminiſtrauit, cum rediens ex Hiſpanijs, atque Luſitania, quo Pius V. Pont. Max. illũ vnà cum Cardinali Alexãdrino ſuo Nepote ad Reges allegauerat, in Vrbe diem piè obijt. Eius vitam, dignam, quæ à pluribus legatur, Hiſpanicè eleganter, ac copioſè Petrus Ribadeneyra noſtræ Societatis, Latinè autem Andreas Scotus, ſed breuius, eſt perſecutus.

Scripſit varia, quæ inſignem pietatem cum ſancta maturitate ſpirant, ſed nõ omnia edita.
Extat tum Hiſpanicè, tum Italicè.
Sermo in cap. 18. Lucæ. *Vt appropinquauit Ieſus videns Ciuitatem, fleuit.*
Speculum vitæ Chriſtianæ. Collyrium ſpirituale. Præfatio ad Communionem.
Exercitium ſpirituale ad notitiam conſcientiæ acquirendam diuiſum in ſingulos hebdomadæ dies.
In Canticum trium Puerorum Hebræorum: *Benedicite omnia opera Domini.*
Meditationes de Paſſione Domini per omnes horas Canonicas.
Inſtructio Equitis Chriſtiani, ex Hiſpano in Italicum idioma verſus à Vincentio Abundio Mantuano, apud Gabrielem Iolitum 1561. Venetijs.
Sed à Patre Deza eiuſdem Societatis omnia Opera eius ſunt Latinè reddita, & in Hiſpanijs edita. Quæ item Moguntiæ proſtabant an. 1603.

FRANCISCVS Boria (dictus à *Guerra*) ſcripſit *Antiatheon* è rationibus Phyſicis congeſtum, quibus tamquam proprijs telis Athei confodiũtur, aſſeritur autem Deum eſſe æternum, Omnipotentem, Miſericordiſſimum, Bonitatis infinitæ, noſtriq; ſummam curam habentem. Prodijt Toloſæ apud Guidonem Baudiuilæum.

FRANCISCVS Bozzius, alijs Boſius Eugubinus, de temporali Eccleſiæ Monarchia, & iuriſdictione, lib. 5. contra Politicos. Coloniæ apud Io. Gymnicum an. 1602.

FRANCISCVS Brunancius, dictus Angeliacus, Sabaudus, Carmelita Rupeculenſis, Epiſcopus Enabdunẽſis, Sermonũ tres libros edidit. Carminũ item, & Epiſtolarũ librum.

FRANCISCVS Breuius Venetus, Epiſcopus Ceſenæ. De auctoritate Pontificis, anno 1477. Franciſcus Sanſ.

FRANCISCVS Cameranus Rauennas, Sacerdos doctus, & pius, librum Venetijs edendum miſit, quem prænotauit Theologicam Poëſim, de ſcanſione ad Deum; Laborem autem hunc qui tractauerit, profundos ſenſus, atque omnes pietatẽ ſpirantes reperiet. Viuit adhuc auctor, cui fauſta omnia precamur.

FRANCISCVS Campius (de Campos dicunt Hiſpani) Compendium, ſiue Indicẽ Moralium (vt vocant) cõceptuum ſtruxit è concionibus Philippi Diaz, quod Minima Socie. edidit Venetijs an. 1597.

FRANCISCVS è Candia Ord. Minorum, Doctor *Fertilis* appellatus in 4. lib. Magiſtri Sententiarum Commentarios vberes edidit.

FRANCISCVS Capito explicationes Catholicas locorum Veteris & Noui Teſtamenti, quibus abutuntur Hæretici, protulit in lucem an. 1579. Venetijs apud Guerræos.

FRANCISCVS Caſtellanus Florentinus, in laudem Saluatoris noſtri, B. Virginis, Sãcto-

Digitized by Google

ctorum,& Sanctarum Dei; Euangelia item,quæ tempore ſacri ieiunij habentur,carmine cecinit,ſcripſit etiam in laudem mortis ad eius memoriam peccatorem reuocans. Quæ Florentiæ in Cæmeterio S.Mariæ Nouæ ad tumulos ſepultorum appenſa. Claruit anno 1500.Mich.Pocc.

FRANCISCVS Caſtilonius,ſiue Caſtalion,Florentinus,in æde D.Laurentij Florẽtiæ Canonicus,edidit Vitam S.Vincentij Ord.Præd.Incipit, *B. Vincentius.*

Vitam item S. Petri Martyris. *Veterem Reuerendiß. Pater.*

Vitam S.Thomæ Aquinatis. *Beatus Thomas.*

Martyrum Antoninianum: ſcilicet S.Antonini diſcipuli B.Archiepiſcopi Antonini Florentini. *Cum pro tua ſingulari virtute.*

Vitam ipſius Archiepiſcopi Antonini Florentini. *Antoninus Florentiam vrbem.*

Sermonem de vita S.Marci Papæ,quo explicat dignitatem templi S.Laurentij, quódque in eodem plurimæ Sanctorum reliquiæ ſunt conditæ. *Scriptum eſt cariſſimi fratres.* Horum autem Scriptorum omnium archetypon extat in Bibliotheca Abbatiæ Florentinæ.

Rurſus eiuſdem extant expoſitiones (teſte Marſilio Ficino primo libro Epiſtolarum) in Dauidis prophetæ myſteria,quas magnopere laudans item Ficinus ita ſcribit. *Cupio exclamare Franciſce, Deus Dauidem dicit virum ſecundum cor ſuum reperiſſe,ſed vbi adulationis ſuſpicamur opinionem, innuere præſtat,quam explicare. Vale.Marſ. Ficinus.*

Eiuſdem autem Franciſci extat Vita Orlandi Bonardi Archiepiſcopi Florentini per modum Epiſtolæ. Incipit, *Franciſcus Caſtalion.* Et Vita Chriſtophori Archipresbyteri Bononienſis. *Nunc quod in prima exhortatione.* Claruit anno 1470.

FANCISCVS de Chriſto,ſiue à Chriſto,Ord.D. Auguſtini,Conimbricẽſis,Luſitanus, & publicus in Conimbricenſi Academia Profeſſor,edidit ann.1579.In primum,& in tertium Sententiarum, & de myſterio Incarnationis libros ſex, qui Conimbricæ ſunt editi apud Ioan nem Aluarem an. 1564. Item de Fide, Spe, & Charitate. Viuebat an.1581.

FRANCISCVS Columna Venetus,Ord.Præd.ſcripſiſſe quidem materno ſermone volumen eruditum,literarium,& varium dicitur,ſed huius ipſam prænotationem haud aſſequi licuit.Vide tamen Leandrum lib.4.

FRANCISCVS Contarenus,Thaddæi Patricij Veneti F.libros tres emiſit de Deo, & de ijs,quæ effluxerunt à Deo,Patauij apud Laurentium Paſquatum 1594.

FRANCISCVS Cordubenſis,Hiſpanus,Ord.Præd.Bęticus, Summam Moralem,Sermones varios de Tempore,ac de Sanctis,quin & alia cõcionatoribus commoda reliquit. Florebat an.1520.Vide Anonymum Bęticum Chronographum in eius Chronico prænotato, *Manuale Ord.Præd.* Hiſpali edito.

FRANCISCVS Cordubenſis,Ord.Minorum Annotationibus Catholicas ſcripſit in Chriſtianæ religionis articulos ad hæreticorum retundendam peruicaciam, quæ Colo. apud Maternum Cholinum an.1572.prodierunt.

FRANCISCVS Coſterus Belga,Theologus Soc.Ieſu, cuius extant Chriſtianorum Inſtitutionum libri quinque in gratiam ſoliditatis B.Virg. Mariæ, qui falsò fuerunt cuidã Perellio aſcripti.Plantinus autem eos edidit Antuerpiæ ann. 1586.poſt eum Moretus anno 1607.

De vita & laudibus Deiparæ Mariæ Virginis Meditationes quinquaginta Antuerpiæ apud Plantinum.

De vniuerſa hiſtoria Paſſionis Dominicæ Meditationes totidẽ Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium 1588.& Coloniæ 1589.& Antuerpiæ 1586.& an.1587.ibid.ſed poſtrema editio recognita,an.1600.ibidem apud Moretum.Enchiridion controuerſiarum pręcipuarum de Religione emendatius,& auctius excuſum Turoni apud Claudium Michaelem 1591.cum antea prodijſſet Coloniæ an. 1585. Quæ item Italicè reddita, & excuſa Venetijs apud Franciſcum Franciſcium Senenſem.

Reſponſio ad analyticam aſſertionem Andreæ Calliæ Caluiniſtæ; Coloniæ. Vbi denique omnia eius opera apud Antonium Hierat.an.1600.

Poſt quæ emiſit adhuc librum de Euchariſtia contra Calliam hæreticum, ac Tom.1. Concionum Belgicarum, quæ ſolidæ ſunt tum pietate, tum eruditione. hæ verò excuſæ ſunt apud Trognæſium quæ & Latinè transferuntur & excuduntur Coloniæ. Apologiam item pro ſecunda Parte Enchriridij ſui, De Sacra Scriptura contra Franciſcum Gomarum Profeſſorem Caluiniſtam in Schola Leydenſi: Coloniæ excuſam in Officina Birckmannia, anno Domini 1604. & contra eundem pro tertia parte eiuſdem Enchiridij de Eccleſia Catholica. eodem an. ibidem Augmentum verò Enchiridij

Fran-

Digitized by Google

Franciſci Coſteri, potiſſimum in artic. de Teſtamentis, ibid. ann. 1605. Apologia eiuſdem contra Lucam Oſiandrum edita eſt Coloniæ apud Mylium anno 1606. Ibidem excuſa eſt Compendioſa veteris Orthodoxæ fidei demonſtratio; quam ipſe Coſterus Belgicè: Theodorus Petreius Campenſis Carthuſianus Latinè tranſtulit.

FRANCISCVS Dauila Cyprius, Ordin. Minorum, poſtea Epiſcopus Aſculi in Regno Neapolitano, Conciones in Quadrageſimam & in feſtos Sanctorum dies eiuſdem tēporis edidit Venetijs an. 1591.

FRANCISCVS Didacus Stella Meditationes à Ioanne Gouernerio inſigni pietate cōſcriptas, in Latinum vertit, atque Coloniæ edidit apud Balthaſarem Clypeum.

FRANCISCVS Diedus Venetus, Philoſophus, & I.C. hiſtoriam S. Rochi Confeſſ. prç-ter inuectiuam in Franciſcum Barocium, Orationes, & Epiſtolas varias reliquit. Viuebat an. 1474. Franciſcus Sanſouinus.

FRANCISCVS Dionyſius Fanenſis, Decaemeron ſpirituale Italicè, ac ſatis eleganti idiomate conſcripſit, quo centum colloquia continentur, ſic, vt agat

Prima die, De charitate, De homine Chriſtiano, De amore erga inimicos, De pace, De caſtitate, aduerſus ebrietatem, contra luxuriam, contra ocium, contra inuidiam, De pœnitentia.

Secunda. De humilitate ex D. Thoma, De duodecim eius gradibus ex D. Benedicto, Deque humilitate Chriſti Domini verſus finem. Præterea de ſuperbia, & duodecim gradibus illius, addita admonitione ad humilitatem ex Domini exemplo. Mox de humilitate Beatiſs. Virginis, vbi & explicatur Euang. illud: *Miſſus eſt Angelus.* Deinde de tribus humilitatis gradibus ex D. Bernardo: deque pœnitentia, iuſtitia, miſericordia; denique de Chriſtiana humilitate duplici; deque humilitate S. Ioannis Baptiſtæ; de ſuperbia Mundi, vbi de ſeptem lepræ generibus quæ totidem immerſionibus eget, vt mundemur, & lauemur in Iordane humilitatis Ieſu Chriſti. De humilitate Sanctorum è Veteri, & è Nouo Teſtamento. De humilitate iterum, atque adeo De humilitate profundiſſima Chriſti Domini. De ieiunio pulchra adduntur ad calcem huius primæ diei eiuſdem Decaemeron.

Tertia. Colloquium de ſolitudine, & Eremo. De vita actiua & contemplatiua. De cōditionibus Monachi, deque eius, & ſolitudinis laudibus, vbi Petrus Damianus comparatur cum Elia Propheta, & alia fusè afferuntur, vbi de periculis, quæ in mundo. Præterea, de ſolitudine agri, & de laudibus agriculturæ. Poſtremo de ſilentio.

Quarta. De oratione, & quando, ac quomodo habenda, de impedimento item orationis, & exauditionis; deque admirandis fructibus ipſius.

Quinta. De ſancta paupertate, deque huius vitæ miſerijs, ac de felicitate futura vitæ beatæ.

Sexta. De auaritia, & vltimo in colloquio, de decimis.

Septima. De eleemoſyna. & in vltimo colloquio, de perſeuerantia.

Octaua. De tribulatione & denique de perſecutione.

Nona. De patientia, ac poſtrema de obedientia.

Decima. De Beatitudine, ac de Iudicio vniuerſali.

In quibus omnibus colloquijs, quæ ſunt centum, vix ſatis commendari poteſt pietas iſtius Auctoris, qui ad ridicula, & obſcœna quædam Decaemeronis Ioãnis Bocacij explodenda colloquia hanc ſcribendi rationem inierit, non ſine Spritus ſancti afflatu, cuius ſapientiæ ac multiformi gratiæ perpetua ſit laus, & gloria. Amen.

FRANCISCVS Duarenus Biturix de Beneficijs, & ad ea pertinētibus. Extet inter Tractatus Tract. 15. P. 2. f. 2. De ratione item diſcendi, docendique iuris. Tract. 1. fol. 85. & pleraque alia ad Ius Ciuile ſpectantia. Quæ denique omnia prodierunt auctiora apud Gulielmum Rouillium Lugduni in Gallia.

FRANCISCVS Fabricij Marcodurani, Annotationes in Pauli Oroſij libros ſeptē aduerſus Paganos. Coloniæ apud Maternum Cholinum 1574.

FRANCISCVS Federicus, Epiſcopus Fulignas, ſcripſit lingua Italica, & quidem Carmine, librum prænotatum *Quiniregia De decurſu Vitæ humanæ, Bononiæ editum ann. 1594.*

FRANCISCVS Ferrarienſis, Ord. Minorum, edidit Quadrageſimale.

FRANCISCVS Ferrarienſis, Ord. Præd. Generalis Magiſter Ordinis quadrageſimus, cum Bononienſi ſui Ord. Gymnaſio præfuiſſet, ibique docuiſſet, ſcripſit Commentaria in Summam S. Thomæ cōtra Gentes. In libros quoque Poſter. Quæſtiones in libros Phyſicorum, ac de Anima Ariſt. quæ Romæ prodierunt ann. 1575. Præterea vitam B. Oſannæ Mantuanę eiuſdem Ordin. in ſex libros diſtinctam, quæ Mediolani eſt edita anno 1508.



Digitized by Google

Orationes item non paucas elegantes, ſed & obijt an. 1528.

FRANCISCVS Feuardentius Gallus, Ord. Minorum, Pariſienſis Theologus, ſcripſit Appendicem ad libros Alphonſi à Caſtro contra hęreſes, in tres libros diſtributam. Quibus quadraginta hæreſes ab eodem Alphonſo vel prætermiſſæ, vel poſt illius mortem natæ, ac deprehenſæ refelluntur. Pariſijs apud Niuellium, & Sonnium, an. 1578. Vide in verbo, Alphonſus à Caſtro.

Edidit etiam Irenęum martyrem cum erudiſſimis ad eum ſcholijs, primò Pariſijs an. 1576. poſtea auctioribus Coloniæ Agrippinæ anno 1595. Vide in verbo, Irenæus qui per eum, atque alios, qui in illum collaborarunt, quaſi reuixit. Certè eſt plurimum illuſtratus.

Dialogos ſeptem, quibus ducenti Caluinianorum errores grauiſſimi perſpicuè refelluntur, & ſolidè confutantur, qui & Coloniæ Agrippinæ in officina Birckmannica excuſi ſunt an. Dom. 1595.

Commentarium in librum Ruth, quo copioſè traditur quidquid ad hiſtoriam, fideique Chriſtianæ, ac morum rationem pertinet. Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellium anno 1585.

In librum Eſter Commentarios præcipuè concionatoribus accommodatos. Ibidem eodem anno, & Coloniæ apud Mylium, an. 1594.

In Ionam Prophetam Commentarios ex veterum Patrum, Hebræorum, Græcorum, Latinorum, ſcriptis collectos, & Chriſtianis myſterijs, ac concionibus aptatos. Ibidem apud Henricum Falckenburgium, an. 1594.

In Gloſſam ordinariam, & Poſtillas Nicolai Lyrani, vnà cum duobus alijs Theologis Pariſienſibus, quamuis ob Gallicos tumultus, & propter Typographorum feſtinationem non potuerit omnia abſoluere. Vide in verbo, Gloſſa. Et hæc quidem Latinè omnia Feuardentius. Qui & Sancti Hildephonſi Toletani librum de Virgine Mariæ manuſcripti codicis collatione emendauit, & auxit, Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellium an. 1576. Additi autem ſunt duodecim Sermones de Beatiſſima Virgine; & alter de perpetua Virginitate eiuſdem Sanctiſſimæ Virginis, ac de eius parturitione. Gallicè autem Dialogos ſeptem, quibus ducentos Caluinianorum errores profligauit, primum quidem Gallicè Pariſijs apud Niuellum an. 1585. iterum apud eundem ann. 1590. Deinde item Latinè abs ſe conſcriptos, qui Coloniæ fuerunt editi an. 1595.

Denique ſecundam hebdomadam Dialogorum, quibus examinantur, quadringenti, & ſexaginta quinque errores Hæreticorum Caluinianorum, Pariſijs aqud Mich. Sonnium, anno 1598.

*Porrò in Libros Noui Teſtamenti extant eiuſdem Commentaria.*

In vtramque Epiſtolam D. Petri, Pariſijs apud Niuellium, an. 1598.

In Epiſtolam D. Pauli ad Philemonem, Pariſijs, & in Germania an. 1587.

In D. Iacobi Epiſtolam plerique eius auditores calamo ex ore dictantis Pariſijs exceperunt: ſed deinceps ille Commentarium ad illam edidit apud Michaelem Sonnium, anno 1599.

In D. Iudæ Epiſtolam, faciliori methodo ann. 1595. apud Henricum Falckemburgum Coloniæ an. 1595. in quo Commentario veterum, & recentiorum Hæreſiarcharum mores ſcitè deſcribuntur.

Ceterum quæ diximus ad m.ss. codices collata permulta, & nitida Hildephonſi Toletanæ Eccleſiæ Archiepiſcopi Opera ab eo fuiſſe euulgata, ea relata ſunt à Margarino Bignæo in Bibl. m.ss. Patrum, Tom. 9. ſecundę editionis, ſuntq; ordine diſpoſita, & prænotata ſequentibus verbis.

Libellus de illibata virginitate S. ac Glorioſæ Genitricis Dei Mariæ contra infideles ordine ſynonymorum conſcriptus. Eiuſdem liber contra eos, qui diſputant de perpetua virginitate S. Mariæ, & de eius parturitione.

Homilia eiuſdem contra eos, qui mendoſè affirmant Mariam Virginem contra legē Dominum peperiſſe. Et Sermones ſex. De Aſſumptione Beatiſs. & Glorioſiſs. Virginis Mariæ. Sermo item alius in Natiuitate eiuſdem Beatiſs. Virginis.

Præfatio in Opera Pſelli, in qua Hæreticorum cum Cacodæmonibus, & Magis conuenientia deſcribitur. Pariſijs apud Gulielmum Chaudiere an. 1576.



Digitized by Google

### *Gallicè tantum edita.*

Reſponſiones ad Nobilis viri Quæſtiones, antea quidem Hæretici, at modo, quæ Deo ſit laus, conſtantis Catholici, apud Niuellium Pariſijs an. 1597.
Examen Catechiſmi Caluinianorum, Pariſijs apud Sonnium, & Nuam an. 1600.
Idem locupletatum Refutatione aduerſus hæreticum miniſtrum, qua conuicti ſunt Caluiniani ſexcentorum ſexaginta ſex errorum. Ibidem apud eoſdem an. 1601.
Amica admonitio Prædicantibus, & Miniſtris Verbi, de ducentis triginta erroribus in eorum Fidei confeſſione contentis. Pariſijs apud eoſdem, an. 1601.
Intermanducationes (Entremangeries) miniſtrales. Reſponſiones ad Aphoriſmos Broualti prætenſi Miniſtri Carentoni. Et prætenſæ falſificationes, Cadomi in Normania, an. 1601. & Pariſijs eodem an.
Opera D. Ephræm Gallicè reddita Pariſijs apud Niuellium, & Sonnium ann. 1583. Iterum ab eiſdem edita an. 1590. Tertio à Chappelletto excuſa an. 1602.
Iam verò ſunt ab eodem Feuardentio exarata, ſed nondum penitus adornata, hæc quæ ſequuntur. Nimirum.
XXV. Homiliæ in tria priora capita, & vltimum B. Iob. (quæ prodierunt Pariſijs apud Claudium Chappelet an. 1606.)
Homiliæ in Danielem.
Homiliæ in Librum Iudith.
Complures Homiliæ in Pſalmos.
Homiliæ in Quadrageſimam.
Homiliæ in Dominicas dies, & Sanctorum feſtiuitates.
Commentaria in tres D. Ioannis Epiſtolas.
Lactantij Opera cum ſeptem manuſcriptis exemplaribus collata, ab hæreticis vindicata, & Annotationibus ad ſingula capita illuſtrata.
Expoſitio orationis Dominicæ, Salutationis Angelicæ, & Symboli Apoſtolorum.
XXVII. Homiliæ in duo priora capita B. Lucæ, in quibus tam Saluatoris noſtri, quã præcurſoris eius miranda Conceptio, & Natiuitatis declaratur. (Has in lucem emiſit Pariſijs apud Claudium Chappellet an. 1605.
Quæ omnia (ſicut is ipſe Auctor mihi ſcripſit Turonis in Gallia die Nouem. 28. an. 1602.) ſi Dominus vitam longiorem dederit, & virtutem, (ait) nam annum 63. ętatis proximo Decembri abſoluero, ſuis temporibus excudentur. Nunc quantum otij ſupereſt à concionibus, Dialogos illos adorno, quibus ſexcenti errores Caluinianorum refelluntur. Hæc ille, cui Deus diutiſſimam Vitam concedat ad ſui gloriam.

FRANCISCVS Florentinus, Ord. Minorum, cognomento Paduanus, ſcripſit quæ Florentiæ in Bibl. S. Crucis aſſeruantur.
Chriſtianarum Inſtitutionum librum ad Braccium Martellium.
De excellentia conditionis humanæ.
De diuinis item Operibus.
De lapſu hominis Præfatio incipit, *Cæperam amantiſſimè Bracci.*
Michael Pocciantius. Librum de Aſtrologorum paruipendendis iudicijs, ac de Incantationibus, & Diuinationibus nullo modo ferendis, ad Inquiſitores hęreticæ prauitatis, ad Nicolaum V. Pont. Maxim.
Breuiloquium, ac de Epidimia ad Petrum Coſimi filium.
De inſenſata cura mortalium ad illuſos huius vitæ amatores. Incipit, *Cum quotidie mecum cogito.*
Tractatus de floccipendendo vulgo, & contemnendis eius ineptijs, & de quiditate fortunæ.
Extant eiuſdem Epiſtolæ gratulatoriæ ad Sixtum IIII. & ad Petrum Medicem. Incipiũt, *Feliciſſime Paſtor.* Præterea, Orationes coram Summis Pontificibus habitæ. Claruit. Eugenio, & Sixto IIII. Pont. Max. apud quos in magna fuit exiſtimatione.

FRANCISCVS Forerius Luſitanus, Ord. Pręd. Vlyſſiponenſis, Procurator autem Generalis Ord. eiuſdem in Vrbe, cum varijs muneribus functus, & in concionando potens, Tridentino Concilio interfuiſſet, à quo mandatum accepit, vt Indicem prohibitorum librorum conficeret, Regiſq; Luſitaniæ concionator fuiſſet, ſcripſit Commentaria in Eſaiam, & in duodecim Prophetas minores; quin & in alios Bibliorum libros, quæ nondũ prælo tradita fuiſſe audiui. Libros autem Iob, Dauidis, Salomonis, & Prophetarũ omniũ,



Digitized by Google

ex Hebraica veritate vertit, vt vulgatæ editionis auctoritatem confirmaret, quos & Cõmentarijs illuſtrauit. Viuebat an.1580. Porrò ea illius Commentaria, quæ diximus, prodierunt Venetijs an.1563. apud Iordanem Zilettum, & Antuerpiæ an. 1567. apud Philippũ Nutium. In quibus quid ille ſe hac interpretandi ratione aſſecutũ fuiſſe dicit, indicat his verbis. *Quidquid eſt eloquentiæ, ſuauitatis, grauitatis, omnemq; facultatem, quam mihi in dicendo tribuunt, quidquid eſt, quod ipſi laudant, vel laudari intellexerunt, hac ratione ſum aſſecutus, quã in interpretando Iſaiã ſequor.* In Pſalterium autem, & in alios ſcripturæ libros ſe ſcripſiſſe ſua in præfatione teſtatur.

FRANCISCVS Gallus, Ordin. Seruorũ, in Mag. Sentẽtiarum ſcripſit, & Opuſcula de Doctrina Chriſtiana; De vera Patientia. De Catholica fide, vt teſtantur Chronica Seruorum.

FRANCISCVS Galuanus Mediolanenſis, Ord. Præd. Sermones de Tempore, & de Sãctis, Chronicon quoque ſui Ord. ſcripſit. Ant. Senenſis.

FRANCISCVS Garzæus Vitas Sãctorum auxit, & recognouit. His acceſſerunt è Georgio Vicelio, & alijs Sanctorum vitæ plures, in ſuos locos relatæ, quæ Lugduni editione tertia 1595. apud Thomam Saubron prodierunt abſolutiores.

FRANCISCVS Garzias Hiſpanus, Ord. Præd. Hiſpanicè edidit Tractatum contractuũ qui factus Italus, prodijt ſecũdò emendatior, Brixiæ ex officina Petri Mariæ Marchetti, anno 1596.

FANCICVS Georgius, Venetus, Ord. Minorum, ſcripſit De Harmonia mundi; item in ſelectiores locos totius Diuinæ Scripturæ, libros octo Problematum. Obijt ann.1510. Sed denique eius Opera omnia prohibita ſunt in Romano Indice, donec expurgentur. Adnotarunt autem præter reliquos, Sixtus Senenſis, & Robertus Cardinalis Bellarminus, quæ obſeruatu ſunt digna, qualia ſunt. Quæ Tomo primo eius Problematum, & in Harmoniæ Mundi, Cantico primo To.7.c.21. affert; (quod quidem olim à Patribus fuit damnatum) nimirum terreſtrem Paradiſum non fuiſſe corporalem, ſed allegoricũ; quod & propugnare conatus eſt; ſicut Philo Hebræus fecerat in li.1. Allegoriarum, & Valentinus Hæreſiarcha apud Irenæum lib.1. aduerſus hæreſes c.1. ante medium, & Origenes in Commentario lib. Geneſeos.

Sixt. Senen. lib.5. Bibl.S. Annot.34. Bellar. lib. de Gratia primi hominis, c.10 11. To.1. controu. prima.

Errauit item, quod Tomo primo Problematum, Probl.26. & 27. ſolam animam putauerit eſſe hominem, corpus autem fuiſſe veſtem animæ. Sic enim loquitur. *Formauit Deus hominem puluerem de terra, hoc eſt, induit eum veſtem terream, corpus videlicet terrenũ. primò enim Deus decreuit hominem facere; poſtea creauit eum in cœlo; tertiò formauit corpus eius, veluti veſtem:* Quo in errore alludere videtur tum ad Origenis dogma de Animabus ante corpora conditis, tũ ad placitum negantium animam eſſe corporis formam. Vtrumque autem in Cõcilio Viennenſi à Clem. V. damnatum fuiſſe teſtis eſt Titulus *De ſumma Trinitate*, initio Clementinarum. Vide Sixtum Senenſem. Annot.26. lib.5. Bibl. Sanctæ.

Quin & Problemate 27. hominem ſcribit fuiſſe prius creatum in ſpecie, quam in indiuiduo: Deinde addit quod ſpiraculum Deus inſufflauit in hominem, id fuiſſe lucem quãdam, quæ homini Deum oſtendit, ſemperque hortatur ad bonum, & à malo dehortatur. Quibus verbis ſubindicat ſpiraculum illud non eſſe rationalis animæ ſubſtantiam. Sed & Sixtus notat, eundem Tomo primo Problematum erraſſe, aſſerentem, hominem à principio fuiſſe creatum Androgynon, hoc eſt in quo duo corpora maris, ac fœminæ iuxta dorſum iungerentur. Refellunt autem hoc Platonicum commentum Aug. li.3. de Geneſi ad literam, c.22. Strabus item tamquam inter damnatas Iudæorum fabulas, Sixtus Senẽſis Annot.45. lib.5. Bibl. Sanctæ. Ioannes Baptiſta Criſpus de Philoſophis cautè legendis. Sed & Problemate 59. To.1. errauit, quod ſecundum ſolam, ac nudam Allegoriam putauerit eſſe intelligendum locum Gene.3. *Fecit Deus Adæ tunicas pelliceas.* Vide Annot.54. Sixti Senenſis libro quinto Bibl. Sanctæ. Præterea quod To.1. Problemate 74.75.541. Tom. autem 6. Probl.330. & 331. ſtatuit quinque aliena à communi Theologorum ſententia. Nimirum, Dæmones eſſe animalia corporea gignendi facultate prædita. Gigantes Dæmonum fuiſſe filios: Gigantes ex humano concubitu viri & fœminæ naturaliter digni non poſſe. Dæmones poſt Chriſti aduentum fœminis commiſceri non poſſe. Gigantes poſt Chriſtum omninò ſublatos. Quæ omnia per ordinem refellerat Auguſtinus li.15. de Ciu. Dei c.23. Vide Sixt. Sen. lib.5. Annot.51.70.71.73.74.76.77. Atqui videtur idem Franciſcus Georgius To.1. Proble.101. ſubuertere veritatem, quæ Geneſeos capite nono habet: Noe eſſe inebriatum ex vitio vitis. Ait enim inebriatum fuiſſe ex nimio erga ſuos affectu, vel ex nimia rerum ſapientia, pleriſque in locis per vinum deſignata. Denique quod antea Tom.1. Problem. dixerat, Diuinam de Terræ maledictione ſententiam fuiſſe ſub



Digitized by Google

Noë ſublatam euertit Sixt. Sen. Annot. 69. libri quinti Sanctæ Bibliothecæ, germanum afferens ſenſum ex Diodoro Epiſcopo Terſenſi.

FRANCISCVS Gonzaga è Sereniſſima Ducum Mantuæ progenie, cùm adoleſcens, mundo ſpreto, Ord. Minorum Sancti Franciſci ſe aggreſſaſſet, & aliquot in eo annos ſanctè vixiſſet, Pariſijs in Comitijs Generalibus ſuorum omnium conſenſu ad generale totius Ordinis miniſterium vocatus, plus octennio tantam familiam per vniuerſum Orbē diſpoſitam is rexit: cum verò ſuæ adminiſtrationis initio nullum in toto Ordine Commentarium extare cognouiſſet, in quo Prouinciarum, & Monaſteriorum numerus, cōditio, priuilegia, res inſignes, forma adminiſtrationis fuiſſent deſcriptæ; intellexit ijs qui præeſſent rem fore perutilem, ſi liber cōficeretur, in quo quaſi in tabula, vnico obtutu Status tanti Ordinis aſpici poſſet: ceteris verò, qui ſubeſſent, vt in ea ſeſe familia eſſe lætarentur, quam Deus Abrahæ benedictione mirificè multiplicaſſet. Itaque ingens, ac rectè diſtinctum Opus confecit æneis etiam iconibus illuſtratum in quo agit *De origine Seraphicæ Religionis Franciſcanæ, eiuſq; progreſſibus, de Regularis obſeruantiæ inſtitutione, forma adminiſtrationis, legibus, eiuſq; Ordinis propagatione.* Adiecit quantopere eadem familia fuerit honeſtata in cœlis, copia, præſtantiaque Martyrum, Confeſſorum, Virginum: in terris autem numero, dignitatibuſque Pontificum, Cardinalium, Patriarcharum, Epiſcoporum, atque Doctorum. Quin & ob oculos poſuit, quot extent Monaſteria, quam antiqua, quibus ornata priuilegijs, quæue proximè ſubſunt Miniſtro Generali. Præterea de numero, fundatione, rebus inſignibus Monaſterium Ciſmontanorum; quæ proximè ſubſunt Miniſtris Prouincialibus. De Vltramontanis, item de tranſmarinis, ad quos pertinent Monaſteria Indiarum Orientalis, Occidentalis, Nouæ Hiſpaniæ, & Regni Peruani, ſiue Peruenſis. Opus autē ipſum prodijt Romæ è Typographia Dominici Baſæ an. 1587. Venetijs an. 1607. apud Societat. Epiſtolam eidem inſeruit, qua omnes ad exactam Regulæ Franciſcanæ obſeruantiam hortatur. Statuta verò generalia, quæ Barcinonenſia dicuntur, quod Barcinone, conuocato vniuerſo Ordine, primum eſſent cōdita, ad Concilij Tridentini Canones reuocauit; eaque in Monaſterio, ſiue, vt vocāt, Conuentu Ioannis Regum Toleti, per Generalem habitam Congregationem ab omnibus recepta ſunt. Ex Epiſcopo deniq; Ciuitatis, quam Ceſalu vocant, in Sicilia traditus magno bono Mantuanis Epiſcopus, ac deinceps Apoſtolicæ Sedis à Cle. VIII. Pont. Max. Nuncius in Galliā, de pace inter Reges cōcilianda allegatus præſtitit, quæ tam nobilem Dei ſeruum decebant. Verum enimuerò in ea legatione non oblitus ſui gregis, Paſtoralem Epiſtolam Lutetiæ excuſam miſit ad populum, & diœceſim ſuam Mantuanam: ſed & poſtea ad ſuum gregem reuerſus, pergit, dū hæc ſcribimus, pijs operibus inſtituendis, ac propagandis inſiſtere.

FRANCISCVS Gothalſius, ſcripſit de felici, & infelici Republica ad Senatum Brugēſem, Louanij 1568.

FRANCISCVS Gothus, Theologiæ profeſſor, Ord. Minorum collegit Compendiū Biblicum ſingula Diuinorum librorum capita ſingulis quatuor dimetris Iambicis perſtringens, neglecta tamen pedum, & ſyllabarum menſura. Incipit, Gen. c. I.

*Ante fit, lux producitur* | *Ornatus factis additur,*
*Diuidens aquas congregat,* | *Producta Adæ ſubiugat.*

FANCISCVS Gratianus (vt vocant) de Gartzatoribus Iuriſconſultus, & Canonicus Vicentinus Compendium Iuris Canonici edidit; in quo reijciuntur omnia, quæ repetebantur, & quæ iam abrogata fuere à Cōſtitutionibus Romanorum Pontificum, & à Conc. Trid. & à Romano Catechiſmo.

Porrò hic liber prodijt Venetijs apud Felicem Valgriſium an. 1532. Et verò operis huius vtilitas exiſtit, quòd, cum Iuris Canonici ſcientia nequeat niſi perdifficilè addiſci, ob congeriem quandam minus ordinatam, iunioris inde materiā omnem facilius hauriunt. Nam etſi Io. Baptiſta Lancellottus idipſum magna cum laude attentauerat, breuior tamē fuerat, & ſcripſerat ante Concil. Tridentinum, Regulas verò Pontificum Romanorum prætermiſerat; præterquàm quod non minima condendi huius Cōpendij cauſſa fuit Gregorius ipſe Tertiuſdecimus, cui & ipſum dicauit.

FRANCISCVS Gratianus Genuenſis, Ord. Præd. Poſtillam in D. Lucæ Euangelium. Collationes in eundem: Sermones Dominicales, & de Sanctis, & Quadrageſimales reliquit. Viuebat prope an. 1312. Ant. Senenſis.

FRANCISCVS Guſmanus Toletanus, Ord. Minorum, ſcripſit de cœlibatu ſacrorum Miniſtrorum ſiue Sacerdotum altaris. Franc. Gonzaga.

FRANCISCVS Haræus Vltraiectinus, Vitas Sanctorum ex probatis auctoribus, & potiſſimum ex Laurentio Surio collegit, quæ Antuerpiæ 1591. fuerunt excuſæ. Sed & anno

hoc

hoc 1602.prodierunt eiuſdem Olympiades,& Faſti, concordi ſeri hiſtoriæ ſacræ & non ſacræ,vſque ad Chriſtum paſſum,in quo complentur 70. hebdomadæ apud Danielem c. 9.ab Angelo.prædictæ.Coloniæ apud Quentelium.

An.1605.ex Typographia Arnoldi Quentelij emiſit Coloniæ librum,ſic prænotatũ. *De Vitis Sanctorum Omnium Nationum,& Temporum ex 7.Tomis R.P.F.Laurentij Surij Carthuſiani Compendium,ſumma fide digeſtum,phraſi Auctorum ſeruata,imitatione Bedæ,Vſuardi,Adonis,& ex recentioribus D.Ioannis Molani: Additis item plurimis alijs fide dignis Sanctorum hiſtorijs.Opus nouum duplo auctũ, illuſtratumq; Chronologia vbiq; aperta,& Notationibus varijs, ex ſcriptis illuſtriſsimi Do. Cæſaris Baronij Card.Onuphrij, Molani,& aliorum.*

Quo verò operis huius ratio conſtet,quod anteà bis excuſum,tertio emiſit,inquit ſe animaduertiſſe P.Zachariam Lippeloo Cartuſianum poſt primam,& ſecundam ipſius Haræi Editionem, ſuo velut iure ex iiſdem Surij Tomis (omiſſo tamen ſeptimo, quo conſilio,ignorat)aliud Compendium dediſſe,ſermone forte etiam cultiori,quamobrem idẽ Haræus exemplo Bedæ,Vſuardi,Adonis,& Io.Molani ſui Præceptoris, vtendum exiſtimauit phraſi primorum Auctorum,quãtum quidem Latinus ſermo vllatenus permittit, quòd item firmior futura eſſet rerum ſacrarũ fides,quarum in verbis, & in re conſentiẽs hiſtoria inueniretur. Et quidem dolet Haræus,quod Lugdunenſes eius Operi, ſe inſcio, plures hiſtoriolas infarſerint, quin (ſcelus)in S. Valentino Presbytero 14. Februarij ſecundo poſito, Vicelij profanam garrulitatem(his enim verbis, & adhuc grauioribus illum onerat)indiſtinctè velut ſibi adſperſerint,hiſtorialas autẽ plures nullo delectu conſarcinauerint,quaſdam etiam integras iiſdem verbis oſcitanter bis poſuerint Sanctæ Annæ SS.Ianuarij,& Sociorum,& Præſentationis B.Virg.Mariæ,denique iſtas SS. Franciſci de Paula,Antonij de Padua,& Nicolai Tolentinatis in ipſo corpore iuxta ſuum exẽplar impreſſas,in fine rurſus breuius,& imperfectius,quaſi nõ poſitas repetierint. Addit cauſſam,cur plura noluerit addere,nimirum fore,vt à paucioribus liber legeretur,tereretur. Addidit tamen prudenter ac piè, Res geſtas etiam Apoſtolorum, & primorum martyrũ, quę multis incertis narrationibus apud Pſeuho Abdiam Ioachimi Camerarij,& alios cõtaminatæ manent?adiectis vndecunque quæ certa haberi poterant quantum licuit,auxit, & ornauit. Cur autem interdum receſſerit à quibuſdam Chronographis,rationes affert non indignas,neque inutiles.

Franciscvs Horantius Hiſpanus,Ord.Minorum,edidit(præcipuè aduerſus hæreticum Ioannem Caluinum) locos Catholicos , & librum de Iuſtificatione, qui & Pariſijs apud Iacobum Macæum an.1566.vt & Venetijs 1564.apud Iordanum Zilettũ prodijt.

Franciscvs Ioannetius,edidit Tractatum prænotatum *Defenſio tripartita.* Venetijs apud Andream Arriuabenum an.1564.Alter autem de acquirenda poſſeſſione, editus eſt Bononiæ apud Bartholomæum Bernardum an. 1544. Quin & de Pontificibus Romanis, liber alius Bononiæ apud Alexandrum Benatium an.1570.

Quin & eius liber de Romano Imperio, & eius Iuriſdictione extat inter Tractatus. Tract.16.fol.20.

Franciscvs Iordanus,Theologus Pariſienſis, Lamberti Danæi doctrinam de Sanctiſſima Trinitate Sabellianiſmo inficientis refutauit. Refutationi præfixa eſt præfatio Gilberti Genebrardi.Pariſijs apud Aegidium Gorbinum 1581.

Franciscvs Knaialus,ſiue Knaialdus,Ord.Minorum, aduerſus Deſiderium Eraſmum Roterodamum qui ſpreta Religione Canonicorum Regularium,quã profeſſus fuerat furens in Religioſos,ex eadem exiuerat,De Eraſmo autem vide in verbo,Eraſmus.

Franciscvs Krauendonus,inſignis concionator,Ord. Minorum, etſi bona mẽte, è Io.Langesbergij Lutherani concionibus errores ſuſtulerit permultos, exiſtimo tamen nulla ratione expedire,vt eæ legantur:tum quod omninò Io. Langeſpergius eſt in Romano Indice prohibitus,tum quod ſi quid boni eſt in eo,id de Catholicis ſumpſit, à quibus tanquam à fontibus eſt hauriendum.

Francisci Lucæ Brugenſis,Notationes ad Biblia, quibus variãtia diſcreprantium exemplarium loca excutiuntur, prodiere apud Chriſtophorum Plantinum, ann.Dom. 1580. Vide in verbo Vulgata edit.

Franciscvs Lychetus,(ſiue *Lucettus*)Ord.Minorũ, & Miniſter Generalis ann.1519. compoſuit Commentaria in tres primos libros Sententiarum,

Quodlibeta Doctoris ſubtilis,quæ an.1520.à Ioanne Pratenſi ingenti volumine ſunt edita, ſed denique Venetijs emiſſa apud Ioannem, & Andream Zenarium anno 1589. Extabant eiuſdem Lycheti Theoremata diſputata contra Auguſtinum Sueſſanum Neapoli.

FRANCISCVS M. ceratenſis Picenus, Ord. Minorum, adiecit argumenta ſingulorum capitum ſeptem libris Ioſephi de Iudaico bello, quæ pro Epitome ſunt in fronte Latini Ioſephi, Venetijs olim excuſa.

FRANCISCVS Mayronis (ſiue alijs *Maronis*) Ord. Minorum, Ioannes Scoti diſcipulus, in Gymnaſio Parienſi appellatus *Doctor illuminatus*, Actum Sorbonicum Pariſijs primus inſtituit, in cuius rei memoriam, Actus ipſe, ſemper ab vno Ord. Minorum inchoatur, & à Dominicano abſoluitur.

Expoſuit Geneſim. Incipit, *Quia ſecundum vulgatiſſimam.* Et id aſſeruatur in Cœnobij Franciſcani Leodienſis Bibliotheca m.s.

In quatuor libros Sententiarum, quæ Commentaria cum eiuſdem Quodlibetis, Formalitatibus, Tractatu De primo principio. De Diuinorum nominum explanatiõe, & de Vniuocatione Entis, an. 1520. apud Octauianum Scotum, Venetijs; rurſus autem ibid. an. 1569. Quin & ſcripſit Reportata in ſecundam Sententiarum.

Quadrageſimale, quod Venetijs à Bernardino Nouarienſi excuſum eſt an. 1491.

Poſtillas per annum.

De feſtis diebus Sanctorum, ſiue de laudibus Sanctorum Sermones. Venetijs apud Peregrinum Paſqualium 1493.

Determinationem paupertatis Chriſti, & Apoſtolorum.

De virtutibus, & vitijs capitalibus. Incipit, *Circa multiplices manſiones.*

De articulis fidei. Incipit, *De decem præceptis explicationem.*

Compendium librorum S. Auguſtini de Ciu. Dei.

Commentaria breuia in Auguſtini librum Confeſſionum, & in librum de Mirabilibus S. Scripturæ. In omnes libros Retractationum. In libros diuerſarum Quæſtionum. In librum contra Epiſtolam fundamenti, & in alios nonnullos.

Breue item Commentarium in Dionyſij librum de Myſtica Theologia.

Breuia Commentaria in aliquos D. Anſelmi libros.

| | | |
|---|---|---|
| Tractatus de Baptiſmo. | De corpore Chriſti. | De ieiunio. |
| De humilitate. | De Angelis. | De vltimo iudicio. |
| De articulis fidei | De ſuffragijs mortuorum. | De ſeptem donis Spiritus ſancti. Inc. *Miſſus eſt Anglus.* |
| De Indulgentijs. | De pœnitentia. | |

In Orationem Dominicam *Pater noſter.* In Hymnum, *Magnificat.*

Hæc verò Iacobus Pfortzen Baſileæ excudit ann. 1498. Eiuſdem autem eſt liber prænotatus *Conflatile*, hoc eſt variæ Quæſtiones, de diſtinctionibus, reuelationibus, ſignis naturæ, & formalitatibus. Quin & Epitomen ſcripſit in libros naturales Ariſt. Floruit ann. 1320. Ioan. XXII. Pont. Max. Obijt verò Placentiæ.

Ceterum, vt in reliquis, ſic in eo, quod Theſaurum ſatisfactionum Chriſti ſupereffluentium, & apud Eccleſiam reconditarum, in dubium reuocauit in 4. Sent. diſt. 10. quæſt. 2. ſcripſit ingenuè, ſe paratum fuiſſe iudicio Eccleſiæ acquieſcere, ſi fortè alter ſaperet. Atqui Clem. VI. Pont. Max. paulo poſt obitum Maironis, & Durandi promulgauit ea de re Decretum, ipſius quidem ſententiæ contrarium, ſed communi aliorum Theologorũ, tum antiquiorum, vt SS. Thomæ, Bonauenturæ, tum recẽtiorum omnium, congruẽs. Vide Conſtitutionem Pont. Max. quæ incipit, *Vnigenitus.*

FRANCISCVS Maler, Ioannis Euangelium Commentarijs illuſtrauit; vt ait Eiſingr. qui & teſtatur illum vixiſſe an. 1547.

FRANCISCVS Maniconius, Ord. Minorum, Somnienſis, Italicas edidit Conciones. Franciſcus Gonzaga.

FRANCISCVS (vt vocant) de Marchia (Picentem credo) Ord. Minorum præter Quæſtiones in duodecim libros Metaphyſicorum, & in libros naturales Ariſtotelis, ſcripſit in quattuor Sent. libros, & in quattuor Euangeliſtas.

FRANCISCVS Maria Pugnetus, Placentinus, Ord. Minorum, edidit Orationes non indegantes, vt ſcribit Franciſcus Gonzaga Epiſc. Mant. in hiſtoria Seraphica.

FRANCISCI Martialis, Maſſurij liber Victoriæ è ſcripturis elaboratus, continens Pſalterium afflictorum ad arcendos hoſtes. Lugduni. 1584.

FRANCISCVS Martinius, natione Catalanus, Inſtituto autem Carmelita Cœnobij Barcinonenſis, ſcripſit eruditè, & doctè, de Conceptione Beatæ Mariæ ſemper Virginis. Compendium in honorem Ordinis ſui, libris ſeptem. Claruit ibidem, anno Dom. 1390. Tritemius.

FRANCISCVS Maurolycus Siculus, & Abbas Meſſanenſis, præter illa, quæ ſcripſit in Coſmographiam, & in Mathematicas diſciplinas, edidit Martyrologium in quo inſeruit

Ciui-

Ciuitatem, atque Locorum nomina, vbi SS. martyres paſſi ſunt. Quod Venetijs prodijt an. 1568 Quin & Computum Eccleſiaſticum redegit in Summam. Viuebat noſtra ætate.

FRANCISCVS Maurus è Monte Granario, Ord. Minorũ, edidit librum prænotatum *Schola Monachalis*, an. 1578.

FRANCISCVS Maurus Gipſellas, Vmber, Ord. Minorum, Seraphicum Patrem ſuum Franciſcum glorioſè celebrans, Poëma inſcriptum *Franciſciados libri tredecim*. Ad Coſmum Medicem Magnum Etruriæ Ducem emiſit primò Antuerpiæ an. 1572. ex officina Plantiniana. quod Franciſcus Minorita Florentinus, qui diligenter illud mandante Apoſtolico Inquiſitore, perlegerat, *Diuinum & eruditum vocat:* quod & Libertus Houthemius Leodius, Poëta, plurimum commendabat, dicere ſolitus Auctorem ingenti lætitia de Opere conſummato perfuſum, obijſſe.

FRANCISCVS Mellinus Florentinus, cognomento *Zoppus*, Ordinis Eremitanorum, elaborauit Conciones, quæ aſſeruantur in Bibliotheca S. Spiritus Florentię. Floruit ann. 1440. Michael Poccian tius.

FRANCISCVS Merula, De Hierarchia cœleſti.

FRANCISCVS Meſſana Hieronymianus, apud D. Bartholomęum Regium prope Lupianam Theologus, difficilium locorum in Sancti Hieronymi operibus explicationem, per Alphabeti ſeriem, ſcripſit. Commentarium item cum Paraphraſi vberem in Zachariam, ac conciſiorem Paraphraſim in reliquos vndecim Prophetas, eodem anno. Hæc autem excudit Martinus Nutius Antuerpiæ an. 1597.

Ceterum, liber ipſius explicationum locorum difficilium ſuppeditat varia themata cõcionatoribus. Vide autem iſtius Meſſanæ librum, in verbo, Chriſti oratio, vbi de Annotatione 161. lib. 5. Bibl. Sanctæ Sixti Senenſis.

FRANCISCVS Moneta. Vide in verbo, Franciſcus Oſſuna.

FRANCISCVS Montanus, Gallicè ſcripſit Apologiam pro Soc. Ieſu vberem, & verã quæ & Latinè prodijt Ingolſtadij an. 1602.

FRANCISCVS Nerlius Florentinus, Auguſtinianus Theologus, reliquit Summam de de rebus Diuinis, ac librum de virtutibus, & vitijs, qui extant Florentiæ in Bibliotheca S. Spiritus. Summa verò de virtutibus, & vitijs incipit. *In natiuitate paupertatem, & humilitatem: in medio obedientiam, & laborem, in fine patientiam, & charitatem.* Viuebat ann. 1436. Ioſeph Pamphilus.

FRANCISCVS Nicolai, Ord. Minorum, Apologiam ex Euangeliorum fonte depróptam, aduerſus noxia Franciſci Lamberti in Euangelicam D. Frãciſci regulam iactata probra, emiſit Antuerpiæ an. 1528.

FRANCISCVS Niconitius I. C. Dalmata, ſcripſit in iure Canonico Repet. Rubr. de Teſtament. in antiquis, excuſam Venetijs an. 1526. & Repet. c. Quoniam contra. De probationibus, in antiquis. Quæ ibidem prodijt an. 1525. Pleraque item ad Ius Ciuile pertinẽtia, & Allegationes, atque Conſilia.

FRANCISCI Noncæij Atrebatenſis in Bucolica (vt ille vocat) ſiue in Canticum Canticorum Salomonis, Poëtica paraphraſis, in quam item ſcripſit lucubrationũ tres libros, qui editi ſunt Pariſijs apud Gottardum Sittardum an, 1589. Idem duos libros de vitulo aureo edidit, quorum titulus eſt: Aaron purgatus Attrebati apud Petrum Bellerum 1606.

FRANCISCVS Noritonenſis, quæ Ciuitas eſt in Tractu Hidruntino Apuliæ iuncto, Ord. Præd. Patauij Profeſſor Metaphyſices publicus, ſcripſit quidem Quæſtiones in Metaphyſicam, ſed quæ complanant viam ad Theologiam. Claruit an. 1490.

FRANCISCVS Nouarienſis, Iuris vtriuſq; peritus, Ord. Min. ſummam de caſibus.

FRANCISCVS à Noua curia, Ord. minorum, edidit, tres magnæ molis Tomos m. ss. ſingulorum autem Tomorum hæ partes.

Primi, ſunt Sermones in totius anni Dominicas.

Secundi, Conciones in Euangelia anniuerſaria de Sanctis, cum horum Lectionibus quibuſdam.

Tertij, Conciones in Euangelia Quadrageſimalia, cum explicatione Paſſiõis Dominicæ.

Commentaria in Epiſtolam ad Epheſios.

Alterum Quadrageſimale de militia.

Expoſitionem in Hymnum Angelicum. *Gloria in excelſis Deo.*

In Hymnum. *Veni ſancte Spiritus.*

Tractatum in Orationem Dominicam.

In Symbolum Apoſtolorum.

Collationes quattuor ad Sacerdotes in primitijs.

Tractatum de Virginibus, & Viduis ex vtroque Teſtamento.
Tractatum de viſu, & aſpectu Dei.
Sermones in Profeſſione Monachorum, & Religioſorum.
Tractatum de fructibus Spiritus propoſito themate D. Pauli: *Fructus autem Spiritus.*
Sermones de ſeptem doloribus Glorioſæ Virginis Mariæ.
Tractatum ſiue potius Axiomata de ſeptem Eccleſiæ notis ſacris, vel Sacramentis ad iuuenum vſum.
Oeconomiam Chriſtianam, qua agit de ſocietate coniugali, herili, & externa.
Expoſitionem Regulæ Fratrum Minorum.
Trctatum breuem de caſibus reſeruatis Epiſcopis, à iure, conſuetudine, & ſtatutis Synodalibus ſaltem Tornacenſibus. Obijt Gandaui ann. 1562.

FRANCISCVS Nouæ Ciuitatis (de Neufuille) Abbas Grandismontis (de Grandmont) Gallus, Tractatum edidit de Vita illuſtrium virorum Genealogiæ Chriſti Domini. Aegidius Gorbinus Pariſijs an. 1577. excudit,

FRANCISCVS Ortitius, Hiſpanus, Ord. Minorum, ſcripſit laudatam expoſitionem Pſalmi quinquageſimi, an. 1540.

FRANCISCVS Oſſunna Bæticus, Hiſpanus, Ord. Minorum, edidit Abecedarium ſpirituale de Sanctiſſima Paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti, Hiſpanicè, & doctè, ac valde piè. Cuius Abecedarij partem primam Italicam fecit Franciſcus Moneta natus in Arce ditionis Venetæ, quæ vocatur *Vrcei noui:* eamque miſit è Typographia Franciſci Ziletti Venetijs an. 1583.

Septem Sermones de B. Virgine Deipara, in verba illa: *Beatus venter qui te portauit*, quas habuit diebus Sabbathi.

Paſſionem denique compaſſionis Chriſti, quæ Italicè prodijt Venetijs an. 1573.

Eiuſdem pars Occidentalis Sermonum Quadrageſimalium, edita eſt Venetijs apud Iacobum Simbenum an. 1572.

Meridionalis autem Sermonem in Euangelia totius anni, Romæ apud Dominicum Baſam an. 1590. Claruit an. 1530.

FRANCISCVS Paduanus. Vide in verbo, Franciſcus Florentinus.

FRANCISCVS Panicarola, Mediolanenſis, Ord. Min. poſtea Epiſcopus Aſtenſis, reliquit Contra Caluinianorũ dogmata lectiones Catholicas tripartitas, quas Italica lingua habuit coram Sereniſſimo Duce Sabaudiæ an. 1582. Venetijs autem excuſas apud Petrum Duſinellum an. 1584.
Breuem paraphraſim in Pſalmos. Venetijs apud Zoppinos an. 1586.
Quatuor volumina continentia centũ Conciones de Paſſione Domini, Italico, ſed culto ſermone: quarum 25. à Gabriele Chappuys Gallicè ſunt redditæ,
De ratione componẽdæ concionis, Cremonę apud Chriſtophorum Draconem, an. 1584.
Paraphraſim in lamentationes Hieremiæ. Veronæ apud Hieronymum diſcipulum 1586.
Volumen variarum Concionum de quibuſdam Dominicis, & Feſtis anni.
De titulo Cardinalium. De Peſte. De obſidione Pariſienſium.
Edidit Conciones in Euangelia Quadrageſimæ, & de feſtis Paſchalibus. Venetijs apud Robertum Meiettum an. 1584.
Eiuſdem Theſes generales ex vniuerſa Theologia deſumptæ, quæ conſentiente Franciſco Gonzaga Mantuano, totius Ord. Minorum generali Miniſtro Pariſijs in eiuſdem Ordinis generali (vt aiunt) Capitulo diſputatæ ſunt, cui interfuere 1600. præſtantiores Patres ex omnibus nationibus etiam Indicis, & ijs, qui Hieroſolyma aduenerant. Ingolſtadij 1584.
Orationes funebres in mortem B. Caroli Borromæi Car. S. Praxedis. Bononiæ apud Alexandrum Benacium an. 1584. reliquit etiam aliud Quadrageſimale edendum. Sed & poſtea Rhetoricam Eccleſiaſticam recudit Coloniæ Ioannes Hontemius an. 1605. Typographi autem Mediolanenſis non ſemel eiuſdem librum inſcriptum *Speculum Belli*, & quidem Italicè: *Specchio di Guerra*. Quod valde commendatur.

FRANCISCVS Panoſætus, ſcripſit de Examine initiandorum ſacris. Pariſijs an. 1552. apud Robertum Mullot.

FRANCISCVS Patauus I. C. & Aduocatus Conſiſtorialis Orationem, quæ & excuſa fuit in Italia, ſedente Innoc. VIII. Pont. Max. & ſuadente Friderico III. Imp. habuit ann. 1484. De laudibus D. Leopoldi.

FRANCISCVS Patricius Senenſis, Caietæ autem Epiſcopus, libros edidit nouem De Regno, & Regis inſtitutione qui grauitate Sententiarum, hiſtoriarumq; etiam Eccleſia-
ſtica-

Digitized by Google

ſticarum copia præſtantes merentur locum in hoc Apparatu. Quin & ſcripſit totidem libros De inſtitutione Reipub. qui excuſi ſunt Pariſijs an.1580. quemadmodum, qui de Regno & Regis inſtitutione antea in eadem Ciuitate fuerant euulgati an.1519. vnà cum Ioannis Sauignei ſcholijs, qui & ad ſuperiores de Repub. Notas adiecit.

FRANCISCVS Pauinus, ſcripſit De decimis, & charitatiuo ſubſidio. Gloſſam ad Extrauagantem Ioan. XXII. Pont. Max. De poteſtate capituli Sede vacante. De viſitatione in baculo Paſtorali. Conſilium in cauſa B. Simonis.

FRANCISCI de Paula fundatoris Ord. Minimorum, viri ſanctiſsimi Regulæ, Correctorium, Ceremoniæ communes. Venetijs apud Bonifacium Ceram an.1596. & apud eundem, Compendium priuilegiorum eiuſdem Ordinis. Eius denique Vita, atque Miracula, quæ ære piorum in Romano eius Ordinis Cœnobio ad pietatem promouendam depicta viſuntur, æneis quoque typis Romæ fuerunt expreſſa, anno 1584. procurante, & ſumptus ſuppeditante Petro Nobili.

FRANCISCVS Pauli, Auguſtinianus Concionator Nicolai Summam m. s. habebat apud Eremitanos, Patauij.

FRANCISCVS Pegna Hiſpanus I. V. C. ac Theologus de Forma procedendi contra inquiſitos de hæreſi extat inter Tractatus, Tract.9. Par.2. fol.410. Atqui Commentaria edidit in Ambroſij de Vignate Tractatum de hęreſi, & Notas ad Paulum de Grillandis de hæreticis, & eorum pœnis, Romæ an.1581. & Commentaria ad Directorium Inquiſitorum à Nicolao Eymerico conſcriptum. Quæ cum ipſo Directorio permittente Gregor. XIII. Pont. Max. Romæ prodierunt ex AEdibus Populi Romani an.1585. Vide in verbo, Nicolaus Eymericus.

FRANCISCVS Petrarcha Florentinus, Petrarchæ filius, Archidiaconus Parmenſis, Cathedralis Eccleſiæ Patauinæ Canonicus, Rhetor, Philoſophus, & Poëta, ſcripſit.

*In Tomo Primo.*

| | |
|---|---|
| De remedijs vtriuſque fortunæ, lib.1. Incipit, | *Cum res fortunasq; hominum.* |
| De vita ſolitaria, lib.2. | *Credo ego generoſum.* |
| De ocio Religioſorum, lib.2. | *Vnde verò non odior.* |
| De vera ſapientia, Dialogorum, lib.2. | *Conuenit pauper quidem.* |
| De contemptu Mundi ſiue ſecretorũ Dialog.3. | *Quid vis homuncio?* |
| Pſalmos pœnitentiales ſeptem. | *Hei mihi miſero.* |
| De Republica optimè adminiſtranda, lib.1. | *Dudum tibi vir clariſſime.* |
| De officio, & virtutibus Imperatoris, lib.1. | *Non vereor, cum me.* |
| Rerum memorandarum, lib.4. | *Sed mihi cuncta verſantur.* |
| Epitomen Vitarum virorum illuſtrium. | *Hic adoleſcens materno.* |
| De pacificanda Italia exhortationem. | *Præcipitium horret Epiſtolarum.* |
| Ad veteres Rom. Reip. Defenſores Oratio. | *Loquor, quin cogor.* |
| De libertate capeſſenda, Hortatoriam. | *Primum ne tibi vir.* |
| De obedientia, & fide vxoria. | *Eſt ad Italiæ latus.* |
| De auaritia vitanda Orationem. | *Scio tibi Magiſtrum.* |
| Itinerarium Syriacum. | *Poſui ego vitæ optimæ.* |

*In Tomo Secundo.*

| | |
|---|---|
| De rebus familiaribus Epiſtolarum, lib.8. | *Quod verò nunc agimus.* |
| Epiſt. ad quoſdã ex veterib. illuſtriorum, lib.1. | *Quid agei ò bone?* |
| De rebus ſenilibus, & familiaribus, lib.16. | *Iam ante litterarum tuarum.* |
| Epiſtolarum variarum, lib.1. | *Vt aliquid ad te ſcribam.* |
| De ſuijpſius, & aliorum ignorantia, lib.1. | *Nunquam ne igitur cognoſcemus?* |
| Apologiam contra Gallum, lib.1. | *Nuper aliud.* |
| Inuectiuarũ contra Medicum quendam, lib.4. | *Quiſquis es, qui iacentem.* |

*In Tomo Tertio.*

| | |
|---|---|
| De laurea ſumenda conſolatoriæ Epiſt. lib.5. | *Accipite.* |
| Receptæ Laureæ priuilegium. | *Ad perpetuam rei memoriam.* |
| Bucolicorum Eglogas. | *Monica tranquillo ſolus.* |
| Africa, ſiue de bello Punico, lib.9. | *Vt mihi conſpicuum.* |
| Epiſtolarum lib.3. | *Si mihi ſeruaſſet.* |
| Teſtamentum. | *Sæpè de eo mecum.* |



Digitized by Google

*In Tomo Quarto.*

Opera, quæ lingua Hetruſca de Laura, & de Triumphis ſcripſit.

Atqui manuſcriptum fertur Itinerarium ad S. Sepulchrum ad Ioannem Mandellum Mediolanenſem Medicum. Incipit, *Rarò admodum ſpei noſtra.* Obijt anno ſalutis 1374. cum ſeptuaginta annorum ſpatio, vna minus die, abſque tædio in vita permanſiſſet. Eius corpus ſepultum eſt Arquati in collibus Euganeis in Tractu Patauino. Quo in loco amore Chriſti, & philoſophiæ vitam ſolitariam, iamdudum agere cœperat.

Sanè verò quod pertinet ad Poëma Italicum in laudem Lauræ Mulieris ab eo conſcriptum, quodque plurimum à ſeculi hominibus verſari eſt ſolitum, vniuerſè de pleriſque, quæ in eo ſunt, perpendendum eſt, num ad eadem ſpectet aliqua ex parte id, quod ſeptima Romani Indicis regula habet his verbis: *Libri qui res laſciuas ſeu obſcænas, ex profeſſo tractant, narrant, aut docent, cum non ſolum fidei, ſed & morum, qui huiuſmodi librorum lectione facilè corrumpi ſolent, ratio habenda ſit, omninò prohibentur, & qui eos habuerint, ſeuerè ab Epiſcopis puniantur.*

FRANCISCVS Philelphus natus Tolentini, præter plura, quæ ad hunc Apparatum non ſpectant, ſcripſit Vitam S. Nicolai, & de educatione puerorum. Vide reliqua humaniora in Tritemio.

FRANCISCVS Picardus, Theologus Pariſienſis, & Ord. Minorum, edidit homilias Gallicè in Euangelia totius anni, quæ ſpirant inſignem pietatem. Vir fuit noſtra ætate celebris, quique multa paſſus eſt ob ſynceram Euangelij prædicationem. Porrò qui eas legerit, intelliget ad eum illa Ezechielis verba poſſe pertinere. *Et vbi erat ſpiritus, illuc gradiebantur.*

FRANCISCVS Picens, vt puto, (ſiue vt vocant, de Marchia) ſcripſit in quatuor libros Mag. Sent. & in libros Naturales Ariſtotelis.

FRANCISCVS Pithæus Trecis, Ciuitate Campaniæ natus, Frater Petri Pithæi V. C. præter alia, quæ parat, Synodus in Gallia habitas, & à fratre ſuo ſibi relictas, in lucem editurus dicitur, id quod auidè expectatur.

FRANCISCVS Pius (ſiue vt Galli eum nominant, *De la Pie*, Ord. Præd. Patria Pictauienſis, edidit Confeſsionem generalem excerptam è ſanctis Eccleſiæ Doctoribus, quæ Lutetiæ prodijt apud Michaëlem Buſetum.

FRANCISCVS Plateus, Ord. Minorum, ſcripſit Opus de reſtitutionibus. De cenſuris lib. Sermones varios lib. vno. De vſuris, & actu matrimoniali. Summam myſteriorum Chriſtianæ fidei. Librum de Cenſuris Eccleſiaſticis, & alium de Vſuris; Quæ omnia olim excuſa fuerant Patauij anno 1473. Viuebat an. 1442. De excommunicatione autem extat quoque inter Tractatus, Tract. 14. fol. 347.

FRANCISCVS Poggius, ſcripſit De poteſtate Papæ, atque Concilij.

FRANCISCVS Polyngranus Germanus, & Ord. Minorum, aſſertiones quorundam Eccleſiæ dogmatum edidit, quæ prohibitæ ſunt in Romano Indice, donec expurgentur.

| | |
|---|---|
| Edidit autem Sermones de Sanctis. | *Hac lectione.* |
| In Euangelia partes duas. | *Hac ſacri. Hac lectione.* |
| In Epiſtolas. | *Qui vtrumque.* |

Commentaria item in Paſsionem Domini; Coloniæ impreſſa an. 1560. Sed horum non fit mentio in Romano Indice Clementis VIII. Pont. Max.

FRANCISCVS Polyntius, Siculus, è Ciuitate Pactarum oriundus, Ord. Min. ſcripſit De Iuſtificatione. De Sacramento Euchariſtiæ. Præſtitit autem operam ſuam in Synodo OEcumenica Tridentina apud Petrum Aragonium Cardinalem, & Archiepiſcopum Panormitanum.

FRANCISCVS Poniſſonius Gallus, Latinè primum, deinde Gallicè emiſit an. 1572. Dialogum de modo examinandi promouendos ad ordines ſacros.

FRANCISCVS Porrinus Placentinus de Lamijs extat inter Tractatus Tract. 11. pag. 2. fol. 350.

FRANCISCI Prædicatoris, Magnæ Vrbis Romæ ad Manuelem Corinthium magnæ Eccleſiæ Orientalis Conſtantinopolitanæ magnum Rhetorem extant Epiſtolæ duæ, quarum altera egit datum à Domino in cæna fuiſſe diſcipulis panem ſine fermento; altera verò, quòd Chriſtus dixerit: *Baptizo ego,* & nequaquam *Baptizetur.* Sciendum eſt autem Græcos baptizantes dicere *Baptizetur ſeruus Chriſti,* quæ forma nõ improbatur, ſed Latinos dicere *Ego baptizo*, indicantes id in perſona Chriſti fieri, quam formam Græci non rectè improbant.

FRANCISCVS Pratenſis, Ord. Præd. Florentinus de Enterrationis librum reliquit,

quo

quo plures Quæſtiones Theologicas, Metaphyſicas, & de Anima expendit; Tractatum item de connexione accidentis cum ſubſtantia. Alterum de Logicalibus (vt vocant) terminis. Quæ omnia Florentiæ aſſeruari ſcribit Ant. Senenſis. Viuebat an. 1577.

FRANCISCVS Puteanus, ſiue *è Puteo*, Lugdunenſis, Gallus, I. C. quique Gratianopolitani Epiſcopi cum in Spiritualibus, vt aiunt, Vicarius fuiſſet, demum Cartuſianus, & huius Ordinis demum Generalis, Auream Catenam in Dauidicos Pſalmos concinnauit, Beatique Brunonis Cartuſiani Geſta conſcripſit. Quæ Pariſijs prodiere apud Io. Paruum. Viuebat ipſe Maximiliano I. Cæſare.

FRANCISCVS Quclain Cenomanus, Cartuſianus θανατογραφίαν, hoc eſt Mortis deſcriptionem edidit Gandaui apud Gerardum Salenſem an. 1554.

FRANCISCVS Radeus Andrada, Hiſpanus, & Ordinis Calatrauæ, qui fuit Sacellanus Regis Hiſpaniarum, ſcripſit Ordinum Militarium, qui ſunt Regulares, Hiſtoriam.

FRANCISCVS Ragatius Cremonenſis, Theologus, & I. V. D. Ord. Minorum, Concilio Conſtantienſi interfuit, & Epiſcopatui Bergomenſi annos quatuor ſupra viginti præfuit: de quo ſcribit Henricus Villot *ipſius opera ambiunt omnes, fruuntur illius pauci.* At quænam illa fuerint, tacet.

FRANCISCVS Regis, Belga, Prouinciæ (quam vocant) Flandriæ, Theologus, Ord. Min. quo & Concionatore Carolus V. Imp. eſt vſus, reliquit in Orationem Dominicam, Gallico ſermone, Commentarium, & Conciones, quæ adhuc in varijs Cœnobijs m.ss. aſſeruantur. Vixit an. 1540.

FRANCISCVS Remondus Diuionenſis, Gallus, Theologus Societatis Ieſu, præter alias, edidit tres elegantes Orationes Parmæ habitas, an. 1600. Et quidẽ eius varia extant, ſacra, & nitida Poëmata, quorũ aliqua Poëticæ noſtræ, quæ adtexta eſt noſtræ Bibliothecæ Selectæ, inſeruimus. Excuſa ſunt nouiſsimè Coloniæ an. 1606. apud Conradũ Butgen.

FRANCISCVS Ribera Hiſpanus, Theologus Societatis Ieſu, edidit Commentarios, in lib. duodecim Prophetarum, ſenſum eorundem Prophetarum Hiſtoricum, & Moralem, perſæpe etiam Allegoricum complectentes. Romæ 1590. & alibi.

Commentarios item in Apocalypſim S. Ioannis Euangeliſtæ: Quibus adiuncti ſunt quinque libri de Templo, & de ijs quæ ad templum pertinent Fabrica, Arca, Altari, Sacrificijs, Veſtibus, Sacerdotibus, feſtis, & alijs. Lugduni in Gallia 1592. apud Iuntas, & Antuerpiæ apud Bellerum.

Commentarios vberes in Epiſtolam ad Hebræos, vt iuſtum librum conficiant: quos cum ſuis Auditoribus Salmanticæ dictaret anno vitæ ſuæ extremo, iam nimirum vt ætate, ſic ſapientia grandior, interceptus eſt morte, cum verſum quintum capitis quinti explicaret. Sed ſuppletum eſt à noſtris, quod reliquum erat vſque ad finem.

Additus eſt ad calcem horum Commentariorum, præter alios, Index Regularum Diuinæ ſcripturæ perutilium. Cum verò antea editi fuiſſent in Hiſpania, prodierunt item an. 1600. Coloniæ Agrippinæ ex officina Birckmannica.

Scripſit autem Hiſpanicè vitam Matris Tereſæ, dictæ *De Ieſu*, fundatricis Monaſteriorum Ordinis Carmelitani, tam virorum, quam mulierum, quas Hiſpanicè vocant *Las Deſcalzas*. In præfatione autem ſiue prologo agit de fructu lectionis Vitarum Sanctorum: deinceps, Quænam reuelationes ſint æſtimandæ; ac quænam fides reuelationibus huius Virginis adhibenda: Sixti autem V. Pontificis Max. Diploma præfixum eſt libro Conſtitutiones eiuſdem Tereſæ confirmantis.

Vidimus autem hunc librum Italicè verſum, ac manuſcriptum, quem cum Italicè vertiſſet Franciſcus Bordinus, Archiepiſcopus, & Prolegatus Auenionenſis, cum antea eſſet Sacerdos Congregationis Oratorij, Romæ, eum Romæ emiſit in lucem. Quin & antequam ex hac vita migraſſet, edidit Compendium ſuorum Commentariorum Salmanticæ. Quod Opus operæpretium erit ei, qui id prælegerit. Quæ autem prodierant in Apocalypſim, cum quinque libris de Templo Salomonis additis, ea recuſa ſunt apud Nutium, an. 1603. Antuerpiæ.

FRANCISCVS Ricardotus, natione Burgundus, Auguſtiniani Ord. & Epiſcopus Atrebatenſis, Theologus inſignis. Parochorum, & Vicariorum Regulam edidit Antuerpiæ apud Plantinum, atque Lutetiæ apud Nicolaum Cheſneau an. 1564. Conciones ſex de Oratione Dominica, quatuor de Oratione. Incipiunt, *Miſſus eſt Gabriel Angelus.* Funebres orationes ab ipſo habitas in funere Reginarum, & Principum Hiſpaniarum an. 1569. Eas idem Plantinus protulit in lucem ibidem. Quin & Latinè alios libros conſcripſit. Floruit in Concilio Tridentino, vbi elegantem habuit Orationem Louanij excuſam. Incipit, *Si quis rerum noſtrarum.* Obijt anno 1574.



Digitized by Google

FRANCISCVS de Ripa, ſcripſit ad Tit. de Iudicijs in 1. Decret. cap. 1. & 2. Atque ad Rubr. de Reſt. ſpoliorum cap. ſæpe. Tractatum item de Peſte.

FRANCISCVS Romæus. Vide infra in verbo, Franciſcus Rumæus.

FRANCISCVS Ros, Societatis Ieſu. Vide in verbo, Diamperienſe Concilium.

FRANCISCVS Rota, Ord. Prædicatorum in Academia Viennenſi Auſtriæ Prouerbia Salomonis publicè duodecim annorum ſpatio interpretatus, ſcripſit in eadem. Volumen item ſat grande de vitijs, & virtutibus, quod prodijt Norimbergæ an. Dom. 1478. In Prouerbiorum item 6. cap. Digreſsionem ad B. Virginem, quam ſummopere venerabatur. Antiphonam denique *Salue Regina* exponens, in tres libros eam eſt partitus. Florebat an. Dom. 1416. PP. Mon. Ord. & Leand. lib. 4.

FRANCISCVS Rubeus Apuniacenſis Picens, Ord. Minorum, in primum Sent. Scoti.

FRANCISCVS Rueus, Doctor Medicus Inſulanus, quæ Ciuitas eſt in Belgio. De gemmis aliquot, quarum D. Ioan. in Apocalypſi meminit. De alijſque, quarum vſus hoc æuo apud omnes percrebuit, libros duos edidit, Theologis, & Philoſophis non inutiles.

His ſubijcitur Paſchaſij Balduini Canonici Phalempinenſis ad Franciſcum Rueum Epiſtola erudita: qua de his duobus Ruei libris iudicium fertur: deinde de Hebraicis Gemmarum nominibus, deque earum admiratione, vſu, abuſu, & viribus.

Editi ſunt Lugduni apud Franciſcum Fabrum an. 1588. vna cum Franciſci Valerij philoſophia ſacra.

FRANCISCVS Ruizius Hiſpanus, monachus Vallisoletanus, & Abbas S. Facundi, Congregationis Montiſſerrati an. 1546. collegit è Patribus Græcis, & Latinis ad vniuerſam ſcripturam Diuinam intelligendam Regulas trecentas & triginta quatuor, quas breuibus explanationibus illuſtrauit, quæ prodierunt Lugduni an. 1546. ac Pariſijs 1547. & Coloniæ cum Sixto Senenſi, anno 1588. & Conſtantiæ in Germania an. 1599. apud Nicolaum Kalt.

FRANCISCVS Rumæus Caſtilionæus, ſiue è Caſtilione, Generalis Magiſter Ord. Præd. ſcripſit de libertate pauperum, & neceſsitate, aduerſus Pſeudophiloſophos, & Pſeudochriſtianos. Breuem quoque Introductionem ad animæ immortalitatem oſtendendam Chriſtianè, & Peripateticè deductam. Liber hic Lugduni exijt apud Griphium anno 1578. ſcripſit etiam Epiſtolas hortatorias ad rectè viuendum. Obijt Romæ an. 1552.

FRANCISCVS Samarinus, Sacerdotale, ſiue Sacerdotum Theſaurum iuxta conſuetudinem S. R. E. & S. Tridentinæ Synodi Sanctiones edidit Venetijs an. 1580. apud Franciſcum Zilettum, recuſum deinde an. 1593.

FRANCISCVS è S. Simone, Piſanus, dictus de Empoli, Ord. Min. emiſit Determinationes, & Gloſſas ad Conſtitutiones Regni Siciliæ, & ad Ritus magnæ Curiæ Vicariæ, eiuſdem Regni. Extant in grandi volumine Gloſſarum eius Regni. Dubito tamen num iſtius Franciſci de Piſis, an alterius. Floruit Oxonij in Anglia iamdudum.

FRANCISCVS Sarmentus, Sacri Palatij Apoſtolici Auditor, & Referendarius vtriuſque Signaturæ, librum edidit Romæ an. 1569. apud Iulium Accoltum, De Redditibus Eccleſiaſticis, quo agit, vtrum Clerici & quæ ſibi ſuperſunt ex ijſdē redditibus, in pauperes, & alios pios vſus erogare teneantur ex lege iuſtitiæ, an ſolum ex lege miſericordiæ, vel charitatis; & quando has leges, ſiue alteram earū tranſgrediantur. Prodierunt item eiuſdem libri tres Selectarum interpretationū Francofurti an. 1580. extat item inter Tractatus, Tract. 15. pag. 2. fol. 369.

FRANCISCVS Sauonenſis Lygur, Ord. Minorum. De ſanguine Chriſti. De pœnitentia Dei, quomodo intelligenda ſit. De Conceptione Beatiſsimæ Virginis. Vide in verbo, Sixtus IV. Pont. Max. Scripſit etiam de futuris contingentibus.

FRANCISCVS Scilacenſis Epiſcopus I. C. ſcripſit De fide Catholica, & de Hæreticis.

FRANCISCI Scuderi, Societatis Ieſu, Vita S. Iuliani Epiſcopi Secundi Conchenſis in Hiſpania.

FRANCISCVS Sedilſus, Gallus, Gallicè librum edidit de Religione, vbi ratio viuendi Canonicis traditur. Pariſijs apud Natalem Pallum an. 1571.

FRANCISCVS Silueſtrius Ferrarienſis, Ord. Præd. Opuſculum de Euangelica libertate, aduerſus Chriſtianæ religionis recentes calumniatores edidit Pariſijs apud Io. Bonhomme 1552.

FRANCISCVS Sixtus Neapolitanus, Carmelita, Teſſeradecades, Genealogiæ Ieſu ex Matth. 1. cap. de Chriſto Rege ſcripſit ad Philippum II. Catholicum Regem Quadrageſimale, ac librum prænotatum, Encyclopedia. Venetijs an. 1564.

FRANCISCI Sonnij Belgæ, demonſtrationū ex Verbo Dei. De ſeptem Sacramentis

liber partitus in ſeptem tractatus, iuxta eorundem Sacramentorum numerum. Pariſijs apud AEgydium Gorbinum an. 1566. & Antuerpiæ apud Christophorum Plantinum 1577. & Lugduni antea, hæc eſt an. 1565. Ex Verbo Dei, & Patribus Refutatio Confeſsionis Caluinicæ per inferioris Germaniæ regiones ſparſæ. Coloniæ 1567.

Franҫisci Spineti, ab Aqua Putrida, Ord. Minorum feruntur Quæſtiones nonnullæ, at prænotationem illarum reticent.

Franciscvs Squillacenſis Epiſcop. de Fide Catholica extat inter Tractatus, Tract. 14. fol.2

Franciscvs Suarez, Societatis Ieſu, olim in Academia Complutenſi, poſteà in Salmanticenſi in Hiſpania, deinceps autem Romæ, ac denique Conimbricæ in Luſitania Theologiæ profeſſor primarius, quinque Tomos edidit Commentariorum, ac Diſputationum in tertiam partem S. Thomæ. Quorum primus Tomus priorum viginti ſex Quæſtionum eius partis accuratam, & valdè elaboratam expoſitionem complectitur. Secundus myſteria vitæ Chriſti, & vtriuſque aduentus eius diligentiſsima diſputatione ita continet, vt Scholaſticæ doctrinæ ſtudioſis, & Diuini Verbi Concionatoribus vſui eſſe poſsit. Nam & de Beatiſsima Virgine, egit vberrimè, ac de B. Ioſepho, deque S. Ioanne Baptiſta, cumque de myſterijs Chriſti Domini diſputationes abſoluiſſet, adiunxit eas, quæ pertinent ad ſecundum eius aduentum:

Tertius, Quartus & Quintus reliqua omnia, quæ ad tertiam D. Thomæ partem attinent.

Demum varia Opuſcula Theologica, quæ ſunt.

De concurſu, motione, auxilio Dei, lib.3.

De ſcientia Dei futurorum contingentium, lib. 2.

De auxilio efficaci.

De libertate Diuinæ voluntatis. Relectio prior.

De reuiuiſcentia meritorum relectio altera.

De Iuſtitia Dei. Diſputatio.

Quæ primo in Luſitania edita ſunt, deinde Lugduni apud Horatium Cardonem in Gallia an. 1600.

Eiuſdem duo Tomi in Metaphyſicen Ariſtotelis vberes, quorum primum Indicem expedit ab ijs legi, qui & Auctoris conſilium, & vſum eorum Commentariorum altius noſſe cupiunt primò in Hiſpania, deinde Lugduni, denique Venetijs apud Baretium editi. Poſtremò autem prodijt Tom.5. eius Commentariorum in tertiam Partem D. Thomæ, vbi vberrimè de Cenſuris egit. Qui cum reliquis quatuor in tertiam partẽ D. Thom. & duobus in Metaph. Ariſt. integrè tum alibi, tum Lugduni, atque Moguntiæ, ſumptibus Hermanni Mylij, an. 1604. recuſi ſunt: eæ Editiones potiſsimum legendæ ſunt nam Veneta integra non eſt. Poſt horum editionem, nouiſsimè emiſit tomum vnum in 1. partem D. Thom. in quo omnes quæſtiones de Deo vno ac trino doctiſsimè elucidauit.

Franciscvs Tarapha Barcinonenſis Hiſpanus, De origine, ac rebus geſtis Regum Hiſpaniæ Antuerpiæ apud Steelſium anno 1553. Eiuſdem, & Ioannis Vaſæi Brugenſis rerũ Hiſpaniæ memorabilium Annales vſque ad noſtram ætatẽ deductæ. Coloniæ 1577.

Franciscvs Thomæ Florentinus, Ord. Præd. præter illa, quæ ſcripſit in Porphyrij Vniuerſalia, & in libros Poſteriorum Ariſtotelis, edidit Quadrageſimale pro Concionatoribus: è Græco autem in Latinum vertit Cyrilli Homelias in Iſaiam Prophetam, & quædam alia, quæ in Bibliotheca Cœnobij S. Mariæ Nouellæ cuius erat filius Alumnus, aſſeruantur. Obijt Florentiæ an.1514.

Franciscvs Thomæ, alter à ſuperiore Biberacenſis Catholicus Parochus, Examen ſiue refutationem edidit aduerſus hæreticum Conradum VVolfgangum Plazium Catholicis obtrectantem de bonis operibus, & cultu Sanctorum. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium, an.1578.

Franciscvs Titelmannus Belga, Ord. Minorum, in Tractu Leodienſi, ex oppido Haſſelt, ſiue Haſſelenſis Academiæ philoſophorum apud Louanienſes moderator, reliquit Paraphraſticas elucidationes in Iob, excuſas apud Ioan. Steelſium an.1547.

In Canticum Canticorum. Pariſijs apud Hier. Marnefium 1550. In Eccleſiaſten. In Hym.

In Matthæum, & in Ioannem. Lugduni apud Gul. Rouillium an.1556.

In Pſalterium. Pariſijs apud Poncetum an. 1545. In Pſalmos.

Elucidationem in omnes Epiſtolas Apoſtolicas, cum argumentis capitis cuiuſque materiam complectentibus, omnibus ex Auctoris recognitione cultioribus redditis. Venetijs ad Signum Spei, an.1547.

Collationes in Epiſtolam Pauli ad Romanos.



Digitized by Google

De Auctoritate Apocalypſeos D. Ioannis.

Expoſitionem Sacroſancti ſacrificij Miſſæ, quæ Lugduni edita eſt an. 1558.

Tractatum de fide, religione, moribus, & ceremonijs Dauidis Æthiopiæ Regis, & ſubditorum eius.

Tractatus plures de Sacramentis.

Librum de Superbenedicta Trinitate apud Benedictum Boerium, Lugduni an. 1550.

Addita eſt oratio de præmatura morte bonorum. Edita verò hæc Antuerpiæ apud Michaëlem Hilleuium an. 1530. Epiſtolam Apologeticam.

Commentaria in Tractatum D. Arnoldi Carnotenſis Abbatis Bonæuallis, qui D. Bernardo fuit familiaris.

De ſeptem verbis Domini in Cruce.

De conſideratione rerum naturalium, earumque ad ſuum creatorem reductione, libros duodecim, qui cuſi Pariſijs an. 1543. apud Nicolaum Buffetum, & alibi ſæpius; Opus autem hoc proponitur Philoſophiæ candidatis.

Compendium Philoſophiæ Naturalis, Lugduni apud Gulielmum Rouillium an. 1545.

De conſideratione Dialectica libri ſex, qui impreſsi Pariſijs an. 1544. apud Ioan. Tiletanum. Coloniæ autem, & Lugduni an. 1548.

Summam myſteriorum Chriſtianæ fidei, quæ prodijt Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum an. 1571. cum antea prodijſſet Lugduni in Gallia an. 1555. apud Theobaldum Paganum.

FRANCISCVS Tolenſis librum Thomæ de Kempis de imitatione Chriſti eſt interpretatus, eiuſdem Thomæ vitam emittens in lucem. Antuerpiæ & Coloniæ.

FRANCISCVS Toletus Cordubenſis, Hiſpanus, Societatis Ieſu, magnis ingenij dotibus, vt ſolida doctrina, & perſpicuitate præſtans, cum qui antequam in Societatem ingrederetur, publicè profeſſus eſſet Salmanticæ Philoſophiam, eandem item, ac Theologiam Romæ docuiſſet; viginti autem totos annos in Pontificio Palatio coram ſex Pontificibus continenter fuiſſet cōcionatus, & adeo in Poloniam, & in Belgium à Pontt. Maxx. de rebus ad religionem ſpectantibus fuiſſet miſſus, à Clemente VIII. Pont. Max. in numerum Cardinalium adſcitus, triennio eo munere functus, deceſsit è vita.

Viuens, Introductionem in Logicam, Expoſitionem Ariſtotelis librorum de Phyſico auditu: de Generatione, & Corruptione; ac de Anima Romæ edidit, quæ deinceps nō vno in loco extra Italiam recuſa fuere.

Viuens item Commentarios in D. Ioannis Euangelium edidit Romæ an. 1588. apud Iacobum Tornerium, qui item alibi non ſemel prodierunt.

At poſt eius obitum curatum eſt à Societate, vt, quæ ſcripſerat in duodecim capita Euangelij D. Lucæ, ea proferrentur in lucem Romæ, ſicuti & Venetijs eſt factum.

Inſtructio item Sacerdotum de ſeptem peccatis mortalibus cum autographo collata, & Romæ emiſſa apud Stephanum Paulinum an. 1601. vna cum explicatione Bullæ Cœnæ Domini: Hæc deinde Coloniæ apud Ioannem Gymnicum cum annotationibus Andreæ Victorelli non ſemel edita eſt emendatiſsime: quæ autem antea tum Lugduni, tum alibi exierat, quoniam fuit mutila, & præproperè euulgata, non eſt cenſenda Toleti. Eadem Inſtructio in compendium redacta excuſa eſt Coloniæ apud Ioannem Crith, anno Domini 1606.

Commentarius in Epiſtolam D. Pauli ad Romanos, vna cum expoſitione Pſalmi 17. Dauidis, primò Romæ, deinde Lugduni, & Venetijs apud Meiettum excuſus an. 1602. Obijt Romæ an. 1596.

FRANCISCVS è Toleto, non quidem is, de quo ſuprà nunc egimus, ſed multo antiquior, ſcripſit de Diuina Euchariſtia contra Ioannem Rochizanā Bohemum Ioan. Huſsi diſcipulum. Eiſingrenius.

FRANCISCVS Turrianus Hiſpanus, Societatis Ieſu, vir in Diuinis Scripturis, Græcaque potiſsimū lingua optimè verſatus, ſcripſit antequā in Societatem Ieſu admitteretur.

De Summi Pontificis ſupra Concilia auctoritate ad Ioannem Saluiatum Cardinalem libros tres, qui Florentiæ cuſi ſunt apud Laurentium Torrentinum an. 1559.

De Actis ſextæ ſynodi, deque canonibus, qui eiuſdem ſynodi falsò eſſe feruntur, & de ſeptima, ac multiplici octaua Synodo. Ibidem, eodem anno apud eundē Typographum.

At eſt obſeruandum in hoc Opere de ſexta, & ſeptima ſynodo, rectè quidem oſtendi ſynodum illam Trullanam Iuſtiniano ſecundo Imperatore celebratam, in qua editi ſunt centum, & vndecim Canones, non eſſe veram ſextam ſynodum, in qua Monothelitæ damnati ſunt Agathone Summo Pontifice, & Conſtantino IV. Imperatore; attamen non

eſſe

eſſe oppugnandum Honorium Papam huius nominis primum, vt ipſa ſexta Synodus defendatur: Aſſeritur enim in eadem ſynodo iure damnatum eum eſſe Monotheliſmi. Vt autem hæc controuerſia de Honorio vero, aut falſo in ſexta ſynodo damnato, ſedetur, operæ pretium eſſet perlegi opera S. Maximi, præſertim quæ contra Monothelitas edidit, & teſtimonio Turriani, in Vaticana Bibliotheca aſſeruantur: vixit enim ante ſextam Synodum, & interfuit Synodo Romanæ habitæ ſub Martino primo, in qua ſimul cum Synodo damnauit hæreſim Monothelitarum, & ab eodem Valente Imperatore eandem ob cauſam factus eſt Martyr, quemadmodum & ipſe S. Martinus Papa. Affert autem Turrianus ex libro eiuſdem fragmentum S. Martini, aduerſus Pyrrhum Monothelitam in eodem libro de ſexta & ſeptima Synodo, pag. 214. Ex quo fragmento ſatis intelligitur, Secretarij eiuſdem Honorij, & S. Maximi teſtimonio, innocentia ipſius Honorij. Legatur item Platina, vbi de Honorio primo agitur, ſed cum adnotatione Onuphrij Panuuinij, & Bellar. Card.

Dogmaticus de electione Diuina, & dogmaticus de iuſtificatione. Romæ apud Antonium Bladum 1551.

Præterea idem Turrianus ſcripſit, De reſidentia Paſtorum, num ex ſcripto Diuino iure fuerit ſancita: qui liber impreſſus eſt Florentiæ apud Torrentinum eodem tempore: ſed tamen poſtea decreta re à Tridentina Synodo mutauit ſententiam.

De commendatione perpetuæ adminiſtrationis Eccleſiarum vacantium, & de reſidentia paſtorum extra ouilia ſua. Venetijs apud Iordanum Zilettum cum alijs Opuſculis an. 1562.

De dogmaticis characteribus verbi Dei libros quatuor Florentiæ apud Laurentium Torrentinum, an. 1561.

De votis Monaſticis librum primum.

De inuiolabili Religione votorum monaſticorum lib. 2. Romæ an. 1561.

Librum de cælibatu, cuius meminit in lib. 2. de inuiolabili Religione.

De Matrimonijs clandeſtinis, an. 1563.

Explicationem excuſam Venetijs apud Iordanum Zilettum.

Quo item anno Decretum de matrimonijs clandeſtinis in Concilij Tridentini 24. Seſsione promulgatum eſt: ſed paulò ante Seſsionem ipſam ſcripta eſt ea Turriani explicatio per modum diſputationis, ſiue priuatæ explicationis: ad eum (inquam) modum, quo ſolent in Synodo Generali Theologi congregari antequam ſeſsio celebretur. Probat hoc ipſe Turrianus Epiſtola ad Card. Hoſium, quam initio eius explicationis præfixit. Et adeo hæc ſunt ipſius verba: *Quia occupatus editione Apoſtolicarum conſtitutionum Clementis Romani, diſputationibus Theologorum hoc tempore intereſſe, & ipſe etiam cum eis diſputare nõ potui, ne omninò abeſſe viderer, miſi, &c.* At paulò poſt *fateor ſi adeſſem, multos, multaq́, audiendo, & ex mea parte corrigendo, partim limando, multum proficerem, quod facere non poſſe non parum doleo.* Cum igitur hæc ita ſe habeant, condonandum eſt ei, ſi quid in ea explicatione de Matrimonijs clandeſtinis tradidit, quod Decreto Concilij Tridentini minus videatur cõſentaneum, quamquam eius Decreto mox adhæſit.

## *Catalogus operum Turriani poſtquam in Societatem Ieſu eſt admiſſus.*

De Hierarchicis ordinationibus miniſtrorum Eccleſiæ Catholicæ aduerſus Schiſmaticas vocationes Miniſtrorum, & Superintendentium hæreticorum libri duo, Dilingæ apud Sebaldum, an. 1569.

Aduerſus Magdeburgenſes Centuriatores pro Canonibus Apoſtolorum, & Epiſtolis Decretalibus Pontificum Apoſtolorum, lib. 5. Florentiæ apud Bartholomæum Sermartellum an. 1572. Rurſum Coloniæ apud Geruinum Calenium an. 1575.

Aduerſus capita Diſputationis Lipſicæ Andreæ Freyhubij de Eccleſia, & ordinationibus miniſtrorum Eccleſiæ libri duo, Coloniæ apud Geruinum Calenium an. 1574.

Aduerſus capita Diſputationis poſterioris Andreæ Freyhubij, de Eccleſia, & ordinationibus miniſtrorum Eccleſiæ libri duo, Coloniæ apud Ludouicum Alectorium anno 1578. Quoniam verò nõ ſatis diſtinguuntur hi duo libri à Typographo; aduerte initium prioris libri eſſe hoc: *Si in te Andrea eſſet aliquid pudoris.* Poſterioris autem. *Quàm verò egregium eſt argumentum* pag. 200.

Apoſtolicarum Inſtitutionum de Catholica doctrina Clementis Romani, libri octo, adiunctis ad finem 85. Canonibus Apoſtolorum ipſomet Franciſco Turriano interprete è Græco, cum eiuſdem ſcholijs & obſeruationibus ipſius doctrinæ Catholicæ ad confir-



Digitized by Google

manda dogmata Orthodoxa contra hæreticos. Antuerpiæ apud Plantinum an.1578.

Canones Concilij Nicæni octuaginta ex Arabico in Latinum conuerſi, & recogniti cum annotationibus, ibidem, apud eundem Plantinum, eodem tempore. Sed & de his Conſtitutionibus Clementis, vide in verbo, Clemens Romanus. De Canonibus autem Concilij Nicæni, vide in verbo, Apoſtolici Canones, in hoc noſtro Apparatu.

Nicolai primi reſponſa ad Conſulta Bulgarorum, quę prædictis Operibus apud Plantinum editis, adiecta ſunt.

S. Diadochi Epiſcopi Photices in vetere Epiro Illyrici, capita centum de perfectione ſpirituali ipſo Turriano interprete, &c.

S. Nili capita centum quinquaginta. De oratione ad Deum, eodẽ interprete. Vtrumque autem Opuſculum ſcilicet S. Diadochi, & S. Nili, prodijt ex officina Plantini anno 1575. De quibus vide ſuis in locis in hoc Apparatu, & in verbo, Diadochus, & Nilus.

Contra Andream Volanum Polonum, Caluini diſcipulum, de Sanctiſsima Euchariſtia. Tractatus, Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellium an. 1577.

Alter Tractatus de Euchariſtia contra eundem Volanum, & contra omnes Metonymicos, apud eundem Niuellium. Pariſijs eodem an. 1577.

Apologeticus contra Boquinum Biturigem ſectæ Zuinglianæ, qui nomen Societatis Ieſu calumniabatur. Coloniæ apud Ludouicum Alectorium an.1578.

Liber primus de Eccleſia Catholica, & eius Paſtore Epiſcopo & Romano, ad Gulielmum Lantgrauium Haſsiæ, aduerſus nugatorias cauillationes Antonij Sadeelis. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni, an.1580.

Liber ſecundus contra Sadeelem inſcriptus, *Defenſio locorum Sacræ ſcripturæ de Eccleſia Catholica, & eius Paſtore Epiſcopo Romano aduerſus nugatorias cauillationes Antonij Sadeelis Lutherani.* Coloniæ apud hæredes Birckmanni eodem an.1580.

Liber tertius bipartitus contra Epiſtolam Antonij Sadeelis. Ingolſtadij apud Sartorium an.1581.

Libri duo poſterioris Defenſionis locorum ſcripturæ. De vna Eccleſia Catholica in terris viſibili, & de Epiſcopo eius Pontifice Romano contra ſecundas cauillationes Antonij Sardeelis. Ingolſtadij apud Ederum 1583.

Aduerſus tertias in librum bipartitum cauillationes Antonij Sadeelis. Ingolſtadij apud Sartorium an.1584.

Epiſtola ad Gonzalum Herræum Epiſcopum Laodicenſem de redditibus Eccleſiaſticis, & ratione eis vtendi. Data Romæ 1574. 20. Aprilis.

Epiſtola de definitione propria peccati originalis ex S. Dionyſio Areopagita, & de Conceptione Beatiſsimæ Virginis, & Matris Dei. Ingolſtadij apud Sartorium an.1581.

Epiſtola contra Vbiquitiſtas, Arianiſtas. Ingolſtadij apud Sartorium 1583.

Reſponſio Apologetica pro Domo Lauretana, ad capita Petri Pauli Vergerij hæretici. Ingolſtadij apud Sartorium an.1584.

Sciendum eſt autem, Franciſcum Turrianum in dogmatico libro de electione Diuina, Commentarios in Epiſtolas Pauli, Ambroſij nomine inſcriptos, Ambroſio verè tribuiſſe, ſeniorem tamen factum, & ſcribentem contra Sadeelem, eos Ambroſij eſſe, negaſſe; id quod in verbo, Ambroſius, & nos explanauimus: Sed & Louanienſes Theologi in fine cenſuræ, de libris quæſtionũ Veteris, & Noui Teſtamenti, in Appendice ad 4. Tom. operum S. Auguſtini pag.426. ſic aiunt: *Nonnulli ex multiplici collatione perſuaſum habent, hoc Opus, & Commentarium in Paulinas Epiſtolas Ambroſio inſcriptum, eiuſdem eſſe Auctoris. Veruntamen ex ipſa cenſura quàm multi ſint, & quàm graues eius Auctoris errores cerni poteſt.*

Præterea, plures Auctores è Græco m. s. quique nunquam typis ſubiecti fuerant in Latinum vertit, quos à nobis ad V. C. Henricum Caniſium tranſmiſſos Ingolſtadium, ipſe ſuis Tomis antiquæ lectionis inſeruit.

FRANCISCVS Valeſius, primus huius nominis Galliæ Rex, doctrina, & eloquentia valuit, qui cum plures linguas nouiſſet, Latinam item calluit. Extat eius reſponſio Germaniæ Proteſtantibus. Obijt autem an. 1547.

FRANCISCVS Valleſius, qui & Philippi II. Catholici Regis fuit Archiatrus, præter plurima doctiſsima ſcripta de Medicina, de quibus egimus in Bibliotheca noſtra Selecta, ſcripſit quoque de ijs, quæ ſcripta ſunt phyſicè in libris ſacris, ſiue librum prænotatum *De ſacra Philoſophia*, cui libro propter argumenti ſimilitudinẽ adiuncti ſunt duo alij. Vnus Læuini Lemnij de plantis ſacris: alter Franciſci Tuſci de gemmis emendatius expreſſi. Lugduni apud Sibyllam à Porta 1588. Sed liber de ſacra Philoſophia prohibitus eſt poſtea in Romano Indice donec expurgetur.



Digitized by Google

FRANCISCVS Vargas Hiſpanus, de auctoritate Summi Pont. extat inter Tractatus, Tract.13. pag.1. fol. 113. cum antea ſeparatim Venetijs prodijſſet, vbi ille legatione pro Philippo II. Hiſpaniæ Rege fungebatur apud eam Remp.

FRANCISCVS Vatablus, de quo videndũ eſt in verbo, Biblia, Vir fuit Catholicus, & verè doctus, cuius tamen nomini, & ſcriptis quoniam doloſè hæretici maculas inſpergere cœperant, nos in Romana editione prima Bibliothecæ noſtræ Selectæ lib. 2. cap.11. eaſdẽ aperuimus, & eluimus: At quoniam id, huic tamquam proprio loco erant adtexendum, ideo inde ſublatũ in Veneta, & alijs eiuſdẽ Bibliothecæ editionibus hic reponitur.

Quæ igitur nomine Franciſci Vatabli, circumfertur, (præſertim in Gallijs) interpretatio Bibliorum, aut Vatabli, non eſt viri illius doctiſsimi, & (quod multo pluris faciendum eſt) verè Catholici, qui longè abhorruit à Sectariorum tunc incipientium emergere diſciplina, inſtitutis, opinionibus; ſed quorundam diſcipulorum ipſius (vti & Genebrardus teſtatur præfatione in Origenem) qui prauè dormitando, à Doctore accepta peius intelligebant, typiſque mandabant, vel nomen ſui Doctoris prætexentes, interim ſuas nouitates nouarum rerum cupidis, ſpecie Dei Verbi inſtillabant. Quod quidem ex eo fieri probatum eſt, quoniam à probis, & doctis eius diſcipulis idem Genebrardus intellexit, illum ea ſuppoſititia editione ſic fuiſſe offenſum, vt protinus Robertum Stephanum typographum iam apoſtaſiam ſuam meditantem, & accelerantem, ad ſe accerſitum grauiſsimè obiurgaret, & falſi crimine, quod non niſi fuga diluere potuerit, poſtularet. Addit Genebrardus, Theodorum Bezam in Iconibus, Leoni Iudæ Heluetio eam attribuiſſe, cum eius cauſa Robertus Stephanus Geneuam fontium receptatricem profugiſſet, ſurreptis ſecum Regijs characteribus, adulterinos alios partus viris bonis, & doctis ſuppoſiturus, vel genuinos ritu loci corrupturus: quare Lutetiæ in ſtramineo ſimulachro vſtus eſt, quòd viuus capi non potuerit. [Chronol. lib. 4. Beza in Iconibus, & in Paſſeuentio.]

Cæterùm, cum Catholicorum in Hiſpanijs Theologorum pietas, Vatabli laborem, vbi erroribus hæreticorum, ſiue aliorum aſperſus nõ eſſet, dignum iudicaſſet, ne periret, eum edi emaculatum curarunt, hac inſcriptione. *Biblia ſacra, cum duplici tranſlatione, & Scholijs Franciſci Vatabli, nunc denuo à plurimis, quibus ſcatebant, erroribus vindicata, & repurgata doctiſsimorũ Theologorum, tam Almæ Vniuerſitatis Salmanticenſis, quàm Complutenſis iudicio; ac ſanctæ Generalis inquiſitionis iuſſu.* Hæc autem editio ſic emaculata quanti facienda ſit, licet potius Paraphraſis, quam verſio ſit habenda, ijdem Theologi ſequentibus verbis indicarunt. *Conſtituta eſt Generalis cenſura, editionem nouam non eſſe iuxta literam Hebræam, ſed potius paraphraſticam, cum quadam orationis, & Latini ſermonis puritate; neq; eam, neque Scholia, ſeu Adnotationes in margine, maiorem habere auctoritatem in ijs quæ ſunt propria, quam opinionem cuiuſdam Doctoris in controuerſijs. Inſuper, vbi diuerſa eſt verſio noua, & vulgata non contraria, neq; etiam fidei Catholicæ, & Eccleſiæ traditioni repugnans, admitti quidem poteſt, ſuo tamen ſeruato honore, & dignitate vulgatæ editioni, iuxta S. Concilij Tridentini Decretum; ita vt vulgata editio habenda ſit, & certa præ alijs omnibus, & magis iuxta Hebræam veritatem, reliquiſq; ſit præferenda editionibus: neq; exiſtimandum, nec permittendum, nouam editionem, aut ſcholiorum eius expoſitionem vulgatæ quicquam detrahere, aut eiuſdem minuere auctoritatem, neq; etiam Sanctis, neq; communibus eorum expoſitionibus. Verum Scholia eiuſdem, quæ ferè ex Iudæorum Commentarijs deſumpta ſunt, in ijs, in quibus non peruertunt ſenſa ſacra, neque Eccleſiæ doctrinæ, vel communibus Sanctorum Patrum ſenſibus contraria ſunt, recipienda, vt probabilia, & vt collata cum Sanctorum expoſitionibus conſtet Eccleſiæ, & Sanctorum ſenſuum altitudo & ſpiritus in eis viuificans, & pariter Iudæorum humilitas mortuæ literæ adhærentium, neq; quicquam ſublimius cogitantium, & quandoq; praua interpretatione & expoſitione de Christo vaticinia ſubuertentium. Deinde vt variæ apud Hebræos vocum ſignificationes, phraſes, atq; Hebraiſmi, maximè à non verſatis in Hebræa lingua, vtcumq; percipiantur.* [Salmanticæ, apud Gaſparem de Portonarijs ſuis, & Gulielmi Rouillij, Benedictique Boierij expenſis 1584.]

Adiunctus eſt autem hiſce Biblijs Vatablæis Index Biblicus, qui res eas, de quibus in ſacris Biblijs agitur, ad certa capita Alphabeti ordine digeſta, reuocatas, ſumma breuitate complectitur, à Ioanne Harlemio Societatis Ieſu Theologo editus, & quidem non mediocri commodo eorum, qui illo rectè vtuntur.

FRANCISCVS Venetus cognomento Surianus, Ord. Minorum, Indulgentias explicuit, quas alij *S. Mariæ de Angelis*, alij *de Portiuncula* nuncupant; quæque toti Ordini, & alijs, qui ſpiritualis illius doni particeps eſſe poſſunt, à Veſperis Kalendarum Auguſti, vſque ad Veſperas ſequentis diei ſunt conceſſæ. Initium eſt: *Indulgentiam ipſius fuſis lacrymis poſtulemus.*

M. FRANCISCI Verberi Vltraiectini, quinquaginta duæ Vitæ Sanctorum ſelectiores & communiores pro vnaquaque anni Dominica è prolixioribus Laurentij Surij Vitis Collectæ. Antuerpiæ apud Chriſtophorum Plantinum 1588.

FRANCISCVS Veruort, Belga, Prouinciæ inferioris Germaniæ, Ord. Min. edidit Germanicè libellum, cui titulus eſt: *Veſtis nuptialis amoris Dei*, quem correxit Henricus Pepinus eiuſdem prouinciæ quondam Miniſter.

FRANCISCVS Vicedominus Ferrarienſis, quem *Franciſchinum* nominabant, Conuentualis Ord. Minorum, eximius ætate noſtra Diuini Verbi concionator: qui cum viuens amicis efflagitantibus Italicè habitas Homilias edi permiſiſſet, nempè, Decem de Spiritu ſancto, quas Hieronymus Scotus an. 1562. Venetijs. Diſcurſus autem Morales in Euangelia à Dominica Septuageſimæ vſque ad octauam Paſchatis Ioan. Baptiſta Bozzola edidit ibidem an. 1565. Plures alias reliquit tum Italicè, tum Latinè conſcriptas, quæ nondum emiſſæ erant in lucem. At Bernardinus Seraphinus vir & ipſe religioſus, Latinas ex Officina eiuſdem Hieronymi Scoti emiſit in lucem an. 1576. Quæ licet à typographis minus emendatæ prodierunt, optimos tamen ſenſus ſpirant. Et quidem hæ pertinent ad Tempora Aduentus. Quadrageſimæ, necnon ad Catechiſmi Rom. expoſitionem.

Pollicitus autem eſt idem Seraphinus, fore, vt Vicedomini reliquæ Latinæ Homiliæ euulgarentur; nimirum fermè totius anni, aliæ in Eſaiam, in Pſalmos Dauidis, ac præcipuè in ſeptem Pœnitentiales. In Euangelium S. Ioannis, DD. Petri Epiſtolam primam; in Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Coloſſenſes. Cornelius autem Muſſus Epiſcopus Bitontinus, eum *Suggeſti delicias, & citharam noſtræ ætatis* appellare conſueuerat. Vita exceſsit anno 1573. die 29. Octobris pronuncians illa verba Pſaltis: *Me expectant iuſti, donec retribuas mihi.*

FRANCISCVS Victoria Hiſpanus, Ord. Præd. Salmanticæ Theologiam publicè, ac quidem eximiè profeſſus, ſcripſit in vniuerſam Summam D. Thomæ. Præterea.

Relectiones tredecim in duos Tomos diſtributas, quæ hac prænotatione Ingolſtadij prodierunt an. 1580. & Lugduni in Gallia an. 1587. cum antea hoc eſt, an. 1571. Venetijs Chriſtophorus Zanettus, & an. 1573. Antuerpiæ prodijſſent ſub inſcriptione *Summæ Sacramentorum Eccleſiæ*. Acceſſerunt ei Editioni Quæſtiones è Sanctorum Conciliorum Decretis, præſertim Tridentini, & aliorum, quæ antea deſiderabantur, idque cura Thomæ à Chauues. Egit autem. De poteſtate Eccleſiæ. De poteſtate Ciuili. De poteſtate Concilij. De Indis. De Matrimonio. De augmento charitatis. De eo ad quod tenetur perueniens ad vſum rationis. Poſtremò autem hæc Antuerpiæ prodierunt apud hæredes Petri Belleri, an. 1602. Obijt anno Dom. 1546.

FRANCISCVS VViller, Ord. Minorum, præter Repertorium Epiſtolarum S. Hieronymi, ſcripſit.

De remedijs ſcrupuloſarũ conſcientiarum, lib. 1.
Sermones ad populum.
Epiſtolas ad diuerſos, ſed & vnã vberẽ, quæ libellum magnitudine æquat, pro puriſsima Conceptione & Beatiſsimæ Virg.
De paſsione item Domini.
De vitijs, & virtutibus.
De Muſica eiuſque laudibus varia. Floruit an. 1495. Tritem.

FRANCISCI Xauerij viri ſanctitate, & miraculis clari, qui vnus è decem primis Soc. Ieſu Patribus, primus ex eadem Societate in Indiam, & Iaponiam Euangelium intulit libri quatuor Epiſtolarum, ab Horatio Torſellino in Latinum conuerſi ex Hiſpano, qui additi ſunt eiuſdẽ Xauerij Vitæ ab eodem Torſellino conſcriptæ, & poſtremo recognitæ, atque editæ Romæ anno 1596. apud Aloyſium Zannettum. Sed & multa de Xauerio Ioan. Petrus Maffæus in ſua hiſtoria Indica refert. Porrò vita ipſius plena ſanctitatis, prophetiæ, miraculorum, conuerſionis plurium populorum digniſsima eſt lectu. Quæ vna inſtar multarum aliarum poſsit eſſe forma eorum, qui ad Gentes ſiue ad quoſlibet alios conuertendos mittuntur.

FRANCISCVS Ximenius, è Ciſneros, Hiſpanus, Ord. Min. Cardinalis, & Archiepiſcopus Toletanus, Archicancellarius Hiſpaniarum, edidit Leone X. Pont. Max. Vetus, ac Nouum Teſtamentum, lingua Hebraica, Chaldaica, Græca, & Latina.

Pentateuchi autem eſt triplex editio, Hebraica, Chaldaica, Græca, Septuaginta Interpretum, cui ſunt intextæ tres Latinæ editiones reſpondentes Latinæ Hieronymi, Hebraicæ veritatis. Chaldaicæ Latina altera de Verbo ad Verbum, à viris eius linguæ peritiſsimis elaborata. Græcæ ſeptuaginta Interpretum interlinearis Latina tranſlatio. Sed & Agiographi, & prophetici libri duplici lingua ſunt excuſi, Hebræa, & Græca. cum alijs duabus Latinis verſionibus, quæ illis reſpondent. Chaldaica verò iure omiſſa eſt, quia in cæteris libris, præterquam in Pentateucho, corrupta eſt, & fabulis, atque Thalmudiſtarum nugis conſperſa; nimirũ prorſus indigna, quæ ſacris codicibus inſereretur. At libri, qui ſunt extra Canonem Hebræorum, quos Eccleſia ad ædificationem legit, Græcam tan-

tum ſcripturam, cum duplici tranſlatione, Hieronymi ſcilicet, & altera interlineari de Verbo ad Verbum, ac nouum Teſtamentum Græcum habet contextum cum Hieronymi verſione, nudis tantum literis ad Maieſtatem antiquitatis conſcriptum, ſine vllis aut tonorum, aut ſpirituum notis, ad antiquiſsimorum Græcorum, quos abſque hiſce accentibus, faſtigijſque literarum ſcriptitaſſe, Callimachi poëmata vetuſtiſsima, & Sibyllina carmina, & marmorum vetuſtiſsima fragmenta indicant.

Cæterùm, ne quid dubij eſſet, ecqua in Syllaba accentus eſſet collocandus, ſimplex tantum apex in polyſyllabis dictionibus fuit adiectus, & quidem, non vt Græcus accentus, ſed tanquam notula, qua Lector dirigeretur, ne in prolatione, aut modulatione dictionum laberetur. Appoſitum eſt ad finem totius Operis copioſiſsimum Dictionarium Hebræorum, Chaldæorum, & Græcorum vocabulorum. In quo, & ſimplices dictionum interpretationes tam primitiuarum, quam deriuatiuarum continentur; ſed, quod omnium operoſiſsimum fuit, quot locis in veteri teſtamento vnaquæque Hebraica dictio, propter linguæ illius fœcunditatem, multiplicet ſignificata, additis pluribus concordantijs continuo ſubiungitur. Perfecta ſunt autem hæc exemplaria, quæ vulgo Complutenſia appellantur, ſub Leone X. Pont. Max. & ex horum auctoritate multi poſtea tam Hebræi, quã Græci, & Latini codices in integrum reſtituti. Claruit Ximenius an. 1510. Mortuus Compluti. Vide de eo in verbo, Biblia. Deinde item vbi in altero Apparatu noſtro ad Hiſtorias de Hiſpaniæ hiſtoriographis egimus in 2. Tom. Bibliothecæ Selectæ.

FRANCISCVS Ximenius, alter, Ord. Minorum, duodecim Patrum, qui in Occidentalem Indiam Euangelij lucem importarunt, decimus. Prouinciæ S. Gabrielis, iuris Pontificij peritus, conſtanter recuſato Epiſcopatu Tauaſci Indorum à Carolo V. oblato, maluit in Teſtamento PP. ſuorum, quod reliquum erat vitæ, tranſigere: Guardianatu tamen in Quamhnaui ſuſcepto, Mexicanum idioma cum optimè calleret, illius Dictionarium alijs ad idem idioma capeſſendum viam ſternens, confecit. Libros autem omnes Mexicana lingua ab alijs editos, iuſſu Superiorum euoluit, atque recenſuit.

Scripſit accuratè Vitam B. Martini de Valentia, anno ab illius morte, tertio, quæ tamen iniuria temporũ excidit, vnico quaternione ſeruato. Iacent eius oſſa in Monaſterio Mexicano S. Franciſci. De hoc ipſo autem Ximenio ſcribit Franciſcus Gonzaga Mantuæ Epiſcopus, in deſcriptione Prouinciæ S. Euangelij, in vita eiuſdem, *primũ hunc Sacerdotem fuiſſe, qui inter cruentas hoſtias, incruentam Vnigeniti Dei hoſtiam primitijs ſuis Patri æterno litauerit.*

FRANCISCVS Zabarella Patauinus, qui vixit propè an. 1418. præter illa, quæ elaborauit in Decretales, in Clementinas, & de Horis Canonicis, ac Repetitiones varias, & alia, ſcripſit librum de Schiſmate, atque eiuſdem libri præfationes. Quæ præfationes cum libro ipſo de Schiſmate Argentinæ impreſſæ, prohibitæ ſunt in Romano Indice, donec expurgentur.

FRANCISCVS Zambertus Venetus, & Carmelita, Theologus, ſcripſit in libros Magiſtri Sententiarum, & in Ariſtotelis Metaphyſicen. At num aliquid horum emiſſum ſit in lucem incertum. Obijt an. 1592.

FRANCISCVS Zamora, Hiſpanus, Ord. Minorum, Aquilæ, quæ Ciuitas eſt in Brutijs, Generalis Miniſter an. 1559. creatus, Paulo IV. & Pio IV. Pontt. Maxx. Ordinem ſuum ſexennio rexit, atque in ſingulos verſus Pſal. 50. ſingulas ſcripſit Homilias. Obijt, anno 1571.

FRANCISCVS Zephyrus emiſit Explicationem obſcuriorum locorum in Pentateucho, ex antiquis Theologorum Græcorum Commentarijs, depromptam. Coloniæ 1572.

FRANCISCVS Zichemius, Belga, Ord. Minorum, Cœnobij apud Mechlinienſes, Prouinciæ Inferioris Germaniæ, aliàs *Brabantia* (vt vocant) Guardianus, ſcripſit in ſeptem verba, quæ Chriſtus Dominus in Cruce protulit, breuem, & piam Explicationem pro concione habitam. Excudebat Bellerus Antuerpiæ an. 1556. Concionem item de eleemoſynæ efficacia, cuius initium. *Haud potuiſſet, &c.* aſſumpto themate illo, *Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem*, an. 1556.

F. FRANCISCVS Zichetus Brixienſis, in primum, ſecundum, & tertium Scoti Sententiarum libros, atque in eiuſdem Quodlibeta Commentationes emiſit. Venetijs apud Ioan. & Andream Zenarium an. 1590.

FRANCISCVS Zinus Veronenſis, vir iudicij acris, ac multæ eruditionis, elaborauit noſtra ætate in Canticum Canticorum, libroſque è Græco in Latinum vertit aliquorum Patrum, vt Euthymij Zigabeni Panopliam, & Theodoreti Commentarium in Cantica, quod ex Pauli Manutij typographia Romana an. 1563. prodijt cum explicatione Gregorij Niſſæni, Maximi, Nili, & Pſelli notationibus ad aliqua loca.

FRANCISCVS Zumel, Palentinus, à Pintia, Theologus Salmanticenſis, Hiſpanus, edidit duos Tomos ſuorum Commentariorum in primam partem D. Thomæ.

FRANCISCVS Yuannes, Hiſpanus, Monachus Congregationis Montisſerrati, redegit in Compendium Tractatum Garziæ à Ciſneros Exercitatorij vitæ ſpiritualis, & Directorij horarum Canonicarum, eique Compendio breuem adtexuit Catalogum virorum illuſtrium, Ord. S. Benedicti, qui eſt excuſus Mantuæ Carpentanorum, quæ eſt Madritum in Hiſpania. Quo in libro verſionem Latinam pollicetur Dialogorum Petri Bugiani, qui quàm cautè legendus ſit, alibi diximus.

FRANCO Belga, monachus, & Abbas ſecundus monaſterij S. Mariæ de Hafflighem, hoc eſt Haffligimenſis, in Brabantia, Congregationis Cluniacenſis ſcripſit librum de Gratia Dei: alterum de Statu futuræ gloriæ metricè. Sermones de B. Virgine. Epiſtolas ad diuerſos: duodecim libros de beneficentia Dei. Antuerpiæ cuſos an. 1565. Viuebat an. 1109. Tritemio.

FRANCOFORDIENSIS Synodus, de qua quid dicat Alanus Copus, quod tamen Bellarminus Cardinalis falſum eſſe ſuſpicatur,) vide in verbo, Alanus Copus. Cæterum, Francofordienſe Concilium celebratū an. 794. (vt ait Rhegino lib. 2.) Adriano I. Pont. Max. & Carolo Magno Rege Francorum, confirmatum fuit ab eodem Pont. Max. ea ex parte, qua definitur Chriſtum Dominum non eſſe filium Dei adoptiuum: ſed ex altera parte ab eodem reprobatum. Vide Bellar. Card. Tom. 1. Controuerſ. 4. lib. 1. de Concilijs, cap. 7. & lib. 2. cap. 9. & lib. 2. de imaginibus Sanctorum, cap. 14. vbi & concludit, *Synodum potuiſſe errare, & adeo erraſſe non in iuris, ſed in facti quæſtionibus.* At & legendum eſt quod poſt Card. Bellarminum Gabriel Vaſquez lib. 2. de Cultu adorationis accuratè de hoc Concilio agit, num. 209. 220. 228. & ſeqq. vbi habet an Francofordienſe Concilium in facto errauerit contra ſeptimam Synodum, num. 235. vbi item docet, idem Concilium non potuiſſe derogare Nicænæ Synodo. Quin & num. 236. nil definiuiſſe contra cultum imaginum: cum & antea num. 234. Patres eius Concilij dicuntur agnouiſſe ſupremam poteſtatem in Rom. Pontifice & pleraque alia.

FRANCOFORDIENSIS alia Synodus, in qua præter alia eſt actum de Eccleſia Bambergenſi in Cathedram Paſtoralem erigenda. Vide Ditmarum, lib. 6. Annus autem fuit, quo celebrata eſt, 1006. Præfuit Villegiſus Archiepiſcop. Moguntinus, in cuius Diœceſi & habebatur, & Ciſalpini Epiſcopi adfuerunt. Quin & ipſe Rex Henricus II. qui deinceps fuit Imperator, qui eam erectionē Bambergenſem, humi ſe proſternens petijt.

FRANCO Scholaſticus Leodienſis, quem tamen *Leodicenſem* codices antiqui m.ss. in Belgio Gemblacenſis, & Affligimenſis vbique conſtanter nominant, non videtur eſſe is, qui Abbas Affligemenſis, de quo mox dicemus. De hoc autem Leodienſi, ſiue *Leodicenſi*, Sigebertus in Catalogo ſic inquit: *Amatores ſcientiæ ſæcularis taxent eius ſcientiam ex libro, quem ſcripſit ad Hermanum Coloniæ Archiepiſcopum, de Quadratura circuli, de qua Ariſtoteles ait: Quadratura circuli, ſi eſt ſcibile ſcientia quidem nondum eſt, illud verò ſcibile. Conferant, vel etiam præferant eum ſeculares Philoſophi, nos laudamus eum, quia Diuinæ ſcripturæ inuigilauit, & plura ſcripſit: De ratione Computi librum vnum, & alia, quæ habentur ab alijs.* Viuebat an. 1060. Tritemius.

FRECVLPHVS monachus Fuldenſis, S. Benedicti, Epiſcopus Lexouienſis, hiſtoricus ſui temporis non incelebris, ad quem Rabanus Epiſcopus quatuor in Geneſim libros ſcripſit. Floruit an. 830. & quod excurrit. Scripſit autē ab Orbe condito vſque ad Chriſti Domini aduentum, Hiſtoriam rerum geſtarum, tam in Gentibus, quam in Iudæis. Quo in Opere difficiles nodos Diuinarum Scripturarum explicuit. Id verò excuſum eſt Coloniæ Agrippinæ an. 1539. Quin & varias Epiſtolas. Quarum vna ad Rabanum Epiſcopum legitur in initio Commentariorum ipſius Rabani in Pentateuchum.

At idem Freculphus in Chronico Tom. 2. lib. 4. cap. 16. refert ab Arianis tempore Valentis Imp. totam gentem Gothorum à paganiſmo ad fidem conuerſam. Sed non integrè hiſtoriam hanc refert; conſtat enim ex Socrate lib. 4. cap. 27. Sozomeno lib. 6. cap. 37. Theodoreto lib. 4. cap. vlt. maiorem partem illorum Gothorum fuiſſe Chriſtianam, & Catholicam, & ab Arianis poſtea deceptam. Non igitur conuertunt homines ad fidem hæretici, nec poſſunt: nam hæretici habent quidem Scripturam, ſed verū ſenſum ſcripturarum, qui propriè eſt gladius ſpiritus, non habent. Vide Bellarm. Card. Tom. 1. controuerſ. 4. lib. 4. de Notis Verbi Dei, cap. 12.

FREMINVS Capitis, Ord. Minorum Theologus, librum Gallicè edidit, prænotatum, (*la Sauegarde, & protection de la Foy Catolique contre les principaux heretiques de noſtre temps*) hoc eſt Protectio contra primarios hereticos noſtri temporis, quæ an. 1566. prodijt Rhemis, in Galliæ Campania.



Digitized by Google

FRETELLVS Archidiaconus Antiochenus, ſcripſit de Sacris locis Terræ promiſſionis, lib. 1. Arnold. Boſſius.

FRIDEGODVS Diaconus, ſcripſit carmine Vitam S. Vilfridi Riponenſis, & S. Audoeni monachi, librum item de Peccatrice in Euangelio. Alterum de Hieruſalem ſuperna. Alium de viſione Beatorum. Alium de contemplationibus varijs. Viuebat ann. 960.

FRIDELINVS Viator Scotorum Hibernicorum, Regis F. pias quaſdam exhortationes fertur ſcripſiſſe. Viuebat an. 495.

FRIDERICVS Barthcius Soc. Ieſu in Euangelia aduentus & quæ ſequuntur Dominicarum commentationes ſcripſit excuſus Coloniæ apud Io. Crith an. 1607.

FRIDERICVS Martini V.I.D. de Iure cenſuum, ſeu animorum reddituum ſcripſit Commentarium Friburgæ apud Ioannem Straſſer an. 1606. excuſum.

FRIDERICVS Burſcius, Brunsbergenſis, Prutenus, quæ Pruſſia pertinet ad Poloniæ Regnum, Theologus Societatis Ieſu, ſcripſit Germanicè doctum, & eruditum librum aduerſus hæreticum Danielem Mercatorem, Pædagogum apud Pomeranos, & Aulicum Miniſtrum, qui oblatrauerat ſcriptis ſuis aduerſus Ieſuitas. Et quidem in toto hoc Opere Friderici Barcij hæreticorum ingenia, Vanitates, Impoſturæ, ac mendacia ita ſcitè indicantur, vt non tam palpitatione cordis, vt ille inquit, quam vacuitate cerebri, atque fidei laborare omnes hęreticos demonſtretur. Prodijt Brunsbergæ, an. 1603. Typis Schonfelſianis.

FRIDERICVS Nauſea Blancicampianus Epiſcopus Viennenſis ſcripſit,

De Chriſtiani Sacerdotij dignitate.
De ineunda in Chriſtiana Religione, concordia.
De Sacramento Euchariſtiæ.
Deciſiones, & declarationes ad duodecim articulos Fidei.
De rebus geſtis, & Sanctorum martyrio.
De Diuinis in Eccleſia officijs.
Cenſuras vna cum ſolutione Quæſtionum contra Zuinglium.
Metaphraſim in Euangelium Matthæi.
Expoſitionem duodecim articulorũ Fidei contra fidei aduerſarios.
Miſcellanea pro horis Canonicis.
Miſcellanea pro Miſſa, & eius officio.
De cœlibatu Sacerdotum, & votis Monaſticis.
De primitijs Sacerdotalibus.
Panegyricum in Beatiſſimam Virginem.
Enarrationem in Tobiam.
Heptalogum in ſeptẽ feſtiuitates Virginis.
In Euãgelia Dominicalia per totum annũ.
Chriſtianas procreationes.
Apologiam pro ſalutatione Angelica.
De eo quod Chriſtus ait, *Reddite Cæſari, quæ Cæſaris ſunt.*
In Pſal. 19. Dauidis.
In Euangelia de Tempore, & Sanctis.
In ſeptimum, & octauum Pſalmos.
De Chriſtiano matrimonio.
In Orationem Dominicam.
Catechiſmi Catholici enarrationem in Decalogum.
De reconciliandis in Religione diſſenſionibus.
De conſummatione ſeculi.
In illud: *Beati qui lugent.*
De Antichriſto.
De ratione, ſiue Methodo concionandi.
Expoſitionem libri Iudith.
De nouiſſimo die, & de conſummatione ſeculi.
De Noua Hieruſalem.
De Concilio Tridentino.
De mirabilibus.
De officijs myſticis contra Chriſtianę fidei aduerſarios.

Catholicarum poſtillarum, & Homiliarum Epitomen in totius anni tam de Tempore quam de Sanctis, Euangelia. Coloniæ apud Quentelium 1576. Ipſe viuebat annum. 1550.

Qui antea pleraque ſcripſerat ad humaniores literas ſpectantia, quorum hic mentio facienda non eſt.

FRIDERICVS Staphilus, Oſnaburgenſis, Vveſtphalus, Scholæ Ingolſtadienſis (vt vocant) Superintendens, Lutheranæ Theologiæ (ſi Deo placet) Trimembris Epitomen contra Iacobum Andream Prodromum, mox Hiſterodromum compoſuit. Poſtremo valedicentis inſtar, Germanicum amanuenſi Prokelio libellum dictauit, cuius titulum eſſe voluit. *De vltima defectione.* In quo omnes Catholicæ profeſſionis homines ſedulo adhortatur, quatenus à vera & Orthodoxa noſtra Religione ne latum quidem vnguem diſcedant, miro inſuper artificio oſtendit, Catholicos non à Lutherana, ſed Lutheranos à Catholica Religione defeciſſe, ſicque non immerito appellari poſſe Antichriſti præcurſores.

Ceterum libelli eius, quibus agitur de prædicamentis ſiue Theologia Lutheri tri-



Digitized by Google

membri, ac de concordia, hoc eſt diſcordia diſcipulorum Lutheri, verè aurei ſunt libri, qui & ab hæreticis curatum eſt, vt prorſus extinguerētur. Nam edidit Germanicè Hiſtoriam de colloquio Vormacienſi. Antilogias Lutheranorum. Apologiam de Sacræ Scripturæ intellectu. Eiuſdem Defenſionem. Coloniæ an. 1562.

De vltima, & magna Apoſtaſia ante aduentum futuri Antichriſti futura. Germanicè. Ingolſtadij an. 1576.

De fundamento, & cauſſa Lutheranæ Theologiæ.

De materia præſentis Religionis controuerſiæ.

De ſucceſſione, & concordia (hoc eſt de diuiſione, ac diſcordia) diſcipulorum Martini Lutheri liber, Germanicè, cui titulus, Paruum corpus totius Theologiæ, & doctrinæ Martini Lutheri, Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium.

De ſacrorum Bibliorum Tranſlatione in idioma vulgare.

De Lutheranorum Concionatorum conſenſione, interprete Laurentio Surio apud hæredes Ioannes Quentelij, & Geruini Calenij an. Dom. 1562. Eius vitam paucis eſt proſecutus Hermannus Hamelmannus in libri quinti parte prima, de Scriptoribus Veſtphaliæ.

FRIDERICVS Vvagny Germanus, Theologus Viennenſis in Auſtria, qui poſt Ordinis ſui Prouincialatum Patauienſis Epiſcopus, à Roberto Bauaro Auſtriæ tunc Duce propoſitus, atque à Pontifice Maximo confirmatus, ſcripſit in Magiſtrum Sententiarum, quę ipſe Viennæ prælegerat. In Diui Pauli Epiſtolas omnes. In 38. Pſalmos, libros duos. Vixit an. 1390.

FRODOARDVS Gallus, monachus & Abbas Rhemenſis, reliquit ab anno 919. ad 966. Chronicon excuſum poſtea Francofurti an. 1594. cum eius temporis æqualibus Scriptoribus duodecim. Obijt an. 969. Eiſingr.

FRONTO Ducæus, Soc. Ieſu, Burdigalenſis, Gallus, plura ſcripſit, quæ non omnibus patent, cum eius operam plerique de illo vel Patrum Græcorum libris recenſendis, vel Latinis illuſtrandis quæſiuerint, quam ille lubens, & adeo non ſemel ſuppreſſo ſuo nomine præſtitit. Cum verò quidquid nanciſci potuit ocij, id præcipuè S. Io. Chryſoſtomi conquirendis, & fideliter in Latinum vertendis Operibus addixiſſet, multa edidit, quæ hactenus delituerant. Scripſit igitur Collectanea in Clementem Alexãdrinum, quæ ſuppreſſo eius nomine prodierunt.

Notas item in prima capita D. Irenæi. Orationes autem decem & ſeptem de Sanctis à D. Ioanne Chyſoſtomo conſcriptas, vertit in Latinum, & edidit. Alia quoque ipſius S. Patris, vt audio.

Atqui ſedulus fuit in eruendis antiquis Synodis, & monimentis, quorum partem Cæſar Card. Baron. cum illius honorifica teſtificatione ſuis Annalibus inſeruit.

Nec deſtitit pietatem, atque ingenium exerere aduerſus hæreticos, qui pro ſuo more veritatem Catholicæ fidei oppugnant. Edidit itaque & Gallicè librum prænotatum: Inuentarium errorum, contradictionum, & falſarum citationum Philippi Mornæi, Domini (vt Galli vocant) du Pleſſis Marli.

Errores autem hi ſunt: quòd è ſuo capite nouam confingit D. Verbi verſionem, quòd ſæpe falsò citat Iuris Canonici Canones, & leges Iuris Ciuilis: ſæpius labitur in hiſtoria Eccleſiaſtica: labitur item in Geographia, & in literis humanioribus: fingit autē potius, quàm monſtret ſe Hebraicè noſſe: Ne ipſam quidem Latinam linguam callere videtur: Gallicam hiſtoriam ignorat: in lectione veterum Patrum vix fixit veſtigia: in ſuis verſionibus turpes committit errores; vt Eutychianus hæreticus loquitur: admittit ſecundum Epheſinum Concilium, quod prædatorium, ſiue *latrocinium* merito fuit dictum: tribuit Satanæ, quæ in Sancta Nicæna Synodo fuere decreta: citat Eraſmum loco Sancti Gregorij Magni: Clichtoueum loco Sancti Cypriani: D. Thomam Aquinatem loco S. Io. Damaſceni, & Sancti Auguſtini: Fauet antiquis hæreticis, quorum vtitur obiectionibus. Citat ferè vbique falsò veteres Patres, ac potiſſimum Tertullianum. Concilium item Africanum, & Aurelianenſe.

Ad editio huius Inuentarij ſecundò recognita, & auctior, prodijt Burdigalæ apud Millangem typographum Regium an. 1599.

Quam editionem altera alterius Inuentarij aduerſus ipſum Philippum Mornæum ab eodem Frontone eſt ſubſecuta an. 1602.

FRVCTVOSVS Epiſcopus neſcio an ſcripſerit Opera, ſententias quidem ipſius in libello De officio Rectoris Eccleſiæ citatas excuderunt Colonienſes an. 1531.



Digitized by Google

Frvtolphvs S. Michaelis Bambergæ Benedictinus Monachus, Euangelium Matthæi copioſe expoſuit. Viuebat an. 1144.

## F V

Fvlbertvs (alijs *Fulpertus*) Epiſcopus Carnotenſis, vir ſanctus, & doctus, viuebat anno 1010. Adelmannus enim Brixinenſis Epiſcopus ſcribens Berengario, indicat, ſe, & Berengarium fuiſſe condiſcipulos ſancti ſenis Beati Fulberti, quem ſuum *Socratem* appellat. Scripſit autem alteram Epiſtolam ad Adeodatum, quæ iungi ſolet cum Paſcaſij libris.

Porrò in illa agit De Sanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, & quidem Chriſtianiſſimè, vt ipſo verbo vtar Cardinalis Bellarmini. Scripſit item ad Finardum, ſiue, *Pinardum*, De Eccleſiaſticorum officiorum diuerſitate, quatenus ſit toleranda. Extant in Bibliotheca Sanctorum Patrum Bignæi. Tritemius autem inquit eum ſcripſiſſe librum Epiſtolarum ad diuerſos. Alterum de laudibus Beatiſſimæ Virginis. Atqui & ei tribuunt Hymnos. Stirps Ieſſæ, Solem iuſtitiæ, Chorus nouæ Hieruſalem, & Orationes varias.

Sed & in ipſa Bibl. SS. PP. Tom. 3. edit. 2. inſerta eſt Epiſtola ad Adeodatum De tribus maximè neceſſarijs Fidei Chriſtianæ Capitibus: quemadmodum illa, quam diximus, ad Finardum ſcripta, De Hoſtia in quadrageſimum diem, recens ordinatis Sacerdotibus vſu quotidiano cõſumenda. Porrò idem ipſe Fulbertus ex monacho Monaſterij S. Petri apud Carnutum aſſumptus in Epiſcopum Eccleſiæ Carnotenſis, ann. 1007. (quidquid ſecus alij ſenſerint, Demochares pręſertim, qui id contigiſſe ſcribit, an. 1017.) quem Fulbertum Glaber huius temporibus ſcriptor, lib. 3. c. 6. & lib. 4. c. 4. virum Sapientiſſimum, & Præſulem prædicat, Guillerinus autem, Vita ſanctiſſimum, atque ſpiritu prophetiæ imbutum, de quo vide Vincentium Bellouacenſem hiſt. lib. 25. ca. 15. Vt autem ſcripſit Zeli, & pietatis plenas Epiſt. ſic earum extant item aliquę in Annal. Card. Baron. ſub eundem ann. 1007. ex Cod. Vaticano, vbi plures leguntur.

Fvlbertvs Gallus, monachus Cœnobij Sancti Petri Gemeticenſis, cognomento *Peccator*, reliquit.

Vitam Sancti Aichardi Abbatis, quæ extat apud Laurentium Surium, Tom. 5. die 15. Septembris.

Fvlconis Cognomento boni, Andegauorum Comitis, ad Beatum Odonem Abbatem Cluniacenſem, Epiſtola extat in To. 3. Bibl. SS. PP. edit. 2.

Fvlgentivs Ruſpæ Epiſcopus, patria Cathaginienſis prouocatus ſcriptis à Traſamundo in Africa Rege. Huius errores, & voce, & calamo refutauit, magno cum populorum fructu. Extant autem in Fulgentij Operibus Tres libelli aduerſus eundem Traſamundum.

De Spiritu Sancto interroganti presbytero Abragilæ, plura teſtimonia. Sed & è Sardinia Inſula ad quam Traſamundo vrgente, redijt, ſcripſit Carthaginienſihus Epiſtolam ſublimis argumenti, qua dolus aperuit, quibus infelices animæ ſeducebantur vſque ad mortem. Ceterum & ſunt ipſius.

De remiſſione peccatorum conſulenti Euthymio duo libelli, quem docuit cupientè noſcere prædeſtinationis, & gratiæ differentiam.

Familiares, ſed Spirituales Epiſtolæ Romanis præcipuè Senatoribus, Viduiſque, ac Virgiuibus.

Ad Probam Virginem, de Ieiunio, & Oratione libelli duo deſiderantur. Sed extant Fulgentij ad eamdem Epiſtolæ duæ; Quarum prima inſcribitur

De Virginitate, atque humilitate.

Secunda, De Oratione, & compunctione cordis.

In varios Diuinæ ſcripturæ locos nobile Sermonum volumen, è quibus duo habentur in Homiliario Albini.

De libero arbitrio, & gratia Dei, libri ſeptem.

De veritate item Prædeſtinationis alius. Sed & habuimus ex eo altercationem cum Traſamundo Rege; ac de duplici Prædeſtinatione ad Monimum libros tres, de quibus ſupra.

In cuius Operis præfatione conqueritur de calumniatore, qui erat apud Carthaginem, quem licet ille nominare noluit, eius tamen diſcipulus in Vita ipſius Fabianus appellat. Porrò etiam ſcripſit:

De continentia coniugali.
De pœnitentia ad Venantium.
De fide ad Donatum.
De Sacramento incarnationis.
De abſtruſis Sermonibus.
De immenſitate Filij Dei.
De Sancta Trinitate.
Ad Felicem Directum Notarium.
Aduerſus hæreſes Arianam, & Pelagianam.
De myſterio mediatoris.
Ad Ferrandum quoque Eccleſiæ Carthaginienſis Diaconum: De interrogatis: Quæſtionibus libellum miſit.

At in libro De Incarnatioue Verbi, & Gratia, & libero arbitrio, pulcherrima illa ſententia eſt. *Duorum magnorum luminarium, Petri ſcilicet, Paulique verbis tanquam ſplendentibus radijs illuſtrata, eorumque decorata corporibus Romana, quæ Mundi caput eſt, tenet, & docet Eccleſia, totuſq; cum ea Chriſtianus Orbis, & ad iuſtitiam nihil heſitans credit, & ad ſalutem non dubitat confiteri.*

At Sigebertus in Catalogo inquit: *Ne videar humana miſcere Diuinis, non commemorabo ſacris memorabile huius viri opus, qui totum Opus Virgilij ad Phyſicam rationem referens, in lutea quodammodo maſſa, auri metallum quæſiuit, & repertum excoxit.*

Quòd autem eius Operibus Baſileæ anno Domini 1566. ſimul editis adtextus ſit liber Mythologiarum, is non Fulgentij, Afri Ruſpenſis Epiſcopi, ſed alterius Fulgentij eſſe videtur, cum materies illa, & ſtylus Fulgentij, de quo loquimur, grauitatem non ſapiat. Obijt prima die menſis, & anni 529. Qui dum vixit, Ruſpa eius ciuitas fuit incolumis, quoniam Vita eius murus fuit ciuibus, quamuis tractus Ruſpenſis circumquaque à Mauris vaſtaretur. Vide eius Acta apud Laurentium Surium, ad diem primam Ianuarij, quæ ipſius Contubernalis poſteris reliquit.

Porrò nos in verbo, Aurelius Auguſtinus, cap. 5. rationes attulimus, cur liber de Fide ad Petrum D. Auguſtino aſcriptus, Fulgentio tribuendus ſit. Id quod Louanienſes, Robertus Cardin. Bellarminus, & alij plerique omnes Viri docti iam ſentiunt. Fidem hanc firmat Inſcriptio Operis in Bibliotheca Collegij Mertonenſis, quam multo ante enatas hæreſes Lutheri, atque Caluini, inſtructam Catholicis Scriptoribus antiquis, Catholici Maiores noſtri reliquerunt, habet autem. *Epiſtola Fulgentij ad Petrum Diaconum.* Ceterum in hoc Opere emendando ad fidem veterum Codicum, vt laborauit ille, qui Eclogam Oxonio — Cantabrigienſem emiſit, ſic quia id fecit ope eorum Codicum, quos Catholici plures ante annos in Bibliothecis, & Academijs, ſiue collegijs reliquerunt, idcirco eam collectionem huc addimus, peroptantes, vt ille ipſe aperiat alijs in dogmatibus oculos mentis Catholicæ fidei, quam pſeudo catholicam blaſphemè vocat, lumini, quo illuſtrata quondam Anglia, optimos genuit Fidei propugnatores, & Martyres.

## Libri de fide ad Petrum Diaconum, cum antiquiſs. 2. m. s. & poſtremis, ac vltimis editionibus excuſis, tam collatio, ac caſtigatio conueniunt paginarum & columnarum numeri, cum libro impreſſo Pariſijs, 1586. cum Priuilegio.

*Littera A, indicat Cod. m. s. qui extat in Collegio nouo Oxoniæ. Littera B, indicat alterum Codicem, qui extabat apud Amicum collatoris.*

*Pag. 384. Colu. I. D. Aduertendum primo in loco librum à Prologo non diſtingui in vetuſtiſſmis m. s. Codicibus.*
*Ibid.* Poſtulaſti te literis noſtris inſtrui. 2. m. s. *legunt* popoſciſti.
*Ibid.* Fides namque eſt 2. m. s. *legunt conformiter.* Fides eſt namque.
*Ibid.* ad filiorum Dei numerum poteſt peruenire, *legunt Duo* m. s. pertinere.
*Ibid.* ſi quis hic non ambulauerit. 1. m. s. *omittit* hic.
*Ibidem* huius diſputationis opus. 2. m. s. *legunt ita* magnum eſt opus huius diſputationis.
*Ibid.* vt à magnis vix poſſit. 1. m. s. *omittit*, à, *in altero*, m. s. *legitur* vt magnus vix.
*Pag. 385. Col. 1. litera A,* multa volumina, *legunt* 2. m. s. voluminum.
*Ibid.* ſufficientem tribuet 1. m. s. ſufficienter.
*Ibid.* nomine atque adiutorio. 2. m. s. *legunt*, atque in adiutorio.
*Ibid. litera B.* ſolent inſuſurare. 2. m. s. volunt.
*Ibid.* Imperio promulgatam, *legendum*, promulgatum, *ita enim habent*, 2. m. s.

*Ibid.*

Digitized by Google

*Ibid.* filium Deum,*legunt* m.s.& filium Deum.
*Ibid.*Id eſt ſanctam.1.m.s.*legit* Item.
*Ibid.litera* C,Rurſus quidem Trinitas eſſet vera,ſed vnus Deus Trinitas ipſi non eſſet,*legit aliter* 2.m.s.Rurſus Trinitas vera non eſſet,ſi vnus Deus Trinitas ipſa non eſſet.
*Ibid.*ſi quemadmodum pater, ſed,*legit.* m.s.A, *verum*.m.s.B,vt.
*Ibid.* & in vna natura,& *redundat,& abeſt,in* m.s.
*Ibid.*totus quoque ſpiritus, *legunt.* m.s.totiuſque.
*Ibid.litera D,* ſine initio eſt,de patris natura natus exiſtit,*variant in hoc loco.m.s.*m. s.*legit hunc in modum.* ſine initio eſt, quod filius, &c. m. s. B, aut ſine initio eſt quod natus extitit.
*Pag.385.Col.2.Litera B,* à nobis repetitur toties vt *abundat* toties in m.s.
*Ibid.* vnus eſt Deus Pater 2.m.s.omittunt Deus.
*Ibid.*eſſentialiter genitus.*legunt duo*,m.s.natus.
*Ibid.*ſcilicet gignere ſe.2.M.*Legunt,* id eſt.
*Ibid.* ſed ſolum filium: ſic etiam. *aliter legunt.* 2.m.s. *conformiter addentes* genitum.
*Ibid.* vnum filium genuit.m.s.B,vnicum.
*Ibid. litera C,* ſed ſolus de Patris eſſentia *redundat* ſolus *& abeſt in* m.s.
*Ibid.* in quo mihi bene complacui. *omittunt*.2.m.s.Bene.
*Ibid.litera D,* proprio filio ſuo non pepercit, *ſuo abeſt* in m.s.
*Ibid.*diligit & eum qui, omittunt.2.m.s.&.
*Ibid.*omnia iſta diuinitus legunt.m.s.iſta omnia diuinitus.
*Ibid.*quia Deus verus.m.s.A.qua.
*Ibid.* accepit de Virgine. Vna enim perſona eſſet Pater & Filius, ipſa autem vna perſona, pro eo,quia non de Deo,ſed tantum de Virgine naſceretur Dei Filius. Rurſus ſi non ipſum qui factus eſt. *Hoc locus admittit varias lectiones.* 2.m.s. *legũt conformiter,*accepit.Rurſus ſi non ipſum qui factus eſt. *Editio Pariſienſis ita legit* accepit. Rurſus non ille qui proprius,atque vnigeniti Dei Patris Filius eſt,ſed Spiritus Sanctus naſceretur ex Virgine, non ipſe qui factus eſt.
*Ibid.* ipſum qui factus eſt.2.m.s.*legunt* ipſum filium,&c.
*Pag.386.Col.1.litera A, locus diuerſiſſima lectionis.* De Spiritu ſancto ex Maria Virgine ſancta Eccleſia confiteretur *ita Baſil. legunt autem Pariſienſes cum aliqua verborum additione.* de Spiritu ſancto, ex Maria Virgine in Symbolo acceptum,& corde ad Iuſtitiam crederet,& ore ad ſalutem,&c.m.s.A,*legit conformiter Baſil.editioni ponendo & ante,* ex m. s. B, *item tantum mutando* ex *in* &.
*Ibid.*Sancta Eccleſia confiteretur, 2.m.s.*legunt* ſancta confiteretur Eccleſia.
*Ibid.* ſed & ipſe Spiritus.m.s.A, *& Pariſ.* ſed etſi.m.s.B, ſed ſi.
*Ibid.*pater ergo.2.m.s.igitur.
*Ibid.*idem Deus Filius.2.m.s.*legunt* Dei.
*Ibid.*& verus & cum Patre, *in poſteriore loco,& abeſt* in 2.m.s.
*Ibid.*vnus Deus eſt ſecundum.2.m.s.*omittunt conformiter,* eſt.
*Ibid.* pro nobis eſt homo factus. Homo factus verus *legunt.* 2. m.s.
*Ibid.*quia veram habet *legunt.* m.s.quod.
*Ibid.*quia & carnem humanam ſuſcepit.m.s.2.quod.
*Ibid.*Deus natus eſt.m.s.*legunt conformiter* ſecundo natus eſt.
*Ibid.*Natus eſt matre.2.m.s.*legunt* de.
*Ibid.* vnus ergo eſt.2.m.s.igitur.
*Pag.38.Col.1. B,*ab infernis,*legendum* inferis,ita m.s.2.& Par.
*Ibid.*ad Cœlum aſcendens.m.s.*legunt* in Cœlum.
*Ibid.*in fine.2.m.s.in finem.
*Ibid.*vnus eſt filius Dei.m.s.A,vnius.
*Ibid.* vnam cum matre ſubſtantiam: habens ex mortalitatis noſtræ. *Lectio & interpunctio varia.*2.m.s.*conformiter ita legunt.* vnam cum matre habens ſubſtantiam: ex mortalitatis ſuæ.*Pariſ. ponunt hac verba poſt vocem habens,* ex nobis vſque ad mortem iniquitatis noſtræ.
*Ibid.litera C,*docet quia.2.m.s.quod.
*Ibid.*deglutierit.2.m.s.& *Par.*deglutiuit.
*Ibid.*ipſe quippe.2.m.s.idem.
*Ibid.litera D,*natum ex muliere.2.m.s.*legunt* factum.
*Ibid.*naturaliter facto.2.m.s.facto naturaliter.

*Pag.386.Col.2.litera A,* ſic legitur, legunt ergo 2.m.s.

*Ibid.* ſine peccato ſuſcepta.2.m.s.concepta *itemque Pariſienſes.*

*Ibid.litera B,* humanæ naturæ.2.m.s. natu ræ humanæ.

*Ibid.*in delictis concepit me, *legunt* 2.m.s.peperit.

*Ibid.litera C,* moralis carnis generatio humana contraxit, auferret conceptus eſt. *Variè legunt Manuſcripti Codices.*m.s.A, mortalis carnis humana natura contraxit, auferret conceptus nouo. m. s. B, *conſentit cum priore niſi quod pro* humana natura *legat* humanum genus.

*Ibid.*illa vtique eſt Virgo,*verbum* eſt,*abeſt* in 2.m.s.

*Ibid.*ventris ſui fructum,*lege* partum:*ita* m.s.

*Ibid.litera C,* aufertur à mundo,*legitur* in 2.m.s.auferretur.

*Ibid.litera D,*in peccati ſimilitudine.2.m.s. ſimilitudinem.

*Pag.387.Col.1.A,* formam igitur ſerui.m.s.A, *legit* ergo *pro* igitur in m.s. *prorſus omittitur.*

*Ibid.*ille Deus *legunt.* m.s.duo *tranſpoſitis vocabulis.*

*Ibid.*in ſimilitudinem.m.s.B, *legit* ſimilitudine.

*Ibid.*& habitu inuentus,vt homo.2.m.s. *legunt* habitu eſt inuentus,vt homo.

*Ibid.*aut confundas,aut diuidas.2.m.s.aut diuidas aut confundas.

*Ibid.*quia in forma Dei erat.M.A.*legit* quod.m.s.B,quo.

*Ibid.*de quo natus eſt.*legunt* m.s.erat.

*Ibid.*hęc omnia quę diximus de Filio Dei,firmiſſima fide retine,qui hæc vtique omnia in vnitate naturæ habens cum Patre, ſine dubio æqualis eſt Patri.m. s. A, *legit in hunc modũ.* hæc omnia quæ diximus, ſunt de Deo Patre per quæ ſine dubio Filius æqualis eſt Patri.m.s. *conſentit cum libris excuſis,excepto quod legatur in ſecunda linea,* retinens, quia hæc in vnitate noſtræ.

*Ibid.*quia ſemetipſum.m.s.quod.

*Ibid.litera B,* & quia humiliauit ſemet ipſum, *abundat verbum, & in* 2. m. s. *& pro* quia *legatur* quod.

*Ibid.*naturaliter atque æqualiter.2.m.s.*legunt* &.

*Ibid.litera C,* habet Dei Flius,*legunt* m.s. *conformiter Deus.*

*Ibid.*æqualis verò Deo Patri,*redundat Deo in* 2.m.s.*ſed* m.s.B,*legit* æqualis Patri.

*Ibid.* nos omnes accepimus, quam plenitudinem ſi exinanitus amitteret, quod de ea nobis daret vtique non haberet; eodem autem non habente, nos proculdubio nihil poſſemus accipere,de plenitudine autem eius nos omnes accepimus. Ex eo aut quod nobis. *hic abundant multa ex* m.s.B, *ita enim legit,* nos omnes accepimus. Ex eo autem quod nobis m.s.A,*legit diuerſum ab impreſſis codicibus in concluſione totius ſententiæ, nimirum:* eodem autem non habente filio firmiſſima fide retinens quod hæc vtique omnia in vnitate naturæ habens,cum nos proculdubio nihil.

*Ibid.* quia ſi plenitudine,*legatur* quod cum.2.m.s.

*Ibid.*humanæ naturæ ſuſceptio.m.s. A.*legit* naturæ humanæ aſſumptio.m.s.B,acceptio.

*Ibid.in litera D,* in ſimilitudinem. 2.m.s.*legunt* ſimilitudine.

*Ibid.* Quia autem creatus eſt formam ſerui ſecundum quam creatus eſt,ſolus habens perſonaliter,*ita legunt* 2.m.s.quod autem creatus eſt ſolus habens perſonaliter.

*Pag.387.Col.2.A,* ſolus Dei filius m.s.B,filius Deus.

*Ibid.*qui pro nobis non in ſanguine taurorum & hircorum, ſed in ſanguine ſuo ſemel introiuit ſancta,quod tunc Pontifex ille ſignificabat, qui cum ſanguine in Sancta Sanctorum.m.s.A,non in ſanguine in Sancta Sanctorum.

*Ibid.*& ſacerdos &, *primum & abeſt* in 2.m.s.

*Ibid.*Et hæc omnia,*legatur pro & quia* cum m.s.2.

*Ibid.*quia hoc eſt cum patre. m.s.*non habent verbum,* eſt.

*Ibid.*littera B,Deus æternus & verus eſt *omnia* m.s.ſolus verus & æternus Deus eſt.

*Ibid.*& mutari aliquando,2.m.s.*legunt* & vt.

*Ibid.*quia ſumme 2.m.s.quod.

*Ibid.litera C,*quia nullum habens initium m.s.2.non habet.

*Ibid.*quia quædam,*legatur* quod,cum m.s.

*Ibid.*quia omnem m.s.2.quod.

*Ibid.*litera D.ſimplicitas itaque multiplicis *abundat* itaque *in* 2. M.s.

*Ibid.*in infirmarum paruitate,m.s.*legunt* infirmorum,ita *Pariſ.*

*Ibid.*prolata de ſeipſo,*legunt* m.s.de ipſo.

*Ibid.*ſicut à Deo cum non eſſet, accepit,*legunt* 2.m.s.*ſine particula non, affirmatiuè.*

*Ibid.*

*Ibid.* ſplendeant claritate 2.m.s.ſplendent.
*Pag.388.Col.A,* ſicut dicit Apoſtolus.m.s.2.ſicut Apoſtolus dicit.
*Ibid.* differt à Stella.2.m.s.à ſtella differt.
*Ibid.* nec de loco ad locum tranſiret.m.s.A,legit tranſire m.s.B, tranſiret ad locum.
*Ibid.* non minus in anguſtijs,*legunt.* m.s.anguſtis cum Pariſ.
*Ibid.* terminatur,quia nullo fine concluditur,*redundat* fine in 2.m.s.*& legunt inſuper pro* nullo, nulla.
*Ibid.* minores minoribus.m.s.B,maioribus.
*Ibid. litera B,* totus ſe infundat,*abeſt* ſe *in* m.s.2.
*Ibid.* viuendi facultatem non dedit m.s.2.facultatem viuendi non dedit.
*Ibid.* quia quibuſdam 2.m.s.quod.
*Ibid.* ſi vita non eſſet non viuentia corpora ipſe non feciſſet, *legunt omnia Manuſcripta* ſi vita non eſſet,viuentia,&c.
*Ibid.* eadem corpora viuificarentur.m.s.quæ viuificarentur.
*Ibid. litera C,* quia per locorum m.s.2.quod.
*Ibid. litera D,* quia eiuſdem,*legatur,* quòd cum 2.m.s.
*Ibid.* inceſſabiliter ſentiant,*legunt* 2.m.s.ſumant.
*Ibid.* ſi & inhærentibus Deo ineſt de, *legunt* 2.m.s.ſi & inhærentibus Deo nihil ineſt.
*Ibid.* quia collato, *legunt* 2.m.s.quod.
*Ibid.* nihil in ſe ſentiunt immutationis,*legitur* in 2.m.s.mutationis *contrario plane verbo,*
*Ibid.* naturalis terminus.2.m.s.*legunt*,terminus naturalis.
*Ibid.* in alio eſt.2.m.s.eſt in alio.
*Ibid.* opera eſſe Sanctæ Trinitatis 2.m.s.*legunt* creaturam.
*Pag.388.Col.2.litera A,* quoſdam verò,quia ſic voluit.m.s.A.*legit* quoſdamque quia ſicut.m.s.B, & *Pariſ.* quoſdam ſicut.
*Ibid.* habere fecit.m.s.B,fecit habere confertim.
*Ibid.* graui cupiditatis pondere,*legunt* 2.m.s.prauæ *cum Pariſ.*
*Ibid.* vt illius eſſet 2.m.s.vt eſſent illius.
*Ibid. litera B,* reuocandis quibus vellet.m.s.2.renouandis.
*Ibid.* congrue & mirabiliter ordinare.m.s.2.congruis mirabiliter,&c.
*Ibid.* quia rationales.2.m.s.& Pariſ.quod.
*Ibid.* donum in ſe naturæ Spiritualis Creatore diuinitus acceperunt.2.m.s.donum in ipſa naturæ ſpiritualis creatione diuinitus acceperunt.
*Ibid.* propriæ voluntatis arbitrio.2.m.s.libertatis.
*Ibid.* ſummum Creatoris Imperium.2.m.s.ſummi.
*Ibid.* doloribuſque crucianda.2.m.s.cruciata.
*Ibid.* nunquam ea diuino munere repararet.2.m.s.A,*legit* etiam nunquam, &c. pararet, m.s.B,*omittit eam.*
*Ibid. litera C,* æternum præpararet.2.m.s.pararet.
*Ibid.* omnes illi.2.m.s.illi omnes.
*Ibid.* nec mala poſſint vnquam voluntate permaneret etiam.2.m. s. voluntate vnquam & m.s.A,*legit* permanet.m.s.B,permaneat.
*Ibid.* ad peccati principium inuidus dixit. m. s. 2. *legunt* præcipitium *&* m. s. A, mundus.
*Ibid.* propria voluntate cadentibus.m.s.2.propria cadentibus voluntate.
*Ibid. litera D,* quia neque Diabolus.m.s.2.quod.
*Pag.389.Col.1.litera A,* non debet eſſe.2.m.s.eſſe non debet.
*Ibid.* quia Deus m.2.quod.
*Ibid.* hoc ait Beatus Paulus.2.m.s.& *Pariſ.* Beatus Paulus hoc ait.
*Ibid.* quandoque videre cœperunt,*legunt.* 2.m.s.viuere.
*Ibid.* viuere ita incipit.m.s.2.ita viuere.
*Ibid, litera B,* ſuſtinere ſupplicia.m.s.ſupplicia ſuſtinere.
*Ibid.* dicit Apoſtolus, *addendum ex* 2.m.s.beatus.
*Ibid. litera C,* ſpiritalia tunc,2.m.s.*legunt* ſpiritualia.
*Ibid.* ſurgit ſpirituale in his 2.m. s.*legunt* corpus ſpirituale.
*Ibid. litera D,* iuſtificare diſpoſuit.2.m.s. diſpoſuit. *Pariſ.* glorificare.
*Ibid.* mutata voluntate iniuſta, merita ſimul operaquę mutare.m.s.B, *legit poſt* opera, quæque,in m.s.A,*abeſt vox* iniuſta.
*Ibid.* iniquitas ſua ita culpabitur.2.m.s.ita culpabitur iniquitas ſua.



Digitized by Google

*Ibid.*percipere poſſunt.2. m. s. poſſunt recipere.
*Pag.389.Col.2.litera A,*ſic nullatenus bonam.m.s.2.ſic bonam nullatenus.
*Ibid.*poteſt eſſe vtilis.m.s.2.eſſe poteſt.
*Ibid.litera B,*non vult mortem peccatoris, ſiue morientis, ſed magis vt reuertatur. m.s.2. *legunt conformiter* non vult mortem morientis, quantum vt reuertatur.
*Ibid.*ſubito veniet ira,*addendum* enim *ex*.2.m.s.
*Ibid.litera* C,peruerſitate permaneat.2.m.s.remaneat.
*Ibid.*ſcientes,quia illa.m.s.2.quod ſed m.s.B,*præponit* quidem.
*Ibid.*repellet repunietque.m.s.2.& puniet.
*Ibid.*omnis anima intellectualis.m.s.2.hominis
*Ibid.*quæ ordinauit.m.s.2.quod.
*Ibid.*quo nunquam licebit,*legunt* 2.m.s.non etiam.
*Ibid. litera D,*quædam quæ reptant,*abundat* quæ per 2.m.s.
*Ibid.*carni ſubminiſtrare.2.m.s. miniſtrare.
*Ibid.*irrationalibus ſpiritibus,*legunt* 2.m.s.irrationabilibus.
*Ibid.*propterea ergo.2.m.s.igitur.
*Pag.390.Col.litera A,*quia nec ipſis animabus eorum aut &c.*legunt*.m.s.quod nec ipſis animalibus,aut æquitas aut iniquitas fuit.
*Ibid.*quia rationalia,*legunt* 2. m.s.quod.
*Ibid.*cum Diabolo principe omnium malorum ſemper arſuri.2.m.s.*legunt conformiter*,cum Diabolo ſemper arſuri,&c.
*Ibid.litera B,* quia enim tales.m.s.2.quod enim eos tales.
*Ibid.*quemadmodum ex illo.m.s.2.*legunt* & ex illo.
*Ibid.*ſi quis renatus non fuerit 2.m.s.non renatus.
*Ibid.*quia ſiue in Catholica fide,ſiue 2.m.s.*legunt* quod ſiue in catholica ſiue.
*Ibid.*remanſerit alienus.2.m.s.remanſit.
*Ibid.litera C,*qui ſi & eleemoſynas.m. s. A, qui ſi &.m.s. B, quod & ſi.
*Ibid.*vbi enim cuique prodeſſe poteſt Baptiſmus, ibi prodeſſe & eleemoſyna non poteſt. m.s.A,vbi vnicuique poteſt,&c.ibi non poteſt & eleemoſyna prodeſſe.m.s.B,*in principio ſententiæ congruit cum m.s.* A. in *poſtremo* legit ibi poteſt & eleemoſyna prodeſſe.
*Ibid.*prodeſſe nequit.m.s.2.prodeſſe non poteſt.
*Ibid.*iuſti in hac vita ſemper Deo.2.m.s.iuſti ſemper in hac vita Deo.
*Ibid.litera D,* ſiue impedimento & abſque,*abeſt* & *in* 2.m.s.
*Ibid.*non quia peccatum eſt,*legunt* 2.m.s. quod.
*Ibid.*& beatus.2.m.s.*omittunt* &.
*Ibid.*honorabile connubium in omnibus,*deeſt in* 2.m.s.
*Ibid.*ideoque ſerui Dei.2.m.s. igitur.
*Ibid.* & à vino abſtinent, *legunt*.2.m.s.& vino.
*Pag.390.Col.2.lit.A,*In vna enim ratione.2.m.s.oratione.
*Ibid.* virtus exoritur.2.m.s. exeritur.
*Ibid.*vel tertias.2.m.s.vel etiam *Pariſ.* trinas.
*Ibid.*ſeipſum caſtrauerit. 2.m.s.*A.legunt* ſeipſum Deo.
*Ibid.litera B,*quia primam fidem.2.m.s.quod.
*Ibid.*ſi quis.2.m.s.quod.
*Ibid.*nupſerit virgo.m.s.2.virgo nupſerit.
*Ibid.*ſe ſui voti.m.2.ſe voti ſui.
*Ibid.litera C,*quia cum tres deos.m.s.2.quod.
*Ibid.litera D,*quoniam Deus verus eſt.2.m.s. quoniam Deus verus eſt.
*Ibid.*templum ſunt Spiritus ſancti.2.m.s.templum eſt.
*Pag.391.col.1.lit.A,*ſolum eſſe verum Deum,*abeſt* eſſe in 2.m.s.
*Ibid.*de quo in Pſalmo dicitur.2.m.s.Pſalmis.
*Ibid. litera B,* inſonuit, *legunt*.2.m.s. ſonuit.
*Ibid.litera C,*& ſequitur.2.m.s.ſecutus ait.
*Ibid.*vnus eſt ſpiritus.2.m.s.vnus ſpiritus eſt.
*Ibid.litera D,*poſt reſurrectionem inſufflans, *addunt*.2.m.s.poſt reſurrectionem ſuam.
*Pag.391.col.2.lit.A.*ipſum eſſe,*legunt*.2.m.s.ipſumque eſſe.
*Ibid.*conceptus eſt natuſque,*redundat* eſt *in m.s.*
*Ibid.*generauit me.2.m.s.genuit.
*Ibid.*iterum ſumo eam.2.m.s.ſumam.

*Ibid.*

Digitized by Google

*Ibid.litera B*,carnem & animam,*pro* & *lego* atque *in 2.m.ſ.*
*Ibid.*vnum filium,atque ipſum eſſe Deum verum, *vox* filium,*redundat in* 2.m.s.
*Ibid.*factus eſt ex muliere,*legunt, 2.m.ſ.*ſolus factus,&c.
*Ibid.litera C*,cum patre communem.2.m.s.communem cum patre.
*Ibid.litera D*,æterna natiuitas,vnus Ieſus de quo.2.m.s.*omittunt* vnus Ieſus.
*Ibid.*quia vocatum eſt.m.s.2.quod.
*Ibid.*Patriarchis,prophetis & Sacerdotibus.2.m.s.& prophetis.
*Pag.392.Col.1.litera A*, ſancta Eccleſia Catholica.m.s.ſancta Catholica Eccleſia.
*Ibid.*figuratio fuit.m.s.A,*legit* ſignificatio m.s.B,ſacrificio.
*Ibid.litera B*,eum vidiſtis.2.m.s.vidiſtis eum.
*Ibid.*crucifixerunt.2.m.s.confixerunt.
*Ibid.*eſſe malam naturam.2.m.s.mali.
*Ibid.*niſi boni priuatio.2.m.s.niſi priuatio boni.
*Ibid.*vnde geminum conſtat eſſe 2.m.s.vnde conſtat geminum eſſe.
*Ibid.*malum vnum quo.m.s.id eſt vnum quo.
*Ibid.litera C*,& quia ordinem.2.m.s.at quæ.
*Ibid.*neque aliam quamlibet.2.m.s.neque quamlibet aliam.
*Ibid.*quæ eſt vnus.2.m.s.qui.
*Ibid.*potuerunt.2.m.s.poterant.
*Ibid.*non eſt eis.2.m.s.non eis.
*Ibid.litera D*,ſpiritualem.2.m.s.ſpiritualem.
*Ibid.*creatos eſſe cum.2.m.s. *abundare* eſſe *oſtendunt*.
*Pag.392.Col.2.litera A*,peccatum pro nobis factus eſt.2.m.s.factum eſt.
*Ibid.*ſiue cum de matribus.2.m.s.*legunt* iam.
*Ibid.litera B*,ſempiterno ſupplicio.2.m.s.ſupplicio ſempiterno.
*Ibid.*etſi propriæ actionis peccatum.m.s.2.etſi peccatum propriæ,&c.
*Ibid.*viuos & mortuos.2.m.s.viuos mortuoſque.
*Ibid.*& glorificet.2.m.s.*omittunt* &.
*Ibid.litera C*,pro eo quia.2.m.s.quod.
*Ibid.*immutabuntur autem iuſti.2.m.s.*legunt* mutabuntur.
*Ibid.*in iuſtorum corporibus.2.m.s.in eorum.
*Ibid.litera D*,Sacramentum fidei quod eſt ſanctum baptiſma.m.s.& pœnitentię. M.s. A, ſecundum Baptiſma.
*Pag.393.Col.1.lit.A*, gratuita miſerat,*legunt* m.s.2.gratuita ſua.
*Ibid.*corde etiam.2.m.s.etiam corde.
*Ibid.litera B*,filij ſui. 2.m.s.eius.
*Ibid.*quos non prædeſtinauit. 2.m.s.*legunt*,quos Deus.
*Ibid.litera C*, eodem Baptiſmo cumulari.2.m.s.Baptiſmate.
*Ibid.*fuerit datum.m.s.datum fuerit.
*Ibid.*ſaluator enim dicit 2.m.s.ait.
*Ibid.litera D*,ſed etiam omnes.2.m.s.ſed &.
*Pag.393.col.2.lit.A*,quandiu in eo m.s.2.quando.
*Ibid.litera C*,non debere niſi operum.m.s.2.nunc debere operum.
*Pag.394.col.1.lit.A*,certum accepit.2.m.s.*legunt*,recipit verè firmum fidei eſt,*quæ ſequuntur ad 70.lineas in impreſſis codicibus;manuſcripti codices non habent*.

FVLGENTII Ferrandi Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconi Breuiatio Canonum Pariſijs prodijt apud Claudium Chappelet an.1589.

Is autem ipſe eſt,quem ſuprà, in verbo, *Fernandus*, qui debet ſcribi,*Ferrandus*, diximus reliquiſſe Epiſtolam ad Anatolium,& ad Pelagium Diaconos Romanos,vtrum liceat dãnare aliquem ad mortem. Alteram ad Seuerum Scholaſticum Conſtantinopolitanum. Aliam ad Beatum Fulgentium. Aliam Anſelmo Archipræſuli Mediolanenſi.Parænecticũ ad Reginum Comitem, qualis debeat eſſe Dux, ſiue de ſeptem Regulis innocentiæ. Sed vide in verbo,*Fernandus*, ſiue *Ferrandus Diaconus*.

FVLQVINVS Abbas Lobienſis, ſcripſit Geſta Abbatum Lobienſium, qua occaſione pleraque tangit pietati vtilia.Iſidorus in Catalogo.

FVLVIVS Androtius è Monticulo Picenus,qui & Societatis Ieſu,ſcripſit De Meditatione Vitæ,& Mortis Domini noſtri Ieſu Chriſti Italicè. Hic autem liber recuſus eſt emendatior Venetijs apud Franciſcum Zilettum an.1584.

FVLVIVS Cardulus Narnienſis,& Societatis Ieſu, Paſſionem Sanctorum Martyrum



Digitized by Google

Getuli, Amantij Cerealis, Primitiui, Symphoroſæ, ac ſeptem filiorum, eaſque Notis, & digreſſionibus illuſtrauit. Romæ apud Franciſcum Zanettum an. 1588. Cuius etiam ſunt, quę nomine Romani Collegij prodierũt de Sanctorum Martyribus Abundi presbyteri, Abundantij, Marciani, & Ioannis eius filij.

FVLVIVS Androtius—adde—Latinè autẽ redditæ Meditationes de Paſſione Chriſti Domini. Coloniæ apud Arnoldum Mylium anno 1603.

## G A

GABRIEL Alexandrinus Patriarcha, quam ad Clem. VIII. Pont. Max. miſit legationem, hanc Cęſar Card. Baron. ad calcem ſexti Annal. Tom. in prima Romana editione adtexuit.

GABRIEL Anconitanus, Archiepiſcopus Dyrrachij, Ord. D. Auguſtini, ſcripſit de Baptiſmo, lib. 1. De peccato originali, lib. 1. De Inferno, & Limbo, & Purgatorio lib. 3. De Pœnitentia, lib. 1. De Mercatura, & negotiatione, lib. 1. De euitanda ingratitudine, lib. 1. De ſortilegijs, & vanis perſuaſionibus, lib. 1. Sermones Sanctorum, lib. 1. Obijt Romæ valde ſenex die 25. Octobris, & Aquilæ ſua in patria elatus, ibidem in templo D. Auguſtini ſepultus eſt. Succeſſerat autem in Archiepiſcopatu Nicolao eius præceſſori, cum diem & hic obijſſet.

GABRIEL Archangelus, vide in verbo, Angelus. Quin & Capoleonis Guelfucij librum primum Roſarij Italici, vbi eius legatio ad Beatiſſimam Virginem ſcitiſſime deſcribitur.

GABRIEL Aſtetes Hiſpanus Soc. Ieſu, ſcripſit Hiſpanicè Catechiſmum ad rudes. Libellum Precationum, librum De manuductione, ſiue inſtitutione iuuentutis. De ſtatu Religioſorum, coniugatorum, viduitatis, virginitatis.

GABRIEL Baienus Venetus, Ord. Minorum, Tabulam (vt ille nominat) Alphabeticã Veteris, & Noui Teſtamenti compoſuit. Viuebat an. 1477. Franc. Sanſouinus.

GABRIEL Barleta, Neapolitani Regni Appulus, Ord. autem Dominicani, Theologus, ac concionator vtilis, cum floreret anno. 1470. Sermones ad Quadrageſimam Tomo vno. Ad tempora verò Aduentus, Aſcenſionis, Pentecoſtes, & dies Sanctorum feſtos, altero ſpectantibus reliquit: qui cum ſæpè in lucem prodijſſent, recuſi ſunt. Venetijs anno 1571.

GABRIEL Biel, quem Tritemius eius æqualis, *Ordinis Clericorum in communi viuentium* fuiſſe ſcribit, Germanus; quippe tunc inſtituto gymnaſio Tubingenſi diu præfuit, vbi Philoſophiam, & Theologiam publicè profeſſus, plures, qui deinceps claruere, diſcipulos docuit, reliquit.

Commentaria in quatuor libros Sententiarum, & quidem pereruditа. Quibus quod deerat, (nam ea prorſus haud abſoluta erant) ſuppletum eſt. Itaque integra Brixiæ prodierunt an. 1574.

Expoſitionem accuratam Canonis Miſſæ, cui denique in editione Veneta ann. 1576. additæ ſunt aſſertiones Concilij Tridentini, & neceſſariæ Notæ ad marginem, poſtea verò explanatio Sanctiſſimi ſacrificij Altaris.

Sermones per totum annum de Tempore, ac Sanctis, Brixiæ apud Thomam Bozolam, ann. 1583. Epitome autem expoſitionis Canonis Miſſæ, Bergomi denique excuſa eſt an. 1594.

GABRIEL Biſciola, vide in verbo, Ioannes Gabriel Biſciola.

GABRIELA Borbonia, fœmina lectiſſima, quæ Trimoliæ Principi nupſit in Gallia, relatu Ioãnis Bochetij in Annalibus Aquitaniæ, ſcripſit ſoluto ſermone Iter Pœnitentis. Tẽplum Spiritus ſancti. Inſtitutionem Virginum. Contẽplationes animæ pias. De Incarnatione Domini. Claruit an. 1484. Carolo VIII. Galliæ Rege.

GABRIEL Brebia, Mediolanẽſis, monachus Congregationis S. Iuſtinæ de Padua, ſcripſit ad Gregorium Mediolanenſem monachum Commentariolum in Pſalmos, ad quorũ vniuſcuiuſque finem adiecit Notas, quæ pietatem ſpirant, è literali ſenſu Hieronymi, atque Nicolai Lyrani. Claruit an. 1490.

GABRIEL Brunus, Venetus, Ord. Minorum, Prouinciæ Terræ ſanctæ miniſter Indicem alphabeticum è libris, & capitibus ſingulis Noui, & Veteris Teſtamenti collegit, qui ad Biblia percipienda futurus erat percommodus, niſi ab hereticis Conrado Pellicano,

Rober-

Roberto Stephano nouis zizaniorum acceſſionibus fuiſſet inſperſus. Prodijt abſque illis Baſileæ an. 1514. Biblijs additus apud Io. Frobenium Typographum Claruit Alexandro VI. Pont. Max. an. 1490.

Gabriel Buratellus Anconitanus, Auguſtiniani Ord. edidit Commentaria in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, præter illa, quæ in exponendis Platone, atque Ariſtotele elaborauit. Qui liber Venetijs excuſus prænotatus eſt, Præcipuarum Cõtrouerſiarum Platonis, & Ariſtotelis conciliatio.

Gabriel Condolmerus, qui poſtea fuit Pont. Max. & appellatus Eugenius IIII. ſcripſit aduerſus Boemos Huſſitas hæreticos, an. 1423.

Gabriel Garofolus Spoletinus, Auguſtiniani Ord. qui ann. 1430. viuebat, in Sectæ Fraticellorum libros eſt inuectus: quin & Sermones de Euangelijs Quadrageſimæ, & alijs diebus feſtis per annum reliquit, viuebat an. 1430. Obdormiuit in Domino Spoleti, vbi in Aede D. Nicolai fuit humatus.

Gabriel Flamma, Venetus, Canonicus Regularis Lateranenſis, eximius ætatis noſtræ concionator, varijs in ſuo Ordine muneribus vſque ad Generalatum perfunctus, & à Gregorio XIII. Pont. Max. promotus ad Epiſcopatum Clodienſem, quę ciuitas propinqua Venetijs ad eiuſdem Reipub. ditionem pertinet, partim viuens edidit, partim ex hac vita decedens reliquit.

Rythmos, ſiue ſpiritualia carmina Etruſco idiomate. Addidit eruditas Notas. Conſilium, cur ea prodire permiſerit, Lectori indicauit: nimirũ vt homines pronos ad Poëtarum fabulas, & obſcænitates hauriendas, ab ijs ad pietatem auerteret. Si Petrarca tam auidè, ac licenter verſaretur, ex quo mortus animi ad carnalium rerum amorem excitantur, quidni ipſe proponeret, vnde ad ſpiritualia plerique accenderentur? Prodire in publicum indies impudicos libros, qui iuuentutem inficiunt. Huic igitur malo antidotum parandum Salomone hortante. *Memento Creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ.* A Moyſe Canticum illud Hebræis propoſitum fuiſſe plenum Diuinæ Poeſes. *Audite Cœli, quæ loquor.* Sic concinuiſſe Mariam ſororem Moyſis, Delboram, Baruc, Ezechiam, Abacuch, Iudith, Zachariam, Mariam Beatiſs. Virginem, & inprimis vbere ſpiritu Dauidem. Nos his addere poſſemus, Gregorium Nazianzenum, & alios Græcos Patres idem præſtitiſſe, vt à concionibus hæreticos populos auocarent. Veruntamen, ſi, quod ad Pſalmos ſpectat concinendos potiſſimum in Eccleſijs, quorum nonnullos (non ita multos) in Etruſcam hoc in Opere, linguam conuertit, ea mutetur inſcriptio, & tãtum Spiritualia carmina inſcibãtur, fortè conſultius fuerit.

Ad notas, ſiue commentarium, quo ſua ipſe carmina interpretatur, duplex inde commodum extiturum cenſuit. Primum ſolatij, quo quaſi ruminandis cœleſtibus rebus magis lectores erga ipſas afficerentur: Secundum, cautionis aduerſus interpretes, qui aliorũ ſcripta & ſenſa ſæpenumero haud aſſequuntur: quodque hæreticorum mos ſit peruertere ſenſa, & detorquere improbè omnia.

Porrò ad huius libri calcem addita ſunt Latina Poëmata, quorum Auctor ſuis exponendis carminibus, meminerat. Nempe Io. Marij Verdizonij Carmen inſcriptum, *Hæreſis.* Ad Io. Antonium Fachinetum, qui poſtea fuit Innocentius IX. Pont. Maxim. Cornelij Amalthei ad Pium IIII. Pontif. Maximum. Natalis Comitis in paupertatem Latinè, ac Græcè.

Sequitur Iulij Ballini non tam Encomium, quam iudicium de Gabrielis Flammæ carminibus. Edidit verò hunc librum Franciſcus Franciſcius Senenſis anno 1570. & 1576. Venetis. Qui recuſus eſt ibidem à Io. Bapt. Ciotto.

Sex Homilias in Euangelium. *Miſſus eſt Angelus Gabriel.* Duodecim extraordinarias, ibidem apud eundem an. 1566. & 1573.

Notas ad vniuerſa Biblia. Dictionarium Theologicum. Septem Conciones de ſeptẽ Verbis Domini. Paraphraſim ad Pſalmos Dauidis.

Vitas Sanctorum tribus Tomis, qui ab ineunte Ianuario, vſque ad Iunium exeuntem intercidunt. Qui omnes Venetijs à Filijs Franciſci Franciſcij prolati ſunt in lucem. Librum Latinum de Chriſto præſignato an. 1578.

Gabriel Inchinus Canonicus Regularis Lateranenſis Conciones vberes Italicè, Neapoli, Cremæ, & Rauennę habitas de quatuor nouiſſimis cum primo editæ ipſo inſcio fuiſſent, recognitas, & diſtinctius digeſtas emiſit an. 1596. Venetijs è typographia Guerræorum. Sed tertia editio recognita, & auctior prodijt anno 1601. ibidem ex ijs autem ſex ſupra centum Sermones breues eliciuntur, qui Concionibus per annum poſſunt aptari. Pollicitus eſt Deo dante, alios libros, quos parturiebat. Nimirum. Scalam Cœli.

Coronam Eccleſiæ de rebus Fidei. Miſſam de Paſſione Domini. Expoſitionē in ſequentiam pro defunctis.

GABRIEL Palæottus Cardinalis Bononienſis, quem item Bononienſi Archiepiſcopatui,(tunc Epiſcopatui) Pius V. Pont. Max. præfecerat, cum diu vniuerſæ Eccleſiæ operã ſuam nauaſſet, reliquit præter illa, quæ antea in Iuriſprudentiam ſcripſerat.

De ratione, & vtilitate conſultandi, librum.

De Bono ſenectutis, è quo ab ijs etiam, qui Ciceronem de ſenectute prælegunt, plura ad pietatem ſtatuendam, elici poſſunt, non minus quàm ij faciunt, qui vnà cum Cicerone de Officijs Ambroſium, de eodē argumento, ſed Christiano, tractantem conferunt.

Archiepiſcopale Bononienſe, ſiue de Bononienſi adminiſtratione. Quo libro De vniuerſo Epiſcopi officio, ac potiſſimum de praxi adminiſtrandæ Bononienſis Eccleſiæ agitur è Tridentinæ Synodi Decretis. Et Romæ quidem omnes hi labores prodierunt Clem. VIII. Pont. Max. cum poſtremo ipſum Archiepiſcopale, ibidem Iulius Burchionus, & Ioannes Angelus Ruffinellus Typographi an. 1594. excuderunt.

Librum denique de Imaginibus ſacris, & profanis, qui etiam Ingolſtadij prodijt ex Officina Dauidis Sartorij, an. 1594.

GABRIEL Paſculus (ſiue Paſcolus) Rauennas, Canonicus Reg. Lateran. edidit librum, quem *Triumphum Crucis* inſcripſit an. 1590.

GABRIEL Prateolus Marcoſſius Theologus, qui Pariſijs in Gallia floruit an. 1560. & quod excurrit, ſcripſit

De calamitate noſtrorum temporum Mundi finem portendentium, ibidem apud Gabrielem Bonum eodem an.

De Pſeudoprophetis, ibidem anno 1564.

De ſignis Eccleſiæ Catholicæ, eodem anno, ibidem.

De Statu Eccleſiæ apud Gulielmum Calderium, an. 1583. ibid.

Enchiridion Parochorum è Decretis Synodi Tridentinæ.

Catechiſmum, ſiue ſummam Doctrinæ Christianæ in vſum pueritiæ per quæstiones.

Pauli, & reliquorum Apoſtolorum Epiſtolas Canonicas in quatuor libros Digeſtas, & explicatas.

Elenchum Alphabeticum De vitis, ſectis, & dogmatibus omnium hæreticorum ab Orbe condito ad noſtra vſque tempora, Coloniæ Agrippinæ, an. 1569. & 1581.

Sed & antea Flores, & ſententias, ſcribendiq; Formulas è familiaribus Ciceronis Epiſtolis ſelectas ediderat.

GABRIEL Putherbæus, ſiue Putei Herbaldi (Gallicè *Puyherbault*) ſoluto Gallico Sermone edidit Paradiſum animæ an. 1550. Tractatum de Pœnitentia, an. 1555. Supplementum deuotionis. Paraphraſim, ſeu verſionem Pſalmorum Dauidis, ann. 1565. Regulam orandi Deum. De tranquillitate mentis. Enchiridion ſiue Manuale Religioſorum. Poſtillam in Catechiſmum in octo volumina partitum, apud Ioannem Rognium Pariſijs. Nicolaus autē Cheſneau alter Pariſienſis typographus, Expoſitiones eiuſdem Putherbæi. Quinquaginta duarum Dominicarum duobus Tomis contentas edidit. Edidit itē Theotimum, ſiue de tollendis, & expurgandis malis libris, lib. tres Pariſijs excuſos apud Ioan. Roignium, 1549. Turonenſis, Hic verò patria tribus libris copioſè egit de abolendis Hæreticorum, & alijs noxijs libris, quē Io. Baptiſta Ficklerus Conſiliarius Bauaricus, in Germanicam linguam tranſtulit.

GABRIEL à Quemada, Hiſpanus, Iudex fiſci S. Inquiſitionis Toletanæ, Seguntinæ, Segouienſis, & Abulenſis Diœceſum, ſcripſit Quæſtiones vigintiquinque compendioſas, quæ frequentiore vſu in materia fiſcali coram Iudicibus Fiſci S. Inquiſitionis controuerti ſolent. Quæ poſtremò recognitæ, & thematibus ſingulis Quæſtionibus appoſitis, recuſæ fuere. Venetijs apud Franciſcum Zilettum, an. 1583. ſed hæ adiunctæ ſunt lib. Ioan. à Roias, qui inſcriptus eſt, *Singularia Iuris*. Vide in verbo, Io. à Roias.

GABRIEL Saconayus nobilis Gallus, Præcentor. & Comes, quæ eſt è primarijs dignitatibus Eccleſiaſticis Lugduni in maiore Aede D. Ioannis, floruit in ipſis primis Galliæ tumultibus anno 1560. Scripſit autem de ijſdem tumultibus materna lingua, an. 1569. Addidit Apologiam pro ciuitate Lugdunenſi aduerſus libellum, quem Pariſijs hæretici emiſerant, hac inſcriptione. *Iuſta & ſancta defenſio Ciuitatis Lugdunenſis*. Nimirum ita ſanctè, ac iuſtè (ſi Deo placet) eam Vrbem hæretici defenderant, (nam & nos eandem vidimus, qui ibidem in eorum manus incidimus) vt omnia templa diripuerint, ſacras imagines eraſerint, Catholicos libros combuſſerint, Sacerdotales veſtes ad vſum militum, & mulierum hæreticarum adhibuerint, Sacerdotes, Monachos, Sanctimoniales omnes

exulare

exulare coegerint, è Sacroſanctis calicibus Altaris ſeſe inebriauerint, Mercatoribus Catholicis ſua ademerint, Regiam ſibi poteſtatem rebelles vſurpauerint, contra Regis exercitus pugnauerint, Iuge Altaris Diuini ſacrificium exterminauerint, Martyrum reliquias concremauerint, aut in Ararim proiecerint, deturbaturi cœlites è cœlo, ſi potuiſſent. Sed & idem Saconayus librum de hoc nomine *Huguenotus* argutum edidit, quem Michaël Iouius excudit, qui ferè vnicus è typographis Catholicus, multa pro Catholica religione ſuſtinuit.

GABRIEL Vaſquetz Bellemontanus, Hiſpanus, Societatis Ieſu, qui diu Theologiam in Hiſpania, & Romæ in Italia, profeſſus eſt, vir perſpicax, & verè doctus, quique dum hæc ſcribimus, eſt ſuperſtes, edidit Romæ.

Tres libellos de cultu adorationis, qui & Coloniæ prodierunt. Acceſſerunt diſputationes duæ contra errores Felicis, & Elipandi, De adoptione, & ſeruitute Chriſti, damnatos in Concilio Francofordienſi. Hæc verò omnia Moguntiæ denique prodierunt ex Officina Ioan. Albini an. 1601.

Tomum primum Commentariorum, ac diſputationum in Primam partem Summæ S. Thomæ, vſque ad 26. quæſtionem, qui recuſus eſt Venetijs apud Baretium, anno Dom. 1600.

Tomum item ſecundum in eandem reliquam Partem primam Summæ, quæ Romæ fuit excuſa anno eodem 1600.

Item Commentariorum ac diſputationum in primam ſecundæ S. Thomæ Tomos duos: qui excuſi ſunt Ingolſtadij apud Hertſroy & Angermeyr. an. 1606.

GABRIEL Viacenſis, Germanus, Sueuus Sermones edidit (ait Eiſingrenius) elegantes, inter quos commendatur, qui de Paſsione Domini. Viuebat an. 1490.

GABRIEL de VVach Sermonem de Paſsione Domini cum Sermone Gulielmi de Aquiſgrano edidit Argentinæ an. 1490.

GAD Propheta, qui Hebræis *Gaddannaui choze Dauid*, hoc eſt, *Propheta videns Dauidis*, de rebus geſtis Dauidis conſcripſit hiſtoriam vberem. Id conſtat è fine prioris Libri Paralipomenon, vbi verba ſunt hæc. *Geſta autem Dauid Regis priora, & nouiſſima ſcripta ſunt in volumine Samuelis Videntis, & in libro Nathan Prophetæ, atq; Gad Videntis, vniuerſiq; regni eius, & fortitudinis, & temporum, quæ transierunt ſub eo, ſiue in Iſraël, ſiue in cunctis Regnis Terrarum.*

Sanè GAD iſte is fuit, quem Dominus ad Dauidem miſit, vt ei ob numerati populi noxam, vnius ſupplicij è tribus optionem acciperet, ſiue ſeptennis famis, ſiue trimeſtris ab hoſtibus perſecutionis, ſiue triduanæ peſtilentiæ.

GAIVS, cuius meminit Apoſtolus in Epiſtola ad Romanos cap. 16. ab Athanaſio in Synopſi refertur, ex D. Ioanne dictante ſcripſiſſe Euangelium: at Simeon Metaphraſtes hoc tribuit Prochoro in Vita S. Ioannis.

GAIVS ſub Zephyrino (vt habet Hieronymus in Catalogo) Romanæ Vrbis Epiſcopo, atque ſub Antonino Seueri Filio, diſputationem aduerſum Proclum Montani ſectatorem, valdè inſignem habuit, arguens eum temeritatis ſuper noua prophetia defendenda, & in eodem volumine Epiſtolas quoque Pauli tredecim tantum enumerans, 14. quæ fertur ad Hebræos dicit non eius eſſe: ſed & apud Romanos vſque hodie quaſi Pauli Apoſtoli non habetur. Hæc Hieronymus. Vide tamen in verbo, Paulus Apoſtolus, vbi planiſsimè demonſtratur, eandem eſſe verè Pauli, quæ ad Hebræos eſt ſcripta.

GALFRIDVS Aleycuant Anglus, Ordinis Carmelitarum, quatuor libros Sententiarum Magiſtri expoſuit: Commentarios in D. Lucam, & Sermones ad populum habitos ſcripſit. Viuebat an. 1341.

GALFRIDVS Clareuallenſis, Ord. Ciſtercienſis ſcripſit in Cant. Canticorum.

GALFRIDVS Abbas Burtoniæ, Anglus, ſcripſit Vitam B. Moduennæ Virg. Hybernicæ.

GALFRIDVS Grandefelt Anglus Auguſtinianus (vt narrat Thomas Colbius) Northamprotenſis Cœnobij in Mediterranea Inſulæ Regione eruditus, Cantabrigiæ Theologorum albo aſcriptus, Romam veniens à Benedicto XII. Pont. Max. Epiſcopus creatus, in Angliam remiſſus ſcripſit: Sermones Dominicales, lib. 1. Lecturas Theologiæ, lib. 1. Determinationes, lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos, lib. 1. Northamprone obijt. Vixit an. 1370.

GALFRIDVS Hardebus Anglus, Auguſtiniani Ord. Theologus (Thoma Colbio teſte) ex Leyceſtrienſe Cœnobio Eduardo III. Regi Anglorum à confeſsionibus, & à conſilijs, reliquit inter alia De Vita Euangelica, librum. De perfectione Euangelicæ paupertatis libros duos aduerſus Armacanum dicentem. *Turpe eſſe Chriſtianis ſua ſponte mendicos eſſe.*

Vide in verbo, Armacanus. Quodlibetorũ Oxonienſium, librum. Ordinarium Quæſtionum, librum. Determinationes, librum. Lecturarum in Vetus Teſtamentum, libros plures. Lecturæ in Nouum Teſtamentum, libros plures. Poſtillæ ſcripturarum, lib. Sermonum de Tempore, librum. Sermonum de Sanctis, librum. Londini obijt.

GALFRIDVS Linge Anglus, Ord. Min. ſcripſit Chronicon à creatione Mundi vſque ad an. 1390.

GALFRIDVS Monumethenſis, quem cognomento *Arturum* ſcribunt, Archidiaconus, at alibi, Ord. D. Benedicti, & genere Britannus, egit de corpore, & ſanguine Domini, lib. vno. De Eccleſiaſticorum exilio, libro altero. In fragmentum Gildæ libro alio tum ſoluta oratione, tum metro. Commentarios in Ambroſij Merlini Caledonij prædictiones: cuius item Vitam ſcripto reliquit. Arturi quoque Regis Geſta. Ad Gualterum autem Oxonienſem, lib. Diuerſi verò carminum generis, alium. Eius libri nouem de Origine, ac geſtis Britannorum excuſi fuêre Pariſijs an. 1517. vnà cum Merlini prædictionibus. At eius de Britannis hiſtoria tanquam non vſquequaque verax improbatur à Polydoro Vergilio. Viuebat an. 1689.

GALFRIDVS VVaterton Anglus ſcripſit Dominicales Homilias. De ſalutatione Angelica. Mariale. Moralitates Pſalterij. Collationes Monaſteriales. Viuebat an. 1350.

GALFREDVS Monumetenſis Card. Vide omnino in verbo, Nonnus Galfridus.

GALLICANA Synodus an. Dom. 429. ſexto autem Cœleſtini Papæ frequens congregata, Legationem decreuit in Britanniam ad Pelagianiſmum euertendum. Germanus, ac Lupus Apoſtolici Sacerdotes ea ſunt functi. Quam Baronius Card. Tom. 5. Annal. ſub eundem annum ex Conſtantij lib. 1. cap. 19. apud Surium, Tom, 4. inſeruit.

GALLICANA Synodus Rhemis anno Domini 514. ab Hormiſda Papa ſui Pontificatus anno primo procurata eſt per S. Remigium. Interfuere Epiſcopi Galliæ, & aliarum Prouinciarum De Ariana hæreſi extinguenda, vbi & homo Arianus acerrimus diſputator ab eodem Remigio victus, Deo miſerante, conuerſus eſt ad Catholicam fidem.

GALLICANVM Concilium, *Tyrannicum* appellatum, an. Dom. 685. in Gallijs à Rege Theodorico opera Ebroini Magiſtri domus, coactum eſt, vt de Epiſcopis tyrannus pœnas ſumeret, an. Dom. 685. Ioan. autem Papæ V.

S. GALLI Abbatis Oratio habita coram Epiſcopo Conſtantienſi. De forma gubernandi Eccleſiam. Extat m.s. in Bibl. celebris Monaſterij S. Galli, in Heluetia.

S. autem GALLI Monaſterium, quod diximus eſſe in Heluetia, quænam habeat carmina, & quos hymnos deſcriptos non indignos lectu, ea, & hos Henricus Caniſius inſeruit Secundæ Parti Tomi Quinti Antiquæ lectionis, quod Ingolſtadij an. 1604. prodijſſe, non ſemel diximus.

S. GALLI Confeſſoris ſermo dictus Conſtantiæ in Germania in Templo S. Stephani in Conſecratione Ioan. Epiſcopi Conſtantienſis, extat primum editus ex Monaſterio S. Galli, in Tom. 5. Antiquæ lectionis, Henrici Caniſij. Vide item VValafridum Strabum lib. 1. de Vita S. Galli Confeſſoris, cap. 24. Sermo ſanè hic à conditione creaturarum, & primi hominis peccato, hiſtoriam Diuinam ſummatim complectens, & vſque ad Reſurrectionem Domini, diemque Iudicij deducens, copioſus eſt, & dignus lectu.

GALLVS Abbas. Vide in Verbo, VValfridus.

GALLVS Abbas Aulæ Regiæ in Boëmia, Germanus, ſcripſit librum, quem prænotauit *Malogranatum*, tres item libros Dialogorum inter Patrem, & filium. Et Sermones ad fratres, qui vno in libro continentur.

GALLVS Scotus, vir ſanctus, & Abbas, & S. Columbani diſcipulus, monachus antea in Scotia è Congreg. Benchorenſi, à quo cœnobium, & oppidum S. Galli in Heluetia nomen habuit, ſcripſit Orationem, & formam gubernandæ Eccleſiæ. Obijt an. Dom. 640.

GALONI S. R. E. Cardinalis conſtitutiones. Tom. 6. Biblioth. SS. PP. ſecundæ editionis.

GALTERVS Diſſæus Anglus Carmelita, ſcripſit in aliquot primos Pſalterij Pſalmos. Viuebat VVenceſlao Imp. an. 1390.

GALTERVS Inſulis natus, quæ Ciuitas eſt in Belgio, Epiſcopus Magolenſis, rogatu ſuorum Clericorum expoſitionis Scholaſticæ in vniuerſum Pſalterium, librum reliquit. Claruit an. 1230. Et quidem Tritemius in Catalogo virorum illuſtrium, cum non ita multo poſt hunc Galterum, alterius Galteri meminerit dicti de Caſtellione, oriundi ex eadem ciuitate Inſulis, quem Theologum, & Poëtam clariſſimum vocat, facit vt dubitem num idem, vnuſque ſit cum eo, quem dicimus in Pſalterium ſcripſiſſe. Sed hunc

alterum

alterum eleganti carmine ait Tritemius ita ceciniſſe Geſta Alexandri, vt antiquitus in ſcholis pro ipſo veterum lectio neglecta videretur. Porrò, qui Tritemio eſt Galterus, Henrico de Gandauo eſt VValterus. Nos hunc item poſuimus, in verbo Gualterus Inſulenſis, ne quis quærendo fatigetur.

GALTERI Archiepiſcopi Senonenſis Conſtitutiones Synodales extant in Biblioth. Sanctorum Patrum Tom.6. edit.2.

GALVAGNVS Beneuentanus I.C. ſcripſit contrarietates, ac de diſcrimine Iuris Ciuilis, atque Canonici.

GALVANVS Flamma Mediolanenſis, Ord. Præd. ſcripſit Chronicon Ord. à B. Patre Dominico, quod extat Mediolani in monaſterio Gratiarum; Chronicon item Imperatorum, & ciuitatis Mediolanenſis ab illa condita, vſque ad ſua tempora. Summam de caſibus Conſcientiæ. Viuebat an.1340. PP. mon. Ord.

GALVANVS Patauinus, Ord. Seruorum, atque Theologus, cuius laudes commemorant Ciuitatis Patauij Annales in libro, qui de ſacris Theologis inſcribitur, his verbis. *Eiuſdem fermè profeſſionis, ſed alterius fermè fratrum familia commemorandus nobis eſt Galuanus Patauinus S. M. Seruorum Sacra Theologia profeſſor, & confeſſarius, Sacerdos probatiſſimus: edidit hic libellum, qui memoriale dicitur conſcientiarum, ſimplici quidem, & Italico ſermone contextum, ita enim fieri decuit, cum is ſua doctrina illa rudes homines magis, quam doctos in conſcientia negotio erudire procuret.* Chron. Seruorum.

GANGRENSE Concilium Gangris Oppido Paphlagoniæ non ita multo poſt Nicænam Synodum celebratum eſt; quo Concilio, quoniam & alij hæretici, & Dauid Chytræus contra nos, & aduerſus cælibatum Sacerdotum ſcribens, abuſi ſunt, nos quidem in Refutatione illius ſatis credimus reſpondiſſe. Sed & hic locus poſtulat, vt quædam inſeramus, quandoquidem hic Apparatus ad Synodos quoque ſiue legitimas, ſiue improbatas indicandas collineat.

Sebaſtiæ igitur Ponti vocatæ (inquit Epiphanius) regionis minoris Armeniæ fuit Epiſcopus Euſtathius Hermogenis ſucceſſor, & filius Eulalij, qui eum, vt peſsimè ſe gerentem deiecit ab Eccleſia. Is diſcretos & ſelectos à reliquis homines, victum, veſtitum, feſtiuitates, precationes, conſuetos in Eccleſia conuentus, atque antiquas omnes Eccleſiæ ceremonias innouauit, rituum nouitate inſolentiſsimus, & ſingularis haberi volens. Quod ſatis erat ſuperbiæ indicandæ, quæ (vt S. inquit Auguſtinus) mater eſt omnium hæreſum. Itaque vt ſermone vehemens, & vt hiſtoriæ tradunt πείθειν ἱκανώτατος plurimos in ſuam ſententiam alliciebat, Arij alioquin in cuius germaniſsimis, & γνησιωτάτοις diſcipulis (ait B. Baſilius) annumerabatur, & Macedonij dogmatum pertinaciſsimus ſectator, atque AErij pariter Armenij, & hæretici συνσχολάστης atque in monachatu ſocius. Quamuis AErius, quòd in Epiſcopatu Sebaſtiæ eum ſibi prælatum vidit, receſſerit ab illo, cui factus inimicus perſtitit tum in ijs, tum in alijs hæreſibus, quas D. Auguſtinus, & alij commemorant. Euſtathius igitur, quem (vt ait S. Epiphanius) οὔτε αἱ θλίψεις διωγμῶν διωρθώσαντο, hoc eſt, *ne tribulationes quidem perſecutionum correxerunt*, cum ſatis ex Nicænæ Synodi decretis, & fidei profeſsione ob Arianum dogma eſſet damnatus ab Epiſcopis, qui Gangras conuenerunt, de cæteris nouationibus anathema percuſſus eſt. Iſque impietates eiurare ſimulans, atque ad Liberium Pontificem profectus, licèt veniam deprecatus ſit, redijt tamen ad vomitum: ac veneno, quod tegebat, quoſcunque poterat, inficiebat. Extat Synodica Epiſtola à patribus Gangrenſibus ad Armeniæ Epiſcopos Græcè ſcripta, in qua inter alia, ſic de Euſtathio eos monent. καὶ γὰρ ἐκ τοῦ καταμέμφεσθαι αὐτοὺς τὸν γάμον, καὶ ὑποτίθεσθαι, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἐν γάμῳ ὄντων ἐλπίδα παρὰ θεῷ ἔχει, πολλαὶ γυναῖκες ὕπανδροι ἀπατηθεῖσαι, τῶν ἑαυτῶν ἀνδρῶν ἀνεχώρησαν, καὶ ἄνδρες τῶν ἰδίων γυναικῶν, εἶτα ἐν τῷ μεταξὺ μὴ δυνηθεῖσαι ἐγκρατεῖν, ἐμοιχεύθησαν, καὶ διὰ τὴν τοιαύτην ὑπόθεσιν ὠνειδίσθησαν. hoc eſt.

*Nam ex eo, quod illi nuptias damnarent, & edocerent, quòd nullus eorum, qui ſunt in coniugio, habet in Deo ſpem, ſeducta mulieres multa ſuis ſubdita maritis, ab ipſis maritis diſceſſerunt: & à proprijs vxoribus viri. Sed interim, dum continere non valent, adulterium commiſerunt: eaq; de cauſa diffamati ſunt, & probris inſimulati.*

Patres autem illi ὕπανδρον γυναῖκα vocarunt, id eſt *coniugatam*, & quæ (vt D. Paulus ſimili voce vſus ait) ſub viro eſt mulier. Facilè verò fuerat in vicinia illa plures ſectatrices reperiri, cum aliquando ad amnem Thermodoontem in ora Cappadociæ Amazones ſedem habuiſſent, quæ matrimonium pro ſeruitute ducebant, & maritorum, non aliorum hominum, vſum detrectabant.

Euſtathiani quoque nonnulli (inquiunt Gangrenſes Patres) ſumere carnes, & his veſci detestabantur. καὶ τινες (ait) αὐτῶν μεταλήψεις κρεῶν βδελυττόμενοι quæ omnia de Tarianis

Epiph. hær. 75. Baſil. ep. 78. Socrat. cap.45. lib.2.

Aug. con. ep. Manich. c 6. Sozomen. Epiph. in hæreſi 75. Baſil. ep.78. παραινέσεις ſcripta.

Anno 350.

Epiſt. Synod. Gangrenſis.

& futu-

& futuris Manichæis, & alijs prædixerat Apoſtolus, nuptias, & eſum carnium prohibituris, aduerſus quos plus quàm ſatis Eccleſia Catholica, & Romani Pontifices Maximi non ſemel anathemata inflixere: nullum autem eſſe naturale malum, nullamque ſubſtantiam per ſe malam oſtenderunt.

Eruperat verò olim hæc hæreſis in Aſia (relegato D. Ioanne Euangeliſta in Inſulam Pathmon) ſub Ebione, & Cherintho, quos idem Euangeliſta Antichriſtos nominat. At illi cum inueherentur in nuptias, ne Chriſtum quidem fuiſſe Deum credebant, quoniam de muliere natus eſſet, atque hæc viro per matrimonium fuerat iuncta. Et quoniam Satanas, dum ſtabat virtus caſtitatis, difficillimè poterat Euangelicæ perfectioni obſiſtere, eadem virtutis ſpecie, (quaſi velo) ſuperbiæ vitium contexit, ac ſenſim vnà cum hæreſibus in animos multorum infudit. Itaque in alterum extremum plerique incauti inciderunt, atque inſoleſcentes ex virginitate, vel cęlibatu, quoſlibet alios aſpernati ſunt, facies ſuas extenuantes hypocritæ, & lachrymas tantum, atque flagella, & longiſsimas preces cũ ieiunijs præſeferentes, cæterum virtutem ipſam, & pietatem abnegantes. Eiuſmodi fuére (Chriſto adhuc in terris agente) Phariſæi quidam, & Sadducæi: micante autem latius Euangelio Cherinthiani, Ebionei, Valentiniani, Cerdoniani, Marcioniſtæ, Seueriani, Tatiani, Valeſij, Cathari, Manichæi, poſt quos Hieracitæ, mox Ariani, poſtea Euſtathius, & AErius cum ſuis aſſeclis. Hi verò neque ad menſas coniugatorũ accumbere, neque agapas agere, neque ſi quis maritus vnius vxoris vir (neceſsitate Eccleſiæ tunc ita exigente) factus fuiſſet Sacerdos (qui tamẽ deinceps abſtinere debebat ab vſu matrimonij) de eius manibus Euchariſtiam capere volebant. Contra hos igitur omnes S. Irenæus, Tertullianus, D. Auguſtinus, S. Epiphanius, ac plerique alij omnes diligentiſsimè ſcripſerunt. Quodque ſemper fecit Eccleſia Catholica, vt neque coniugium damnaret, & tamen Sacerdotalis muneris puritatem oſtenderet, ſuum cuique defendit officium, & Sacramentum. Diui autem Paulus, & Ioannes Euangeliſta ſe illis acerrimè ſic oppoſuerunt, vt tamen neque viduas & virgines dehortarentur à vita continentiore, nec quenquam à propoſito caſtitatis ob pietatem ſuſceptæ auerterent: & verò matrimonium, ad quod ritè acceſsiſſent, in alijs aſſererent eſſe honorabile, ſi thorus eſſet immaculatus, & viri vxores ſuas diligerent, vt Chriſtus dilexit Eccleſiam. Quæ res permouit D. Ioannem Euangeliſtam, vt reuerſus ab exilio, & ab omnibus Aſiæ Epiſcopis coactus, altius aliquid, quàm cæteri fecerant, de Diuina Chriſti natiuitate ſcriberet. Quòd cum indicto communi ieiunio feciſſet, deque Chriſti Diuinitate tonitru illud edidiſſet, *In principio erat Verbum,* deinceps & hoc carnem eſſe factum, & verbum incarnatum nuptijs in Chana Galilææ interfuiſſe ſcripſit, vt nuptias haud eſſe malas oſtenderet. Hæ igitur cauſæ item fuerunt, cur Patres Gangrenſes primum, quartum, nonum, decimum, & vndecimum Canones edidere. Quorum tres vltimi ſic habent.

Hieronym. in proœmio ſuper Matth.

Εἴ τις παρθενεύοι, ἢ ἐγκρατεύοιτο, ὡς ἀνβδελύτἰων τῶν γάμων ἀναχωρήσας, καὶ μὴ διὰ τὸ καλὸν, καὶ ἅγιον τῆς παρθενίας, ἀνάθεμα ἔςω. hoc eſt.

Can. 9.

*Si quis virginitatẽ cuſtodiat, aut in continentia degat: ac velut abhorrens nuptias, ſecedat, & ſolus agat: Non ideo, quia ſancta ſit Virginitas, neq; propter ipſum virginitatis bonum. Anathema eſto.* Deinde.

Εἴ τις παρθενευόντων διὰ τὸν κύριον κατεπαίροιτο τῶν γεγαμηκότων, ἀνάθεμα ἔςω. hoc eſt.

Can. 10.

*Si quis Virginitatem ſeruans ob Dominum, ſuperbiat, ac ſe ſupra coniugatos extollat. Anathema eſto.* Præterea.

Εἴ τις καταφρονοίη τῶν ἐκ πίςεως ἀγάπας ποιούντων, καὶ διὰ τιμὴν τοῦ κυρίου συγκαλούντων τοὺς ἀδελφοὺς, καὶ μὴ ἐθέλοι κοινωνεῖν ταῖς κλήσεσι. Id eſt.

*Si quis illos deſpiciat, qui Agapas in ſide faciunt, & fratres inuitant in honore Domini; Neq; velit his inuitationibus communicare: Per hoc vilipendens, quod agitur. Anathema eſto.*

Hæc cum ita ſint, ſciendum eſt à quibuſdam hæreticis falsò Euſtachium citari pro Euſtathio. Deinde afferri Canonem 4. ipſius Gangrenſis Concilij, hunc in modum. *Quicunq; decernit presbyterum coniugatum, quod propter coniugium non oporteat eo miniſtrante de oblatione percipere, anathema ſit.* Et Can. 1. *Si quis vituperat nuptias (Sacerdotum vel alias) & dormientem cum viro ſuo fidelem ac religioſam deteſtatur, aut culpabilem exiſtimat, velut quæ in Regnum Dei introire non poſſit. Anathema ſit.*

Sed in primo Canone nulla de Sacerdotum nuptijs mentio fit, id quod hæretici pro ſua videlicet ſynceritate prætermittunt. Patres enim illi Canonem primum Græcè ſic ediderunt.

Εἴ τις γάμον μέμφοιτο, καὶ τὴν καθεύδουσαν μετὰ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, οὖσαν πιςὴν, καὶ εὐλαβῆ, βδελύσσοιτο ἢ μέμφοιτο, ὡς μὴ δυναμένην εἰς βασίλειαν εἰσελθεῖν, ἀνάθεμα ἔςω.

Latinè autem ſic.

*Si quis*

*Si quis nuptias accuſet: necnon dormientem cum viro ſuo fidelem, piamq́; deteſtatur, ac vituperet, quaſi nequeat in Regnum introire, Anathema eſto.*

Quod autem contextus Græcus habet, εὐλαβῆ id rectè vertimus, *piam*, ne quis dum in Gratiano hanc vocem (*religioſam*) legit, putet monialem, & ἀσκήτριαν dici.

Quartus autem Canon ſic habet:

Εἴ τις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι λειτουργήσαντος, προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. hoc eſt.

*Si quis exiſtimat de presbytero qui vxorem duxerit, quòd eo ſacrificante, non oporteat ipſius oblationi, vel ſacrificio communicare, Anathema eſto.* Sic autem Zonaras quoque, & ante illum Socrates. Socr. lib. 1. cap. 41.

Et verò pro (*ſacrificante*) vox hæc (*miniſtrante*) hæreticis magis arriſit: nimirum, vt Incruentum Eccleſiæ Chriſti ſacrificium, longè ab hominum mentibus ablegarent. Præterea, nihil hinc neceſſariò efficitur, vt quoniam Sacerdotum coniugatorũ mentio fiat, id propterea ad vſum coniugij poſt Sacerdotium referri debeat. Cum enim Euſtathiani negarent nuptias, & abominandas dicerent, mirum non eſt, ſi eos etiam auerſarentur, qui ad ordinem ſacrum ex coniugatis aſſumebantur.

Deinde tacent, quod Gratianus ipſe, quem citant, in eandem Synodum Gangrenſem, quæ localis fuit, & μερικὴ paucisſimorum Epiſcoporum ſcripſit. Is enim ſic.

*Synodus Gangrenſis, poſt Nicænam legitur fuiſſe, in qua Patres ſexdecim, ſtatuerunt Canones viginti, propter quaſdam neceſsitates Eccleſiaſticas, maximè contra Euſtathium, qui dicebat, quod nullus in coniugali gradu poſitus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renunciaret quæ poſsideret, ſpem vllam ad Deum haberet. Et multa alia venenoſa, quæ enumerare longum eſt.* Et infrà alio loco. *Item opponitur ex Concilio Gangrenſi, ſi quis diſcernit presbyterum coniugatum tanquam occaſione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo abſtinet, anathema ſit. Sed notandum eſt* (inquit Gratianus) *quod ſecundum Iſidorum, pleraq; capitula ex cauſa, ex loco, ex tempore, ex perſona conſideranda ſunt. Hinc etiam Gregorius ait: Regula Sanctorũ Patrum pro tempore, loco, & perſona, & negotio inſtante neceſsitate traditæ ſunt. Illud ergo quod in Concilio Gangrenſi legitur, ex cauſâ conſideratur, & ex tempore. Cauſa fuit hæreſis Manichæorum, qui coniugium deteſtabantur, ſicut etiam quorundã ſuperſtitio, multa in Catholicorum deteſtationem introduxiſſe inuenitur, contra quos in Gangrenſi Concilio ſtatutũ legitur.* Hęc Gratianus. Argumentũ ex Gratiano in Concil. Gangrenſe.

Præterea ſilentio inuoluunt, quod ipſemet ea de Synodo alibi attuleram his verbis: Si quæ altera (Synodus Gangrenſis nimirum) increpat Manichæos, atque alios, qui ſimpliciter nuptias contempſerunt, hoc ad ſua carnis deſideria, & ad Sacerdotum connubia permittenda malitioſè hæretici torquent. Tacent interim Synodum illam reprobatam fuiſſe à Sergio Pontifice, vt Beda in Vita Conſtantini declarat. Cæterùm Concilium hoc à Quintino Heduo notis illuſtratum prolatum eſt in lucem Pariſijs an. 1560. Vide in verbo, Quintinus Heduus. In Refutatione Chytræi.

GANFREDVS Antiſiodorenſis. Vide in verbo, Galfredus.

GANFREDVS de Trano Romanæ Subdiaconus Eccleſiæ, ſcripſit in titulos Decretalium libros quinque. Quæſtionum variarum vnum.

GARGANVS Senenſis, Ord. Minorum ſcripſit duos libros De auctoritate Protectoris religionis. Vixit Iulio II. Pont. Max. an. 1507. Henr. VVillot.

GARICVS, Pariſienſis Scholæ Doctor, ſcripſit Scholaſticam Poſtillã in Eccleſiaſtem, ex qua Vincentius Bandellus in libro ſuo de Conceptione, teſtimonia producit.

GARSIAS Ciſnerus, ſiue de *Ciſneros* monachus Benedictinus, Abbas Montisſerrati, Directorium ſcripſit horarum Canonicarum, & Exercitium ſpirituale, quod hactenus ex prelis prodijt ſine Auctoris nomine. Quin & Ingolſtadij ex typographia Dauidis Sartorij nouiſsimè emiſſum eſt vna cum libro Humberti Ordinis Prędicatorum, De eruditione Religioſorum, cum hac tantũ inſcriptione: *Deuoti cuiuſdam Monachi Benedictini.* At Franciſcus Iuanne Hiſpanus in exiguo tractatu, quo libros illos Garſiæ Ciſneri in compendium redegit, eius nominis & cognominis meminit, id ꝙ obſeruauit Arnoldus VVion monachus Benedictinus in quinto libro Ligni vitæ.

GARSIAS de Ciſneros, alter à ſuperiore, Ord. Minorum, Prouinciæ S. Gabrielis, ſeptimus inter duodecim illos Patres, qui ad Indos nauigarunt, pleraſque Mexicano idiomate ab ſe conſcriptas Conciones reliquit, quas eiuſdẽ Ordinis Patres diebus feſtis populis recitarent; collegium item S. Iacobi de Thatibulco inſtituit, vbi Mexicanorum pueri prima elementa caperent, ac deinceps diſciplinis excolerentur, cui & doctos ſuæ familiæ viros præfecit. Floruit Carolo V. Imp. ſepultuſque eſt in templo Conuentus, ſiue Cœnobij Mexicani eiuſdem Ordinis.

GARSIAS alius Ord. Min. edidit Compendium De obſeruantia Regulæ Seraphicæ.

GARSIAS Galarſa, Epiſcopus Caurienſis. Vide in verbo, Petrus Garſias, Galarſa.

GAR-

Digitized by Google

GARSIAS natione Hiſpanus, cuius cognomen,& Patriam haud memorant, ſcripſiſſe dicitur in Decretales, atque de Legibus plura: vixiſſe autem an.1290.

GARSIAS Loaiſa illuſtrauit antiquas Eccleſiaſticas Hiſpaniæ antiquitates, quin & Concilia celebrata in Hiſpanijs diligenter quæſita protulit in lucem. Madriti apud Petrum Madrigal an.1593. in Hiſpania.

GASPAR Ammonius, Auguſtiniani Ord. Theologus Prouincialis ſui ordinis in Prouincia Sueuiæ, multarum linguarum (præſertim linguæ ſanctæ) peritia inſignis ſcripſit, vt illa facilius addiſceretur.

Grammaticam Hebraicam in quinque libros diſtinctam.
De literis, ſyllabis, & punctis omnibus.
De nomine prima parte Orationis cum pronomine.
De Verbo & participio ſecunda parte orationis.
De conſignificatiuo quadruplici tertia parte orationis, & omnium trium partium inter ſe conſtructione, & regimine.
De proſodia, hoc eſt de triplici accentu, & carmine componendo.

Singulis libris ſua capita cum argumentis præponuntur. Sed cum eſſent excuſa, & in manus hæreticorum incidiſſent, videndum eſt, num eos labe aliqua, vt ſolent, aſperſerint.

GASPAR Berus Louanienſis,& Carmelitani Ordinis, Conuentus, vt vocant, Bruxellenſis, multa ſcripſiſſe fertur à Petro Lucio Carmelita, quæ hæreticorum opera interierunt; & hic vidiſſe ſe inquit Bruxellæ Commentaria eiuſdem in Epiſt. D. Pauli ad Rom. ac decem Præceptorum eruditã explicationem, Conciones item tam de Tempore, quam de Sanctis.

GASPAR Bonuincurtius, Atrebas, Belga, eques Hieroſolymitanus, monachus primum Monaſterij S. Saluatoris Aquicinctenſis propè Duacum, Congreg. Cluniacenſis, deinde Abbas Cœnobij S. Petri Oudemburgenſis non procul Brugis, Congreg. Burſfeldenſis, vir linguæ Græcæ, Latinæ, Slauicæ, Gallicæ, Flandricæ, Italicæ, & Hiſpanicæ peritus, ſcripſit quæ penes Arnoldum VVionem extabant m.s. idiomate Gallico. De itinere ſuo Hieroſolymitano, & montis Synai, lib.1. Sermones ad fratres, lib.1. De Arithmetica, lib.1. De cognitione ſui ipſius verſu heroico Gallico, lib.1. De prædeſtinatione, eodem metri genere, lib.1. Qui duo vltimi libri à facultate Doctorum Brugenſium, & à Iacobo Pamelio approbati, iam in lucem emittendi erant, niſi mors immatura ſuperueniſſet an.1576. ætatis autem ſuæ 48. Abbatialis regiminis octauo, in Caſtro Cranemburgenſi.

GASPAR Caballinus, ne quem fallat, eſt ipſemet *Carolus Molinæus*, qui mutato nomine edidit Tractatum commerciorum, & vſurarum, redituumque pecunia conſtitutorum; & monetarum. Tractatum item alterum, De eo quod intereſt, & de diuiduo, & indiuiduo. Qui omnes, quoniam erroribus ſcatent, prohibiti ſunt in Romano Indice, donec emendentur. Legatur autem Diploma, ſiue Bulla noua Clementis VIII. Pont. Max. contra Carolum Molinæum & cenſura in eius opera, quam vide ad finem huius primi Tomi.

GASPARIS Cardilli Hiſpani, Diſputationes aduerſus proteſtationem triginta quatuor hæreticorum Auguſtanæ Confeſsionis. Venetijs 1565. apud Donatum Bertellum.

GASPAR Caſalius Luſitanus, Ord. S. Auguſtini primum Leirienſis, deinde Conimbricenſis Epiſcopus, Legatus ad Tridentinum Concilium Lutheri hæreſes confutauit,& ſcripſit De ſacrificio Miſſæ, ac Communione. De vſu Calicis, lib.3. Chriſtiana axiomata libris totidem. De quadripartita iuſtitia libros vndecim, vbi accuratè De iuſtificatione. Antequam autem eſſet Epiſcopus ſcripſerat in Prædicamenta, & Topica Ariſtotelis. Florebat an.1554. Hæc verò Venetijs prodierunt ex Officina Iordanis Ziletti, an.1563.

GASPARVS Contarenus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ſcripſit

De elementis, lib.5.
Compendium primæ Philoſophiæ, lib.8.
De immortalitate animæ, lib.2.
Non dari quartam figuram.
De Homocentricis.
De ratione anni.
De Magiſtratibus, & Republ. Venetorum, lib.5.
De officio Epiſcopi, & Catechiſmum.
De poteſtate Pontificis.
In Epiſt. quoque ad Romanos.
Viuebat an.1523.

GASPAR Dietmanus Germanus, Theſes De Sacroſancto extremæ vnctionis myſterio VVirtzburgi, hoc eſt Herbipoli apud Henricum Aquenſem an.1589. euulgauit.

GASPAR Francus, De extremo viſibili,& Hierarchio Eccleſiæ Catholicæ Sacerdotio

aduer-

aduerſus hæreticorum figmenta, ex ſacris literis, & orthodoxis Patribus Coloniæ apud Maternum Cholinum 1575.

Eiuſdem de Catholico nomine ſanctæ Chriſti Eccleſiæ inſigni, & Nota veriſsima, oratio habita in Academia Ingolſtadienſi. Ingolſtadij an.1584. edita.

Eiuſdem exequiæ tum orationibus, tum carminibus funebribus celebratæ Ingolſtadij an.1585. Edidit quoque expoſitionem cauſarum propter quas à ſectis hæreticorum ad Catholicam Romanam Eccleſiam Deo miſerante acceſſerit, vnà cum præcipuorũ dogmatum, quæ hæretici conantur peruertere, Explicatione. Ingolſtadij 1560.

De ordinaria verorum, & Catholicorum miniſtrorum vocatione. Quo opere diſſerit Quinam & Concionari, & Sacramentum Euchariſtiæ ſacroſanctum legitimè conficiant. Ibid. 1571.

Concionem de meditanda Paſsione, ac Morte D. N. Ieſu Chriſti, ibid. 1573. omnia Germ.

Librum de puro Dei verbo, ac de Luce Euangelij, vna cum Confutatione Scriptorum Iacobi Andreæ, & Ioannis Celeſtini hæreticorum. Ibidem.

Orationem Apologeticam pro Profeſsione Orthodoxæ fidei iuxta Sacroſancti Concilij Tridentini Decretum editæ, de Diuinis, Apoſtolicis, & Eccleſiaſticis traditionibus, deque harum vi aduerſus deteſtabiles, ac putidos errores atque calumnias præſertim Martini Chemnicij, recitatam, atque excuſam in Academia Ingolſtadienſi.

Aſſertionem de externo, ac viſibili, & Hierarchico Eccleſiæ Catholicæ ſacerdotio ex ſacra Scriptura, & Orthodox. Patribus aduerſus hæreticorum figmenta. Coloniæ apud Maternum Cholinum.

Declarationem S. Tridentinæ Synodi de Canonicis Veteris, & Noui Teſtamenti libris, Deque eorum vera Interpretatione contra impium Martini Chemnicij hæretici Examen Decretorũ eiuſdem Synodi à Georgio Nigrino Germanicè è Latino redditam. Quæ prodijt Ingolſtadij an.1583.

Gaspar Fraſius Aichenſis Bauarus Benedictinus Alphabetum Catholicum ex auctoritatibus Patrum, & Sacræ ſcripturæ reliquit, an.1565. Eiſingr.

Gaspar Graſarus in Michæam Prophetã Salmanticæ apud Matthiam Gaſtium 1570.

Gasparinus Borrus Ord. Seruorum, ſcripſit in Mag. Sentent. ad mentem Scoti, lib.4. Vitas item Sanctorum per annum per modum Concionum.

Sermones prædicabiles (vt dicunt) ſuper Euangelia Quadrageſimalia.

Sermonem de Aſtrologia. Et libellum carminum ſpiritualium, an.1476. Franciſcus Sanſouinus.

Gaspar Hap Poſnanienſis, quæ Ciuitas eſt in Polonia, edidit in eadem Ciuitate, an. 1600. Reſponſionem ad Notationem cuiuſdam Matthæi Dreſſeri, qua Robertum Cardinalem Bellarminum, Antonium Poſſeuinum, & Ludouicum Rogerium è Societ. Ieſu, glorioſus Lutheranus ludi magiſter prouocat, cum breui erratorum compendio, quæ in Bellarmini confutatione edita an. 1591. Dreſſerus commiſerat, cæterum libellus hic percommodus eſt agnoſcendis mendacijs Illyrici, & aliorũ hæreticorum abutentium hiſtorijs ad omnem, ſi poſſent, veritatem euertendam.

Gaspar Loartes Hiſpanus, & Theologus Societatis Ieſu, cuius extant Conſolatio afflictorum, Italicè: *Conforto degli afflitti,* Venetijs apud Ioan. Baptiſtam Bonfadinum 1593. & alibi. Continentur autem in eo libro multæ Orationes, quas fundere ad Deum debent afflicti. Exercitium Vitæ Chriſtianæ Italicè apud Guerras Venetijs 1593.

Tractatus continuæ memoriæ, quæ in nobis eſſe debet, ſacræ Paſsionis Chriſti Domini Redemptoris noſtri, Brixiæ apud Vincentium Sabium 1588. cum ſeptem Meditationibus, ſiue Orationibus recitandis iuxta ſeptem horas Canonicas, Italicè.

Inſtructio meditandæ Paſsionis Ieſu Chriſti Italicè. Bononiæ 1576. apud Ioan. Rubeum.

Inſtructio ad meditanda myſteria Roſarij Beatiſsimæ Virginis Virginis Italicè, Venetijs apud Dominicum Franciſcium 1573.

Tractatus ſanctarum Peregrinationum, & de Stationibus, & Indulgentijs in eis. Venetijs apud Guerras 1575.

Inſtructio Sacerdotum, & Confeſſariorum, quæ item Latina eſt reddita, & excuſa. Coloniæ apud Ioan. Hontemium an.1602.

Gaspar Macer Canonicus, ac Suffraganeus Ratiſponenſis peruerſas Martini Lutheri expoſitiones Euangelij accuratè collectas è varijs ipſius libris, & Germanicè ſcripſit euulgauit Ingolſtadij apud Alexandrum VViſſenbornium. Manuale item D. Auguſtini in Germanicam linguam à ſe conuerſum. Monachij an.1555.

GASPAR Melius, Auguſtiniani Ord. in Matthæum. Is apud Valliſoletanos in Hiſpanijs erat primarius inter ſuos Profeſſor. Excuſus verò eſt liber Pinciæ in Hiſpanijs apud Didacum Fernandum.

GASPAR Northuſius Theologus, Sacrorum certaminum de vera Chriſti Eccleſia in terris libros tres Leodij an.1597. edidit.

GASPAR Querhamerus Germanus Tabulam edidit in qua 36. contradictiones præter alias continentur hæreticorum, de communione ſub vtraque ſpecie.

GASPAR Romanicius è Delphinatu in Gallia. De origine, & dignitate ordinis Sacerdotalis, deque immunitate Eccleſiaſtica, & de Diuina vltione aduerſus oppreſſores Eccleſiarum, & Epiſcoporum, ac præſertim monachorum. Lugduni an.1529.

GASPAR Sanchez, ſiue *Sancius*, Societatis Ieſu, Conciones de Dominicis, & ferijs Quadrageſimæ. In quorum dierum vnoquoque afferuntur tres, vel quatuor Conciones, & in vnaquaque earum complures (vt vocant) Diſcurſus ad loca varia communia pertinentes; primò in Hiſpania editæ; ſecundò autem accuratius Brixiæ 1590. Venetijs 1602. & Coloniæ an.1602. non tamen extant Conciones ſingulorum dierum Quadrag.

GASPAR à S. Simone Protonotarius, nobilis Gallus. De bello ſpirituali inter animam rationalem, & ipſius tres hoſtes Carnem, Mundum, Diabolum. Pariſijs apud Huillerium, an. 1579.

Vertit è Latina in Gallicam linguam Tractatum de eleemoſyna, & de operibus charitatis, qui excuſus fuit Pariſijs an.1583. apud Thomam Brumenium. Vixit an. 1579.

GASPAR Saſgerus aliàs *Schatzgerus* vel *Hargerus* vel *Scangerus*, Ord. Minorum ſcripſit.

| | |
|---|---|
| Scrutinium Diuinæ ſcripturæ. Incipit, | *Sanctus Iacobus Apoſtolus.* |
| Replicam contra periculoſa ſcripta. | *Zorobabel ſupremo colluſtratus.* |
| Examen nouarum doctrinarum. | *Sanctus Paulus.* |
| De vita Chriſtiana, & monaſtica. | *Vt mandatum hoc.* |
| De ſacrificio Miſſæ. | *Sanctus Propheta.* |
| De libertate Euangelica. | *Seruator noſter.* |
| De Sanctorum imploratione. | *Seruator noſter benedictus.* |
| Traductionem Satanæ. | *Sanctus Iacob.* |
| De Iuſtitia fidei. | *Quamquam in alio opere.* |
| De Iuſtitia operum. | *Circa iuſtitiam hominis.* |
| De ſeptem Sacramentis. | *Baptiſmi nomen.* |
| De vita contemplatiua. | *Prima purgatio eſt.* |
| De Fide, Spe, & Charitate, contra Ioan. Baronem Suuarzemberg. | De præceptis, & legibus. De operibus meritorijs. |
| De Doctrina Chriſtiana. | De vero Dei cultu. |
| De diſſolubilitate Matrimonij verã narrationem contra Lutherum. Incipit, | De poteſtate Eccleſiaſtica. *Celebrato inter coniuges.* |

Claruit Imperatore Carolo V. an.1525. In Cœnobio Monachij Bauariæ.

GASPAR Scoppus Germanus Epiſtolam edidit De varijs fidei Catholicæ dogmatibus Ingolſtadij, an.1599.

GASPAR Stephanus, Ord. Prædicatorum pro Eccleſiaſtica immunitate, ac libertate. Romæ 1520.

GASPAR Vlembergius edidit SS. Theol. Licent. & Gymnaſij Laurentiani Regens edidit graues, & iuſtas cauſas, cur Catholicis in communione veteris eiuſque veri Chriſtianiſmi conſtanter vſque ad finem vitæ perſeuerandum ſit. Cur item omnibus ijs, qui ſe vocant Euangelicos, relictis erroribus ad eiuſdem Chriſtianiſmi conſortium ſit redeundum. Coloniæ apud Geruinum Calenium, & hæredes Ioan. Quentelij 1589.

Idem edidit ſummariam deſcriptionem priuati colloquij Coloniæ habiti inter Sacerdotem Catholicum, & Ioannem Badium Rodingenſem, miniſtrum Calninianum, qua deſcriptione diſsipantur à Caluinianis ſparſa mendacia. Coloniæ 1590.

Eiuſdem in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales extat ſimplex, & dilucida paraphraſis. Addita eſt item in Pſal.90. Paraphraſis. Coloniæ apud Quentelios 1591.

An.Do.316. Vide Annal. Baron. To.3.

GAVDENTII Brixienſis Epiſcopi, qui Philaſtrio ſucceſsit opera D. Ambroſij, cuius ætate vixit, quique in Cappadociam iter ſuſcepit, vt reliquias martyrum inde adueheret, & ſuum eiſdem reliquijs nobilitaret, extat oratio habita in dedicatione Baſilicæ, vbi de ijſdem Martyribus plura. Extant item Tractatus, ſeu Sermones hi, quibus vtilem, & lectu dignam præfationem adſcripſit.

Primus Tractatus in Exodum, nocte vigiliarum, de Paſchæ obſeruatione.

Secundus regreſsis à fonte neophytis, De ratione Sacramentorum, quæ Catechumenos audire non congruit: licet eadem ſcripta in Euangelijs patere omnibus videantur.
De eadem lectione Tractatus tertius, prima Dominica Paſchæ.
Tractatus quartus de lectione Exodi. Tractatus quintus de lectione Exodi.
Tractatus ſextus de eadem. De eadem Tractatus ſeptimus.
De lectione Euangelij Tractatus primus, qui eſt in ordine octauus.
De eadem Tractatus ſecundus, qui eſt in ordine Nonus.
De Exodi lectione Tractatus octauus, qui eſt in ordine decimus.
Excepti Tractatus de diuerſis capitibus; quorum primus eſt in ordine vndecimus De paralytico.
De eo, quod ait Dominus Ieſus: *Nunc iudicium eſt huius Mundi*; Tractatus ordine 12.
De promiſsione paracleti; Tractatus 14.
Tractatus de Machabæis martyribus, de die Natali eorum.
Tractatus, quem prima eius ordinationis die, quorundam ciuium notarij exceperunt.
Tractatus exceptus die dedicationis Baſilicæ Sanctorum.
Reſponſio eiuſdem ad Germinium, de Villico iniquitatis.
Reſponſio ad Paulum Diaconum, de eo, quod Dominus Ieſus dixit Apoſtolis. *Quia Pater maior me eſt.*

Margarinus autem Bignæus Tom. 2. edit. 2. Biblioth. SS. PP. inſeruit Sermones, ſiue Tractatus 17. ad varia D. Scripturæ Loca. Reſponſionem item ad Germinium De Villico iniquitatis. Alteram ad Paulum Diaconum de eo, quod Dominus Ieſus dixit Apoſtolis: *Quia Pater maior me eſt.*

GAVFREDI Bouſardi Cenomani, Oratio habita Bononiæ corã Iulio II. Pont. Max, in die Circuncisionis Chriſti Domini, De nomine Ieſu.

GAVFREDVS Antiſsiodorenſis, Monachus Ciſtercienſis Ordinis, diſcipulus primum Petri Abailardi, deinde S. Bernardi Abbatis, floruit an. 1160. & ſcripſit
In Apocalypſim Ioannis, lib. 1. Contra Petrum Abailardum, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.

GAVFREDVS Monachus, Ord. D. Benedicti, Hiſpanus, qui vixit an. 1097. ſcripſit Geſta ſui temporis, cumque hoc Opus diu delituiſſet inter vetera monimenta Regum Aragonum ad noſtram vſque ætatem, Hieron. Surita vir celebris edidit Cæſarauguſtæ typis Domini à Portonarijs an. 1578. munitum, & laudatum Regio Priuilegio, dedicatum verò Antonio Auguſtino tunc Archiepiſcopo Tarraconenſi.

GAVFRIDVS Abbas Altæ Tumbæ, Ord. Ciſtercienſis, an. Dom. circiter ſcripſit, Vitam S. Petri Tarantaſienſis Epiſcopi quæ eſt apud Surium Tom. 3. die 8. Maij.

GAVFRIDVS Epiſcopus Aſaphenſis librum de rebus Britannicis ſcripſit, ſed in quo pleraque ſunt fabuloſa, quæ veris nonnihil fidei detrahunt, vt magno delectu ſit legendus. Vide quæ Baron. Card. Tom. 4. Annalium ſub annum Chriſti 383. de eo ſcripſit, vti & fecit in libro de Notis ad Martyrologium.

## G E

GEBHARDVS vir ſanctus Nemetum vrbis Spiræ Epiſcopus, & natione Germanus Concilio Moguntino interfuit, quod Lotharius Imperator procurauit celebrari in Eccleſia S. Albani ſub Rabano Archiepiſcopo. Scripſit autem in omnes Pſal. Expoſitionem, Homilias item ad populum, Epiſtolas, ac Sermones plures, denique ab æmulis interceptus, oculiſque priuatus interimitur. Vixit an. 841. Eiſingren.

GELASIVS. Quo nomine plures appellati non ſolum hæreticis, & Centuriatoribus Magdeburgenſibus huius ſeculi, verum etiam antiquioribus, vti Anaſtaſio Bibliothecario, & Gennadio ipſi occaſionem erroris præbuere, vt Gelaſio Pont. Max. Viro ſancto, & Catholiciſsimo librum contra Eutychen, & alia aſcriberent, quæ alterius Gelaſij non Pontificis fuerunt. Et vnius quidẽ Gelaſij meminit Photius in ſua Bibliotheca: Scriptoris primæ Synodi Nicænæ, quem non magis *practicum* quàm *hiſtoricum* eſſe dicit, tenuiter enarrantem ipſa Synodi Acta. Veruntamen & Gelaſij Commentarium iſtum, Actorum Nicæni Concilij Interprete Roberto Balforeo Commelini hæredes an. 1604. emiſerunt. Quem quia poſtea vidi, dicimus, quod monuimus alibi. Ciuitas, & Commelinus, vbi Officinam habebat, Caluiniſmum publicè profitebantur, vt circumſpectè in hiſce editionibus ſit incedendum. Rurſus, & alterius Epiſcopi Cæſarienſis, qui librum edidit aduerſus Anomæos, quam à dictione eleganti, non item omninò ab argumento, & ordine

collaudat. Sed & eiuſdem Gelaſij mentionem antea fecerat, qui tres Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libros euulgaſſet, incipiens à Nicæna Synodo, vſque ad Conſtantini Magni obitum: cuius hiſtoriæ ſummam quandam recitat, in qua & cuiuſdam alterius Gelaſij meminit.

Hier. in Catal. Anno Dom. 390. Genn. in Catal. Anno Dom. 496. Tritem.

At Gelaſius (inquit Hieronymus) Cæſareæ Palæſtinæ, poſt Euzoium *Eunomium habet Sigebergenſis codex*, Epiſcopus accurati, limitatique ſermonis, fertur quædam ſcribere, ſed celare. Gennadius autem, quem ſecutus eſt Honorius, ait. *Gelaſius vrbis Romæ Epiſcopus ſcripſit aduerſus Eutychen, & Neſtorem grande, & præclarum volumen, & tractatus diuerſarum ſcripturarum, & Sacramentorum elimato ſermone, & aduerſus Petrum, & Acacium ſcripſit Epiſtolas, quæ hodie in Eccleſia tenentur Catholica: fecit & hymnos in ſimilitudinem Ambroſij Epiſcopi, moritur ſub Anaſtaſio Auguſto*. Sic Gennadius (ſi tamen fuit Gennadius) qui Gelaſio Pont. Max. tribuit, quod non erat. Et ſanè vulgati codices hunc ſcriptorem non habent.

Idem verò habet Anaſtaſius lib. de Romanis Pontificibus, ſed & ipſe falſus eſt. Quamobrem Melchioris Cani, Roberti Card. Bellarm. Cæſaris Card. Baronij ſententiæ perpendendæ ſunt, quibus ipſa veritas conſtet. Et Canus quidem Gelaſio Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopo librum illum contra Eutychen aſcripſit. At Bellarm. vel Gennadio, vti Suffridus Petrus antea ſenſerat, vel Gelaſio Cæſareæ Epiſcopo tribuit inquiens: Gelaſij, cui aliqui tribuerant exiguum libellum contra Eutychen, duas ſententias, ſecundum Catholicos, erroneas notarunt Centuriatores centuria quinta, cap. 4. de Cœna Domini, & cap. 10. in Vita Gelaſij: vna eſt in lib. contra Eutychen, cum carne Chriſti manere in Sacramento verum panem. Altera apud Gratianum de Conſecratione diſt. 2. Canone. *Comperimus non poſſe ſine ingenti ſacrilegio ſumi vnam partem Sacramenti Euchariſtiæ ſine altera.* Sed ſciendum eſt primò, librum illum non eſſe Gelaſij Papæ, ſed vel Gennadij, qui librum eiuſdem tituli ſcripſit ad Gelaſium Papam, vel Gelaſij Cæſarienſis Epiſcopi, cuius meminit Hieronymus circa finem Catalogi Scriptorum Eccleſiaſticorum. Siquidem Gelaſius Papa ſcripſit quinque libros contra Eutychen, vt Tritemius refert; hic autem tantum vnus eſt exiguus libellus. Deinde hic auctor pollicetur, ſe fermè omnium veterum ſententias collecturum de Incarnatione Domini, & cum adducat quindecim Patres Græcos, duos tantum Latinos profert, Ambroſium, & Damaſum, & omittit Cyprianum, Hilarium, Hieronymum, Auguſtinum, Innocentium, Leonem, Proſperum, & ſimiles, quos ſibi notiſsimos nunquam Gelaſius Pontifex omiſiſſet, imo nec alius Latinus auctor. Videtur enim hinc manifeſtè colligi hunc auctorem Græcum fuiſſe, non Latinum. Deinde Gelaſius apud Gratianum ſupra memorata diſt. in eo Canone loquitur ſolum de Sacerdote ſacrificante, qui non poteſt ſine ſacrilegio vnam tantum ſpeciem ſumere, nam imperfectum redderet ſacrificium.

Præterea Gelaſius iſte plura affert ex Euſebio Cæſarienſi, quod nunquam Gelaſius Papa feciſſet, cum Euſebij libros reprobauerit in ſuo Decreto de libris authenticis. Adde quòd videtur hic Gelaſius ſcripſiſſe ante Concilium Chalcedonenſe, & is ipſe eſſe, quem Theodoretus citat in tertio Dialogo, & cuius meminit Hieronymus in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, nimirum Gelaſius Epiſcopus Cæſarienſis, qui non potuit non conſenuiſſe, cum librum iſtum ſcribebat aduerſus Eutychianos. At Baronius Card. vt poſtremus, extremam vt videtur, manum huic negotio admouit. Et quidem Suffridus in Præfatione ad Gennadium, *Gennadij*, non *Gelaſij* eſſe librum illum dicit, veruntamen cum Gennadius non ſcripſerit contra Eutychetem, ſed & Opus ſuum fide inſcriptũ miſerit ad Gelaſium contra Neſtorium, nihil eſt, cur *Gennadij* eſſe exiſtimetur. Eſt igitur

NOTA.

verus auctor non Gelaſius Papa, ſed *Gelaſius ille, qui vixit Baſiliſco Imperatore,* vt ipſe de ſe in ſui Operis præfatione teſtatur. Exagitatus enim ab Eutychianis, qui eo tempore inualuerant, vt Cyzici verſatus aduerſus Eutychianos hæreticos, qui Chalcedonenſe Concilium oppugnantes gloriabantur inaniter ſeſe magni Concilij Nicæni eſſe profeſſores,

Baron. Card. in Appen. ad 6. To. Annal. Primę editionis Rom.

edidit an. Dom. 476. nono autem Simplicij Papæ, quæ reperit à Dalmatio Cyzici Epiſcopo conſcripta Nicæni Acta Concilij, de cuius lucubratione, Photius ſua Biblioth. ſic ſcribit. *Acta primæ Synodi* (nempè Nicænæ) *tribus Tomis auctore Gelaſio. Quæ quidem non verè Acta ipſa, ſed de rebus geſtis in Synodo, hiſtoria. Humili namq; ſermone, ſed diligenti tractat ea, quæ in Synodo contigerunt*. Hæc Photius.

Extat ipſum quidem Opus Græcè ſcriptum in Vaticana Bibliotheca Latinitate donatum ab Alfonſo Piſano Societatis noſtræ Theologo, ſed abſque Gelaſij auctoris titulo, quem ex Photio oportuit petiјſſe. Porrò, qui libellus ſcriptus eſt de duabus Naturis in Chriſto aduerſus Eutychem, & Neſtorium, extat in Tom. 4. Bibl. SS. PP. vbi Margarinus adnotauit eſſe loco verborum, *Sedem Apoſtolicam,* legendum: *Fidem Apoſtolicam,* lin. 10. ante veterum teſtimonia.

GELASIVS Romanus huius nominis Pontifex, ſui Pontificatus anno tertio, Domini autem 494. Romanum Concilium 70. Epiſcoporum Romæ coegit ad fidem illibatè cuſtodiendam, vbi & libros Canonicos,& legitimos diſcreuit ab apocryphis. Quin & libellum edidit, cuius hæc fuit inſcriptio. *Gelaſius Papa aduerſus Andromachum Senatorem, cæteroſq; Romanos, qui Lupercalia ſecundum morem priſtinum colenda conſtituebant.* Totum autem hunc libellum perdignum lectu, noſtriſque temporibus commodum, vbi viget licentia carnis, inſeruit Baronius Card. 6. ſuorum Annalium ſub an. Dom. 496. Gelaſij autem eiuſdem Papæ V.

GELASIVS II. Pont. Maximus, ſcripſit de Paſsione S. Eraſmi Epiſcopi, & martyris, cuius prologus ſic incipit: *Domino in Domino dilectiſsimo Ioanni Auunculo ſuo, Ioannes ſubdiaconus, & monachus Caſsinenſis Cœnobij.* Paſsio verò ſic. *Cum Numerianus Cari Narbonenſis filius.* Extat m.s. Caſsini.

GEMINIANVS in Decretum, & in Decretalia, extat m.s. integer in Bibl. Vaticana.

GEMINVS Antiochenæ Eccleſiæ presbyter, pauca ingenij ſui monumenta compoſuit, florens ſub Alexandro Principe, & Epiſcopo vrbis ſuæ *Zebenno,* eo vel maximè tempore, quo Heraclas Alexandrinæ Eccleſiæ Pontifex ordinatus eſt. Sic Hieron in Catal. At in Euſebij Chronico diu eſt cum legebatur *Eminus* loco *Geminiani,* ſed perperam. Cæterùm codex Gemblacenſis habet *Zebino,* non *Zebenno.* Anno Dom. 230.

GENESIVS, non rectè à Tritemio de viris illuſtribus, Ord. S. Benedicti, lib. 5. cap. 201. & lib. 4. cap. 58. ſcribitur fuiſſe *Archiepiſcopus Bituricenſis,* meminiſſe enim debuerat verborum, quæ dixerat in Vita S. VVandregeſili Abbatis, lib. 3. cap. 96. nimirum S. Lambertum, ei in Lugdunenſi ſede ſucceſsiſſe; Reſtituendus eſt itaque Tritemius ſuæ integritati. Fuit autem S. Lambertus natione Gallus, patria Taruanenſis Monachus, & Abbas Fontanellæ poſt S. VVandregeſilum Abbatem, ac demum Archiepiſcopus Lugdunenſis circa an. 660.

GENESIVS Minutius Florentinus à Radæ ordinis Vallis vmbroſæ edidit compendium Summæ Card. Toleti Venetijs apud Nicolaum Polum. an. 1606. & Coloniæ apud Ioannem Crith, an. 1607.

GENESIVS Roſana, Ord. Carmelitani, Concionem de Catenis Mundi, Italicè edidit Ticini apud Hieron. Bartholum an. 1567.

GENNADIVS Epiſcopus, ſiue Patriarcha Conſtantinopolitanus. Vir (vt inquit Gennadius Maſsilienſis) lingua nitidus, & ingenio acer, tam diues ex lectione antiquorum fuit, vt Danielem prophetam ex integro ad Verbum commentatus exponeret. Homelias etiam multas compoſuit. Moritur Leone ſeniore Imp. eius autem miracula, & virtutes perſequitur Nicephorus Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 15. cap. 22. & 23. Extat eius Epiſtola ad Metropolitanos, & ad Romanum Pontificem contra Simoniacos, in Bibliotheca SS. Patrum Margarini Bignæi.

Quin & m.s. Conſtantinopoli extat ſic prænotatus *Gennadij Patriarchæ Conſtantinopolitani liber magnus de Catholica Theologia, quomodo Pater ingenitus, & quomodo Filius genitus, & quomodo Spiritus ſanctus procedens, & quomodo tria ſint, & quomodo hæc tria vnum; & rurſus: Quomodo vnum tria, & quare proprietas Patris alia, alia Filij, alia Spiritus ſancti, & quomodo in ordine Pater primus, Filius ſecundus, & Spiritus ſanctus tertius ſit.*

Eiuſdem Gennadij. Explicatio de Sancta Trinitate cuius initium. *Faciamus hominem iuxta imaginem, & ſimilitudinem noſtram.*

At Suidas de eo inquit:

*Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus noctu ſacrarium ingreſſus orandi cauſa, ſpectrum vidit Diabolicum: idq; clamare audiuit, ſe illo quidem viuente cedere: Poſt verò planè potiturum eſſe Eccleſia.* Suidas.

Vixit Tritemio, an. 460. ſed errore (opinor) amanuenſium, cum 490. ſcribendum eſſet. Gennadius autem quomodo dudum fauerit Pelagianis, qui tamen poſtea redditus omnino Catholicus, vide Baron. Cardin. 6. Tom. ſub an. Dom. 490. Felicis autem Papæ Nono.

GENNADIVS Maſsilienſis presbyter, ſcripſit Opus de viris illuſtribus Eccleſiaſticis, qui prodijt opera Suffridi Petri emendatus annn 1580. Coloniæ apud Maternum Cholinum. Ei liber de Eccleſiaſticis Dogmatibus aſcribitur, qui falsò tributus fuit D. Auguſtino. Iam verò, cum Sigebertus in Catalogo cap. 30. eum vocet Epiſcopum, cumque aliquid in ipſo cauendum ſit, atque ei fuerit aliquid additum, quòd ab illo non prodijt, dicendum eſt illum quidem fuiſſe tantummodo presbyterum, quemadmodum VValrafridus, cap. 20. de Diuinis Officijs, Tritemius, & ipſemet Gennadius in coronide Operis ſui (ſi tamen hoc eſt ipſius) teſtantur. Reliqui autem decipi potuerunt ſimilitudine Anno 490. Trit.



Digitized by Google

nominis *Gennadij*, qui fuit Epiſcopus Conſtantinopolitanus, cuius Gennadius presbyter meminit, cap.90.

Ad cautionem quod attinet, vna eſt de eius dogmatibus: Altera de auctoribus, quos immerito commendat. Ad dogmata pertinet, quòd Pelagianiſmo infectus fuiſſe, & apathiam crediđiſſe vnà cum Origeniſtis ſcribatur: fidem huius facere videntur, quòd laudet librum Eulogiarum Pelagij, quem lib.1. contra Pelagianos Hieronym. tanquam hæreticum reijcit. Nam ibi docetur *omnes voluntate propria regi, & poſſe eſſe hominem ſine peccato, & facilè mandata Dei cuſtodire, ſi velit.* Quodque laudet Euagrium, qui credebat apathiam, quem Hieronymus Epiſt. ad Cteſiphontem aſſerit damnatum ab Epiſcopis fuiſſe, tamquam Origeniſtam. Quòd item Ruffinum Hieronymo præferat, & Seueri Dialogum laudet, quem Hieronymus in cap.36. Ezechielis, & poſt eum Gelaſius reprobant: quòd denique librum Proſperi contra Collatorem damnet, Caſsianum verò, & Fauſtum laudet in materia de Gratia, & de libero arbitrio, cum Gelaſius vtrumque damnet laudato Proſpero. Vide quæ ſcripſimus in verbo, *Caſsianus*, & in verbo, *Fauſtus*, & in verbo, *Maxentius*, & in verbo, *Proſper*, & in verbo, *Fulgentius*, & in verbo, *Arauſicanum ſecundum Concilium, iuſſu Leonis I. congregatum.* Et Epiſtolas Proſperi, & Hilarij præfixas libro de Prædeſtinatione Sanctorum.

In Ruffino, cap.17. In Seuero, cap.19.

Iam verò adiecta ſunt Gennadio, quæ illius non ſunt, hæc verba: *Ego Gennadius Maſsiliæ presbyter, ſcripſi aduerſus omnes hæreſes libros octo, & aduerſus Neſtorium libros tres, & Tractatus de mille annis. De Apocalypſi B. Ioannis. Et hoc opus de fide mea miſi ad B. Gelaſium Vrbis Romæ Epiſcopum.*

Quin Honorius in Catalogo de viris illuſtribus Auitum cap.42. Pomerium cap.98. Honoratum Maſsilienſem cap.99. in Gennadij Catalogo poſitos, non agnoſcit pro Gennadianis. Cæſarius item cap.86. infarctus, & Prologus Gennadio in aliquibus codicibus præpoſitus creditur ad medelam nominis Gennadij fuiſſe. Sed & ſciendum in Gennadio hoc, vbi agit de Auguſtino, legi verba ſequentia.

*Egregio ingenio, & excellenti ſtudio Eccleſiæ ſeruiens, Iuliani hæretici libris inter impetum obſidentium Vandalorum in ipſo dierum ſuorum fine reſpondit. Et in defenſione Chriſtianæ ſapientiæ perſeuerans, moritur Theodoſio, & Valentiniano regnantibus.* At Suffridus notauit hæc verba non eſſe Gennadij, ſed alterius cuiuſdam volentis (inquit) Gennadio mederi, *certum eſt* (ait) *in m.s. codice Martinienſi ea tantum poſita repperimus.*

Cæterùm cum hæc ſcripſiſſemus, vidimus denique Iudicium de Gennadij ſcriptis tum aliorum, qui Gennadium, ſiue Auctorem de Eccleſiaſticis dogmatibus à Pelagianiſmo liberant, quem illi quidam Pontinianus in Prologo Operum D. Proſperi impegerat, tum Cæſaris Card. Baronij Tom.4. pag.583. prima editione, ad quem locum Lectorem amandamus.

GENNADIVS Scholarius, Patriarcha Conſtantinopolitanus, ſcripſit libellum, qui *Vita ſalutis hominum* prænotatur. In quo cum Mahumete Turcarum Imperatore, ac de quibuſdam Religionis Chriſtianæ articulis diſſerit, è Græco Latinè redditum à Gregorio Hermonymo tranſlatum. Incipit autem, *Quid eſt Deus? &c.*

In hoc autem libello cum, vbi agitur de Sanctiſsima Trinitate, Diuinæ perſonæ dicantur ἰδιώματα, hoc eſt *idiomata*, ſiue *proprietates*, ſiue *attributa*, fortaſsis Auctor eſt excuſandus, quòd ei cum Tyranno res eſſet, qui hoc myſterium aliter expoſitum exſibilaſſet. quamuis alicubi nominet etiam πρόσωπα, hoc eſt *Perſonas*.

At quod in eo nulla mentio fiat de proceſsione Spiritus ſancti à Filio, dubitandum non eſt, quin à Græcis locus ille corruptus fuerit, qui libellum ad Martinum Cruſium (de quo ſuo loco plura) Byzantio non ita pridè in Germaniam miſerunt. Gennadium porrò cum Latinis de Proceſsione Spiritus ſancti, vti de alijs Catholicis dogmatibus pleniſsimè conſenſiſſe, dubitandum non eſt.

Extat autem idem libellus in Bibliotheca Sanctorum Patrum Bignæi. At præterea Gennadius idem ipſe Scholarius ſcripſit quinque Orationes de quinque Articulis concontrouerſis cum ſuis Græcis, aſſerens

In prima Spiritum ſanctum à Patre, & Filio procedere.
In ſecunda, Primatum Romanæ Eccleſiæ.
In tertia, In Azymo verè conſecrari Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum.
In quarta, Purgatorium eſſe.
In quinta, Sanctorum animas frui Dei viſione.

Deinde item aliàs Orationes de Pace ad Græcos. Quæ omnia Gregorio XIII. mandante excuſa ſunt Romæ vna cum Græca Synodo Florentina: & Latinè quoque deinceps, in eadem Vrbe: quarum nos aliquas in Rutenicam linguam verſas Ioanni

Baſilio

Baſilio Magno Moſcouiæ Duci obtulimus, cum ad illum à Gregorio XIII. Pont. Max. allegati fuimus, Vide autem in verbo, *Georgius Scholarius*: hoc enim *Georgij* nomine vocabatur, qui poſtea dictus eſt Gennadius Patriarcha. Cuius poſtremò editus eſt Auguſtæ Vindelicorum liber de Prædeſtinatione.

Ceterum ipſius Gennadij Homiliæ in diuerſa Euangelia, De mortalibus, ac venialibus peccatis extant m.s. in Bibl. Cæſarea Viennæ Auſtriæ. Quin etiã in To. Quarto Bibl. SS. PP. edit. 2. habetur eiuſdem Gennadij Sermocinatio habita de recta, & inculpata Chriſtianorum fide. Eiuſdem expoſitio pro Sancta, & Oecumenica Synodo Florentina: & Defenſio quinque capitum, quæ in Decreto eius continentur, ad Græcos. Item eiuſdem Oratio ad vnum, & trium Perſonarum Deum.

GENTIANVS Heruetus Aurelianenſis Gallus. Vir admodum eruditus, & linguarũ Græcæ ac Latinæ peritus, Theologus Pariſienſis, & Canonicus Rhemenſis in Campania quæ Regni Galliæ Prouincia eſt. Scripſit

De actu, & fraudibus Satanæ in abolendo Sanctiſſimo Miſſæ Sacrificio, excuſus autem eſt hic liber Rhemis, & Pariſijs apud Cheſneau typographum.

Apologiam contra hæreticos Caluini Miniſtros editam apud eundem Cheſneau, ibid. anno 1564.

Vertit è Latina in Gallicam linguam libros de Ciuitate Dei à B. Aug. conſcriptos.

Epiſtolas miniſtris, quæ Pariſijs prodierunt apud Cheſneau an. 1562.

Reſponſionem Miniſtris: Commenta item, ac Somnia Caluini proprio libro.

Epiſtolas varias Catholicis, quæ ibidem ab eodem typographo prodierunt.

Reſponſionem Hugoni Sureau, quem nominabant *Roſerium*, ludi Magiſtro.

Homiliam De Aſcenſione Domini. De ſacris item ſignis.

Ex Diuo Hieronymo Tractatum de vera Eccleſia, apud Aegidium Gorbinum Pariſijs anno 1567.

Catechiſmum Parochorum an. 1567. ibid. apud. Nicolaum Cheſneau, cum ante emiſiſſet Catechiſmum, ſiue Summam Chriſtianæ fidei collectam ex Operibus Lindani Epiſcopi ibidem adud eundem an. 1561.

Confutationem libri de ſignis Sacris ab hæretico ſcripti. Ea fuit Rhemis excuſa apud Io. Foignium an. 1566.

Reſponſionem Calumnijs Ioannis Ludouici Michaelis, ibidem apud eundem.

Secundam Epiſtolam Miniſtris hæreticis Pariſijs apud Nicolaum Cheſneau an. 1501.

Apologiam aduerſus reſponſionem miniſtrorum hæreticorum. Florit an. 1564.

Et hi quidem libri Gallicè ab eo conſcripti ſunt. Cum Clementem Alexandrinum, & alia è Græco Latinitate donauerit, de quibus ſuo loco egimus. Vide in verbo, Clemens Alexandrinus. Et quidem prȩter Philoſophica, quæ ſcripſit, & ea quæ è Græco in Latinum vertit, quædam fuere Baſilij, & Chryſoſtomi Ritus Sacrificij, ſiue Miſſæ ex Sacerdotali Græco Homiliæ Io. Chryſ. in Pſal. Clem. Alexandrini Opera, nimirũ Protrepticus, Pædagogi libri tres, Stromaton li. 8. Theodoreti Epiſcopi Cyri Eraniſtes, ſiue Polymorphus Dialogus, Hæreticorum improbarum nugarum, & fabularũ compẽdium. Diuinorum, Decretorũ ſiue dogmatum Epitome. Commentarij in Epiſtolas D. Pauli Epiſtola ad Leonem I. Pont. Max. θεοφιλὴς ideſt Religioſa Hiſtoria. Palladij monachi Lauſiaca, ſiue Hiſtoria ad Lauſum. Nicolaus Cabaſilas de Diuino Altaris ſacrificio. Maximus de Myſtagogia, hoc eſt, De introductione ad ſacra Eccleſiæ myſteria, ſiue ſacramenta. Quin & Theodori Metochitæ Paraphraſis in Phyſicos Ariſt. lib. Photij Nomocanon. Sextus Empyricus aduerſus Mathematicos, hoc eſt aduerſus eos, qui diſciplinas profitentur, qui quidem Antuerp. prodijt 1569. Io. Grammaticus Philoponus in tres li. de Anima Alex. Afrodiſæi libellus de Fato. Quæſt. naturales de Anima & Morales.

GENTILIACENSE Magnum Cõcilium, in villa dicta *Gentiliaco* in Gallijs, Pipino Rege Caroli Magni Patre, celebratum eſt an. 766. ſiue (vt ſcribit Ado Viennenſis in Chronico) an. Dom. 767. Actum eſt, præſente eodem Rege, inter Romanos, & Græcos de Sãctiſſima Trinitate, & cultu Imaginum, cuius diſputationis, & Concilij meminerant etiã Rhegino, Sigebertus, & Abbas Vſpergenſis in Chronico. Cum autẽ dicimus actum in eo fuiſſe de Sanctiſſima Trinitate, intelligendum eſt: De Proceſſione Spiritus ſancti à Patre, & Filio, id quod & Ado Viennenſis ſcripſit: non enim alia controuerſia fuit, neque eſt inter Græcos & Latinos de Trinitate. Vide Bellar. Car. To. 1. controu. 2. lib. 2. de Chriſto c. 21. & Baron. Card. To. 10. ſub an. 766.

GENTILIS Cingulanus, Ord. D. Franciſci Io. Climachum è Græco reddidit Latinũ.

GENTILIS è Monteflorum oppido Piceni, Ord. Min. à Bonifacio VII. Pont. Maxi.

creatus presbyter Cardinalis, tituli Sancti Martini in Montibus an. 1299. Obijt Auenione an. 1312. Eum Homilias ad populum habitas ſcripſiſſe refert Eiſingr.

GEOLFRIDVS Anglus, monachus, & Abbas Monaſterij SS. Petri, & Pauli Londini, Congreg. Giribennæ, vir ſanctus, præceptor, ac nutritor Bedæ, circa an. 680. ſcripſit De obſeruatione Paſchæ, & de tonſura Eccleſiaſtica, & monaſtica, videtur is eſſe, qui extat apud Bedam, lib. 6. hiſt. Angelicæ c. 28. ad Naitanum Regem Pictorum qui ſic incipit *Domino Eccellentiſſimo, & glorioſiſſimo Regi Naitano Colfrido in Domino ſalutem.* Obij an. 724.

GEOFRIDVS Billius, ſiue de *Billy*, Abbas Sancti Vincentij Laudunenſis in Morinis Gillicè reddidit Meditationes, & precationes Latinè ſcriptas à Io. Ludouico Viue Valentino, Hiſpano editas Pariſijs an. 1570.

GEOFRIDVS Beaglerius, ſiue (vt alij) *Godefridus* S. Ludouici Regis, (vt vocant) eleemoſynarius, & vinginti annorum ſpatio cõfeſſarius, reliquit, Vitam S. Ludouici Regis, quæ adhuc m. s. legitur in Regio Nauarræ Collegio Pariſijs. Vixit an. 1250.

GEOFRIDVS Boſſardus Theologus, Doctor Pariſienſis, & Cancellarius eiuſdem Academiæ, librum Gallicè compoſuit De Regimine mulierum vniuſcuiuſque ſtatus. Is ad Iulium II. Pont. Max. de Regni Galliæ negotijs miſſus, coram eo Bononiæ Orationem habuit an. 1505.

GEORGIVS Alexandrinus Epiſcopus, quem, quinam fuerit, ſcripſit Photius in ſua Bibl. ſe neſcire, Vitam S. Ioan. Chryſoſtomi compoſuit, cuius capita attigit idem Photius ex libro eiuſdem Georgij. Vide ibidem Photium.

GEORGIVS Arrarius Alexandrinus, eius nimirum Alexandriæ, quæ Paleæ dicitur, & ſita eſt in Subalpinis Italiæ. Ord. Præd. Theologus, & I. V. C. ſcripſit in vniuerſum Decretum. Vixit an. 1262. PP. Mon. Ord.

GEORGIVS, ſiue Gerardus Adæ Archiepiſcopus Antibarienſis, Ord. Præd. cõpoſuit Officium ſanctificationis, ſiue potius Conceptionis Beatiſs. Virg. Officium vndecim millium Virginum. Officium Beati Thomæ Aquinatis. Officium Beati Georgij martyris. Viuebat an. 1280.

GEORGIVS Barth Oſnaburgenſis Germanus Germanicè ſcripſit aduerſus Oſiandrũ, & contra Iudæos. De immortalitate item animæ, & Homilias aliquos de Lazaro.

GEORGIVS Benignus Archiepiſcopus Nazarenus, qui viuebat ann. 149. ſcripſit librũ prænotatum, *Vexillum Chriſtianæ Victoriæ.* Alterum, de Aſſumptione B. Virginis. Volumen ſat grande de Dialectica, quod è Romanis prodijt Prelis. Defenſionẽ pro Io. Reuchlino. Eſt autem Dialogus num libri Iudæorum, quos Thalmud appellant, ſint ſupprimẽdi. At ſciendum, eiuſdem Reuchlini Speculum Oculare, De verbo mirifico, & artis Cabaliſticę libros fuiſſe deinceps à S. R. E. prohibitos in Romano indice. Quæſtiones eiuſdem de natura extant Florentiæ in Bibl. S. Mar.

GEORGII Bartholdi Pontani à Preitenberg. Orationes tres die Cœnæ Dominicæ in Metropolitana Eccleſia Pragenſi habitæ Pragæ typis Georgij Vigrini, & liber prænotatus: *Theſaurus curſuum deuotiſſimorum* auctus, & illuſtratus. Ibidem apud Nicolaum Seruium. anno 1601.

GEORGIVS Bocquetus edidit librum prænotatum *Profligatio Hugonatorum hæreticorum.*

GEORGIVS Brunus Colon. Theologus B. Mariæ Virg. ad Gradus, Canonicus & reſpectiuè Decanus & Tremonienſ. archidiaconus, edidit. orationẽ Quodlibeticã contra concubinarios Sacerdotes. Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni 1566.

Ex quatuor commentariorum in Concordiam Euangelicam libris Cornelij Ianſenij Homilias collegit omnium dierum Dominicalium totius anni, quas præfationibus illuſtrauit. Coloniæ apud Io. Gymnicum, an. 1578. & Venetijs an. 1579.

Doctrinam catholicam contra multos Lutheranorum articulos, peculiari opere cõfirmauit, quod nullus Lutheranorum refutauit, Colon. apud Bernardum Gualterum an. 1605.

Quinque volumina ſiue Theatra Vrbium edidit. quæ in diuerſas linguas ſunt tranſlata. Coloniæ apud Arnoldum Milium. Et Antuerpiæ apud Philippum Gallæum.

Duo etiam opuſcula, in quorum altero Saluatoris noſtri Ieſu, in altero, vitam B. Mariæ deſcripſit, cum elegantiſſimis æneis tabulis, Impreſſa Coloniæ, ſumptibus auctoris.

An. Do. 1572. è Christophori Plantini typographia. GEORGIVS Bullocus Oeconomicam methodicam concordantiarum Scripturæ ſacræ edidit, quarum Præfationem, ſiue introductionem qui attentè legerit, & in rem contulerit, facilè vtilitatem tanti laboris nõ ſolum intelliget, verum etiam ad Diuinã hiſtoriam tractandã, concioneſque habendas, percipiet. Vſum enim, & ordinem verborum,



Digitized by Google

ac rerum ſic ob oculos ponit, vt, quod in eadem præfatione ipſe vberius oſtendit, nulla mens adeo ſit obtuſa, quin hoc rationis organo inſtructa, longius progredi queat. Partitiones autem poſt omnium vocum, quas in hac Oeconomia complectitur, Indicẽ Alphabeticum, oſtendunt tabulæ analyticæ generales, in quibus fermè ſub vnum aſpectum generatim propoſitum eſt quidquid habetur aut in ipſo Opere, aut in ipſis Analyticis, quæ certè magnam poſſunt lucem afferre non tam Theologiæ, quam etiam omnibus alijs diſciplinis ſiue intelligendis, ſiue diſponendis. Quoniam verò, aut tædio, vel quòd non omnes capiunt quanti momenti hæc ſint, iſta aliqui non perlegerunt, ideo tam inſignis Operis vtilitatem plerique omiſerunt.

GEORGIVS Buſtius Vercellenſis, Ord. Præd. Bononienſis Gymnaſij, ſiue (vt vocãt) Studij Dominicanorum Regens, ſcripſit præter

Quæſtiones nouem de Philoſophicis.
Quæſtiones tres de creatis relationibus.
Quæſtiones an detur creatio ſecundum Philoſophos.
Quæſt. de fine hominis.
Quæſt. 5. de prouidentia Dei.
Quæſtio. de prædeſtinatione, & reprobatione.
Quæſt. de Diuinis relationibus.
Quæſt. de potentia creandi.
Quæſt. de Contritione.
Quæſt. de Confeſſione.
Quæſt. de Fide, & operibus.
Quæſt. de Fide, & eius cauſa.
Quæſt. de libero arbitrio, & de eius viribus.
Quæſtio. 4. de motu locali, de merito, & de peccato Angelorum.
Quæſtio. 3. de neceſſitate Sacramenti Baptiſmi.
Quæſt. de reali exiſtentia Chriſti in Sacramento Altaris.
Quæſt. de neceſſitate Confeſſionis præmittendæ ante Euchariſtiæ ſumptionem.
De vxoris adulteræ dimiſſione & num maneat vinculum matrimonij.
Quæſtio an libellus repudij olim fuerit licitus.
Quæſt. an pluralitas vxorũ ſit contra ius naturæ, præſertim habere duas vxores viuas.
Quæſt. vtrum connubium inter fratrem, & ſororem ſit contra ius naturæ.
Quæſt. de differentia Gratiæ à virtutibus Theologicis.
Quæſt. de diſcrimine inter nouam, & veterem legem.
Quæſt. de neceſſitate, & vtilitate legis humanæ.
Quæſt. de Eccleſiaſticis dignitatibus, & poteſtatibus, & earum ordinibus.

Qui liber hæc complectens prodijt Venetijs anno 1574. Quæ autem ann. 1576. fuere viri huius examinata, & emendata, vide Antonium Senenſem Luſitanum, Ord. Præd. Theologum in Opere de Scriptoribus Dominicani Ordinis.

GEORGIVS Cabillaus Aldenardenſis, Belga, monachus. Cœnobij S. Petri Oudemburgenſis, Congregationis Burſfeldenſis, ſcripſit noſtra ætate Hiſtoriam monaſterij Oudẽburgenſis, incipiens à prima Ciuitatis olim Oudemburgenſis ædificatione, & deſtructione eius ab Attila, & Normannis, vſque ad annum Do. 1570. Extabat m. s. apud Arnoldum Vvionem Benedictinum.

GEORGII Camariotæ Encomium in tres Hierarchas Baſilium, Gregorium, & Chryſoſtomum m. s. extat in Bibl. Regia in Gallia.

GEORGIVS Caſcanus Mediolanenſis, & quidem magis de nomine Patriæ, quam cognomento familiæ cognitus, præter id, quod de vniuerſa Philoſophia ſcriptum reliquit, in quatuor quoque libros Magiſtri Sent. Commentaria confecit. Vixit an. 1262. PP. Monaſt. Ord.

GEORGIVS Chumnus Byzantinus, Hiſtoriam Rythmicam, ſcripſit ab ijs primis Geneſeos verbis: *In principio creauit Deus Cœlum, &c.* vſque ad Regnum Dauidis, & Salomonis, quæ extat cum figuris in charta bibacina m. s. Conſtantinopoli. Vide ad finem huius Apparatus ſacri, vbi de Bibl. Conſtantinopolitanis.

GEORGII Cheroboſchi extat Græcè aliquid in nouem Pſal. Dauidis in Bibl. Regis Catholici, quæ eſt in Scoriaco.

GEORGII Conſtantini Patria Conſtantinopolis, & Liber de Sapiẽtia extabant Græcè m. s. apud Didacum Hurtadum Mendozam.

GEORGIVS Diaconus, Magnæ Eccleſiæ, & Chartophylax cognomẽto Piſides: Opificiũ ſex dierũ Mundi cõditi tribus millib. verſibus iãbicis expoſuit. Circunfertur verò hic liber nomine Cyrilli editus; ſed latinitate donatus à Federico Morello. Scripſit de Heraclio Imp. & bello Perſico, & Auarico, ſoluta oratione: laudationẽ itẽ martyris Anaſtaſij.

GEORGII Eberhardi diſputatio de ſanctiſſimo Diuinæ Trinitatis myſterio Dilingæ apud Io. Mayer 1588. Eiuſdem, Diſputatio de Angelis, Dilingæ apud eundem.

GEOR-

Digitized by Google

GEORGIVS Ederus Friſingēſis Bauarus I.C. Maximiliani II. Imp. Cōſiliarius Oeconomiam Bibliorum, ſiue partitionum Theologicarum libris quinque, quibus Sacræ ſcripturæ diſpoſitio, ſeu artificium, & vis, atque ratio in tabulis velut ad viuum exprimitur. His additæ ſunt partitiones Catechiſmi Concilij Tridentini, eodem Auctore. Coloniæ apud Geruinum Calenium 1568. & an. 1582.

Eiuſdem Catechiſmi Catholici ex Decreto Concilij Tridentini, Pij V. Pont. Max. iuſſu editi, partitiones in Epitomen, & tabulas digeſtæ Brixiæ apud Thomam Bozolam 1569.

Et Malleus hæreticorum, vbi de varijs Notis, ac Cenſuris falſorum dogmatum. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium, an. 1580.

Scripſit quoque Catalogum Rectorum, & illuſtrium Virorum Gymnaſij Viennenſis, in quo præter accuratam ſeriem temporum, capita rerum continentur, quæ ſub vniuſcuiuſque magiſtratu contigerunt digna memoratu ab anno 1237. vſque ad an. 1559. Id verò excuſum fuit Viennæ Auſtriæ apud Raphaelem Hoffalter, an. 1559.

Ad Rubricam etiam Codicis, de Summa Trinitate. Orationem pro fide Catholica, habitam Viennæ an. 1568. editam verò Budiſſinæ, an. 1570.

Catechiſmi Catholicici compendium cum additione Catholicæ confeſſionis vniuerſi Concilij Tridentini de præcipuis doctrinæ Chriſtianæ articulis. Coloniæ anno 1571.

Euangelicam inquiſitionem veræ, & falſæ doctrinæ contra impiam Vulgi querelam, dicentis incertum eſſe, quid cuique credendum ſit, vbi oſtenditur, quonam modo quis de fide certus eſſe poſſit. Dilingæ an. 1573. Germanicè.

Methodum Catechiſmi Catholici antea ex Decreto ſancti Concilij Tridentini, ſcripti ad Parochos, deinde verò ita diſpoſiti, vt nedum Parochis vtilis, verumetiam publicè pueris in ſcholis proponi queat. Lugduni in Gallia.

Trium Iuriſconſultorum Reſponſa aduerſus obiecta Summo Pontifici de Imperatoris electione, ratione Imperij m.s. in Bibl. Imp. Viennæ Auſtriæ.

GEORGIVS de Gemmyngen, Germanus, Sueuus, orationes quaſdam in Synodis, & alibi habitas edidit, & obſeruationes pro confeſſarijs. Viuebat an. 1449. Eiſingr.

GEORGIVS Germanus, monachus, & Abbas Altaichenſis in Bauaria, ſcripſit Chronica Monaſterij ſui, quæ aſſeruantur ibid. m.s. Arnold Vuion.

GEORGII Gothardi. Orationes duę De bonorum operum, & Sacramentorū neceſſitate, aduerſus noſtræ tempeſtatis hæreticos. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium 1577.

Præterea de Cōfeſſione Tractatus primus, in quo præcipuæ quæſtiones, quæ in Scholis agitari ſolent, explicantur. Ingolſtadij 1579. Defenſio Eccleſiæ Catholicæ, aduerſus Iacobi Heerbrandi pſeudominiſtri Tubingenſis, & aliorum Sectariorum calumnias, qua Defenſione Eccleſia Catholica ab omnibus conuicijs, quibus aſpergitur, vindicatur. Denique M. Flaſchius contra Antonium Varnbuhlerum defenditur, & Lutherus falſus Vates, & impoſtor oſtenditur, Ingolſtadij 1586.

Eiuſdem Orationes, Diſputationes, & Præfationes aliquot vnà cum alijs exercitationibus, in quibus præcipuè Tubingēſes, ceteriq; hæretici (vt habet inſcriptio) leuitatis impudentiæ, & impietatis paſſim coarguuntur. Ingolſtadij apud Vuolfgangum Ederū 1587.

Eiuſdem de defenſione Eccleſiæ Catholicæ aduerſus eundē hæreticū Iacobum Heerbrandum, & reliquos aduerſarios Apologiæ pars 1. Ibidem apud eundem, eod. anno.

GEORGIVS Halloinus nobilis Gallus, Gallicè ſcripſit cōtra errores Martini Lutheri, quod neſcio an emiſerit. Iodocus autem Clichtoueus huius Operis meminit in libro de libero arbitrio contra Lutherum, & in Epiſtola ad Ludouicum Gillardum Epiſcopū.

GEORGIVS Hamartolus, qui alijs idem qui Georgius Syngelus Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus ab Mundi ortu vſque ad Imperium Cōſtantini filij Leonis Chronicon ſcripſit, idq; in Bauarica Bibl. m.s. extat. Quin & ſcripſit de Inuentione S. Crucis, cuius fragmentum inſeruit Græcè & Latinè Iacobus Gretſerus To. ſuo ſecundo de Cruce. Sanè Georgij Syngeli hiſtoriæ ab Adamo ad Alexium Comnenum extabat in Vaticana, & in Cæſarea Viennæ Auſtriæ Bibliothecis.

GEORGII Helin Parallela Confeſſionis Auguſtinianæ, & Auguſtanæ oppoſita Parallelis Io. eiuſdem Pappi Lutherani, cum duabus Epiſtolis Ioan. Piſtorij Nidani ad eundem Pappum. Friburgi Heluetiorum apud Abrahamum Gemperlinum an. 1591.

GEORGIVS Lautherius, Germanus Eingenſis Sueuus. De ſacrificio Miſſæ, ann. 1565. Eiſingr. Monachij an 1568. Eiuſdem Refutatio falſæ gratulationis Iacobi Andreæ hæretici, ꝙ concionatores, & Doctores Ducatus Bauariæ Lutheranam doctrinam receperint,

Ger-

Germanicè. Monachij an.1569.Conciones item tres: Prima, vbi quærenda ſit Beatitudo. Secunda, de ſalutari perceptione Sanctiſs. Sacramēti corporis, & ſanguinis Domini. Tertia, de vera pœnitentia. Monachij an.1572.

GEORGIVS Laderus, Doctor Germanus, edidit librum, quem ſcripſit aureum vellus Chriſtianæ Ciuitatis. De forma antiquiſſimæ Propheticæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ: qualis ea fuerit ante huius ſeculi diſſidia: Addita vtriuſque ſeculi Status Religionis comparatione, & commonefactione de veris remedijs tollendi diſſidia. Quam præcedit hiſtorica narratio remediorum ſine fructu hactenus adhibitorum. Germanicè. Ingolſtadij apud Ioan. Sart.1579.

GEORGIVS Lilius, ſcripſit Pontiff. & Cæſarum Romanorum breuitate Laconica ſeriem Chronicon item de Angliæ Regibus. Tabulam Britanniæ. Venetijs apud Michaelē Tramezinum, an.1548. quo & viuebat.

GEORGIVS Mayer Germanus, Deuotionale, quo pia exercitia; quotidie tum in Eccleſia, tum domi habenda. Tegernſeæ 1578.

GEORGIVS Mediolanenſis, Ord. Præd. ſcripſit Vitam B. Iacobi Sextij Mediolanenſis. Extat apud Leandrum, lib.1. De viris Illuſt. Ord. Præd. Vitas item aliorum quorundā virorum illuſtrium. Scripſit etiam Logicam. Viuebat an.1515.

GEORGII Metropolitæ Nicomediæ, Orationes Panegyricæ valdè elegantes.

GEORGIVS Rauennatinus Mediolanenſis, Ord. Præd. ſcripſit

De claris fratribus Ord. ſui, qui in Prouincia Romana claruerunt.

Alterum item librum ad hiſtoriæ modum, Cœnobij eiuſdem Ord. Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolanenſis quadripartitum.

Hiſtoriam item quadripartitam, in qua loquentes facit S. Dominicum, & Beatum Petrū Martyrem.

De vita cœnobitica. Librum inſcriptum. *Interlocutoria mæſta de nouis, & inauditis rerum mutationibus.*

Apologiam pro Bartholomæo Quarterio, qui impubes in eum ordinē ingreſſus fuerat.

Quæſtionem, an impubes ante annum quintumdecimum completum poſſit profiteri in Ord. Prædicatorum.

Hymnum de aſſumptione B. Virginis ad ſuperna.

Carmen ad eundem Bartholomæum, qui ab ordine defecerat, hortans vt ad eum redeat.

Extant hæc omnia m. s. Mediolani in Conuentu Gratiarum Ord. Præd.

GEORGIVS Molitoris, Germanus Norimbergenſis. Quatuor libros Sententiarum Lombardi expoſuit. De Paſſione Dominica Sermones ſcripſit. Viuebat, anno 1468. Elſingrenius.

GEORGIVS Methinenſis, De Paſſione Domini in Cæſarea Bibliotheca Viennæ Auſtriæ, m.s.

GEORGII Monachi Grçcum Chronicon in Scoriaco in Bibliotheca Philippi II. Catholici Regis.

GEORGIVS Nicolaſius edidit Centonē Panegyricum Marialem ſeu ſertum recens admirabile Auguſtiſſimæ Cœlorum Reginę centenis quinquagenis fragrantiſſimis floſculis illuſtrium titulorum compoſitum carmine Heroico. Friburgi apud Ioannēm Straſſer. an.1607.

GEORGIVS Pachymerius, ſcripſit Commētarium in Dionyſium Areopagitam. Claruit temporibus Michaelis Palæologi, à cuius Imperij tempore cœpit hiſtoriam texere. Quamobrem delenda eſt illa inſcriptio, quæ præfixa eſt eius Paraphraſi in eiuſdem Dionyſij Epiſtolas, qua dicitur Auctorem illud opus aggreſſum fuiſſe hortatu Athanaſij Patriarchæ Alexandrini tunc viuentis. Vide Appendicem ad Athanaſium 2. Tom. pag. 771. primæ editionis Romanæ.

Hic autem Pachymerius ſcripſit hiſtoriam, in qua res attingit Eccleſiaſticas, quædam vero capita excerpſit ex illa Interpres Nicephori Gregoræ, & ad calcem adiecit, vbi & libro octauo meminit Athanaſij cuiuſdam Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui tempopore Michaelis Palæologi florebat. De animo autem eius erga S.R.E. vide in verbo Pachymerius. Circumſpecte enim eſt legendus in quibuſdam.

GEORGIVS è Pera, quæ eſt è conſpectu Byzantij, Ord. Minorum Prouinciæ Sancti Angeli, edidit quaſdam Quæſtiones, vt inquit Henricus Vuillot, quæ cuiuſnam ſint argumenti, non ſcribit.



Digitized by Google

GEORGIVS Piſides Diaconus Conſtātinopolitanus, cuius meminit in hiſtoria Eccl. lib. 18. c. 48. Nicephorus, edidit Poëmation iambicis verſibus, De vanitate vitæ, quod è Græco Latinum eſt factum, hicque ille idem eſt, de quo vide ſupra in verbo, Georgius Diaconus.

Sed & in Tom. 8. Bibl. SS. PP. edit. 2. extant ſequenti inſcriptione: *Admirandi Gregorij Piſidæ, Opus ſex dierum, ſiue Mundi Opificium. Eiuſdem Poëmatum, de Vanitate vitæ; Federico Morellio, Regio Græcarum literarum profeſſore, Interprete.*

GEORGIVS Scherer, Germanus, Suuazenſis, in Comitatu Tyrolenſi Theologus Societatis Ieſu, plurima contra varios Hæreticos Germanica lingua (qua plurimum valet) diuerſis temporibus ſcripſit: quæ non ita pridem in duos digeſta Tomos ſimul publicauit.

### *In Primo autem Tomo hæc ſunt.*

1 Dialogus de Baptiſmi Ceremonijs.
2 Defenſio Feſti Corporis Chriſti contra Smidelinum.
3 Octodecim cauſſæ cur ad Lutheranam cænam non ſit accedendum, ſimul cum relatione de Maximiliano Bibero prædicante Lutherano, in agalmatio quodam ludicro, & ridiculo partem cænæ ſuæ aſſeruare, & inde cænaturis depromere ſolito.
4 Vtrum verum ſit Papam quondam Romanum fœminam fuiſſe, infantemque pepeperiſſe. Tranſlatus eſt liber iſte in linguam quoque Italicam, idque Commentum penitus exploſum.
5 Narratio, Quænam Patriarchæ Conſtantinopolitani Hieremiæ, omniumq; Græcorum ſit ſententia de omnibus Confeſſionis Auguſtanæ articulis.
6 Gloſſa & adnotationes in litteras Pſeudotheologorum Vuirtenbergenſium ad Patriarcham Conſtantinopolitanum.
7 Defenſio Gloſſæ, & notationum in Epiſtolam ad Patriarcham Conſtantinopolitanũ contra pſeudotheologos Vuitenbergenſes.
8 Apologia pro Societate Ieſu, aduerſus Lucā Oſiandrum, prædicantem Lutheranum.
9 Triumphus veritatis pro eadem Societate, contra eundem Oſiandrum.
10 Defenſio triumphi veritatis aduerſus Oſiandrum.
11 Contra duo ſcripta Alexandri Vrzingeri prædicantis Schmalcaldici; quæ contra Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Epiſcopum Herbipolenſem Iulium, ob reformationem Franconicam impudenter vulgauerat.
12 Queſtiones, & reſponſiones de tribus controuerſis articulis, nempe, De Sacramento Altaris. De Purgatorio & ſuffragijs pro Defunctis. De inuocatione Sanctorum.
13 Rhapſodia Luterana, ſeu Cento Lutheranus, quo oſtenditur, totum Lutheraniſmum ex varijs diuerſorum Hæreticorum peruerſis dogmatibus conſutum, & conſarcinatum eſſe.
14 Defenſio eiuſdem Libri aduerſus Iacobum Heerbrandum Lutheranum prædicantem.
15 Hiſtoria relatio de diſputatione habita inter Georgium Schererum, & Paulum Florenum Apoſtatam.

### *In Secundo autem Tomo continentur ſequentia.*

1 Nouem Conciones, quòd Pont. Rom. non ſit Antichriſtus, vt hæretici verè Antichriſti blaſphemant.
2 Scala Iacob.
3 Vigintinouem Conciones de Notis Eccleſiæ.
4 Concio de fabula de ſex mille capitibus infantilibus in piſcina quadam repertis, cũ diſputatione de Epiſtola de Cœlibatu; quam mentiuntur hæretici ſcriptam à Sancto Vldarico Auguſtano Epiſcopo.
5 Hiſtoria de Virgine quadam ab aliquot millibus dæmoniorum obſeſſa, & liberata cum admonitione, quid cuique hinc diſcendum ſit.
6 Concio Kalendis Maij habita, in qua de ſpirituali Maio diſſeritur.
7 Concio in ſuper Euangelium, de ſeptem panibus Marci.
8 Caſus conuerſionis à Lutheraniſmo vtriuſque dictionis Hauſeckenſis.
9 Breuis & Chriſtiana admonitio ad quaſdam præcipui nominis matronas, & virgines.

10 Quindecim Conciones contra Mahometum, eiuſque Alcoranum.
11 Cohortatio, ne belli Duces ſeſe Turcis ſubdant; ſed vt viriliter aduerſus illos pugnent.
12 Concio Caſtrenſis, omnibus belli Ducibus, totique exercitui, in Hungaria aduerſus Turcas militanti fructuoſa & vtilis.
13 Probatiſſima ars aduerſus bombardarum ictus; aduerſus vulnera, rapinas, incendia, neúe quis in bello ſuccumbat, aut in hoſtium poteſtatem deueniat, in tres Conciones diuiſa.
14 Concio gratulatoria ob recuperatum Iauarinum.
15 Concio in funere Illuſtris Domini Ioannis Preiners Baronis.
16 Concio in funere Reuerendi Patris Ioannis Abbatis Ordinis Sancti Benedicti Viennæ.
17 Concio in funere Sereniſſimi Principis Erneſti Archiducis Auſtriæ.
18 Oratio de heroicis factis & virtutibus, deque pio obitu perilluſtris Caroli Comitis Mansfeldenſis, tranſlata verò eſt hæc Oratio in Latinam linguam.
19 Catechiſmus prout in Templo Soc. Ieſu Viennæ ſingulis Dominicis à duobus per modum queſtionum & reſponſionum recitatur.

Præter hæc ſcripſit Conciones in omnia Euágelia Dominicalia, totius anni, quæ tertium Tomum conficiunt.

Paulò poſt prodibit To. Quartus complectens Conciones in omnia feſta totius anni. Et quidem duo primi Tomi Poſtillarum Germanici primò in Abbatia quadam Auſtriæ excuſi ſunt. Reliqua tum Viennæ Auſtriæ, tum Monachij in Bauaria, etiam an. 1605. apud Henricum Durch.

GEORGIVS Scholarius in Annunciationem Sanctiſſimæ Deiparæ Græcus Auctor in Regia Bibl. Regis Catholici in Scoriaco. Librum item de Pace. Et verò crediderim Georgium hunc fuiſſe eundem, qui poſtea dictus eſt Gennadius, qui & Patriarcha Conſtantinopolitanus. Vide in verbo, Gennadius Conſtantinopolitanus Patriarcha. Quin Monodia in dormitionem S. Marci Epheſini Epiſcopi, extabat Venetijs Græcè m.s. in Bibl. ad S. Antonium. Viennæ autem Auſtriæ in Bibl. Imp. liber de Proceſſione Spriritus ſancti ad Comnenum magnum Trapezunti Regem, Græcè m.s. cum altero eiuſdem argumenti. Si de Marco Epheſo ſchiſmatico hæc intelligeretur omnino eſſet expungendum.

GEORGIVS Saluus dictus, de *Eſclauonia*, Theologus, Gallicè ſcripſit librum prænotatum *Virgo ſacrata*, & editum Pariſijs apud Simonem Voſtrium.

GEORGIVS Steubius Germanus De Summo Pontifiee Romano Chriſti in terris Vicario B. Petri ſucceſſore, Dilingæ apud Io. Mayer 1589.

GEORGIVS Sturmius, Soc. Ieſu, è Biblicis prælectionibus Academiæ Herbipolitanę edidit relectiones, Pragæ in Boemia apud Georgium Fleiſchman.

GEORGIVS Theander, Scholæ Ingolſtadienſis Procancellarius, Orationem funebrem in exequijs Friderici Staphyli dignam lectu pro tanti viri nomine habuit, & edidit an. 1565. Ingolſtadij.

GEORGIVS Trapezuntius natione Græcus, vir eruditus, ſcripſit ad Sixtum IIII. Pótificem Maximum Commentariolum breuem ad verba Euangelij Ioannis, *Sic eum volo manere, donec veniam, &c.* In quo conatus eſt aſſerere B. Ioannem Euangeliſtam nondum eſſe mortuum. eius initium eſt, *Nuper dilectiſſime Pater, &c.* Claruit anno Dom. 1470. At bonus vir aliud diceret, ſi modo eſſet ſuperſtes. Vertit autem varia è Græco in Latinum, de quibus ſuis locis, ac præcipue in verbo, Baſilius.

GEORGIVS Vallius Placentinus, præter illa, quæ ſcripſit Philoſophica, vertit Athenagoræ librum de Reſurrectione, & Nemeſium de natura hominis, è Græca in Latinam linguam.

GEORGIVS Vallius, Germanus, ſcripſit librum pro defenſione bonorum operum: & confutationem reſponſionis Iuſti Ionæ, vnà cum aſſertione bonorum operum.

De vera item iuſtificatione.
De Eccleſia Sanctorum.
Præconium Euangelicæ Gratiæ. Moguntię apud Franciſcum Behem, an. 1534.
Commentariolum de arbore bona.
De Antichriſto.
De interceſſione Sanctorum.
De ieiunio.
De die mortis Dominicæ.
Orationem in laudem Hebraicæ linguæ.
Leges ſcholæ puerilis.
Syllabum, ſiue comprehenſionem locorũ ex vtroque Teſtamento.
Apophraſim de voluntate Chriſtiani hominis.
De Eccleſia Chriſtianorum contra Iuſtum



Digitized by Google

Ionam.

Expoſitionem ſeptem Pſalmorum Pœnitentialium.

De Euchariſtia iuxta ſenſum ſcripturæ, ac Sanctorum Patrum, Friburgi apud Ioānem Emmæum.

De bonorum operum ad iuſtitiam ſimul, ac ſalutem æternam neceſſitate libellum. Sanctorum Veteris Teſtamenti Vitas. Coloniæ apud Melchiorem Noueſianum an. 1535. & mox Moguntiæ apud Franciſcum Behem.

De raptu Epiſtolæ priuatæ, præfixa illi criminatione contra Ludouicum Syluium Heſſum.

Expoſtulationem cum hoſte Iona. Expoſitionem verbi c[illegible]dendi, & quot modis in ſacris literis accipiatur. Catechiſmum Eccleſiæ, Friburgi apud Ioannem Emmæum, & Moguntiæ apud Franciſcum Behem, an. Dom. 1535. Expoſitionem in Pſalmum 120. Dialogum de Concilio.

De oratione, ieiunio, & eleemoſyna libellum, Friburgi apud Ioannem Emmæum. De Pœnitentia, Confeſſione, & poteſtate clauium, libellos duos. Libellum de falſo Euangelio Martini Lutheri, & eius falſa Eccleſia, Friburgi per Ioannem Emmæum, ann. 1535. Conciones 30. Apologiam contra calumniatores, Friburgi apud eundem. Reſponſionē ad ſcripta Eckerlingi nomine edita. Libellum de vera iuſtificatione, Chriſtianorum vita, & ſyncero Dei verbo. Annotationes contra Biblia Vuittenbergenſium. De obdormitione Chriſtianorum, Friburgi apud Ioannem Emmæum, item Moguntiæ apud Franciſcum Behem. Precationes excuſas Moguntiæ apud Franciſcum Behem. Methodum Concordiæ Eccleſiaſticæ. Orationem de veris paſtoribus. Epiſtolarum lib. 4. Acta Iſlebienſia. De remiſſione peccatorum. Enarrationes Euangeliorum, & Epiſtolarum Dominicalium, Moguntiæ apud Franciſcum Behem, & Coloniæ apud Eucharium Ceruicornum. Enarrationes Canticorum B. Mariæ Virginis, & Zachariȩ ſacerdotis, ac Simeonis cum tribus Pſalmis Dauidis. Conqueſtionem de calamitoſo Chriſtianorum ſtatu. De Baptiſmo & Euchariſtia homilias duas. Reiectionem Lutheraniſmi. Orationem in veterem Adam. Martyrologium Chriſti. Reſponſionem ad articulos Lutheri in Concilio. Dialogorum lib. 3. de religionis diſſidio. Quæſtiones Catechiſticas excuſas Moguntiæ ad D. Victorem apud Franciſcum Behem. Typum Eccleſiæ prioris, Moguntiæ apud Iuonem Schoeffer, & deinde apud Franciſcum Behem anno 1540. Hagiologium, ſiue de Sāctis Eccleſiæ, Moguntiæ apud Franciſcum Behem, an. 1541. Catechiſticum examen. Moguntiæ apud Iuonem Schoeffer, ac deinde apud Franciſcum Behem. Pædagogiæ Chriſtianæ fragmentum ibidem apud Franciſcum Behem. Precationem ibidem. Catechiſmum, ibidem anno 1541. Odas Chriſtianas, ibidem. Propheticos Sermones 100. ibidem Onomaſticon Eccleſiæ, ibid. Idiomata linguæ ſanctæ veteris & noui Teſtamenti, Moguntiæ apud eundem. Icones Chriſtiani hominis, apud eūdem. Enarrationes in Haggæum prophetam, apud eundem, an. 1541. Eccleſiaſticas Demegorias, & Conciones Euangeliorum ac Epiſtolarum per totum annum apud eundem anno 1543. Ordinandorum examinationes apud eundem anno 1544. Tabulæ Cebetis expoſitionem, apud eundem anno 1545. Gratiarum actiones ob Dei beneficia, apud eundem. Quadrageſimale, apud eundem anno 1545. Scripſit etiam minutiora quædam, vt Theſſarodecachordion ſuper negationē pacificationis. Theſes de fide, & operibus. Item de pœnitentia. Poſitiones de Concilio. Epicedion & Epitaphium Georgij Ducis Saxoniæ. Viam pacis. Dialogum de Comitijs. Aduentum Cæſaris in Germaniam. Præfationes in quoſdam Scriptores Eccleſiaſticos, vtpote in D. Auguſtini librum De fide, & operibus. In eiuſdem librum De vita Chriſtiana, &c. Collegit ex Auguſtino de Ciuitate Dei, bona, ac mala, quibus humanum genus affligitur, quæ excuſa ſunt, Moguntiæ apud Franciſcum Behem an. 1542. Item Chriſtianorum aliquot Poetarum carmina Theologica apud eundem. Scripſit præterea Dialogum de nuptijs. Proloquia in hæreſes. Additiones Typi Eccleſiæ, & Hagiologij. Actuarium in Poſtillas de Tempore. Argumenta in omnes libros Iliados Homericæ. De polygamia, lib. 3. Orationem aduerſus calumnioſum accuſatorem in genere iudiciali. Annale priuati hominis. Anacephalæoſim concionum Eccleſiaſticarum. Orationem Hodæporicam. Dialogum de Eccleſiæ ſtatu. Formulas reformatorias. Compendium Grammatices. Diſticha in omnes totius anni Dominicas. Verſuum aliquot centurias. De igne Purgatorio. Eccleſiæ incommodorum rationes, & alia multa. Tranſtulit è lingua Latina in Germanicam. Concionem Baſilij Magni contra fœneratores, in Pſalm. 14. Concionem S. Ioan. Chryſoſtomi contra auaritiam, & alia contra vſuram. Dogmata Eccleſiaſtica ex Auguſtino, Moguntiæ apud Franciſcum Behem. S. Cypriani Sermonem de morte, cum exhortatione S. Ambroſij ad mortem, Moguntiæ excuſos apud Franciſcum Behem. De

Miſſa veteris Eccleſiæ ex Io. Chryſoſtomo, Moguntiæ apud eundem ann. 1541. De ritu baptizandi apud veteres libellum ex Bibliotheca Fuldenſi, excuſum apud eundem. Collectas Dominicales. Præconium Euangelicæ gratiæ per Chriſtum, Moguntiæ in 8. Idiomata quædam linguæ ſanctæ in ſcriptis veteris Teſtamenti obſeruata, ibidem anno 1542. Methodum ſtudij Theologici pariter, & concionalis officij, Coloniæ 1552. Compendioſiſſimam deſcriptionem belli Iudaici ex Flauij Ioſephi libris concinnatam, ibidem excuſam. De libero arbitrio hominis Chriſtiani, ibidem excuſum 1548. Epitomen Romanorum Pontificum à Petro vſque ad Paulum III. Pont. Max. De inſpectione, ſeu viſitatione Eccleſiarum, alijſque nonnullis, ad Epanorthoſin Eccleſiaſticam pertinentibus anno 1564. De Moribus veterum hæreticorum Pariſijs 1565. Reiectionem Lutheraniſmi, & admonitionem ad Catholicam fidem editam anno 1564. Enarrationes (& quidem eruditiſſimas) Euāgeliorum, & Epiſtolarum de tempore, & Sanctis per totum annum cum concionibus Quadrageſimalibus, Pariſijs 1565. Inſignium locorum vtriuſque Teſtamenti comprehenſionem. De abſoluta neceſſitate bonorum à fide operum auctam, & recognitam à Georgio Vicelio iuniore, Coloniæ apud Adolphum Roſtium 1575. edidit item Parallela, id eſt affinia ex ſacris, & gentilium libris. Claruit anno Domini 1550. & ſeqq.

Georgivs Venetus libellum, ſcripſit De Martyribus Marcellino, & Petro, Meminit Einhardus, lib. 4. c. 10. à quo acceptas reliquias in monaſterio S. Saluij, cuius Rector erat, religioſiſſimè collocauit.

Georgii Zigabeni explicatio in Pſalterium. Extat Conſtantinopoli Græca, vt videbis ad calcem huius Apparatus.

Gerardvs non vno modo ſcribitur, nam & *Gerhardus* & *Girardus* dicitur quod nomen eſt Germanicæ originis, forſan ab *Erhardo,* quo nomine deſignatur *vir boni nominis,* & *virtuti addictus,* vt Græcè dicitur *Eudoxus, Euphemus, Euariſtus.* Nos *Gerardum* cōmuniore more ſcribemus.

Gerardvs Abbas Bronij, vir Sanctus, is eſt, cuius vitam Monachus Bronienſis Monaſterij Congregationis Cluniacenſis an. 960. ſcripſit ad Guntherum Abbatem eiuſdem Monaſterij, quod ſitum eſt in Tractu Namurcēſi propè Belgium. Extat apud Surium die 3. Octobris.

Gerardvs Bergomenſis, Auguſtiniani Ord. cum Theologiam Pariſijs fuiſſet profeſſus à Clemente VI. creatus Epiſcopus Sauonenſis, populo ſuo peſte laboranti, magis prodeſſe quam præeſſe ſtudens, & cœnobium D. Auguſtini Sauonæ, quod extra Vrbem erat, ſuis ſumptibus intra Vrbem reducens, ſcripſit in ſextum Decretalium, li. 1. In libros Sent. lib. 4. In Canticum Canticorum, lib. 1. In Epiſt. ad Hebræos. Concordantias Epiſtolarum Pauli cum Salomone. Concordantias Noui cum Vetere Teſtamento. Quodlibeta duo, lib. 1.

Gerardvs Bononiēſis, Carmelita, Generalis Prior totius Ord. ſui vndecimus, ſcripſit in lib. quatuor Mag. Sent. Quodlibeta item varia, & multa lib. 1. Quæſtiones quoque, li. 1. Sermones varios, lib. 2. Summam Theologiæ notabilem incæpit, quam morte præuētus finire non potuit. Obijt Auenione an. 1317. Generalatus ſui ann. 21. Hæc fermè Tritemius. At Petrus Lucius Carmelita, inquit ſe vidiſſe opus Quodlibeticum antiquo charactere in membranis exaratum, cuius initium eſt. *Quærebantur quædam.* Poſtrema verò eiuſdem Operis verba: *De circunſtantia temporis, & de circunſtantia loci.*

Gerardvs Blancus, è villa Gainaci, Diœceſeos Parmenſis, Cardinalis, Sermones ad Populum habitos reliquit. Vixit an. 1278. Eiſingr.

Gerardvs è Brianſone Theologus, Ord. Minorum, ſcripſit in lib. 4. Mag. Senten. In ſeptem Pſalmos Pœnitentiales. In Dionyſium Areopagitam de Angelica Hierarchia. Henric.

Gerardvs Buſdragus Lucenſis, & Epiſcopus Argolicenſis Lecturam ſuper Canone, de Conſecratione diſt. 3. De aqua benedicta.

Gerardi neſcio cuius Cartuſiani Tractatum de Oratione crebrò Martinus Doctor Nauarrus in Enchiridio de horis Canonicis citat.

Gerardvs Caſtrius, ſiue de Caſtris, Ord. Carmelitarum, de paſſione Dominica, & Sermones de Sanctis habitos plures ſcripſit. Floruit an. 1424. Eiſingr. Viuebat an. vt quibuſdam placet, 1470. at Eiſingr. 1424.

Gerardvs Colonienſis, Ordin. Præd. librum prænotatum, Medullam, ſiue potius, *Medelam* animæ. Alterum de recreatione animæ. Claruit Circa ann. 1314. PP. monſtr. Ordin.

Alter item eiuſdem nominis,& Patriæ Sermones de Temp.& de Sanctis, qui viuebat an.1355.ac *Gerardus de S.Laurentio* dicebatur.

GERARDVS è Cuſſaco Gallus,& Agenni in Aquitania, Carmelitani Ord. ſcripſit ad Bernardum S.Ciriaci Card.ſexaginta Sermones ad Clerum: ſexaginta verò, & quatuor ad Populnm. Viuebat an.1346.

GERARDVS Dauentrienſis ob ſanctitatem, appellatus *Magnus*, diœceſeos Traiectenſis Theologus,& Canonici Iuris peritus, ſcripſit

De contractibus,& vſuris,lib.1.
De regimine monialium,lib.1.
De inſtitutione nouitiorum,lib.1.
De incommoditatibus matrimonij,lib.1.
De conuerſatione interna,lib.1.
Epiſtolarum ad diuerſos,lib.1.
De locatione curæ Paſtoralis. Incipit autem, *Quæritur an quis poßit?*
Sermones Varios. Viuebat an.1384. Trit.

GERARDVS Domarus Lemouicẽſis Gallus, Clem. VI.Papæ ſororis filius, Ord.Præd. decimus ſeptimus Ord.ſui Generalis Mag. Card. Conc. doctè compoſitas reliquit. Viuebat an.1342.

GERARDVS Elten Germanus, ſcripſit Quæſtiones Sententiarum, lib.1. Quæſtiones diſputatas,lib.1.Sermones & Collationes, lib.1. Varia quoque Philoſophica, & alia pleraque ait Tritemius,cui viuebat Gerardus iſte an. 1475.

GERARDVS Frachetus Lemouicenſis, quæ Ciuitas eſt in Gallia, Ord.Præd.iuſſu, Huberti Ord.ſui Generalis Magiſtri, Vitas Patrum eiuſdem Ordinis collegit: ex quo pleradue in ſuum chronicon ſe inſeruiſſe teſtatur Antonius Senenſis Luſitanus, qui librum illum & Neapoli,& alibi perlegerat. Vixit ann.1260.nam & in manibus B. Iordanis Magiſtri Gen. Profeſſionem emiſit.

GERARDI Habbij, compendium Theologiæ communis, & viſitatæ: id autem Dialogi forma conſcriptum non paucas ſoluit quæſtiones, ac dubia. Editum eſt coloniæ anno 1573.

Eiuſdem Euangelia cum Epiſtolis, quæ diebus tum Dominicis, tum feſtis,& alijs, ſiue funebribus, ſiue pro alijs neceſſitatibus ſummatim diſtincta, & breuibus hypotheſibus illuſtrata. Apud Petrum Horſt,an.1575.

GERARDVS Haucinus,Ord.Præd.in Mag.Sent. Viuebat an.1312.

GERARDVS Hutingius Dotinchemenſis, Gymnaſij Montani; quod ſitum eſt Coloniæ Agrippinæ, Profeſſor, ſcripſit Vitas quatuor Euangeliſtarum. Parabolas & miracula è Patribus & alijs Patribus, Orationẽ Baſilij Magni aduerſus ebrioſos carmine Elegiaco Græco. Synopſim vtriuſque Teſtamenti: Quærimoniam Eccleſiæ ad chriſtum pro liberatione à malis.

GERARDVS Ianſenius, Tractatus decem edidit de Eccleſiæ veritate, atque auctoritate. Coloniæ apud Maternum Cholinum 1576.

GERARDVS Leodienſis, Ord. Præd. librum de Doctrina cordis. Incipit, *Præparate corda veſtra Domino.* Quo libro cum ſeptem diſpoſitiones proponat faciendas circa cor, diſſerit perutiliter. Scripſit item duos alios libros: alterum Sermonum de Tempore: alterum Serm. de Sanctis. Floruit Auctori ſupplementi Chronicorum, an.1313.alijs autem anno 1270.

GERARDVS Lorichius Hamalarius, Germanus, edidit Theſes profeſſionis Catholicæ: vnà cum indicio hæreſum, ſchiſmatum, aliorumque errorum à Catholicis fugiendorum ad priſtinum S.R.E.ſtatum ſartum, tectumq; retinendum. Qui liber prodijt an.1541. in Germania.

Alterum de S. Sacrificio Miſſæ propagando, qui antea, hoc eſt anno Do. 1536. euulgatus eſt.

Monoteſſaron Paſſionis Chriſti Domini, quo & hiſtorica veritas, & catholicæ religionis ſynceritas ex Patrum catholicorum ſententia declaratur, excuſum Pariſijs anno 1548.

Compendium Textus, & Gloſſematum in omnes noui Teſtamenti libros Coloniæ anno 1541.

GERARDVS Magnus. Vide in verbo, Gerardus Dauentrienſis.

GERARDVS Matthiſius Geldrienſis Montano apud Colonienſes Gymnaſio annos aliquot cum imperio præfuit. Poſt, nobiliſſimo primariæ ædis Collegio vt Presbyter, Doctorq; Theologus, adſcriptus, præter *Conciones Sacras in D.Pauli ad Rom.Epiſt.Commentariũ* edidit. Sed vt fuit æui breuis, reliquit præclarè inchoata multa, perfecta non planè. Humo conditus eſt in Odeio Sodalium Dominicanorum 1574. Hæc Myræus.



Digitized by Google

GERARDVS Mindenſis,Ord.Præd.Commentaria in Eccleſiaſten,præter illa,quę in in Metaphyſicen Ariſtotelis.PP.Monaſt.Ord. Viuebat circa annum 1314.

GERARDVS Monachus.S.Quintini,quod eſt in Morinis Gallorum Præſidium ad flumen Somam. De tranſlatione reliquiarum S. Crucis, & Coronæ Dominicæ Conſtantinopoli Pariſios,quas Ludouicus Rex Galliæ ab Imp.Conſtantinopoleos fuerat conſecutus.De miraculis item B.Elizabthæ Thuringiæ Lantgrauiæ poſt mortem.Denique Antiphonis,& Reſponſorijs in die eidem ſacro canendis: in quibus Hymnos adiecit Petrus Canonicus S. Autberti Cameracenſis, qui compoſuit etiam *Cantica*, quæ vulgo *Conductus* vocant.Ceterum ipſe Gerardus viuebat an.1270.Henr.de Gandauo.

GERARDVS de Monte Profeſſor Coloniæ, De Concordia S. Thomæ Aquinatis, & venerabilis Alberti in multis,in quibus dicuntur diſſidere. Viuebat an.1540.Eiſingr.Et alij eum obijſſe an.1480.ſcribunt.

Hic auté vir ille fuit(vt ex fine Libri de Ente, & Eſſentia colligitur) à quo inprimis nomen aſſecutum & Gymnaſium Colonienſe,quod appellatum eſt Burſa Montis.Pręterea verò ſcripſit Apologiam contra quendam,qui D.Thom.atque Alberti Concordiam oppugnabat.Expoſitionem item contextus Ariſt.De Cœlo,& mundo.De generat.& corrupt.Meteororum,& Paruorum naturalium.Obijt an.1480.quidquid Eiſingr.ſcripſerit eum vixiſſe an 1540.ſed mendum putò irrepſiſſe in numerum.

GERARDVS Moringus,Belga,monachus S.Trudonis,Congreg.Cluniacenſis,qui floruit poſt an.1100.cui Theodoricus Abbas dicaſſe videtur librũ de Vita S. Trudonis,ſcripſit Vitam S.Trudonis,excuſus eſt autem liber Louanij an.1540.Arnold.Vvion.

GERARDVS alter Moringus,Theologus,an.1533.edidit Commentaria in Eccleſiaſtẽ, partim paraphraſticè, partim fuſiore explanatione in quibus ab allegorijs abſtinens, in literali ſenſu potiſſimum hæſit.Incipit, *Cauſa, qua auctorem ad Opus hoc,&c.*

GERARDVS à Nazaret,Galilæus,primum apud Nazareth, deinde in Montana Nigra prope Antiochiam Eremita,Epiſcopus deinde Laodicænus,Gręcè,& Latinè doctus,ſcripſit ad Gulielmum presbyterum, De conuerſatione ſeruorum Dei,librum. Vitam quoque Abbatis Heliæ,altero libro. De vna Magdalena contra Græcos, alium. Ad ancillas Dei in Bethania,alium.Viuebat an.1140.

GERARDVS Odonis Rutenenſis è Caſtro Rodulphi,Gallus,Ord.Min.decimusoctauus Magiſter Generalis,Pariſijs renunciatus an.1329.Io.XXII.Pont.Max.deinde Patriarcha Antiochenus,& Eccleſiæ Catanenſis in Sicilia perpetuus adminiſtrator à Clem.VI. Doctor Moralis appellatus,reliquit in quatuor lib. Sent.Commentarios. Ser. de Temp. Serm. de Sanctis. Figuras Bibliorum.Quæſtiones varias in Logica; & Commentarios in decẽ libros Ethicorũ, qui excuſi ſunt Venetijs an.1500.Officium item de Stigmatibus S. Frãciſci compoſuit.Qui & in varios Bibliorum libros fertur ſcripſiſſe. Sanè citatur à Petro Tartareto in lib.2.Sent.diſt.3.q.4.

GERARDVS Riedesfordienſis,De expeditione Aſiatica ſub Friderico primo & ſecũdo ſuſcepta à militibus Templi.Extabat Viennæ Auſtriæ in Cæſarea Bibl.

GERARDVS Rudolphus Grauienſis,De Epiſtolis Canonicis,Formatis,Pacificis,Cõmendatitijs,Dimiſſorijs,in Eccleſia primitiua à SS.Patribus è Generalium Cõciliorum Decretis in Nicœna Synodo excogitatis Col.1582.

GERARDVS Sagredo, Patricius Venetus,è monacho,& Abbate S.Gregorij Maioris, quod cœnobium eſt Venetijs Ord.S.Benedicti,Epiſcopus Canadienſis primus,& Hungarorum Apoſtolus, ac Protomartyr fuit, cuius Vitam ex antiquis m.s.atque adeo excuſis codicibus collectam,& annotationibus illuſtratam, Arnoldus Vvion emiſit in lucem apud Io.Baptiſtam,& Io.Bernardum Seſſam fratres, Venetijs ann.1597.floruit circa anno 1007. Eius vero corpus ex Hungaria Venetias tranſlatum in proxima Inſula Murani eſt ſepultum.

GERARDVS Saonenſis Epiſcopus. Vide in verbo,Gerardus Bergomenſis.

GERARDVS Senenſis,Ord.D.Auguſtini Theologus I.V.C. ſcripſit in primum Sent. De contractibus & vſura. De præſcriptionibus. Viuebat an.1345.Tritme. Extat verò De principio indiuiduationis, & de potentia ſubiectiua Theologiæ m.s.apud Eremitanos, Patauij.

Atqui Ioſeph Pamphilus hæc de illo, quæ ſubijcio, habet multa fuſiora. Nimirum: *Gerardus de Senis Auguſtinianus Aegidij Romani imitator præcipuus,vir in Scripturis Sanctis non mediocriter doctus,& in vtroq; iure longa exercitatione peritus,cuius eruditionem Ioannis Andreas Bononienſis, cõtemperaneus,ſæpe commendat: ſcripſit nonnulla præclara Opuſcula,quibus memoriam nominis ſui ad paſtores transmiſit. E quibus iſta feruntur:*

*Lectura in Primum Sententiarum, lib. vno.*
*Lectura in Secundum Sententiarum, lib. vno.*
*Lectura in Quartum Sententiarum, lib. vno.*
*De Contractibus, & Vſura, lib. vno.*
*De Montibus Florentinorum, lib. 1. De Reſtitut. lib. 1.*
*Quæſtiones ad Epiſcopos generaliter pertinentes, lib. 1. Ad Epiſcopum Senenſem.*
*De Præſcriptionibus, lib. 1.*
*De Vſucapionibus, lib. 1.*
*Clementinā de hæreticis, De Begardorum erroribus. In Quæſtionibus ad Epiſcopum Senenſem duo inter alia pertractat, ſcilicet, vtrum bona pauperum ſoli Epiſcopo diœceſano liceat diſpenſare in quocunque caſu. Et vtrum in imminente periculo ciuitatu, liceat Epiſcopo dicta bona ſic diſpenſare quòd conuertat in eius ſubſidium, ſi dicta bona requiruntur à Rectore Ciuitatis. Hæ queſtiones extant Mediolani in Bibliotheca noſtra S. Mariæ Coronatæ, cum multis alijs huius Auctoris libris, & Tractatibus. Moritur Senis Bacealaureus, & mortuus ob eius ſingularem ſcientiam fuit ſolemniter Laureatus. Opuſculis de Vſuris, cæteriſq; Contractibus, Diuus Bernardinus Conterraneus eius, in Tractatu Reſtitutionum plurimum eſt vſus.* Hæc Ioſephus Pamphilus.

GERARDVS Siletus, Ordin. Præd. Summam de Aſtris compoſuit. Ant. Senenſis, Luſitanus.

GERARDVS Stredamus Germanus, Cartuſianus, Prior domus Apoſtolorum propè Strodium, ſcripſit ab Abbatem S. Hadriani de Giraldi morte.

De decem præceptis, lib. 1. De cura paſtorali, lib. 1.
Speculum Religioſorum, lib. 1. De ſeptem Sacramentis, lib. 1.
Dialogum de vitijs, lib. 1. Dialogum de virtutibus, lib. 1.
Sermones de Sanctis, lib. 1. Serm. de Temp. lib. 1. Viuebat an. 1443.

GERARDVS Veluyk. Vide hic infra.

GERARDVS Vuilichius Treuerenſis, Ord. Præd. reliquit Sermo. de Tempore, ac de Sanctis per totum annum, & librum prænotatum Paſſionale nouum de Sanctis. Floruit an. 1314. & forſan ille ipſe eſt, qui ab alijs ſcribitur Gerardus Veluykius. De itinere Deſerti, ſiue de Iudaicis diſciplinis, & earum vanitate, excuſus Venetijs apud Bombergum an. 1539.

GERARDVS Verauſt, Belga, Ord. Min. Prouinciæ Flandriæ, Gandaui, & Dunquerkæ aliquando Guardianus, compoſuit libellum de præſtantibus Noui Teſtamenti Donis, Louanij anno 1593. Ex officina Ioan. Maſij, & de die Paraſceues, ac Reſurrectionis Conciones tres. Antuerpiæ apud Io. Keerbergium, ann. 1594. obijt Furnis Oppido Belgij an. 1596.

GERARDVS Voſſius Eburo, Theologus, qui Romæ diu vixit. Greg. IX. Pont. Max. geſta quædā inſignia, & S. Ephrem Syri Opera Latinitate donata, & Romæ Scholijs illuſtrata, edidit. Vide in verbo, Ephrem, & in verbo, Greg. IX.

GERARDVS Zutphanienſis, qui Coloniæ Agrippinæ Theologiam olim publicè profitebatur, reliquit Queſtiones Sententiarum (vt præfert inſcriptio) Notabiles. Alias item, prænotatas, Quodlibetarias, quibus pleraque enodauit. Viuebat an. 1400. Trit. At ſcio quoſdam meminiſſe alterius Gerardi Zutphanienſis, cui aſcribuntur libri De reformatione interiori, ſeu virium animæ: de Aſcenſione ſpirituali: Sermonum item vnus. Sed cum audiam eum editum fuiſſe vna cum Anonymo quodam De beneficijs Ieſu Chriſti, nec vero locus, vbi excuſus ſit, indicetur, dubito quin aliquid cauendum lateat.

GERBERTVS, qui in Gallia anno 995. fuit condemnatus in Synodo Moſoni habita, & deiectus ex Epiſcpatu Rhemenſi, quem malis artibus per fraudem inuaſerat, quæ ſcripſerit, & quamnam Orationem habuerit in eadem Synodo, vide in verbo, Moſoni Synodus habita. Hæreticorum autem noſtri temporis aſtus, & impoſtura fuit, qui Gerberti hiſtoriam ſcribētes, quòd ad Galliarum Epiſcopos prouocauerit aduerſus ſibi aduerſantem, & per Leonem Legatum vrgentem Apoſtolicam Sedem, alto tamen ſilentio texerunt, quæ contra ipſum obiecta fuerunt, quæ vide in 10. Tom. Baron. Cardin. ſub eundem an. Vide item in verbo, *Rhemenſis Synodus*, ſub eundem ann. 995. Sanè vero Rhemenſem pſeudoſynodum cogi curauerat, & ſe in Arnolphi Archiepiſcopi ſuperſtitis locum ſuffici, qui item poſt Hincmarum, ſcripſit virulenta aduerſus Decretales Pontificum Epiſtolas, quæ quidem Baronius Cardinal. confutat Tom. decimo ſub ann. 992. pagin. 885. primæ Roman. editionis. At poſtea Rauennas Arciepiſcopus creatus eſt, vt dubitandum non ſit, quin palinodiam recantauerit, cum ab Othone Imp. ad quem



Digitized by Google

confugerat, propoſitus ſiue commendatus fuit Gregorio Pont. Max. qui Ioan. XV. ſucceſsit. Vide Aimonium lib.4.cap.45. Denique creatus Pont. Max. & appellatus Silueſter II. optimè geſsit Pontificatum Vide in verbo *Gilbertus Epiſcopus.*

GERINVS quidam Ord. D. Benedicti Anglus, & Glaſcouienſis Monaſterij monachus, fertur librum de lege Diuina reliquiſſe poſteris.

GERMANVS Brixius Antiſiodorenſis, Canonicus Pariſienſis, vir vtraque lingua doctus, & in Theologia piè eruditus, ſcripſit in Epiſt. Pauli ad Rom. luculentiſsimas (inquit Sixtus Senenſis) & doctas Homilias num. 8. Sanè verò D. Ioan. Chryſoſtomi libros ſex De dignitate, & onere Sacerdotij, Marpurgi an.1537. apud Ceruicornum. Homilias octo priores in Epiſt. Pauli ad Rom. Pariſijs; in Babylam martyrem. Tractatum de comparatione Regis, & Monachi Antuerpiæ apud Ioan. Bellerum excuſos Latinè reddidit. Epiſtolas item quatuor gratulatorias. Pariſijs apud VVechelum, præter alia quædã tum ſoluta oratione, tum metro. Inter quæ extant Elegia in obitũ Franciſci Deolini, & Epigrammata in obitum Franciſci Valeſij Francorum Regis an.1537. ibidem edita. Viuebat eodem tempore.

GERMANI Conſtantinopolitani Epiſcopi aduerſus eos, qui aſſerunt Dæmones, & impios poſt multa ſæcula veniam conſecuturos, Photius in Græca Bibliotheca meminit. Sed & extare audio Sermonem Græcum ſiue huius, ſiue cognominis, & quidem Conſtantinopolitani Archiepiſcopi De terminis vitæ. Præterea Σημειώματα. *Animaduerſionem* contra Ioannem Metropolitem Naupacti. Quædam itẽ de manſionibus Patriarchicis in magno Canonum volumine Ioan. Zonare. Encomium Beatiſs. Virg. Deiparæ in Biblioth. Regia Gallica. Commentaria in aliquot Dauidicos Pſalmos, incerto interprete qui extabant apud VVolffgangum Lazium Medicum Viennenſem. Homilias de Sanctiſs. Virg. Maria m.s. Græcè in Bibl. Imp. Viennæ. Neque verò ſilendum eſt alios Germanos fuiſſe, qui item Conſtantinopolitanam Eccleſiam adminiſtrarunt. Antiquum illum quidem, cuius in ſeptima Synodo grauiſsima eſt teſtificatio, quique cum Gregorio II. Pont. Max. Iconomachis ſtrenuè cum ſe oppoſuiſſet, deturbatus eſt denique de ſede ob veritatis defenſionem à Leone Iſauro. Sed & alium Germanum, qui Ioan. Duca Imperante vixit, & cuius Gregoras meminit lib.3. cap.1. cui ſucceſsit Arſenius monachus. Ex hoc autem Germano, cuius plures Homiliæ extant, quemadmodum in Indice Catalogorum ad finem Apparatus Sacri cernere licet, quatuor Orationes Græcolatinas inſeruit Iacobus Gretzerus 2. Tom. de Cruce, quartam quidem in primam ieiuniorum Dominicam, & in imaginum reſtitutionem. Cum autem quæ de veneranda Cruce, ac de nonnullis alijs præclarè Germanus hic diſſeruerit, tamen aſpera in Epilogo effutit aduerſus Venetos & alios Italos, & Francos, qui & grauiſsima bella geſſere cum Græcis, & his Sedem ademerunt Imperij. Vide eiuſdem Gretzeri Notam in Orationem Germani Patriarchæ pag.175. Notam autem ipſam pag.591.

GERMANVS ſine cognomento Ord. Min. ſcripſit Centurias inſignium mendaciorũ Lutheranorum. Item Conciones ſex; quarum prima eſt de Matrimonio. Secunda de vita Monaſtica. Tertia de vitijs vtriuſque vitæ. Quarta de Oratione Dominica. Quinta de diſcrimine veteris & nouæ fidei. Sexta de ſumma præcipuorum fidei capitum.

GERMANI item Encomium Beatiſs. Virginis. Encomium m.s. extat in Cæſarea Bibliotheca Viennæ Auſtriæ.

GERMANVS, Confeſſor, ex Cicicenſi Epiſcopo, & Patriarcha Conſtantinopolitanus. De rerum Eccleſiaſticarum Theoria. Extat in Tom.6. Bibl. SS. PP. Eiuſdem autem nomine editus eſt Commentariolus ad Orationem Dominicam, qui eſt inſertus eiſdem SS. PP. Bibl. Tom.1. quem Commentariolum habes ad verbum in ipſa, quam diximus, rerum Eccleſiaſticarum Theoria, ſiue myſtica contemplatione. Vixit circa annum 700. quo & S. Ioan. Damaſcenus. Atqui ſiue eiuſdem, ſiue alterius Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani De proceſsione Spiritus ſancti: ac liber de infermentato pane, & de Purgatorio igne, & de tribus modis adminiſtrandi Baptiſmi, habentur ad manus.

GERMANVS Monachus Richenbacenſis, Ord. S. Benedicti, Congreg. nouæ Burſfeldenſis, vir doctus, & in Mathematicis diſciplinis apprimè verſatus, Ptolemæi tabulas Coſmographicas, quæ iamdiu interierant non ſolum repperit, verum etiam ita ſcitè inſtaurauit, vt noui Operis potius auctor, quàm inſtaurator fuerit habitus, ſcripſit igitur In Coſmographiam Ptolemæi, libros ſeptem, quos Paulo II. Pont. Max. dicauit. Incipiunt, *Non me fugit Beatiſsimè Pater.* De locis mirandis, lib.1. *Quoniam, vt ait Auguſtinus.* Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1. Viuebat an.1470.

S. GERMANVS Pariſienſis Epiſcopus is eſt, cuius hiſtoriam miraculorum, &

tranſlationis Monachi duo Monaſterij S. Germani Pariſijs, Congregationis Floriacenſis iuſſu Caroli Calui Imperatori ſingulis Opuſculis conſcripſere: quam & Ebroinus Pictauienſis Epiſcopus approbauit.

GERMANVS Vecchius Vtinenſis, monachus Camaldulenſis, ſcripſit carmine Etruſco in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, atque edidit libellum prænotatum *Lachrymæ Pœnitentiales*. Hiſtoriam item Foroiulienſium; quam m.s. vidi; editionem autẽ mors prohibuit.

GERTRVDA Abbatiſſa, natione Germana, nobilibus orta natalibus, cuius Pater Hakebornenſis Dominus, à prima ætate vitam elegit monaſticam in Cœnobio Rodaldesdorffienſi, Ord. S. Benedicti, Congreg. Hirſaugienſis reformatæ Cluniaci. In eo autem Abbatiſſa, an.1251. creata, ſequente anno ad monaſterium Helffræ (quo monaſterium Rodaldeſdorffenſe tranſlatum eſt) vbi ſoror eius Mectildis erat ſanctimonialis, transmigrans, eximiæ ſanctitatis perfectione cum Deo familiariter coniuncta, compoſuit quos habemus ipſius libros, qui è Germanico Latini facti à Ioanne Lanſpergio Cartuſiano, vnà cum eiuſdem Gertrudis exercitijs ſpiritualibus, Louanij prodierunt. Primus eſt. De vita S. Gertrudis, ſiue inſinuationum Diuinæ pietatis, libri quinque, qui deinceps Italicè ſunt verſi à Vincentio Bondio, & Venetijs apud Iolitos excuſi an.1588. Obijt an. Dom.1290.

GERVASIVS Ciceſtrenſis, vir ſacerdos in Anglia, ſcripſit in Pſalmos Dauidis, & in Malachiam Commentaria. Homilias quoque non paucas, & librum de inſtructione Sacerdotalis Ordinis. Viuebat an.1160.

GERVASIVS Ricobaldus, Italus, Ferrarienſis, vitas Rom. Pontificum à S. Petro ad annum Chriſti 1300. deduxit, quo viuebat. Raphaël Volaterr.

GERVASIVS Tornacenſis, Canonicus Sueſſionenſis. De diuina quatuor energumenorum liberatione, quæ contigit apud Sueſſiones, an.1582. in qua ſacroſanctæ Euchariſtiæ veritas, & virtus eluxit: excuſus autem apud Gulielmum Calderium an.Dom.1583. Pariſijs.

GERVASIVS Tilgerienſis (alijs Tibelenſis) Henrici II. Anglorũ Regis nepos, ſcripſit Hiſtoriam Terræ ſanctæ, lib.1. De mirabilibus Orbis alterum. Chronicorum tres inſcriptos, De ocijs Imperialibus, De origine Burgundionum librum, Illuſtrationes Galfridi Monumetenſis. Viuebat an.1210.

GERVNDENSE Concilium an. Dom. 517. Hormiſda autem Papa iam quarto anno Pontificatum Summum regente, atque adeo mandante, vt Concilium illud haberetur. Præfuit Ioannes Tarraconenſis Epiſcopus, ad quẽ ſcripſit Hormiſda. Extant huius Concilij Canones decem in Tom. Concil. Notat autem Garſias Loayſa in Collectione Conciliorum Hiſpanorum, hoc fuiſſe duntaxat ſeptem Epiſcoporum, & quidem habitum Era 555. anno ſeptimo Theorici Regis, ſexto Idus Iunias. Gerundam autem Hiſpaniæ citerioris eſſe nobile oppidum Cataloniæ, de quo Ptolemæus lib.2. cap.6. Plinius lib.3. cap.3. Ioannem autem, cuius initio fit mentio in eodem Concilio eum eſſe, ad quem quem extat Epiſtola Hormiſdæ Papæ in Collectione Decretalium Epiſtolarum ab eodem Loayſa euulgata.

GERVNDENSIS Epiſcopi de origine rerum Hiſpanicarum liber m.s. extabat in Bibliotheca Vincentij Pinelli, quæ poſt eius mortem Patauio tranſuecta eſt Neapolim.

GESTA collationis Carthagine habitæ Honorij Cæſaris iuſſu inter Catholicos, & Donatiſtas coram Marcellino V. C. Trib. & Not. P. C. Varanis V. C. Opus non ſolum Theologis, ſed etiam Iuriſconſultis perutile. Papyrij Maſſonis ſtudio primò emiſſum eſt cum m.s. codice Pithæi collatum.

## G I

GILBERTVS Anglus, Monachus, & Abbas in Anglia, ſtylo & ſpiritu vſque adeo Bernardo ſimilis, vt eodem viſus ſit ore, ac lingua eloqui, ſcripſit in tria Cantici Canticorum capita, octo ſuauiſsimos, & elegantiſsimos Sermones, incipiens vbi S. Bernardus morte præuentus finierat, hoc eſt ab eo loco tertij capitis: *In lectulo meo quæſiui per noctes*, vſque ad locum illum quinti capitis. *Dilectus meus candidus, & rubicundus*, ad quem cum perueniſſet obijt an.1200.

GILBERTVS Crab Scotus, De integritate B. Mariæ ſemper Virginis. Viuebat anno 1522. Eiſingrenius.

GILBERTVS Gallus, Theologus, Orator, & Poëta, qui linguam Italicam optimè nouit; ex eadem in Gallicam vertit Dialogum de ſolatio curſus naturalis humani, quo

agitur

agitur de fide Chriſtiana contra Iudæos. Lugduni editus eſt an. 1558. apud Ioannem Dogerollum. Alterum item de humilitate Tractatum vertit, ibidem excuſum. Viuebat noſtra ætate.

Gilbertvs Filholius, vir multiplici rerum ſcientia præditus, Abbas Nealphæ veteris in Gallia; cuius cœnobio quinquaginta quatuor annos religioſè præfuit ſcripſit hac ætate ſacram Regum Hiſtoriam, heroico carmine duodecim libris expreſſam, quam cum eiuſdem Auctoris Notis, & Chronologia, AEgydius Gorbinus Pariſijs emiſit, an. 1587. Scripſit item Orationes plures Latinè habitas, & Epiſtolas nonnullas, verſibus item Latinis Eccleſiaſten, filium Dauidis, Acta Apoſtolorum, ac Pſalmos, reddidit. Præterea feſta ſolemnia totius anni, Bucolica, Odas, Elegias, Epigrammata, Satyras, & duodecim libros Irinicon. Hæc autem omnia hæredes aſſeruare profeſſi ſunt, & propediem ſe emiſſuros in lucem.

Cæterum, quod ad ſacram Regum hiſtoriam pertinet, in qua nouum dicendi genus vſurpauit, aliqua ſunt, quæ Lectorem prænoſſe expedit, quę cum in Epiſtola ad Lectorem ipſum prænotentur, ad eandem illum amandamus.

Geilbertvs Folioth Anglus, Canonicorum regularium Leceſtrienſis Abbas, Epiſcopus Grefordienſis, atque Londinenſis, Vitas aliquot Sanctorum Angliæ ſcripſit. Viuebat an. 1190.

Gilbertvs Genebrardus, Gallus, vt ex ſcriptis eius conſtat, Aruernus, quæ regio fœcunda & hominum doctorum, & Martyrum fuit, monachus Ord. S. Benedicti, Congreg. Cluniacenſis (profeſſus eſt enim monaſticen in monaſterio dicto *Mauſac*, non procul Rieomato (Gallicè *Rion*) oppido Aruerniæ, Theologus Pariſienſis, & Hebraicarum literarum in eadem Academia plures annos profeſſor Regius, vir noſtri ſeculi doctiſſimus, & hæreticorum expugnator acerrimus cum ſapientiæ, & zeli ſui ſpecimen inſigne dediſſet, creatus eſt Aquenſis Archiepiſcopus. Quo in munere multa perpeſſus, ac deniqne mortuus eſt: Scripſit autem eruditos libros, quorum alij Didactici, alij Hiſtorici, alij mixti, alij fuere Hebraico Latini. Et horum quidem magna ex parte Catalogus, cum Pariſijs anno 1591. prodijſſet ex Officina Sebaſtiani Niuellij à nobis auctus, & expenſus eſt: ſunt autem.

## DIDACTICI.

1. De ſancta Trinitate libri tres contra huius æui Trinitarios, Antitrinitarios, & Authotheanos. His præpoſita eſt Summa ſeſſionum Synodi, quam miniſtri Poloni cum Trinitarijs Petricouiæ habuerunt, ex amici Poloni Epiſtola. Porrò in tertio libro horum trium exponitur Athanaſij Symbolum, atque à contumelijs Valentini Gentilis vindicatur. Pariſijs apud Ioannem Benenatum anno 1569. & apud alterum Typographum AEgydium Gorbinum an. 1586. ibidem. Veruntamen in his libris obſeruandum eſt, quod ſapienter monuit Card. Bellarminus inquiens, *Gilbertus Genebrardus libro ſecundo de Trinitate non rectè tribuit Caluino, quòd dixerit in perſonis non comprehendi eſſentiam. Nam vt perſpicuum eſt ex libro de perfidia Valentini Gentilis Geneuæ excuſo, & ex ipſo etiam loco, quem Genebrardus adducit, id eſt, lib. 1. Inſtitut. cap. 13. §. 25. Valentinus dixerat. Trinitatem eſſe trium vnitatem, & illa alia declarauerat Eſſentiam, Filium, & Spiritum ſanctum, quibus verbis poſuerat Eſſentiam loco primæ perſonæ, & eam numerauerat cum alijs duabus. Hæc enim ſunt verba Gentilis. Tria, inquit, concurrunt in Trinitate. Eſſentia, quæ dicitur Pater, Filius, & Spiritus ſanctus. Atq; hæc eſt vera Trinitas, quæ eſt Trium vnitas, non quatuor: quidquid dicat Dominus Caluinus de etymo. Hoc verò delyrium refellens Caluinus, ait in Trinitate non comprehendi Eſſentiam, quaſi ſit vna ex numero trium, ſed includi in omnibus tribus. quod quidem veriſſimum eſt, atq; vtinam ſemper ſic erraſſet Caluinus.* Hæc Bellarm. Bellar. Card. Tom. 1. controuerſ. 2. lib. 2. de Christo, cap. 6. ad finem.

Quin & quòd Genebrardus, Lindanus, & alij Caluino tribuunt errorem Autotheanorum, hoc eſt, eorum, qui dicunt Chriſtum eſſe Deum à ſe ipſo, non à Patre, idem Bellarminus varijs rationibus negat hunc fuiſſe errorem. Vide Card. Bellarm. Tom. 1. controu. 2. lib. 2. de Chriſto, cap. 6. & 19. qui tamen denique monſtrat modum loquendi Caluini, dicentis filium habere à ſe eſſentiam, ſimpliciter eſſe repudiandum, ac contrario modo loquendum.

At quòd item Genebrardus dixerit Deum eſſe *αὐτόθεον*, quod & alia voce perſpicax Iulius Cæſar Scaliger verſus finem ſui Operis de ſubtilitate aduerſus Cardanum, dixit *αὐταυτόν* reſpondeo cum noſtro Franciſco Suarez eximio Theologo, quod dicitur ex ſe, vel à ſe eſſe, licet poſitiuum eſſe videatur, tamen ſolam negationem addit ipſi Enti, nam

ens

ens non poteſt eſſe à ſe per poſitiuam originem, & emanationem, dicitur enim à ſe, quatenus ſine emanatione ab alio habet eſſe, per quam negationem declaramus poſitiuam,& ſimplicem perfectionem illius entis, quod ita in ſe,& eſſentia ſua claudit ipſum exiſtere, vt à nullo illud recipiat, quam perfectionem non habet illud ens, quod eſſe non habet, niſi illud ab alio accipiat. Et in hunc modum exponendi ſunt aliqui Sancti, cum dicunt Deum eſſe ſibi cauſam ſui eſſe, vel ſubſtantiæ ſuæ, aut ſapientiæ. Sic Hieron. in Epiſt. ad Epheſ.3. ait: *Deus ſui origo eſt ſuæq; cauſa.* Et Auguſt. lib.83. quæſtionum, quæſt.15. & 16. ait Deum eſſe cauſam ſapientiæ ſuæ. & 7. de Trinit. cap.1. loquens de Patre, inquit: *Quod illi eſt cauſa, vt ſit, eſt etiam cauſa, vt ſapiens ſit.* Hæ namque locutiones omnes negatiuè interpretandæ ſunt: Videtur autem Lactantius, qui Deum ait ſe ipſum feciſſe lib.1. de falſa religione cap.7. prædictam expoſitionem admittere, dicit enim etiam ex tempore ſe Deum feciſſe, ac pro fundamento ſumit fieri non poſſe, vt id quod eſt, aliquando non cœperit, qui error in hoc ſenſu tam eſt abſurdus,vt impugnatione non egeat. Porrò ad Didacticos Genebrardi libros referuntur, qui ſcripti ſunt

2 Ad Iacobum Schegkium Schorndorffenſem, Philoſophum,& Medicum,aſſertionibus ſacris de Deo ſeſe temerè immiſcentem, ac tribus ipſius de S. Trinitate libris, modo pro Sabellianis, modo pro Trinitarijs, inconſtantiſsimè obtrectantem reſponſio. Pariſijs apud AEgydium Gorbinum an.1575.

3 Ad Lambertum Danæum, Sabellianiſmo doctrinam de S. Trinitate inficientem, cum libello Franciſci Iordanis Theologi Pariſienſis aduerſus eundem. Ibidem apud eundem Gorbinum an. 1581.

4 Contra R. Ioſephum Albonem. R. Dauidem Kimhium, & alium quendã Iudæum Anonymum nonnullos fidei Chriſtianæ articulos oppugnantes. Pariſijs apud Martinum Iuuenem, an.1566.

5 Pſalmi Dauidis, vulgata editione, Kalendario, Hebræo, Syro, Græco, Latino, Hymnis, argumentis genuinum, & primarium ſenſum breuiter aperientibus exornati. Pariſijs apud Dionyſium du Val 1578.

6 Pſalmi cum fuſioribus Commentarijs, ad Gregorium XIII. Pont. Max. apud Petrum Huillerium, an.1577. & 1581.& 1588.

7 Canticum Canticorum Salomonis verſibus Iambicis, & Commentarijs explicatum aduerſus Trochaicam Theodori Bezæ paraphraſin. Pariſijs apud AEgydium Gorbinum an.1585.

8 Ioel Propheta cum Annotationibus, & verſione trium Rabbinorum, Salomonis Tarbrij, Abrahami Abben Ezræ, Dauidis Kimhy, & Chaldeæ paraphraſis. Pariſijs apud Martinum Iuuenem 1563.

9 Oratio in funebris in Petrum Daneſium Epiſcopum Vaurenſem. Pariſijs apud Martinum Iuuenem 1577.

10 Præfatio, & Notæ ad libros quinque Claudij Epencæi Theologi Pariſienſis de Euchariſtia, & de eiuſdem adoratione, & in Tractatulum de Miſſa publica, & priuata, poſthumos ſibi teſtamento relictos,& commendatos. Pariſijs apud Huillerium, an.1573.

Hiſtorici.

11 Tabella, & ſummaria deſcriptio temporum. Pariſijs apud Martinum Iuuenem. an.1564.

12 Chronologiæ ſacræ liber. Louanij an.1570. Coloniæ autem an.1571.

13 Chronographiæ libri quatuor. Quorum priores duo ſunt de rebus veteris populi, & præcipuis quatuor millium anni heſtis: Poſteriores alij recentes hiſtorias reliquorum annorum complectuntur vſque ad Greg. XIII. Pont. Maximum, apud Martinum Iuuenem an.1580. apud AEgydium Gorbinum,& Michaëlem Sonnium 1585. & Coloniæ an. 1586.

14 Notæ Chronicæ ſiue ad Chronologiam & vniuerſam hiſtoriam methodus. Pariſijs apud Petrum Huillerium: AEgydium Gorbinum, & Martinum Iuuenem an.1584.

Sed vt redeamus ad ipſam Chronographiam Genebrardi, ſciendum eſt, eam cum non ſemel prodijſſet in lucem, auctiorem denique atque emendatiorem excuſam fuiſſe. Pariſijs an.1600. apud Ambroſium Drouartium typographum.

Et priores quidem duo libri cum ſint, vt dictum eſt, De rebus veteris populi, & præcipuis quatuor millium annorum geſtis: quæ ſunt in ſex ætates diſtincta: Doctrinã etiam Eccleſiæ ad vniuſcuiuſque ætatis calcem promulgatam per Prophetas, eiuſque continuationem habent. Quod quidem in prioribus editionibus, præterquam in ea quæ emiſſa eſt, an.1588. haud extabat.

Poſterio-

Digitized by Google

Poſteriores duo libri ex Arnaldi Pontaci Vaſatenſis Epiſcopi Chronologia aucti, recentes hiſtorias reliquorum annorum complectuntur: eaſdem nimirum, cum Eccleſiæ doctrinæ, continuatione poſt ſingula ſecula adtextas ab ipſo Genebrardo; & (quod ad hoc attinet) ſanè vtiliſsimè. Ea enim continuatio vniuerſæ hiſtoriæ ſpeculum eſt, in quo cum Catholica veritas quaſi vnico aſpectu, tū ſimul impoſturæ Magdeburgenſium Centuriatorum, aliorumque hæreticorum cernuntur.

Adiuncti ſunt autem ipſi Chronographiæ libri Hebræorum Chronologici eodem interprete Genebrardo: de quibus mox. Cæterùm, quoniam ipſe Genebrardus iam ex hac vita deceſſerat, Petrus Victor Palma, Caietanus, appendicem Chronographiæ imitatus eundem, adtexuit vſque ad an. Dom. 1600. At quod attinet ad libros Hebræorum Chronologicos adiunctos huic Chronographiæ, eam (vt ipſe ait) ob cauſam, vt ex ijs, quæ Rabbini aut aſſerunt, aut recitant in officio Lugentium, conſtet quibus veritatis Catholicæ hoſtes argumentis facilius conuincantur. Hæretici autem, qui validam illam, è Machabæorum libris pro Purgatorio auctoritatem eludere conantur, videant, quinam vel antiquitus mos fuerit orandi pro mortuis apud Hebræos. Ac tamen videat cordatus, & pius Lector, quouſque ſibi liceat hoſce libros legere, cum Index librorum prohibitorum à Clemente VIII. Pont. Max. emiſſus habeat inter alia hæc verba: *Mens ipſius non eſt, eos propterea vllatenus etiam ſub illis conditionibus permittendi, aut tolerandi, ſed ſpecialiter, & expreſſè ſtatuit, & vult, vt huiuſmodi impij Thalmudici, Cabaliſtici, alijq́; nefarij Hebræorum libri, omninò damnati, & prohibiti maneant, & cenſeantur, atq; ſuper eis, & alijs libris huiuſmodi, prædicta conſtitutio perpetuo, & inuiolabiliter obſeruetur.* De libro verò *Magazor*, quem Genebrardus ait inſcribi *Mabzor*, cuius partem ſuæ Chronographiæ adtexuit; Romanus Index eiuſdem Pont. Max. hæc item habet. *Ad hæc ſciant Epiſcopi, Ordinarij, & Inquiſitores librorum, librum Magazor Hebræorum, qui continet partem officiorum, & ceremoniarum ipſorum, & Synagogæ Luſuanicæ, Hiſpanicæ, Gallicæ, Germanicæ, Italicæ, aut quauis alia vulgari lingua, præterquàm Hebræa, editum, iam diu ex ſpeciali Decreto rationabiliter prohibitum eſſe: Iccirco prouideant illum nullatenus permitti, aut tolerari debere, niſi Hebraica lingua prædicta.*

At vt Genebrardo mirandum eſt, quid venerit in mentem, vt quartum librum Eſdræ ad Canonem pertinere vellet, ſic expediet Lectori, vt cum primam partem Chronographiæ Genebrardi legerit ab Adamo vſque ad Chriſtum, videat ſimul quæ Benedictus Pererius noſter adnotauit in Geneſim, & in Danielem Prophetam, quod ad ſeriem temporum attinet.

Quin & cum Ioannes Deckerus, & Simon Fridelius Theologi è noſtris, accuratè huic negotio Chronographico per ſe quiſque nauauerint, multaque in Genebrardi Chronographia obſeruauerint, ea, ſi quando prodierint in lucem, ſpero non exiguam lucem allatura. Et quidem nos cum poſt primas noſtrorum Operum editiones de illa ſic locuti eſſemus, vt alijs eam præferre videremur, cupimus legi, quæ in hoc Apparatu in verbo, Chronographi, & in verbo, Ioſeph Iudæus, & in libro De omnium Gentium hiſtoricis, in 2. Tomo Bibliothecæ Selectæ Venetijs & Coloniæ editæ, ſcripſimus.

Quin & cum ipſe Arnaldus Pontacus Epiſcopus Vaſatenſis Chronologiam Euſebij à ſe emendatam, nouiſsimè protulerit in lucem, expediet, vt cum ipſa Genebrardi conferatur, ſic enim poſt hac minus inoffenſo pede Lector in ſerie temporum progredietur.

15 Porrò Genebrardus ſcripſit De Sibyllis ad librum Perionij. De vita Sanctarum mulierum Veteris Teſtamenti. Pariſijs apud Federicum Morellium an. 1585.

16 Flauij Ioſephi Opera Gallicè è Græco repræſentata, libris ex Hebræo aucta, Chronologijs, figuris, annotationibus, Indicibus illuminata: Pariſijs apud Michaëlem Sonnium an. 1578. & in 8. apud Carolum Rogerium 1588.

## MIXTI.

17 Opuſcula aliquot, præſertim contra noſtræ tempeſtatis Politicos. Pariſijs apud AEgydium Gorbinum in 8. an. 1589. & 1590.

18 Varia Opuſcula è Rabbinis tranſlata. Pariſijs in fol. apud Martinum Iuuenem 1575. & AEgydium Gorbinum.

19 Opuſcula è Græcis conuerſa, nempè Liturgia myſteriorum ante conſecratorum, è Cretenſi codice, Liturgia pro dormientibus, ſiue defunctis. Officium de Angelis & Sanctis: Canon ſiue Bulla contra hæreſes præcipuas. Menologium ſiue Calendarium Sanctorum totius anni. Tituli capitum 122. Euchologij. Zacharias Epiſcopus Mytilenenſis

contra

contra æternitatem Mundi à Philoſophis conſtitutam, è Bibliotheca Regia. Baſilij, & Nazianzeni breuiſsimus Dialogus de inuiſibili Dei eſſentia. Pariſijs in folio apud Michaëlem Sonnium an. 1575.

20 Origenis Adamantij Opera partim cũ Græca veritate Bibliothecæ Regiæ collata, partim libris recens verſis aucta, partim præfatione, collectaneis, Notis illuſtrata, in folio. Pariſijs apud eundem 1574. Nos autem vbi de Origene agimus in hoc noſtro Apparatu, contrarium vnà cum pleriſque ſentimus de illo, quem Genebrardus conatur ab omni errore defendere. Vide in verbo, Origenes.

21 Orationes tres è Lerinenſi Bibliotheca in publicum productæ, videlicet vna funebris D. Hilarij Arelatenſis de S. Honoratio, Altera D. Eucherij Lugdunenſis de laudibus Eremi, tertia Fauſti Regienſis de inſtructione Monachorum. Pariſijs apud AEgydium Gorbinum in 8. an. 1578.

At quod Genebrardus *Sanctum* vocet Fauſtum Regienſem, nos non ita appellandum cenſemus. Vide in verbo, Fauſtus.

## HEBRAICO LATINI.

22 Iſagoge ad legenda & intelligenda Hebræorum, & Orientalium ſine punctis ſcripta, cum Tabulis artium, & ſcientiarum vocabula exhibentibus ad Sixtum V. Pont. Max. Pariſijs in 4. apud Petrum Rainerium an. 1587.

23 De metris Hebraicis Rabbi Dauid Chimki Hebraicè, & Latinè cum annotationibus. Pariſijs in 16. apud Gulielmum Morellium, & Martinum Iuuenem.

24 Trium Rabbinorum, Salomonis Tarchij, Abrahami, Abben Eſræ, & innominati cuiuſdam Commentaria in Canticum Canticorum in Latinum verſa Pariſijs in 4. apud Martinum Iuuenem an. 1570.

25 Symbolum fidei Iudæorum, Precationes pro defunctis, commemoratio Diuorum, Ritus nuptiarum Hebraicè & Latinè. Pariſijs in 8. apud eundem 1569. Seder olam zuta, & Cabbala R. Abraham, & capita R. Moyſe, de Meſsia Hebraicè, & Latinè. Pariſijs in 8. apud eundem 1572.

26 Seder Olam Rabba Hebraicè cum Latina è regione verſione, & notis Baſileæ in 8. apud Ambr. Frobenium 1580. At expediebat, vt Genebrardus cum hæc verteret, adnotaſſet errores, qui in eis extant. Vide in verbo, Seder Olam, & in verbo Cabbala, & quæ paulò antea diximus ex Indice Romano librorum prohibitorum in hoc Apparatu.

27 Scholia, & Tractatus quatuor in Grammaticen Hebræam Clenardi ad abſolutem linguæ ſanctæ inſtitutionem. Pariſijs apud Martinum Iuuenem in 8. & 4. an. Dom. 1564. 1582.

Alphabetum Hebraicum. Et indicata pſalmorũ primi & ſecundi Lyrica, ad formam Pindari, Strophe, Antiſtrophe, & Epodo, apud eundem an. 1567. 1572. 1584. in 8. & 4.

### *Qui nondum erant editi vſq; ad annum 1591. quiq; num poſtea prodierint, haud nobis innotuit, niſi quidam, de quibus infra.*

1 Annotationes & Hebraiſmorum explicationes in ſacros omnes Veteris, & Noui Teſtamenti libros ad Nicolaum Peleueum Cardinalem, Rhemorum, & Senonum Archiepiſcop.

2 Aduerſariorum ſacrorum libri.

3 Vetus Teſtamentum vulgata editione cum Commentarijs ad recentiorũ omnium hæreticorum Biblia, & annotationes abolendas.

4 Nouum Teſtamentum vulgata editione cum Commentarijs eadem, qua Vetus, methodo, & ratione.

5 Quadrageſima, ſiue de hæreſibus & blaſpemijs Caluinitarum, circa omnem propoſitam materiam ex eius Conclonibus præſertim Stephanianis an. 1583. & 1587. Seuerinianis 1576. Marianis 1577. Bartholomæanis 1578.

6 Symbolum Patrum Nicænorum, & Conſtantinopolitanorum commentarijs explanatũ, & ab impura Trinitariorũ, Caluinitarum, Vbiquitariorũ doctrina vindicatum.

7 De duabus Chriſti naturis, & vnica perſona aduerſus Semineſtorianos Geneuenſes, & Semieuthychianos, ſiue Vbiquetarios Germanicos.

8 De poteſtate Eccleſiæ.

9 De Antichriſto, & eius regno, contra cuiuſdam Laſicij Craſsi, & Epicuræi ventris eiectiones.

10 Paratitla Talmudicæ doctrinæ, ſiue Iuris veterum Hebræorum. Vide autem in hoc Apparatu in verbo, Talmuld.

11 De Spiritu ſancto aduerſus Trinitarios Tranſyluanos, Græcorum errorē in peius vertentes.

12 Doctus aliquis Anonymus de Spiritus ſancti ab vtroque proceſsione Græcè, & Latinè.

13 Simeon Theſſalonicenſis de ſeptem Eccleſiæ myſterijs ante ſexcentos annos florens, è quo apparet Eccleſias Orientales in numero, & adminiſtratione Sacramentorum, Occidentalibus congruere, Latinè & Græcè. Interpretatio aliquot capitum de vſu & ritibus ſeptem Sacramentorum in Præfationis locum ex veteribus Eccleſiæ Græcæ & Syriacæ patribus. Item ex Euchologio, Cabaſila, Hieremia Patriarcha.

14 Noctes Romanæ.

15 Hæreticos noſtri ſeculi communia habere omnia cum veteribus, & damnatis hæreticis, nihil proprium, ne de ſuis inuentis, & reſtituta Euangelij luce gloriari pueriliter poſsint, vt ſolent.

16 Diſcordia Caluiniſtarum, & Lutheranorum implacabilis, in cunctis penè rebus, & capitibus de Religione, contra quorundam Miniſtrorum impudentiam, qui contrarium perſuadere conati ſunt libro falſiſsimè inſcripto, *Concordia Caluiniſtarū & Confeßioniſtarum.*

17 Commentarij in Iob.

18 Abſoluta linguæ ſanctæ inſtitutio, ſiue Tabulæ Clenardi in Gammaticem Hebræam inſtructæ annotationibus, praxi, radicibus omnibus, ac vocabulis alijs ſubobſcuris. Tractatibus de miniſterialibus literis, accentibus, numeris, ſintaxi, poëtica, figuris, rebus denique cæteris ad plenam linguæ abſque magno labore, & longa diquiſitione cognitionem neceſſarijs.

19 Syriacorum, quatenus ad Noui Teſtamenti Syriacè, & Patrum Syriacorum intelligentiam, atque interpretationem confert: nam communia cum Hebræis, Chaldæis, Talmudicis, Rabbinis è publicatis ipſorum Dictionarijs peti poſſunt.

Sed poſtea emiſsi ſunt in lucem ab eodem Genebrardo Pſalmi Dauidis Kalendario Hebræo, Syro, Græco, Latino, argumentis, & commentarijs genuinum ſenſum eorum, Hebraiſmoſque locupletius quàm antea aperientibus, in duas partes diuiſi, & indicibus locorum S. Scripturæ, & Hebraiſmorum, & quibuſdam alijs aucti. Lugduni apud Iuntas an. 1592.

In Pſalmos item Dauidis vulgata editione Commentariorum à Genebrardo inſtructorum pars ſecunda: trium poſtremorum pſalterij librorum, id eſt à Pſalm. 72. vſque ad finem expoſitionem continens. Ibidem apud eoſdem Iuntas.

De ſacrarum electionum iure, & neceſsitate. Lugduni apud Ioan. Pillehotte an. 1594.

GILBERVVS de Hollandia natione Anglus, Ord. Ciſtercienſis, ſcripſit in Cant. Canticorum. Vitam D. Bernardi. Homilias plures. Viuebat an. 1200.

GILBERTVS Theologus cognomento Magnus, Anglus, Ord. Ciſtercienſis, ſcripſit Commentarios Scripturarum, & librum Collectaneorum ex Patribus. Commentarios item in Pſalterium Dauidis. Librum pro Chriſtianis contra Gentiles. Conciones in Oraculum Cyrilli. Hiſtoriam iuxta Scropum.

GILBERTVS Nicolai Doctor Pariſienſis, Ord. Minorum, & ante vnionem Vicarius generalis Ciſmontanus ſcripſit in regulam Fratrum Minorum circa an. 1500. Henr. Villot.

GILBERTVS Pariſienſis (ait Sixtus) Sorbonæ doctor, aptauit in Prouerbia Scholaſticam poſtillam, cuius meminit Vincentius Bandellus in Tractatu de Conceptione.

GILBERTVS, qui Henrico de Gandauo, Gilebertus, cognomento Porretanus inſignis Philoſophus, ac Theologus, in Concilio Rhemenſi habito ab Eugenio III. Pont. Max. iudicium ſubire iuſſus eſt, accuſantibus Arnoldo, & Calone Archidiaconis Eccleſiæ Pictauienſis, in qua ipſe Epiſcopi munere fungebatur, cauſam ſuam ſic egit, vt Synodi iudicio vir magnus nullam infamiæ notam retulerit, vix tamen intellectus eſt. Propoſuerat in publico hominum conſeſſu placita quędam de Trinitate, atque ob eam cauſam, quaſi de Deo impiè ſentiret, delatus ad Pontificem Maximū fuerat. Placita illa, accuſationiſque exitum, Otho Friſingenſis, lib. 1. de Friderico cap. 55. 56. 57. vir clarus, qui tunc viuebat, pluribus tradit. Quatuor ſcilicet, Porretano obijciebantur; Primò, quòd aſſereret Diuinam eſſentiam non eſſe Deum. Secundò, proprietates perſonarum non eſſe ipſas perſonas. Tertiò, Theolõgicas perſonas in nulla prædicari propoſitione. Quartò, diuinam naturam non eſſe indeterminatè incarnatam. De tribus vltimis ob exortum

Cardinalium contra D. Bernardum, & Gallos Epiſcopos tumultum, ſimul ob Theologicas rationes hinc inde habitas, nihil eſt decretum. De primo Summus Pontifex definiuit. Gilbertus autem Summi Pontificis ſententiam reuerenter excipiens, Archidiaconis ſuis in gratiam receptis, cum ordinis integritate, & honoris plenitudine ad ſuam diœceſim reuertit. Vide D. Bernardum ſuper Cantica Serm. 80. Porrò Rhemenſe de hac re Concilium celebratum eſt an. Dom. 1145. Scripſit Commentarios in Pſalterium. In D. Ioan. Euangelium. In omnes D. Pauli Epiſt. In Boëtij libros de Trinitate. Opus ſex principiorum, quod ad ſupplementum Categoriarum Ariſtotelis Latino, & Græco Sermone circunfertur.

GILBERTVS de Selphingham Anglus, & quidem magnæ vir nobilitatis, ſcripſit librum Statutorum monaſticorum in ſui Ord. gratiam. Obijſſe fertur an. 1189.

GILBERTVS Epiſcopus, qui poſtea Syluester II. Pont. Max. è monacho cœnobij Floriacenſis, in Gallia, Ord. S. Benedicti, ob ſingularem eruditionem Archiepiſcopus Rhemenſis factus, ſcripſit Dialogum pulcherrimum, cuius interlocutores ſunt ipſe, & Leo Nuntius Apoſtolicus. De Arithmetica nõnulla Opuſcula. De Sphæra, lib. 1. De compoſitione Aſtrolabij, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Reliqua de eodem, vide in Syluestro II. Papa, apud Arnoldum VVion in ligno Vitæ. Idem autẽ eſt qui Gerbertus.

GILBERTVS Tornacenſis nobilibus parentibus ortus, Ord. Minorum edidit Sermones Dominicalium, & aliorum feſtorum dierum. Compoſuit Sermones de ſtatibus hominum varijs, quorum initium: *Rogatus pluries, vt varij ſunt amantium affectus.* Extat liber eiuſdem prænotatus, *Rudimentum doctrinæ.* Circumfertur autem nomine cuiuſdam *Guiberti Tornacenſis* (quem forſan haud temerè eundem cum iſto Gilberto quis putauerit) Tractatus de officio Epiſcopi, & de Eccleſiæ cæremonijs. Viuebat an. 1242.

GILBERTVS Vrgalius Carmelita, ſcripſit librum de Rebus Theologicis, & alterum inſcriptum, *Summa quarundam legum.* Viuebat an. 1330.

GILBERTVS VVeſtmonaſterienſis Abbas, ſcripſit in Cant. Canticorum. In Iſaiam. Homilias 47. De Fide Eccleſiæ contra Iudæos. Epiſtolarum librum ad Anſelmum. De caſu Diaboli. De Anima. Librum item ad Cantorem Sagienſem. Obijt an. 1117.

GILDAS Albanius è Regia Britannorum ſtirpe. De concordia Euangeliorum. De victoria Aurelij, atque Ambroſij. De Actis SS. Germani, & Lupi.

GILDAS alter, cognomento *Sapiens*, & Sanctus Abbas, atque Confeſſor, reliquit De excidio, & conqueſtu Britanniæ librum, & alterum, ſiue Epiſtolam, qua Eccleſiaſticum ordinem acriter corripuit. Vterque extat in Bibl. SS. PP. Eius autem natalem diem in Britannia celebrari 4. Kalend. Februarij notat Io. Molanus in Martyrologio.

GILDAS alius à Superiore, Britannus, monachus Benedictinus, Congreg. Benchorenſis, qui vixit an. 860. ſcripſit Breuiarinm hiſtoriarum. Arnold. VVion.

GILO, Gallus, monachus Cluniacenſis, iuſſu Pontij Abbatis, anno Domini circiter 1222. ſcripſit Vitam S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis, quæ extat m. s. Idem Arnoldus VVion.

GISELBERTVS, Anglus, monachus, & Præpoſitus monaſterij VVeſtmonaſterienſis in Anglia, Congreg. Giribennæ, qui floruit ab an. 1090. ad 2010. Scripſit Homilias in Canticum Canticorum. Commentarios in Eſaiam, & in Hieremiam. Et aduerſus Iudæos, & diſputationem ad S. Anſelmum Epiſcopum de caſu Diaboli.

GISELBERTVS, Monachus, Monaſterij Cluniacenſis, & S. Petri Abbatis diſcipulus, qui viuebat an. 1130. ſcripſit inter alia, Epiſtolam inſignem ad Petrum de S. Ioanne, quæ excuſa eſt cum Epiſtolis S. Petri Abbatis.

GISLA, & Richtruda Anglicæ mulieres ſcripſerunt ad Alcuinum Magiſtrum Epiſtolarum Conſolatoriarum librum. Viuebant an. 770.

## G L

GLOSSA in Biblia, ſiue in Diuinam ſcripturam, quæ dicitur ordinaria collecta fertur à Strabo diſcipulo Rabani, quæ quidem magnas habet vtilitates, quippe quæ ex veterum Patrum ſcriptis fuit concinnata, de quorum ſingulis ſuo egimus loco. Interlinearis item Gloſſa ex iiſdem hauſta fontibus ab Anſelmo Laudunenſi, multa breuiter, & quaſi punctim, ſed doctè & accuratè attingit. Nicolai verò Lyrani adiuncta moralis expoſitio doctis non omnino ſatisfacit, pia tamen eſt, ac commoda videtur; ſed ſubtilior altera, quæ eſt Hugonis Cardinalis, licet ipſa quoque ſit breuis, atque ieiunior. Cæterùm Gloſſam tum ordinariam, tũ interlinearem, ac Poſtillam Nicolai Lyrani, cum Pauli Burgenſis

Addi-

Digitized by Google

Additionibus, magno ſtudio repurgarunt Iacobus Cueillyus, Franciſcus Feuardentius, Ioan. Dadræus, viri celebres, atque Theologi Pariſienſes, additis ad marginem Auctoribus, & locis è quibus ſententiæ fuére decerptæ. Id autem Opus primò Lugduni, mox Venetijs, vbi & tertiò nunc recuditur apud Variſcum hoc an. 1603. Sanè verò accuratam illam operam, quam inſignes ipſi Theologi in ea poſuerunt, integram præſtare non potuerunt, vrgentibus Typographis editionem, & tumultibus Gallicis rem literariam interturbantibus.

At demum, quæ Notæ in vniuerſam D. ſcripturam ab Emanuele Sà prodierunt, ſi cum interlineari conferantur, non parum afferunt lucis, cum & pleraque ipſe reſecuerit, quæ non erant eorum Patrum legitima quibus aſcribebantur. Vide in verbo, Emanuel Sà.

GLOSSAE magnæ in ſacram Geneſim Tomus primus auctore Aſcanio Martinengo Brixiano Abbate. Vide in verbo, Aſcanius Martinengus.

GLOSSAE Canonici Iuris, ſiue Decretorum, Decretalium, & Clementinarum ſuos habuerunt Auctores; Decretorũ quidem, Laurentium Tancredum, Hugutionem, Ioannem Teutonicum, & Archidiaconum. At cum Ioannes Teutonicus reliquis præferatur, cũ Textu ferè editur, licet ipſi quoque Additiones inſertæ fuerint Bartholomęi Brixienſis, & Archidiaconi.

Prima, Additio eſt ſtatim initio Decreti.
Secunda, Cap. in iſtis, §. leges, 4. diſt. in fine vlt. gloſſ.
Tertia, 10. d. c. lege Imperatorum, in verbo, Diuiſiones.
Quarta, 12. d. c. illud, verbo, contrario modo, in fine.
Quinta, 63. d. c. Salonitanæ, verbo, ſub excommunicationis, in fine.
Sexta, 1. q. 1. c. qui ſtudet in gloſſa vlt. in fine, dimiſit. Ibi. Io. tamen dicit, vel, vt alij Tancredus in id fin.
Septima, 2. q. 1. c. in primis, verbo, expediſſe in gloſſ. mag. in fin. ibi, hoc tu teneas ad fi.
Octaua, eod. cap. in verbo, ſi eo præſente, in fin. gloſſ. ibi, ſed certè ſicut æſtimo.
Nona, eod. cap. in verbo, Capitale, ibi, vel ſtabitur huic legi.

Sicut & complures aliæ Additiones eiuſdem, ſed aſſerunt pro regula, ſi prædictæ reperiuntur, alias etiam ineſſe credendum eſt.

Deinde etiam aliæ Additiones ſunt Archidiaconi. Et potiſsimum duæ gloſſæ ſunt quærendæ.

I. 96. d. c. Benè quidem, verbo præter Romanum, in gloſſ. ibi, & eſt Argumentum Papam & c. ad finem, de qua gloſſ. facit mentionem Archidiacon. in cap. 1. de cler. excommunicat. lib. 6. verbo, diſtingui in fin.

II. 19. 1. c. dedit, verbo Baptiſmus, circa medium huius gloſſæ, ibi, de hoc etiam Ambroſius finit in Chriſti nomine, vel potius Baptiſmi Sacramentum.

### *De Gloſsis quinque librorum Decretalium.*

Libros autem quinque Decretalium interpretatus eſt Bernardus Batonus Parmenſis, & Goffredus; ſed Goffredi Apparatus cum non ſit in vſu; gloſſæ ipſius Bernardi in Scholis præleguntur. At quoniam is ipſe Bernardus plura ſuis gloſsis ſubinde inſeruit, idcirco aliquas numerandas hic exiſtimamus, quæ ſi in libris Decretalium inuentæ fuerint, reliquas omnes præterea extare ſit cenſendum. Sin minus, liber erit imperfectus.

II. 2. 1. c. quod ſicut, 28. de elect. verbo diuidatur, ibi de hoc quod dixit Vgolinus quæſitum fuit à me Bernardo & c. ad fin. illuc putatur fuiſſe vltima Additio Gloſſatoris. Vt ibi teſtatur Io. Andr. ſe audiuiſſe à Domino ſuo Archidiacono. Quamobrem ſecundum prædictum Anton. de Butrio, alioſque Doctores ibidem dici ſolet, quòd libri habentes in contextu gloſſarum iſtam additionem veriſimiliter habent alias, quare ad hanc recurrendum, primo quoque tempore.

I. Cap. ex parte, 12. de reſcript. verbo, per perſecutores ibi, literas impetrando.

II. Cap. auditis 29. de elect. verbo, caſſatum, ibi, de facto intelligi, ad finem.

III. Cap. ſcriptum 40. eo verbo maior add. ibi, & quod dicitur hic quod elect. ad finem.

IV. Cap. Eccleſia veſtra 48. eo in prima gloſſa in fine, quæ ſic habet, vel dic, quòd voluit intereſſe ad terminum ſtatuendum in quo debeat electio fieri, quæ additio deeſt in aliquibus editionibus.

V. Cap. veniens 19. de præſcriptione verbo, intentioni, vbi dicebat Abbas ad fin.

VI. Cap. Rainucius 16. de teſt. prima gloſſa ad intelligentiam huius, &c. ad finem.

VII. Cap. Rainaldus 18. eo prima gloſſa ibi ad intelligentiam ad finem.

VIII. Cap. Nobis 25. de cu. prima verbo, in Capella, additio, & circa medium, ibi, ſed his non obſtantibus, &c. & id genus aliæ. Atqui conſtat Innocentium lecturæ ſuæ ad quinque Decretalium libros Additiones adieciſſe, vti & ad quaſdam extrauagantes. Et in primis duæ reperiuntur, ad quas recurrendum eſt, ſi forte extent.

Prima, Cap. in Cumana de electione in fine primæ gloſſæ, quæ longa eſt, non ad 12. lineas, ibi incipit. Sed ecce quod aliquid, finit, niſi in quantum de iure fuerit, &c. quæ non extat in omnibus codicibus Decretorum.

Secunda, Cap. dudum, d. 2. ſuper vltima gloſſa in verſiculo de nouo prope finem, gloſſa incipit, *Et ſic obtinuerunt Lugdunenſes contra Præpoſitum Argentinum*, finit. Reſpondet quos aliàs, vt ſuprà dictum eſt: neque hæc extat in omnibus codicibus.

## *De Gloſſis libri ſexti Decretalium, & Clementinarum.*

At ſextum Decretalium tres ſunt interpretati, nimirum Ioannes monachus Archidiaconus, qui Guido de Baſio dicebatur, & Ioannes Andreas.

Apparatus (ita enim noſtrates loquuntur) Gloſſarum Ioan. Monachi, qui & vtilis eſt. Incipit, *In nomine Dei Amen. Secundum Philoſophum, ſcire eſt rem per cauſam cognoſcere*; & in titulo de reg. iur. cap. ſi certum, &c.

Archidiaconi verò, qui extra textum ſexti in lectura ſua reperitur. Incipit, *Venerabilibus & diſcretis viris Rectoribus Vniuerſitatis Scholarium Bonon.* finit. cap. fin. de verb. ſignific.

At gloſſæ Ioan. Andreæ Bonon. quæ vſu approbatæ ſunt, & in Scholis publicè leguntur. Incipiunt, *Quia poſterior ordo eſt prius humana ſubſidia petere.* Et ſanè Ioannes iſte Andreas gloſſas ad textum vniuerſum plenius edidit quàm Archidiaconus. Ac Tit. de re iudic. expoſuit, cum & pleraque conſcripſerit, quæ Archidiaconus non attigit. Cæterùm cum Ioan. Andreas, quod & reliqui Gloſſatores fecerunt, pleraque ſuis addiderit gloſsis, hoc eſto pro regula, vbi in gloſsis Sexti reperitur aliqua Clementinæ facta mentio, illam eſſe additionem.

## *Clementinas expoſuit etiam.*

Ioannes Andreas, quibus nullas (vt ferme omnes ſentiunt) Additiones adiecit, licet aliqui ſecus opinentur. Extrauagantes verò tam vigintiduæ, quàm communes Expoſitorum nomina habent in fronte.

GLYCAE Eplicatio obſcurorum locorum Sacræ ſcripturæ, extat in Veneta Bibliotheca S. Marci, vbi & ſcriptum eſt, fore, vt Georgius Mylius eam eſſet emiſſurus in lucem. Sanè & ibidem extat Chronicon eiuſdem Glycæ.

GLYCAS, qui (quemadmodum Cedrenus, & Curopalates) Græcam ſuorum Temporum hiſtoriam texuit, quoniam habet quæ ad Eccleſiæ eius temporis ſtatum quadantenus pertinent, hoc ponitur loco, non magnopere tamen habendus in pretio, quin & ſchiſmaticis ſui æui adhærens.

## G O

GOBELINVS Germanus Carmelitanus, Ord. ſui Prouincialis, dum ad Anglos à Summo Pontifice fuiſſet allegatus (vt vocant) Commiſſarius, ſcripſit Statuta arbitraria, quibus ſuorum fratrum ſchiſma, ſiue diſsidium ſopiuit. Librum item de Pœnitentia conuicariorum. Quin & diſceptationes. Viuebat an. 1305.

GOCCELINVS Bertinianus Gallus, monachus primò Cantuarienſis ad templum D. Auguſtini, deinde Ranuſienſis, ſcripſit ad Cantuarienſes

Vitam B. Auguſtini Anglorum Apoſtoli, lib. 2. Et de eius miraculis, lib. 1.
De eius Tranſlatione ad Anſelmum, lib. 2.
Vitam Laurentij Archiepiſcopi, lib. 1.
Vitam Suithuni Epiſcopi, lib. 1.
Vitam Grimbaldi Abbatis, lib. 1.
Vitam Erckenuualdij Epiſcopi, lib. 1.
De origine S. Iuonis, lib. 1.
De tranſlatione, & miraculis, lib. 1.
Vitam Eedgithæ, lib. 1.
Vitam Milpurgæ, lib. 1.
Vitam VVitheburgæ, lib. 1.
Aiunt vixiſſe anno 1110.

GODFRIDVS Candelarius Teutonicus, Aquiſgranenſis Carmelita, ſcripſit in lib. Sapientiæ. Sermones de Tempore, ac de Sanctis, duobus libris. Orationes ad Clerum. De Conceptione Beatiſs. Virginis. Pro coronatione Reginæ. Epiſtolas ad diuerſas. Obijt anno 1499.



Digitized by Google

Godfridvs Cornubienſis Commentarios edidit in Mag. Sentent. ſcripſit decem Quodlibeta. In Ariſtotelis Metaphyſicen. In Phyſicen. In Poſteriora. In Prædicamenta In ſex principia Gilberti Porretani. Contra Gerardum Bononienſem. Viuebat an.1310.

Godefridvs à Driel, Theologiæ Herbipoli dans operam librum edidit prænotatum, *Hyperaſpiſtes* Roſarij, hoc eſt, *Depulſio blaſphemiarum,* quas Caluinianus euomuerat aduerſus Roſarium B. Virginis ab Academiæ Parthenicæ ſodalibus Moguntiæ editũ Herbipoli apud Henricum Aquenſem 1588.

Godefridvs à Driel. V.I.D. edidit Antipericopen Diſputationis III. Parranæ. de ſupremo controuerſiarum Theologicarum Iudice emiſit Moguntiæ apud Albinum, anno 1607.

Godefridvs Tilmannus Cartuſiæ Pariſienſis monachus, antiquitatis Patrum diligens inueſtigator, edidit Pariſijs an.1550. librũ Allegoriarum, & Tropologiarũ in locos vtriuſque Teſtamenti Selectiores è monumentis vnius,& triginta Auctorum, qui ſunt:

Adam de Perſenia.
Ailredus.
Aithardus.
Balduinus.
Bernardus.
Bruno.
Caſsianus.
Cantica ſine titulo.
Drago.
Ernaldus.
Galfridus.
Gillebertus.
Gregorius.
Gulielmus de Cailloc.
Gulielmus de S.Theodoro.
Hidelbertus.
Hugo Victorinus.
Hugo de Foilleto.
Iſaac.
Odo de Morim.
Odo Tuſculanus.
Othomarus Luſcinius.
Petrus Rauennas.
Petrus Damianus.
Petrus Lombardus.
Petrus Cantor.
Radulfus.
Richardus Victorinus.
Sello.
Stephanus Cantuarienſis.
Vericus. Operis initium eſt, *Richardus de S. Victore. Quomodo prima mundi creatio moraliter agatur in nobis.*

Idem autem Tilmannus Theodorij presbyteri Iſagogen in quinque libellos Anaſtaſij Patriarchæ Antiocheni è Græca lingua in Latinam tranſtulit. Quorũ primus, de rectis dogmatibus fidei noſtræ. Secundus, de incircunſcripta Dei eſſentia. Tertius, de Diuina diſpenſatione Incarnationis. Quartus, de Paſsione,& impaſsibilitate Chriſti. Quintus, de Reſurrectione. Et quidem cum illos quoque ipſe vertiſſet, nos alteram Franciſci Turriani accuratam ex antiquis codicibus Græcis verſionẽ Ingolſtadij curauimus edi, quæ cum altera illa Tilmanni collata ſenſum Auctoris liquidiorem oſtendet. Sed & Latinè reddidit è Græco Antiochi Pandectas Sacræ ſcripturæ, Pariſijs an. 1543. Et Flauij Ioſephi Vitam, quæ prodijt ibidem an.1548. cum biennio antea Michaëlis Syngeli Hieroſolymitanæ Eccleſiæ presbyteri Encomium in D. Dionyſium Areopagitam ibidem verſum emiſiſſet. Quin & tres libros Ioan. Damaſceni aduerſus eos, quia pias imagines traducunt, Latinos è Græco à ſe factos protulit, Antuerpiæ apud Ioannem Steelſium an.1556.

Godefridvs Viterbienſis Italus, Gregorio huius nominis Octauo Pontifice Maximo, at vt alij volunt, Vrbano III. ſcripſit in vtrumque Teſtamentum Opus Proſocarmineum, hoc eſt, proſa, ac Leonino carmine, rythmoque iuxta Scholaſticorum conſuetudinem intertextum, cui *Pantheon* titulus eſt; in eo vnà cum his, quæ in Biblijs continentur, exteras quoque gentium hiſtorias complexus. Incipit, *O vos, qui me legitis viri literati, ſuper hoc volumine vocati.* Viuebat an.1185. & verò Bernardus de Lucemburgo eiuſdem Godefridi meminit in Catalogo hæreticorum. Sed & nos librum ipſum legimus Godefridi, cuius etiam in Chronicis Norimbergẽſibus deſcriptio,& laus Bambergæ Ciuitatis Germaniæ ex eodem auctore ponitur: erat enim Imperialis Aulæ Capellanus (vt vocant) & Notarius.

Godefridvs, ſiue Godefridus Candelarius Aquiſgranenſis Germanus, ſcripſit in librum Sapientiæ. Sermones de Tempore, lib.1. Sermones de Sanctis libro altero. Orationes ad clerum, lib.1. De Conceptione Beatiſs. Virginis librum. Pro coronatione Reginæ alium. Epiſtolas ad diuerſos. Obijt an.1499.

Godelbertvs presbyter pietate, ac doctrina non incelebris, Poëma reliquit, quo hiſtorias, & allegorias à creato Mundo, vſque ad partum Sanctiſs. Virginis cecinit. Operis prænotatio eſt; *Allegoriæ ſcripturarum libris quatuor.* Claruit Anaſtaſio Imper. an.500.

Godescalcvs Colonienſis, Carmelitanus Ord. ſui in Belgio Prouincialis, ſcripſit Quæſtiones Sent. libris ſeptem: Determinationes autem vnico libro. Viuebat an. 1370.

Godescalcvs Hollen Eremita vberes in Decalogum Commentarios ſcripſit, Norimbergæ Antonius Kobergerus in lucem protulit an. 1497.

Godescalcvs Meſchedius VVeſtphalus Germanus Profeſſor Gymnaſij Erfordienſis,

dienſis, ſcripſit in quatuor libros Sententiarum Lombardi, & Quæſtiones varias diſputatas anno 1470. Tritem.

GODSCALCVS Roſemundus Primus Louanij glaciem (quod aiunt) ſecuit, & viam aperuit ad controuerſas de caſibus quæſtiones è D. Thom. Aquinate hauriendas. Virginibus velatis, quæ piam eadem in vrbe curam in Xenodochio, iam olim maternæ beneficétiæ exemplo à Sophia B. Eliſabethæ filia, Henrici Brabantiæ Ducis coniuge dotato, gerentibus Paſtor multos annos pluribus innocentiæ, pietatiſque editis exemplis præfuit. Scripſit libellum de Ratione confitendi. Obijt anno. 1526. Non. Decembris.

GODESCALCVS Sacellanus Henrici III. Imp. Præpoſitus Aquenſis plures Miſſarum ſequentias collegit, ac diſpoſuit. Vixit an. 1093.

GODSCALCVS, Gallus, monachus Cluniacenſis, qui anno 980. erat ſuperſtes, ſcripſit de Vita S. Odonis Abbatis Magiſtri ſui, quæ extabat apud Cartuſianos Antuerpiæ m. s. ſed incurſione hæreticorum interijſſe creditur.

GODVVINVS Salisburgenſis, De pijs meditationibus lib. 1. De tribus habitaculis libro altero. De Sermonibus per annum. Vixit ann. 1299.

GOFFREDVS, qui nonullis *Godefridus*, alijs *Gothfredus*, quin & aliquibus, *Gaufredus*, *Gothfredus*, ſiue *Gothfridus*, idem eſt nomen.

GOFFREDI de Trano Summa, Venetijs edita apud Chriſtophorum Zanettum anno 1570. cæterum qui *Goffredus* aliquando ſcribitur *Gotfredus*, & *Godefridus* dici etiam putatur.

GOLPHILAS Gothorum Epiſcopus (ait Sigebertus in Catal.) inuenit Gothicas literas quib⁹ Diuinam ſcripturã homo (licet Arianus) vertit. Quæ verſio qualis fuerit, iudicari nõ poteſt, quidquid Sigebertus vtile illud Opus vocet. Vixit tempore Valentis Imp.

GOLSCHERVS Germanus, Monachus S. Matthiæ prope Treuerim, ſcripſit De laudibus S. Eucharij primi Treuerorum Epiſcopi, lib. 1. De laudibus S. Martini Epiſcopi, lib. 1. De laudibus S. Valerij, lib. 1. Sermonum de laudibus Sanctorum multorum, lib. 1. Geſta Treuirorum, lib. 1. Arnold. VVion.

GOMBANDVS Vligius, ſiue de *Vligia* Aragonenſis, Ord. Præd. ſcripſit in quatuor libros Mag. Sententiarum. Viuebat an. 1420. PP. Mon. Ord. & Ald. Ven.

GOMETIVS Hiſpanus, Ord. Minorum, ſcripſit de vniuſcuiuſque ſcientiæ, ac præſertim de naturalis Philoſophiæ ſubiecto. Incipit, *Verum ſecundum Philoſophi.*

GOMESANVS Hiſpanus, monachus, & Abbas Ildenſis Monaſterij, ſcripſit Vitam S. Illephonſi Archiepiſcopi Toletani, cuius Compendium (vt licet inde colligere) excuſum eſt cum eodem Illephonſo de laudibus Beatiſs. Virginis Mariæ.

GONDISALVVS è Cerda, Hiſpanus, Ord. Militiæ, quæ dicitur *Alcantara*, Philippi II. Hiſpaniarum Regis à ſacris, edidit Commentarium in Epiſtolam D. Pauli ad Romanos, Vlyſſipone an. 1583. & ibidem iterum an. 1591.

GONSALDVS de Illeſcas, monachus, & Abbas S. Fromes, Hiſpanus, qui vixit noſtra ætate, ſcripſit Hiſpanicè, quæ iam quartò excuſa eſt, Hiſtoriam Pontificiam, & Catholicam, & poſtremò quidem Burgis in Belgio apud Martinum Victoriam, an. 1589. cum Salmanticæ in Hiſpania an. 1574. Cæſarauguſtæ an. 1583. prodijſſet.

GONSALVVS, aliàs *Gondiſaluus* Vlyſſiponenſis Luſitanus, Ord. Minorum, Prouinciæ S. Iacobi, ex Miniſtro Prouinciæ Caſtellæ, Aſsiſij an. 1304. tempore Benedicti Pont. Max. X. Generalis creatur. Hic Ioannem Scotum Doctorem ſubtilem in capitulo Toloſæ an. 1307. celebrato, inſtituit Regentem (vt vocant) Studij Pariſienſis. Scripſit Tractatum de præceptis eminentibus Regulæ. De æquipollentibus. Obijt Pariſijs.

GONSALVVS, ſiue *Gonzales*, Ponce de Leon, Hiſpalenſis, Archidiaconus Talauerenſis in Eccleſia Toletana I. V. D. & V. C. reſponſionem edidit ad librum Leonardi VVaramundi hæretici Caluiniani in cauſa Colonienſi. Romæ an. 1585. quo viuebat. Notationes item ad Phiſiologum Epiphanij: ac defenſionem Roſarij contra hæreticos.

GORDIANVS Romanus, monachus Caſsinenſis, & S. Benedicti diſcipulus, Græcè & Latinè doctus, reliquit à ſe ſcriptam Paſsionem S. Placidi Abbatis, & martyris, quæ inſerta eſt à Surio, quinto ſuorũ Sanctorum Tomo: At & eiuſdem S. Placidi Vita Græcè olim, deinceps latinitate donata, lib. 1. extat Caſsini m. s. Cæterùm idem Gordianus ſcripſit De reædificatione monaſterij Meſſanenſis. Incipit, *Poſtquam peruerſi:* idque item Caſsini extat m. s. Epiſtolas quoque quatuor, ad S. Maurum, ad Vigilium Papam, ad Meſſlinum V. C. & ad Conſtantinum Abbatem Caſsinenſem, quæ excuſæ ſunt cum Chronico Caſsinenſi Venetijs an. Dom. 1513. Obijt ſanctè Siracuſis in Sicilia propè an. 566.

GORSCALCVS aliàs *Godeſcalcus* Hollens, Germanus, Auguſtiniani Ord. in decem præcepta reliquit Commentarios vberes *Præceptorium Diuinæ legis* inſcriptos. Quos Norimber-

rimbergæ in Germania excudit Antonius Nobergerus an. 1497. & deinde Federicus Peypus an.1521. Idem autem Gorſcalcus Sermones Dominicales in Epiſtolas Pauli, pro tempore Hiemali, & Aeſtiuo reliquit, qui Hagennaui in Germania prodierunt, apud Hẽricum Granum an.1520.

GORZELINVS Belga. Morinus, & monachus Sancti Bertini Sithiuenſis, Congregationis Cluniacenſis, qui viuebat anno 1210. Scripſit Vitam
S.Laurentij Archiepiſcopi.
De miraculis eiuſdem, librum.
S. Milburgæ Virginis.
De tranſlatione eiuſdem, ac ſociorum, alterum.
S.Erconuualdi Epiſcopi.
S. Auguſtini Archiepiſcopi, lib.2.
Vitam S.Iuonis Perſarum Epiſcopi.
Sancti Suuithumi Epiſcopi, cuius initium, *Glorioſo Rege*. Vide apud Surium Tomo quarto ad diem ſecundam Iulij. Iam vero ſcripſiſſe quoque Vitam S. Vuiteburgæ Virginis, & Vitam S.Eadgharæ Virginis, ſcribit Arnold. Vvion in Ligno Vitæ.

GOSVINVS Hex Carmelita, patria Brabantinus, Cœnobij Vliſſinghenſis, Epiſcopus Hieropolitanus, ſcripſit De decem præceptis. Directorium item turbatæ conſcientiæ. Sermones de Tempore. Sermones de Sanctis. Moritur ſub Friderico Imper. III. anno Domini 1475. Trit. & Petrus Lucius. Scripſit item in Mag. Sent. Librum de modo prædicandi. Alterum de copia exemplorum. Quadrageſimale.

GOTEFRIDVS Benedictinus Nemetum Vrbis Spiræ Epiſcopus ſcripſit De ieiunio, eleemoſina, & pœnitentia. Viuebat an.958. Eiſingr.

GOTEFRIDVS è Fontibus, Ord. Minorum, cuſtos ſui cœnobij Pariſienſis, expoſitionem regulæ Fratrum Minorum, & Cõmẽtaria in quatuor libros Sentẽtiarum reliquit. Præterea Quodlibeta varia. Henr. Villot.

S.GOTHARDI Epiſcopi Hildeſemenſis Vita extat in Surij To.3. die quarto Maij.

GOTHARDI Monteni, diſputatio de Diuina eſſentia, & diuinis relationibus ex alijs Theologis deſumpta. Ingolſtadij anno 1595.

GOTHARDVS Schyrenſis in Bauaria Comes, Benedictinus Abbas, Epiſcopus Hildeſſemenſis, vir ſanctus Synodales conſtitutiones de quatuor temporum ieiunio, & de Sanctiſſimo Altaris Sacramento, ex Patrum Decretis deſumptas euulgauit ann.1024. Eiſingrenius.

## G R

GRADVALE Romanum de Tempore, & de Sanctis iuxta ritum Miſſalis ex Decreto Sacroſancti Concilij Tridentini reſtitutum, & Pij V. Pont. Max. iuſſu editum cum Kalendario Gregoriano, & Officijs SS. ex præcepto Sixti V. & Clementis VIII. Antuerpiæ ex Officina Plantiniana, apud Io. Moretum an. 1599.

GRAECI aliquot Scriptores, qui vel Eccleſiam illuſtrarunt, doctiſſimi, vel qui aduerſus aliquorum errores, & ſchiſma ſcripſerunt, fuere à nobis libro ſexto Bibliothecæ noſtræ Selectæ inſerti. Quo in libro de ratione agendi cum Græcis, & Rutenis diſſeruimus, non tam ex libris, quos verſauimus, quàm ex conſuetudine, quæ nobis cum duabus gentibus interceſſit, ita ſancta Sede Apoſtolica nobis mandante.

Porrò inter eos, qui Græcè ſcripſerunt aduerſus errores Græcorum hi ſunt. Athanaſius, Gregorius Nazianzenus. Baſilius. Chryſoſtomus. Epiphanius. Cyrilli Hieroſolymitanus, & Alexandrinus. Theodoretus. Maximus, & alij fide, ac pietate celebres. At deinceps aduerſus Schiſmaticos, qui Chriſti tunicam inconſutilem ſcindere conati ſunt, Emanuel Caleta Vecrus, Patriarcha Cõſtãtinopolitanus, Georgius Protoſingelus. Theodorus Gaza. Georgius Trapezuntius. Demetrius Cidonius. Beſſario Cardinalis Nicænus, qui & poſtea fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus. Greorgius Scholarius, qui deinde vocatus eſt Gennadius, cum Patriarcha Conſtantinopolitanus eſſet creatus. Io. Chryſoloras, Conſtantinus Laſcaris, & reliqui: atque adeo ſacra potiſſimum Oecumenica Synodus Florentina; qui cum omnes Catholici fuerint, ac doctè maleuolorum maledicta confutauerint, ſuam gentem magno zelo ſunt hortati ad Catholicam veritatẽ amplectendam, atque ad debitam erga Romanam Eccleſiam obedientiam præſtandam. Et hi quidẽ, Græcè ſcripſerunt; at non deſunt è Latinis, qui etiam hoc ipſum fructuosè præſtiterunt: Nimirum. Quinam Græci ſcripſerunt aduerſus alios Græcos.

Leo Nonus Pont. Max. Epiſtolas ad Epiſcopos Michaelem Conſtantinopolitanum, & ad Leonem Acridanum. Anſelmus Archiepiſcopus Cantuarienſis Epiſtolis, ſiue Opuſculis de Azimo. Rabanus Maurus de Inſtitutione Clericorum libr. 1. capit. 31. De Sacramento Corporis, & Sanguinis Domini: quo item loco probat è Diuinis ſcripturis, Auctores Latini, aduerſus Græcos eos, qui non rectè ſentiebant.

offerendum eſſe panem ſine fermento,& agit de proceſſione Spiritus ſancti. Hugo Etherius, ſiue Etherianus,aduerſus errores Græcorum ad Alexandrum III. Pont. Max. & ad Patriarcham Antiochnnum Græcè,& Latinè:Chryſolanus Mediolanenſis Archiepiſcopus de Spiritu ſancto.S.Thomas Aquinas Opuſculo contra errores Græcorum, & in prima parte Summæ,vbi agit de Spiritus ſancti proceſſione, ac peſſim alibi.Io.Card.S.Sixti de Turrecremata in expoſitione Decreti de vnione facta in Synodo Florentina,definita in Concilio Lateranenſi,quod vocatum eſt Generale,Innocentio III.Pont.Max. Conc. Lugdunenſe Gregorio X.Pont.Max.Auctor de Summa Trinitate & fide Catholica in primo,& ſexto Decretalium; Concilium Tridentinum, cuius decreta ad fidem ſpectantia Matthæus Deuarius in Græcam linguam conuertit.

At & legenda ſunt,quæ de hac re extant Pontificia Diplomata Innocentij IIII. ſuper ritibus Græcorum, Pij IIII. cum Eccleſias Græcorum,& earum Prælatos, & adminiſtratores viſitationi,ac ſuperiorati ordinariorum ſubiecit.Pij V. ſuper reuocatione licentiarum Græcis Latino more,& Latinis Græco ritu Miſſas,ac alia Diuina officia celebrandi eatenus conceſſarum. Gregorij denique XIII. ſuper erectione Collegij Græci Romæ inſtituti.

Pont.Maximorum Diplomata.

Deinde extat profeſſio Orthodoxæ fidei à Græcis facienda iuſſu eiuſdem Greg.XIII. edita Græcè,& Latinè,quam nos ſecundi Tomi lib. 6. Bibliothecæ Selectæ Venetijs editæ inſeruimus.

Præterea perbreuis inſtructio ſuper aliquibus ritibus Græcorum ad Epiſcopos Latinos,in quorum Ciuitatibus, vel Diœceſibus Græci, vel Albanenſis Græco ritu viuentes degunt.

Deinde Innocentij Papæ IIII.Bulla ſeu litteræ ad Epiſcopum Tuſculanum Apoſtolicę Sedis Legatũ in Regno Cypri,quæ extant in eius Regeſto Bullarum.Pótificatus ſui anno XI.in Vaticana Bibl.

Decreta S.Innocentij Papæ I. & Innocentij Papæ III. vt Sacramentum Confirmationis,Baptizatis non niſi à ſolis Pontificibus adminiſtretur,& licet in eis de Græcis nominatim non dicatur, de ipſis tamen expreſſè traditur ſupra in litteris Innoc. Papæ IIII. §. *Soli Epiſcopi.*

Ac quæ iſti negotio ſuffragantur, Decreta Generalium Conciliorum Florentini, & Tridentini,omnia Romæ non ita multo antea recuſa noſtra ætate.

Porrò Græcorum codices fuiſſe ſæpe à Gręcis falſatos.Gregorius Magnus ſcripſit diſertè lib.5.epiſt.14.Indict.14.præter id quod & Leo I.Pont.Max.atque alij obſeruarunt. Vide verò omnino,quæ ſcripſimus de Græcis in verbo,Martinus Cruſius, qui hæreticus Turco Græciam euulgauit.

Græcorum Menologium ex Bibl.& interpretatione Gulielmi Card. Sirleti extat in ſecundo Tomo Auctorum antiquæ lectionis,quos Henricus Caniſius collectos, & ab ſe Notis illuſtratos,emiſit Ingolſtadij.Vide in verbo, Henricus Caniſius.

Sed & nos in verbo *Ruteni*, Menologium Reutenorum inſeruimus, quod in ipſa Ruſſia ex eorum libris deſcribi,& verti in Latinum curauimus. Ceterum ęxtat Græcorũ Officium de Myſterijs ante conſecratis S. Quadrageſimæ Eorundem ſacra myſteriorũ ante Conſecratorum Liturgia; Interprete G. Genebrardo, Theologo Pariſienſi, Diuinarum , Hebraicarumque literarum , Profeſſore Regio. Tomo ſexto Bibliothecę PP. edit. 2.

Sanè verò apud Vincentium Pinellum,de quo non ſemel locuti ſumus,Gręcorum libri Eccleſiaſtici hi extabant.Qui & apud Antonium Pinellum Typographum Venetum excuſi ſunt ſæpe his proximis annis.

Ἡ παρακλητική, *fol.* Τὸ τριώδιον, *fol.* Τὸ πεντηκοστάριον. Τὸ ὡρολόγιον. Ὁ ὀκτώηχος. Ὁ ἀπόστολος. Τὸ εἱρμολόγιον. Τὸ τυπικόν. Αἱ λειτουργίαι. Τὰ συλλειτουργικά. Τὸ ἀνθολόγιον. In quibus tamen quędam ſunt, quæ lima egent: vbi verò ſiue iunioris,ſiue ſenioris Gregorij Palamæ fit mentio,hi qnoniam Catholici non fuere,ſunt expungendi.

At & quoniam anno 1600. prodijt libellus Græcè prænotatus συνταγμάτειον περὶ τῶν ἁγίων, καὶ ἱερῶν μυστηρίων, hoc eſt : *Commentariolus de Sanctis, & ſacris Myſterijs , ideſt Sacramentis* , in quem aliqua egent clariore explanatione , idcirco, & hic eorum aliqua attingenda ſunt, quale illud τὸ εἶδος τοῦ ἁγίου βαπτίσματός ἐστιν, ἡ τῆς ἁγίας τριάδος ἐπίκλησις κατὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐντολήν, ideſt: *Forma Sacri Baptiſmatis eſt inuocatio S. Trinitatis.* Clarius enim ſi dicatur , formam eſſe hanc. *Ego te Baptizo* , ſiue, ritu Græco , *Baptizetur in nomine Patris, & Filij , & Spiritus Sancti.* Vbi item agitur de materia Sacramenti Chriſmatis , ſcriptum eſt, ἡ ὕλη τοῦ μύρου ἡ πόρρω, εἶναι φαμὲν τὸν ἄνθρωπον τὸν χριόμενον· ἡ δ᾽ ἐγγὺς , τὸ ἔλαιον. hoc eſt:

*Mate-*

*Materiam vnguenti remotam dicimus eſſe hominem, qui inungitur: propinquam verò oleum.* Addendum eſt ἀπὸ τῦ ἀρχιερέως, ſiue ἐπισκόπου, hoc eſt *à Pontifice*, ſiue *ab Epiſcopo*. Mox, quod ſubditur de Forma vnguenti, τὸ εἶδος τοῦ μύρου ἐςὶν ἡ τῶν ῥημάτων δύναμις ἐπ' αὐτὸ λεγομένη, καὶ εἰδοποιοῦσα αὐτὸ, hoc eſt: *Forma vnguenti eſt vis verborum ſuper vnguento prouinciata, & ipſum informans.* Dicendum quoque: *Verba, quæ ſunt forma huius Sacramenti pronũcianda eſſe,* ἐπὶ τὸν τῷ μύρῳ χριόμενον, id eſt *ſuper eo, qui vnguento inungitur.* Nam licet benedicatur vnguentum, non perficitur tamen neq; fit Sacramentum, niſi applicatione, & pronunciatione verborum; quemadmodum fit in baptiſmo, cuius aqua, quæ benedicta aſſeruatur in fonte, dicenda non eſt ex verbis benedictionis percipere vim, aut formam Sacramenti. Secus eſt de Euchariſtia, ob variã iſtius ab alijs rationem Sacramenti. Vbi autem de Ordinibus ad Sacerdotium ſpectantibus, numerus eorum affertur, citatur Trullana Synodus, quæ nunquam approbata fuit à Sede Apoſtolica, ob Canones quoſdam ſuppoſitos in eam, qui à recta orbita Eccleſiaſticę diſciplinæ recedunt. Paulo infra De forma Ordinis ſacri τὸ δὲ εἶδος ἐςὶν ἡ θεία χάρις, ἡ διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῦ ἀρχιερέως, ἐπὶ τὸν χειροτονούμενον κατερχομένη, καὶ τέλειον αὐτὸν ποιοῦσα ἱερέος. hoc eſt: *Forma autem eſt Diuina gratia, quæ per impoſitionem manuum ſuper ordinandum deſcendens perficit ipſum Sacerdotem.* Clarius ſi adderentur: *Verba, quæ ſunt propria forma huius Sacramenti.* Quæ omnia in Romano Catechiſmo ex Tridentinæ Synodi Decreto ad Parochos ſcripto liquidius cernũtur, vt certè quam ſolide iſta tradantur à ſancta Romana Sede Apoſtolica, hinc quoque perſpici queat.

Atqui Clemens VIII. Pont. Max. quo ſtudio erga Vniuerſam Chriſti Eccleſiam, & præcipuè erga Græcos ferebatur, ne qua Deo in adminiſtrandis Sacramentis iniuria fieret, ipſi autem Græci ſalutem inde conſequerentur, perbreuem ad Latinos Epiſcopos, in quorum Diœceſibus Græco ritu viuentes degant euulgari iuſſit, cuius hæc eſt ſumma.

### *Circa Sacramentum Baptiſmi.*

Præsbyteri Græci baptizatos Chriſmate in fronte non conſignent, & ideo ab ipſis in ordine Baptiſmi apud eorum Euchologium prętermittantur, quæ ſequũtur poſt illa verba καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν, &c. vſque ibi εἶτα ποιεῖ ὁ ἱερεὺς σχῆμα κύκλυ, hoc eſt, *& poſt orationem,* &c. vbi habetur forma huius conſignationis) vſque ad verba: *poſtea facit Sacerdos figuram circuli, &c.*

### *Circa Sacramentum Confirmationis.*

Epiſcopi Latini infantes, ſeu alios baptizatos à Presbyteris Græcis de facto Chriſmate in fronte conſignatos confirment, & tutius videtur, vt cum cautela, & ſub conditione id faciant (videlicet *N. ſi es confirmatus, ego te non confirmo, ſed ſi non es confirmatus, ego conſigno te ſigno Crucis* † *& confirmo te Chriſmate ſalutis* † *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*) præſertim vero cum veriſimiliter dubitari poteſt, quod ab Epiſcopis Græcis fuerint Baptizati.

### *Circa Sacramentum Euchariſtiæ.*

Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, quod pro infirmis aſſeruatur, ſingulis octo diebus, aut ſaltem quindecim renouetur. Non aſſeruetur idem Sacramentum toto anno: ſi tamen aſſeruatum fuerit, ſaltem in fine anni ſumatur.

Tollatur abuſus tundendi, vel etiam miſcendi Sacro oleo, ac iterum coquendi, vel aliàs exſiccandi ſpecies Sacramenti Sacræ Euchariſtiæ Feria quinta Cœnæ Domini, vt deinde illud aſſeruent.

Si Græci velint accipere altaria portatilia ab Epiſcopis Latinis conſecrata, benè erit, ſin minus, tolerentur eorum thioni, ſiue throni, ſuper altaria lapidea ponendi, cum celebrent.

Corporalia, vti Latini habeant, niſi thionis etiam pro corporalibus vtantur.

### *Circa Sacramentum Pœnitentiæ.*

In caſu neceſſitatis Presbyteri Græci, Catholici poſſint Latinos abſoluere.

Vtantur forma abſolutionis in generali Concilio Florentino præſcripta, & poſtea, ſi voluerint, dicant orationem illam deprecatiuam, quam pro forma huiuſmodi abſolutionis dicere tantum conſueuerunt.

Tollendus abuſus, vbi eſt, vt vir, atque vxor ſimul, & eodem tempore eidem Presbytero confiteantur.

Aqua ex ritu Græco in die Epiphaniæ, vel primo die menſis benedicta, conſeruetur in Eccleſia, vt illa fideles aſpergantur.

### *Circa Oleum Sanctum Catechumenorum, & infirmorum.*

Non ſunt cogendi Presbyteri Græci Olea Sancta, præter Chriſma, ab Epiſcopis Latinis Diœceſanis accipere, cum huiuſmodi Olea ab eis in ipſa Oleorum, & Sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, ſeu benedicantur. Chriſma autem, quod non niſi ab Epiſcopo, etiam iuxta eorum ritum, benedici poteſt, cogantur accipere. Prohibeantur verò ab Epiſcopis Græcis externis, Schiſmaticis, ſeu ſanctæ Romanæ Eccleſiæ communionem non habentibus illud accipere, vel eo vti.

### *Circa Sacramentum Ordinis.*

Ordinati ab Epiſcopis Schiſmaticis, aliàs ritè ordinatis ſeruata debita forma, recipiunt quidem ordinem, ſed non executionem.

Proinde ipſi ordinati ab Epiſcopis Schiſmaticis, correcti, vel emendati, reconciliandi ſunt, & abſoluendi cum pœnitentijs ſalutaribus, dummodò errores, vel ſaltem Schiſma ordinatoris abiurent in iudicio, vel publicè, vel ſecretò, pro qualitate facti. In ordinibus autem per eos, alias ritè ſuſceptis, miniſtrare nõ permittantur, niſi cum ipſis, ſuper irregularitate huiuſmodi occaſione contracta, auctoritate ſanctæ Sedis Apoſtolicæ fuerit diſpenſatum.

Non ſunt admittendi Epiſcopi Schiſmatici, ſiue pro ordinibus, ſiue pro alijs Sacramentis conferendis, ſed detinendi, quoad ſancta Sedes Apoſtolica deſuper conſulatur, & reſponſum habeatur.

Græci ſine literis dimiſſorijs Epiſc. Latini Diœceſani ad Sacros ordines promoti, ſuſpenſi ſunt, & ſi ſuſpenſi in ſuis ordinibus miniſtrauerint, efficiuntur irregulares, ſicut & Latini.

Super huiuſmodi autem, & ſimilibus irregularitatibus diſpenſandi facultatem à ſancta Sede Apoſtolica obtineri oportet.

Si Epiſcopus Latinus Græcum aliquem ordinare voluerit, qui à Presbytero Græco in Baptiſmo Chriſmate in fronte de facto fuerit conſignatus, debet illum antea confirmare, ſaltem ſub conditione, videlicet *N. ſi es confirmatus* &c. vt ſupra. Presbyteri vidui, ſeu vxoribus orbati, habitum deferant diuerſum ab alijs.

### *Circa Sacramentum Matrimonij*

Curent ordinarij locorum, vt decretum Sacri generalis Concilij Tridentini de reformatione Matrimonij vertatur in linguam Græcam vulgarem, & in locis, & Parochijs Græcorum, & Albanenſium euulgetur, & publicetur.

Matrimonia inter coniuges Græcos dirimi, ſeu diuortia, quoad vinculum, fieri nullo modo permittant, aut patiantur, & ſi qua de facto proceſſerunt, nulla, & irrita declarent.

Maritus Latinus, vxoris Græcæ ritum non ſequatur.

Latina vxor non ſequatur ritum mariti Græci.

Græca verò vxor ſequatur ritum mariti Græci.

Quòd ſi id fieri non poſſit quiſque coniugum in ſuo ritu, Catholico tamen, manere permittatur.

Proles ſequatur patris ritum, niſi præualuerit mater Latina.

Presbyter Græcus coniugatus ante ſacrum Sacrificium, ſeu ſanctam Miſſam celebrandam, vel per hebdomadam, & per triduum abſtineat ab vxore.

### *Circa alia dogmata.*

Græci credere tenentur etiam à Filio Spiritum ſanctum procedere, ſed non tenentur pronunciare, niſi ſubeſſet ſcandalum, præſertim ſi degant inter Latinos; aut neceſſitas poſtularet confitendi fidem Catholicam, quia tunc oporteret etiam pronunciare.

Nunquam Monachis Græcis, ſeu Calogeris animarum cura committatur, niſi ex neceſſitate, vel alia iuſta cauſa.

Presbyteri ſeculares Græci abiuratis ſchiſmate, & erroribus atque in fide Catholica bene inſtructi, in Parochialibus, ſeu curatis Eccleſijs Græcorum inſtitui poſſunt. Tolerandus eſt apud Græcos vſus carnium die Sabbathi, vbi ſine ſcandalo fieri poteſt: in locis tamen ipſorum, & inter eos tantum.



Digitized by Google

Item tolerandus eſt, vt ad ieiunium eodem die Sabbathi in Quadrageſima, excepto vno Sabbatho ſancto, ex antiqua traditione non teneantur, ſed duntaxat ad abſtinentiam.

In ieiunijs biduanis, vel triduanis, vel aliàs à Diœceſanis, vel Iubileis à Summo Rom. Pontifice indictis, dies Sabbathi in eis comprehenſus, vel præſcriptus, in alium diem pro plebibus Græcis, ab ipſis Diœceſanis, Apoſtolica auctoritate Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis Diuina prouidentia Papæ VIII. permittitur commutari.

Si ipſi Græci ad obſeruationem ieiuniorum, & vigiliarũ Latinæ Eccleſiæ induci poſſent, optimum eſſet, ſed non cogantur, cum ipſi qualibet hebdomada, & feria quarta, & feria ſexta ieiunent.

Græci exiſtentes inter Latinos, dies feſtos de præcepto eiuſdem Latinæ Eccleſiæ ſeruare tenentur.

Inſuper idem Sanctiſſimus Dominus noſter conſtituit Romæ habendum eſſe Epiſcopum Græcum Catholicum, qui Græcos Epiſcopis Latinis Italiæ, & Inſularum adiacentium ſubiectos, ab Epiſcopo Græco ordinari volentes, cum illorum dimiſſorijs, ad id tantum concedendis, ritu Græco ordinet.

Item mandauit, vt ad maiorem inſtructionem Dominorum Epiſcoporum Latinorum, imprimantur cum hac ipſa Decretales, ſeu literæ quædam Apoſtolicæ ad Græcorũ ritus pertinentes: ac etiam profeſſio Orthodoxæ fidei, à Græcis, qui ad vnitatem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ veniunt, facienda.

Ita Sanctitas ſua ex ſententia Congregationis ſuper reformatione Græcorum decreuit, & declarauit, ac fieri mandauit Romæ in Palatio Montis Quirinalis, apud Sanctum Marcum die 31. Menſis Auguſti. Anno Dom. 1595. Pontific. ſui anno quarto.

Iul. Ant. Card. S. Seuerinæ.

S.P.N. Gregentii Archiepiſcopi Tephrenſis Diſputatio cum Herbano Iudæo legis doctore, Interprete Nicolao Gulonio literarum Græcarum profeſſore Regio Carnute. In To. 4. Bibl. Sanctorum Patrum, edit. 2. Sed & poſtea recuſus eſt Pariſijs Græcolatinus, ſeparatim.

Gramineae cuidam aſcriptus liber qui prænotatus *De vigilijs artium, & ſanæ Theologiæ Diuinæ Theſaurus Orthodoxus, & conſenſus Eccleſiæ Catholicæ in controuerſia fidei, de Sanctiſſimo Eucharistiæ Sacramento aduerſus Caluinum, & reliquos Sacramentarios, ac illos etiam, qui vbiquitatem in Christi corpore ſtatuunt.* Coloniæ apud Ioannem Gymnicum an. Dom. 1575.

Gratiadevs, qui & Ioan. Baptiſta Gratia Dei, Ord. Prædicatorum, ſcripſit aduerſus Iudæos, & Supplementum Commentariorum D. Thomæ Aquinatis in librum ſecundum Perihermenias Ariſtotelis.

Atqui eiuſdem Ordinis ſiue alius, ſiue is ipſe fuerit Aſculanus, qui in Academia Patauina defenderat Quæſtiones Theologicas, atque Metaphyſicas, eaſdem Venetijs edidit an. 1584. cum etiam ſcripſiſſet in Prædicabilia Porphyrij, in Prædicamenta, & Parua naturalia Ariſtotelis, in librum ſex principiorum Gilberti Porretani, in Summam Logicæ. PP. Mon. Ord.

Gratianvs Iuris Pontificij Doctor, & Decreti Pontificij, quod prænotatur: *Concordantia diſcordantium Canonum* (vt vocant) *Compilator*, natione Etruſcus, patria Cluſinus, monachus Monaſterij Sancti Proculi, ſiue (vt alijs placet) Sanctorum Felicis & Naboris, Bononiæ, Ordinis Sancti Benedicti, Congreg. Cluniacenſis, Opus ſuum ann. milleſimo centeſimo quinquageſimoprimo in Monaſterio Sancti Felicis Bononiæ cõpoſuit. Quod tripertitum in Diſtinctiones, Cauſas, & de Conſecratione, ſunt interpretati Hugo, & Ioannes Teutonicus: Apparatum autem ad illud, quod dicitur Roſarium Decreti, ſcripſit Archidiaconus. At noſtra ætate vniuerſum Corpus Decreti emendari, & annotationib. inſigniri curauit Gregorius XIII. Pont. Max. qui & ſanxit ne qua editio alia in ſcholis legeretur, aut priuatim haberetur, donec reliquiæ ab aliqua Vniuerſitate fuiſſent repurgatæ. Ita verò emendatum prodijt Romæ an. 1580. Venetijs 1584. Lugduni eodem anno, & anno 1591. Francofurti anno 1586. & 1590. cum item prodijſſet Pariſijs anno 1585. Quin & emendare illud antea attentauerat Antonius Contius, quod impreſſum fuit Antuerpiæ apud Plantinum 1570. & ibidem 1573. Sed iam Romana emendatio ceteris eſt anteponenda. Contigit autem (ait Arnoldus VVion) de Gratiani Monaſterio, quod olim de Patria Homeri, Monachis Sanctorum Felicis, & Naboris, ſuum eſſe aſſerentibus; Monachis verò Sancti Proculi contradicentibus, *qui Gratianum Monachum ſuum fuiſſe affirmant, & pro tali eorum in clauſtro, quod hortum reſpicit, ſtatuam ei marmoream erexerunt.* Quibuſdam etiam placet, vt Monachus Claſſenſis vocetur, quemadmodum

ſenſiſſe viſus eſt Tritemius de viris illuſtr. Ord. Sancti Benedicti, lib. 2. ca. 113. At hallucinatus putatur. quòd nomine *Claßis*, ſiue potius, *Cluſis* natum, monaſterium pro ciuitate acceperit, in qua eum eſſe natum teſtatur liber prænotatus ***Pomarium Eccleſiæ Rauennatis***, quod extat in Bibl. Vaticana m.s.

Cæterum illos inter ſe conciliare poſſe putat Arnoldus, ſi dicatur, Gratianum Cluſis natum monaſticam vitam profeſſum fuiſſe in Monaſterio Sancti Proculi, deinde trāſijſſe maioris commodi gratia, ad monaſterium Sanctorum Felicis, & Naboris, ibique Decretum cōpoſuiſſe. Quod & conieciſſe videtur Carolus Sigonius, lib. 1. De Epiſcopis Bononienſibus, non auſus dicere Gratianum monachum fuiſſe S. Felicis, ſed Decretum in eiuſdem S. Felicis monaſterio compoſuiſſe.

De Gratiano autem id ſciendum eſt, eum ſæpè erraſſe, tribuentem ijs Auctoribus Opera, quorum non eſſent. Deinde dum ſua cum verbis Auguſtini interdum verba continuat, circumſpectè legendum, ne Auguſtini cuncta eſſe exiſtimentur. Deinde diſtin. 19. ***Canone. Ita Dominus***, cum dicit erraſſe Anaſtaſium Papam in Epiſt. ad Anaſtaſium Imper. quia voluit rara eſſe Sacramenta Baptiſmi, & Ordinis, quæ Acacius contulerat, id nō Anaſtaſium hæreticum, ſed Gratianum minus Theologica ſcientem, oſtendit: Baptizati enim ab hæreticis verè ſunt Baptizati, atque item ab ijs ordinatis verò ſunt ordinati, quando ordinator hęreticus verè Epiſcopus fuit, & adhuc erat, ſaltem quantum ad characterem.

Vide Bellar. Card. To. 5. controu. li. 4. c. 10. de Rom. Pont.

Præterea *cum diſt. 19. Can. In Canonicis*, affirmat Epiſtolas Pontif. Decretales numerandas eſſe inter ſcripturas Canonicas: falſus eſt è corrupto codice; quem ipſe habuit Diui Auguſtini, cui tribuit Canonem illum, quaſi extaret in libro ſecundo ipſius de Doctrina Chriſtiana, cap. 8. Sani autem codices, & emendati Beati Auguſtini id non habent. Neque verò Auguſtinus inquit Epiſtolas eas eſſe Scripturam Canonicam, quas Apoſtolica Sedes dare, vel accipere ſolet, ſicuti Gratianus legerat, ſed iudicium de Scripturis ſanctis pertinere ad Eccleſias, atque ad eas potiſſimum, quæ ab Apoſtolica Sede, & ab Apoſtolis accipere meruerunt, quales ſunt Roma, in qua ſedit Petrus, & ad quam ſcripſit Paulus. Epheſus, in qua ſedit Ioannes, & ad quam ſcripſit idem Paulus, & aliæ quædam.

Bellar. Card. lib. 2. de Conciliorum auctoritate, c. 12

Vigeſima item ſeptima quæſt. 2. vbi habet ex S. Leonis Epiſtola hæc verba. ***Cum Societas nuptiarum ſic ab initio conſtituta ſit, & præter ſexuum commixtionem non haberet in ſe Chriſti & Eccleſiæ Sacramentum.*** emendādus eſt ex ipſa Leonis Epiſtola, vbi illud (*non*) omnino non eſt. Eodem modo emendandus eſt textus Magiſtri lib. 4. diſt. 26. vbi eadem loca extant cum eadem deprauatione.

Bellar. lib. 1. de Sacra. matrimonij, c. 5.

Quin & 36. quæſt. 2. Canone vltimo lapſus eſt. Neque enim pugnant Hieronymus & Concilium, vti Gratianus putauit. Hieronymus enim tantum dicit, ſecundum legem veterem licuiſſe raptori ducere vxorem mulierem à ſe raptam, ſi pater eius conſentiat; Cōcilium autem ſtatuit, vt non obſtante lege illa veteri, quæ iudicialis fuit, & Chriſtianos non obligat, non liceat raptori in vxorem ducere eam, quam rapuit. Vide verò in hoc Apparatu in verbo, Canones.

GRATIANVS Brixianus, Ord. Min. in Academia Patauina profeſſor, edidit in librum ſecundum Scoti Lecturam (vt vocant) eruditam ad Albertum Pium Carpenſium Principem. Incipit, *Vtrum prima.*

GRATIANVS Florentinus Auguſtinianus ſcripſit in libros Sententiarum Quæſtiones, vt è quibuſdam membranulis, Florentiæ in Bibl. Sancti Spiritus aſſeruatis conſtat. Floruit an. 1431. Michael Pocciantius.

GREGORAS, ſiue Nicephorus Gregoras Eccleſiaſticam hiſtoriam ſcripſit Græcè. Liber autem m.s. Græcus extat in Vaticana Bibliotheca hac inſcriptione: Πίναξ τῶν ἐκλεγέντων ἐκ τῆς καθόλου ἱστορίας ῥωμαϊκῆς λόγων τοῦ γρηγορᾶ, καὶ συντεθέντων ἐνταῦθα τοῖς ὑστέροις αὐτοῦ δέκα ἀντιρρητικοῖς, διότι λεπτομερέστερον ἐν ταῦθα διέξεισι τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν ἐκείνην καὶ ἅμα τὴν ληστρικὴν σύνοδον τῶν δυσσεβῶν, καὶ ὃν ἐποιήσαντο διωγμὸν οἱ παλαμῖται κατὰ τῶν εὐσεβῶν.

At qualis fuerit hic Gregoras, vide in lib. 16. Bibl. Selectę noſtræ, vbi iudicium fertur de Græcis Hiſtoricis, in editione Veneta, & Colonienſ. Vide item in verbo, Ioannes Cantacuzenus.

GREGORIVS Acindynus ſcriptor Græcus doctiſſimos libros ſcripſit De diſtinctiōe ſubſtantiæ, & operationis Diuinæ aduerſus imperitiam Gregorij Palamæ, & aliorum Græcorum. Quæ controuerſia, vt & illa de lumine Thaborio, maximè ſub Imp. Cantacuzeno extitit, & viguit Barlaamo Calabro auctore. Vide vero Lector quæ noſter Iacobus



Digitized by Google

Gretzerus in Notis ad Io. Cantacuzenum, ſcripſit de hoc Acindino. Extat autē ipſe Greg. Acindinus m.s. Græcè in Bibl. Bauarica.

GREGORII Antiocheni Orationes quædam extare feruntur.

GREGORIVS Alexadrinus, ſiue de Alexandria, Italus, & Ord. Auguſtiniani Sermones elegantes reliquit. Viuebat an. 1420. Extabant Peruſij in Cœnobio S. Mariæ Nouellę. Ioſeph. Pamphilus.

GREGORIVS Antiochiæ Epiſcopus, Sermones Græcè ſcriptos reliquit in Chriſti Domini ſepulturam, in Ioſephum ab Arimathia, in Reſurrectionem Domini.

GREGORIVS Aretinus à Volaterrano citatus, ſcripſit de temporibus ſuis, at vix eum attigiſſe res Eccleſiaſticas puto.

GREGORIVS Ariminenſis, quem nominant *de Arimino*, Ord. Auguſtiniani Prior Generalis, vitæ integritate, & acri iudicio in Theologicis diſquiſitionibus ſuo tempore celebris, ſed qui inter nominales potius quam inter reales cenſetur, ſcripſit Commentaria in primū, & ſecundum librum Magiſtri Sententiarum, quibus Commentarijs adiunctæ ſunt Additiones, quæ dubitatur, num ſint ex ore dictantis exceptæ, an ab aliquo eius Auditore deprompte. Interpretatus eſt item omnes D. Pauli Epiſtolas, & eam, quæ eſt D. Iacobi. Quin & reliquit Tractatum de vſuris; alterum de intenſione, ac remiſſione formarum; alium de moribus Venetorum; ſed & alium de conditionibus Florentinorum. Ambroſius Coranus vocat Doctorem eximium, prudentem, Sanctum, qui non tam viuens, quàm huic Mundo mortuus Pariſienſem Academiam illuſtrauerit, & egregiè ſcripſerit. Florebat anno Domini 1350. Viennæ verò, quæ metropolis eſt Auſtriæ, deceſſit anno 1358.

GREGORIVS Aremiæ magnæ Præſul, ordinatus à Leontio Epiſcopo Cæſareæ Cappadociæ, ac cuius Actorum meminit Euthymius parte ſecunda ſuæ Panopliæ, tit. 20. (quę quidem Acta non omnino probantur) confunditur à Nicephoro lib. 8. c. 14. & 33. cū Gregorio Thaumaturgo, & falsò aſſeritur interfuiſſe Concilio Nicæno, cum eius filius Aroſtanes fuerit is, qui ei interfuerit. Porrò eius Acta leguntur apud Metaphraſten, Lippomanum To. 6. Surium Tom. 5. Vide item nonnihil in S. Niconis Epiſtola contra errores Armenorum. Viuebat ann. Do. 311. tertio autem Euſebij Papæ. vide Annal. Baron. Card. To. 3. ſub eundem annum.

GREGORIVS Bæticus (vt in Catal. Hieronymus ait) *Iliberi Epiſcopus, vſq; ad extremam ſenectutem, diuerſos mediocri Sermone Tractatus compoſuit, & de fide elegantem librum, qui hodieq; ſupereſſe dicitur.* Alij verò *Heliberitanum* Epiſcopum ſcribunt.

Extat autem hic liber, nam & prodijt Colonię apud Maternum Cholinum ann. 1577. atque in Bibliotheca Margarini Bignæi Sanctorum Patrum intextus fuit. Debemus autem Achilli ſtatio Luſitano, cuius anima quieuit in pace, beneficium huius libri, quandoquidem deſcribi, atque euulgari curauit. Sic enim & ipſe hoc de Auctore ſcriptum reliquit. *Huius libri nobis, deſcribendi copiam fecit Germanus Genuas monachus Benedictinus, vir Latinè, Græceq; doctiſſimus, eum enim illo in Abbatia, quàm vulgò Pompoſam vocant, ſita in agro Ferrarienſi, fortè reperit. Quem nos librum, qui nonnihil mendoſus fuit, vſi coniectura vel emendauimus, vel potius emendare conati ſumus, ac veterem illam ſcribendi rationem, quàm in antiquiſſimis monumentis ſcriptam, ſculptamue agnouimus, quoad eius fieri potuit retinuimus, ne quod antiquitatis ſtudio & diligentia fecimus, aliter accipiat Lector, atque interpretetur. De fide verò liber inſcribitur, quòd veteres Sacroſanctæ Trinitatis myſterium, traditionemq; ſic verè vocabant: cuius rei plura ſunt teſtimonia. Sed nos Hieronymi, atq; huius ipſius Gregorij auctoritate contenti eſſe voluimus, qui principio Tractatus vltimi, huius quaſi titulum ſignificans Opuſculi, quaſi cuiuſdam,* inquit, *Abbreuiationis de fide quadam taxatio:* Hactenus Achilles Statius.

Atqui Honorius presbyter Auguſtodunenſis, *Oſius*, inquit, *Cordubenſis Ciuitatis Epiſcopus ſcripſit ad ſororem ſuam de laude Virginitatis Epiſtolam, pulchro, & diſerto comptam eloquio. In Sardicenſi etiam Concilio quamplurimas ipſe edidit ſententias. Hic in ſenectute à Conſtantio perterritus Arianæ impietati conſenſit, qui cum contra Gregorium Heliberitanæ Sedis Epiſcopum reſidens, faſtu, quaſi regalis Imperij ſententiam conaretur exprimere, os vertit, diſtorquens pariter & ceruicem, ac de ſella in terram illiditur, atque ilico moritur.* Porro inſcriptio libri Gregorij hæc eſt *Gregorij Bætici Iliberitanæ Sedis Epiſcopi, ad Gallam Placidam Auguſtam, hoc eſt ſororem Arcadij, & Honorij, de Trinitate, & fide liber.*

GREGORIVS, Breitkopff Konicius, Theologus, Sapphica de D. Catharina, & de B. Hieronymi Vita Scripſit, an. 1510. Eiſingr.

GREGORIVS è Brinlingtona Regularis Canonicus edidit Commentarium in Cant. Canticorum: Sermones item, & libros Muſices duos.



Digitized by Google

GREGORIVS Britannicus, Ord. Præd. cōpoſuit Sermones funebres, nuptiales, & varij argumenti: quin & Orationes edidit tum a ſe, tum ab alijs, quæ anno 1516. & 1540. apud Victorem Rabanum Venetijs fuerunt excuſæ.

GREGORIVS Cæſarienſis Epiſcopus, Orationem ſcripſit in Epiphanium, quæ extat in Bibliotheca SS.PP.

GREGORIVS Caſſinenſis, hoc eſt, Benedictinus monachus, ſcripſit De paſſione S. Reſtitutæ virginis. De paſſione SS. Caſti, & Caſſij. De vita S. Geraldi Epiſcopi, & Confeſſoris. (De quibus etiam Hymnos, Officium, & cantus compoſuit) De Aſſumptione Beatiſſimæ Virginis, Homiliam. De captione (vt ille vocat) Hieroſolymæ, ac de tranſitu peregrinorum ad Terram ſanctam, rogatu Bernhardi Balnenſis Epiſcopi, carmine lib. 1. Poematium. De SS. Iona Propheta, & Andrea Apoſtolo. De dedicatione Eccleſiarum, & feſtiuitate Paſchali. Obijt Piperni, quæ Ciuitas eſt in Regno Neapolitano. Sanè verò Gregorium ſiue hunc, ſiue alium Caſſinenſem monachum Arnoldus Vion affert, qui ad Eccleſiæ Limeſſanæ (forte Sinueſſanæ) adminiſtrationem aſſumptus, ſcripſit eleganti metro De captione Cænobij Caſſinenſis.

GREGORIVS Capucinus Neapolitanus, Enchiridion Eccleſicſticum Venetijs apud Hieronymum Polum ann. 1588. & apud eundem anno ſequenti Regulam S. Franciſci cum diuerſorum Pont. Max. ad eam declarationem edidit. At illius Enchiridion Eccleſiaſticum excuſum eſt, Venetijs apud Hieronymum Polum ann. 1588. Regula verò vnica Seraphici S. Franciſci cum declaratione Summorum Pontificum, ibidem apud eundem anno Dom. 1589.

GREGORIVS Cerameus, Taurominitanæ Eccleſiæ Archiepiſcopus Sicelienſis, Homiliat Græcè plures reliquit.

GREGORIVS Commandinus Mantuanus & Canonicus Regularis, vir vt doctus, ita multarum dotium, edidit ann. 1590. Venetijs apud Ioannem Baptiſtam Somaſcum: librū De effectibus myſticæ Theologiæ Italicè: Carmine varia Italica, inter quæ extat Ode, ſiue Cantio perelegans in funere Eleonoræ Archiduciſſæ Auſtriæ, Duciſſæ Mantuę, fœminæ Auguſtæ, atque lectiſſimæ, apud Franciſcum Oſannam Mantuæ Typographum; ſed & in Cantica Canticorum nunc ſcribit.

GREGORIVS Cōſtantinopolitanus Archiepiſcopus extat Græce m.s. in Vaticana Bibliotheca duobus voluminibus, altero viginti nouem, altero octodecim Serm. continente. Præterea eiuſdem collectio, atque expoſitio hiſtoriarū, quarum memor eſſe potuit, ſui temporis. Sed in Bibl. Imper. Viennæ extat m.s. Orationes D.S. Paſcate. De Mamante martyre. De cœna Dominica. De Pentecoſte. De Machabæis. De S. Cypriano. De Chriſto, & eius Natiuitate. De Baſilio Magno. De Baptiſmo. De S. Gregorio Baſilij Magni fratre. De S. Athanaſio, & alijs. De laude S. Gregorij in Iulianum.

GREGORIVS Corinthi Epiſcopus, ſiue Metropolita, ſcripſit in Ioannem cap. 21. De Thoma contrectante Dominum, cum reſurrexiſſet, luculentum Sermonem. Extat vna cum nonnullis homilijs eiuſdem Græcè ſcriptis, in Bibliotheca Vaticana. vide in verbo, Gregorius Metropolita Corinthi.

GREGORIVS Corteſius Mutinenſis, monachus, & Abbas ſancti Benedicti (vt aiunt) de Padolyrone in agro Mantuano, Ordinis ſancti Benedicti, Congreg. Caſſinenſis, vir doctiſſimus S.R.E. presbyter Cardinalis tituli ſancti Ciriaci in Thermis, obijt Romæ vndecimo Kal. Octobris an. 1548. ibid. apud SS. Apoſtolos ſepultus. Panuinius in vtraque Epitome, & Catalogi Archiuij Monaſterij ſancti Benedicti de Mantua, plura illum fuerunt compoſuiſſe, quæ temporum iniuria magna ex parte interierunt. Quæ verò extant, hæc ſunt: Epiſtolarum familiarum liber. Quod S. Petrus fuerit Romæ, liber. Hi autem ſimul excuſi fuere Venetijs, apud Franciſcum Franciſcium Senenſem anno 1573. Hymnorum diuerſi metri, liber. De viris illuſtribus Ordinis Monaſtici liber. Et hic quidem m.s. contectus erat viridi colore in Bibl. S. Benedicti Mantuana, ſicuti Catalogus librorum, qui extat apud Arnoldum Vvionem in membranis m.s. indicat. veruntamen furto ſublatus creditur, neque enim inuenitur. Tranſtulit & librum S. Baſilij de Virginitate, è Græco in Latinum.

Vide Pet. Bugianum colloquio quarto hiſt. monaſticæ.

GREGORIVS Cyprius Græcè ſcripſit aduerſus Beccum Ioannem, librum, qui inſcribitur, *Sancta Synodi*, ſiue *Tomus*, ſiue *Columna Orthodoxiæ*, De menſuris, de fide, de prædicamētis, & hic quidem Latinè verſus fuit, ſed eius ſententiæ Græcæ excuſæ fuerunt Coloniæ an. 1536.

GREGORIVS Diaconus Metochita, Græcè ſcripſit De proceſſiōe Spiritus ſancti, qui extat in Vaticana Bibl.

GREGO-

GREGORII Eluangij, Opera Theologiæ Syrochaldaicè.

GREGORIVS Emiſenus, perperam dicitur is, qui Niſſænus dicendus eſt. Vide in verbo, Gregorius Niſſænus. De Euſebio autem Emiſeno, vide in verbo, Euſebius Emiſenus.

GREGORIVS Florentij filius, dictus Turonenſis. Vide in verbo, Greg. Turonenſis.

GREGORIVS Haloander Germanus, quòd inter primos corpori Iuris Ciuilis caſtigando alijsq; ad id ſpectantibus Operam ſedulam dedit, non pertinet ad hunc Apparatũ Sacrum, ſed pertinet, quòd Canones Apoſtolorum à S. Clemente collectos Latinè reddẽs è Græco vtraque lingua in publicum protulit. Et quidem, cum ipſis pleraque varijs ex Officinis prodierint, ſimul tamen omnia Opera Tomis 11. Pariſijs edita ſunt in lucem apud Carolum Guillardum an. 1540.

GREGORIVS Laodicenſis, vt Nicephorus Caliſtus habet 6. & 9. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro, ſcripſit Vitam Euſebij Emiſeni, at hic fuit hæreticus. Vide in verbo, Euſebius Emiſenus, & quæ contra Manichæorum hæreſim, in verbo, Manichæi, & in verbo, Didymus.

GREGORIVS, Magnus meritò appellatus, ſiue Anicius Gregorius, Gordiani filius, Felicis Pont. Max. Quarti Pronepos, Romanus, Monachus Ord. S. Equitij, quemadmodũ Baron. Car. & poſt eum Anton. Gallonius in Apologia probauit. Deinde Pont. Max. eius nominis Primus, vir ſemper ſanctiſſimus, ac vt pietate, ita miraculis clarus, Cathedram D. Petri tenuit tredecim annos cum dimidio, quibus inter ſummas difficultates Chriſtianam Eccleſiam rexit. Mauritio Imperatore vſque ad ſecundum annum Phocæ Imp. hoc eſt, ſexcenteſimum quintum ſalutis noſtræ.

Dicendum autem de ipſo hic eſt, quod in reliquis illuſtribus Patribus conamur oſtẽdere, vt eorum Doctrina auidius excipiatur, ac planius intelligatur. Nimirum quinam eius vitæ, ac ſcriptorum meminerint. Qualia hæc ſint. Vnde vis dicendi hauſta. Quæue methodus, & dictio in ijs appareat. Quinam libri eius legitimi extent. Quique in ijs laborauerint, ſiue colligendis, explanandis, defendendis, ſiue item in alias linguas vertendis, & defenſione, aut verſione, euulgandis. Qui item falſo eidem aſcripti, vel adhuc dubij ſunt libri.

Et Vitam quidem Gregorij ſcripſere Paulus Diaconus, quæ excidit, deinde Ioannes Diaconus, quæ extat cum eius Elogijs in primo Tomo Operum Gregorij editionis Romanæ poſtremę. Anaſtaſius item Bibliothecarius Geſta ipſius, Gregorius Turonenſis, Beda, Ado Epiſcopus Treuerenſis, Photius in ſua Bibliotheca Gręca, Simeon Metaphraſtes, Iſidorus, Sigebertus, Tritemius, Baptiſta Platina, Io. Stella Venetus, F. Io. Laziardus, Arnoldus Vvion in Ligno Vitæ, & Gregorius Polydorus nouiſſimè, atque alij nonnulla alia de Gregorio attigerunt, ſed à Cæſare Card. Baron. To. 8. Annal. accuratius cũcta penè fuere tractata. Ad Iſidorum autem quod attinet, videtur irrepſiſſe mendum, vbi de Gregorio agit, cum legendum ſit, *Ioannem non Rauennatem*, ſed eum, qui *fuit Conſtantinopolitanus Epiſcopus*, ad quem Gregorius Magnus litteras miſit. In Sigeberto autem quod legitur *Tendelinda Longobardorum Regina*, Suffridus Petrus è Gemblacenſi codice legit, *Trudelinda*, & ex Affliginienſi, *Tedelinda*.

Quòd autem aliqui vocauerint in dubium, num Gregorius fuerit Monachus, id olim exploſit bipertito Opuſcolo Paulus Langius Monachus Bozauienſis, qui & Ioan. Ttritemij diſcipulus fuit, & eius hortatu veritatem hanc defendendam ſuſcepit, vt fecit. cum cetero quin acta quędam. quę feruntur de Gregorio Magno, quòd animam Traiani Imp. orationibus ex inferno laborauerit, quodq; alia ſcripſerit, quæ procul à vero abhorrẽt, exploſa ſint, quemadmodum ad finem huius Tractationis oſtendimus.

### *Gregorio Magno ſapientia, & vis in ſcribendo ac docendo ex humilitate potiſſimum.*

At in Gregorij ſcriptis vtiliter legendis maximi momenti erit, ſi pręter ingenium, & peracre iudicium, quo Diuina illum bonitas imbuit; præter optimas artes, quibus à puero fuit excultus; præter ſummam nobilitatem, qua & maiorum geſta, & præſentium exempla ei continenter obſeruabantur ob oculos; præter animum ad pietatem factum, humilitas perpendatur, quę in eius vt vita, ſic ſcriptis eluxit. Liquet hoc ex eo quod Hom. in Ezech. de ſe ipſo teſtatus eſt. *Scio enim* (ait) *quia plerumq; multa in ſacro eloquio, quæ ſolus intelligere non potui, coram fratribus meis poſitus intellexi: ex quo intellectu & hoc quoque intelligere ſtudui, vt ſcirem, ex quorum mihi merito intellectus daretur.* Sic ille. Liquet item ex eo, quòd cum verè eſſet

Sacerdos, Sacerdotem ſe eſſe tamen negaret: Ait enim alibi: *Sed & ſi Sacerdos non ſum: ſcio grauem eſſe hãc iniuriam Sacerdoti vt veritati ſeruiens fallax credatur.* Dixeris ne (inquit Baronius Card.) rogo Sacerdotem Gregorium non fuiſſe, qui ſe non eſſe Sacerdotem teſtetur? non puto, ſicut neque rerum negabis Dominos fuiſſe eos Impp. qui ſe Dominos vocari vetuerunt. Numquid Paulus erat Apoſtolus, qui ſe indignum dicit fuiſſe vocari Apoſtolũ? Imo & ipſe de ſe ipſo poſtea, cum erat opus, aiebat. *An non ſum Apoſtolus?* Quæ quidem pertinere poſſunt ad illud Gregorij huius Magni cum ſe nonnunquam vniuerſalem Epiſcopum dici noluerit: quippe qui Pontificiam dignitatem non ſolum animo, ſed & corpore fugerat. Ceterum cœleſti lumine indicatus, Spiritum ſanctum ſpecie columbæ ſibi dum ſcriberet dictantem habens, ſummis autem curis, & morbis conflictatus, quò magis laborabat, eò plura, & quidem profundiſſima emittens, intelligimus ſuper verè humilem, & trementem verba Dei, verè Spiritum ſanctum requieuiſſe. Nam & propterea Ildefonſus Toletanus Epiſcopus ſic ſcriptum de illo reliquit. *Gregorius Papa Romanæ Sedis, & Apoſtolicæ Præſul, compunctione timoris Dei plenus, & humilitate ſummus, tantoq; per gratiam Spiritus ſancti ſcientiæ lumine præditus, vt non modo illi præſentium temporum quiſquam, ſed nec in præteritis quidem par fuerit vnquam:* Vt mirum non ſit, ſi Honorius loquens de Scriptoribus Eccleſiaſticis, eum vocauerit *Organum Spiritus ſancti.*

### *Canones in Diuinis ſcripturis explanandis adhibiti à Gregorio Magno, quales fuerint.*

1 Omne (ait) quòd dicitur in ſacris literis quadripartita poteſt qualitate diſtingui. Aut enim mala malè. Aut bona benè, aut mala benè, aut bona malè dicuntur. Canonem autem hũc locis è ſcriptura petitis declarat libro tertio Moralium, cap. tertio, Tomo ſecundo.

2 Corporalium rerum modo Deus loquitur, vt ad excellentiam Diuinarum rerum per corporalia homines attollat. Vide Homiliam ipſius 11. in Euangelio Matthæi c. 13. & lib. Moral. 32. c. 4. & 5. *Hinc* (inquit) *per manum Dei operatio: per oculum vniuerſitatis cognitio: per cor, voluntas, per ſeſcapulas, tolerantia ſignificantur, &c.*

3 Mos ſacri eloquij eſt, vt à plurali numero ad ſingularem ſubitò tranſeat, vt illud Iob *Clamabunt, & eiulabunt,* mox ſubdens. *Non dixit, Vbi eſt Deus, qui fecit me.* Vide lib. 16. Moral. cap. 10.

4 Conſueuit ſcriptura aliquando totum pro parte, aut partem pro toto ponere. *Huius regulæ exempla ſunt multa: Gregorius tamen ponit illud Ioannis: Tulerunt Dominum meum, cum corpus tantum ibi intelligatur. Et illud Geneſeos: Intrauit Iacob in Aegyptum cum animabus ſeptuaginta. Hoc enim loco fit mentio de animabus tantum, cum etiam corpora intelligantur. ex libr. 3. Moral. capit. 9.*

5 Mos ſacri eloquij eſt, vt res ſemel dicta pro confirmatione iteretur. *Huius Regulæ exemplum eſt illud Iob, vſque huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. In multis hiſce verbis quaſi per exaggerationem, & amplificationem oſtenditur terminum poſitum, ne tranſiret fines ſuos. Ex lib. 28. Moral. c. 16.*

6 Intellectus ſacri eloquij inter textum & myſterium tanta eſt de liberatione penſandus, vt vtriuſque pars lance moderata, hunc neque nimiæ diſcuſſionis pondus deprimat, neque rurſus torpor incuriæ vacuum relinquat.

*Exemplum huius rei ampliſſimum eſt illud, quod in Geneſi legitur de Iacob, qui virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis detorcitauit, & poſuit in canalibus ante gregum oculos. Id quod de Scriptura ſacra exponi poteſt, cuius interdum cortex ex parte detrahitur, & ex parte relinquitur. Ex li. 21. Moral. cap. 1.*

7 Sacra eloquia in exordijs narrationem qualitates exprimunt, terminoſque cauſarum. 2. Moral. c. 2.

8 Aliquando res geſta in facto culpa eſt: in ſcripto autem prophetia virtutis, aut è cõtrario in ſacris literis. 3. Mor. c. 21.

9 Sacra ſcriptura plerunque de virtutibus, & vitijs ſic agit, vt, dum loquendo aliud inſinuat, aliud tacendo innoteſcat. 1. Moral. c. 5. 6.

10 Scriptura ſacra ex his, quę tenuiter permittit, Diuina reuerenter expectanda indicat, quæ ſubiungit. 4. Moral. c. 4.

11 Sacra ſcriptura in ſuperioribus ſuis partibus ſolet breuiter lõge poſt ſecutura perſtringere, cum ſtudet ad alia enuncianda properare. Præfat. Moral. c. 1.

12 Scriptura ſacra omnibus reſpondet. 23. Moral. 17. 19. *Eloquium tale eſt, vt cunctorum*



Digitized by Google

*quæſtionibus ſatiſfaciat,ſingulorum cordibus vocibus priuatis,non reſpondens.*

13 Mos eſt Diuinarum literarum, vt cum aliquid narrat,interpoſita alterius cauſæ ſententia,ad ſuperiora protinus redeant.5.Moral.c.29.

14 Diuina eloquia tanto quiſque altius intelligit,quanto altius in eis intendit. Homil.7.in Ezech.

15 Mos eſt ſacri eloquij,vt ipſi, qui ſcribunt, ſic de ſe in illo quaſi de alijs loquantur. Præfat.in Iob c.2.

*Moyſes de ſe ait:Erat Moyſes mitiſſimus.Ioannes de ſe.Hic eſt diſcipulus ille. Lucas item de ſe ait:Cleophas, & alius. Num.22.Io.19.Luc.24.*

16 Scripturæ ſacræ liber intus ſcriptus eſt per allegoriam, foris per hiſtoriam. Hom. 9.in Ezech.

17 Deus in Sacra ſcriptura aliquando nuncupatiuè, aliquando eſſentialiter dicitur. Hom.8.in Ezech.

*Nuncupatiuè: Dijs non detrahes, id eſt Sacerdotibus. Conſtitui te Deum Pharaonis,id eſt Iudicem.Deus ſtetit in Synagoga Deorum:Eſſentialiter Deus Abraham,&c. Gen.6.&c.Gen.6.Exod.22.Pſ.81.Exod.3.*

18 Sententia cum ſine addito dicitur in ſacris literis,ſemper bona intelligitur.25.Moral.cap.2.

19 Prophetæ dum conſuluntur, ex magno vſu prophetandi quædam ex ſuo Spiritu pro ferunt,& ſe hæc ex prophetiæ ſpiritu dicere ſuſpicantur.Hom.1. in Ezech.

20 Prophetæ veri à falſis differunt,quia veri ſi quid de ſuo ſpiritu dicunt, per Spiritum edocti,citius illud corrigunt: falſi autem,& falſa denunciant, & in ſua falſitate perdurant.Hom.1.in Ezech.

21 Inter cetera prophetiæ miracula,hoc quoque mirandum habent libri Prophetarũ, quòd ſicut in eis verbis res,ita nonnunquam verba rebus exponuntur, vt eorum non ſolum dicta,ſed etiam res geſtæ prophetia ſit.22.Moral.c.21.& Hom.11.in Ezechiel.

22 Conſuetudo prophetiæ eſt nunc iſta, nunc illa conſpicere,& ab alijs in illud ſubito verba deriuare.Hom.7.in Ezech.

*Exempla multa ſunt,& ferè innumera,ideo ſunt ſilentio prætermittenda,& vnum tantum adducam, quod eſt illud Pſalmi ſeptimi,Deus iudex iuſtus &c. deinde ait: Niſi conuertimini. Vbi propheta narrat Dei iuſtitiam, & ſtatim intulit culpam peccatorum.*

23 Prophetiæ tempora tria ſunt, ſcilicet præſens,præteritum,& futurum. Quoniam præſens,& præteritum prophetiæ etymologiam perdunt. Ipſa autem tempora ſibi inuicem concinunt ob probationem.Hom.1.in Ezech.

*Exemplum de præterito eſt: In principio creauit Deus cœlum, & terram: cetera patent.*

24 Spiritus prophetiæ nec ſemper,nec eodem modo Prophetæ animum tangit.Hom. 1. in Ezech.

*Ex præſenti,prophetia Spiritus prophetantis animum tangit, non de futuro:interdum ex futuro non de præſenti: aliquando verò ex futuro & præſenti: aliquando ex futuro, præterito, & præſenti,ita dicendum eſt de proximo, & longinquo,& è cõuerſo. Exempla in Scriptura ſacra nõ deſiderantur:quæ breuitatis cauſa prætermittuntur.*

25 Scriptura ſacra cum dubitatiuè loquitur,non ſecundum viſionem prophetæ, cui certum eſt, loquitur,ſed ſecundum ipſos,qui monentur.Hom. in Ezech.

*Exemplum eſt de eo,quod dicitur in Ezechiele: Si fortè vel ipſi audiant: &,ſi fortè quieſcant. Conſtat enim, Deum omnipotentem omnia ſcire. Loquitur tamen Deus interdum ambigentis affectu,vt librum hominis arbitrium demonſtret,ne præſentia futurorum mali vel boni immutabile faciat, quod Deus futurum nouerit.Non enim quia ille ventura cognoſcit,neceſſe eſt nos facere,quod ille præſciuit:ſed quòd nos propria voluntate ſumus facturi,ille.vt Deus,nouit futurum.*

Ceterum,non ſpernenda ſunt quæ de ratione Diuinas ſcripturas exponendi ab eodẽ Gregorio Magno adhibita,obſeruauit Sixtus Senenſis in 4.lib.Bibl.ſanctæ,quę huc libẽter adijcimus,vt ſtudioſi tam vtilis Doctoris habeant ad manum, quæ futuræ ipſius lectioni non mediocrem allatura ſint lucem: ſic enim ait.

Gregorius,eruditione inſignis,& explanatione Diuinorum voluminum,tam inuiſibili,quam viſibili Spiritus ſancti illuſtratione edoctus,omnes ferè Sãctas ſcripturas,partim per Homilias,partim per Commentaria explicauit: quorum maiorem ſummam nõdum in plura exemplaria multiplicatam ; ſtatim poſt mortem eius æmuli flagitioſiſſimi exuſſerunt,veriti, ne ſanctitatis,& doctrinæ gloria ſcriptorum monumentis ad poſteros perueniret. In homilijs,atque his potiſſimum , quas ad populum habuit,inter ipſa Miſſarum myſteria,breui & ſuccincta Diuinæ lectionis elucidatione vſus eſt. Contra verò in Cõmentarijs coaceruato explanationis genere delectatus.Diuinas literas locupletiſſima ſen-

Methodus & Dictio in homilijs.

ſenſuum ac ſermonis copia profuſiſſimè enarrauit, vbique fermè obſeruans modũ & ordinem exponendi talem.

In primis iacto hiſtoriæ fundamento, litteræ contextum iuxta duplicem editionem, veterum ſcilicet, quæ Italica dicta eſt, & nouam Hieronymi, breuiter, & carptim percurrens, ediſſerit. Secundò, ex hiſtoriæ verbis, Allegoriæ, & Anagogiæ, quæ idem apud eum ſunt, varios fontes, immò copioſiſſimos omnes deducit. Tertiò, Allegoriarum ſenſus ad ædificationem Eccleſiæ, in exercitium moralitatis inclinat, & allegoricos fluuios ad irriganda moralium virtutum ſata deriuat, tantaque de virtutibus ac vitijs efficacia loquitur, vt ea videatur non ſolùm verbis exponere, ſed formis quodammodo viſibilibus, & palbabilibus demonſtrare. Huius ipſe ordinis cauſſam afferens ait, quod ſicut in ſalute fidelium, fides operibus prius eſt, ita in explanatione ſcripturarum Allegoria, quæ ad fidẽ pertinet, ſuper hiſtoriæ fundamentis prius debet imponi, deinde verò ſupra ipſam Moralis explanatio, quæ rectam pertractat operandi rationem. Quartò, ad hæc tria expoſitionum genera, quartum quoque adiungit genus ceteris difficilius, exponens ſingula ſcripturarum teſtimonia, quæ ipſe ad confirmationem, & elucidationem prædictarum explanationum in Commentarijs ſuis aſſumpſerat. Hæc ille. At de Dictione, ſiue Stylo Gregorij Magni, idem ipſe Sixtus cordatè ſequentia.

## DICTIO GREGORII MAGNI

Verborum & orationis genus, in omnibus penè ſcriptis eius continuum eſt, & connexum, inciſis quibuſdam & membris ſibi inuicem correſpondentibus currens, & ὁμοιοτελεύτοις, hoc eſt, *Similiter terminantibus* ſententijs fluens, ſemperque ferè in abſolutis perfectiſque finiens periodis, non affectatis tamen, nec quæſitis, ſed ex priſtina ſecularis eloquentiæ exercitatione vltrò manantibus, citra vllum accuratæ dictionis, & elaboratæ texturæ artificium: Quòd ipſe non diſſimulans, in Præfatione Commentariorum in Iob his verbis excuſat: *Quæſo, vt huius Operis dicta perquirens, in his verborum folia non requiras: ipſam enim artem loquendi, quam magiſteria diſciplinæ exterioris inſinuant, ſeruare deſpexi. nã, ſicut huius quoq; præfationis tenor enunciat, non metaciſmi colliſionem fugio, non barbariſmi confuſionem, ſitus, motuſque propoſitionum, caſuſq; ſeruare contemno: quia indignum vehementer exiſtimo, vt verba cæleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati.*

### *Scripſerit ne Operum ſuorum partem Græcè Magnus Gregorius.*

Photius in ſua Græba Bibliotheca cum Gregorium Romana lingua ſcripſiſſe plures libros ψυχωφελεῖς, hoc eſt *animabus vtiles*. Virumque ipſum θεάρεστον, ideſt, *Deo gratiſſimum* dixiſſet, nihil ab eo Græcè ſcriptum fuiſſe innuit: At Zachariam Pont. Max. qui poſtea ei ſucceſſit, curaſſe vt in linguam Græcam conuerſi non ſolum Dialogorum libri, verum etiam alij eiuſdem Gregorij ἀξιόλογοι πόνοι hoc eſt *labores digni*, commune orbi vniuerſo lucrum eſſent κοινὸν τὸ κέρδος τῇ οἰκουμένῃ πάσῃ. Quæ autem nunc extant Paſtoralia, ſiue de Paſtorali officio; apud Græcos, ea vertit Anaſtaſius Antiochiæ Epiſcopus. Quin ipſe Gregorius Magnus in Epiſtola ad Euſebium Theſſalonicæ Epiſcopum arguit Andream Monachum, qui Homilias Græcas Gregoriano titulo inſcriptas finxerat, &, vt erat verè humilis, fatetur ingenuè, ſe nec aliquid Græcè edidiſſe, nec vnquam ſermonem Græcum didiciſſe. Iam vero quòd à Græcis ipſis Gregorius dictus ſit Dialogus, id factum eſt ab Euthymio, Io. Damaſceno, atque alijs ob ipſam Dialogorum, quæ Gregorius vtiliſſima edidit, ſcriptionem.

Ceterum, quoniam videri poſſet Zachariam Pont. Max. illico ſucceſſiſſe Gregorio Magno; cum item Photius dicat, eum Gregorij διάδοχον hoc eſt, *ſucceſſorem* fuiſſe, non ita accipiendum eſt. Hic enim de quo loquimur Zacharias tempore Conſtantini Imp. (non quidem primi) vixit poſt annos fermè centum octoginta quinque, quàm Gregorius Magnus ex hac vita deceſſerat; qui & Dialogos ipſius Orientalibus idiomate Græco euulgauit. Qua in verſione non defuit deinceps aſtus eorum, qui Proceſſionem Spiritus ſancti à Filio negant, qui quidem è Græca verſione eandem à Filio proceſſionem eraſerunt, id quod Ioannes Diaconus monuit. Germani enim, & legitimi Latini Codices habent. *Cum enim conſtet, Quia Paraclitus Spiritus à Patre ſemper procedit, & Filio, cur ſe filius receſſurum dicit, vt ille veniat?*



Digitized by Google

## *Legitimi libri Gregorij Magni.*

Sed plura hic Diuinitus ſcripſit, quàm quæ nunc extant; quòd vt Ioannes Diaconus in Vita ſcripſit ipſius, hominum perfidia pleraque interierint; Satana, hoc ipſo indicante, quantam ab ijs cladem vel acceperat, vel apud poſteros pertimeſcebat, vt & is ipſe Satanas ijſdem Gregorij ſcriptis, quæ etiam num extant, vtiliſsimè in eius perniciem, gloriam autem Dei ſit petendus, & verò animandus quiſque ſiue ad eadem è ſuggeſtibus pronuncianda, ſiue ad feriò perlegenda, & meditanda. Et quidem poſtrema, quæ prodijt, Romana editione, ab an. 1588. vſque ad an. 1593. quæ in ſex Tomos fuit diſtributa, hæc habentur; quæ quidem ſummatim iuxta ſeriem Alphabeti hic inſerimus, poſtea de ijs diſtinctius acturi.

Antiphonarium liber vnus, qui extat in Tomo vltimo.
Canticum Canticorum. Tomo ſecundo.
Decreta. Tomo quinto.
Elogia in S. Gregorium. Tomo primo.
Epiſtolæ ſiue Regiſtrum. Tomo quinto.
Homiliæ in Ezechielem. Tomo quinto.
Homiliæ in Euangelium. Tomo tertio.
Hymni varij in Sacram ſcripturam. Tomo vltimo.
Index Rerum notabilium, & locorum Sacræ ſcripturæ. Tomo ſexto.
Moralia. Tomo ſecundo.
Paſtorale. Tomo quarto.
Paterius in libros octo S. Georgij. To. ſexto.
Pſalmi Pœnitentiales. Tomo ſecundo.
Regum libri. Tomo primo.
Regiſtrũ, ſiue vt diximus, Epiſt. To. quinto.
De Sacramentis. Tomo vltimo.
Vita S. Gregorij. Tomo primo.

At veteres editiones, de quibus infra agemus, cum Opera Gregorij Magni, in duos Tomos diſtribuiſſent, alteram, quam huc ſubiecimus, ſecuti ſunt ſeriem, videlicet:

Canticum Canticorum. Tomo 2.
Dialogorum libri quatuor. Tomo 1.
Decreta. Tomo 2.
Epiſtolæ. Tomo 2.
Homiliæ in Ezech. & in Euang. Tomo 2.
Index Rerum notabilium, & locorum Sacræ ſcripturæ. Tomo 1.
Moralia. Tomo 1.
Moralium libri inuenti miraculosè. Tomo 1.
Paſtorale. Tomo 1.
Pſalmi Pœnitentiales. Tomo 2.
Regiſtrum, ſiue Epiſtolæ. Tomo 2.
Regum libri. Tomo 2.
Vita S. Gregorij. Tomo 1.

Porrò, quæ diſtinctius ad ipſam pertinent Diuinam ſcripturam, quoſque tanquam Exegematicos libros enumerauit Sixtus Senenſis, hæc ſunt:

In Heptateuchum libri ſeptem, quos Ioannes Diaconus teſtatur ab inuidis poſt obitum auctoris concrematos.

In Regum libros inchoatæ expoſitionis volumina ſex; quibus, vt ipſemet Gregorius aſſerit, primus omnium Latinorũ aggreſſus eſt continuatã expoſitionẽ in libros Regum, de quib⁹ duntaxat ſexdecim prima primi libri capita exponenda aſſumpſit, vt ex eo labore periculũ faceret, ſi vltra progredi poſſet explanando, vnde & fuſior eſt in duobus prioribus libris, quam in cæteris quatuor. Operis initium eſt: *Poſt Moyſi, & Ieſu Naue libros.*

In Iob ad Leandrum Hiſpalenſem Epiſcopum, Commentariorum libri 35. editi ab eo cum crebris viſcerum doloribus torqueretur, ad leniendos cruciatus, quos fracta ſtomachi virtute, & continuis, lentiſque ſuperuenientibus febribus, patiebatur; ita diſponente Diuina prouidentia, vt viri à Deo flagellati ærumnas, vir à Deo flagellatus exponeret, quò eas experientia dictante, certius, copioſius, clarius, & ardentius enarraret. Proinde & cæteros huius libri enarratores tanto poſt ſe interuallo reliquit, quantò in omnium rerum cognitione ſcientia experientiæ coniuncta, ſcientiæ ſine experientia ſuperior eſt. Quantum autem exiſtimauerint hos verè aureos Commentarios veterum Patrum iudicia, hinc apparet, quòd ad huc viuente Gregorio, publicè eos Epiſcopi per diuerſas Eccleſias legere cœperunt: Quod ipſe cum reſciſſet, miſsis ad eos Epiſtolis, quæ adhuc extant, fieri vetuit. Abbreuiarunt hoc Opus Odo Cluniacenſis Abbas, & Simon Affliginienſis Monachus: hic in decem paruos libros, ille in exiguum volumen.

At compoſuit idem Gregorius in Pſalmos ſeptem, qui Pœnitentiales dicuntur, breuem & moralem Commentarium, ſecutus in eo Auguſtini enarrationes. Opus incipit, *Si ille Rex, & Propheta,* At quod Sixtus Senenſis ſubdit Gregorium Magnum.

In Canticum Canticorum, iuxta Anagogen, & Ethicen, Commentarium ſtrictiori, quam in cæteris explanatione vſum, cuius initium eſt: *Quia ſicato, &c.* Sciendum eſt hunc Commentarium nõ eſſe Gregorij Magni, quippe cuius tum expoſitio in Canticum Canticorum, tum in alia quædam poſt obitum Gregorij Magni fuere (vt Ioannes Diaconus ſcribit) ab inuidis prius concremati, quàm editi.

Edidit etiam, excipientibus notarijs in Ezechielem Homiliarum ad Populum Romanum libros duos, hoc eſt in prima tria Ezechielis capita Homil.12. primo libro comprehenſas: & rurſus in caput 40. De viſione templi in Hieruſalem conſtruendi, Homil.10. ſecundo volumine contentas. Has ad populum habuit, maximis animi curis fluctuans, propter calamitatem Vrbi imminentem, cum ad eam obſidendam Agiulfus Longobardorum Rex, iam tranſgreſſo Pado feſtinaret. Operis initium eſt: *Dilectiſſimo fratri Mariano Rauennati Epiſcopo, &c.*

Præterea compoſuit in Euangelicas lectiones, quæ in ſacris Miſſæ myſterijs leguntur, Homilias quadraginta: quarum quaſdam à ſe prius dictatas, per notarium ad Populũ recitauit; quaſdam verò ipſe viua voce pronunciauit, notarijs ab eius ore excipientibus: has Gregorius à ſe prius recognitas, duobus voluminibus concluſit, & Secundino Lauritano Epiſcopo dicauit. Earum Catalogus hic eſt:

In Matthæi caput ſecundum De aduentu Magorum, Homilia prima.
In Matth.4. De tentatione Chriſti, Hom.1.
In Matth.4. Ve vocatione quatuor Apoſtolorum, Hom.1.
In Matth.10. De miſſione duodecim Apoſtolorum, Hom.1.
In Matth.11. De Ioanne in vinculis, Hom.1.
In Matth.12. Super illud, Ecce mater tua, Hom.1.
In Matth.13. De theſauro abſcondito in agro, Hom.1.
In Matth.16. Super illud, Si quis vult venire poſt me, Hom.1.
In Matth.20. De vinea, Hom.1.
In Matth.22. De Rege faciente nuptias filio ſuo, Hom.1.
In Matth.25. De decem virginibus, Hom.1.
In Matth.25. De quinque talentis, Hom.1.
In Marci caput 16. De mulieribus ad monumentum euntibus, Hom.1.
In idem. De vndecim recumbentibus, Hom.1.
In Lucæ caput ſecundum, De edicto Auguſti, Hom.1.
In Lucæ 3. De prædicatione Ioannis, Homilia 1.
In Lucæ 7. De Mariæ pœnitentia, Homilia 1.
In Lucæ 8. De parabola ſeminis, Homilia 1.
In Lucæ 10. De miſſione ſeptuaginta duorum diſcipulorum, Hom.1.
In Lucæ 13. De arbore fiſci, Hom.1.
In Lucæ 14. Super illud, Qui venit ad me. & non odit Patrem, Hom.1.
In Lucæ 14. De Cæna magna, Homilia 1.
In Lucæ 15. De centum ouibus, Homilia.1.
In Lucæ 16. De diuite, & Lazaro, Homil.1.
In Lucæ 18. De Cæco, Homil.1.
In Lucæ 19. De fletu Chriſti ſuper Hieruſalem, Hom.1.
In Lucæ 21. De prælijs & ſeditionibus futuris, Hom.1.
In Lucæ 21. De ſignis in Sole, & Luna, Hom.1.
In Lucæ 24. De diſcipulis in Emaus euntibus, Hom.1.
In Ioannis caput primum. De legatione Sacerdotum ad Ioannem, Hom.1.
In Ioannis 4. De filio Reguli, Homilia 1.
In Ioannis 8. Super illud, Quis ex vobis aguet me de peccato? Hom.1.
In Ioannis 10. De bono Paſtore, Homil.1.
In Ioannis 14. Super illud, Si quis Sermonem meum ſeruauerit, Hom.1.
In Ioannis 15. De mutua dilectione, Homil.1.
In Ioannis 20. De Magdalena veniente ad monumentum, Hom.1.
In Ioannis 20. De Maria, extra monumentum plorante, Hom.1.
In Ioannis 20. De Chriſto ingrediente ad Diſcipulos ianuis clauſis, Hom.1.
In Ioannis 21. De manifeſtatione Chriſti ad mare Tyberiadis, Hom.1.

### *De ſuperiore Operum Gregorij Magni Catalogo: Admonitio altera.*

Sciendum autem, ab Ildephonſo quidem Gregorij Magni Opera enumerari, ſed à Baronio Card. quo quæque tempore fuerint ſcripta, vtiliter, Tomo. Annal.8. indicari.

Præterea Gregorium ipſum haud in bonam partem accepiſſe, quod à Mariniano curarentur publicè legi ſuos in Iob commentarios ad Vigilias, ſiue Stationes, quæ in Ec-

cleſijs

Digitized by Google

cleſijs habebantur. *Quia*, inquit, *non eſt illud Opus populare; & rudibus auditoribus impedimentum magis quàm prouectũ generat. Sed dic ei* (ſubdit) *vt commentaria Pſalmorum legi ad Vigilias faciat quæ mentes ſæcularium ad bonos mores præcipuè informant.*

Atqui cum lib. 10. epiſt. 22. ad Ioannem Subdiaconum Rauennatem recenſuiſſet lucubrationes à ſe ſcriptas aut ab alijs exceptas, vel tranſlatas, ait: *Præterea quia idẽ chariſſimus quondam filius meus* (Claudium Abbatem intelligit) *aliqua me loquentem de Prouerbijs, de Canticis Canticorum, de Prophetis, de libris quoq; Regum, & de Heptateucho audierat, quæ ego ſcripto tradere præ infirmitate non potui, ipſe à ſuo ſenſu, & ſtylo dictauit, ne obliuione deperirent, vt apto tempore hæc eadem mihi inferret, & emendatius dictarentur. Quæ cum mihi legiſſet, inueni dictorum meorum ſenſum valde in multis inutilius fuiſſe permutatum. Vnde neceſſe eſt, vt tua experientia, omni excuſatione & mora ceſſante, ad eius Monaſterium accedat, & conuenire fratres faciat, vt ſub omni veritate quantaſcunq; de diuerſis ſcripturis chartas detulit ad medium deducant: quas tu ſuſcipe, & mihi celerrimè tranſmitte.*

Ioannes autem Diaconus, etſi ſcribit, tredecim libros Epiſtolarum (quæ quidem ſunt plenæ Apoſtolicæ virtutis) à Gregorio Magno fuiſſe conſcriptos, nullus tamen eorum interijt, ſed ijdem omnes fuerunt aliter numerati, non quidem per annos eius Pontificatus, vel digeſtos ſecundum Indictiones. Quamobrem & Ordini Epiſtolarum, quem per Alphabeti ſeriem cudi curauit Angelus Roccha, non reſpondet interdum editio Vaticana. Cæterùm cum Regiſtri D. Gregorij codex eſſet in S. Cæciliæ Monaſterio, quod eſt Romæ, quàm emendatiſsimus, Vaticana autem Pontificis Maximi Bibliotheca ſuos theſauros habeat, factum eſt, vt inde quam diximus editio Romana poſtrema prodiret integrior. Veruntamen ſermo habitus à Gregorio Magno pro agenda pœnitentia, ad plebem, perperam eſt relatus in ipſius Gregorij Epiſtolarum lib. 11. ſub Indictione 6. quarto enim Kalend. Septembris Indict. 8. dictus fuit. Et quidem Gregorius Turonenſis ponit eundem Sermonem lib. 10. cap. 1. ſed aliquanto diuerſum ab eo, qui extat in Gregorio Magno. (Vide Baron. Tom. 8. ſub an. 590. pag. 4. primæ edit.)

Iam verò quatuor libri, forma Dialogi, de miraculis Patrum Italicorum, vt ipſe ſcribit Epiſt. 50. cap. 89. lib. 2. ad Maximinum Epiſcopum Syracuſanum, ita legitimi ſunt ipſius Gregorij, atque adeò veraces, vt nemini, qui ſapiat, relictus ſit ambigendi locus; eò minus, quòd vir ſanctiſsimus quarto iam anno ſui Pontificatus eos incœpit. At quòd aliqui (& quidem viri perdocti) Gregorio II. Pontifice Maximo eos aſcribere tentauerint, fruſtra in re clariſsima cæcutierunt. Vide Baron. Card. in Notis ad Romanum Martyrologium, ad diem Decembris 23.

Verum enimuerò quod Gregorius Magnus lib. 15. cap. 14. Moralium, errore librariorum habet, *ignem Gehennæ eſſe incorporeum*, cum ſit ſcribendum *(corporeum)* hoc certiſsimum eſt: nam & ex ſequentibus patet, cum dicat, ſtatim *corporaliter vrere*, & lib. 4. Dialogorum cap. 29. diſertè aſſerit, ignem quo animæ puniuntur eſſe *corporeum*. Quare corrigenda ſunt omnia exemplaria Hugonis à Porta, & aliqui manuſcripti codices. Citat verò ea verba rectè D. Thomas in 4. librum Sentent. diſtinct. 44.

## *Quinam in Gregorij ſcriptis laborarunt.*

Ac primò quiea, quæ vberius ſcripta ſunt à Gregorio, in Compendium redegere, fuit Oddo Abbas Cluniacenſis primus, & Simon Affliginienſis, vt oſtendit Gillotius vir doctus in ſua Pariſienſi editione, an. 1572.

Paterius autem Gregorij Diſcipulus, ex omnibus eius ſcriptis, libros tres Explanationum in varios vtriuſque Teſtamenti locos contraxit: quarum partem iam tunc inchoatam Gregorius commendauit, ipſumque Paterium ad Opus perficiendum hortatus eſt.

Alalphus verò monachus Benedictinus ex ijſdem collegit Opus exceptionum in Nouum Teſtamentum, quod inſcripſit Gregorianum.

At Guernerus Pariſienſis digeſsit libros ſexdecim, de Allegoricis typis nominum, ac rerum omnium, quæ in Sacris literis continentur. Beda in ſeptimum, & vltimum librum explanationis, quam ſcripſit Cantica Canticorum, coaceruarit omnia, quæ ſparſim de hoc volumine per cuncta ſua Opuſcula Gregorius diſſeruit. Alij denique ex huius Pontificis præclaris elucubrationibus commentaria collegerunt in vniuerſam Scripturam ſacram.

Acceſſere ex peruetuſto exemplari Bibliothecæ D. Dionyſij, quod Oppidum Pariſijs eſt proximum, eiuſdem D. Gregorij Concordia quorundam teſtimoniorum Sacræ ſcripturæ, quæ mentem ipſam, ac ſententiam Gregorij totam præſefert: Deinde ex omnibus D. Gregorij lucubrationibus Flores, atque ſententiæ, ab Vberto Sculteputæo Canonico

Regulari, in Monaſterio Bethleemitano extra muros Louanienſes: quæ certè commodæ ſunt concionatoribus, & omnibus Dei amantibus.

Confeſsio denique Gregoriana in lib. quatuor Digeſta, quibus oſtendit quid Gregorius Magnus ante annos plus minus mille de controuerſijs hodie fidei articulis ſenſerit. Coloniæ apud Arnoldum Quentelium 8. an. Dom. 1597.

## *Typographi qui in cudendis Gregorij Magni Operibus & ipſi laborarunt.*

Lugdunenſes an. 1516. Claudius Cheuallonius Pariſijs 1523. Sebaſtianus Niuellius ibidem an. 1572. & 1586. Plantinus Antuerpiæ an. 1572. Venetijs an. 1583. Poſtremo Romæ Tomis ſex ab an. 1588. ad 1593. in fol. Separatim autem, ſi quis partem aliquam eiuſdem Gregorij ad manus habere, vel in itinere geſtare voluerit, ſciat.

Antiphonarium Gregorij, cum nonnullis alijs eiuſdem Argumentis ſcriptis, an. 1571. Opera Iacobi Pamelij, qui deinceps Audomarenſis in Belgio Epiſcopus obijt, prodijſſe ex Officina Colonienſi, cum & poſtea Francofurti libri decem Epiſtolarum ad diuerſos, reſtituti, ac notis quibuſdam illuſtrati, addita Margarita Decretalium euulgati, ſunt, an. autem 1591. Romæ.

Opuſcula ſimul excuſa Lugduni an. 1516. & Venetijs 1571. in 8.

Libros Moralium, & in lib. Iob. Baſileæ 1503. Pariſijs 1523. Lugduni 1540. & alibi ſæpius.

Homilias de Tempore, & Sanctis, Antuerpiæ an. 1565. in 12. Paſtorale autem Venetijs 1567. in 8.

Ex omnibus operibus eius ſelectos Flores, auctore Huberto Scuteputæo, & eiuſdem Gregorij Papæ Concordiam quorundam locorum Sacræ ſcripturæ. Pariſijs anno 1572. in 16.

De cura Paſtorali, lib. 2. In Canticum Canticorum, lib. 1. In ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, lib. 1. Homil. 40. in Euang. Dialogorum de miraculis Sanctorum, lib. 4. Excuſos primum Pariſijs an. 1499. Venetijs 1561. & alibi ſæpè.

In Ezechielem Prophetam lib. 2. Pariſijs an. 1511.

Sed & demum Gregorij Magni Opera, iuxta editionem Romanam, Pariſijs apud Societatem an. 1605. recuſa fuerunt. At & ſciendum inter Opera S. Gregorij Magni, quæ an. 1591. edita ſunt Romæ. Dialogos eiuſdem Græcolatinos inſertos fuiſſe cum inſigni lacuna libri 3. cui ſex integra capita deſunt nempè 27. 28. 29. 30. 31. 32. & pars quoque 26. Ideo ex Bibliothecæ Auguſtanæ Codice, in quo Græcè tota Zachariæ Pont. verſio continebatur, Romana editio mutila expleri poteſt, quam Zachariæ Pont. Græcam verſionem Henr. Caniſius in Tom. 3. Antiquæ lectionis luce donauit.

Acceſsit poſtremò Confeſsio Gregorij Magni, ex eius Operibus collecta à Theodoro Petreio Campenſi. Coloniæ apud Quentelium, an. 1605. Qua Confeſsione Dogmata eadem Catholicæ Romanæ Fidei extitiſſe cernuntur, quæ apud omnes Patres extitit, quemadmodum ex huiuſmodi Confeſsionibus ex Auguſtino, Ambroſio, Hieronymo, excerptis alij monſtrarunt, vti ſuis in locis oſtendimus. Adde item initio vbi de Scriptoribus Vitæ D. Gregorij Magni agitur. Quod autem dictum eſt, Gregorium Magnum fuiſſe Ordinis D. Benedicti, fatemur id cum aliquando credidiſſemus, ex Cardin. denique Baronij rationibus attentius perpenſis, & ex Apologia ea de re Antonij Gallonij ad Monachum Caſsinenſem nos mutaſſe ſententiam. Qui Gallonius etiam euicit Gregorium nequaquam fuiſſe Anicianæ familiæ, neque adeò vllum antiquorum id fuiſſe teſtatum. Vrſpergenſem autem in Chronico fuiſſe hallucinatum, cum aſſeruit quingenteſimo quinquageſimo octauo monachum claruiſſe Gregorium Magnum, qui tamen 581. an. Vrbanam gerebat adhuc Præfecturam, ante quem annum monachus eſſe non potuit.

Marianus item Scotus, qui poſt annos ferme quingentos poſt Gregorium vixit, hallucinatus eſt de tempore, quo fuit S. Gregorius in monaſterio. Vide in verbo, Ioannes Diaconus. Sed & liquet Gregorium Magnum non fuiſſe S. R. E. Archidiaconum, vt quidam putarunt, fuiſſe autem vltimum Diaconum. Primus autem Diaconus fuit Archidiaconus, nō vltimus. Vide Gregorium Turonenſem, lib. 10. cap. 1. qui loquens de D. Gregorio ſcribit: *Septimuſq; Leuita in adiutorium Papæ adſciſcitur.* Nos de Gregorio in verbo Zacharias quædam adiecimus.

### *Quædam aſcripta Gregorio Magno, quæ non omnia ſunt ipſius.*

Sanè verò Epiſtola Gregorij III. quæ Gregorio I. tribuebatur, non eſt niſi Gregorij III. Pont. Max. Ea reperitur in Tomis Conciliorum, vbi etiam Concilium Romanum quod tradidit de Gradibus prohibitis circa matrimonium tribuit Gregorio I. & Greg. III. cum reuera non poſsit eſſe, niſi Gregorij III. vt patet ex Imperatoribus, qui nominantur in principio, & fine Concilij. Vide Bellarminum Card. Tom. 1. Controu. 3. lib. 4. cap. 12. de Rom. Pont.

At Gregorij Magni nomine fertur alia Epiſtola ad Marinianum ſcripta, ex Vrſiana (vt extat apud Hieronymum Rubeum hiſt. Rauen. lib. 4.) Bibliotheca deprompta, quam multis nominibus eſſe commentitiam, probat Baronius Card. Tom. 8. Annalium, ſub an. Dom. 595. pag. 96. primæ editionis.

Quin & alia, quæ non extat in Regiſtro, quæ quidem continent Vitam S. Honorati Epiſcopi Arelatenſis ad Monachos Lirinenſes, excuſa Venetijs an. 1501. apud Iuntas, lib. 3. cap. 27. Incipit, *Si vera eſt propoſitio.*

Quod verò ex Græcorum Euchologo cap. 96. ex reuelationibus B. Brigittæ, ac Mathildis, cum alij, tum præcipuè Petrus Diaconus euincere conatus eſt, Traianum Imper. fuiſſe Gregorij Magni Orationibus à pœnis Inferni liberatum, Baron. Card. 8. Annalium Tomo fidenter explodit. *Quippe Romana Eccleſia* (inquit) *non circumfertur omni vento doctrinæ; & quod de B. Brigitta dicitur, vel fuit commentum, vel adſutum hoc reuelationibus illis.*

Ad Græcorum autem Euchologium quod attinet, in quo hæc verba habentur. *Quemadmodum Traianum Imperatorem intenſa Gregorij Dialogi interceſsione flagro ſoluiſti, exaudi etiam nos te orantes non pro Idolorum cultore, ſed pro fideli ſeruo tuo, qui te propter imbecillitatem ad iracundiam prouocauit.* Tantum abeſt, vt quidquam inde efficiatur, vt impoſtura appareat, quòd Græci ipſi non primum, ſed ſecundum (vt diximus) Gregorium vocarunt Dialogum.

Idem dicitur de Additamento ad Opera Gregorij, Orationis eius, vt qui ſe deligeret ſepeliendum in AEde S. Andreæ ad Cliuium Scauri, non deſcenſurus eſſet ad Infernum.

Sed & Arnoldus VVion ait ſe vidiſſe in Monaſterio Cauenſi Opera ipſi Gregorio attributa, quæ ibidem extant m.s. Nimirum. An. 1590.

| | | |
|---|---|---|
| In Prouerbia Salomonis, lib. 1. | Incipit, | *Intellectus ſacri eloquij.* |
| In Eccleſiaſten, lib. 1. | | *Salomonis liber ſubiungitur.* |
| In Sapientiam, lib. 1. | | *Liber Sapientiæ Salomonis.* |
| In Eccleſiaſticum, lib. 1. | | *Qui textum conſiderat, & ſenſum.* |
| Contemplationum ex lib. Moralium eius, lib. 6. | | *Cum ſacri fontis.* |

Scripſiſſe & fertur librum 1. De conflictu vitiorum, & virtutum, qui ſub eius nomine m.s. ſeruatur in Bibliotheca S. Benedicti Mantuani, citaturque à Ioanne Bertelſio Abbate Luxemburgenſi, Dialogo 8. in Regulam S. Benedicti, & ab alijs, tamquam legitimo fœtu Gregorij.

Tribuitur tamen à nonnullis S. Leoni Papæ I. & ab alijs S. Ambroſio Epiſcopo, in cuius Operibus editionis Romanæ Tom. 5. reperitur eius nomine: alij eius libri auctorem faciunt S. Auguſtinum in cuius Opuſculis, Tom. 9. excuſus eſt, diuerſo tamen fine ab Ambroſiano.

At hic liber in libris Retractationum ipſius D. Auguſtini non inuenitur, nec à Tritemio, neque alijs, qui de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſcripſere iudicatur eſſe Auguſtini. Et cum in libro illo, longè poſt medium (at non procul à fine) fiat mentio de S. Benedicto Confeſſore in hunc modum: *Tu ergo iuxta Regulam Patrũ viuere ſtude, maximè autẽ Confeſſoris S. Benedicti, nec declines ab ea quoquam, nec illi addas quicquam, nec minuas, totum quod ſufficit habet, & nunquam minus habet: cuius verba, atq; imperia ſectatores ſuos perducant ad Cœli palatia,* non poteſt ille liber fuiſſe Leonis. Ambroſij, vel Auguſtini, qui multis annis immo aliquot ſeculis S. Benedictum præceſſerunt. Poſtremò etiam (ſubdit Arnoldus) ſtylus ipſe indicat, alterius non eſſe, quàm S. Gregorij. Feruntur, & ipſius eſſe Orationes ille. *Facturus memoriam ante communionem:* Quæ excuſa eſt in Sacerdotali Pij V. Pont. Max. *O Domine Ieſu Chriſte, &c. Meditationes ſeptem de Paſsione Domini. Aue dextera manus Chriſti: Salutationes ad quinque vulnera Chriſti,* quæ ſæpius excuſæ ſunt, & nouiſsimè in Officio Benedictino B. Mariæ an. 1594. in 12. apud Iuntas.

Extant & apud eundem Arnoldum tres parui Sermones nomine Gregorij Magni coram hoſpitibus ſecundum præceptum Regulæ legendi, Monachis Caſsinenſibus ab eodem

dem tranſmiſsi, qui incipiunt. *Penſate fratres chariſsimi. Ait enim Dominus, & Saluator noſter.* Exhortatio item eius ad Monachos; *Recordemini fratres chariſsimi*, à Conſtantino Monacho communicata eidem Arnoldo, quæ erat cudenda in Breuiario Benedictino, an. 1595. apud Iuntas, Venetijs.

Cæterùm, in Cæſarea Bibliotheca Viennæ Auſtriæ Dialogus extat m.s. de Vita S. Benedicti Græcolatinus.

GREGORIVS Martinus Anglus an. 1579. Tractatum edidit Anglicè De Schiſmate. Quo erudito libro docet non licere Catholicis intereſſe hæreticorum precationibus, & concionibus in Anglia.

Idem poſtea ſcripſit Detectionem corruptelarum hæreticarũ in verſionibus Bibliorum publicè editis à Tindallo, & ab alijs hæreticis.

GREGORIVS Metropolita Corinthi extat Græcè m.s. in Biblioth. Vaticana.
In Aſſumptionem Magni Dei, & Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti.
In Pentecoſten. In Canones τῆς κοιμήσεως, hoc eſt, *Dormitionis* B. Virg. & Euangeliſmi.
In diem Dominicam ante Paſcha. De contrectatione D. Thomæ Apoſtoli.
Poëma in primum feſtum venerab. obitus Coſmæ monachi. At Vienæ Auſtriæ in Bibl. Imper. extat m.s. Græcè Interpretatio Horilium terminorum, ſiue finitionum totius temporis τῶν τριωδίων, & S. Hebdomadæ.

GREGORIVS Nazianzenus cognomento Theologus quis qualis, & quantus fuerit, omnes vno ore, Græci & Latini melioris notæ ſcriptores Eccleſiaſtici honorificentiſsimè teſtati ſunt. Vitam ipſemet ſui Græco carmine Iambico ſcripſit, quam poſtea fuſius oratione ſoluta (ac quidem etiam Græcè) Gregorius presbyter ſexaginta plus minus annis poſt 900. à Chriſto nato annum eſt perſecutus, quæ ſanè digniſsima lectu eſt. Ex ea verò inter alia geſta intelligitur (quod & Gilbertus Genebrardus, & Ioannes Chatardus ad Gregorium XIII. Pontificem, colligere) qua fortitudine hæreticos Dei verbo repulit literas coluit, & promouit, eas præcipuè, quibus iſtorum audacia, & temeritas frangitur. Eulalium, & alios probos, doctoſque Epiſcopos conſtituit, qui verbo, exemplo, ſcriptis, iſtorum blaſphemiæ, improbitati, imperitiæ reſiſterent. Baſilium Magnum magna contentione iuuit ad Cæſarienſem Archiepiſcopatum conſequendum, vt in Cappadocia ſerpens Peneumatomachorum, & amentium Apollinariſtarum cancer reſtingueretur. Theodoſij Chriſtianiſsimi Imperatoris opem implorauit ad retundendam Arianorum, Macedonianorum, Apollinariorum impudentiam, qui verbo Dei ſe perſuadendos non præbebant. Olympium, Sophronium, Aſterium, Victorem, Modarium, Eutropium, Amphilochium, Iulianum, Candianum Principes, Præfectoſque ad perdendos iſtos, ac ea, quæ ſunt pacis Eccleſiaſticæ præſtanda impulit. Pacem fouit inter Principes, & Paſtores Catholicos vt Chriſtiana acies contra impios eſſet firmior. Gladium ſpiritus & ferri miſcuit, atque cum Apoſtolo modo in virga, venit modo in charitate, & ſpiritu manſuetudinis, vt Eccleſiam hæreſibus corruptam ſuæ puritati reſtitueret. Charitatem coluit cum omnibus, ſui etiam nominis, & throni diſpendio. Proijcite me (inquit) in mare, ſi propter me orta eſt tempeſtas, indeque & quidem Cæſare, alijſque pijs gementibus, Nectario, ſummo ac ditiſsimo Patriarchatu, nempè Conſtantinopolitano, poſt Apoſtolicum ampliſsimo, ceſsit, ne vel minimum ſchiſmatis inter Epiſcopos cerneret.

At verò ad facundiam, ſiue ad phraſim quod pertinet, nil ſignificantius, nihil obſeruantius in retinendis Eccleſiæ dogmatibus Orthodoxis. Neque verò ego inficias iuerim, quod quidam alius ante me dixit, non procul diſtare ab Iſocratica ſtructura. Dictionis autem argutia, rerum ſublimitas, & adluſiones ſubobſcuræ nõ paucos ab illo in Latinum transferendo deterruerunt.

Sed enim cum Iacobus Billius Prunæus diligentiſsimè omnium, qui antea in aliquibus Gregorij operib⁹ interpretandis operam poſuerant, laboraſſet in hoc celeberrimo Patre vertendo, & ſcholijs illuſtrando, & eas quas diximus, eius Vitas initio prioris Tomi præfixiſſet, ac prænotaſſet reliqua, quæ ad Vitam, laudemque ipſius ſpectant, ex Baſilio, Hieronymo, Ruffino, Suida, Simeone Metaphraſte, Pſello, Auguſtino, Leone Magno, & Gregorio Magno Pontificibus, Vincentio Lirinenſi, Ruſtico Diacono, Gelaſio, & Ioanne Romanis Pontificibus, ſat hoc loco ad Diuinum hunc Patrem auidè verſandum fuerit adſcribere, quæ breuius à Baſilio, Hieronymo, Ruffino, de eo poſteritati mandata ſunt.

Et Baſilius quidem. Vas (inquit) electionis, & puteus profundus, os dico Chriſti Gregorium.

Hieronymus verò: Gregorius primum Saſimorum, deinde Nazianzenus Epiſcopus, vir eloquentiſsimus, præceptor meus, à quo Scripturas explanante didici; ad triginta

millia

millia verſuum, omnia opera ſua compoſuit, è quibus illa ſunt: De morte fratris Cæſarij. Laudes Machabæorum, Laudes Athanaſij, Laudes Maximi Philoſophi poſt exilium reuerſi, quem falſo nomine quidam Heronis ſuperſcripſerunt: quia eſt & alius liber, vituperationem eiuſdem Maximi continens, quaſi non licuerit eundem & laudare, & vituperare pro tempore. Et liber hexametro verſu virginitatis & nuptiarum contra ſe diſſerentium. Aduerſum Eunomium liber vnus. Sequutus eſt autē Polemonem dicendi charactere: viuenſque Epiſcopum in loco ſuo ordinans ruri vitam Monachi exercuit. Deceſsitque ante hoc fermè triennium ſub Theodoſio Principe.

Ruffinus autem: Gregorius vir per omnia incomparabilis, qui verbo, & operibus clarus ſplendidiſsimum lumen ſcientiæ Chriſti Eccleſijs præbuit, dum ea docuit, quæ fecit, nec ſeipſum condemnauit agendo contraria, quàm dicebat. Et multis interiectis: huius neque vita aliquid probabilius, & ſanctius, neque eloquentia clarius, & illuſtrius, neque fide purius & rectius, neque ſcientia plenius & perfectius inueniri poteſt. Qui ſolus ſit, de cuius fide, ne diſsidentes quidem inter ſe (vt fieri ſolet) partes & ſtudia diſputare potuerint; ſed id obtinuerit apud Deum, & Eccleſias Dei meriti, vt quicunque auſus fuerit doctrinæ eius in aliquo refragari, ex hoc ipſo quia ipſe magis ſit hæreticus, arguatur. Manifeſtum namque indicium eſt, non eſſe rectæ fidei omnem, qui in fide Gregorio nō concordat. Hæc illi.

Diuinitus autem eſt factum, vt quo tempore ab eōdem Billio ſudatum fuerat in hoc Eccleſiæ lumine Latinis interpretando, paulò poſt Gregorius XIII. Pont. Max. eiuſdem Sancti reliquijs in vnū colligendis, Sacellum omnium, quæ cerni poſsint, ornatiſsimum (nam & in id ad ducenta millia aureorum expendit) in maiore æde D. Petri Vaticana excitaret, vbi renouata viri ſanctiſsimi memoria, Romana ciuitas indies caleſit ad tantum Eccleſiæ columen venerandum. Quo de ſacello, & alijs, quæ in reliquias illas transferendas, mira vrbis pietate acciderunt, tum extat perelegans Elogium, quod à Laurentio Frizolio carmine heroico conſcriptum eſt, quodque Nazianzeni operibus ad calcem additū eſt, ſecunda eius editione Pariſienſi, quæ hactenus omnium optima prodijt ab Sebaſtiano Niuellio, anno ſuperioris ſeculi octogeſimotertio, tum Franciſcus Morantius Magiſter Ceremoniarum hiſtoriam edidit. Quin & ipſe Baronius Card. ſuis in Martyrologium Romanum Notis, tam quæ ad Maij nonam, quàm ad Iunij vndecimam diem pertinent, qua tranſlatio hæc poſtrema celeberrimè facta eſt, ac ſuis Annalibus Eccleſiaſticis, & adeò Vita iſtius ſancti Patris ab ſe in gratiam Gregorij III. Pontificis Maximi ſcripta, optima collegit, quæ perlegi debent. Id certè eſt mirum (quo item Sanctorum in oculis Domini precioſam eſſe mortem agnoſcimus) primam eius tranſlationem Conſtantinopoli Romam factam ſic fuiſſe, vt graſſantibus in Oriente Barbaris, ſanctimoniales, in quarum Eccleſia Theſaurus ille iacebat, fuga ſuæ pudicitiæ conſulentes, venerandum corpus nauigio impoſitum, ad tutum pietatis aſylum Romam detulerint, atque in Templo S. Mariæ in Campo Martio, ſibi ab Apoſtolica Sede conceſſo, deinde condiderint, vbi proxima in domo ritu patrio Diuinas laudes perſoluebant. At ijs vita functis, ceſsit locus Romanis virginibus, quæ ibidem non ſub D. Baſilij (vt illæ olim) ſed ſub D. Benedicti Inſtituto hactenus perſeuerant. Sic & ab Virginibus deuehi, ſeruarique potius, quàm à Regum potentia & armis, Deus voluit dilectum ſuum, & pro Byzantio Romam, pro noua inquam veterem; pro exigua illa Anaſtaſia, vbi iacebat, Vaticanam Baſilicam Auguſtiſsimam, pro tenui ſepulchro fornicem triumphalem, & ampliſsimum locum, in quem Romana Ciuitate proſequente, quæ Sacramentis, & Iubilæo ſeſe antea expiauerat, & ab ipſo Pontifice Maximo Gregorio XIII. reuerentiſsimè illatum eſt, quaſi & iterum de hæreticis triumphans, dum hoc ſeculo tot vndique prouinciæ, quæ à fide defecerant, cultui Sanctorum oblatrabant, ac nouas lætitiæ coronas ex hac occaſione in cœlis promeritus eſt.

Iam quæ Gregorij Nazianzeni opera extant, hæc ſunt in Latinum quidem conuerſa, & edita, at non omnia Græcè adhuc typis tradita: id quod ſummis votis viri doctiſsimi, & Billius ipſe expetierant.

## *Priore Tomō.*

Vita S. P. Gregorij Theologi, Epiſcopi Nazianzeni, à Gregorio presbytero Græcè conſcripta, in limine omnium operum.

Vita præterea ipſius D. Gregorij Nazianzeni, carmine Iambico, ipſomet auctore ſcripta.

Apologeticus, in quo rationem reddit, cur in Pontum fugerit, &c.
Apologeticus ad eos, qui ipſum primum acciuerant, nec venerant.
Oratio prior aduerſus Iulianum Imperatorem.
Oratio ad Patrem, & Baſilium Magnum poſt reditum ex fuga.
Oratio ad Gregorium Epiſcopum Niſſenum Baſilij Magni fratrem.
Apologeticus ad Patrem ſuum Gregorium, præſente Baſilio Magno, cum Epiſcopus Saſimorum creatus eſt.
Oratio ad Patrem, cum ei curam Eccleſiæ Nazianzenæ commiſerat.
Oratio de ſuis Sermonibus, ad Iulianum Tributorum exactorem.
Oratio funebris in laudem Cæſarij fratris, ſuperſtitibus adhuc parentibus, habita.
Oratio funebris in laudem Sororis ſuæ Gorgoniæ.
Oratio prima de pace, poſt reconciliationem monachorum, præſente patre, habita.
Oratio ſecunda de pace. Oratio tertia de pace.
Oratio in plagam grandinis. Oratio de pauperum amore.
Oratio ad ciues Nazianzenos, graui timore perculſos, & præfectum iraſcentem.
Oratio in laudem S. Cypriani martyris.
Oratio partim funebris in laudem patris ſui mortui; partim conſolatoria ad matrem Nonnam, habita præſente Baſilio.
Oratio funebris in laudem Baſilij Magni Cæſarienſis Epiſcopi.
Oratio in laudem magni Athanaſij Archiepiſcopi Alexandrini.
Oratio in laudem Machabæorum.
Oratio in laudem Heronis Philoſophi Alexandrini, ob fidem in exilium miſſi, & poſt triennium reuerſi.
Oratio in AEgyptiorum aduentum. Oratio ad Arianos, & de ſeipſo.
Oratio de moderatione in diſputationibus ſeruanda: & quòd non ſit cuiuſuis hominis nec cuiuſuis temporis, de Deo diſputare.
Oratio de ſeipſo, & ad eos, qui ipſum Cathedram Conſtantinopolitanam affectare dicebant; ac de populi alacritate, quam erga eum oſtenderat.
Oratio cum poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in Vrbem redijſſet.
Oratio de dogmate, & conſtitutione Epiſcoporum.
Oratio habita in electione Eulalij, Doarenſium Epiſcopi.
Oratio in dictum illud Euangelij: *Cum conſummaſſet Ieſus hos ſermones*, Matth. 19.
Oratio in præſentia 150. Epiſcoporum habita.
Oratio prima de Theologia, quæ diſputationis aduerſus Eunomianos eſt velut prælu-(dium.
Oratio ſecunda de Theologia.
Oratio prima de Filio Dei, quæ eſt tertia de Theologia.
Oratio ſecunda de Filio Dei, quæ eſt quarta de Theologia.
Oratio de Spiritu ſancto, quæ quinta & poſtrema eſt de Theologia.
Oratio panegyrica in Chriſti Natiuitatem.
Oratio panegyrica in ſancta lumina. Oratio in ſanctum Baptiſma.
Oratio in Paſcha, & in tarditatem. Oratio ſecunda in Paſcha.
Oratio in nouam Dominicam. Oratio in ſanctam Pentecoſten.
Oratio ad Euagrium Monachum de Diuinitate.
Oratio ad Nectarium Conſtantinopolitanum Epiſcopum.
Significatio in Ezechielem.
Oratio in laudem Martyrum, & aduerſus Arianos.
Prologus Ruffini in libros S. Gregorij Nazianzeni.
Oratio de fide. Oratio de fide Nicæna.
Epiſtola prima ad Cledonium presbyterum.
Epiſtola ſecunda ad Cledonium aduerſus Appollinarium.
Metaphraſis, ſeu tranſlatio in Eccleſiaſten.

*Poſteriori Tomo.*

Epiſtolæ eiuſdem Gregorij Nazianzeni, quæ continentur à num. 1047. vſque ad num. 1091.
Epiſtolæ, quæ hactenus nunquam editæ fuerant: quæ continentur à num. 1093. vſque ad num. 1141.
Tragœdia, ſeu potius Tragicomædia, quæ Chriſtus patiens inſcribitur 1142.

De prin-

De principijs, ſeu de principio. De Filio carmen.
De Spiritu ſancto carmen. De Mundo carmen.
De prouidentia carmen. De ſubſtantijs mente præditis carmen.
De anima carmen. De teſtamentis, & aduentu Chriſti carmen.
De virtute humana carmen.
De rebus ſuis carmina, quibus nos ad piam vitam, & Chriſto dignam, occultè cohortatur.
De ſuis calamitatibus carmen. AErumnas ſuas luget, &c.
De huius vitæ vanitate, atque incertitudine, communique omnium fine, carmen.
Ad ſeipſum per interrogationem, & reſponſionem carmen.
Seſe cohortatur, vt ad Deum mentem conuertat.
Aduerſus Diabolum. Carmen lugubre pro ſua anima.
Moyſis Decalogus. De duodecim Patriarchis.
De duodecim Apoſtolis. De Chriſti genealogia.
Miracula Chriſti ſecundum Matthæum, verſibus elegiacis.
Chriſti parabolæ, & ænigmata ſecundum Matthæum.
Chriſti miracula ſecundum Marcum. Chriſti miracula ſecundum Lucam.
Parabolæ ſecundum Lucam. Chriſti miracula ſecundum Ioannem.
Parabolæ quatuor Euangeliſtarum. In laudem Virginitatis carmina.
Præcepta ad Virgines carmine ſcripta.
Ad Nicobolum patrem, Nicobuli filij nomine.
Nicobuli patris ad filium carmina.
Ad Vitalianum filiorum nomine, carmina.
Ad diuitem malè moratum, carmen.
D. Gregorij peregrè profecturi ad Chriſtum deprecatio, carmine ſcripta.
De ſilentio, quod ieiunij tempore coluit D. Gregorius.
Hymni ad Chriſtum poſt ſilentium, in Paſchate.
Paræneticum carmen ad Olympiadem virginem nobilem.
De ſeipſo poſt reditum ex vrbe Conſtantinopolitana.
Ad fictos monachos. Ad Diabolum in morbo.
Ad Nemeſium, carmen. De animæ ſuæ calamitatib⁹ carmen lugubre.
Inſomnium de Anaſtaſiæ templo, quod ipſe Conſtantinopoli finxit.
De diuerſis vitæ generibus, & aduerſus falſos Epiſcopos.
Ad Conſtantinopolitanos Epiſcopos, & ad ipſam vrbem.
Carmen, quo Diabolum auertit, & Chriſtum inuocat.
Ad Epiſcopos carmen. Aduerſus carnem.
Luctus carmine ſcriptus. Ad animam carmen.
De Dei deſiderio. Luctus carmine item ſcriptus.
Carmen ſupplex. Carmen ad Chriſtum.
Epitaphium, & Epitome vitæ ipſius. Carmen pœnitentiale, ac deprecatorium.
Carmen aduerſus Diabolum. De veris, & germanis Sacræ ſcripturæ libris.
AEgypti plagæ. Ad Iulianum, carmen.
De humana natura, carmen. De vitæ itineribus.
Ad Hellenium pro monachis admonitorium, carmen.
De externi hominis vtilitate, ac præſentium rerum vanitate.
De beatitudinibus, & ſpiritualibus vitæ regulis.
Iuſiurandum D. Gregorij. Sententiæ diſtichis verſibus conſtantes.
Tetraſticha D. Gregorij Nazianzeni.
Iambica carmina; primum de ſeipſo, & aduerſus inuidos.
De prouidentia, Iambicum ſecundum.
Ad Seleucum, Iambicum tertium.
Epigramma in Templum Eliæ, quod χηρεῖον appellabatur, Iambicum quartum.
Ad Chriſtum, Iambicum quintum. Ad eundem Iambicum ſextum.
Aduerſus brutam animæ partem, Iambicum ſeptimum.
De philoſophiæ paupertate, Iambicum octauum.
Admonitio ad ſeipſum, Iambicum nonum.
Ad Deum, Iambicum decimum.
Vitæ finem optat, Iambicum vndecimum.
De ſeipſo, Iambicum duodecimum.
Ad Chriſtum, Iambicum decimumtertium.

Ad Diabolum, Iambicum decimumquartum.
Definitiones minus exactæ, Iambicum decimumquintum.
In ſepulchorum effoſſores, Iambicum decimumſextum.
Eliæ miracula, Iambicum decimumſeptimum.
De virtute, Iambicum decimumoctauum.
Comparatio vitarum, Iambicum decimumnonum.
Dialogus aduerſus eos, qui frequenter iurant, Iambicum vigeſimum.
Aduerſus iram, Iambicum vigeſimumprimum.
Aduerſus opum amantes, Iambicum vigeſimumſecundum.
De ſeipſo, Iambicum vigeſimumtertium.
Sententiæ diſtichis Iambis conſtantes. De vita humana, Iambicum.
De fortuna, & prudentia. De pudicitia.
Ad ſuam animam, carmen, pentametro, & tribus Iambis conſtans.
Lamentatio ad Chriſtum. Lamentatio ad Chriſtum.
Alia oratio ad Chriſtum. Precatio matutina.
Lamentatio veſpertina ad Chriſtum. Oratio poſtmeridiana.
Ad ſeipſum, carmen. Aliud carmen ad Chriſtum.
Ad Diabolum, carmen Iambicum. Ad eundem. Ad animam ſuam.
Lamentatio Iambica. Lamentatio altera ad Chriſtum.
Alia item lamentatio. Ad Diabolum, aliud Iambicum.
Ad eundem. Lamentatio præterea ad Chriſtum.
Alia itemque lamentatio. Precatio in morbo.
Lamentationes duæ. Sermocinatio cum Mundo.
In vitæ exitum. De vita humana. De eadem heroici verſus.
Pauli cuiuſdam epitaphium, Anacreonticis verſibus.
Ad Sigantium Eremitam. De patientia. De eadem admonitio.
Oratio ad Chriſtum in morbo. Alia oratio.
Eiuſdem elegiacum carmen. Oratio ad Chriſtum. In ſeceſsionem.
De patientia. De deſiderio. De morte charorum.
De malis amicis. De eadem re. Ad Virginem.
Ad ſuam animam, Anacreonticum carmen. Hymnus ad Deum.
In nobilem malè moratum. Sententiæ diſtichis verſibus comprehenſæ.
Aduerſus mulieres ambitioſius ſeſe ornantes, & excolentes.
Baſilij Magni epitaphia. Sententiæ diſtichis elegiacis comprehenſæ.
Monaſtica ſecundum ordinem Alphabeti.
Cæſarij viri Illuſtriſtiſsimi, ac germani fratris Gregor. Nazianzeni, Dialogi quatuor.
Elogium Reuer. P. D. Iacobi Billij. Sacellum Gregorianum.

In omnibus autem Operibus, quæ nomine Nazianzeni inſcribuntur, citra controuerſiam (vt inquit Billius) ipſius ſunt præter Metaphraſim in Eccleſiaſten, quæ ipſi falsò tribuitur, vt in argumento ex Hieronymo docuimus: & ſignificationem in Ezechielem, quæ aut illius non eſt, aut certè ab eo non edita. Duæ extant Orationes illius à Ruffino latinæ factæ, quæ non ſunt in Græco exemplari. Ex docta illius in dictum Euangelij homilia, videtur alias multas eius generis compoſuiſſe: vt quem certum ſit & Nazianzi, & Conſtantinopoli, & alibi ſæpius è ſuggeſtu ad populum concionatum. Ac fortaſſe in ſacros libros Commentarios edidit, Epiſtolamque Pauli ad Philippenſes videtur ſcriptis ſuis illuſtraſſe. In fine enim Anathematis morum Cyrilli ſic legitur. D. Gregorij Epiſcopi in Epiſt. ad Philip. Atque hoc fragmentum hic aſcribitur. Hoc ſapiatur (inquit) quod & in Chriſto Ieſu, qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui ſuſcipiens. Quid pauperius in Deo, quam forma ſerui? Quid humilius in Rege cunctorum, quàm ad communionē pauperis noſtræ naturæ ſponte venire? Rex Regum, & Dominus dominantium induitur forma ſerui: Iudex omnium fit ſubditus poteſtatibus creaturæ: Dominus in ſpelunca deponitur: Qui omnia continet, in diuerſorio non inuenit locum, ſed in præſepe proijcitur iumentorum: mundus & immaculatus ſordes ſuſcepit humanæ naturæ, & per omnia paupertatem noſtram tranſiens, vſque ad mortis venit experimentum: Conſiderate paupertatis ſpontaneæ menſuram: Vita mortem guſtat: Iudex deducitur ad Iudicium: Vitæ omnium exiſtentium Dominus ſubditur ſententiæ iudicantis: Rex omnium virtutum, quæ vltra mundum ſunt ſpiculatorum non reſpuit manus. Hæc ibi ex Gregorio Epiſcopo, qui videri poſsit Nazianzenus noſter, quando ſtatim aliud ſubijcitur ex Baſilio Magno de

fructu

fructu paſsionis Chriſti teſtimonium. Nyſſenus autem, & Neocæſarienus, quòd ſciam, nihil in hanc Pauli Epiſtolam ſcripſerunt. Baptiſta Guarinus Guarini viri docti filius, in Latinum vertiſſe dicitur Gregorij Nazianzeni ad Chriſtum, & Mariam Orationes, in appendice Catalogi Scriptorum Eccleſiaſticorum Tritemij, vt & Beatus Rhenanus duas Epiſtolas eiuſdem ad Themiſtium. At illæ neque Græcè, neque Latinè in manus meas adhuc incidere potuerunt.

Porrò in Opera hæc perdocta ſcripſere Commentaria Nicetas, Serronius, Pſellus, Nonnus, Elias Cretenſis, & hi quidem Græcè, Billius autem Scholia Latina: quæ omnia data ſunt in publicum Pariſijs, ſecunda hac, quam diximus, Pariſienſi editione, an. 1583.

Quoniam verò Ioannes Leunclaius editione Baſilienſi in Orationibus quibuſdam abs ſe ex Gregorio verſis, Iacobi Billij verſionem, quæ olim prodierat, carpſit, Billius autem eum confutauit, idcirco præſtabit legere, quę idem Billius illi accuratè reſpondit in Præfatione ad Lectorem præfixa Vitæ D. Gregorij Nazianzeni à ſe ipſo carmine conſcriptæ.

Iam verò idem Billius, cum in libris obſeruationũ ſacrarum, loca quædam ex Greg. Nazianzeno obſeruaſſet, quæ à Dionyſio Areopagita mutuatus eſſe videtur, nos illuc, vbi de ipſo Dionyſio egimus, ea retulimus. Cum verò ibidem, quid per luminum diem eſſet intelligendum in Nazianzeno, expoſuiſſet, nimirum (baptiſmum φωτισμὸν enim ἀντὶ τȣ̃ βαπτίσματος Græci Patres ferè accipiunt) duo facit, qui docet & doctiſsimis etiam viris in vertendis Græcis imponere aliquorũ nominum homonymiam, quam dicunt AEquiuocationem, & Iacobum Pamelium virũ alioquin ſingulari ingenio, atque eruditiſsimum deceptum fuiſſe; cum, quam Nazianzenus orationẽ ſcripſit εἰς τὰ ἅγια φῶτα hoc eſt, *in ſancta lumina*, eam pro feſto Purificationis B. Virginis accipit, quam ὑπαπάντην Græci dixerunt.

Atqui Billius loca quædam Nazianzeni alia declarans cap. 20. 22. 23. & 25. primi libri earundem obſeruationum ſacrarum, Ammianum Marcellinum à Gregorio Nazianzeno minimè diſſentire oſtendit in his, quæ de Iuliani leuitate ſcribit.

Poſt hanc autem poſtremam Billij verſionem, atque editionem, quam diximus eſſe omnium dæfecatiſsimam, an. 1583. (præceſſerant enim aliæ quædam, etiam Pariſienſes, ſed non ita abſolutæ) prodierunt eiuſdem Nazianzeni Arcana, ſiue de principijs, verſibus quadringentis octoginta duobus cum Paraphraſi Græca. Et eiuſdem carmen aduerſus Apolinarium. Item de Poëmatis à ſe editis, & quædam alia primò euulgata, è Bibliotheca Reipublicæ Auguſtanæ.

Extat item Gregorij Nazianzeni Teſtamentum, quod moriens condidit, Græcè conſcriptum, quod neque Billius cognouiſſe videtur, nec alij vnquam euulgarunt. At denique cum mendoſum, & mutilum extaret inter Briſſonij formulas editum M. Anton. Maſſa I.C. & V. C. indicauit primus, deinde Iacobus Sirmundus Aruernus Gallus noſtræ Societatis in Vaticana Bibliotheca ſedulo in duobus codicibus perquiſitum, & à ſe è Græco in Latinum cõuerſum tradidit Card. Baronio; qui ab obiectionibus vindicatum, & optimis profecto ſcholijs illuſtratum, cum ſimul Gregorij Nazianzeni virginitatem, atque inſignem eius in pauperes amorem probaſſet, illud ad calcem 5. Annalium Tomi in prima huius editione, tamquam Appendicem quarto Tomo poſthac in alijs editionibus inſerendam adtexuit. Sanè Teſtamentum hoc digniſsimum eſt, in quod Epiſcopi, quique Sacerdotia pinguia tenent, ſerio inſpiciant, eumque imitentur, ſi velint procul à carne, & ſanguine, ſibi & animarum ſaluti ſeriò conſulere.

Porrò cum Baronius Gregorij Nazianzeni geſtorum in eodem quarto Tomo hiſtoriam texat, nonnulla notat reuerenti erga Nazianzenum, ſed ſyncero erga veritatem affectu. Quale illud eſt, quòd in Oratione, quam habuit de S. Cypriano ad populum, duos in vnum Cyprianos conflet, Antiochenum, & Carthaginienſem: de quibus vide, quæ nos in verbo, Cyprianus.

Sed & Interpretem deceptum fuiſſe indicat, qui in Oratione in Baſilij laudem putauerit Nazianzenum loqui de peregrinatione Baſilij in Seleuciam ad S. Theclam, quò propter religionem frequentes plerique confluebant, cum tamen Nazianzenus dicat *Peregrinationes* non *Peregrinationem*, nimirum illas, quas ad monachos AEgypti, Paleſtinæ, Siriæ, ac Meſopotamiæ viſendos inſtituerat.

### *Quinam primò è Græco in Latinum verterint aliqua Gregorij Nazianzeni, Quiue ea ſeparatim ediderint.*

Ac primò quidem Petrus Moſellanus Protogenſis quinque libros Gregorij Nazianzeni de Theologia, & Sermonem in feſta Natalitia Saluatoris vertit è Græco in Latinum,

quam verſionem dicauit Richardo Archiepiſcopo Treuerenſi, & an. 1522. Lipſiæ in Germania emiſit ex typographia Rubij. Huius autem verſionis non meminit Geſnerus, nec alij, quòd ſciam.

Deinde Bilibaldus Perckheimerus orationes triginta octo, ex officina Frobeniana Baſileæ emiſit an. 1531. qui quidem minus illa elimauerat, præterquam quòd vt iam in religione claudicabat, dubium nō eſt, quin minus ei affuerit lux Diuina. Nam & inter prohibitos Auctores primæ claſsis, quoad alia, notatur in Romano Indice.

Poſtea opuſcula tredecim ipſius Nazianzeni è Græco verſa Coloniæ in 8. prodierunt.

Gregorij Epiſtolæ cum Epiſtolis Baſilij ſimul impreſſæ, & quidem à Iano Cornario verſæ. Sed vide quæ de hoc diximus in verbo, Baſilius.

Duæ item ſeparatim ad Themiſtium Peripateticum.

Sermones in Paſcha, & quædā alia à Ioan. OEcolampadio excuſa fuêre Auguſtæ Vindelicorum. At & ſi hæreticorum verſiones eius modi haberi, & legi poſſunt, niſi aliquid in ijs aduerſus fidem Catholicam detortum ſit, qui eſt mos hæreticorum: tamen & iſtius, & cæterorum hæreticorum verſiones ſatis exploſæ ſunt per ipſam Iacobi Billij, de qua diximus accuratiſsimam tranſlationem.

Liber de officio Epiſcopi, eius nomine euulgati, ſeorſim in 8. fuit impreſſus.

Orationes nouem, & in altero volumine ſexdecim Aldus excudit Venetijs.

Tragœdia Chriſti ſub nomine Gregor. Nazianzen. quæ tamen illius non eſt, excuſa Romæ, an. 1542.

Poëmata, ſiue Idyllia varia num. 66. Venetijs apud Aldum in 4. Græcè, & Latinè.

Poëmata de parabolis, & miraculis, quæ narrantur à ſingulis Euangeliſtis ſeorſim excuſa Baſileæ apud Cratandrum, cum Hieronymi, Epiphanij, Gennadij Catalogo de illuſtribus viris.

At nouiſsimè opera, quæ extabant, omnia cum Græcorum Nicetæ Serronij, Pſelli, Nonni, & Eliæ Cretentis Commentarijs Pariſijs 1583. quæ antea (ſed non tam abſolutè) edita fuerant Pariſijs apud Claudium Fremy, & Coloniæ apud Ioan. Birckmannum in folio an. 1570. prodierunt ex officina, vt diximus, Niuellij. Eiuſdem Actiones tres. Apologeticus de amore erga pauperes, & in Natalem diem Saluatoris noſtri à Iulio Gabrielio Latinè redditæ. Eiuſdem in eaſdem Scholia. Emendationes in omnia, quæ Græcè extant ipſius Gregorij Theologi ſcripta. Antuerpiæ an. 1573. in 8. Eiuſdem definitiones rerum ſimplices Græcè primum editæ Auguſtæ à Dauide Heſchælio cum eiuſdem Notis, & Latina verſione Ioan. Leunclaij ex officina S. Andr. an. 1591. at quanta Leunclaio homini extra Eccleſiæ caſtra fides ſit habenda, ſupra oſtendimus ex Billio.

Sententiæ, ac Regulæ Vitæ ex eodem Gregorio Nazianzeno collectæ. Item Iambi aliquot eiuſdem in lucem editi Græcè Antuerpiæ 1568. in 8.

Quæ verò extant Græcè manuſcripta ipſius Nazianzeni, ea videbis Lector poſt finem huius Apparatus, vbi è varijs celebrioribus Bibliothecis Catalogos Græcorum Eccleſiaſticorum Auctorum Deo aſpirante adiungemus. Porrò vide quæ Victorius Scialach (de quo, ſuo loco diximus) in Epiſtola ad Marcum Velſerum V. C. ante Liturgias à ſe ex Arabico Latinè redditas, & Auguſtæ Vindelicorum editas.

GREGORIVS Neocæſarienſis, hoc eſt Neoceſareæ in Ponto Epiſcopus, qui ob ſigna, & miracula, quæ cum multa Eccleſiarum gloria patrauit, Thaumaturgus, & Ponticus eſt appellatus, cum & Theodoretus diceretur, quemadmodum in Catalogo, & in ep. 84. ad Magnum, Hieronymus habet, doctrina celebris, qui fuit Origenis diſcipulus vnà cum fratre Athenodoro, & ſanctitate illuſtris ſub Alexandro & Decio Impp. ſcripſit aliqua, quæ quò breuiora, tanto altiorem habent indaginem. Nempè epiſt. Canonicam in Metaphraſin. in Eccleſiaſten. De anima, Epiſtolam de ijs, qui in Barbarorum incurſione idolothyta comederunt. Myſticam diſciplinam. Duodecim capita de fide ad ſuam Ciuitatem, & alia. De quibus mox ſingillatim erit dicendum.

Vitam autem eius ſcripſit copioſa oratione, & eleganti ad populum habita Gregorius Nyſſenus, cum huius frater Baſilius Acta Gregorij paucis perſtrinxiſſet cap. 29. de Spiritu ſancto. Reliqua Euſeb. hiſt. lib. 6. cap. 23. Socrat. lib. 4. cap. 22. Greg. Papa lib. 1. cap. 7. Theodorus Lector lib. 2. Collectaneorum. Cedrenus in anno 12. Anaſtaſij Imp. Suidas; ſed hic fallitur, qui cenſet Gregorium hunc perueniſſe ad tempora Iuliani Apoſtatæ. A Chriſti enim an. 223. cum Alex. Imp. florere incœpiſſe Gregorium certum ſit, nimis diu vixiſſet, ſi ad an. 362. perueniſſet, quo cœpit Iuliani Imperium. Sed & Nicephorus non rectè, qui eum cum Gregorio Armeno confundit.



Digitized by Google

## *De Epiſtola Canonica.*

Inſignem porrò illam eſſe Greg. Neocæſarienſis Epiſt. dubium non eſt. Agitur verò præter alia, quod cauſam cogniturum eorum, qui bonis ab alijs fuerant ſpoliati, Euphroſynum mittit, vt nempe cognoſceret ex legibus Eccleſiaſticis, quorumnam eſſent accuſationes recipiendæ, quorumúe repudiandæ. De quinque item locis pœnitentium in Eccleſia. Eaq; Epiſtola adiungi ſolet Canonibus Photij. Sed & aliam tribus verbis Epi. ſcripſit iubens Satanæ, vt in idolorum templũ, ex quo illum nocturna oratiõe expulerat, regrederetur. Eaque Scheda tradita eſt idolorum Antiſtiti tanquam tabellario, qui queſtus de ſuo Idolo cum Gregorio fuerat. Veruntamen vim admirabilem fidei Gregorij expertus ad Chriſtum denique conuerſus eſt. Verba illa erant: *Gregorius Satanæ intra.* Vide Niſſeni orationem de Vita Gregorij Thaumaturgi. Porrò item aliam de ijs, qui in Barbarorũ incurſione idolothyta comederunt, quæ extat cum Cõmentarijs Balſamonis. Metaphraſim quoque in Eccleſiaſtem, breuiſſimam illam quidem, ſed ſanè admirabilem. Eius initium eſt: *Hæc Salomon Dauidis Regis, & Prophetæ filius, apud omnes mortales Rex, &c.* Hanc librariorum impudentiã (vt inquit Sixtus Senenſis) bis impreſſit, primum quidem ſub nomine ſui auctoris, deinde ſub nomine Gregorij Nazianzeni. Ceterum Hieron. in 4. Eccleſiaſtis caput, ſuper illam cauſulam, *Melior eſt puer, & pauper, &c.* proferens expoſitionem eorundem verborum ex ea, quæ nunc extat Greg. Neocæſarienſis Metaphraſi, auctorẽ eius ipſummet prodit his verbis: *Gregorius Ponti Epiſcopus, Origenis auditor, in Metaphraſi Eccleſiaſtis ita hunc locum intellexit: ego verò intelligo adoleſcentulum pauperem & ſapientem. Rege ſene meliorem & ſtulto, cui nunquam venit in mentem, quòd poßibile ſit, quemquam de his, qui vincti fuerant, ad regnum exire de carcere, & ſeipſum denique deinceps de iniqua poteſtate ſua corruere.* Ceterum, hanc Metaphraſim præfatione, & Commentario illuſtrauit Iacobus Billius Prunæus, qui & in ſuam Nazianzeni verſionem probat eandem Metaphraſim non eſſe Nazianzeni, ſed Neocæſarienſis Epiſcopi Gregorij. Extat in Bibl. SS. PP.

Quæ autem Neocæſariẽſis breuis extat, ſed ſolida *de Anima Diſputatio,* ea perquirit, quo indicio anima comprehendi naturaliter poſſit, & quibus rationibus eſſe oſtẽdatur. Mox, verum ſubſtantia, an accidens ſit: Deinde corpus ne ſit, an corpore careat. Præterea ſimplex ne ſit, an compoſita. Tum, mortalis ne, an immortalis. Vide in Bibl. SS. PP.

Sanè verò Nyſſenus teſtatur B. Virg. Dei Matre apparente, & hortante, Io. Euangeliſtam, vt Thaumaturgo exponeret ſermonẽ, de quo ambigebat, Io. Matri Domini fuiſſe gratificatum. Idem autem ſcriptum Gregorius Nyſſenus vocat Myſticam Diſciplinam.

Scripſit etiam idẽ Gregorius πανηγυρικὸν εὐχαριστίας, hoc eſt, *Panegyricum Euchariſtiæ,* Origeni: & conuocata grandi frequentia, ipſo quoque Origene præſente, recitauit.

## *De duodecim capitibus, de fide Catholica ſubiecto ſingulis Anathematiſmo, & appoſita vniuſcuiuſq; capitis interpretatione.*

At, quæ diximus de fide capita extare, ea quoniam nunquã aut Græcè, aut Latinè prodierant in lucem, niſi poſtquã nos ea miſimus Græcè ad V. C. Henricum Caniſiũ, qui hoc an. 1603. ea inſeruit To. 3. antiquæ lectionis Ingolſtadij nos hic in verſionem illorũ vna cũ duobus ſcholijs ad eam factã à Franciſco Turriano Theologo Soc. noſtræ adijciemus.

Quomodo Dei gratia oporteat credere de Incarnatione filij Dei Ieſu Chriſti Domini noſtri, ſecundum ea, quæ lex præſignauit, Prophetæ teſtati ſunt, Apoſtoli prædicauerunt, & ipſe Dominus verbo docuit, & opere ſe ipſum manifeſtum fecit.

Cap. 1. Si quis dixit Corpus Chriſti increatum, & non confitetur ipſum increatũ Deũ Verbum ex creata humanitate incarnationem oſtendiſſe, factumq; ſe hominẽ, ſicut ſcriptum eſt, ſit anathema.

Quomodo enim corpus incarnatum dici poteſt? Siquidem quòd increatum eſt, neq; pati, neque vulnerari, neque attrectari poteſt: Chriſtus autem à mortuis excitatus, figurã clauorum, & lateris apertionem lãcea fractam, & attrectationem corporis diſcipulis demonſtrabat, quamuis ianuis clauſis ingreſſus eſſet. Sed vt Diuinitatis operationẽ, & corporis veritatem oſtenderet, cum aliqui Deus eſſet, homo natura agnoſcebatur, & cũ eſſet alioqui verè homo, Deus tamen operibus oſtendebatur. Interpretatio Ioan. 20.

2 Si quis dicit Carnem Chriſti ὁμοούσιον ideſt, eiuſdem ſubſtantiæ eſſe cum Diuinitate, & non confitetur ipſum eſſe in forma Dei Deũ ante ſæcula, & ſe ipſum exinaniſſe, & formam ſerui accepiſſe, ſicut ſcriptum eſt, ſit anathema. Philip. 2.

Quomodo autem caro poteſt tempus ὁμοούσιος ideſt, eiuſdem ſubſtantiæ cũ Diuinitate, Interpretatio

quæ ſine tempore eſt, dici poteſt? ὁμοούσιον enim dicitur quod eſt idem natura , & eadem ſempiternitate.

Luc.2. 3 Si quis dicit hominem perfectum aſſumptum eſſe à Domino tamquam vnum ex prophetis,& non confitetur ipſum incarnatione ex Virgine factum hominem in Bethleem natum,& in Nazaret nutritum,& qui progreſſum in ætate oſtendit,& numerationem tẽporum ſuſcepit,in Iordane Baptizatus eſt, & à Patre teſtatus,cum dixit: *Hic eſt filius meus dilectus,* ſicut ſcriptum eſt,ſit anathema. Matth.3.

Interpretatio. Quomodo dici poteſt homo perfectus à Domino aſſumptus tamquam vnus ex prophetis,cum ipſe Dominus per incarnationem ex Virgine homo factus ſit? Quocirca ſcriptum eſt: *Primus homo ex terra terrenus.* Quia verò formatus ex terra in terram abijt. Secundus homo factus, in cœlos aſcendit, & dicitur primus Adam, & nouiſſimus Adam, & ſicut confeſſione omnium patefactum eſt,quod ſecundus ex primo ſecundum carnem, vnde & homo,& filius hominis Chriſtus;ſic teſtatum eſt quòd ſecundus eſt Saluator primi, propter quem deſcendit è cœlo;quia Verbum deſcendens è cœlo , & homo factum , in cœlos aſcendit, & dicitur è cœlo ſecundus Adam. 1.Cor.15.

4 Si quis dicat ex ſemine Viri genitum Chriſtum ex Virgine, ſicut omnes homines, & non confitetur ipſum ex Sancta Virgine Maria incarnatum,& factum hominem ex ſemine Dauid;ſicut ſcriptum eſt,ſit anathema.

Interpretatio. Luc.1. Quomodo dici poteſt ex ſemine Viri genitus Chriſtus ex Virgine,cum Virgo dixerit in Euangelio: *Quomodo fiet hoc, quoniam Virum non cognoſco?* Et qui nunciauit Mariæ dixit: *Spiritus ſanctus ſuperueniet in te,& virtus Altiſsimi obumbrabit tibi. Quamobrem quod natum eſt ex te Sanctum, vocabitur filius Altiſsimi:* & Ioſeph Viro Mariæ dicit: *Ne timeas accipere Mariam coniugem tuam,quod enim in ea natum eſt, ex Spiritu ſancto eſt: pariet enim Filium,& vocabunt nomen eius Ieſum,ipſe enim ſaluum faciet populum à peccatis eorum.* Matth. 1.

5 Si quis dicis,alius filius Dei ante ſæcula,& alius in extremis temporibus,& non cõfitetur,eumdem ante ſecula,& extremis temporibus,ſicut ſcriptum eſt,ſit anathema.

Interpretatio. Ioan.8. Ioan.16. Quomodo dici poteſt alius filius Dei ante ſæcula , & alius in extremis temporibus, cum ipſe Dominus dicat: *Priuſquam Abraam fieret,ego ſum?* & quod *ex Patre exiui, & venio:* & rurſus: *Vado ad Patrem meum.*

6 Si quis dicit,alius eſt qui paſſus eſt,& alius qui non paſſus eſt,& non confitetur, ipſum qui nõ poteſt pati Deus Verbum,carne propria paſſum immutabiliter, ſicut ſcriptũ eſt, ſit anathema.

Interpretatio. Luc. 9. Marc.8. Quomodo dici poteſt alius qui paſſus,& alius qui non paſſus, cum ipſe Dominus dicat: *Oportet filium hominis multa pati,& occidi,& tertia die reſurgere à mortuis?* & illud: *Cum videritis filium hominis ſedentem in dextera Patris.* &, *cum venerit filius hominis in gloria Patris ſui.*

7 Si quis dicit Chriſtum ſaluum factum,& non confitetur ipſum Saluatorem mundi, & lucem mundi,ſicut ſcriptum eſt,ſit anathema.

Interpretatio. Io.11.Io.6. Quomodo poteſt quiſpiam dicere Chriſtum ſaluum factum, cum ipſe Dominus dicat: *Ego ſum Vita:* & *Ego veni vt vitam habeant.* &, *Qui credit in me , non videbit mortem , ſed videbit vitam æternam?*

8 Si quis dicit perfectum hominem Chriſtum diuiſè,& Deum Verbum diuiſè, & nõ confitetur vnum Dominum Ieſum Chriſtum, ſicut ſcriptum eſt,ſit anathema.

Interpretatio. Ioan.8. Quomodo poteſt quis dicere hominem perfectum Chriſtum diuiſè, & Deum Verbum diuiſè,cum ipſe Dominus dicat: *Quid quæritis occidere me hominem,qui locutus ſum vobis veritatem, quam audiui à Patre?* Nõ enim hominẽ dedit pro nobis,ſed ſeipſum tradidit pro nobis Deus verbum homo factum propter nos. quamobrem dicit: *Soluite templum hoc & in tribus diebus excitabo illud: Ipſe autem dicebat de templo corporis ſui.* Ioan.2.

9 Si quis dicit mutabilem,aut alterabilem Chriſtum, & non confitetur ipſum immutabilem * Spiritu,corruptibilem carne,ſit anathema. *Spiritum vocat Diuinitatem.

Interpretatio. Malach.3 Act.2. Quomodo poteſt aliquis dicere immutabilem aut variabilẽ Chriſtum cum ipſe Dominus dicat: *Ego ſum, & non varior.* & rurſus: *Nec anima eius relicta eſt in Inferno,* [a] *neque caro eius vidit corruptionem?* a Vide Scholion ad finẽ.

10 Si quis dicit,partem hominis aſſumpſiſſe Chriſtum, & non confitetur ipſum per omnia ſimilem nobis excepto peccato,ſit anathema.

Interpretatio. Ioan.10. Ioan. 6. Quomodo poteſt vllus dicere partem hominis aſſumpſiſſe Chriſtum, cum ipſe Dominus dicat: *Animam meam pono, vt iterum accipiam eam?* & *Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: & qui manducat meam Carnem,& bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam.*

11 Si quis dicit Corpus Chriſti inanimatum, aut ſine mente eſſe, & non confitetur ipſum perfectum hominem per omnia vnum & eundem,ſit anathema.

Quo-

Quomodo poteſt quiſpiam dicere Corpus Chriſti ſine anima, aut mente? Turbatio enim,& dolor, & pauor, neque carnis inanimatæ ſunt, nec animæ non intelligentis, neque Diuinitatis immutabilis, nec oſtenſio inanis apparationis, nec infirmitatis humanæ ſuccumbentius defectus; ſed paſſionis naturæ noſtræ in ſe ipſo oſtendebat Verbum, ſuſcipiens partem ad patiendum datam: ſicut ſcriptum eſt. *Quoniam ipſe infirmitates noſtras aſſumpſit, & ægritudines noſtras portauit.* Turbatio enim, & dolor, & pauor ægritudines animę ſunt: Defatigatio verò, & ſomnus, & vulneratio corporis, infirmitates carnis ſunt. Interpretatio | Eſa. 53.

12 Si quis dicit apparuiſſe fictè mundo Chriſtum, & non confitetur ipſum in carne veniſſe, ſit anathema.

Quomodo poteſt quiſpiam dicere apparuiſſe fictè Chriſtum mundo, Chriſtum dico in Bethleem natum, ad Circuncisionem carnis adductum, à Simeone geſtatum, in Iordane baptizatum, in Cruce cõfixum, à mortuis ſuſcitatum? Quamobrem ſi turbatus eſt Spiritu, ſi triſtatus Anima. ſi vulneratus Corpore, appellationes paſſionum ſecundum naturæ noſtrę conſtitutionem aſſerit, vt demonſtret natum ſe eſſe in mundo, & cum hominibus conuerſatum ad ſimilitudinem noſtram excepto peccato. Natus eſt enim in Bethleem ſecundum carnem, vt Deum decebat, Angelis ſcilicet cœleſtibus Dominum ſuum agnoſcentibus, & Deum in præſepio pannis inuolutum laudantibus, & canentibus: *Gloria in Altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Nutritus eſt in Nazaret, qui Deum ſe oſtendit ſedens in medio Doctorum, & mouens eis admirationem ſuper ſapiẽtia præter tempus ætatis ſecundum corpus, ſicut Euangelicus ſermo narrat. In Iordane baptizatus eſt, non vt ſanctificationem aſſumeret, ſed vt ſanctificationis participationem largiretur. In Eremo tentatus eſt, non ſubiectus tentationi, ſed noſtras tentationes euocationi tentatis obijciens, vt demonſtraret vanum eſſe tentantem: quamobrẽ, *confidite*, inquit, *ego vici mundum*; [b] non opponens luctationem Diuinam, ſed propriam carnem, victricem paſſionis, & mortis, & corruptionis oſtendens: vt qua carne peccatum intrauit in mundũ, & per peccatum mors regnauit in omnibus hominibus, per eandem carnem ſecundum ſimilitudinem, damnaretur peccatum in carne, & vinceretur prę ſes peccati, qui tentat, & diſſolueretur mors, ne regnaret; & corruptio in ſepultura corporis euaneſceret, & primitiæ reſurrectionis expromerentur, principiumq; iuſtitiæ in mundo per fidem exerceretur, ac Regnum cœlorum hominibus Euangelizaretur, eſſetq; Dei cum hominibus cõmunio. Pro hac gratia glorificemus Patrem, qui dedit Filium ſuum vnigenitum pro mũdi vita: glorificemus Spiritum ſanctum, qui operatur, & viuificat nos, & chariſmata ad communionem Dei tribuit: & ne doctrinam Euangelicam verbis aridis perſcrutemur, interminatas queſtiones & pugnas verborum circumferẽtes, & perfectum ac rectum ſermonem de fide aſperum reddentes; ſed potius operemur opus fidei, amemus pacem, præferamus concordiam, ſeruemus coniunctionem, excolamus charitatem, qua Deo placemus; ſicut non eſt noſtrum ſcire tempora, & tempeſtiuitates temporum, quæ pater poſuit in ſua poteſtate, credere autem oportet futurum eſſe finem temporum, & futuram futuri ſæculi manifeſtationem, ac iudicij releuationem, & filij Dei aduentum, & operum remunerationem, ad hęreditatis Regni cœlorum poſſeſſionem; ſic non eſt noſtrum ſcire, quomodo Filius factus eſt homo hoc enim myſterium magnum eſt, ſicut ſcriptum eſt: *Generationem eius quis enarrabit? quia tollitur à terra vita eius.* Sed credere oportet, quòd Filius Dei factus eſt homo ſecundum ſcripturas; & quòd in terra viſus eſt, & cum hominibus cõuerſatus eſt ſecundum ſimilitudinem noſtram, excepto peccato, ſecũdum ſcripturas; & quod mortuus eſt pro nobis, & ſurrexit à mortuis, ſicut ſcriptum eſt, & quòd aſcendit in Cœlos, & ſedet ad dexteram Dei Patris, vnde venturus eſt ad iudicandum viuuos & mortuos, ſicut ſcriptum eſt: ne quando nobis inter nos de verbis certantibus, aliqui ſermonem ac doctrinam fidei blaſphemè vituperent, & eueniat quod dictum eſt: *Propter vos nomen Dei ſemper blaſphematur in gentibus.*

Interpretatio | Luc. 2. & 3. | Baruch. 3 | Luc. 2. | Matth. 3. | Matth. 4. | Ioan. 16. | b Vide ſecundũ Scholion. | Eſa. 53. | Eſa. 52.

### Scholion ad Caput nonum ad illa verba: *Neque caro eius vidit corruptionem.*

a Non contradicit Beatus Petrus, cum ait in Act. Apoſtol. cap. 13. Quòd autem ſuſcitauit eum à mortuis, amplius iam non reuerſurum in corruptionem: ex quo ſequitur, potuiſſe capere corruptionem, non contradicit inquam, neque pugnant cum eo quod ait Actorum ſecundo, Caro eius non vidit corruptionem, non enim vidit corruptionem, non propter ſuam naturam, quæ ſimilis erat noſtræ, ſed propter Diuinitatem, cum qua deſcendit ad inferos anima, & non eſt detenta ibi. Idem enim dicendum eſt de anima, & de carne, quantum ad naturam vtriuſque pertinet; caro enim quatenus erat eiuſdem naturæ cum noſtra, ſicut mortua eſt, ſic etiam potuit corrumpi. non fuiſſe autem corruptam, Diuinæ virtutis fuit; Verbo prohibente. Sic Leontius Byzantius



Digitized by Google

reſpondet hæreticis, qui Corpus Chriſti ante Reſurrectionem incorruptibile tradebant, vnde Aphthartodocetæ dicti ſunt. Cum ergo dixit Beatus Petrus Act.2. Neque caro eius vidit corruptionem: nō obſcurè ſignificauit carnem Chriſti natura ſua aptam natam fuiſſe ad capiendam corruptionem, ſed non cepiſſe propter Diuinitatem: Clarius verò dixit corruptionem fuiſſe. Act. cap. 13.

### Scholion alterum ad Caput duodecimum ad illa verba:
### *Non opponens luctationem Diuinam.*

b Erat quidem luctatio Chriſti cum tentatore Diuina, quia nec in eo erat humanum ſine Diuino, neque Diuinum ſine humano; non tamen erat luctatio ſecundum Diuinitatem, ſed ſecundum Humanitatem; ſiquidem in humanitate Chriſti, ſecundum ſimilitudinem humanitatis noſtræ cadebat tentatio gulæ, concupiſcentiæ oculorum, & ſuperbię vitæ. Sic igitur intelligendum eſt non oppoſuiſſe Chriſtum luctationem Diuinam tentatori, ideſt, luctationem ſecundum Diuinitatem, ſed ſecundum Humanitatem: quæ propter vnionem cum Diuinitate non poterat non vincere tentatorem, & omnes tentationes eius.

Porrò Gregorij Thaumaturgi Epiſcopi Neocæſarienſis prodierunt Opera omnia Græcè, & Latinè Interprete, & Scholiaſte Doctore Gerardo Voſſio vna cum varijs SS. PP. Opuſculis, quæ antea nunquam prodierāt è prælis eodē Gerardo Interprete, & Scholiaſte, an. 1604. cum antea etiam in Tom. 3. Bibl. SS. PP. edit. 2. extarent eiuſdem Gregorij De ijs, qui in Barbarorum incurſione Idolothyta comederunt, Epi. cum Commentarijs eiuſdem Balſamonis.

Eiuſdem Metaphraſis in Eccleſiaſten cum præfatione, & Commentarijs Iacobi Bilij Prunæi. Eiuſdem De anima, breuis, & per capita Diſputatio ad Tatianum.

GREGORIVS Niceta Epiſtolas ſcripſit De creatione hominis, quæ extant m.s. in Bibliotheca Imp. Viennæ Auſtriæ.

GREGORIVS Nicomediæ Metropolita, Græcè ſcriptas reliquit orationes Panegyricas centum & ſeptuaginta. Extabant Conſtantinopoli.

GREGORIVS huius nominis Nonus Pont. Max. Cōſtitutiones, & Decretales Epiſtolas ſuperiorem Pontificum in ordinem, & compendium redigi curauit, quod in quinque partes fuit diſtributum.

Primam, de Summa Trinitate, & fide Catholica, & de Cōſtitutionibus, de Reſcriptis, de Iudicijs, & eorum officijs.

Secundam, de iudicijs, & ſpectantibus ad iudicia.

Tertiam, de vita, & honeſtate clericorum, & rebus eorum, & Eccleſiarum.

Quartam, de Sponſalibus, & matrimonijs, & impedimentis eorum.

Quintam, de accuſationibus, criminibus, & pœnis eorum.

Scripſit verò inſignem Epiſtolam de Græcorum vnione cum Eccleſia Latina. Alteram de duplici gladio Romani Pont. ac de vſu vtriuſque ſuper eadem vnione Græcè, & Latinè. Quæ epiſtola legationem quoque Apocriſiariorum Gregorij eiuſdem ad Gręcos continet. Diffinitionem, ſiue Decretum eiuſdem, quòd Spiritus ſanctus à Patre Filioque procedat. Græcè, & Latinè. His autem omnibus hac noſtra ætate Gerardus Voſſius adiecit præter ſcholia, & argumenta litteras Apoſtolicas eiuſdem Pontificis, & Canonizationem tam D. Franciſci ab eodem prolatam, quin & vna cum litteris ſtigmata eiuſdem cōprobantibus, quàm D. Dominici, S. Antonij de Padua, S. Eliſabethæ Regis Hungarorum filiæ ac Lantgrauiæ Thuringæ, additis ad ſingulas Canonizationes breuibus Notis, quibus, qui, nam de ijs ſcripſerint, indicatur. Quæ omnia primò Romæ prodierūt apud Bartholomæum Bonfadinum an. 1587. cum è Vaticana Bibl. Romaniſque Archiuis fuiſſent eruta.

At verò eiuſdem opera, cum Pamelij annotationibus prodierunt Antuerpiæ apud viduam & hæredes Ioan. Stelſij an. 1572.

GREGORIVS Nunnius, De vera Chriſti Eccleſia. Romæ apud Iacobum Lunam.

GREGORIVS Nyſſenus Epiſcopus Magni Baſilij frater is fuit, quem perperam Emiſenum Honorius in Catalogo, & Tritemius vocauerunt; antiquitas verò ſuſpexit, & ſequentibus ſeculis Theologi tam Græci, quam Latini ad confirmanda Orthodoxa dogmata teſtem certiſſimum adhiberunt, quippe qui in ijs, quæ ad fidem pertinent nulla in re à Baſilio, vt inquit etiam Card. Bellar. diſſenſerit, licet nonnulla, quæ eo tempore nondum ita declarauerat Eccleſia, ſcripſerit, de quibus ad finem huius Tractationis dicemus. Eum nominat virum fidelem, amicum, fidum, eruditum, ſapientem, eloquentem, filium lucis, hominem Dei, fratrem amiciſſimi ſui amici Baſilij, eumque eſſe dignum, qui ſummis olim ſacerdotibus cōferatur, quibus, eum, & Baſilium Magnum, fratres comparat, Moyſi ſcilicet, & Aaron.

Theodor. Io. Damaſc. Suidas D. Th. & alij.



Digitized by Google

## *Vitam Gregorij Nyſſeni quinam ſcripſerint.*

Vitam eius, ſtudia, res geſtæ (præſertim pro fide Catholica) quæ fuerint, nemo quidẽ vnus per hiſtoriæ ſeriem, quemadmodum fit in aliorum Vitis pertexuit, quòd ſciam. At quæ Gregorius Nazianzenus in Oratione ad eum habita commemorat, ſunt tot, & tanta, vt inſtar hiſtoriæ eſſe queant. Theodoretus autem, Socrates, Nicephorus, Suidas, & Martyrologium Eccleſiæ Romanæ præter recentiores, vti Raphaelem Volaterranum, & alios honorificentiſſimè de eius Vita, doctrina, eloquentia, tamquam Patre Patrum loquuntur. At qui cum idem Nazianzenus varias ad eum Epiſtolas ſcripſerit, nimirum 34. 35. 36. 37. 42. 43. 95. & 142. ex his elici poteſt, quid de eo vel dicere, vel ſentire poſſimus.

Sanè quòd is ipſe Nyſſenus actus ſit in exilium ab Arianis ſub Valente Imp. quòdque, hoc demortuo, deſtinatus ſit ab Antiochena Synodo ad inſtaurandas Orientales Eccleſias, & ab Synodo Oecumenica Conſtantinopolitana ſub Theodoſio habita ad viſitandas Eccleſias Arabiæ, dignus autem fuerit, vt inter præcipuos Catholicæ fidei propugnatores ſanctione etiam Imperiali laudaretur, maxima ſunt, quæ nos prouocẽt & ad eius ſcripta legenda, & ad imitandam in fide fortitudinem, cuius diem mortis anniuerſarium Latini nona die Martij, Græci in Menologio, quarto idus Martij celebrant vnanimi cultu. Atqui ſucceſſit his Scriptoribus omnibus, qui in hoc genere omnes data ſibi à Deo gratia præceſſit Cæſar Card. Baron. qui præter ea, quæ de illis in Notis ad Martyrologium attigit, vberius in quarto Annal. Tomo ſcripſit. porrò vide, quæ nos in verbo, Baſilius diximus in hoc Apparatu.

Baſil. epi. 10. Greg. Nyſſ. ep. ad Olympium. Nyſſen. epiſt. ad Flauianũ, lib. 3. de fide Cathol. cod Theodoſ.

## DICTIO GREGORII NYSSENI

Vt verò dicendi ſic artẽ exercuit, vt & Rhetor illuſtris euaſerit, & poſtquam Theologiam hauſiſſet, ac Epiſcopus fuiſſet renunciatus, adhuc erga eandem Rhetoricæ facultatem afficiebatur, ita hinc conijci poteſt, quinam lepos, & charites in ſcriptis illius inueniantur ab eo, qui Græcas litteras altius calleat. Et Photius quidem (vt mittam alios) in ſua Bibliotheca de hoc iudicium tulit, cum recognouit ipſius libros contra Eunomium. Nam inter cætera de illo dicit. *Dictione ſi quis Rhetorum alius, ſplendidus* eſt Nyſſenus.

## *Gregorij Nyſſeni ſcripta, quænam, & à quibus Latinè verſa ſubinde prodierunt in lucem.*

Quanto magis in condendo hoc Opere laboro, tanto ſæpius aures meas perſonat illa Chriſti Domini vox. *Capillus capitis veſtri non peribit.* Ecce quàm ſudauit Satanas, vt Patrum Doctrina aboleretur, ſed & ecce, quam Deus optimus ſatagit, vt doctrina eorum non pereat. Illuxit illa Orienti, cuius tenebras olim diſpulit, illuceſcit nunc Occidenti, cuius errores euertit. Sed quæ ſcripta Gregorij Nyſſeni iacebant, aut dudum delituerant, ac, ſi tubæ ſonitum ad arma conclamantem inaudiſſent, extulerunt caput, quod & plerique omnes alij Græci Patres fecerunt, & per Interpretes varios ſe ſubinde exeruerunt, exeruntque hodieque, tanquam tela, quibus omnis confodiatur impietas.

Dionyſius itaque Romanus, qui dictus eſt Exiguus, quique cum Caſſiodoro vixit, & (vt diximus ſuo loco) docuit, librum de creatione hominis à Nyſſeno conſcriptum in ſupplementum Hexameron Baſilij fratris Latinitate donauit.

In idem incubuerunt alij, Godefridus Tilmannus, Franciſcus Zinus Catholici, Ioan. Leuenclaius hæreticus.

Octo Conciones in Eccleſiaſten. Homilias vndecim in Canticum Canticorum (nam quatuor poſtremas Leuenclaius) Catecheticum, ſiue Catecheticam orationem (vti & Petrus Morellus, & Franciſcus Zinus) Orationes de fugienda fornicatione: & in eos, qui differunt baptiſmum; & qui ægrè ferunt reprehenſiones, Gentianus Heruetus.

De vita Moyſis, ſiue de vita perfecta. Georgius Trapezuntius.

De Aſcenſione Domini, ſicuti & pleraque alia, quæ extant in Pariſienſi editione anno 1573. Laurentij Siphanij. At & de eadem Aſcenſione Franciſcus Zinus, cuius verſio quę in Breuiario 4. feria Domini poſt eius Aſcenſionem legitur, magis probatur.

Sed & idem Franciſcus Zinus vertit, quæ Nyſſenus de pauperibus amandis: quæúe in Mulierem peccatricem: quæ de Dormientibus: quæ de Natiuitate Domini, & eius



Digitized by Google

Reſurrectione ſcripſerat Græcè. Et hæc pene omnia extant in eadem Pariſienſi editione Sebaſtiani Niuellij an. 1573. ſed ſecundum ſequentem ſeriem diſtributa.

*Operum D. Gregorij Nyſſeni Catalogus. Quæ vnico notantur aſteriſco acceſſerunt, quæ verò duobus ex ſeorſum impreſſis huic editioni ſunt adiecta.*

Hexaemeron, ſiue hiſtoria de opere ſex dierum.
** In ea ſcripturæ verba: *Faciamus hominem ad imaginem, &c.* Oratio I.
** In hominis procreationem, Oratio II.
De hominis opificio, liber.
De vita Moyſis, ſiue de vita perfecta, liber.
In ſextum Pſalmum, de octaua.
* in Eccleſiaſten, Conciones octo.
In Canticum Canticorum, Explanatio.
Quid nomen, profeſſioúe Chriſtiana ſibi velit, Epiſtola.
** De perfecti hominis Chriſtiani forma, ad Olympium Monachum.
** Catechetica oratio, quæ dicitur magna.
De Sancto Baptiſmate, Oratio.
* In eos qui differunt baptiſma, Oratio.
De Oratione Dominica, Homiliæ quinque.
De vita beata comparanda, ſiue de beatitudinibus, Orationes octo.
* De fugienda fornicatione, in dictum Apoſtoli, 1. Corinth. 6. *Omne peccatum quodcunq; fecerit homo,* Oratio.
In illud Apoſtoli, 1. Corinth. 15. *Tunc etiam ipſe filius ſubijcietur ei, qui ſubiecit omnia,* Oratio.
De dormientibus, vel, non eſſe dolendum ob eorum obitum qui in fide dormierunt, Oratio.
De infantibus, qui ex vtero præmaturè abripiuntur, ad Hierium.
* In eos qui ægrè ferunt reprehenſiones, Oratio.
** In Mulierem peccatricem, vel in eos qui durius, & acerbius alios iudicant, atque condemnant, quique conuerſione indigent, & pœnitentia, Oratio.
** De pauperibus amandis, & benignitate complectendis, Oratio I.
De ijſdem, in dictum Euangelij: *Quatenus feciſtis vni ex his minimis,* Oratio II.
** De vera, & incorrupta virginitate, liber.
De Sancta Chriſti Natiuitate, Oratio.
De Sancto Stephano protomartyre, Oratio.
De Sancto feſto Paſchæ, & Reſurrectione Domini, in diem tertium collata, Oratio I.
De Reſurrectione Domini, & quòd nullo modo contrarij Euangeliſtæ diuerſis modis prodiderunt ea, quæ acciderunt in Reſurrectione, Oratio II.
De feſto Paſchæ, & de Reſurrectione, habita in Magna die Dominica, Oratio III.
De ſancto, & ſalutari feſto Paſchæ, Oratio.
De anima, & reſurrectione diſputatio cum ſorore Macrina.
De Aſcenſione Domini, Oratio. In Pentecoſten, Oratio.
** De Trinitate aduerſus Iudæos, ex Veteri Teſtamento delecta teſtimonia cum explicatione.
De Sancta Trinitate, & quòd Spiritus ſanctus ſit Deus.
Tres dici Deos non oportere, ad Ablabium, Oratio.
De differentia ſubſtantiæ, & hipoſtaſeos, ad Petrum fratrem.
De Fide, ſiue de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto.
In laudem Baſilij Magni fratris ſui, Oratio.
In laudem Sanctorum quadraginta martyrum, Oratio. I.
In laudem eorundem Sanctorum, Oratio II.
In funere Pulcheriæ, Oratio conſolatoria.
De Placilla, Oratio funebris.
De Vita Sancti Gregorij miraculorum opificis, Oratio.
In laudem Sancti viri, ac magni martyris Theodori, Oratio.
In funere Magni Meletij Epiſcopi Antiochiæ, Oratio.
Ad Flauianum Epiſtola.

Sed & ante hanc editionem prodierunt libri de Virginitate, ac Conciones quinque de Oratione Dominica, & de octo de Beata vita à Petro Galeſinio in linguã Latinã con-

uerſæ, ac Romæ editæ an. 1565. licet à Laurentio Siſanio fuerint tranſlatæ, cuius & verſio extat in eadem Pariſienſi editione.

Quin cum eiuſdem de Virginitate liber: Græcè, & Latinè interprete Ioāne Liuincio Gandenſi, additis ad finem, notis, quibus partim emendationum ratio redditur, partim loca quædam illuſtrantur, Antuerpiæ prodijſſent, apud Plantinum anno 1574. Iacobus Billius hæc in illa verſione obſeruauit, inquiens.

Itaque 9. cap. de vi ac potentia conſuetudinis loquens, his verbis vtitur: οὐδὲν οὕτω τῇ φύσει χλευκτὸν ἐστὶ ὡς ἐν συνηθεία γινόμενον, μὴ καὶ σπουδῆς ἄξιον, καὶ αἱρετὸν νομισθῆναι, quæ verba ad hunc modum reddit interpres. *Nihil natura tam fugiendum eſt, quàm quæ res in conſuetudinem abierit eam ſtudio dignam, atque amplectendam non videri:* Ego tamen lubentius ita tranſtulerim: *Nihil natura tam turpe, ac fugiendum eſt, quin, ſi in conſuetudinem abierit, præclarum; & expetendum videatur.* Eodem libro cap. vigeſimoſecundo in his verbis, οὔτε τὸν ὀξὺν ἐπισπέρει, rectè quidem interpres, mendum ineſſe ſtatuit: ſed quod pro ἐπισπέρει, ἐπιστρέφει reponit, non admodum mihi probatur, legendumque potius cenſuerim ἐπισπέρχει, ideſt, ἐπιταχύνει κατεπείγει. Loquitur enim de auriga, qui pernicem equum ſcutica adurgere non ſolet. Sed hoc leue. Illud autem non perinde facile, quod ſequenti capite habetur.

Poſteaquam enim eleganti ſimilitudine oſtendit ei, qui colendæ pietatis ſtudio totum ſe deuouere cupit, faciendum eſſe, vt ducem potius aliquem ſequatur, quàm vt ipſe ſibi dux ſit, hanc rationem ſubiungit οὐ γὰρ ἐναργὲς ἐστὶ τὸ ἐπιτήδευμα τοῦτο ἀνάγκη ἑαυτοῖς ἐπιτρέπειν τῶν λυσιτελούντων τὴν κρίσιν. ὅτε δὲ καὶ τὸ κατατολμᾶν τῆς τῶν ἀγνοουμένων πεῖρας οὐκ ἔξω κινδύνου καθίσταται. Quorum verborum ſententiam particula negatiua, quam addendam cenſet interpres, prorſus corrumpit. Sic enim vertit. *Nam vbi ſtudium hoc illuſtre, & tanquam in medio poſitum non eſt, neceſſum ſit iudicium eius quod expediat nobis permittere.* Atqui contrarium omnino vult Gregorius: nempe in rebus arduis ducem ac præceptorem adhibendum eſſe. Ego ſanè hunc locum ita reſtitui poſſe puto ſi pro τούτου, ὅτε legamus, vt ſit ſenſus: *Cum perſpicuum eſt inſtitutum illud, quod ſequimur, tum verò eorum, quæ in rem futura ſunt iudicium nobis ipſis permittere debemus. At cum rerum nobis ignotarum experientia periculo non caret, cum verò ducem ac præceptorem adhibere conueni.* Hæc autem poſtrema verba vel in Græco deſiderantur, vel certe eadem figura ſubaudiuntur, qua poſt hæc luce verba. *Et ſi quidem fecerit fructum,* ſubauditur, relinquens eam. Eſt & alius locus eiuſdem libri cap. vlt. qui mihi & emendationis, & illuſtrationis cuiuſpiam indigere videtur. Græca autem ſic habent: ἐντεῦθεν οἱ ἐνυπνιασταὶ, καὶ τὰς ἐκ τῶν θηρίων ἀπάτας πιστοτέρας τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων ποιούμενοι, καὶ ἀποκαλύψεις τὰς φαντασίας προσαγορεύοντες. *Hinc ſomniatores,* ait interpres; *qui in ferarum ludibrijs fidei plus, quam in Euangelij doctrina collocent, & mentis ſuæ cogitata patefactiones appellent.* Ego verò cū, quidnam, per *ferarum ludibria* ſibi vellet author nullo modo aſſequi poſſem, ſtatim mihi venit in mentem, pro θηρίων ὀνείρων ſubſtinere. Nam hoc verbum bellè cum authoris ſenſu conuenire videbatur. Verum interim hærebam dubius, quinam eſſent iſti ſomniatores, quos hoc loco Gregorius perſtringeret. Quam tamen dubitationem mihi tandem ſuſtulit Theodoritus. Is enim in compend. hæret. fabul. lib. 4. de Meſſalianis loquens, ait *eos, vbi maximam diei partem precibus impendiſſent totos deinde ſe ſomno dare conſueuiſſe. At à Dæmone deluſos reuelationes quaſdam ſe vidiſſe aſſerere, ac futura prædicere conari.* Et hiſtoriarum lib. 4. cap. 11. de ijs verba faciens, *Manuum,* inquit, *operationem vt malam auerſantur, ſomno autem ſe tradentes, ſomniorum ſpectra prophetias appellant.* Quæ quidem verba emendationi noſtræ apertiſſimè aſtipulantur.

Extat verò Epiſtola Canonica ad Latoium Mytilenes Epiſcopum, cum Scholijs Balſamonis, qua agit de ratione curandarum, ſiue hæreſum, ſiue aliorum generum peccatorū: Quam Latinè reddidit Gentianus Heruetus, quæ & excuſa eſt in Bibl. Sanctorum Patrū. Sed & poſtea eiuſdem Gregorij Nyſſeni oratio excuſa eſt De Filij, & Spiritus ſancti Deitate è Codice manuſcr. Reipub. Auguſtanæ, integritati reſtituta Auguſtæ Vindelicorum anno 1591.

Atqui & deinceps, quæ nunquam antea fuerant in lucem edita, euulgatæ ſunt Ingolſtadij per Frontonem Ducæum Soc. Ieſu Theologum, ex typographia Dauidis Sartorij an. 1598. Opuſcula quæ ſequuntur.

Ad Theophilum Epiſcopum Alexandrinum aduerſus Apollinarem Epiſtola, ex codice manuſcripto Aegidij Dauidis I.C. Pariſienſis. Ex Quæſtionibus libellus in illud Geneſ. 1. *Creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam,* & ex m.s. Bibl. Mediceæ Reginę Chriſtianiſſimorum Regum Matris.

Ad Theodoſium Epiſtola de Pythoniſſa, quæ Sauli Samuelem excitauit. 1. Reg. 28. Ex

manuſcripto libro Bibl. Collegij Muſſipontani Soc. Ieſu, quem nobis dono dedit V. C Iacobus Bornonius Lotharingicæ Curiæ Sammichelinæ Præſes:
In Sanctam Domini Reſurrectionem ſermo ex manuſcripto Aegydij Dauidis.
In ordinationem ſermo ex eodem manuſc.
Contra Manichæos decem ſyllogyſmi ex eodem libro.
Fragmenta libri aduerſus Apollinarem ex codicibus m.s. Bibl. Regiæ Medicææ.
Ex Bibl. Bauarica. Liber de Fato. Oratio contra vſurarios.

Ceterum, Epiſtolæ Gregorij Nyſſeni contra Appollinarem meminit Synodus V. generalis collatione 6. fol. 530. & 542. edit. Colo. profertque illum locum. *Qui Apollinaris dogmatibus* vſque ad illa verba *neq; prædicari.* Deinde ex duobus diuerſis eiuſdem aduerſus eũdem Operibus multa citat Euthymius titu. 13. Panopliæ. Alterum appellat Orationem ad Theophilum Alexandriæ Pontificem, cuius loca ab eo prolata in hac Epiſtola reperiuntur: Alterum Orationem, qua confutat Apollinarij opiniones, ex quo item inter cetera locum vnum exſcribit, cuius ſentẽtia prope eadem eſt, quæ fragmẽti alterius ex duobus, quæ in eo libro exhibetur. Accedit Ioannes Cypariſſiotus, qui in expoſitione materiaria eorum, quæ de Deo dicuntur. Decad. 6. cap. 6. adducit locum illum non procul ab initio huius Epiſtolæ. *Non enim propterea quod in nouiſſimis diebus,* vſque ad illa verba: *oblatam eſſe viſionem.*

Propterea Franciſcus Turrianus in Epiſtola ad Gregorium de Valentia, contra Vbiquiſtas profert ex hac Epiſtola hunc locum non procul à fine: *Diuinitas enim quod humile fuit,* vſque ad illa verba: *Vnio declaratur.* Denique hæc eadem Epiſtola manuſcripta Græcè extat in Bibliotheca Sereniſſimi Gulielmi Bauariæ Ducis, & in pauciſſimis voculis diſcrepat ab exemplari, quo vſus eſt Ducæus, vt ab illo, quod Lugduni Batauorum prodijt.

Secundum obtinet libellus in illud Geneſ. 1. *Creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam*; qui ex antiquiſſimo codice Bibliothecæ Mediceæ, ac pene conſumpto, literis fugientibus, charta dilabente, erutus eſt. Ac licet in Altera ex duabus homilijs, quæ adiungi ſolent Baſilij Orationibus in Hexaemeron, ſed Nyſſeni ſunt propriæ (non enim plures quam nouem Suidas Baſilio tribuit) de hac quæſtione diſſeruerit Nyſſenus, hoc tamen non impediuit, quò minus, vt verum Opus agnoſceretur eius illud de opificio hominis, in cuius aliquot capitibus hoc ipſum argumentum tractat, ſic neque vetabit quidquam quò minus hoc tanquam verum eius partum legamus; præſertim cum notum ſit Sanctos Patres de eadem materia ſæpius ſcribere fuiſſe ſolitos. Nam argumentum de Reſurrectione noſtra, & Chriſti quoties hic idem Gregorius luculentiſſimè, & eloquentiſſimè tractauit?

Huic libro ſuccedit Epiſtola ad Theodoſium Epiſcopum de Pythoniſſa, & oratio in ſanctam Domini Reſurrectionem, de qua materia extant iam nonnullæ latinæ Conciones inter opera Nyſſeni, & Oratio in propriam ordinationem, quæ etiam Venetijs in Bibliotheca Reuerẽdiſs. Lullini Epiſcopi aſſeruatur. Decem ſyllogiſmi contra Manichæos inueniuntur itidem in Bibliotheca Bauarica. Duo fragmenta alterius Operis contra Apollinarem deſumpta ſunt è Codice Bibliothecæ Medicææ, qui expoſitionem in Epiſt. ad Hebreæos ex multis Patrum locis contextam continet. In priori fragmento tractat locum illum c. 1. ad Hebræos; *Et cum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorent eum omnes Angeli eius.* In poſteriori autem illum. *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius.* Porrò Eutymius tit. 13. hoc poſterius fragmentum deſcripſit aliquot verbis omiſſis. Et huius amplioris, & grandioris contra Apollinarem τῶν ἀντιρρητικῶν Voluminis meminit Nicephorus lib. 2. c. 19. non autem prioris illius ad Theophilum, vt quidam ſunt hallucinati, qui etiam in eadem Epiſtola incautè legerunt, & ediderunt τὴν σὴν εὐχῶν τελειότητα cum legendum ſit, τὴν σὴν ἐν χῷ τελειότητα. vt legit interpres Synodi quintæ primo loco ſupra citato; vtque habet codex Bauaricus. Ipſe etiam Gregorius in fine Epiſtolæ ita loquitur ζηλοῦμεν δὲ τῆς σῆς ἐν χριστῷ τελειότητος. At libellum de fato ſuppeditauit Bibliotheca Bauarica, qui citatur & ab Anaſtaſio Nicæno in libro Reſponſionum ad Quæſtiones Orthodoxorum, quæſt. 18. Tomo 1. Bibliothecæ Sanctorum PP. ſecundæ editionis. Nec tantum citatur, ſed & teſtimonium ſatis prolixũ inde ab Anaſtaſio deſcribitur. Quia verò Bauaricum exemplar vnicum erat, neque id ſatis correctum, neque nomen continebat eius, ad quem Nyſſenus hunc librum miſit; ideo probabiliter aliquoties diuinandum fuit interpreti, quidnam ſibi Gregorius velit, preſertim initio. Ex eodem Bauarico codice deprompta eſt contra fœneratores Oratio. Et hęc quidem pleraque ex ipſo Ducæo. Sed reſtabant quæ publicam lucem aſpicerent, ac præſertim, quæ gemino Commentario

Digitized by Google

rio in Pſalmorum Inſcriptiões,ſiue Epigraphas Bibl.inter alias Bauarica aſſeruabat. Hæc igitur Iacobus Gretſerus Societatis noſtræ Theologus, & Græcè, & Latinè abs ſe facta emiſit in publicum è typographia Adami Sartorij an.1600.ſpem faciens eiuſdem Nyſſeni libros Apologeticos pro S. Baſilio fratre ſuo aduerſus inſcitiam, & maledicta Eunomij Græcè,& Latinè foras proditurос.

Addita verò ſuperiori verſioni fuerunt ab eodem Gretſero tum Græca tum Latina editio Leonis V.Imp.qui de Bellico ſcripſit Apparatu, Acta quædam Vitæ Chriſti Domini,de quibus vide in verbo,Leo Imp.V.

Iam verò Fragmenta pleraque,& quædam de dogmatibus magni momenti,ex Nyſſeni Operibus,quæ vel non extant,vel non habentur ad manus,collegit Euthymius in ſuæ Panopliæ prima parte,tit.7.Quæ Fragmenta,quoniam indicant varia Nyſſeni ſcripta,omnino hic prænotanda ſunt, vt viri antiquæ veritatis amantes, & eadem integrá eruant, ſicubi deliteſcunt;& certè vtantur iſtis interdum ad Diuinam gloriam. Extant igitur ſequentia,ſed fuſius quidem,quàm hoc in loco interſeri debeant.

Capita contra Hebræos ex libro,qui inſcribitur de cognitione Dei, & eius eſſe fertur. Incipit, *Lex,& prophetæ,quorum plenitudo Chriſtus eſt,omnia,quæ tum ad ipſum Chriſtum tum etiam ad ſanctam pertinent Trinitatem, ſubtiliter ſcripſerunt.* Fragmenta.

Ex libro item Geneſeos aduerſus eoſdem;ex c.1.3.11.18. Quibus omnibus in locis veritatem Sanctiſſimæ Trinitatis aſtruit. Quemadmodum & facit tum ex Deuteron.cap.6. tum ex Dauidis Pſalmorum varijs locis,nempè 54.49.17.35.109.2.32. 106.103.118. Hoc enim ordine illos citat:tū ex Iſaiæ c.6.& 48.& ex Prouerbiorum libro cap.8.atque ex Iob. cap.27. Iterum autem ex Geneſeos cap. 30. & ex Ioannis Euangelio, cap.17. & ex Iſaiæ 9. Quod & pergit deinceps ex Baruch, & Iſaia, & Michæa,& Daniele, Diuinarum Perſonarum,& Chriſti Domini Dei,& hominis veritatem comprobans.

Atqui de Chriſti cruciatibus, & morte contra illosmet Hebræos agit,incipiens. *Dauid ex perſona Chriſti,conſilium,inquit,malignantium obſedit me: Foderunt manus meas.* Pſal.21.vbi & Iſaiæ c.30.& Pſal.68.ac rurſus Iſaiæ c.50.& 53.adducit.

De Chriſti Reſurrectione ex Pſal.15.Oſeæ 6. Matth.27. Ioſepho Iudæo 18.lib. de antiquitate Iudæorum c.4. vbi inſigne extabat teſtimonium de Chriſto, quod Iudæi eraſerunt:Quod quod quidem Nyſſeni tempore apparet extitiſſe.

De Eccleſia ex gentibus:vbi incipiens ab Iſaiæ verbis cap.35.*Lætare ſolitudo ſitiens: exultet ſolitudo, & floreat quaſi Lilium. Et loca deſerta Iordanis exultabunt, & gloria Libani data eſt ei, & honor Carmeli.Hæc ſenſu quidem (inquit) nec facta ſunt vmquam, neque fient. Quis enim ſolitudinem, & loca deſerta deligat ad habitādum, niſi forte Chriſtianos monachos dixeris? Spiritu autem planè contigerunt. Nam gentium Eccleſia nullos antea fructus ferentium, erat quadam velut ſolitudo, in qua degebant vitiorum feræ.* Quod poſtea pluribus alijs prophetijs perſequitur, Prophetiarum obſcuritatis rationem afferens præclaram illam quidem his ipſis verbis. *Hæc, & his ſimilia obſcurè tradita ſunt, ne delerentur libri. Nam qui Chriſtum præſentem, & res admirabiles efficientem, & certiſsima Diuinitatis ſuæ afferentem indicia contuentes non ſuſceperunt; ſed egerunt in Crucem, hi ſcilicet prophetijs perperciſſent de ipſo loquentibus, ſi eas nulla contectas vmbra, ſed apertas, ac nudas accepiſſent.* Ex editione Græca,non vulgata.

Ex eiuſdem Nyſſeni ſcriptis contra Manichæos.Incipit autem,*Quonam pacto duo poſſunt eſſe principia, bonum vnum,alterum malum?* Id quod tum hoc, tum octo conſequentibus Fragmentis validè confutat; ac præcipuè,quinto & ſexto.Quæ præſtat in gratiam,& ſolatium legentium huc adtexere. Et quintum quidem ſic. *Si duo, aut tres,pluresúe eſſent Dei, cum aliud alio modo, & diuerſa ratione ageretur, & moueretur, mundus iampridem intercidiſſet. Nunc autem cum omnia ratione certa, & ſtabili ſemper moueantur, & diſponantur, firma hæc atque perpetua rerum omniū concinnitas, & ordo, & moderatio, & cōſeruatio vnam, eandemq́ clamant eſſe cauſſam,vnum auctorem, à quo & procreata ſunt omnia; & regantur, & conſeruentur.* Sextum autem Fragmentum. *Si malus, & ſceleſtus eſt hic Mundus inferior, & vos nimirum mali, ſceleſtiq́, quippe qui pars ſitis ipſius. Quod ſi natura eſtis improbi,& mali, veritas non adeſt vobis. Veritas enim bonum planè eſt. Bonum autem eſt alienum à malo. Iam qui veritate carent, eorum doctrina falſa nullo ſolido innititur fundamento.*

Ex Oratione ad Simplicium de Filio. Incipit autem ; *Vetat Deus per prophetam,ne quem Deum recentem, Deum exiſtimemus, neúe Deum alienum colamus, aut adoremus. Perſpicuum eſt, recentem appellari; qui ab æternitate non eſt: è contrario autem æternum dici, qui non eſt recens. Quamobrem qui vnigenitum ab omni æternitate Deum ex Patre eſſe non credit, is eum recentem eſſe non negat.*

Ex eadem Nyſſeni Oratione ad Simplicium, de Spiritu ſancto aduerſus cōtumelioſos

(vt ipſe vocat) homines, qui ſpiritum ſanctum quoque creatum fuiſſe dicebant. Vbi pulcherrimis rationibus eos refellit.

Ex Oratione aduerſus Apollinarium, ad Theophilum Alexandrinum Epiſcopum, & ex altera, qua confutat ipſius Apollinarij errores, vbi ſunt triginta illius fragmenta perdigna lectu. Incipit, *Qui Apollinarij decretis fauent, Verbum dicunt ex carne conſtare, & ſeculorum auctorem eſſe hominis filium, & Domini humanitatem mentis expertem, & filij mortalem eſſe Diuinitatem.*

Ex Oratione de Filij, & Spiritus Diuinitate: vbi ſunt ſeptem Fragmenta huc ſpectantia, in quorum primò concludit his verbis. *Vbi autem Filius non tollitur, nec Pater eſſe creditur, tota Diuinitas auſertur. Porrò Diuinitatem auferre nullius eſt, niſi Epicurei. Patet ergo iſtius opinionis auctores* (loquitur de diſcipulis Eunomij) *eſſe Epicureos.*

At & hæc fragmenta inſeruit Margarinus Bibl. SS. PP. quemadmodum in Euthymij Panoplia iacent, cum item inſeruiſſet ante illa, quod Commentariolum Balſamon ſcripſit in Nyſſeni Epiſtolam ad Latoium Epiſcopum Mitylenes, de quo diximus ſupra.

### *Obſeruata quædam in Gregorio Nyſſeno.*

Porrò vix crediderim eiuſdem Nyſſeni fuiſſe ſententiam, qua Dæmones aſſereret habere inter ſe indiuidui, vel ſpeciei multiplicationem. At vide Marinum Delrium de Diſquiſitionibus Magicis.

Quòd autem in Geneſ. 1. putauerit vnà cum Auguſtino in idem caput, Chryſoſtomo, & Procopio in Gen. c. 4. Euthymio in Pſ. 50. Damaſc. lib. 2. de fide c. 11. *Si Adam non peccaſſet non fuiſſe futurum coitum,* S. Thomas 1. parte quæſt. 98. art. 2. refutat. Quod ad Sixtus Senenſis facit Annot. 20. 21. 63. & 8. libri quinti Bibl. Sanctæ.

Quòd verò Magdeburgenſes centuria 4. c. 10. col. 936. Nyſſeno tribuunt negationem peregrinationum ad loca Sanctorum ſiue Hieroſylimę, in quadam eius oratione ſat longa, id pertinebat ad monachos; atque mulieres, quorum monaſticæ diſciplinæ, atque caſtitati conſulebat. Et verò non ignorabat à S. Alexandro martyre ſuſceptas eiuſmodi peregrinationes fuiſſe ſua ipſius ætate laudatas.

Quin & ex Nyſſeno citat Gennadius in defenſione Concilij Florentini ca. 1. Hom. 4. in Orationem Dominicam hæc verba: *Spiritus ſanctus & ex Patre dicitur, & ex Filio præterea eſſe oſtenditur.* Quem tamen locum ait Gennadius ex pleriſque codicibus fuiſſe ſublatum.

Ceterum, quod Nyſſæni, tribaitur dicenti in libro de anima ca. 6. animas humanas ſimul cum Angelis conditas fuiſſe, ac deinde modo vnam, modo aliam ad corpora demitti, liber ille non eſt ipſius Nyſſeni, nec admittendus eſt is error, quā ipſe Gregorius Nyſſenus in libro de Opificio hominis c. 28. & 29. ex inſtituto refellit.

### *Extare Gregorij Nyſſeni Opera Græcè nondum edita: quædam verò nondum apparuiſſe.*

Et extant quidem in Bibliotheca Bauarica, Monachij, Græcè ij integri duodecim libri contra Eunomium, quorum Hieronymus in Catalogo, Theodoretus in Polymorpho, Dialogo primo, & tertio, Photius in Bibl. ſua Græca Ioannes Cypariſſiotus Decadis decimæ c. 4. meminerunt. & Photius quidem de hoc Opere Nyſſeni inquit. *Eiuſdem altera tractatio eiuſdem argumenti, quo euertit omnes impietatis machinas Eunomij.* At iam diximus hos libros fuiſſe in Latinum verſos à noſtro Iacobo Gretſero.

Quin & Nyſſenum ſcripſiſſe aduerſus Apollinarem Nicephorus habet. Ioannes autē Cypariſſiotus non duodecim, ſed tredecim libros citat cōtra Eunomium. Et ſanè in Codice Bauarico liber duodecimus longiſſimus eſt, non tamen ſine lacunis: ſed in alijs exēplaribus diſtinctus eſt in duos.

At in eadem Bauarica Bibliotheca habentur alia Gregorij Nyſſeni m. s. Græcè, quorū inſcriptiones adſcribentur poſt hunc apparatum, vbi Catalogos quoſdam inſigniorum Bibliothecarum inſeremus.

Scripſit item in ſupremum caput Matthæi, libros ſeptem, quos citàt Liberatus in Breuiario de cauſa Neſtoriana, & Theodoretus in Immutabili, citat quoque S. Cyrillus in libro ad Euoptium fratrem contra Theodoretum, Commentarios Nyſſeni in Epiſtolam ad Philippenſes.

Sed & ſcripſit Sermonem de Abrahamo in 22. caput, cuius meminerunt idem Theodoretus in eodem Dialogo primo in Polymorpho, & ſecunda Synodus Nicæna, quæ eſt



Digitized by Google

ſeptima Generalis, Actione ſecunda, & ſexta.

Et quidem Cyrillus in eodem ad Euoptium fratrem libro ſcribit, Nyſſenum Orationes habuiſſe ad populum de pauperibus amandis, quod & colligitur ex principio orationis primæ, quæ eſt eiuſdem argumenti. Extant fragmenta tum ex libro, qui inſcribitur de cognitione Dei, tum ex alijs, quemadmodum item ex Oratione ad Simplicium, de filio, & ex altera aduerſus Apollinarem, ad Theophilum Alexandriæ Archiepiſcopũ, & ex alijs de Filij & Spiritus ſancti Diuinitate. Qui verò tribuunt Nyſſeno libros octo de Philoſophia, quod quidem præter alios quoſdam, fecit Sixtus Senenſis, quoſque olim reddidere Latinos primum Richardus Burgundio Piſanus, deinde Ioannes Conon Norimontanus. ij falſi ſunt. Quippè Nemeſij eſſe certiore coniectura ſuo loco dicemus.

Sed & quod tribuitur Nyſſeno de differentia ſubſtantiæ, & hypoſtaſeos, idem legitur in Epiſt. 4. Baſilij ad ipſummet Nyſſenum.

Iam in Vitis Sanctorum Surij inſerta eſt pia, & elegans oratio ſub nomine Nyſſeni, de Occurſu Domini, & de Deipara, & de Sancto Simeone, ſed cum Simeon Metaphraſtes eam in aliquibus tum immutauerit, tum vberiorem fecerit, ſunt qui putent non eſſe Nyſſeni.

Scio autem non defuiſſe, qui monuerunt à Nyſſeno ſcripta Commentaria in Geneſim extare Venetijs ad S. Antoniũ, ſed cum Didacus, ſiue Diegus Hurtadus Mendoza vir Illuſtriſ. plures inde libros obtinuiſſe feratur, verior quin ibidem extent amplius: Nam mihi eadem Bibliothecã euoluenti nõ occurrerunt. Sanè Alexandrum Braſſicanum eadem habuiſſe Commentaria relatum eſt mihi, niſi fortè ij ſint, qui de Opificio hominis fuerunt inſcripti. Reliqui è Catalogis inſignium Bibliothecarum legi poterunt adiectis huic Apparatui ſacro ad finem poſtremi Tomi.

Cum autem hactenus de Gregorij Nyſſeni Operibus egiſſemus, recuſa ſunt rurſus eiuſdem Opera omnia, Notis Frontonis Ducęi Societatis Ieſu illuſtrata. Pariſijs apud Michaelem Sonnium, an. 1605. cum & anno ſuperiore ibidem apud Niuellum prodijſſent. Sed & Gregorium Nyſſenum aduerſus Apollinarium eod. an. emiſerat Latinè à Franciſ. Turriano redditum Henricus Caniſius Tom. 5. antiquæ Lectionis.

Sub nomine eiuſdem Gregorij Nyſſeni Græcolatina quædam Epiſtola ad Euſtathiam, Ambroſiam, & Baſiliſſam, notis illuſtrata, auctore Iſaaco Caſſobono edita eſt Pariſijs apud Robertum Stephan. Quiſquis eam legerit cautè, attentè & prudẽter legat, metuendum enim eſt, ne ſub honeſto titulo, aliena euulgentur.

GREGORIVS Olimpiadas, Græca clarus eloquentia, edidit in Canticum Cant. & in Prouerbia Salomonis, Commentaria, quæ nõdum typis (quod ſciam) excuſa extant Græcè m.s. in Bibl. Saulia, Genuæ.

GREGORIVS Palamas Theſſalonicæ Archiepiſcopus ſcripſit Expoſitionem fidei, quæ Græcè m.s. extat in Auguſtana Bibl. num. 78. Proſopopeiam corporis, & animæ, quæ inſerta eſt Bibliotheca SS. PP. Tomo 9. ſecundæ editionis, Orationes nempe duas iudiciales mentis corpus accuſantis, & corporis contrà ſe defendentis: itemque iudicũ ſententiam. Adrianus autem Turnebus Græcè anno 1553. Pariſijs euulgauit. At Conſtantinopoli habetur eiuſdem liber m. s. Græcè aduerſus Ioan. Peccum. Sed diſputatio, qua differunt inter ſe de Proceſſione Spiritus ſancti Manuel Chryſoloras, & Gregorius Palamas extabat m. s. apud S. Antonium Venetijs. Vide verò ſupra in verbo, Gregorius Acyndinus, qui aduerſus Gregorium Palamam doctiſſimè ſcripſit.

GREGORIVS Picca ex oppido Piceni, cui nomen Calderola, I. V. D. vir ad pietatem propenſus Dialogum ſeu potius Trialogum, Italicè edidit, prænotatum, *Moleſtia Mundanarum voluptatem. (Diſpiacere de' mundani piaceri)* Is autem cum *Modeſtum ſenem, Philodenum iuuenem, & Iuriſperitum* colloquẽtes faciat, oſtendit terrenas voluptates eſſe vaniſſimas, eaſque infinitis moleſtijs libratas. Editum eſt Romæ an. 1587. apud Ioan. Martinellum.

GREGORIVS Polydorus Piſtorienſis, è Piſcia oriundus, quæ duæ Ciuitates ſunt in Etruria, Theologus Auguſtiniani Ord. librum edidit, quem Gregorianum inſcripſit. Agit de quatuordecim Greg. Summis Pont. de tredecim Gregorijs Epiſcopis. De vno Gregorio presbytero, quorum vitam, mores, geſta commemorat. Florentiæ apud Mich. Angelum Sermartellum 1598.

GREGORIVS presbyter ſcripſiſſe dicitur Vitam Gregorij Magni. Vide in verbo, Gregorius Maguns.

GREGORIVS Primaticius Senenſis, Ord, Præd. Theologiam diu publicè profeſſus, quiq; Tridentinæ Synodo interfuit ſuam operam nauans, edidit in omnes D. Pauli, & in

Canonicas, ſiue Catholicas Petri, Ioannis, & Iudæ Epiſtolas Commētaria literalem præcipuè ſenſum ſpectantia Venetijs an. 1564. apud Cominum de Tridino. Cum verò ea editio, qua poſteriorem aliam neſcimus, prodijſſet è prelis inemendata, non potuit, quod cupiebat, omnibus exemplaribus emendationes adijcere: Quod dictum eſto, ne typographi culpa vitio vertatur Auctoris, Viuebat adhuc an. 1576. in cœnobio Ordinis ſui, quod eſt Senis.

GREGORIVS Reiſchius, Germanus, Friburgenſis in Bryſgoya Moderator Cartuſiæ, Rhenanæque Prouinciæ viſitator (vt vocant) Ordinarius, vir eruditus, Margaritam Philoſophicam, ideſt omnium liberalium Diſciplinarum Epitomen literis mandauit; addidit item librum De artificiali mēmoria. Claruit Maximiliano Cæſare.

GREGORIVS Rhaguſæus, Ord. Præd. in Epiſtolas D. Pauli reliquit Commentaria, quæ dicuntur aſſeruari in cœnobio eiuſdem Ordinis Rhaguſis.

GREGORIVS Sayrus Anglus monachus Caſſinenſis, qui Venetijs in cœnobio Benedictino S. Georgij maioris an. 1602. obijt ſanctè, vt & ſanctè vixerat, pauciſſimos dies antequam ex hoc Mundo decederet, ſcripſit ad me, qui eius Operum qualitatem de ipſo quæſieram hæc verba. *Ex noſtris ea ſolum à P. V. hactenus legi potuerunt, quæ ante triennium De Sacramentis in communi, ex Theologia Scholaſtica, in ſex libros diſtributa, & ante biennium de Theologia morali, ſeu de Caſibus Conſcientiæ, & Cenſuris Eccleſiaſticis in libros ſeptem diſtincta, impreſſa Venetijs in lucem dedimus. Tomus enim ſecundus Theologiæ moralis in duodecim libros diuiſus iam ſub prelo ſudat, reliquos duos paulo poſt Deo iuuante, & vita ſuperſtite edituri.* Sic ille. Porro primum ipſum opus edidit Venetijs Damianus Zenarius anno 1601. dicatum Summo Pont. Alterum dicatum Confeſſoribus in Anglia, hoc eſt Theſaurum Caſuum conſcientiæ, ſiue Theologiæ moralis, vbi & de cenſuris Eccleſiaſticis anno 1601. & 1607. ibidem Baretius, & Socij. Hauſit autem plura è Commentarijs Doctoris Martini Nauarri, quod ipſe ingenuè teſtatus eſt.

Sed & apud eundem Baretium, anno. 1605. Venetijs Volumen eiuſdem Sayri excuſum eſt, quod prænotatum: *Clauis Regia Sacerdotum Caſuum Conſcientiæ, ſiue Theologiæ moralis, omnes locos Theſauri aperiens.*

*In cuius Prima Parte, Libri ſunt octo.*

1 Lib. De Conſcientiæ natura & ſtatu actibus, & officijs, quæúe opinio vniuſcuiuſque facultatis, ſiue peritis, ſiue ignaris, vel operando, vel conſulendo ſequenda ſit.

2 De Actionibus Humanis earumq; cauſis & principijs, de ratione volūtarij, & inuoluntarij, vnde bonitas, & malitia operis cum debitis circunſtātijs internoſci queat, & de natura peccati, eiuſque differentijs.

3 De legibus in communi, in quibus condendis Legiſlatoris finis & poteſtas, in conditis obligatio & neceſſitas in rebus humanis conſideratur.

4 De Lege Diuina poſitiua in decem præcepta Decalogi diſtributa. Ac primum de primo præcepto peculiarem Dei ſeruitutem & cultum ſanctorum cum vitijs oppoſitis Idololatria, & ſuperſtitione continente.

5 De ſecundo Præcepto Decalogi, ſiue de natura, neceſſitate, & vſu Iuramenti, cum circunſtantijs, Veritate, Iudicio, Iuſtitia, & peccatis ex horum defectu commiſſis.

6 De natura voti eiuſque conditionibus neceſſariò requiſitis, necnon de vinculo, & obligatione, cum eiuſdem irritatione, diſpenſatione, commutatione, cum impedimentis excuſantibus voti adimpletionem.

7 De tertio, quarto, & quinto Decalogi præceptis, Sabbathi, ſanctificationem, & feſtorum inſtitutionem, pietatem erga parentes, & delictionem erga proximos continentibus. De Homicidio quando, & quatenus licitum, vel prohibitum.

6 De Sexto & Nono præcepto, vbi de varijs Luxuriæ ſpeciebus, tum quoad modum, & malitiam actuum externorum, tum quoad grauitatem, & prohibitionem interiorum contra Iudeorum ſententiam aliter opinantium.

*In cuius ſecunda Parte, libri ſunt quatuor.*

9 De ſeptimo & Decimo Decalogi præcepto, eorumq; cum præcedentibus cōnexione, vbi de natura Dominij, de nominibus iuris, vſus, vſusfructus, poſſeſſionis, de grauitate furti & rapinæ, eorumque pœnis.

10 De Reſtitutione in communi, quis, quid, quantum, cui, quando, quomodo, & vbi reſti-

Digitized by Google

reſtituere tenetur, de ordine in reſtitutione obſeruando, & de Cauſis quæ tollunt, vel differunt obligationem reſtituendi.

11 De reſtitutione in particulari, ſcilicet, de reſtitutione ratione damni in ſpiritualibus & de damnis, quæ in corpore, ſeu bonis corporis inferuntur, & quæ in bonis externis, ſeu fortunæ contingere ſolent, quæque inter hæc grauiora cenſeri debeant peccata.

12 De octauo præcepto, vbi de natura mendacij, quando, & quomodo licitum ſit, de iudicio temerario, & quæ deinde conſequi ſolent, contumelijs, detractionibus, ſuſurrationibus, irriſionibus, maledictionibus, de varijs peccatis in iudicio, & extra iudicium.

GREGORIVS Secundus huius nominis Pont. Marcelli F. Romanus, è monacho Benedictini Ord. an. Dom. 716. cuius dies anniuerſarius ob eius ſanctitatem celebratur 13. Februarij, ſcripſit Epiſtolam de cultu Sanctarum imaginum ad Germanum Epiſcopum Conſtantinopolitanum, quæ habetur in Act. 4. Concilij Nicæni ſecundi. Egit autē ſtrenuè aduerſus Leonem Iſauricum, ac cum 79. Epiſcopis ante Confeſsionem D. Petri Apoſtoli ſacras imagines decreuit eſſe venerandas. Vide Adriani Romani Pont. Epiſtolam ad Carolum Magnum, De imaginibus.

Ad Interrogata Iuſtiniani Reſponſionum librum aduerſus Leonem Auguſtum. Alterum ad Ioannem Epiſcopum Conſtantinopolitanum. Alium Epiſtolarum ad diuerſos, quarum nouem ſunt excuſæ in Tomo ſecundo Epiſtolarum Decretalium, Romæ anno 1591.

Cæterùm, eius geſta cum Bonifacio Epiſcopo Moguntino, vide in Actis ipſius Bonifacij, quæ extant in Tomo 3. Laurentij Surij ad diem 5. Iunij. Reliqua verò in Baronij Card. Annalibus ſub annos proximos. De eo autem ſic Sigebertus in Catalogo. *Gregorius II. huius nominis Papa, Romanus, interpellatus apud Conſtantinopolim à Iuſtiniano Imperatore ſuper quibuſdam capitulis, optima reſponſione vnamquamq; quæſtionem abſoluit, & ſcripta edidit. Reſcribit etiam ad Synodicam, quam Ioannes Conſtantinopolitanus Antiſtes Romam miſit. Hic conſtans Eccleſiaſticorum dogmatum defenſor, & contrariorum fortiſsimus impugnator, ſcripſit contra Leonem Imp. qui ſeductus à quodam refuga fidei, nomine Beſer, iuſſerat vbiq; imagines Dei, & Sanctorum eius deponi, & incendi.*

GREGORIVS Tertius huius nominis Pont. Max. Syrus, & Ioannis filius, ac monachus, qui Gregorio II. ſucceſsit an. Dom. 731. ſcripſit ad Leonem & Conſtantinum Impp. Commonitorium, lib. 1. Ad eoſdem, lib. 1. Contra eoſdem, lib. 1. Epiſtolarum, lib. 1. Quarum quinque extant in Tomo 2. Epiſt. Decretalium excuſo Romæ an. Dom. 1591. ſcripſit & ad Vrſum Ducem Venetorum Epiſtolam vnam, cuius exemplum legi poteſt apud Sabellicum Enneadis 8. lib. 7. Atqui in Bibl. SS. PP. Tom. 2. editionis ſecundæ inſertum eſt Opus aliud ipſius excerptum ex Patrum dictis, Canonumque ſententijs de diuerſis criminibus, & remedijs eorum. Vide autem Sigebertum in Catal. & Baronium Card. in Annalibus.

GREGORIVS Tertius, Pont. Max. is eſt, cuius in Tom. 6. Bibl. SS. PP. edit. 2. extat Excerptum ex PP. Dictis, Canonumque De diuerſis criminibus, & remedijs eorum. De ipſo autem reliqua vide in Annalibus Baronij præter Platinam, & alios.

GREGORIVS Septimus huius nominis Pont. Max. & verè Sanctus, quique viuens miracula edidit, ac de quo verè illud dici poteſt, quod de Arbore Palmæ dicitur, *fortius erumpit, cum magis vrget onus,* quantò magis appetitus eſt inſidijs, calumnijs Arianorum, Vi, & tyrannide Henrici VII. Imp. tanto conſtantior in re fidei ſarta tecta tuenda, vt cum S. Athanaſio conferri poſsit, ſcripſit

Epiſtolas ſapientiæ plenas, quæ aſſeruantur in eius Regiſtro in Bibliotheca Vaticana.

Geſta eius fidei hiſtoria per ſingulos annos digeſsit Lambertus. Marianus item Scotus. Deſideriuſque Abbas Caſsinenſis lib. 3. Dialogorum. Quin etiam

Petrus Damianus; Robertus Card. Bellarminus, vbi de Primatu Romani Pontificis; Baronius Card. in Notis ad Martyrologium ad diem 25. Maij, & in Annalibus. Habes autem plura de eodem in 11. Tomo Annalium ſub annos 1073. 1074. 1075. 1076. & vltra, cum & præclara, quæ geſsit antequam eſſet Pontifex, ante illos annos, in eodem Tomo ſolidè allata legere poſsis.

GREGORIVS Sondereiter Germanus Vitam Conſtantini Imp. ex Euſebio Pamphili latinè, atque heroico carmine reddidit. Quæ m.s. in quarta parte folij extabat in Bibliotheca Viennenſi Imp. Veruntamen quoniam Euſebius ipſe, vti ſuo diximus loco, pleraque de Conſtantino vel tacuit, vel falſa ſuæ hiſtoriæ intexuit, vtriuſque Operis iſtorum haud magna ratio habenda eſt.

GREGORIVS Tertiusdecimus Pont. Max. dictus antea Hugo Boncompagnius, Bononienſis, Corpus iuris Canonici emendatum, & notationibus illuſtratum: Deinde item

Kalendarium perpetuum diligentiſsimè reformatum: Præterea plura diplomata, edicta, Motus proprios, & alia edi iuſsit, quæ habentur ad manus. Corpus autem iuris Canonici Romæ, Venetijs, Pariſijs, Antuerpiæ, Lugduni iam ſæpè fuit excuſum.

Quoniam verò æternæ memoriæ erit hic Pontifex, ac, quæ geſsit, & ad varios ſcripſit, pro libris ſunt habenda, liceat mihi, pro grati quoque animi officio erga illum, à quo ad varias Prouincias, & Reges de rebus Catholicæ religionis, ac pacis ſæpè miſſus fui, adtexere, quæ de ipſo ſyncerisſimè poſſum teſtari, quamuis pleraque multis innotuerint.

Tria in virum illum concurrerunt, quibus, quæ ad Dei gloriam attentauit, ita confecit, vt ipſamet exemplo, ac beneficio extent etiamnum Eccleſiæ Dei præclara monimenta. Ea fuerunt, Rerum Vſus, Charitas, Auctoritas, quæ coniunctæ cum oratione, quam ante Dominum plurimam fundebat, & cum legum ſcientia, quas publicè olim docuerat, & in quibus eminuit, faciebat, nihil vt adeò eſſet arduum, quin fœlici exitu euaderet deníque ſaluberrimum.

Ad Rerum vſum acceſſerant animi Dotes, ac Diuinitus illi collatũ Iudicium rectum, acre, maturum, circunſpectum: virtutibus, & diſciplinis excultus à parentibus nobilibus in ea Patria, quæ dicitur Mater ſtudiorum: quodque viuens ſeculo hoc fœcundiſsimo eruditionis, vberem ſupellectilem in animum intulit. Quippe 16. à Chriſto nato ſeculum hoc fuit, quo & bella ingentia inter præcipuos Mundi Reges, hominum ingenia, & vires exercebant, & nouus Orbis, quaſi ex Oceano emerſerat, & Chriſtiana fides in regionibus remotiſsimis à Catholicis propagabatur, & ab hæreticis in Europa plures Prouinciæ fœdis erroribus inficiebantur, dum interea Catholici non minus martyrio & ſanguine, quam atramento, & ſolida doctrina religionem Eccleſiæ Orthodoxam tuebantur. Coacta item fuerat, atque adeo abſoluta OEcumenica Synodus Tridentina, cui inter alios præcipuos Cardinales ipſe iam Cardinalis, atque vnus è Legatis præfuit, ſed & ante Epiſcopatum, atque Cardinalatum cum res vrbanas recta lance adminiſtraſſet, ingentem lucem hauſerat ad id, ad quod Diuina Prouidentia illum præparabat. Abſoluta autem Synodo miſſus à Pio V. Pontifice Maximo Legatus in Hiſpaniam ad Bartholomæi Caranza Archiepiſcopi Toletani cauſam cognoſcendam, & ad ipſummet Archiepiſcopum Pontificio Tribunali ſiſtendum, illuxit eius virtus Hiſpanis; ac re confecta, cum ob Pij V. Pont. mortem ad Vrbem eſſet euocatus, communibus Cardinalium ſuffragijs breuiſsimo tempore Pontifex Maximus eſt renunciatus. Quem Pontificatum geſsit labore indefeſſo, ſollicitudine omnium Eccleſiarum, ædificatione omnium Chriſtianorum, & adeò illorum, qui à fide Catholica diſceſſerant.

Charitas interim cum dignitate indies creuit, dum ad eam ſancta, & penè quotidiana Altaris, quæ ipſe offerebat, ſacrificia, cogitationes, ærarium, magnum operariorum Eccleſiæ numerum contulit: itaque vt è grano ſpica, ex hac ſpicæ plures, è pluribus ſpici magni prouentus erumpunt: ita ex illo alia ex alijs plurima continenter beneficia ad plurimos, ad ipſas Ciuitates, ad Nationes, ad Regna, ſiue Schiſmatica, ſiue Barbara manabant, vt viri cordati, qui ſub Pontifice tanto clauum regebant Eccleſiæ, eius inſignibus verba illa Pſalmi adſcriberent *Diſperſit dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.* Quin & populus Romanus his ſucceſsibus lætus, æneam illi in Capitolio ſtatuam in perpetuum monumentum erexit.

Vt verò antequam Epiſcopus eſſet, aut Cardinalis quicquid neceſſarijs ſumptibus detrahebat, id pauperibus, & ſtudioſis è ſuo Patrimonio ſuppeditabat; ita poſtquam ex ijs magiſtratibus, ſiue (vt vocant) officijs, quæ gerebat in Vrbe, auctiores aliquot reditus, vel ſtipendia eſt conſecutus, poſtquam item promotus eſt ad Cardinalatum (quo quidem tempore, vt ſapiens OEconomus anguſtos pro ratione illius dignitatis reditus virtute compenſabat) tot Chriſtianæ charitatis edidit argumenta, vt materia ſcribendæ copioſæ hiſtoriæ non defuerit.

Creatus inquam Pontifex delectum habuit perſpicacium hominum, qui & reſpublicas geſſiſſent, & apti eſſent inſtaurandæ Eccleſiæ, & expediti ad terras, mariaque obeunda, vt eam illi prædam referrent, de qua dixit Dominus poſt magnam illam lintei demiſſionem è Cœlis: *Surge Petre & manduca.*

Primus agendarum rerum quaſi firmamentum adhibitus Ptolomæus Gallius Cardin. Comenſis, qui Pij IV. Pontificatum maxima ex parte tractauerat, quique fido, & inexhauſto labore idipſum onus tredecim annos Gregorij XIII. in tãto munere peruigil & primarius miniſter fuit. Ad hunc acceſsit Matthæus Contarellus, natione Gallus, magno vir iudicio, voluntate rectiſsima, rerum Eccleſiæ peritiſsimus, quem perpetuo Datarium in ſuo toto Pontificatu Sacerdotijs conferendis ſic adhibuit, vt & Cardinalem creauerit.

Atqui

Atqui Epiſcopos magni zeli, & rerum vſu præſtantes viſitandis Epiſcopatibus, ac Legationibus ad Principes eminentiores delegit. Quin & identidem ad ſe Mediolano inuitans Carolum Borromæum Card. tit. S. Praxedis, aut ad ipſum ſcribens, vt ſuis cœptis cooperaretur, eum appellabat lucernam lucentem, & ardentem.

Si quem tumultum, aut belli initia inaudiuit, miſit qui diligenter ſererent pacem, cum qua eodem tempore religionem promouerent. Inter hoſce primus fuit Cardinalis Moronus per quem nobilis Reip. Genuenſis iam in duas partes diſciſſæ animi ſedati ſunt, eoque amoris vinculo conſtricti, vt neque ſanguis effuſus ſit, & verò hactenus poſt tot annos ſtet illa pax tanti Pontificis, atque in primis Dei munita præſidio.

Populos alios, licet ſe in clientelam Pontificis tradere voluiſſent, ſub eorum Principes commodè redegit, vt poſtea fidem, & obſequium illis integrum præſtiterint.

Miſit quoquouerſum operarios, qui in Indias, in Angliam, Conſtantinopolim, Alexandriam AEgypti, Syriam, & Palæſtinam cum Libano monte, Babyloniam, Diuino verbo, & ipſo ſanguine, ac pijs muneribus ad fidem, atque ad pietatem allicerent. Vt verò non tam ſe ſuperſtite, quam è viuis abeunte, res tantæ conſiſterent, ſeminaria Alumnorum liberaliter inſtituit, altè id intelligens, quod Chriſtus dixit: *Orate Dominum Meſſis, vt mittat operarios in vineam ſuam*, id videlicet ſpectans quod ipſe Epiſcopus animarum noſtrarum Dominus Ieſus, vera ſapientia Patris, & verus Architectus fundamentū ponens, ac duo ſeminaria condens, alterum duodecim Apoſtolorum, alterum ſeptuaginta duorum Diſcipulorum, per eandem Eccleſiam ſeminauit, & auxit. Itaque à Germanico exorſus, quod centum alumnis alendis Romæ inſtituit: deinde alia, in eadem Vrbe, Anglicum, Græcum, Maronitarum qui è monte Libano deuehuntur, Neophytorum item iam à Pio V. inceptum, & inſtituit & perpetuis reditibus dotauit, aut firmauit. Inde quando ex antiqua ſtirpe Germaniæ ſui progenitores deſcenderant, has cogitationes etiam ad Germanica Seminaria fundanda conuertit, vnde in Boëmia, in Morauia, in Pruſſia, in Lituania, ſed & Fuldæ in ipſo Germaniæ centro quæ adhuc ſtant, cum & in Transyluania, in Belgio, & in Gallia aliqua alia (quin etiam in ipſis Iaponicis Regnis) nonnulla poni iuſsit, quibus reditus ex Europa attribuit.

Ac præter hæc omnia, ſiue Romam, ſiue aliò ad ſtudia literarum adoleſcentibus confluentibus tantum pecuniæ diuerſis temporibus eſt ab eo erogatum, vt præter ipſam, quæ permagna fuit, in Seminaria inſumptam, ſumma peruenerit ad vicena centena millia aureorum, quod & Cæſar Cardinalis Baronius in ſuis Annalibus teſtatus eſt. Decies item centena millia pauperibus, virginibus, (inter quas multæ nobiles) collocandis in matrimonium curata ſunt. Quod mihi ſanctè affirmauit Cardinalis Vaſtauillanus Greg. XIII. ex ſorore Nepos, idemque Eccleſiæ ſummus Quæſtor, antequam ex hac vita decederet.

Nemini verò, qui in aliquas, vel paupertatis, vel morbi, vel captiuitatis (etiam Turcicæ) ærumnas incidiſſet, viſcera illa miſericordiæ vnquam clauſit, cui aptiſsimè illud quadrabat *Quis infirmatur, & ego non infirmor?*

Romanum Societatis noſtræ Collegium & ſtructura, qualis decebat tantum Pontificem, & reditibus auxit, vt ducenti in eo alantur tamquam ſubſidiariæ copiæ, quæ in totum Orbem ſingulis annis ad Indias Orientis, Occidentis, & Meridionalis emittuntur.

Sed & ingens illa cogitatiò eius mentem ſubijt, vt Reges, & alios Principes, licet Schiſmaticos, & adeo prorſus hæreticos, eorumque filios ad Catholicam Religionem omni ratione alliceret. Quod dum ille pertentabat, ecce idem Spiritus, & Ioannem III. Sueciæ Regem, & Magnum Moſcouiæ Ducem, & Nepotes ipſorum Iaponiorum Regum permouit, vt Suetiæ Rex abiurata ſecretò hæreſi ei Sacerdoti, quem Pontifex ab illo inuitatus ad illius Regna bis miſerat, filium Regem Poloniæ reliquerit Catholicum, Reginam vxorem ſanctè in Catholica fide morientem, Catholicis ritibus à Catholicis Sacerdotibus tota Regni nobilitate proſequente efferri curauerit, ſubditos plures ad Seminaria Pontificia miſerit, Patrum libros per ſua Regna diſſeminari, & prædicari mandauerit, Templa inſtaurauerit, Moſcus autem pace facta cum Rege, Regnoque Poloniæ eodem Gregorio Pont. Max. rogato per Sacerdotem in Moſcouiam miſſum, qui totā eam rem, Deo iuuante, confecerat, Liuoniam reſtituit, in quam illico collegia Societatis Ieſu, & Epiſcopatus fuere introducti, Legati item è Moſcouia remiſsi Romam, qui agerent gratias Pontifici. Quare & illa pax plures annos ſtetit inuiolata ſine cæde, ſine bello, ſine rapina alicuius; quæ antea ſexaginta totos annos flagrauerat incendijs, excurſionibus, prælijs, euerſione arcium, & cultus ipſius Diuini, quemadmodum in ſæuiſsimo ſchiſmaticorum, & hæreticorum bello cum Catholicis fieri neceſſe erat.

Præter hæc triennium ſumma cura eſt impenſum conciliandis rebus Stephani Po-

loniæ

loniæ Regis cum Rodulpho Imperatore per Sacerdotem, quem ad eorum ſingulos quinquies miſerat, vt ſapienter ingentis belli occaſio, quam vrgebant hæretici, penitus fuerit auerſa.

Iam verò antea Iubilæo, quod in illius Pontificatum inciderat ſumma pietate, ac liberalitate abſoluto, iactiſque piorum operum initijs, quæ deinceps indies magis excreuere, nullo corporis morbo impeditus, ipſos tredecim annos integros laboribus, & negotijs totius Eccleſiæ bonus, & fidelis diſpenſator impendit, præſentibus iam, & ab illo benigniſsimè exceptis Iaponiorum Regum filijs, ſiue Nepotibus, qui maximam Oceani partem circumnauigauerant, vt ſe, Regnaque illa Chriſto Domino per ſuum Vicarium offerrent, diem ſanctiſsimè obijt iter verſus Regna cœleſtia placidiſsimè inſtituens.

### *Gregorij XIII. Pont. Max. primum in primo Conſiſtorio alloquium ad Cardd. habitum, vnde eius rectiſsima mens innotuit.*

Noua Perſona hæc, & nouum, quod nobis Pallium impoſuiſtis, venerabiles fratres, ac dilecti Filij, onera duo ſecum ſine dubio ferent: Alterum vel ipſorum humeris Angelorum formidandum, cuſtodiendi atque paſcendi (his præſertim adeo periculoſis temporibus) gregem Chriſti Domini noſtri vniuerſum: Alterum, quod humanam omnem facundiam ſuperat, debitas agendi vobis gratias, qui tam honorificè de nobis iudicaſtis. Ac tamen nolumus deſpondere animum, neque à querelis noſtri ordiri Conſiſtoria: ſperandum eſt enim Diuinam bonitatem, quæ ſolet ijs, quibus onera imponit, vires ſubminiſtrare, imbecillitati quoque noſtræ manum ſuppoſituram; veſtrum autem vniuſcuiuſque conſilium, atque virtutem ad partem laborum, atque meritorum nobis præſto futuram. Quod verò ad gratiarum actionem pertinet, verba quæ nobis deſunt, factis ſupplere conabimur, eamque ſemper auguſtiſsimi iſtius ordinis debitam rationem habebimus, qua vobiſcum publica, & priuata negotia communicemus. Ac quidem prorſus intelligimus, non poſſe nos optimis Senatoribus rectius gratificari, quàm ſi omni officio Reipubl. ſecuritatem, ac felicitatem procuremus. Quamobrem curas huc omnes, & cogitationes, atque vigilias conferemus, vt ſancito aduerſus perfidos Chriſti hoſtes fœderi, niſi per alios ſteterit, nos ipſi nunquam deſimus. Vt ſanctæ Inquiſitionis officio ſuus ſtet vigor, atque auctoritas. Vt Decreta Synodi Tridentinæ mandentur executioni; Morum præcipuè reformatio, atque abuſuum emendatio promoueantur. Vt erga Romanam Eccleſiam Principes Chriſtiani afficiantur. Vt alij, qui de ipſa ſunt benemeriti, iuſta remuneratione, ac dignitatibus ornentur. Vt eiuſdem Eccleſiæ patrimonium, quod iniuria temporum, & hominum cupiditate quaſſatum, ac diſperſum eſt, non omninò pereat. Vt Magiſtratus, & iuriſdictio idoneis, & ab auaritia alienis tradantur. Vt ſuperuacanei, atque inutiles ſumptus tollantur: ne tributis immodicè ſubditi premantur: denique vt vbique Iuſtitia, pax, abundantia floreant. Quæ cùm, quanta poterimus opera, procurauerimus, ſperamus nec conſcientiam nos coram Deo accuſaturam; & verò vobis, qui eſtis Eccleſiæ Catholicæ lumina, ſatisfeciſſe.

### *Mundi ſtatus quinam, cum Gregorius XIII. Pont. Max. ad Pontificatum fuit aſſumptus: quidq; ille confeſtim agere cœpit.*

Hæretici non tam Europæ ſplendorem Catholicæ fidei curabant adimere, quàm nouo etiam Orbi, atque Indijs præcludere aditum, ne Chriſti fides, atque Euangelium adhuc à Catholicis inferretur: quamobrem & multi in Oceano martyres effecti.

Laxatum erat ante biennium, fœdus inter Catholicos Principes aduerſus Turcas.

Maximilianus Imperator, & Stephanus Batoreus Tranſyluaniæ Princeps de Poloniæ Regno contendebant.

Ardebat mutuo bello plurium annorum Polonia, & Moſcouia.

Liuonia hæreſi, ſchiſmate, rapinis, cædibus, exhauſta.

Gallia vniuerſa, hæreticorum graſſatione vaſtabatur.

In Belgio à rebellibus clades aliæ ex alijs ad plurimorum internecionem inferebantur.

Suetiæ Rex Io. Tertius meditabatur Catholiciſmum.

Claſsis Turcica excurrebat maria.

Anglia Sacerdotum ſanguinem fundebat, & quoquo verſum cum Turcis fœderatis, atque cum Hollandis & Zelandis hæreticis Eccleſiæ Dei damna, inſidias, & perniciem intentabat.

In Eccleſiaſticis pleriſque, inter tot hæreſes, & bella, remiſerat Diſciplina.

Inter hos igitur fluctus nauim Eccleſiæ conſcendens Gregorius XIII. Pont. Max. Orationes paſsim fundi ad Deum iuſsit.

Condonationes peccatorũ pœnitentibus largiſsimè ac ſæpiſsimè (quoniam ita ferebant ea tempora) conceſsit vbique petentibus.

Michaëli Medinæ Franciſcano, Theologo Hiſpano, & Petro Fontidonio Doctori in Hiſpania mandauit, vt quõd à Pio IV. & V. ex Synodi Tridentinæ ſententia præſcriptum illis fuerat, vt aduerſus centurias Magdeburgenſium ſcriberent, id ſedulo efficerent. Quod per alios quoque deinceps ita fieri curauit, vt impoſturas illas prorſus denique detexerint.

Congregationi Indicis librorum prohibitorum Operam, & animum adiecit.

Reformationis Eccleſiæ curam, & Congregationem inſtituit, adiectis, qui præeſſent, Cardd. Carolo Borromæo, Gabriele Palæotto, Io. Aldobrandino, & Paulo Aretino.

Edictum Pij V. Pont. Max. amplificauit, ne manifeſta notitia, vel tacita permiſsio Pont. Max. quemquam ab ſuæ Diæceſeos abſentia eximeret, aut excuſaret.

Cæſari, & Regi Galliæ ſcripſit, vt idoneos Paſtores Eccleſijs nominarent; Epiſcopos autem ſine Apoſtolicæ Sedis auctoritate delectos, atque ideo illegitimos, cogerent profeſsionem fidei emittere iuxta decreta Concilij Tridentini; Romam verò mitterent, vt inde approbarentur.

Epiſcopis delectum Parochorum, & clericorum ſeriò commendauit.

Metropolitanis, potiſsimum in Hiſpania iuſsit, vt fido Indice conſcripto eorum, qui inter ipſorum fines, eſſent Diuinæ rei aptiores, illum ad ſe mitterent: vt ita cognitis, & honorificè abs ſe exceptis hominib⁹ caſtis, humilibus, doctis, multitudo impudẽtium, & pecuniæ inhiantium, qui non vocati ſeſe intrudebant, & Romanæ ſeſe Curiæ oſtentabant, iuſta repulſa, tamquam fuci inutiles, arcerentur à melle Datariæ Apoſtolicæ.

GREGORIVS XIIII. Pont. Max. patria Mediolanenſis, qui antea Cremonenſis Epiſcopus, deinde Cardinalis Sfondratus, pleraque quidem ſui Pontificatus tempore, licet integrum annum haud attingentis, ad Eccleſiæ vtilitatem geſsit, & ſtatuit, quę extant; At & dum Epiſcopatum Cremonenſem adminiſtrauit, triginta propè annorum ſpatio, Decreta Prouincialia varijs temporibus in Synodis Diœceſanis promulgata edidit Italico idiomate, per ſuum Epiſcopalem Vicarium Antonium Mariam Caballum, an. 1584. Cremonæ apud Antonium Cauacium.

GREGORIVS *Turonenſis Epiſcopus* (ait Sigebertus) *Vir magnæ nobilitatis, & ſimplicitatis, ſcripſit multa ſimplici ſermone, videlicet duos libros De vita, vel memoria quorundam Confeſſorum. Librum de miraculis Sanctorum, De miraculis Iuliani martyris Britatenſis, ſiue Briuatenſis, librum vnum. De miraculis S. Martini ſuo tempore oſtenſis, libros quatuor, Hiſtoriam Francorũ paruo libello breuiauit, eamq; poſtmodum fuſius nouem libris digeſſit. Scripſit & Chronicon Eccleſiaſticæ hiſtoriæ.* Sic ille. Atqui Pariſijs iampridem in quarto, deinde an. 1582. Coloniæ Agrippinæ apud Maternum Cholinum: ſeparatim autem hiſtorias Francorum primum à Badio, poſtea à Morello euulgatas accepimus an. 1561. Scholijs Marcelli, & Baſileæ an. 1568. ſed ab hac editione expungenda eſt epiſtola Dedicatoria impij Flacci Illyrici. Extabat autem cum alibi, tum apud Lazium Viennæ Auſtriæ Hiſtoria ipſius de rebus Geſtis Clodouei, & filiorum eius m.s. Porrò editi ſunt quoque Coloniæ an. 1583. De gloria Martyrum, libri duo. De gloria Confeſſorum, liber vnus. De virtutibus & miraculis S. Martini, libri quatuor.

Sigeb. in Catalogo. An. Do. 600. Tritem.

Quod autem obſeruauerit Baronius Card. in Gregorij huius hiſtoria Francorum, lege eius Annales Tomi 4. ſub an. 369. & ſub an. 397. lapſus enim quoſdam in hiſtoria ibid. in eo notat.

Porrò hunc fuiſſe monachum Monaſterij Turonenſis S. Martini, ſcribit Arnoldus VVion, qui & ait, creatum fuiſſe Epiſcopum an. 573. migraſſe autem ex hac vita an. 594. 15. Kalend. Decembris, & Turonis ſepultum, atque albo Sanctorum adſcriptum. Is verò Florentij filius fuit. At in Tomo 7. Bibl. SS. PP. edit. 2. ſequentia fuerunt intexta Gregorij, Turonenſis, Hiſtoriæ Francorum, libri decem. De Gloria martyrum, liber vnus, De virtutibus, & gloria S. Iuliani martyris: ſiue de gloria martyrum, liber alter, De gloria Confeſſorum, liber. Miraculorum S. Martini lib. 4. De Sanctorum Patrum, ſeu quorumquam fœlicioſorum, vita, liber. De vita S. Hillidij, libellus. De vita S. Nicetij Lugdunenſis, libellus. De vita Patrocli, reclauſi, libellus. De vita S. Calupæ, reclauſi, libellus, De vita S. Abbatis Senoch, libellus, De vita S. Nicetij Treuerenſis, libelli ſinguli, adiectis cuiuſque initio, Gregorij Turonenſis, teſtimonijs, quibus librorum nomine, & titulo, à ſe editos ipſemet teſtatur. Anonymi verò Auctoris, Hiſtoriæ Francorum, Gregorij

Turonenſis Appendix, ſiue ſupplementum, aut liber 12. extat in eadem Biblioth. SS. PP.

GREGORIVS de Valentia, Methimnenſis, Hiſpanus, Theologus Societ. Ieſu plura edidit, quæ ſequente Catalogo indicantur. Ea verò ſunt:

Diſputatio de excellenti Diuinæ gratiæ natura, & ijs, quæ ad eam tum obtinendam, tum conſeruandam requiruntur; deque ipſius admirabili efficacia. Ingolſtadij an. 1577. apud Dauidem Sartorium.

Diſputatio de diſcernenda humanorum contractuum iuſtitia, & iniuſtitia. Ingolſtadij anno 1577.

Apologeticus de Idololatria, aduerſus impium libellum Iacobi Heerbrandi, quo Diſputationem de eodem argumento Ingolſtadij contra ſectariorum contumeliam propoſitam oppugnare fuerat auſus ibidem 1579.

Confutatio calumniarum, quas Heerbrandus Spongia quadam ſua complexus eſt, & in Apologeticum de Idololatria nuper Ingolſtadij editum, leuiter, ac petulanter effudit. Ibidem 1579.

Eiuſdem Diſputatio de Idololatria contra ſectariorum contumelias, vna cum Apologetico aduerſus Iacobum Heerbrandum, omnia deinceps emendatiora, & eodem volumine comprehenſa. Ibidem apud Sartorium an. 1580.

Explicatio verarum cauſarum, cur Iacobus Heerbrandus Lutheranæ ſectæ in ſchola Tubingenſi Profeſſor, ſuſceptum de Idololatria certamen proſequi recuſauerit, cum refutatione falſarum, quas ille prætexuit. Ibidem apud Dauidem Sartorium 1580.

Diſputatio Theologica. De vera & falſa differentia veteris, & nouæ legis contra fundamentum Lutheranæ doctrinæ, à Caluino etiam receptum, & à Melanchthone, Chemnicio, Heerbrando, & alijs paſsim ſectarijs repetitum. In Catholica Academia Ingolſtadienſi an. 1580. menſe Iulij publicè propoſita. Ibidem 1580.

Diſputatio de Iuſtitia in iudicijs ſeruanda. Ibidem. 1580.

Tractatus de Sacroſancto Miſſæ Sacrificio, contra impiam diſputationem Tubingæ à Iacobo Heerbrando propoſitam, atque adeò contra peruerſiſsimam Lutheri, Chemnicij, aliorumque nouatorum doctrinam. Ibid. 1589.

Apologia de Sacroſancto Miſſę Sacrificio aduerſus cauillationes leuiſsimas Iacobi Heerbrandi Lutherani. Ibid. 1581.

Diſputatio contra fundamenta duarum ſectarum Vbiquetariæ, & Sacramentariæ, po vera Chriſti præſentia, non vbique, neque in cœlo tantum, ſed in cœlo, & in Sanctiſsimo Sacramento, ibid. 1582.

Breuis annotatio in admonitionem breuem à Iacobo Smidelino Lutherano pro Societate Ieſu contra Caluinianos editam. Ibid. 1582.

Diſputatio de officio proprio Chriſti Præceptoris, & Mediatoris in Catholica Ingolſtadienſium Academia publicè propoſita. Ibid. an. 1583.

De ſcientia Dei, & de prædeſtinatione Theſes bipartitæ in Academia Ingolſtadienſi diſputatæ. Ibid. 1584.

Annotatio ſecunda de controuerſia Vbiquetaria aduerſus Iacobum Smidelinum Lutheranum; cuius etiam ſcripto contra priorem annotationem reſpondetur. Ibid. 1584.

Defenſio Diſputationis contra fundamenta duarum ſectarum, Ingolſtadij edita aduerſus obiectas nuper cauillationes Iacobi Smidelini Vbiquitiſtæ Lutherani. Ibid. 1584.

Theſes Theologiæ, de Sacroſancto Euchariſtiæ Sacramento. Ingolſtadij 1584.

Oratio de veris, ac falſis rerum Diuinarum Doctoribus diſcernendis. Ibid. 1585.

Analyſis fidei Catholicæ, hoc eſt Ratio methodica eam in vniuerſam fidem ex certis principijs probandi, quàm Sancta R.E. aduerſus multiplices ſectariorum errores profitetur. Ingolſtadij an. 1585.

De pœnitentiæ Sacramento Theſes Theologicæ. Ibid. 1587.

Eiuſdem libri quinque de Sanctiſsima Trinitate; in quorum poſtremo nominatim refutantur horribiles blaſphemiæ cuiuſdam peſtilentis libri, non ita pridem de eo argumento in Polonia editi. Ibid. 1586.

Diſputatio de legitimo vſu Euchariſtiæ in altera tantum ſpecie aduerſus noſtri temporis ſectarios. Ibid. apud Dauidem Sartorium 1587.

Diſputatio de natura, & vſu Theologiæ præſertim Scholaſticæ. Ibid. 1587.

De reali Chriſti præſentia in Euchariſtia, & de tranſubſtantiatione panis & vini in Corpus, & Sanguinem Chriſti, lib. tres. In quorum poſtremo nominatim, reſpondetur Fortunato cuidam Caluini diſcipulo. Ibid. 1587.

Diſputatio de ſatisfactione contra noſtri temporis ſectarios. Ibid. 1588.



Digitized by Google

Diſputatio de Indulgentijs, Ingolſtadij, ibid. 1588.

Diſputatio de Sacramentis Eccleſiæ in genere. Ibidem apud VVolfgangum Ederum, anno 1589.

Diſputatio de auguſtiſs. ac tremendo Altaris Sacramento. Ibid. apud Sartorium anno Dom. 1589.

Examen, & Refutatio præcipui myſterij doctrinæ Caluiniſtarum de re Euchariſtiæ, cum reſponſione ad obiectiones Antonij Sadeelis, & Fortunati Grellij. Ibidem apud eundem 1589.

Diſputatio de Theologiæ neceſsitate, & ratione: itemque de gratia. Ibid. 1589.

Redargutio inſcitiarum, & fraudum, quibus nonnulli falſi Theologi, & pſeudophiloſophi Geneuenſes Subſidiarij Antonij Sadeelis, itemque Fortunatus Grellius Heidelbergenſis eum librum cauillati ſunt, quo præcipuum myſterium doctrinæ Caluiniſtarum ſuperiore anno examinatum, & conuictum eſt. Ibid. 1590.

De rebus fidei hoc tempore controuerſis libri, nonnullis alijs nondum antea editis, ab ipſo auctore recogniti, & certa ratione, ac methodo diſtributi. Lugduni apud hæredes Gulielmi Rouillij 1591,

Supplementum earum fraudum, ſeu mendaciorum, quæ in redargutione ſuperiore anno edita quibuſdam Caluinianis obiecta ſunt, collectum ex Indice quodam ſecundo aduerſus eam redargutionem Geneuæ euulgato. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium anno 1591.

Commentariorum Theologicorum Tomi quatuor, in quibus omnes materiæ, quæ continentur in Summa Theologica D. Thomæ Aquinatis, ordine explicantur: Primus Tomus complectens materias primæ partis D. Thomæ Ingolſtadij primò apud Dauidem Sartorium 1591. Deinde Venetijs: nouiſsimè autem Lugduni ab Horatio Cardone typographo auctiores, & recogniti ſunt editi an. 1603.

Porrò ſtudioſi meminerint prælegere. quæ idem Gregorius initio primi Tomi in Præfatione ad Lectorem præmonuit, nam in hac tota re conſilium, ſcopum, ac methodum tam vtilis, ac perſpicui laboris facilius aſſequentur.

GRIFFINVS Cambrius Ord. Præd. ſcripſit in Sententias libros quatuor: & Quæſtiones diſputatas.

GRIGENTINVS Archiepiſcopus Tefrorum Africæ, cuius extat m. s. Diſputatio cum Iudæo Elam Talmudiſta.

GRILLVS Alexandrinus, qui appellatur in inſcriptione Sanctus, ſcripſit librum magnarum virtutum: ſic enim habet inſcriptio. Porrò hic liber fuit inter libros aliquot Arabicos, & Syriacos, qui à tempore Gregorij XI. dicuntur ſub terram defoſsi, & poſtea inuenti atque oblati vænales Reuerendiſs. Epiſcopo Herbipolenſi. Et quidem alterius Grilli extat Quadrigeſimale de Tempore, ac de Sanctis.

GRIMOALDVS Abbas, Ord. S. Benedicti, ſcripſit librum de Sacramentis, qui opera Iacobi Pamelij V. C. cum Antiphonario S. Gregorij Papæ prodijt Coloniæ anno Dom. 1571.

GRIPHON Belga, Ord. Minorum, Pariſienſis Theologus, Diuino Spiritu actus ad animas Chriſto lucrandas, Græcos & Maronitas Montis Libani incolas ad S. R. E. fidem præſtandam adduxit. Obijt an. 1475. E multis autem vnicum extat illius Opuſculum prænotatum: *Itinerarium Terræ Sanctæ.*

GROSTHEADVS Anglus ſcripſit, De articulis Fidei, & Fide Catholica.

De coniugio.
De cura Paſtorali.
De decem præceptis.
Epiſtolas ad Conuentum Miſſenden. pro Abbate eligendo.
Epiſtolam, & quædam excerpta ex Dictis eius.
De lingua, & corde.
Moralitates ſuper quatuor Euangelia.
De pœnis Purgatorij.
Sermones.
Summam Iuſtitiæ.
Templum Dominij.
De triplici Gratia, & Iuſtificatione.
De ceſſatione legalium.
De computo Eccleſiaſtico.
Dietam.
Epiſtolas.
De Pœnitentia.
Scalam voluptatis.
Tractatum de Oculo.
De veritate Chriſti.
Teſtamentum duodecim Patriarcharum.
Varios Tractatus.
Vita item ipſius additur.

Quæ omnia varijs Bibliothecis Collegiorum, quæ modo vocant Angliæ extant.



Digitized by Google

GRVNDEMANI cuiuſdam feruntur eſſe ſermones, quos non vidi.

## G V

GVAIFERIVS, qui & *Benedictinus* Salernitanus, Monachus Caſsinenſis, qui floruit ſub Deſiderio Abbate an. 1060. ſcripſit tam metro, quàm ſoluta Oratione Homilias ſex de Aduentu Domini. De Natiuitate. De Epiphania. De Septuageſima. De ramis Palmarum. De Cœna Domini.

Paſsionem item S. Lucij Papæ, & Vitam S. Secundini Epiſcopi Troiani. Deque eodem carmina, Hymnum, & Cantus. In laudem Pſalterij carmen. De miraculo cuiuſdam, qui ſe ipſum occiderat, carmen. De conuerſione quorundam Salernitanorum, carmen. In laudem S. Martini Epiſcopi, carmen.

Extant hæc omnia m.s. charactere Longobardico in membranis, in pluteo octauo ad læuam Bibliothecæ Caſsinenſis.

GVALDENSIS in Summa Angelica citatur inter Iuris Canonici, vel Ciuilis Scriptores.

GVALHARDVS de Rupe, Prouincialis Ordinis Carmelitarum Toloſæ, ſcripſit Lecturas non paucas Diuinarum Scripturarum, lib.1. Determinationes Theologicas, libro altero. Sermones ad Clerum, libro vno. Sermones ad populum, libro vno. Vixit anno 1440. Qui antea in Theologico Magiſterio fuerat ſocius Bernardi Roſergij Archiepiſcopi Toloſani.

GVALSCHERVS Bedergeuuorth, Anglus, Benedictinus, Congregationis Cluniacenſis, anno circiter 1360. ſcripſit (vt vocant) Lecturas Scholaſticas, & Conciones materna lingua.

GVALTERVS Albanenſis monachus, ſcripſit de libris Eccleſiæ librum. Viuebat anno Dom.1180.

GVALTERVS Anglus, Ordinis Prædicatorum, Cardinalis, ſcripſit librum exhortationum ad Clerum. Vixit an. 1304.

GVALTERVS Bederychuuorth Anglicus Benedictinus monachus ſcripſit in quatuor libros Sententiarum, & Conciones patria lingua. Viuebat an. 1360.

GVALTERVS Brugenſis, Ordinis Minorum, è Prouinciali Turoniæ creatus à Nicolao III. Pont. Max. Pictauorum Epiſcopus, ſcripſit iuſſu Alexandri IV. Pont. Max. in libros Magiſtri Sententiarum: Deinde in Quodlibeta: Sermones per annum: Rudimenta pro Concionatoribus. Interdum autem iudicio huius nititur Angelicæ Summæ Auctor. Viuebat an.1250.

GVALTERVS Burlæus Anglus, præter illa, quæ de rebus Philoſophicis ſcripſerat; nimirum in Porphyrij Iſagogen, in libros Cathegoriarum, & Perihermenias, in Elenchos, Topica, Phyſica, & Metaphyſica, atque Ethica Ariſtotelis, quin & in Logicam Scoti, ac de Vita modernorum, atque in artem Cabaliſticam ſeu Veterem Lulli, reliquit Commentarios in Magiſtrum Sententiarum, & Quæſtionum librum vnum. Atqui eiuſdẽ opinor eſſe, qui Ratiſponæ ad Danubium extat apud D. Dominicum liber m.s. de vitis Philoſophorum, niſi alter fuerit cognomento *Burlerus* non *Burlæus*. Viuebat an.1330.

GVALTERVS Caſtilionæus Inſulenſis, quæ Ciuitas eſt Belgij, Magolenſis Epiſcopus ſcripſit in Pſalterium Dauidis. Viuebat an. 1255. Eiſingrenius. Sed vide ſupra in verbo, Galterus Inſulis natus.

GVALTERVS Catton (alijs Gatthon) Anglus, Ord. Minorum in Nordouicenſi Cœnobio ſcripſit Commentarios in libros quatuor Magiſtri Sententiarum, & librum Quæſtionum. Viuebat an.1330.

GVALTERVS Conſtantinus genere Britannus, præter id quod edidit de Negocijs, Iuris, & ad diuerſos Epiſtolarum librum, ſcripſit ad Radulphum de Diceto, librum, & ad Hugonem Dunelmenſem Epiſtolam, ac de Peregrinatione Richardi alterum. Viuebat an.1199.

GVALTERVS Conuentienſis, Britannorum Chronicon, Angloſaxonum Chronicon, Annales Anglorum tribus diſtinctis libris compoſuit, in quibus humana, & ſacra complexus eſt. Vixit Ioanne, & Henrico III. eius filio Anglorum Regibus.

GVALTERVS Daniel monachus ad Nicolaum monachum de Conceptione B. Virginis lib. De eiuſdem virginitate, alterum. De vera amicitia, quinque. De onere iumentorum Auſtri, vnum. De honeſta virginũ formula, alium. Centum Homiliarum, vnum. Centum Sententiarum, vnum. Super Miſſus eſt, vnum. In aliquot Scripturæ loca, alium. Epiſtolarum, vnum, reliquit poſteris. Viuebat an.1270.

GVALTERVS Dyſſe, Anglus Carmelita, in Aquitaniam, Hiſpanias, Luſitaniam à Bonifacio IX. Pont. Max. miſſus, vt Crucem aduerſus Infideles, (cruciatam vocant) prædicaret, fideles quoque aliarum gentium, atque hæreticos iuuare non deſtitit: quippe qui Lecturam Theologiæ libro vno: Contra VViclefitas, & Lollardos alterum. De Schiſmate item alium. Sermones de Tempore, ac de Sanctis. Ex Auguſtino, & Anſelmo collectanea in quoſdam Pſalmos. Determinationum variarum, librum. Ad Eccleſiarum Præſides alium, cum ſcripſiſſet, Obijt an. 1404.

GVALTERVS Emmyngforde Gisburnenſis Canonicus, ſcripſit Sermonum librum. Anglorum hiſtoriam. Eduuardi tertij Chronicon. Viuebat an. 1347.

GVALTERVS Heſton Carmelita edidit propoſitiones quaſdam, ſed non vidi. At quoniam eius Ordinis fuit, puto eas ad res Eccleſiaſticas pertinuiſſe, licet item Quæſtiones de Anima libris tribus emiſerit. Viuebat an. 1350.

GVALTERVS Hunte Anglus, Ord. Carmelitarum, reliquit plura, cum ad multam vixiſſet ætatem, nimirum, In Euangelia, lib. 4. Enarrationum. Sermones diuerſos. De præcellentia Petri, librum. De Pontificis Max. iuriſdictione, lib. 3. De vniuerſali Pontificum Dominio, lib. 3. De Eccleſiæ Symbolo, librum. Contra errorem Græcorum, librum. De Proceſſu Sacri Concilij, librum. Certamina Latinorum, libro vno. Exceptiones duodecim Chronicorum, libris duodecim. Erga doctrices mulieres, librum. Contra communionem fœminarum, librum. In Magiſt. Sentent. Commentaria. Lecturas Theologicas. De Prædeſtinatione, librum. De auctoritate Eccleſiæ. De Religioſorum dignitate, librum. De Statu Mendicantium, librum. De Regalitate, & pauperibus Chriſti, lib. 3. Abbreuiationes Petri Comeſtoris, lib. In Pariſienſem de virtutibus, lib. In eundē de vitijs, librum. Vocabularium Latinum. De vigore literarum, lib. Obijt Oxonij an. 1470.

GVALTERVS Hylton Anglus, Cartuſianus, compoſuit De vtilitate Religionis, librum. De conſolatione in tentationibus, libr. Baculum contemplationis, libro vno. De Aſcenſionibus ſpiritualibus, librum. Scalam ſpiritualem, libro vno. Pro ſacris imaginibus, lib. Contra tentationes carnis, librum. De Idolo cordis, librum. De Eccleſiaſtica Muſica, lib. Aiunt eum floruiſſe Henrico VI. Anglorum Rege.

GVALTERVS Iorſius Anglus, Ord. Præd. in Summam Theologiæ, lib. 4. De peccato originali, lib. Quæſtiones varias reliquit. Viuebat an. 1310.

GVALTERVS Pictauienſis Epiſcopus, Ord. Minorum, quatuor libros Sent. Lombardi expoſuit. Quodlibeta Scholaſtica edidit, ac Sermones ad populum habitos. Floruit an. 1250. Citatur autem inter Summiſtas in Summa Angelica.

GVALTERVS Recluſus Anglus, Ord. Auguſtiniani, ſcripſit De contemptu Mundi, lib. 1. De vita ſolitaria, lib. 1. Meditationum, lib. 1. Huius Opuſcula in Compendium redegit Richardus Sauinham Carmelita. Viuebat an. 1280. Ioſeph. Pamphil.

GVALTERVS VVibornius, Ordinis Minorum, ſcripſit ad fratres ſuos proprietates, ſiue qualitates Terræ Sanctæ, libro vno. De B. Virgine Maria, & eius Sanctiſsimo Filio, lib. 1. Encomium Deiparæ, lib. 1. Carmina diuerſi generis, lib. 1.

GVALTERVS Vinterbonius Salisburgenſis, Ord. Præd. ſcripſit librum Quæſtionum Theologicarum, & Sermones ad populum. Vixit an. 1305.

GVERICVS Abbas Igniacenſis, D. Bernardi diſcipulus Sermones de Tempore, & Sanctis ad fratres ſuos habitos, deinde & Epiſtolas reliquit: ij autem cum an. 1539. apud Geruaſium Cheualonium, & 1547. Pariſijs editi fuiſſent, demum mendis repurgati per Ioannem Coſterum Antuerpiæ apud Philippum Nutium an. 1577. prodierunt. Poſthumendum eſt in Bibliotheca Sixti edita an. 1586. Coloniæ, vbi ſcriptum eſt eum vixiſſe an. Dom. 1300.

GVERNERVS ſeu *VVernerus* Cartuſianus. De venerabili Sacramento Euchariſtiæ, ac de Miſſarum valore, paucis chartis excuſus Coloniæ apud Petrum Quentelium an. 1535. vnà cum Algero de Euchariſtia. At typographus editurum ſe alia eiuſdem Auctoris promittebat, quæ neſcio an prodierint.

GVERNERVS Cartuſianus, Cœnobij S. Victoris Pariſienſis, collegit, ac digeſſit ex omnibus ſcriptis D. Gregorij Magni, libros 16. De allegoricis typis nominum, ac rerum omnium in ſacris literis contentarum; quos *Enucleamenta Bibliæ* inſcripſit: Incipit, *Deus aliquando in ſacra Scriptura.* Viuebat an. 1400. Pariſijs autem eſt editus apud Petrum Gomorſcium an. 1518.

GVIARDVS, ſiue Godofredus Epiſcopus Cameracenſis, librum ſcripſit De Diuinis Officijs. Viuebat an. 1277. & quod decurrit.

GVIBERTVS Briſtollenſis Abbas, ſui temporis Hiſtoriam, & Sermones aliquot à ſe con-

conſcriptos reliquit. Annum, quo vixerit, ij non ponunt, qui illius meminere.

GVIBERTVS Tornacenſis, ſiue alijs *Gilbertus*, Ord. Minorum, ſcripſit Tractatum vtilem de officio Epiſcopi, & Eccleſiæ ceremonijs, ſcriptum ante annos trecentos iam primum opera Theodori Coiffeldij Ordinis D. Antonij in lucem editum Coloniæ apud Adolphum Roſtium an.1571. Viuebat verò Auctor circa an. 1270.

GVIBERTVS Gemblacenſis Abbas, Congreg. Cluniacenſis, ſcripſit Apologiam pro S. Seuero, & Epiſtolam de Scriptoribus Vitæ S. Martini Epiſcopi. Extant m.ss. Louanij ad S. Martinum. Arnold. VVion. Sunt autem, qui ſcribant ab eo libros de miraculis S. Martini fuiſſe conſcriptos, ac vixiſſe an.1170.

GVISCHARDVS Leſſard Lugdunenſis patricius, & Auguſtiniani Ord. Epiſcopus Hierapolita, Philoſophus, & Theologus, ſcripſit Epiſtolas Symphoriano Camperio Lugdunenſi. Ioſeph. Pamphilus.

GVIDO Abbas Auellani, Monachus Benedictinus. Vide in verbo, Micrologus.

GVIDO Abbas hæreſeos Berengarianæ expugnator, & Notarum muſicalium, ac manus Muſices inuentor. Scripſit de Muſica libros duos, qui extabant in Germania nondum impreſſi in Bibliothecis varijs. Et librum de Corpore, & Sanguine Domini aduerſus Berengarium Turonenſem, qui liber nondum (quòd ſciam) excuſus eſt. Claruit Henrico Claudio Imper. an. 1120. Tritemius de viris ill. Ord. S. Benedicti lib.2. cap.74. & de Script. Eccleſ. Sigebertus de Script. Eccleſ. cap. 145. Volaterranus Anthropologiæ, lib. 20. D. Antonius Florent. parte 2. hiſt. Camald. lib.5. cap.15. & alij eius meminerunt.

Arnold. VVion.

At poſt Sigebertum, & Tritemium, Eiſingrenius, ſiue ſit hic ipſe, ſiue alter, ita ſcribit: *Guido Abbas Cœnobij de Cruce Sleufredi Benedictinus Aretinus contra Berengarium Turonenſis Clericum Eccleſiæ, de Corpore, & Sanguine Domini*, eumque inquit floruiſſe an. 1030. Quod ſanè cum ſuperiore non cohæret, quem Arnoldus ſcribit vixiſſe an.1120. ſed putò in numero mendum.

GVIDO Antonius Adimarius Florentinus, maioris Eccleſiæ Florentinæ Canonicus, edidit Tractatum Italicè de Ieiunio, quem à ſanctimonialibus D. Iuliani, quarum cuſtos fuerat, accepit. Incipit, *Se nel gouerno temporale del Monaſterio*. Obijt Florentiæ an.1568.

Mich Pocc.

GVIDO Archidiaconus. Vide ſequentem.

GVIDO Aretinus, monachus, nouam diſcendi Muſicam rationem inueniens, adeo vt paucis menſibus puer addiſceret, quod pluribus annis vix quiſque ætate, & ingenio pollens addiſcere potuiſſet, ſcripſit eo de argumento librũ prænotatum *Micrologus*, quem Theobaldo Aretino Epiſcopo dicatum ſuæ ætatis anno 34. Ioanne, 20. ordine nuncupato, Pont. Max. qui ſucceſſit Benedicto VIII. Pont. Max. emiſit in lucem. Et quidem ab eodem Benedicto ter fuit euocatus ad Vrbem, qui & eius reuoluit Antiphonarium, & aliqua miratus didicit ex eo. Extat de toto hoc negocio ipſius Guidonis Epiſtola inſerta à Baronio Card. ſuis Annalibus ſub an.1022. ad Michaelem monachum S.Mariæ Pompoſinani Cœnobij vt præfert titulus.

GVIDO Baiſius, ſiue de *Baipho*, Archidiaconus, & Ciuis Bononienſis, ſcripſit Roſarium ſuper Decreto, libris tribus. In Decretales, lib.5. Eius Apparatus extabat alicubi m.s. ſed certum locum aſſequi non potui. Sanè eius Commentaria in volumen Decretorum an.1580. Venetijs excuſa fuerunt Notis illuſtrata Nicolai Superantij, & Petri Albiniani Tretij I. C. Viuebat an.1290. Tritem.

GVIDO Brianſonius, ſiue è *Brianſone*, Ord. Minorum Cœnobij Aurelianenſis in Gallia, ſcripſit in quatuor libros Sent. editus autem an.1512. Pariſijs apud Stephanum Balaudum. Vixit an. 1488.

GVIDO Abbas ad D. Dionyſij propè Pariſios, Gallus, volumina de Vitis Sanctorum ſatis magna compoſuit.

GVIDO Cameracenſis Epiſcopus, qui viuebat an. 1355. Sermonem reliquit vberem de duodecim fructibus Sacramentorum.

GVIDO Cartuſiæ quintus Prior Generalis, vir vitæ ſanctitate celebris, qui an.1135. viuebat B. Hugonis Gratianopolitani Epiſcopi Vitam, ac de inſtitutionibus Cartuſianorum ſcripſit. Diui autem Hieronymi, nimio ſcriptorum vitio deprauatas Epiſtolas in ordinem redigens emendauit: ſed poſtea à Victorio Reatino hæ diligentius recognitæ fuerunt. Vide in verbo, Hieronymus Stridonenſis.

GVIDO Caſſinenſis monachus ſub Gerardo Abbate, ſcripſit de miſſione Alberici, lib.1. De fortuna item eiuſdem, carmine.

GVIDO è Cenodio, Ord. Præd. ſcripſit in quinque libros Decretalium, modo (vt Scholæ loquuntur) diſputatiuo. Opus autem hæc prænotauit *Quæſtionarium*. Quin & reli-

quit

quit Sermones per totum annum. Viuebat circa annum 1300.

Gvido Concordienſis Epiſcopus, citatur in Summa Angelica inter Canonici Iuris ſcriptores.

Gvido Ebroicenſis in Normannia Prouincia (inquit Sixtus Senenſis) *Ordin. Prædicatorum, Theologus inſignis, & declamationibus ad populum facundus, ac diſertus, addidit ad Regulas Ticonij Afri quadam aptiſſima documenta ad Sacræ ſcripturæ ſenſum capeſſendum vtilia, oſtendens, ex quarum rerum ignorantia in doctrina Sacra expoſitione errare ſæpius contingat, his titulum fecit, de Clauibus Diuinæ Scripturæ.* Sermones item de Tempore, ac de Sanctis talis dignos igenio. Extat autem Neapoli in Bibliotheca Dominicani Cœnobij liber m.s. eiuſdem, quo in libro Themata variorum generum concionaturis vtilia proponit. Viuebat Carolo VI. Francorum Rege.

Gvido Fabricius Boderianus, qui noui Teſtamenti contextum Syriacum vertit in linguam Latinam. Is autem Regiæ Bibliorum editioni Antuerpienſi fuit ad textus. Vide in verbo, Albertus Vidmanſtadius. Idem verò ipſe Boderianus peregrinarum linguarum interpres edidit Pariſijs 1584. Nouum Teſtamentum Græcè, Latinè, & Hebraicè, Pariſijs apud Io. Benenatum: & Antuerpiæ, Encyclicum ſecretorum æternitatis, Gallicè *(l'Enciclie des ſecrets de l'Eternité)* apud Chriſtophorum Plantinum, an. 1570.

Gvido Ferrarienſis, Ord. Prædicatorum, qui deinceps ſuæ Patriæ fuit Epiſcopus, edidit Margaritam Bibliorum, qua Petrum Rigenſem imitatus heroico carmine vtriuſque Teſtamenti libros hiſtoricè, atque allegoricè expoſuit. Id verò Opus Clementi V. Pont. Max. dicauit. Viuebat an. 1310. At Tritemius habet, vixiſſe hunc an. 1310. Gregorius autem Lilius Giraldus teſtatur hoc carmen eſſe facillimæ dictionis. Sed & alicubi hoc Poëma inſcriptum eſt: *Memoriale Diuinorum eloquiorum.*

Gvido Flonochetus Narbonenſis, Gallus, Generalis Dominicani Ord. Magiſter Chronicon ſcripſit. Obijt an. 1452.

Gvido Fulginas Profeſſor Ord. Minorum, Sermones anniuerſarios Feſtorum reliquit Initium eſt, *Hoc opus eſt.*

Gvido Gallus, Ord. Præd. & Doctor Pariſienſis, ſcripſit Sermones de Tempore, ac de Sanctis. In Euangelia item, atque Epiſtolas totius anni, præter Summam Compendioſam (ſic enim eam inſcripſit) in Philoſophiam naturalem. Viuebat an. 1440. PP. mon. Ordinis.

Gvido Genetius Bononienſis, Ord. Prædicatorum, in vniuerſam moralem Philoſophiam Ariſtotelis ſcripſiſſet, aliqua item alia Opera conſcripſit, quæ audio extare in communi Bibliotheca Dominicani inſignis Cœnobij Bononienſis, quæ probi illi Religioſi non permittent deliteſcere. Viuebat tempore Alberti Veneti an. 1314. Leander autem Bononienſis exiſtimat eum vixiſſe an. 1386.

Gvido Heremitarum, ſiue Auguſtiniani Ordinis eſt, cuius extat in Tom. 4. Bibl. SS. PP. edit. 2. formula reuocationis quorundam errorum publicè ab eo factæ, an. 1354.

Gvido Iuuenalis, Philoſophus, ac Theologus Pariſienſis, monachus Cluniacenſis, qui vixit an. 1490. Scripſit de reformatione Clauſtralium. Nam reliqua in ſtudia Humaniorum literarum ab eodem conſcripta hic non inſerimus.

Gvido de Marchia, Ord. Minorum, ſcripſit ad Summum Pontificem rythmicè Querelam Mundi contra religionem fratrum, lib. 1.

Gvido de Monte Rochen Theologiæ Profeſſor, natione Gallus, ſcripſit an. 1333. librum prænotatum *Manipulus Curatorum,* ad Raimundum Valentiæ Epiſcopum, *Opuſculum* (vt verbis eius vtar) *De Inſtructione neophytorum Curatorum, rudi quidem ſtylo, ſed vtili, non curans de verborum ornatu, ſed de animarum commodo, & profectu.* Recuſus eſt autem Venetijs an. 1491. apud Maximum Butricium Papienſem, ſiue Ticinenſem, emendatus autem à Troilo Zane Sacerdote, ac Profeſſore Decretorum. Præterea ritum celebrandi Officium Miſſæ pro Nouitiorum inſtructione, quod Venetijs & Antuerpiæ prodijt, anno Domini 1570.

Gvido Papa Do. I. C. præſtantiſsimus ſcripſit in 1. & 2. Decret. ac ſuper omnes partes iuris ciuilis. De accuſatione & inquiſitione. De contractibus illicitis. De contractibus mercatorum. De literis compulſationibus. Quibus caſibus habeat locum pœnitentia. Clauſulas derogatorias. Conſiliorum volumina 3. typis excuſa. Conſilium de pactis tempore matrimonij, quomodo ſuccedat filia, & eius filij. De ſeruitute negatoria. Deciſiones Parlamenti Delphinalis. De excuſatore ſine mandato. De inuentario conficiendo in hæreditatibus. Quomodo Laici Ducis Sabaudiæ poſsint trahi coram Eccleſiaſtico. De præſumptionibus. De reſcriptis. Item de ſtatu Delphinali. *Si quis per literas cũ commento.*

Guidonis Papæ Deciſiones cum additionibus, impreſſæ ſunt Francofurti an. Dom. 1575. in folio. De appellationibus, & attentatis appellatione pendente Tractatus. Coloniæ an. 1573. Eius lectura & Commentarij in librum 30. Pandectarum, qui eſt de legatis primus. Et in Digeſti noui, ſeu 32. Tit. 1. De re iudicata, cum Argumentis & Summarijs triplo amplius auctis, & multo emendatius & accuratius, quam olim excuſi folio, Francofurti. Item Lectura ſubtilis & aurea, vtriuſque iuris Monarchæ, ſuper 4. & 6. libros C. folio Francofurti an. 1580.

Præterea Tractatus ſingulares, & in praxi frequentiſsimi, cum Annotationibus & quibuſdam Additionibus D. Ioan. Thierrij Lingonenſis, iurium interpretis: nunc denuo recogniti, & ſuæ integritati reſtituti. Francofurti an. 1580.

GVIDO de Paigipſio extat m.s. in folio, atque membrana in Bibliotheca Imp. Viennæ, nimirum *Apparatus Sexti libri Decretalium.*

GVIDO Perpinianus Carmelita, natione Catalanus, duodecimus Prior Generalis ſui Ord. deinde Maioricenſis, ac deinceps Eluenſis Epiſcopus, ſcripſit ad Ioan. XXII. Pont. Max. Opus tripertitum. De perfectione vitæ Catholicæ. In Sententiarum lib. 4. Quodlibeta ſex. Quæſtiones varias diſputatas. De concordantia Euangeliſtarum, librum. Correctorium Decreti, libris tribus. De hæreſibus ad Cardinalem Albanenſem. Qui liber Pariſijs apud Iodocum Badium prodijt. Commentaria in libros Phyſicorum Ariſtotelis, & Quæſtiones de Anima. Aliqui ferunt eum ſcripſiſſe in Cantica Euangeliorum, & in maiorem Bibliorum partem Commentarios, ſed neſcio vnde poſsimus hæc aſſequi. Sanè edidit quoque Reprobationes Operis Catalonici, quod aliqui Arnoldo de Villa noua aſcribunt. Neque verò harum Tritemius meminit. Claruit an. Dom. 1320. & quod excurrit Ioan. XXII. Pont. Max. Ludouico IV. Imper. moritur 21. Auguſti, Auenione ſepultus, Tritem.

S. GVIDO Pomyreſius Bobienſis Cœnobij Abbas, Benedictinus, Italus, ſcripſit Canonicorum Regularium ſtatuta. Viuebat an. 1039.

GVIDO Rauennas presbyter Romanorum Pontificum Vitas ſcripſit. Viuebat anno 886. Eiſingrenius. Sed hic non meminit Hiſtoriæ de Bello Gothorum ab eodem Guidone conſcriptæ.

GVIGO, Vide in verbo, Cuigo.

GVIKARDVS, Monachus & Abbas S. Trudonis, Congreg. Cluniacenſis, latinè ſcripſit Vitam S. Trudonis.

GVILHERMVS de Conchis. Vide in verbo, Gulielmus de Conchis.

GVILLIBERTVS Tornacenſis, Ord. Minorum, edidit Sermones, præſertim de Sacramento Altaris an. 1540. Henricus VVillot.

GVISII Card. Quæſtiones duodecim ad Græcos, in quo differant à Latinis: extant Viennæ Auſtriæ in Bibliotheca Imp. m. s.

GVITMVNDVS, ſiue *Guimundus* cognomento (non natione) *Normannus.* Italus, Monachus & Eremita Cœnobij S. Andreæ, quæ S. Crucis titulum gerit, de Auellana, Congregationis Columbæ, & deinde ob ſingularem eruditionem & doctrinam, Auerſanus Epiſcopus, circa an. Domini 1060. floruit, reliquit ad Rogerium monachum contra errores Berengarij Turonenſis. De Corpore, & Sanguine Domini, lib. 3. De S. Trinitate, Chriſti humanitate, Corporiſque ac Sanguinis Domini Veritate, Confeſsionem; quæ extat vna cum ijſdem tribus libris in Bibliotheca Sanctorum Patrum Margarini Bignæi. Qui item Coloniæ fuit excuſus vna cum Lanfranco, Algero, & alijs: & alibi aliquoties. At Arnoldus VVion addit. Tritemium, lib. 2. cap. 88. & lib. 4. cap. 230. de viris Illuſt. Ord. S. Bened. ac lib. de Script. Eccleſiæ, aliosque, qui à Tritemio acceperunt, deceptos, vt arbitratur æquiuocatione nominũ Normandi, & S. Crucis, putaſſe Guitmundum fuiſſe monachum monaſterij de Cruce S. Leufredi in Normannia Galliæ: Italum tamen Normannum, ac monachum illius monaſterij, quod poſtea S. Crucis de Auellana titulum geſsit, fuiſſe ex hiſtorijs haberi, confirmant Bugianus colloquio 4. hiſt. monaſterij, & Auguſtinus Florentinus, parte ſecunda hiſt. Camald. lib. 5. cap. 15. qui tamen emendi ſunt, primum, quòd *Sigiſmundus* vocabulo corrupto, ab eis vocetur; deinde, quòd Archiepiſcopus Antuerpiæ fuiſſe ſcribatur: nimirum falſus, quod Archiepiſcopus Auerſanus dicatur à Tritemio lib. de ſcript. Eccl. in quo corrigendus videtur, cum deinceps in libris de viris illuſt. Ord. S. Bened. citatis palinodiam cecinerit, Quin & dictio illa *Auerſa* à Bugiano, & Auguſtino illo, non intellecta, occaſionem eis præbuit ſuſpicandi eam eſſe Antuerpiam Brabantiæ ciuitatem, quæ vulgo dicitur Anuerſa, quæ nunquam Archiepiſcopali dignitate cohoneſtata legitur. Quin & Epiſcopum Antuerpiæ non fuiſſe liquet

ex eo, quòd Antuerpia à prima ſua origine nunquam Epiſcopum proprium habuerit vſque ad annum Dom.1550.quo,creatus eſt primus illius Ciuitatis Epiſcopus.

Gvlielmvs, quem rectius putant Germani nonnulli, *Guilhelmus* eſſe ſcribendum; Germanum ſapit, quare & Germani per digamma Aeolicum pronunciant *VVilhelmus*,alij verò ſcribunt *Hilermus*, ſiue item *Guilermus*, bellicum creditur à quibuſdam eſſe nomen, quo Galeæ nomenclatura contineatur,quemadmodum apud noſtrates, *Galeatius*, & aliud vetus Germanicum nomen, *Brennus*. Nos propter communiorem conſuetudinem *Gulielmum* ſcribemus.

Gvlielmvs primò Abbas Sancti Theoderici, ac deinceps monachus Clareuallenſis ſub S.Bernardo Abbate, vixit ann.1140.ſcripſit, vt habet,Tritemius.

Vitam S. Bernardi, excuſam vnà cum illius Operibus.
Speculum Fidei,lib.1.
Sententiarum Fidei,librum.
De natura animæ ad Theophilum, lib.
De natura,& dignitate amoris,librum.
De contemplando Deo,librum.
De Sacramento Altaris,librum.
Aenigma fidei,lib.1.
Meditationes pro Nouitijs,lib.1.
Contra Petrum Abailardum,librum.
In Canticum Canticorum imperfectum,librum.
In Epiſt.S.Pauli ad Romanos.

Fertur item eſſe ipſius, dum adhuc eſſet Abbas S. Theoderici, Epiſtola illa ad Cartuſienſes,quæ D.Bernardo à multis adſcribitur. Cæterum Gulielmus hic fortaſſis eſt idem cuius Meditationum deuotarum liber,atque alter Meditationum De amore Dei, prodierunt Antuerpiæ apud Plantinum, anno Dom. 1590. in 16. cum Meditationibus Guidonis Cartuſiani.

Gvlielmvs de Agrifolio, Gallus, monachus primò Cluniacenſis, deinde S. R. E. Card. reliquit Sermones in laudem Beatiſs. Virginis,& alios. Eiſingr.

Gvlielmvs Alebaſter Anglus, ſcripſit Apparatum in Reuelationem Ieſu Chriſti, nouamque in ea & admirabilem rationem inueſtigandi Prophetiarum myſteria. Antuerpiæ apud Petrum Bellerum, anno 1607.

Gvlielmvs Alanus Anglus, qui Pontificium Seminarium Anglorum Rhemis, atque Duaci in Belgio magna cum laude rexerat, poſteà verò S.R.E. presbyter Cardinalis nuncupatus, ſcripſit aduerſus hæreticos Anglicè:

De Purgatorio,& Oratione pro defunctis.
De auctoritate Sacerdotum per Sacramentum pœnitentiæ.
De Indulgentijs Pontificijs.
Apologiam pro Seminarijs à ſe ipſo procuratis.
De Miſſione Sacerdotum tum è Soc.Ieſu,tum ex ijſdem Seminarijs in Angliam hoc tempore ſchiſmatis.
Librum ad perſecutores Anglos,in quo reſpondet hæreticorum calumnijs falsò arguentium Catholicos Anglos non pro fide,& religione Catholica perſecutiones ſuſtinere, ſed pro proditionibus puniri.
Epiſtolam de Ciuitate Dauentrienſi (in Germania inferiori) reddita ſuo legitimo Regi per illuſtrem virum Gulielmum Standæum.Quæ cum nonnullis eius Opuſculis prius Anglicè edita,nunc quoque Latinè extant.
Librum perdoctum de Sacramentis in genere: ac de Sacramento Euchariſtiæ,atque de Sacrificio Miſſæ.Qui an.1605.recuſus eſt apud Bellerum Antuerpiæ.

Gvlielmvs Albanenſis,monachus Cœnobij D. Albani martyris ex Anglico Latinam reddidit eiuſdem Martyris Paſſionem ad eius loci Abbatem Simonem. Viuebat an. Dom.1170.

Gvlielmvs de Alexandria, Ord. Seru. quem Odo Romanus, poſtea Martinus V. Pont. Max. Theologum in Synodo ſibi delegit,ſcripſit Sermones, & Poſtillam in ſcripturam Diuinam.Quin & carmine heroico Annales de Genueſis Ciuitatis antiquitatibus. Chron.Ord.Seruorum.

Gvlielmvs Almoinus,Ord. Minorum edidit Quæſtiones 28.quarum initium eſt; *Vtrum gaudium accidentale*, & in Apocalypſim.

Gvlielmvs Alottus,alijs *Allolus* Anglus edidit Theſaurum Bibliorum vtriuſque vitæ Antidotum,ſecundum vtriuſque Teſtamenti veritatem,& hiſtoriam, cui ad calcē additus eſt Index Euangeliorum Dominicalium in ſeries, & capita diſtinctus Parochis, & Concionatoribus vtilis. Antuerpiæ apud Petrum Bellerum an.1577.

Gvlielmvs Atton,alijs,de Altono, Ordin. Prædic. Pariſienſis Doctor, collegit in

Eccleſiaſten Scholaſticam Poſtillam, cuius meminit Vincentius Bandellus in Tractatu de Conceptione. Poſtillam item in Matthæum, ac librum, ſiue Tractatum de decem Virginibus. Viuebat anno.1320. At Ant. Senenſis Luſitanus ait, anno 1262.

GVLIELMVS Alneuuick Anglus, nempè in Northumbriç Comitatu natus, Ord. Minorum, ſcripſit in quatuor libros Sententiarum Lombardi. Schiſmatum item elenchos. Et in naturalem Philoſophiam. Viuebat an.1360. Eiſingr. & Henr. Villot.

GVLIELMVS Anconitanus, quem ob ſanctitatem, atque ſcientias adamabat Hugo Dominicanus S.R.E. Cardinalis, qui ſcripſit in vniuerſum Teſtamentum Vetus, & Nouum. Scripſit in librum de Pœnitentia, cuius meminit Io. Bunderius in Compendio Lutheranæ concertationis, vbi agit de Contritione.

GVLIELMVS Anglus Benedictinus, ſcripſit Vitam, Paſſionem, atq; miracula D. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, & Epiſtolas ap diuerſos. Viuebat an.1190. Eiſingr.

GVLIELMVS Anglus, ſiue, vt aiunt, *Anglicus*, Ord. Prçd. Confeſſarius Regis Angliæ, & Cardinalis, Sermones in honorem Sanctorum reliquit. Viuebat anno 1393. At alter item vocitatus Anglicus, qui non ſine ſanctitatis opinione deceſſit ex hac Vita, iſque Ord. Seruorum, Quadrageſimale, atque alios ſermones in totius anni diebus Dominicis reliquit. Chron. Seruorum.

GVLIELMVS Anglus, monachus Rameſeyæ in Crolandia, Congregationis Cluniacenſis, qui viuebat an. Dom. 1178. ſcripſit Vitã ſancti Guthlati monachi, heroico verſu. Vitam ſancti Bereni Epiſcopi. Vitam ſancti Neoti monachi carmine. Incipit, *Anglia quæ toto.* De eodem Proſam. De tranſlatione eiuſdem.

GVLIELMVS verò alius Anglus, Ord. Auguſtiniani, qui vixiſſe ann. 1379. & ſcripſiſſe fertur De futuris Anglorum malis, neſcio vbinam extet, neque verò qualis ſit.

GVLIELMVS, ſiue vt habet inſcriptio Fl. Vvilhelmus quidam (quam ex opere coæuũ D. Anſelmo conſtat) reliquit libros 5. de Vita B. Mariæ Deiparæ, quod Opus eſſe egregium Delrius noſter ad me ſcripſit, niſi inſeruiſſet apocrypha de Partu, & obſtetricibus. Extat apud noſtros Græcij in Styria, inuentum in vetuſtiſſimo Monaſterio de Oliuo, ampliſſimo Syluæ maioris in Tractu Burdigalenſi, & ab eo obtentum.

GVLIELMVS Antiſiodorenſis Epiſcopus Gallus in Academia Pariſienſi olim profeſſor, ſcripſit Summam Theologiæ, ac librum de Officijs Diuinis anno 1206. Sciendum autem in eiuſdem libro tertio, tractatu duodecimo, c.1. quæſt.2. & cap.2. quæſtio. prima, extare ſingularem (ſi tamen ipſius tanti viri, & non potius inſerta) opinionem hanc. *Meritum prius & principalius à fide, quàm à charitate pendere. Quæ ſententia* (inquit Bellarm. Card. li. 5. de Iuſtificatione c.15.) *non parum fauere videtur erroribus huius temporis hæreticorum, quamuis ille longè alio ſenſu fidem ita prædicet, ac hæretici facere ſoleant; ſed profectò* (ſubdit) *tam ſunt aperta ſcripturarum teſtimonia, vt mirum ſit egregium illum virum in ea re labi potuiſſe.* Vide ibidem Bellarm. Card. hanc opinionem fuſius oppugnantem.

GVLIELMVS Aquiſgranenſis Germanus, vir egregiè doctus, & probus, ſcripſit in Euangelium D. Ioannis. De paſſione Dominica. De peregrinatione Hieroſolymitana. In Canonem Miſſæ. Sermones ab eo habitos in Cathedrali Eccleſia Baſileenſi, cuius erat Eccleſiaſtes, antequam ea Ciuitas hæreſum labe inficeretur. Vixit rcica an.1485.

GVLIELMVS Aruernus, ſed dictus *Pariſienſis*, quoniam eius Ciuitatis Epiſcopus fuit, Mathematum, Philoſophiæ, ac Theologiæ præſtantia celebris, à Ioanne Dominico Traiano perdiligenter mendis, quibus ſcatebat, expurgatus, an.1591. à Damiano Zenario Venetijs fuit excuſus. In quo Auctore id certe ſingulare cernitur, vt cum ſæpè rationibus neceſſarijs, ſæpius autem nouo dicendi genere, (ſimilitudinibus ſcilicet, atque exemplis popularibus) planè quæ vult, aptiſſimè conficit. Iam verò cum plures vicerit, in tribus etiam ſe ipſum vicit. nempe in libro *De Rhetorica Diuina*: In altero, quem prænotauit. *Cur Deus homo*. Et in alio, quem inſcripſit, *De Vniuerſo*. Viuebat anno 1230. Atqui idem Ioannes Dominicus Traianus alia quædam ipſius Gulielmi Opera promiſerat, quæ neſcio an prodierint.

*Catalogus autem librorum Gulielmi Epiſcopi Pariſienſis poſtremæ editionis emendatioris, eſt ſequens.*

De Sancta Trinitate, lib.1.
De primo principio, lib. 1.
De Sacramentis, lib.1.
Cur Deus homo, lib.1. *Ponam adhuc quatuor.*

Summa virtutum, lib. 1.
Summa vitiorum, lib.1.
De fide & legibus, lib. 1. *In Iordane Diuinalium.*

De

De animabus humanis, lib.1.
De bono & malo, lib.1.
De vniuerſo, lib.6.
De profeſſione nouitiorum, lib.1.
De dono ſcientiæ, lib.1.
De operibus virtutum, lib.1.
De triginta remedijs tentationum, lib.1.
Contra pluralitatem beneficiorum, lib.1.
De clauſtro animæ, lib.1.
De Rhethorica Diuina, lib.1. *In Sacris.*
De pœnitentia, lib.1. *Secunda Tabula.*
De Dæmonibus, lib.1. *Poſtquam auxilio Dei.*
In Hexaemeron, lib.1.
In Pſalterium, lib.1.
In Prouerbia Salomonis, lib.1.
In Eccleſtaſten, lib.1.
In Canticum Canticorum, lib.1.
In Euangelium Matthæi, lib.1.
Sermones varij, lib.1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1.
Tractatus duo de collatione, & pluralitate Eccleſiaſticorum beneficiorum.

GVLIELMVS Aſſomleuilla vir nobiliſſimus, Belga edidit librum, qui prænotatus eſt, *Atheomaſtix, ſiue aduerſus Religionis hoſtes vniuerſos diſſertatio.* Antuerpiæ an.1599.

GVLIELMVS de Athono. Vide in verbo, Gulielmus Alton.

GVLIELMVS Auguſtiniani Ord. Cremonenſis, cum rexiſſet ordinem annis 17. à Clemente Sexto Nouarienſis Epiſcopus creatus ſcripſit mandante Ioanne XXII. Pont. Max. De auctoritate Apoſtolica lib. inſcriptum. *Reprobatio ſex errorum.* Præterea expoſitiones in quatuor Euangelia. Commentaria in quatuor libros Sententiarum. Orationes, & Sermones: Quæ omnia Cremonæ Mediolani, Brixiæ in Bibliothecis ſui Ordinis extãt. Nouariæ tandem moritur, qui vixit an.1343. Ioſeph. Pamph.

GVLIELMVS Badhy, Io. Leucaſtriæ Ducis Confeſſarius, & Epiſcopus deinceps Vigornienſis, ſcripſit librum de Pœnitentia, Conſtitutiones, & Sermones. Viuebat an.1380.

GVLIELMVS de Baldenſel, Equitis Aurati Hodæporicon in terram Sanctam extat in To.5. antiquæ lectionis, Henrici Caniſij, edito Ingolſtadij, an. 1604.

GVLIELMVS Baldeſanus, ex Oppido Carmaniola, quod eſt in Subalpinis Italiæ, Theologus & Canonicus Taurinenſis, ſcripſit an.1594. & Romæ edidit Italicè Stimulum Virtutum quem Iuuentuti Chriſtianæ dicauit. Is autem ex Italica lingua factus eſt Latinus à quodam Societatis noſtræ. Sed & idem Baldeſanus, ſcripſit hiſtoriã Legionis Thebæorum martyrum, eiuſpue miracula libris duobus egregiè Italicè ſcriptis, quam audio Latinè in Germania fuiſſe redditam. Porrò librum habebat præ manibus de Subalpinis rebus ad Catholicam religionem ſpectantibus, quemadmodum mihi ſignificauit.

GVLIELMVS Barclaius Lotaringiæ Ducis conſiliarius, & ſupplicum libellorum magiſter, & in Academia Pontimuſſana I.V. Profeſſor, & Decanus De Regno, & regali Poteſtate aduerſus Buchananum, Brutum, Buucherium, & reliquos Monachomachos libros ſex ſcripſit, atque edidit Pariſijs apud Gulielmum Chaudiere, an.1600.

GVLIELMVS Barthonienſis, Ord. Mendicantium (at quorumnã haud ſcribitur) ſcripſiſſe fertur Sermones eruditos.

GVLIELMVS Bechius Florentinus, Auguſtiniani Ord. Prior Generalis vigeſimus nonus, à Paulo Secundo huius nominis Pontifice Maximo, creatus Epiſcopus Feſulanus, quę Ciuitas eſt è conſpectu Florentiæ, ſcripſit
Expoſitionem in primum librum Sententiarum, quę m.s. extat Pataulj apud Eremitanos à nobis ibidem viſa.
Abbreuiationem primi Sent. Auguſtini de Roma.
De poteſtate Eccleſiaſtica per modum (vt ait) dubitationis.
Quæſtiones Itinerarias habitas, dum Prior Generalis viſitaret Ordinem.
Iacobus autem Bergomenſis reliquis Operibus ipſius aſcribit librum aduerſus legem Mahometanam.
Apologiam pro Ordine Auguſtinianorum.
Sermones ad Clerum, atque ad populum.

Atqui vt hæc, ita quoque extant in Bibliotheca Florentinæ Cathedralis Eccleſiæ, cui libros ſuos legauit. Commentaria in libros Ethicorum, & Politicorum Ariſt. & in tres libros eiuſdem de Anima. Obijt plenus dierum an. 1490. atque Florentiæ in Aede Sacra S. Spiritus quieſcit.

GVLIELMVS Beeckley Carmelita, edidit librum Quodlibetorum, Quæſtionum ordinariarum. Conciones varias. De decimis. Obijt an.1438.

GVLIELMVS Bernardus, Ord. Min. ſcripſit de Sacrarum litterarum communicatione, earumque ſenſus germanitate. Axiomata item de Eccleſiæ Catolicorum rituum veritate Chriſtiana. Præterea de ſepulturis, & exequijs quid ſentiendum, & obſeruandum. Pariſijs apud Vincentium Gualterotum 1547.



Digitized by Google

GVLIELMVS Berthon Anglus, ſcripſit Determinationes in Vicleffum, ac de Vicleffi iuſta damnatione. Viuebat ann. 1381.

GVLIELMVS Berthus Anglus, Ord. Prędic. ſcripſit in quatuor libros Sent. Librum item de vnitate formarum. Lecturas Scholaſticas varias. Viuebat an. 1498.

GVLIELMVS Beuufus Carmelita, emiſit librum miraculorum Beatiſs. Virginis. Collationes varias altero libro. Lecturam Sententiarum, & Eadmundi Speculum tranſtulit. Viuebat anno 1390.

GVLIELMVS Bibancius, Belga, Cartuſianus, præter alia, Conciones de pleriſque omnibus præcipuis Feſtis ex ipſis Biblicis ſententijs maiori ex parte conflatas in lucem edidit Claruit Carolo V. Auguſto.

GVLIELMVS dictus Bibliothecarius, ſed cognomento Malmes, Berienſis, ſcripſit de Geſtis Anglorum, vbi & Eccleſiaſtica inſeruit. Vixit quo tempore Berengarius nouam hæreſim excitauit aduerſus Sanctiſſimam Euchariſtiam an. 1051. vt Sigebertus oſtendit in Chronico.

GVLIELMVS Bigotius Lauallenſis Gallus, Chriſtianæ Philoſophiæ præludium edidit Toloſæ apud Guidonem Boudeuillæum an. 1549.

GVLIELMVS Blakeney, Carmelitani Ord. ſcripſit Lecturas in Cantica Canticorum Diſputationes item (vt vocant) ſubtiliſſimas. Vixit an. 1490.

GVLIELMVS Boituinus, ſeu *Boquinus* Gallus, vir Religioſus, ac Cantor Abbatiæ S. Sergij, collegit, & cecinit Gallico carmine, quæcunque memoratu digna erant in Gallia, & alibi ab anno 1486. vſque ad 1506. Legitur autem liber hic manuſcriptus apud Gallos. Vixit anno 1506.

GVLIELMVS de Bongeuilla Neuſtrius, monachus Beccenſis, è varijs Anglicis Scriptoribus collegit Chronicon ab an. Dom. 1000. vſque ad ſua tempora, nimirum an annũ 1288. Quod Opus inſcribitur: *Vnus omnium*.

GVLIELMVS Bont Louanienſis, ſcripſit de contractibus Mercatorum, & de caſibus ad pœnam mortis lege imponendam, & de Vſuris, ac de redditibus quædam.

GVLIELMVS Brabantius, Ord. Præd. quem D. Thoma hortante ferunt è Græco in Latinum vertiſſe Ariſtotelis libros, compoſuit librum de naturis, & proprietatibus rerũ, quem nonnulli tribuunt Bartholomæo Anglico, Ord. Min. ſed perperam (ait Ant. Senēſis) librum itē de Apibus. Viuebat an. 1262. Sed & alter Ord. Pręd. Gulielmus Corinthius, vir pius, & doctus, fertur Auctor libri de Apibus, qui tamen forſan non ſunt vnius idem & vnus labor. Videant pij quæ de libro Apum nō multo antea in Belgio ſub nomine Thomæ Cantipratano, Ord. Præd. edito Scholiaſtes diſputat fuſius de Auctore huius Operis. Vide item in verbo, Thomas Cantipratanus.

GVLIELMVS Breton, Ord. Minorum, ſcripſit Vocabularium Bibliorum: & librum
In prologos Bibliorum, lib. 1.
In ſex principia, lib. 1.
In Porphyrij Iſagogen, lib. 1.
In diuiſiones Boetij, lib. 1.
In Prædicamenta Ariſt. lib. 1.
In Elenchos Ariſtoteles, lib. 2.
In Perihermenias, lib. 2.
In dicta Alexandri Neckam, lib. 1.
Emiſit, & Grammaticalia quædam, lib. 1.
Quæſtiones Elenchorum. lib. 2.
Obijt anno 1356.

GVLIELMVS Briconetus nobilis Pariſienſis, Galliæ olim Cancellarius, è Latinis fecit Gallicas Contemplationes, quas in B. Virginis laudem reliquerat vir maximè pius nomine Idiota, & Pariſijs edidit apud Simonem Colineum. Viuebat an. 1523.

GVLIELMVS Butler, Ord. Min. ſcripſit Lecturā Sententiarum, lib. 4. Contra tranſlationem Anglicam, lib. 1. de Indulgentijs Pontificijs, lib. 1. Quæſtiones aliquot, lib. 1. Viuebat an. 1410.

GVLIELMVS Byntræ Carmelita, ſcripſit Lectiones in Canticum Canticorum Salomonis. Quæſtiones ordinarias 42. Theologicarum determinationum librum. Defenſorium paupertatis libro altero. Alium de B. Virgine. Sermones varios. Alium de Latini ſermonis ornatu.

GVLIELMVS Caliſfordienſis (*alij ſcribunt Baliſfordienſis*) Anglus, Carmelitani Ordin. ſcripſiſſe fertur lecturam quandam, ſed quænam illa fuerit, haud meminerũt. Sermones item de Tempore, ac de Sanctis.

GVLIELMVS Cantuarienſis, monachus Congregationis Cluniacenſis, Anglus, qui vixit anno 1190. & quod excurrit, ſcripſit de Vita & Paſſione S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi, & martyris, lib. 1. De miraculis eiuſdem, lib. 1. De viſionibus poſt eius mortem, lib. 1.

GVLIELMVS Caſſadorus Epiſcopus Algarenſis, ſcripſit Deciſiones Rotæ: item Deciſiones ſuper Regulis Cancellariæ.

GVLIELMVS Catton Anglus,Ord.Minorum,quatuor libros Sentent.Lombardi expoſuit,& Quæſtionum volumen edidit.Viuebat an.1530.

GVLIELMVS Caxton Anglus,ſcripſit Mundi Chronicon,quod prænotauit *Fructum temporum*, lib.7.Deſcriptionem item Britanniæ,lib.1. Vitam D.Eduardi, Hiſtoriam Arturi Regis.E' Latino aūt fecit Angelicum Catalogum Sanctorum Angliæ.Viuebat 1538.

GVLIELMVS Celdonenſis,Ord.Præd.ſcripſit Apparatum ad Summam Raymundi, & aliqua in vtroque iure.Viuebat an.1295.

GVLIELMI Celeuſma,ideſt,exhortatio mutui operis in re Eccleſiaſtica ad presbyteros,tam ſuperioris,quàm inferioris,Capituli Hagnonienſis.Coloniæ apud Maternum Cholinum 1568. Vide in verbo,Gulielmus Lindanus.

GVLIELMVS Centuerus, Ord. Min. Ticinenſis Epiſcopus, ſcripſit in quatuor lib. Sent. Obijt Cremonæ apud Minores ſepultus.Henr.Vuillot.

GVLIELMVS Chieburgus Normannus De nece illata S. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi & martyris ſcripſit pio,& acri carmine aduerſus interfectores.

GVLIELMVS de Conchis,quem fuiſſe Franciſcani Ord.magis conijcio, quàm ſcio, triginta tres libros ſuper Opere ſex dierum compoſuit, qui & Patrum noſtrorum memoria excuſus eſt.Tomum autem quo decimus nonus liber vſque ad trigeſimum tertium cōtinetur,legi tantum,quoniam alij Tomi ad me non peruenerunt.Et quidem hic è cœnobio S.Franciſci,quod eſt in Oppido Pera è regione Byzantij,delatum, miſſum eſt ad me ab Illuſtriſs.Aquileiæ Patriarcha Frāciſco Barbaro, mutilum in fine,vt quis illius fuerit typographus,reſciri non potuerit: At Opus ipſum è Philoſophis atque Theologis cōflatum vberem ſuppellectilem habet dignam,quæ legatur.Nam & poſt creaturarum quæ in Mundo ſunt,Hominiſque tractationem,tertiusdecimus tandem liber agit de Locis Hominis habitabilibus,deque temporibus ſex ætatum Mundi vſque ad Antichriſtum,& de innouatione Mundi.

GVLIELMVS Chubbes,ſcripſit declarationem Scoti in lib. 2. Magiſtri, & Introductionem ad Logicam.

GVLIELMVS Clareuallenſis monachus, qui an.Do.1140.floruit,ſcripſit de Sanctiſs. Altaris Sacramento. Aenigma fidei. In Epiſtolam Pauli ad Romanos.In Canticum Canticorum,ac Vitam S.Bernardi Preceptoris ſui,quam moriens inchatam reliquit.Sed Arnoldus Abbas Bonæuallis abſoluit.

GVLIELMVS Cockforte Carmelita Anglus,ſcripſit(vt vocāt)Lecturam Theologiæ. In Canticum Moyſis. Sermones de Temp.& Sanctis, lib.2.Poſtillas Scripturarum.Vixit an.1380.vt teſtatum reliquit Iacobus de Plebe, Profeſſor Piſanæ Academiæ, Ord.Seruorum,& Petrus Lucius,

GVLIELMVS Conuentre Angelus,Carmelitani Ord.ſcripſit de laude Religionis,li. 2. Scutum Carmelitarum,lib.3.De Regula,confirmatione,lib.1. Præconia Virginis glorioſæ,lib.1.Annales breuiores,Elucidarium fidei,Compendium hiſtoriarum,Aduerſus peccata,& Carmina diuerſi generis.Vixit an.1360.

GVLIELMVS Cremonenſis,ſiue de Cremona Italus,& duodecimus Generalis Magiſter Eremitanorum S.Auguſtini Epiſcopus Nouarienſis,ac S.R. E. Cardinalis, expoſuit Euangelia libris quatuor,& Magiſtrum Sententiarum, ſcripſit item librū de auctoritate Eccleſiæ. Orationes quoque.

GVLIELMVS Cuneas,ſiue de *Cuneo*, Ord.Præd.libris decem Summam conflauit è Sāctis Patribus,quam *Florigerum Theologiæ* inſcripſit.

GVLIELMVS Curſolus Eques,ac Regius in Gallia Conſiliarius,ex Hiſpana in Gallicam linguam conuertit Partem primam & ſecundam Imaginis vitæ Chriſtanæ. Quæ Pariſijs apud Gulielmum Calderium an. 1574.prodierunt.

GVLIELMVS Damaſus.Vide in verbo,Gulielmus Lindanus.

GVLIELMVS Dandus,Ord.Seru.ſcripſit Quadrageſimale,& Sermones per annum.

GVLIELMVS de Viellauilla, Gallus, Ordinis Ciſtercienſis,ſcripſit carmine Gallico librum,Prænotatum, *Peregrinatio hominis*. (le Pellerinage de l' home)is liber prodijt Pariſijs apud Antonium Verardum an.1511.Quin & inſcriptus eſt le Romain des trois Pelerinages, hoc eſt *Romanus Trium Peregrinationum*. Quarum prima eſt hominis dum agit in hac Vita.Secunda animæ à corpore ſeparatæ.Tertia denique Chriſti Saluatoris noſtri.Recuſus à Bartolomæo & Ioanne paruo.Ibidem.

GVLIELMVS Delamara Anglus, Ordinis Minorum, ſcripſit in Magiſtrum Sententiarum.

tiarum. Quodlibeta Sophiſtica, lib. 1. Correctorium S. Thomæ. Additiones ad D. Bonauenturam, lib. 1. Lecturas Scholaſticas. Vixit an. 1340.

GVLIELMVS Duranti Vaſco, Gallus, Epiſcopus Mimatenſis Henrici Hoſtienſis Car. quondam auditor, atque diſcipulus, quem vocant *Speculatorem*, ſcripſit ad Otobonũ Cardinalem tit. Sancti Adriani, poſtea Summum Pontificem Adrianum Quintum. Opus in tria volumina partitum, quod prænotauit.

Speculum iuris, lib. 3. *Reuerendo in Chriſto.*
Rationale Diuinorum officiorum, lib. 8. *Quæcumq; in Eccleſiaſt.*
Repertorium iuris, lib. 1. *Protoplaſti rubigine.*
Viuebat Nicolao III. Pont. Max. anno 1236.

Porrò fuiſſe Gulielmum hunc Auguſtiniani Ordinis monachum, teſtantur Auctor Addiditionis ad Speculum Hiſtoriale Vincentij Bellouacenſis, lib. 31. Onuphrius Panuinius in Chronico Eccleſiaſtico. Auctor ſupplementi Chronicorum Philippi Ord. Eremitarum S. Auguſtini, & alij.

At quod attinet ad Rationale Diuinorum officiorum, ſciendum ab eo communes tãtum, & viſitatores ritus deſcribi. ita verò abs ſe prænotatum fuiſſe, quòd ſicut in Rationali iudicij, quod Legalis Pontifex geſtabat in pectore, ſcripta erant hæc duo verba, *Manifeſtatio, & veritas*, ſic & hic rationes Varietatum in Diuinis Officijs, & earum veritas deſcribantur, & manifeſtentur. Illud quoque vt quatuor coloribus, vtrumque cõtextum erat, ſic quoque hoc per quatuor ſenſus literalem, Anagogicum, Moralem, Allegoricum. Cũ autem ſæpè fuiſſet hoc opus excuſum, prodijt denique Notis illuſtratum, vnà cum adiectione Rationalis Ioannis Belethi Lugduni 1565. & ann. 1568. Venetijs verò apud Gratioſum Percacinum, & Antuerpiæ anno Domini 1570. Denique Lugduni anno Domini 1605.

Eiuſdem autem Gulielmi Duranti Commentarius in Conciliũ Lugdunenſe ſub Gregorio X. celebratum Phani apud Iacobum Moſcardum an. 1569.

GVLIELMVS Egumonde (forſan Edmundus) Anglus, Auguſtiniani Ord. *ſcripſit* Replicationes Scholaſticas, lib. 1. Sermones ad plebem. Vixit anno 1390.

GVLIELMVS Eiſingrenius eo tempore in Germania, quo Sixtus Senenſis in Italia condens Bibliothecam Sanctam, laborauit in Opere, quod inſcripſit, *Catalogus teſtium Veritatis*, quo quidem Patrum, & Eccleſiaſticorum extantium, & non extantium, qui ad eam vſque diem hęreſum impuram vaniloquentiam (vt ille meritò vocat) expugnauerant, oſtendit; Vitam item, ac mortem plerumque notauit per temporum, vt Tritemius, nõ per Alphabeti ſeriem, quod fecit Sixtus. Qui Gulielmus plus mille commemorat Auctores, quàm Sixtus pro ratione ſui conſilij attulerat. Hic enim exegematicos duntaxat Diuinæ ſcripturæ ſuſceperat proponendos. Et quidem ipſe Gulielmus Germanos præſertim, inter quos & Gallos, & Belgas, atque Anglos, producit, quos vt Germanus & vir pius conquirere, ac (certè) plenius potuit, quàm Tritemius fecerat; cum & hic multos ante annos ante hunc Gulielmi laborem deceſſiſſet, cui plures, qui hac ætate ſcripſerunt, Eiſingrenius adtexuit. Sed cum plurimam ſcriptionis ſuę partem in eorum, de quibus agit, laudatione impendat, nos, quæ haud neceſſaria noſtro inſtituto putauimus, reſecantes, & reliqua, vbi opus eſſe iudicatum eſt, addentes, ex ipſius optimi viri labore, quæ nobis haud innotuerant, huic Apparatui noſtro inſeruimus. Interea verò ſciendum eſt Catalogum hunc teſtium veritatis ab Eiſingrenio collectum non eſſe illum, quem Romanus Index proſcripſit. Is enim & ab incerto Auctore, eadem inſcriptione, vt imperitis faceret fucũ, fuit euulgatus, & pleraque (pro hæreticorum more) mendaciſſima continet. Id quod in Academia Scopij, (ſic enim prænotatur peſtilens liber) in Quiſquilijs Centuriarum Magdeburgenſium, & in ſex millibus alijs eſt illis ſollemne.

GVLIELMVS Elphinſton Scotus Albonenſis Epiſcopus, ſcripſit Antiquitates Scotorum & Conciliorum Statuta, lib. 1. Vixit an. 1480. alijs autem 1340.

GVLIELMVS Eſtius Heſſelius Theologiæ in Academia Duacenſi Profeſſor ſcripſit Hiſtorias Martyrum Gorcomienſium maiori numero Fratrum Minorum, qui pro fide Catholica à perduellibus interfecti ſunt, anno 1572. Quibus pro coronide ſubiuncta eſt, eodem Auctore, appendix de martyrio Gulielmi Gaudoni, item Minoritæ, quod contigit, anno 1573. Habes & aliorum quorundam martyria, opportunis locis commemorata, nominatim Cornelij Muſij Delfij, Theol. & Poetæ Duaci apud Baltaſarem Bellerum, anno 1602.

GVLIELMVS Falcarius Toloſanus, Ord. Minorum, Socius S. Ludouici, Prouinciæ Aquitaniæ Miniſter, Arlotti in Generalatu ſucceſſor, vir ſanè doctus, qui librum Senten



Digitized by Google

tiarum D.Bonauenturæ in Epitomen redegit. Hic damnauit opera Ioannis Petri. Vixit anno 1290.

Gvlielmvs Farinerius Aquitanus, Gallus, Ord. Minorum, vigeſimus Generalis Miniſter Card. Sermones ſat multos ſcripſit. Vixit an. 1356.

Gvlielmvs Flete Auguſtinianus (quem *ab Anglia* cognominant) ſcripſit ad Fratres ſui Ordinis in Anglia in communi. Priuatim item ad eorum Prouincialé, ſeparatim quoque ad Doctores Prouinciæ. Prædictiones ad Anglos, lib. 1. Epiſtolas ad diuerſos, lib. 1. Habuiſſe autem donum Prophetiæ dicitur. Obijt in Italia, inter Sanctos (Sabellico teſte) relatus. Viuebat an. 1380.

Gvlielmvs Foluyle, Ord. Minorum, ſcripſit contra Cantabrigenſium Magiſtrorũ Statutum pro pueris imbuendis lib. 1. Obijt an. 1384.

Gvlielmvs Fontanus Anglus, Auguſtiniani Ordinis, ſcripſit in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales.

Gvlielmvs Forleon, Brito, Ordinis Min. in Gymnaſio Pariſienſi edidit in Scripturas Opuſcula; Magiſtrum verò Senten. eſt interpretatus. Quæſtionum variarum librũ emiſit. Illo Præceptore vſus olim vir doctiſſimus Stephanus Brulifer, eiuſdem Ordinis, in Cœnobio ſuorum Parienſi Theologiam docuit: poſtea Sentẽtiarum libros, quos Moguntiæ interpretari cœperat, Metis proſequutus eſt. De quo ſuo loco. Vixit autem ipſe Gulielmus Paulo II. Pont. Max. circa an. 1470. Trit.

Gvlielmvs Francus Romanus Neophytus, monachus Vallumbroſanus, ſcripſit patria lingua librum inſcriptum: *Solem linguæ Sanctæ* nimirum, Grammaticam Hebraicam, quæ prodijt Bergomi an. 1591. Viuebat noſtræ ætate.

Gvlielmvs Fulginas, Ord. Minorum D. Bonauenturæ Opera, teſte Volaterrano, in Compendium redegit.

Gvlielmvs Galion Anglus, Auguſtiniani Ord. in Nordouolgiæ Comitatu natus, & in Lirinenſi Cœnobio educatus, ſcripſit Conciones per annum, lib. 2. Lecturam Theologiæ lib. 1. Diſputationes varias, lib. 1. Nonnullaque alia. Linnę nonageſimum agens annum deceſſit, vbi apud ſui Ordinis fratres ſepultus fuit an. 1500. Ioſeph. Pamph. Alij verò ſcribunt eum obijſſe an. 1507.

Gvlielmvs Gallicus, Ord. Præd. ſcripſit librum, quem prænotauit: *Præparate*.

Gvlielmvs Gallus, Tyri Epiſcopus, Bellum ſacrum Palæſtinæ ſcripſit, ex quo partem ſuorum memorabilium Baptiſta Fulgoſus excerpſit.

Gvlielmvs Gallus, monachus S. Dionyſij Pariſienſis, ſcripſit Hiſtoriarum elapſi temporis, lib. 3. & Commentaria in quoſdam Bibliorum libros, vt refert Arnold. Vion, at in quoſnam libros ſacræ Scripturæ ſcripſerit, haud memorat.

Gvlielmvs Garronis, ſiue è *Varra*, ſiue *Guarronis* Anglus, Ord. Min. Ioan. Scoti pręceptor libros Senten. Lombardi expoſuit, & Quæſtiones ordinarias. Lecturaſque, quas vocant Scholaſticas; quin & Quęſtiones ordinarias in Ariſtotelem conſcripſit. Vixit (aut forſan obijt) an. 1304. alijs autem 1270.

Gvlielmvs Gatadegus Parmenſis, S.R.E. Vicecancellarius, Bibliothecarius Apoſtolicus, Vitas Romanorum Pontificum à D. Petro vſque ad Innoc. IIII. & ad annũ Chriſti 1243. quo vixit, deduxit. Eiſingr.

Gvlielmvs Gazæus Arienſis, Magdalam Comædiam ſacram edidit Duaci apud Io. Bogardum an. 1589.

Gvlielmvs Gemeticenſis Normannus monachus, ſcripſit Officiarium Eccleſiæ vnico libro. Chronicon Normannorum altero. Hiſtoriam de Regibus Anglorum alio Viuebat an. 1160.

Gvlielmvs à Gendt Næomagus exempla illuſtrium aliquot miraculorum, quæ in Sacroſancta Euchariſtia, & corpus Domini Hoſtia contigerunt, vno opere complexus, edidit Coloniæ an. 1584.

Gvlielmvs Germanus, vir ſanctus; monachus S. Emerani Ratiſponæ, & Abbas S. Aurelij Hirſaugienſis, Congreg. Cluniacenſis, & eiuſdem poſtea (vt vocat) Reformator, ſcripſit Conſtitutiones monachorum, lib. 2. De Muſica, & Tonis, lib. 1. De Horologio, lib. 1. De correctione Pſalterij, lib. 1. Ad S. Anſelmum Epiſt. 3. Epiſtolarum ad alios, lib. 1. Inſtitutiones Philoſophiæ, & Aſtronomiæ, lib. 3. qui olim Baſileæ prodierunt. Obijt an. Dom. 1091. die 4. Nonas Iulij.

Gvlielmvs Geynesburg Anglus Franciſcanus, & Vuigornienſis demum Epiſcopus, ſcripſit librum diſceptationum Scholaſticarum, & Sermones ad vtrumque ſtatum. Vixit an. 1310.



Digitized by Google

GVLIELMVS Gillingham monachus, collegit librum Scriptorum Ordinis ſui. De rebus autem Cantuarienſium alterum. Viuebat an.1390.

GVLIELMVS Gotyngam, Ord. Minorum, ad Petri Lombardi libros notationes addidit, ſcripſit item libros duodecim de concentu Euangeliſtarum, lib. 14. In D.Pauli Epiſtolas. Commentarios Euangeliorum, lib.4. Sermones in annua Euangelia, li. 2. Librũ prænotatum: *Vnum ex quatuor*. Diſtinctiones Theologicas, lib.1. Quæſtionum ordinariarum, librum. Pro lege Chriſtianorum, lib. De obedientia, lib. Lecturas ſcripturarum, li. Librum ſuarum replicationum. Obijt an.1336.

GVLIELMVS Gregorius, Scotus, & Theologus Pariſienſis, vixit anno 1527. & ſcripſit in quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi, & Quæſtiones Veſpertinas, libro vno. Alium autem in Pſalterium Dauidis. De duplici poteſtate, lib.2. De triplici animæ potentia, librum. De regno Chriſti æterno, librum. De triplici Principatu, librum. De ſcripturæ ſenſibus, & ſacra ſynaxi. Ad Vocabulare, ſeu Vocabularium Theologicum, librũ. Sermones ad populum habitos. Collectiones Sorbonicas, lib.1. De diſciplina Iuniorum, lib. Sermones in Euangelia, & Epiſtolas per anni circuitum libris duobus. Viuebat anno 1527.

GVLIELMVS Grenæ Anglus Carmelita, ſcripſit Hagiologum Carmelitarum, ſiue de Sanctis eius Ord. Viuebat an.1470.

GVLIELMVS Guarronis, ſiue de Vuarra, de quo ſupra, Ordin. Franciſcani, ſcripſit in Mag.Sent. Librum Quæſtionum Ordinariarum. Lecturas Scholaſticas. In Ariſtotelem pleraque. Viuebat an.1270.

GVLIELMVS Haffligemenſis monachus, Germanus, reliquit librum Sermonum; Viſiones Sanctimonialis. Vitam S.Lutgardis. Extat m.s. Affligemij, Vixit an.1260.

GVLIELMVS Hamerus Noueſianus, Ord.Præd. edidit erudita in Geneſim Commẽtaria, an.1564. Dilingæ apud Sebaldum Mayer. Incipiunt, *Mundus hic, quẽ alio nomine Cœlum.*

GVLIELMVS Hanabergus Carmelitani Ord. edidit Quæſtionum Ordinariarum librum. Determinationum celebrium alterum. Lecturas in Theologia, li.1. Sermones varios, alio. Obijt anno 1311.

GVLIELMVS Harſyk, Ord. Carmelitani, librum compoſuit Diſtinctionum Theologicarum. Viuebat an.1410.

GVLIELMVS Haukyus, ſcripſit notas ad Matthæi, & Marci Euangelia. Quæ item carmine redegit in Methodum. Librum quoque de Sacrilegio.

GVLIELMVS Herbert ſcripſit Quodlibeta: deinde in D.Ioannis Apocalypſim. Viuebat an.1333.

GVLIELMVS Heruye Sudouolgius, monachus, ſcripſit librum Quæſtionum Ordinariarum: Alterum Problematum diſputatorum. Alium Scholaſticæ lecturæ.

GVLIELMVS Hilacenſis, qui an.1469. vixit, plures fertur ſcripſiſſe Sermones in Orationem Dominicam.

GVLIELMVS Hirſaugienſis Abbas Monaſterij Diœceſeos Spirenſis, Ord.D.Benedicti, Germanus, cui B. Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus aliquas Epiſt. ſcripſit. Vide ſupra in verbo, Gulielmus Germanus. Atqui & compoſuit Conſtitutiones monachorum. De Muſica, & Tonis librum. De Horologio alterum. De correctione Pſalterij, aliũ. Ad S. Anſelmum Epiſcopum Cantuarienſem tres libros. Epiſtolarum ad diuerſos vnum. Philoſophicarum, & Aſtronomicarum Inſtitutionum tres libros, qui & excuſi fuerunt Baſileæ apud Henricum Petri. Viuebat 1090.

GVLIELMVS Hothun, Anglus, Ord.Præd. per Angliam miniſter Prouincialis ſcripſit in quatuor libros Sent. Petri Lombardi. De vnitate formarum, lib.1. Lecturas Scholaſticas. Viuebat an.1298.

GVLIELMVS Humerius Noueſianus Germanus, Ord.Præd. in cœnobio eiuſdem Ordinis Cramandenſi, quod ſitum eſt in Sueuia Theologus, ſcripſit Commentaria in Geneſim, quæ Dilingæ fuerunt excuſa apud Sebaldum Mayer an. 1564.

GVLIELMVS Huet Theologus, Ord.Min. compoſuit librum prænotatum: *Serpens antiquus*. De ſeptem peccatis mortalibus. Henr. Vvillot.

GVLIELMVS Houpellandus Boloniæ in Morinis ad Oceanum natus, S.Seuerini Pariſijs Archipresbyter, vbi plenus dierum deceſſit Carolo VIII. regnante, ſcripſit de immortalitate animæ.

GVLIELMVS Ionconus, ſiue de *Iongono* Auguſtiniani Ord. Toloſæ ſcripſit in totius anni Euangelia, li.2. Vnum autem Sermonum Quadrageſimalium. Alterum de Sanctis. Præterea quinquaginta Sermones varios. Viuebat an.1410.



Digitized by Google

GVLIELMVS Iordanus Anglus, Ord. Præd. ſcripſit aduerſus Vicleſi Poſitiones. Pro mendicitate contra Vtredum. Quæſtiones de Conceptione Beatiſs. Virg. tribus hæc omnia ſeparatis libris. At Antonius Senenſis Luſitanus addit eum ſcripſiſſe quoque in quatuor libros Sent. In Epiſt. ad Romanos. Tractatum de clara viſione Dei. Alterum de libera electione ante mortem. Determinationes plures. Sermones varios, & librum aduerſus quendam. Vixiſſe autem an. 1262.

GVLIELMVS Iuæus Anglus, reliquit lib. 12. in duodecim minores Prophetas. Librũ de Chriſti Domini Dominio. Sermonum ad Clerum, librum. Determinationum Theologicarum alterum. Viuebat an. 1464.

GVLIELMI de Iuuera, Arbor quidam Iuriſdictionem fertur extare, de quo, cum ad manus meas haud peruenerit, non habeo quid loquar.

GVLIELMVS Kayothus, ſiue de *Kayotho*, Ord. Præd. Sermonum librum reliquit. Summam Confeſſorum Ioannis Teutonici redegit in Compendium. Is autem ſui Ordinis Gallicam Prouinciam cum laude rexit.

GVLIELMVS Kyngheſam, Ord. Præd. Lecturam in Eccleſiaſticum reliquit, & librũ variorum Sermonum.

GVLIELMVS Lamarenſis idem puto qui ſuprà (vt alij ſcribunt) de Lamara, Anglus, Ord. Minorum, ſcripſit in Sententias lib. 4. Correctorium Operum S. Thomæ. Additiones in D. Bonauenturam, lib. 1. Lecturas (vt vocant) Scholaſticas. Viuebat an. 1208. Tritemio teſte: ſed alijs 1340. Rurſus alijs 1208. mendum opinor in numeris.

GVLIELMVS Lanthonienſis, genere Britannus, monachus, Vitam B. Roberti Betunenſis ſcripſit. Viuebat an. 1230.

GVLIELMVS Lemſter Herfordienſis, Ord. Minorum, ſiue, vt ſcribunt alij *Mendicantium*, concinnauit Collationes librorum quatuor Sent. ſcripſit item librum Quæſtionũ.

GVLIELMVS Leyceſtre, Theologus, ſcripſit Homilias 287. per annum, lib. 1.

Speculum pœnitentiæ, lib. 1.
Speculum pœnitentis, lib. 1.
De Sacramentis Eccleſiæ, lib. 1.
Flores ſapientiæ, lib. 1.
Summam breuem, lib. 1.
Numerale quoddam, lib. 1.
Summam numerorum, lib. 12.
Diſtinctiones Theologiæ, lib. 1.
Similitudinarium, lib. 1.
De tropis Scripturarum, lib. 1.
De Aduentu Domini, lib. 1.
Expoſitiones Euangeliorum, lib. 1.
Carmen Alphabeticum gloſſarum, lib. 1.
Expoſitiones Epiſtolarum, lib. 1.
Super agnitione peccati, lib. 1.
De bonitate mulierum, lib. 1.
Ad quaſdam moniales, lib. 1.
Concordantias Bibliorum, lib. 1.
Viuebat anno 1210.

GVLIELMVS Linconienſis, Ordinis Carmelitani, ſcripſit viginti quinque Quæſtiones in Magiſtrum Sententiarum, libro vno. Oppoſitiones Scholaſticas altero. Viuebat anno. 1360.

GVLIELMVS Lindanus Dordracenus, qui poſtea Epiſcopus Ruræmondenſis Eccleſiæ, ſe Gulielmum Damaſi Lindanum nominauit, plura vir doctus, & hæreſum expugnator edidit: Quorum hæ ſunt inſcriptiones.

De optimo genere interpretandi Scripturas, an. 1555.

Panoplia Euangelica, ſiue de verbo Euangelico, lib. 5. contra omnes huius ſæculi hæreſes, cui anno 1577. acceſſerunt tres libri Stromatum contra Martinum Chemnitium, anno 1558.

Dubitantius Dialogus de origine ſectarum huius infœliciſſimi ſæculi, & earum fructibus Antichriſti præcurſoris, 1562.

Rueuuardus, ſiue de animi tranquillitate Dialogus, quo ſectarum omnium hæretici ex ſuiſmet principijs ad Catholicam reuocantur Eccleſiam, an. 1563.

De vera Chriſti apud Romanos Eccleſia contra Vvittenbergenſes Theologos eam Vvittenbergæ in Saxonia fallaciter collocantes, an. 1565.

Apologeticum, lib. 3. ad Germanos, pro Concordia cum Catholica Chriſti Eccleſia contra nouam Proteſtantium confeſſionem Auguſtanam ex Lutherana Caluinizantem A. Maximiliano II. dedicatum an. 1566.

Paraphraſes in Pſal. 118. cum annot. pro vulgata Pſalmorum verſione contra Iudaizãtes noſtræ iſtius ætatis interpretes, an. 1568.

De Euchariſtia aduerſus Campanum Neſtorizantem, anno 1567.

Tabulæ Anaſceuaſticæ atque analyticæ omnium hæreſeon huius ſæculi, quibus oſtẽduntur impias priſcorum hæreſiarcharum blaſphemias titulo Euangelij renouare, 1555.



Digitized by Google

De Sacrificio audiendo, ſiue, quonam modo ſit ſtudioſis Scholiæ Dilinganæ quotidie audienda Miſſa, an. 1558.

Confutatio Confeſſionis Antuerpienſis Belgicè ex mandato illuſtriſſimæ Duciſſæ Parmenſis Gubernatricis, an. 1566.

Apologia eiuſdem contra Illyricum Belgicè, an. 1566.

De ſapientia cœleſti ad Sophiam Lindanam ſanctimonialē Chriſti Ieſu ſpōſam, 1567.

Pſalterium vetus à mendis ſexcentis repurgatum, & de Græco atque Hebraico fontibus illuſtratum, an. 1567.

Speculum Sacerdotale, ſiue meditationes quotidianæ, quibus ſeſe Sacerdotes quotidiano præparent Sacrificio, an. 1575.

Oratio Sydonica de officio Paſtorum, cui addita eſt breuis ratio, qua populus ſua diſcat peccata agnoſcere. Ideoque per Quadrageſimam & Aduentum de ſuggeſto poſt Concionem legenda, an. 1570.

Paraphraſes in Pſalmos 30. ad Regem Philippum, an. 1573.

Paraphraſes in Pſalmos ad Laudes, an. 1573.

Exhortatio ad Hollandos vt redeant ad Catholicam Chriſti Eccleſiam, cuius præfatio demonſtrat D. Thomam fuiſſe Germanorum Apoſtolum, Coloniæ an. 1576.

De Apoſtolico virginitatis voto atque Cælibatu Sacerdōtum, lib. 5. pro Concil. Tridentino contra Chemnitium. Coloniæ an. 1577.

De fugiendis huius ſeculi idolis. Coloniæ an. 1578.

De Aquilone Myſtico Epiſtola qua illud: *Ab aquilone pandetur omne malum*, demonſtratur non pertinere ad Saxoniam, vnde omne malum Eccleſiæ aperiatur, & qer Lutherum oſtendatur: ſed ad calamitates Eccleſiæ illinc orituras, an. 1576.

Orationum Theologicarum Reuerendi Domini Ruardi Tapperi Decani Louanienſis Tomus primus cum præfatione Vvilhelmi Lindani ad Rodulphum II. Rom. Imperatorem, anno 1577.

Secundus Tomus orationum eiuſdem cum præfatione Lindani, an. 1578.

Catechiſmus Lindani Belgicè, an. 1573.

De vnitate Eccleſiæ Belgicè ad Vverenſes, an. 1580.

De modo veræ confeſſionis Belgicè, an. 1568.

Catechiſmus iuuentuti Ruræmondenſi ſcriptus iuxta Concilij Tridentini doctrinā. Coloniæ, an. 1583.

Concordia diſcors Proteſtātium, ſiue Confeſſionis Auguſtanæ adulteratæ confutatio, anno 1580.

De gheſtelycke doolhof, an. 1583.

De vvegh vvijſer tot den vvarachtigen Chriſtum Ieſum.

Vegen des vleeſcheters op vmbehoorlijcke tijem.

Vegen de vviluianden dat ſy het Euangeliſche Teſtament Chriſti heſpotten.

Dogmaticæ Conciones Brædæ habitæ, quibus doctrina de Eccleſiæ origine, vnitate, certitudine ex prophetis & Apocalypſi; Item de Sacramentis, ceteriſque nunc cōtrouerſis Belgicè explicantur, quæ numero ſunt 23. an. 1581.

Conciones per Quadrageſimam & Aduentum.

Conciones in feſtis S. habitæ. Conciones Catechiſticæ aliquot.

Pſalmi Dauidis vulgata editione, argumentis Scholijſque illuſtrati Coloniæ apud Cholinum, anno 1607.

***Nondum in lucem editi anno 1584. Sed qui cruce inſigniuntur, prælo ſunt parati.***

† Theophilus, ſiue, de Officio Pij Viri contra Caſſandrum.

Contra ſexcentos errores falſo Eccleſiæ Romanæ à Tilmanno Heshuſio miniſtro Saborenſi Lutherano affictos.

† Pro Decreto Concilij Tridentini de Purgatorio contra quartum Tomum Martini Chemnitij examinis in Concilium Tridentinum.

† Epiſtola Apologetica pro Concilio Tridentino ad Iulium Ducem Brunſuuycenſem, qua reſpōdetur præfationibus Chemnitij in ſuos examinis tertium, & quartum Tomos, atque illius artes Sophiſticæ, atque mēdacia & Satanicę in Catholicos, denique manifeſtæ in S. Scripturæ ſententias ac teſtimonia Sanctorum patrum deprauationes, atque ſacrilega Duci Iulio deteguntur adulteria, vt ad Catholicam redeat Eccleſiam.



Digitized by Google

Antirabbinus, ſiue defenſio vulgatæ verſionis Bibliorum.

† Exhortatio ſecunda ad Hollandos de Gog & Magog in Belgium aduentantibus, cum dedicatoria ad Vvilhelmum Naſſouium Principem Aurangiæ, qua ad priſtinam ſuã, exemplo ſui Vvilhelmi Lymæi à Marca, reuocatur fidem Catholicam.

† Lachrymæ germanæ ad S.D.N. Gregorium XIII. quibus & ſua illi exponit mala, potiſſimum à clericis non Canonicè viuentibus inflicta, & certæ aperiuntur ex S.S. Canonibus rationes, quibus ipſa & ad fidei Catholicæ vnitatem & Canonicam Reformationem certò reuocetur.

Glaphyra Lindani in Epiſtolas Apocalypticas D. Ioannis Apoſtoli ad Epiſcopos Catholicos, vbi veri Epiſcopi adumbratur typus, nuper Louanij edita.

Contra ingratos in Sacramenta Chriſti, ſiue de vero gratiæ Euangelicæ vſu & ſalutari efficacia, contra omnes huius ſeculi Euangelicos atque hæreticos, qui Cœleſtem Chriſti gratiam nobis ſacrilegè obſcurant, extenuant, adeoque paricidialiter euacuant, & in luxuriam, more ſuorum auorum hæreſiarcharum, conuertunt.

† Conciones dogmaticæ; quibus populariter dogmata nunc controuerſa pro feſtis occurrentibus ſolidè confirmantur, ac dilucidè explicantur Belgicè.

De inſtauranda per Belgium Religione Catholica & Republica. Lib. vj.

Epitomè perſecutionis Belgicæ, cum vitis Martyrũ, & diuinis miraculis huius ætatis.

† Cur neceſſaria S.S. Bibliorum caſtigatio, ad S.D.N. Greg. XIII.

Pſalterij caſtigatio ad S.D.N. Gregor. XIII. quæ ſpecimen exhibet quo nam modo ad exemplum D. Damaſi nunc poſſit vulgata Pſalmorum verſio plurimis locis emendari, & melius de Græcis verti.

† Epiſtolarum li. 3. Politicarum, Theologicarum, & Miſcellanearum, & quartus Hebraicarum Quæſtionum, qui habet Apologiam 72. Interpretum.

† Romanum Pontificem verè ac meritò appellari vniuerſalem Epiſcopum Eccleſiæ Chriſti, an. 1578.

De victoria Chriſti contra Iudæos & Iudaizantes Bibliorum interpretes, vbi ordine alphabetico plurima oſtenduntur S.S. Bibliorum loca à Iudæis modo deprauata, & aliter lecta, quam olim vetus legit Synagoga, 70. & doctiſs. D. Hieron. Aquila, Symmachus, & Theodotion, adeoq; ſuuſmet Paraphraſtes Chaldæus, qui Eccleſiaſticæ verſioni non raro contra illos ſuffragatur.

† Paraphraſis in Pſal. Exurgat Deus an. 1583.

† Paraphraſis in Cantica Cãticorum cum annotationibus variarum lectionum & triũ linguarum, an. 1583.

† Miſſa Apoſtolica luculẽta & ſolida myſticorum rituum & Apoſtolicarum ceremoniarum explicatione illuſtrata.

† Euſebius, ſiue, de fugienda impœnitentia & de ingredienda ſerio anguſta vitæ Euãgelicæ via, ad Clericos Eccleſiæ Catholicæ, cui acceſſit in ſeptem Pſalmos pœnitentiales paraphraſis ad concipiendum verè compunctionis ſpiritum concinnata, an. 1580.

Chriſtomachia Caluiniſtica qua nunc Satanas Chriſtianos conatur ſemiturcas facere, anno 1583.

Decuriæ locorum ab hæreticis noſtri ſæculi in patribus aut edendis, aut peruertẽdis deprauatorum.

† Epiſtola ad N. Caluinizantem, vt ad Catholicam redeat Eccleſiam, in qua impietas doctrinæ Caluini paucis demonſtratur, & ſcelerata eius vita, ob quam pridem candentibus Lilijs more Gallico ſtigmatizatus epulo, graphicè depingitur.

Synopſis de veris Concil. generalium actis ipſorumq; gnijſijs & germanis canonibus.

Tabulæ naufragij Nicæni, vbi aurea S.S. Canonum & Actorum Nicænorum ramenta ex varijs veterum P.P. ſcriptis repræſentantur.

Acta colloquiorum Religionis per Germaniam conciliandę cauſa habitorum, potiſſimum anno 30. Auguſtę, an. 40. Ratisbonæ, an. 57. Vormatiæ, vbi pleraque narrantur verius, quam aduerſarij ſuis ſcriptis poſteritati conantur perſuadere.

Dauidicus crucifixi Chriſti Typus, vbi Chriſtianus Lector videat quanto ſacrilegio, & Chriſti Ieſu odio diuina Prophetarum oracula & Iudæi, & noui S.S. Bibliorum interpretes Iudaizantes plerique omnes obſcurarint, eneruarint, adulterarint.

Admonitio Reuerendi Domini Iodoci Tiletani ad F. Nicolaum Ramos, Minoritam, qualificatorem, de contumelioſis iuxta ac inſulſis notis, quas ſibi & Vvilhelmo Lindano S. Theologiæ Doctoribus, & Regijs Inquiſitoribus, eximijſque vulgatæ Bibliorum verſionis propugnatoribus, temerè ac malignè inuſſit lib. 2. quos de aſſertione vulgatæ ver-

ſionis in orbem proiecit, illos falſo non ſolum temeritatis, audaciæ, atque inſaniæ accuſans, ſed impietatis, adeoque ſacrilegij an. 1579.

Obijt Gandaui poſtridie Kal. Noueb. an. 1588. cuius Iconem ad viuum ſculptā miſit ad me ex Belgio Aubertus Myræus V.C. Canonicus Antuerpienſis cū appreſſo hexaſticho.

*Dordracum Patria eſt, Grudia Patria altera Athena,*
*Illæ animi altrices, corporis illa mei.*
*Conſpicuum ſancta coluit Rurmunda tiara,*
*Eſt Ganda in cineres officioſa meos.*
*Non meliore loco naſci, potuiue renaſci;*
*Non meliore coli, non meliore meri.*

GVLIELMVS Lugdunenſis, Ord. Præd. qui & deinceps fertur fuiſſe eiuſdem Eccleſię Epiſcopus, ſcripſit in Sententias, lib. 4.
Summam virtutum, lib. 5. *Cum circa ſingula vtilia.*
Summam vitiorum, lib. 8. *Dicturi de ſingulis.*
Sermones ad populum, lib. 1.
De Fide, & legibus, ac de Fide Sacramētorū
Qui liber diu eſt cum Auguſtæ Vindelicorum in folio fuit excuſus. Viuebat an. 1276.

GVLIELMVS Lyſſiæ, Ord. Min. compoſuit poſtillam in Hieremiam, lib. 1.
In Threnos eiuſdem, lib. 1.
In Baruch, lib. 1.
In Oſeam, lib. 1.
In Ioelem, lib. 1.
In Hamos, lib. 1.
In Abdiam, lib. 1.
In Malachiam, lib. 1.
In Ionam, lib. 1.
In Micheam, lib. 1.
In Naum, lib. 1.
In Abacuch, lib. 1.
In Sophoniam, lib. 1.
In Aggæum, lib. 1.
In Zachariam, lib. 1.
Viuebat an. 1340.

GVLIELMVS Malmesburienſis monachus, Congreg. Cluniacenſis, Anglus, ſcripſit Hiſtoriarum libros vſque ad annum 1142. De Vita Sancti Patricij Epiſcopi, lib. 3. De Vita S. Dunſtani Epiſcopi, lib. 1. De Vita S. Indracti, lib. 1. De Vita S. Aldelmi Epiſcopi Sariſburiæ, lib. 1. Qui incipit, *B. Aldelmus Saxonica.* Addunt alij eum ſcripſiſſe libros quinq; de Vitis Pont. Antiquitates Gluſconiæ, lib. 1. De gente Vuydenorum altero. Obijt an. 1142.

GVLIELMVS Mandagoti, Archidiaconus Nemauſenſis, & qui deinceps Ebredunenſis Archiepiſcopus, & S.R.E. Cardinalis, vnus ex ijs, qui iuſſu Bonifacij VIII. Pont. Max. Sextum Decretalium codicem ediderunt, ſcripſit ad Berengarium Biterenſis Eccleſiæ Succentorem poſtea Epiſcopum, De electione Prælatorum, lib. 1. Incipit, *Quia dum electiones.* Hic verò Coloniæ excuſus eſt an. 1573. vnà cum additionibus Boetij. Expoſitionem eiuſdem, lib. 1. *Cum illius non ſim auctoritatis.*

GVLIELMVS Mansfelde, Ord. Præd. quem ſcribunt vixiſſe an. 1326.
Scripſit librum Ordinariarum Quæſtionum.
Defenſorium item Diui Thomæ Aquinatis.
Librum contra corruptorem eiuſdem Diui Thomæ.
Librum de Angelis.
Librum in nouum Teſtamentum.
Poſtillas Bibliorum.
Librum contra Henricum Gandauenſem.
Librum de comparatione ſtatuum.
Librum, ſiue Tractatum de decem Virginibus.
Librum Quæſtionum de Anima.

GVLIELMVS de Mara, Ord. Min. citatur in Summa Angelica inter Theologos, & Sūmiſtas. Scripſit Summam Iuris valde celebrem. Epiſtolas item & Orationes excuſas Pariſijs à Franciſco Regnault an. 1314. Fortaſſis autē hic ipſe eſt, qui ſupra Lamarenſis dicitur.

GVLIELMVS de Mara Neuſtrius, & Canonicus maioris Eccleſiæ Conſtantienſis, ſcripſit Opuſculum de Sacroſacta Euchariſtia. Conflictum in chimæram de tribus vitijs fugiendis, ventre, pluma, & Venere, Pariſijs excuſum apud Colinæum, & apud Aſcenſium cum expoſitione Io. Vatelli. Reliqua vt Paraphraſim eiuſdem in Muſæum, de Herone, ac Leandro, de amoribus. Item libros de laudibus, & de probris, Næniaſq; & Epitaphia ipſius, licet morale ſapiant, omittimus. Verum quibus ij eſſent in optatis, ijdem ſciant Paraphraſim in Muſæum, Coloniæ apud Soterem an. 1526. carmine heroico cum Græcis è regione, & Pariſijs apud Vuechelum prodijſſe.

GVLIELMVS Maſſet, Anglus, Ord. Præd. compoſuit Quæſtiones ordinarias, & ſcripſit aduerſus Henricum Gandauenſem, lib. 1. Ac contra Corruptorium Corruptorij, lib. 1. Quæſtiones de Angelis, li. 1. Poſtillas Bibliorum, lib. 1. De decem virginibus, lib. 1. Vixit ann. 1320. Sanè verò crediderim hunc eſſe eundem ipſum, qui paullo antea dictus eſt Gulielmus Mansfelde, vt *Mansfelde* indicet Patriam, *Maſſet* autem cognomen. Eadē quoque ſcripſiſſe Gulielmum Meſſelech ſcribit Ant. Senēſis Luſitanus, ſed vereor, quin iſtorum aliqui laborauerint in æquiuoco.



Digitized by Google

GVLIELMVS de Melitona, alijs, *Melton*, Ord. Præd. Cancellarius Pariſienſis, alijs, *Eboracenſis*, quod magis crediderim, ſcripſit in duodecim Prophetas Poſtillam, quæ Placentiæ in Italia in Bibliotheca Prædicatorum, itemque in Epiſt. ad Hebræos, quæ adhuc Bononiæ in Bibliotheca Dominicana extat hoc initio *Narrabo nomen tuum*. Atqui & in Pentateuchum quinque libros. In Danielem, & Machabæos Commentaria, Sermones in Euangelia, librum de Cœleſti Muſica ſcripſiſſe fertur.

GVLIELMVS Mennens Antuerpianus ſcripſit, ſiue collegit libros tres, Quos inſcripſit Aurei velleris, ſiue ſacræ Philoſophiæ Vatum ſelectæ, ac vnicæ Myſteriorumque Dei, Naturæ, & Artis admirabilium. Antuerpiæ apud hæredes Ioan. Belleri, an. 1604.

GVLIELMVS Moguntinus Archiepiſcopus Saxoniæ Princeps, Othonis Magni Imp. ex Editha Auguſta Angliæ Regina filius, ad ſua vſque tempora quibus Otho Tertius Auguſtus Romanum Imperium regebat, Chronicon deduxit, in quo de Rhenenſium, & Moguntinorum Archiepiſcoporum rebus geſtis pleraque egit. Viuebat an. 954.

GVLIELMVS ex Abbate S. Theodorici Monachus Clareuallenſis, adhuc Abbas ſcripſit perutile Epiſtolam ad Fratres de monte Dei Ordinis Cartuſiani. Incœpit etiam ſcribere Vitam B. Bernardi, ſed primo libro ſcripto, mortuus eſt. Gandau. in Catal. anno 1140. Trit.

GVLIELMVS Monachus D. Dionyſij propè Pariſios, Ord. D. Benedicti ſcripſiſſe quidem libros tres hiſtoriarum, & Epiſtolas ad diuerſos, fertur, at neque cuius fuerint argumenti, nec quoto vixerit ille anno, nec vnde profectus, aſſeritur.

GVLIELMVS de Monte Laudino, monachus, & Abbas Pictauienſis, Congregationis Cluniacenſis, qui an. 1310. ſcripſit de Sacramentis, lib. 1. Declarationes varias, lib. 1. Summam de Caſibus, lib. 1. & alia, præſertim in iure.

GVLIELMVS Naaſon, ſiue *Naſo* in Angelica Summa citatur inter Canonici Iuris Scriptores.

GVLIELMVS Nannius monachus, Ord. D. Bened. ad D. Dionyſij, Chronica ſcripſit à Mundo creato vſque ad Domini an. 1301. Quæ quidem ſcitiſsimis characteribus ſcripta extabant in Eduardi Sexti Angliæ Regis Bibliotheca. Quin & idem Nannius Chronica Regum Galliæ latinè conſcripſit.

GVLIELMVS Northfelde, qui dicitur ſcripſiſſe de differentia Spiritus & animæ, neſcio qualis ſit, quandoue fuerit. Qui ſi antiquior fuit, nimirum antequam Lutherana, & Caluiniana labes Angliam infecit (Anglum enim eſſe opinor) videant Catholici Angli, quem hic locum habere poſsit.

GVLIELMVS Norton, Ord. Minorum tabulas in Lyranum ſcripſit, cui Operi nomen indidit, *Repertorium Lyræ*. Viuebat an. 1403.

GVLIELMVS Nothus, Rex Angliæ, ſcripſit de extremo die Iudicij, præter Agrarias leges, atque Epiſtolas ad diuerſos.

GVLIELMVS Ockam, Anglicus, Ord. Min. Ioannis Scoti auditor, acri quidem ingenio, at cuius in Romano Indice prohibita ſunt quę ſcripſit contra Ioan. XXII. Pontificem Maximum, ſiue Dialogos aduerſus eum: & Opus nonaginta dierum. Cæterum ſcripſit

| | |
|---|---|
| In libros quatuor Mag. Sent. librum. | De actibus Hierarchicis, lib. 1. |
| Quodlibetorum, alium. | De ſcientiarum ingreſſu, lib. 1. |
| De Fautoribus hæreticorum. | In libros Ariſtotelis, & in Logicam. |
| De Sacramento Altaris. | Quæſtiones Phyſicorum, lib. 8. |
| Volumen Magnum per modum Dialogi. | Quin & de paupertate Apoſtolorũ librum, |
| Compendium Theologiæ. | ac de Poteſtate Pontificum, & Impp. |

Qui liber an. 1495. Lugduni prodijt, ſicuti eius Quodlibeta an. 1491. Argentinæ.

GVLIELMVS Odo, ſiue de *Odone* Anglus, Ord. Præd. & in Anglia non ſemel adminiſtratione ſui ordinis functus, demũ Archiepiſcopus Dublinenſis in Hibernia, ſcripſit in quatuor libros Sententiarum. Librum de vnitate formarum. Librum de immediata viſione Diuinæ eſſentiæ. Obijt an. 1298. vt Leander inſinuat lib. 4. De viris illuſtribus, & Antonius Senenſis Luſitanus.

GVLIELMVS de Oona Ord. Min. Anglus, corrupto vocabulo *Guarro*, ſeu *Varo*, præſtanti fuit ingenio, adeò vt Doctoris *Fundati* nomine appellaretur, ſcripſit in quatuor lib. Sent. Quæſtiones ordinarias, lib. 1. In omnes item Ariſtotelis libros. Floruit Pariſijs an. 1270. Rodulpho I. Imp. eumque Ioannes Picus Mirandulanus in Heptaplo celebrat.

GVLIELMVS de Oppenbach, Germanus, Profeſſor Academiæ Pariſienſis, quatuor libros Sententiarum Petri Lombardi expoſuit, & Sermones, ac Quæſtiones Diſputatas reliquit. Viuebat an. 1298.

GVLIELMI Ord. Minorum poſtea Conſtantienſis Epiſcopi, Errorum, & Palinodiæ Breuiculum. Tom. 4. Bibl. SS. PP. edit. 2.

GVLIELMVS Paganherus, ſiue *Pagham*, ſcripſit in Magiſtrum Sententiarum. Placita item Theologica, & ordinarias Quæſtiones, atque Sermones ad populum habitos. Librum de perfectione intellectus. Alterum de notitia actuali. Alium de veritate formali: & alium de ente rationis. Viuebat an. 1280.

GVLIELMVS de Pagula, ſcripſit Summam Summarum, libris quinque. Oculum Sacerdotis dextrum, libro vno. Oculum Sacerdotis ſiniſtrum, libro altero. Speculum Religioſorum libro alio. Speculum Prælatorum, & librum ad Eduardum Tertium. Viuebat an. 1350.

GVLIELMVS Papicus, Ordinis Prædicatorum, Sermones edidit in Roſarium Beatiſsimæ Virginis.

GVLIELMVS Pariſienſis. Vide ſuprà in verbo, Gulielmus Aruernus.

GVLIELMVS Pariſienſis Ord. Præd. non ille qui Aruernus & Epiſcopus fuit Pariſienſis, Philippi quondam Francorum Regis confeſſarius fuit is, qui Repertorium confecit ad Decretum, & Decretales: Incipit, *Promptè volentibus.*

GVLIELMVS Paruus (Gallicè) *Petit*, Ord. Præd. Normannus, & Epiſcopus Trecenſis in Campania Galliæ, Ludouici huius nominis duodecimi Regis Confeſſarius, & Franciſci primi Theologus, Pariſijs ſcripſit De hominis reformatione, ac de eiuſdem excellentia, quo itẽ modo ſe gerere debeat, vt denique ad Regnum Cœleſte perueniat. Editus eſt liber Pariſijs an. 1540. apud AEgydium Corrozetum. Vixit an. 1520.

GVLIELMVS Paruus, alius à ſuperiore, monachus, ſcripſit Anglorum hiſtoriam lib. 5. De Regibus Anglorum, lib. 2. In Canticum Canticorum, libro vno, & Sermones. Addunt & ſcripſiſſe Commentarios, ſed tacent eorum argumentum. Viuebat an. 1200.

GVLIELMVS Paruus, alius à ſuperioribus, Nouoburgenſis, Anglus, ſcripſit in Diuinam ſcripturam: Sermones plurimos, & librum de Normannis Anglorum Regibus. Viuebat an. 1216.

GVLIELMVS Pepinus Ebroicenſis, quæ Ciuitas eſt in Normannia, ſcripſit Quadrageſimale, quod Venetijs apud Gratioſum Percacinum an. 1569. & an. 1575. prodijt emendatum.

Eiuſdem explicatio ſeptem Pſalmorum Pœnitentialium, quæ prodijt Venetijs an. 1573.

Eiuſdem Sermones Dominicales ex Epiſtolis, & Euangelijs totius anni cum Indice locuplete Venetijs apud Io. Antonium Bertanum an. 1588.

Dilucidationes in Euangelia Quadrageſimalia repurgatæ, ac Sacræ ſcripturæ, Patrumque notationibus auctæ, Pariſijs apud Gulielmum Bichonium, an. 1589.

Sermones de imitatione Sanctorum, pro diebus feſtis eorum Anniuerſarijs. Venetijs anno 1589.

Elucidatio in *Confiteor*. In qua quæcunque ad confeſsionem, ad peccata cordis, oris, operis, & omiſsionis, ad contritionem, & ad ſatisfactionem ſpectant, accuratè explicantur. ibidem eodem anno.

Roſarium aureum Beatiſsimæ Virginis. ibidem an. 1593. apud Io. Antonium Bertanum. Quin & Sermones eius Quadrageſimales Lugduni prodierunt apud Benedictum Bonum an. 1541. Veruntamen editio Veneta, de qua diximus, fuit emendatior apud Io. Antonium Ferrum an. 1572. **Hæc omnia iam excud. Coloniæ apud Ioan. Gymn.**

Porrò extat ipſius Pepini nomine Opuſculum inſcriptum, *Secretum Secretorum.*

De illo autem ita habet Sixtus Senenſis. *Gulielmus Pepinus, ſacræ Theologiæ profeſſor, religioſiq́; conuentus Ebroicenſis Prædicatorij Ordinis alumnus & incola, concionator facundus, & ardens, cui parem temporibus ſuis Gallica lingua non habuit, compoſuit in Geneſim, in Exodum, & in ſeptem Pſalmos pœnitentiæ iuxta quadruplicem Diuinæ Scripturæ ſenſum Scholaſticam Lecturam, rudi quidem, & inculto ſermone, ſed artificioſa induſtria concinnatam, declamatoribus Diuini verbi vtilem, in qua primum omnium, diuiſo quolibet libri capite in tres, vel quatuor, vel plures clauſulas, quamlibet earum nudè, & apertè iuxta hiſtoriam explicat, adiectis ſub finem eiuſdem hiſtoricæ explanationis multis non contemnendis quæſtiunculis, quibus expletis, eandem iterum clauſulam tribus, aut quatuor, vel interdum ſex, aut octo diuerſis moralibus expoſitionibus enarrat: & rurſum poſt has ad eiuſdem clauſulæ expoſitionem tres, aut quatuor allegoricas interpretationes ſubnectit, quas tandem in vnicam anagogicam explanationem concludit, omnia in Chriſtum, tanquam in rerum omnium finem, referens. Scripſit etiam in Epiſtolas, & Euangelia totius anni Scholaſticos Sermones penè innumeros. Obijt ſub Carolo V. Imp. an. 1527.*

GVLIELMVS Peralt, quem alij *Peraldum* ſcribunt, ſiue de *Petra alta* Gallus, Viennenſis in Delphinatu diœceſeos, vt habet Antonius Senenſis, Ord. Præd. quem & deinceps Epiſcopum fuiſſe Lugdunenſem ferunt, reliquit Sermones de Tempore, ac de Sanctis, qui Lugduni fuerunt editi an. 1576. Librum de proprietatibus rerum. Alterum de Regi-

mine

de Regimine Principum. Expoſitionem Regulæ D. Benedicti. Summam virtutum, & vitiorum à Iacobo de Varagine redactam in Compendium, quemadmodum teſtatur Raphaël Volaterranus: perutilem illam quidem, & commodam concionatoribus: quæ olim an. 1492. apud Paganinum de Paganinis excuſa Venetijs, ibidem quoque recuſa eſt an. 1557. Antuerpiæ autem an. 1571. Lugduni verò an. 1580. hac inſcriptione. Virtutum, vitiorumque exempla ex vtriuſque legis Promptuario excerpta, nunc ex duobus antiquiſſimis exemplaribus reformata.

Porrò qui huic Auctori Opus de eruditione Religioſorum aſcripſerunt, quod quidem cernitur in Dominicanorum Bibliothecis aliquibus, Monaſterij Gratiarum Mediolanenſis, & Bononienſis m.s. ſiue alibi, falſi ſunt ex ijs inſcriptionibus, cum certò conſtet id fuiſſe Humberti eiuſdem Ord. olim magiſtri Generalis, quod & nouiſsimè recuditur Vicentiæ. Obijt autem Peraltus an. 1255.

GVLIELMVS Petri Godiuus Baiocenſis, Gallus, Vaſco, Ordinis Prædicatorum, qui & poſtea Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, ſcripſit de Nuptijs Chriſti Domini, & Eccleſiæ.

GVLIELMVS Petroburgenſis monachus (cuiuſnam ordinis haud ſcribunt) ſcripſit Diſtinctiones Theologicas. Commentarios in Cantica. Homilias notabiles. Euphraſticam expoſitionem. Opus partium. Interpretationes vocabulorum, ſingulis libris. Vixit an. 1188.

GVLIELMVS Radynges, Ord. Carmelitani, ſcripſit librum Quæſtionum Ordinariarum, & alterum prænotatum, *Examinationes Templariorum.* Vixit an. 1312.

GVLIELMVS Rameſey, Anglus Benedictinus, ſcripſit vitam S. Guthlaci Eremitæ, & ſui Cœnobij geſta. Viuebat an. 1360.

GVLIELMVS Reginaldus Anglus, an. 1584. defendit Anglicè verſionem Anglicanam Noui Teſtamenti, & Annotationes illi adiunctas factas à Collegio Anglorum Duaceno (tunc Rhemis commorante) cum doctiſsima Præfatione, cauſas illud in Anglicanũ idioma vertendi, reddente iuſtiſsimas. Defendit item librum Gregorij Martini *De corruptelis hæreticorum* repertis in verſionibus eorum. Quam quidem verſionem Gulielmus VVitacherus Anglus hæreticus in Vniuerſitate Cantabrigienſi Profeſſor reprehenderat. Idem autem Gulielmus Reginaldus ſcripſit anno 1592. De venerabili Sacramento Euchariſtiæ contra Robertum Brucæum Scotum eiuſdem Sanctiſs. Sacramenti impugnatorem, Anglicè.

Poſtremum autem librum doctiſsimum Latinè, qui inſcribitur, *Caluino turciſmus,* an. Dom. 1593.

GVLIELMVS Rhieuallenſis Anglus, Ord. Ciſtercienſis, anno circiter 1160. ſcripſit Chronicon, Opus ſatis grande.

GVLIELMVS Rimſton monachus, ſcripſit Dialogum aduerſus VVicleffiſtas, libro vno. Concluſiones Catholicas libro altero, & librum ad Anachoretam. Viuebat an. 1390.

GVLIELMVS Risbroueke, Ord. Minor. ſcripſit de Geſtis Tartarorum, lib. 1. Item Itinerarium Orientis, vbi & de Terra Sancta, lib. 1. & alia. Henr. VVillot.

GVLIELMVS Rishanger monachus D. Benedicti, compoſuit Chronicon. Deinde Annales Eduardi primi Angliæ Regis. Quin & librum de bellis Leutes, & Euetham. Alterum de electione Regis Scotorum. Alium de iure Regis Anglorum ad Scotiam. Alium prænotatum, Continuationes Matthiæ Pariſij. Viuebat an. 1312.

GVLIELMVS Rodanus (alijs Rodoanus) Genuenſis è Vernatia, Tractatum de Spolijs Eccleſiaſticis edidit Romæ an. 1585. Sed & Venetijs edidit de rebus Eccleſiæ non alienandis, an. 1572.

GVLIELMVS Romanus Theologus Pariſienſis, Ord. Præd. ſcripſit in quatuor libros Magiſtri Sententiarum. Sermones item de Tempore, ac de Sanctis.

S. GVLIELMI Roſchildenſis in Dacia Abbatis, Vita, quæ aſſeruatur integra m.s. in Rubea Valle. Surius verò Tom. 2. die 6. Aprilis, eam in compendium redegit, phraſi plerunque mutata.

GVLIELMVS Rotthuel, Ord. Præd. ſcripſit in D. Pauli Epiſtolas ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes. In libros item Magiſtri Sententiarum. Poſtillam in lib. Iudicum, lib. vno. In Regum hiſtoriam, lib. quatuor. In Pſalterium Dauidis, libro vno. In Eccleſiaſt. libro vno. Quæſtiones Scholaſticas, libro vno. Conciones ſat multas. De principijs naturæ, libro vno. De intellectu, libro vno. Viuebat an. 1360.

GVLIELMVS Rouillius Lugdunenſis Typographus, edidit ſuo nomine Promptuarium



Digitized by Google

rium Iconium inſigniorum à ſeculo hominum, ſubiectis eorum Vitis per Compendium è probatis Auctoribus, duabus partibus: Altera à Mundi creatione vſque ad Chriſtum: Altera à Chriſto Domino vſque ad noſtra tempora. Eiuſdem deſcriptiones iuſtitiæ, & iniuſtitiæ. Vixit ad an. 1580.

GVLIELMVS de Rubeone, Theologus, Ord. Minorum, Prouinciæ Aragoniæ quondam miniſter, ſcripſit Diſputationem in quatuor libros Mag. Sententiarum, quæ prodijt Pariſijs Tomis duobus in folio apud Iodocum Aſcenſium an. 1518. Vixit an. 1333.

GVLIELMVS Rusbrouske, Ord. Minorum, ſcripſit Itinerarium Orientis, ac De Geſtis Tartarorum.

GVLIELMVS Safontius, ſiue *Safontiꝰ* Toloſanus, Ord. D. Auguſtini, ſcripſit in Mag. Sententiarum, libros quatuor. Ac de Trino & Vno alterum. De idiomatum autem differentia alium, & de rerum diuerſitate alium. Viuebat an. 1350.

GVLIELMVS de Samuço, quem alij Gallum, alij Syrum, ſeu Palæſtinum faciunt, & montis Carmeli Eremitam, Saracenorum violentia ex Vrbe Achonenſi fugatus, Cyprum appulit, ac denique ſcripſit Chronicon de amiſsione Monaſteriorum Terræ Sanctæ, ac de multiplicatione ſui Ordinis per Europam. Librum item in Regulam ſui Ordinis, & alium prænotatum *Decretales Religioſorum*, & libros quatuor in Magiſtrum Sententiarum. Vixit temporibus Rodulphi Imp. an. 1280.

GVLIELMVS Seneſcalcus Normannus Gallus, Theologus Pariſienſis Paræciæ S. Seuerini Parochus; ſcripſit Quadrageſimale editum Pariſijs apud Nicolaum Cheſneau an. 1559. regnante Carolo IV. Viuebat an. 1564.

GVLIELMVS de Sancta Fide, Ord. Carmelitani, ſcripſit de Conceptione Beatiſs. Virginis, libro vno. Initiationes Theologorum, libro altero. Theologicas determinationes, libro alio. Quodlibeta. Sermones per annum. Obijt an. 1372.

GVLIELMVS de Sanuiliaco Toloſanus Gallus, Ord. Carmelitarum, ſcripſit expoſitionem ſanctiſsimi Sacrificij Altaris, hoc eſt, Miſſæ, libro vno. Libros autem quatuor in Textum Sententiarum: Totidem de Quæſtionibus in Sentent. Sermones per annum. Decretales Religioſorum, lib. 1. In quatuor verò Decretales, librum alium. Obijt Pariſijs an. 1348.

GVLIELMVS Sengham, Auguſtiniani Ord. Sanctitate, & ſcientia præſtans, à Lanfranco Mediolanenſi in Angliam ex Italia miſſus, ibi docuit, ac Thoma Colbio Vaterfordenſi Epiſcopo referente, compoſuit De Fide, & legibus, lib. 1. De profeſsione Nouitiorum, lib. 1. Annotationum Scripturarum, lib. 1. De clauſtro animæ, lib. 1. De Remedijs tentationum, lib. 1. Opus autem de Fide, & Legibus, plerique alteri cuidam Gulielmo de Altapetra (nimirum Peralt, de quo diximus Lugdunenſi quondam Epiſcopo) tribuunt. Viuebat an. 1280.

GVLIELMVS Shirburne, Anglus (vt credo) Quodlibeta Theologica vir Theologus reliquit. Vixiſſe autem fertur an. 1390.

GVLIELMVS Shiruuode, Anglus, vt opinor, libris quatuor ſuam in Mag. Sentent. Lecturam, vt vocant, complexus, ſcripſit quoque Theologicas diſtinctiones, & Sermones aliquot. Obijt an. 1249.

GVLIELMVS Slade monachus Ciſtercienſis, in Mag. Sent. edidit libros quatuor Commentariorũ, prȩter illa, quȩ de Philoſophicis ſcripſit in Logica, & in Vniuerſalia, in Phyſica Ariſt. In eiuſdẽ Ethica. Quæſtiones de Anima. Moralium floſculos. Vixit. an. 1380.

GVLIELMVS de Solanga agri Patauini, Ord. Minorum, edidit Peregrinationem B. Odorici Hauonenſis. Henr. VVillot.

GVLIELMVS Speculator Breuiarium aureũ edidit ad omnes Textuum, atque Gloſſarum Iuris Canonici materias. Quo item complexus eſt quidquid in Apparatu Innocentij IV. Pont. Max. qui fuit Canonum peritiſsimus, continetur.

GVLIELMVS Stapylart Carmelitani Ord. reliquit in Eſaiam Lectionum ſuarum librum. Alterum in Canticum Moyſi. Librum in aliquot Pſalmos. Sermones ad Clerum Oxonienſem. Librum de paupertate. Quæſtiones ordinarias, lib. 1. Et quidem docuit Oxonij. Viuebat autem an. 1456.

GVLIELMVS Stephanides Cantuarienſis monachus, de Vita, Paſsione, Miraculis, Viſionibus poſt mortem D. Thomæ Cantuarienſis Archiepiſcopi tres libros confecit. Actus autem Henrici II. Regis vno libro eſt proſecutus. Viuebat an. 1100.

GVLIELMVS Straneſeldus Cantianus, Anglus, Carmelitani Ord. Lecturas, Conciones, & ſui Cœnobij hiſtoriam à ſe compoſitas reliquit. Viuebat an. 1390.

GVLIELMVS Stubes Anglus, & Rector Collegij Ieſu Cantabrigiæ an. 1490. cum non-

dum

dum veneno hæreſum Inſula illa fuiſſet infecta, declarationem Scoti ad ſecundum, & introductorium Logices ſcripſit.

GVLIELMVS Sudberij, monachus VVeſtmonaſterienſis, ſcripſit Summam de proprietatibus Sanctorum, libro vno.

GVLIELMVS Sudre Lemouicenſis, Gallus, Ord. Prædicatorum, Cardinalis. De myſterijs S. Crucis doctè ſcripſit, Epiſtolas quoque plures in cauſis fidei ad diuerſos. Vixit an. 1366.

GVLIELMVS Surflet Anglus, Ord. Carmelitani, ſcripſit plures Conciones, lib. 1. Ac altero, De vitijs atque virtutibus. Obijt ad Templum D. Botulphi an. 1466.

GVLIELMVS Suthampton, Ord. Præd. ſcripſit in Mag. Sententiarum, lib. quatuor. Poſtillam in Iſaiam, libro vno. Librum item in Moralia D. Gregorij Magni. Quæſtionum Theologicarum alterum. Sermones de Tempore, ac de Sanctis. Vixit an. Dom. 1340.

GVLIELMVS Taliſforde, aliàs Caliſfordienſis, Anglus, & Carmelitani Ord. Theologus, & Doctor Academiæ Cantabrigienſis, ſcripſit Sermones de Tempore, lib. vno, De Sanctis, altero. Varias item (vt vocant) Lecturas Scripturarum, quas in eadem Academia eſt interpretatus. Trit. in vtroque Opere.

GVLIELMVS Thorney, Anglus, Benedictinus, an. 1334. ſcripſit quorundam Sanctorum Vitas.

GVLIELMVS Tornacenſis, Ordinis Prædicatorum, in Epiſtolas D. Pauli ſcripſit. Viuebat an. 1292.

GVLIELMVS Tripolitanus, incola Acconenſis Cœnobij in Terra Sancta, Ord. Præd. ſcripſit ad Theobaldum Placentinum, poſtea Gregorium X. Pont. Max. De ſtatu Saracenorum, librum. Viuebat an. 1270.

GVLIELMVS Tyrius, Archiepiſcopus Metropolitanus, ſcripſit Belli ſacri Hiſtorias libris 23. quibus comprehendit ea, quæ in Terra Sancta, ac vniuerſa penè Syria per Occidentales Principes Chriſtianos, ad Balduini vſque quarti Regnum per annos 84. geſta ſunt. Extant item eius Epiſtolæ plures ad Bernardum Antiochenum.

GVLIELMVS Varro, Anglicus, Ioannis Scoti Præceptor. Vide ſuprà in verbo, Gulielmus Garronis.

GVLIELMVS VVellius, aliàs *Fontanus*, Anglus, inter Auguſtinianos in Limnenſi Cœnobio clarus, ſcripſit

Diſtinctiones in Pſalterium, lib. 1. Incipit. *Per abyſſum ſcriptura deſignat.*
Actus Curſorios, lib. 1.
Poſtillas Euangeliorum, lib. 1.
Diſputationes Theologicas, lib. 1.
Declamationes vulgares, lib. 1.

Vixit Limnæ, vbi 9. Kalend. Aprilis an. 1421. mortuus eſt, & ſepultus.

GVLIELMVS Veldius, ſiue de Velde, patria Geldrenſis, quemadmodum habet Tritemius de Germaniæ Scriptoribus, Canonicus Ordinis Regularium S. Auguſtini in Francken, ſcripſit, Statuta ſororum ordinis ſui, libro vno. Opus de Vniuerſo, id eſt, de Mundi Principio, Medio, & Fine, quod prænotauit *Empyreale maius*, lib. 14. Compendium huius Operis *Empyreale minus*, lib. 7. Sermones ad Populum. Tabulas diuerſorum argumentorum, quas idem Tritemius vtiles, ac ſubtiles vocat. Quædam haud contemnenda de Mathematicis. Epiſtolas plures. Epigrammata, & alia Carmina. Vixit an. 1495.

GVLIELMVS VVetley, ſcripſit Commentarios in Boëtium, lib. 5. De diſciplina Scholarium, librum. Super diuiſiones eiuſdem, alium. Epiſtolarum ad diuerſos, alium.

GVLIELMVS VVodeforde, Anglus, & Ord. Minor. ſcripſit contra VViclefi Trialogum, lib. 1.

Contra octodecim articulos eiuſdem, lib. 1.
Aduerſus Gualterum Britte.
Determinationes Oxonienſes.
De Conformatione noſtra ad Chriſtum.
Quæſtionum 72. de Euchariſtia, lib. 1.
De VViclefo damnando, lib. 1.
Pro conſeruandis Cleri poſſeſsionibus, &c. Vixit an. 1396.

Libellus autem contra octodecim Articulos VViclefi, prodijt Coloniæ, anno 1535. cum AEnea Syluio, de Baſileenſi Concilio.

GVLIELMVS Vorilonius Gallus, Ord. Minorum, ſcripſit in Magiſtrum Sent. lib. 4. qui Pariſijs fuerunt excuſi; & Repertorium propoſitionum quæ ſunt extra Scotum, quod inſcripſit, *Vade mecum.*

GVLIELMVS quidam (quem ex Opere coæuum D. Anſelmo fuiſſe conſtat) reliquit libros quinque. De vita Beatiſs. Deiparæ Virginis Mariæ. Quod opus eſſe egregium Martinus Delrius noſter acris iudicij vir, mihi ſcripſit: extare tamen in eo quædam

apocry-

Digitized by Google

apocrypha. De partu,& obſtetricibus, quæ ad rem non attinent: eſt apud noſtros Græcij in Stiria, inuentum quidem in Monaſterio vetuſtiſsimo, atque olim ampliſsimo Syluæ maioris in Tractu Burdigalenſi, à quo eidem Delrio fuit conceſſum.

GVLPHILAS Gothorum, Epiſcopus, repertis Gothicis literis vetus Teſtamentum in propriam linguam tranſtulit.

GVNDISALVI de la la Cerda, Ordinis Militiæ (quam dicunt) de Alcantara, Philippi II. Hiſpaniarum Regis Catholici à ſacris, Commentarium edidit in Epiſtolam D. Pauli Apoſtoli ad Romanos. Vlyſsipone an.1583. & 1591.

GVNDISALVVS de Villadiego, de hæreticis, & eorũ pœnis. Item de origine, dignitate, ac poteſtate Cardinalium S. R. E. eiuſque Vicecancellarij.

GVNTHERVS Belga, dictus *Ligurinus*, monachus Elnonenſis S. Amandi, Congregationis Cluniacenſis, vixit Friderico AEnobarbo, ſiue (vt vocant) *Barbaroſſa* Imp. anno Dom.1060.

Scripſit carmine, Paſsionem ſancti Ciriaci, libro vno, quæ extat cum nonnullis eiuſdem Epiſtolis.

De Oratione, Ieiunio, & Eleemoſyna, libros tredecim, qui Baſileæ prodierunt, anno 1504. vel 1507. apud Michaëlem Furterum.

De rebus geſtis Friderici Barbaroſſæ Imperatoris, quod Opus prænotatur *Ligurinus*, libris decem.

De rebus Germanicis, libro vno, quem aiunt nondum fuiſſe prælis ſubiectum.

GVNTHERI Monachi Cœnobij Pariſienſis in Diœceſi Baſileenſi hiſtoria de capt. Conſtantinopoli à Balduino Flandro, & alijs Latinis, deque peregrinatione Martini Abbatis Pariſienſis in Palæſtinam. Extant m. s. in Biblioth. celebri Monaſterij S. Galli in Heluetia.

GVNVZO Vangionum Epiſcopus, Germanus, & vir ſanctus, Decreta ſui Concilij ſcripſit. Eiſingr. Vixit an.856.

GVTIERVS Trenis, Placentiæ, quæ in Hiſpania, natus, Ord. Minorum, ſcripſit Commentaria in quatuor Euangelia an.1550.

## H A

HABAKVCK. Vide in verbo, Abacuch.

HACCADOS Iudæus Rabbi. Vide infra in verbo, Hakkados.

HADRIANVS Hadriani F. Antuerpiæ in Belgio natus, in Societatem Ieſu aſcitus, eiuſque Collegij primus apud Louanium inſtitutor, conſilijs, & exemplo præſtitit, omnium ex æquo Pater, moritur Louanij feſto die S. Lucæ an. 1581. totius Academiæ humeris elatus. Reliquit ingenij ſui monimenta vulgari ſuo, hoc eſt Germanico idiomate aliquot Opuſcula, quorum tituli Latina lingua hi ſunt.

Commentarius in Orationem Dominicam.
De monte Spirituali.
De vita actiua.
Deque vſu rerum temporalium.
De inſpirationibus Diuinis.
De operibus miſericordiæ.
De Confeſsione.
De origine Monaſtices.
De obedientia.
De paupertate.

At duo libri, alter de Paupertate, alter de Inſpirationibus Diuinis Latinè prodierunt opera G. Bruneſij Canonici. Et quidem hic de Inſpirationibus Diuinis ex Officina Birkmannica. Coloniæ Agrippinæ an.1601. Cuius libri cenſuram cum Cunerus Petri Epiſcopus Leuuardienſis tuliſſet, his verbis eſt vſus. *Opus verè pium, Sanctum, & eruditum, ac proinde digniſsimum, quod impreſſum ab omnibus legatur.*

HADRIANI Iſagoge Sacrarum literarum è codice Bauaricæ Bibl. m.s. prodijt Auguſtæ Vindelicorum Græcè an.1602. Vide item in verbo, Adrianus.

HADRIANVS Amaltea Neapolitanus, & Monachus Cœnobij S. Seuerini, quod eſt Neapoli, I. V. D. Rotam, ſiue Calculum Aſtronomicum perpetuum iuxta Gregorianam correctionem edidit Brixiæ apud Sabium an.1593. Et verò De Conſcientiæ (vt vocant) caſibus, ac de alijs rebus Eccleſiaſticis ſcripſerat, quæ inchoata reliquit. Obijt an.1592. in Cœnobio SS. Fauſtini, & Iouitæ, Brixiæ ſepultus. Arnold. VVion.

HADRIANVS Cardinalis libros quatuor ſcripſit de vera Philoſophia eruditè, ac piè pleraque ex Auguſtino, Hieronymo, Gregorio, decerpens appoſitè: Quæ, vt mentibus obiecta, haſce facilius ad ſe alliciant, ſeriem rerum de quibus agit, expediet ex ipſarum elencho operi præfixo, prælegere, vbi de Fide, de Ratione humana, de Virtute, de ijs,

quæ

quæ infra, quæ iuxta, quæ ſupra rationem ſunt, deque Diuina Scriptura, & reuelatione, perutilia tribus libris primis edifferit. At quoniam Quartus ea continet, quæ ſunt vniuerſaliora, ideo eiuſdem capita operæpretium eſt hic inſerere. Ea verò ſunt.

Quòd dialectica pariat contentionem, & quid de ea quatuor Doctores ſenſerint.
De Rhetorica.
De Geometria, Aſtrologia, Arithmetica, & Muſica.
De Grammatica.
De ſeptem artibus liberalibus vniuersè.
De Poëtis.
De Philoſophis.
Philoſophos eſſe damnatos.
Platonem, Ariſtotelem, & alios Philoſophos eſſe in Inferno cum Diabolo.
Quare Philoſophi, & alij infideles ſint damnati.
Nec Philoſophos, nec alios vllos poſt Adã potuiſſe ſaluari ſine fide Chriſti.
Pelagianorum eſſe errorem diſtribuere tempora ſalutis, ante legem, per legem, per Chriſtum, cum ſit vnus mediator Dei & hominum Chriſtus Dominus.
In Philoſophis non fuiſſe veram Sapientiam.
Vtilem eſſe ſcientiam gentilium, dummodò in vſum Chriſtianum conuertatur.
Scientiam ſecularium literarum ab eiſdem Doctoribus alijs in locis parui fieri.
Philoſophos, & omnes infideles fatuos eſſe.
Philoſophos Patriarchos fuiſſe hæreticorũ.
Exhortatio ad Sacram ſcripturam.
Quid ſit verus Philoſophus, quid ſapientia, quid ſcientia.
Non omnes philoſophos, ſed philoſophos huius mundi euitandos eſſe.
De vera philoſophia.
Quomodo anima noſtra beata efficiatur.
De laudibus Sacræ ſcripturæ.

HADRIANVS Finus Ferrarienſis librum edidit, quem inſcripſit *Flagellum in Iudæos ex ſacris ſcripturis excerptum*, Venetijs an. 1569. verè vtilem librum, & quidem etiam concionatoribus commodum.

HADRIANVS cognomento *Florentius*, natione autem Traiectenſis in Belgio, Caroli V. Imper. Præceptor, qui poſtea fuit Pont. Max. & dictus *Hadrianus Sextus*, ſcripſit diſputationes, ac diſcuſsiones Quarti libri Sententiarum, vbi de Sacramentis agitur accuratè. Excuſæ ſunt primum Romæ, deinde Lugduni apud Iacobum Iuntam an. 1546. Præter alias verò inſignes eius epiſtolas extant eæ, quas ſcripſit ad Senatum Ciuitatis Bambergenſis, atque ad ſingulos quoſque Principes, & Eccleſiaſticos Laicos eiuſdem argumenti, ſed præſertim ad Ducem Saxoniæ Fredericum, in cuius ditione viuebat Germanici incendij fax Lutherus. Et aliam ad Marcum Marulum virum optimum, atque doctiſsimum plenam honoris, & erga illum beneuolentiæ. Romæ quoque impreſſam. Annal.1522

HADRIANVS Gemellus è Latina in Gallicam linguam conuertit Opuſcula S. Auguſtini. De vita item S. Monicæ ſcripſit. Vide in verbo, Adrianus Gemellus.

HADRIANVS Hecquet Carmelita Atrebatenſis ſcripſit quę varijs è locis prodierunt in lucem, præſertim Opus varium, inſcriptum *Peripetaſmaton*. Eruditas Conciones in Euangelia Dominicalia, & Quadrageſimale Pariſijs excuſum an. 1570. Orationes & Epiſtolas, atque Epigrammata. Floruit adhuc poſt an. 1560. ſepultus Atrebati. Petrus Lucius.

HADRIANVS Iungius Plocenſis (Et Plozca enim Ciuitas eſt in Polonia) Societatis Ieſu, adhuc viuens ſcripſit Reſponſionem Polonicam ad Quingentas Quæſtiones Caluiniſtarum Catholicis propoſitas: Latinè item Synopſin noui Euangelij ſectariorum vindicijs Miniſtri Radeouienſis Caluiniſtæ oppoſitam, & alia, quæ Poſnaniæ (quæ item Ciuitas eſt in Regno Poloniæ) prodierunt.

HADRIANVS Lametius Henencurius Theologus è multis Patrum commentarijs Opus conſtruxit, quo primos viginti ſex Pſalmos expoſuit. Opus incipit. *Beatus vir, &c. Sententia Hieronymi.* Viuebat Carolo V. Imper. an. 1550.

HADRIANVS Primus huius hominis Romanus Pont. Max. & optimus, abrogata Synodo, quam Græci ſeptimam vocabant, Felicianam hæreſim de tollendis imaginibus in Synodo 350. Epiſcoporum apud Francofurtum damnari curauit. Scripſit vero de veneratione Imaginum, & ad Carolum Imp. & Epiſtolas quidem plures, quippe qui, vt habet Platina, tres & viginti annos rexit Pontificatum.

HADRIANVS IV. huius nominis Pont. Max. *Nicolaus* antea vocatus, apud Anglos obſcuris parentibus ortus. Scripſit antea Pontificatum. De Conceptione B. Mariæ ſemper Virg. ad Petrum Pontiniacum, lib. 1. De ſua legatione, lib. 1. Decretales verò Epiſt. plures, obijt an. 1159. Anno 1154.

HADRIANVS Venetus Ord. Præd. Epiſc. Iuſtinopolitanus Pio V. Pont. Max. chariſſimus, ſcripſit De arte inquirendi hæreticos. Viuebat an. 1572. Qui item in Patauino Gymnaſio ſacras literas, & Scholaſticam Theologiam, quadraginta annos honorificè docuit.

HAERETICI quibus notis indicati omnibus ſæculis à Catholica Eccleſia fuerunt, expedit, vt cognoſcatur, ne in eorum pedicas incidant imprudenter, qui eos ſub ouina pelle indutos aut alloquuntur, aut legunt. Quod tamen nemo præſumere debet, cum id amantiſsimo ipſius Matris Eccleſiæ erga filios ſuos ſtudio caueatur ſub anathematis pœna, niſi quibus idoneis ad hæreticos oppugnandos ab illa conceſſum fuerit.

Nos, quamuis libro 7. Bibliothecæ noſtræ Selectæ de Methodo tractandarum cum hæreticis controuerſiarum egerimus, ſelectioresque aliquos ſcriptores Catholicos demonſtrauerimus, huc tamen alia quædam adijcimus peropportuna, quæ cum illis coniuncta viam ſolidiorem complanent, quandoquidem *Hæreſes noſſe, iugulaſſe eſt*, vt inquit Tertullianus.

Præter igitur illos, quos in eodem Bibliothecæ libro citauimus, qui in Elencho ad eius finem adiuncto ſunt obuij, hic addimus. Primo, legendum eſſe Timotheum Presbyterum Conſtantinopolitanum, qui Græcè libellum ſcripſit, *De differentia eorum, qui accedunt ad fidem.* Hic verò Auctor, quoniam nuſquam (quòd ſciam) Græcè, ſiue Latinè prodijt, à nobis inſertus eſt huic Apparatui Sacro, in Verbo, *Timotheus Presbyter.* Deinde Card. Bellarmini decurrendam eſſe potiſsimum Præfationem illam, quæ præfixa eſt initio Tomi Quarti poſtremæ editionis ſuarum Controuerſiarum. Ea enim quale tandem ſit animal Lutheranus, ſiue quis alius Hæreticus ſcitiſsimè aperit. Poſt quem, Iacobus Gretzerus noſtræ Societatis Profeſſor publicus Theologiæ in Academia Ingolſtadienſi vberè cum fructu legendus erit, tum in Reſponſo ad Theſes AEgydij Hunnij hæretici, in Epiſtola dedicatoria, qua cum ſpinis, & lupis confert hæreticos, tum in præfatione ad Lectorem, vbi agit de modo, quo hæretici ſacram Scripturam citant. Ac certè totum illud Reſponſum Monita huc ſpectantia ſpirat egregiè.

Quin & accedat eiuſdem Auctoris Gretzeri Lectio Epiſtolæ dedicatoriæ, & Præfationis ad Lectorem, quæ præcedunt eius diſputationem de Hunnio, quam prænotauit, *Labyrinthum Creticohunnianum.* Nimirum in Epiſtola illa expendit appoſitè, (idque paucis) Lutheranæ hæreſeos Genealogiam, vt qualis inſana mater, talis inſana ſit filia, ac ſi quid hæretici conentur colligere, & ratione concludere, nec pes, nec caput vni reddatur formæ. In præfatione autem comparat Gabaonitas veteres illos populi Iſraëlitici deceptores cum iiſdem hæreticis, qui & ipſi interrogati reſpondent *Se de terra longinqua* VALDE *venire in nomine Dei ſui*, ac propterea ſaccos veteres, & vtres ſciſſos, atque conciſos, & lacera veſtimenta ſe habere ad indicium vetuſtatis.

Quòd ſi quis demum, præter alios ſexcentos, legere voluerit Gallicum librum, quo .... Ebroicenſis Epiſcopus Danielem Tilenum Caluinianum Miniſtrum de Verbo Dei ſcripto, & tradito confodit, pluſquam ſatis erit aduerſus hæreticorum impoſturas, (non enim vocauero ſtratagemata) præmunitus. Atqui præfatio Franciſci Feuardentij in Opera Pſelli huc maximè pertinet, in qua hæreticorum cum Cacodæmonibus, & Magis conuenientia deſcribitur, ea verò prodijt Pariſijs an. 1576. apud Gulielmũ Chalderium. Quòd ſi quid adhuc lepidum, breue, neruoſum quęrat, legat Epiſtolam Gallicam eius, qui an. 1600. Gallicè ſcripſit aduerſus librum prænotatum, *Et cætera Philippi Mornæi hæretici*, in qua hæreſim cum peſtilentia comparat aptiſsimè, editus autem eſt hic liber Toloſæ apud Viduam Iacobi Colomiez. Sed & nouiſsimè hoc eſt an. 1603. eſt Ingolſtadij edita Oratio habita à Nicolao Serrario Theologo noſtro. *Vtrum verum ſit, Lutherum, quemadmodum de ſe ipſo ipſe ſcripſit. Diabolo Magiſtro, & Doctore vſum eſſe. Quæ ſanè huc inprimis pertinet.*

HAGGAEVS. Vide in verbo, Aggæus.

HAICARIVS (*Sed rectius Halitgarius*) Cameracenſis Epiſcopus num. 10. ad Ebbonum libros ſex de Pœnitentia ſcripſit. Viuebat an. Dom. 840. Carolo Magno imperante. Eiuſdem autem Halitgarij De octo vitijs principalibus & virtutibus, lib. 5. ad eundem Ebbonum Archiepiſcopum Rhemenſem. Extat m.s. in Biblioth. Monaſterij S. Galli in Heluetia.

HAIMO. Vide in verbo, Haymo.

HAKKADOS Rabbi Iudæus, qui floruit ante Chriſtum Dominum, ſpiritu Prophetiæ commendatus, de ipſo Domino præclara dicitur prædixiſſe, ac ſcriptis tradidiſſe, præſertim in libro inſcripto *Galerazeya*, hoc eſt, *Reuelator ſecretorum.* Vide Galatinum.

HAKKADOS Rabbi alius apud Iudæos celebris, quem alij ſcribunt *Hakadoſch* ſcripſit ad Antoninum Imp. *Higgeret Haſodot*, id eſt, *Epiſtolam myſteriorum.* Quin & ab Hieroſolymæ excidio primus ad Moſaicæ legis explanationem *Talmud Babylonicum*, ſeu *Doctrinale*, ſeu *Miſna* cœpit perſtringere, quod, Iudæi velamen ante oculos ſuæ perfidiæ habentes, velut ore Moyſis traditum amplectuntur, quem ſecuti ſunt Bar Cappara, auctor libri, qui in-

ſcribitur *Toſaphta*, R. Haia, R. Oſena, R. Simeon Auctores librorum, qui prænotantur *Barietboth*, (alijs Biriethoth) & Mechiltoth, id eſt extranea, & adiacentia. id conſtat in *Seder Olam*, & in R. Abraham in Cabb. Hiſtor. quin & in lib.3. Chronographiæ Genebrardi ſub annũ Mundi (ſecundum eius Chronologiam) 4121. ſed caueant ſtudioſi, tum quoniam Talmud à ſancta Apoſtolica ſede proſcriptum eſt, tum quòd tam in Hieroſolymitano, quod ſcriptum eſt an. Dom. 300. quàm in Babylonico, quod ſub 100. poſt fuit compoſitum, putidiſsimi extant errores, & quiſquiliæ peſtilentes. Vide in hoc Apparatu, in verbo, *Talmud*.

HALITGARIVS, Vide paulo ſupra in verbo, Haicarius.

HAMRALDVS Romanus Theologus, ſcripſit in Magiſt. Sent. & Quodlibeta. Vixit an. 1270. Trit.

HAMVLARIVS Fortunatus (de quo egimus ſupra in verbo, *Amalarius*) Archiepiſcopus Treuerenſis, Germanus, Monachus Luxouienſis, S. R. E. Cardinalis, Græcè ac Latinè diſertus, miſſus à Carolo Magno Imp. Conſtantinopolim ad Michaëlem Imp. pacem, & amicitiam inter vtrumque compoſuit. Officium verò, quod vocamus *Mortuorum* in eum, quem habemus, ordinem digeſsit, vt ipſe teſtatur in libro de ordine Antiphonarij cap. 79. Quod quidem ab Eccleſia comprobatum, & in vſum fuit receptum. Qui verò hoc S. Odiloni Abbati Cluniacenſi tribuunt, eos falli docet Arnoldus VVion. Odilo enim diem commemorationis omnium Defunctorum poſtridie feſti omnium Sanctorum inſtituit, non autem officium mortuorum diſpoſuit, quod ſanè multis antea ſeculis in Eccleſia erat in vſu, vt patet tum ex Gregorio Papa I. Alcuino de Diu. off. tit. de 3. 7. & 30. die pro Defunctis, & ex alijs, qui pro defunctis ſacrificium Deo offerebant, vti & S. Monica iuſsit Auguſtino pro ſe offerri: & Apoſtoli in eorum Liturgijs faciebant, non omnino tamen eadem ſerie Orationum vſque ad Hamularium, cuius eſt etiam Inuitatorium illud, *Non ſit vobis vanum*, quod dicitur tempore Quadrageſimæ; & alia nonnulla ad rem Diuinam pertinentia. Porrò ſcripſit De Diuinis, ſiue Eccleſiaſticis officijs, ſiue *Officiales*, ad Ludouicum Pium Imp. lib. 4. qui excuſi ſunt Coloniæ cum alijs Scriptoribus De Diuinis officijs an. 1568. & Romæ an. 1591. Geſta Treuerenſia.

De ordine Antiphonarij, lib. 1. qui paucos ante annos primò Romæ prodijt cum præcedente.

De Myſterijs, ſiue officio Miſſæ, lib. 1. impreſſum in Speculo Miſſæ Venetijs an. 1572.

De ordine Cantatorij, lib. 1. Lectionarium, lib. 1. Diurnale officij, Epiſtolas ad diuerſos.

At Honorius Auguſtodunenſis libro de Eccleſiaſticis Scriptoribus, libros huius Hamularij tribuit cuidam Amelario Epiſcopo Metenſi, ſic inquiens: *Amelarius Metenſis Epiſcopus, ſub Ludouico ſcripſit Libros quatuor De Diuinis Sacramentis*, ſed eum errare docent, tum conſenſus aliorum omnium, qui de Eccleſiaſticis Scriptoribus agentes, ne meminere quidem huius Amelarij: tum etiam quòd apud Democharem De Sacrificio Miſſæ Tomo 2. cap. 33. in Catalogo Metenſium Epiſcoporum, nullus huius nominis illius ſedis Epiſcopus reperitur: corrigendus eſt ergo Honorius, & qui eum ſequuntur. Vide etiam in verbo, Attularius.

HAMVLVS Lugdunenſis in Gallia Epiſcopus, ſcripſit ad Carolum Imperatorem contra Iudæos Opus inſigne. Vixit an. 830.

HANCO Forteman Friſius, *Vir* (inquit Suffridus) *primariæ nobilitatis, & rei bellicæ gloria inſignis fuit, de quo in opere De Ducibus, Comitibus plenius dicturi ſumus, hic ſcripſit Expeditionum ſuarum memorias, quas Carolo Magno fecit, vti teſtatur Andreas Cornelius: floruit ſub Carolo Magno circa annum Chriſti 804. ſcripſit item Orationem luculentam contra Arianos, & Sabellianos De Trinitate.* Hæc Suffridus Petrus, lib. de Friſiæ Scriptoribus.

HANNIBAL Firmanus. Vide in verbo, Annibal Firmanus.

HANNIBAL Roſſelius Ord. Min. cum librum De ſeptem Sacramentis edidiſſet Poſnaniæ apud Ioannem Volrabum an. 1590. Grande Opus deinceps in plures Tomos diſtinctum Cracouiæ apud Adamum emiſit, in Mercurium Triſmegiſtum. Vide in verbo, Mercurius Triſmegiſtus.

HANNIBALDVS Romanus, Pariſienſis autem Theologus, quem alij Ciſtercienſem, alij Carmelitam fuiſſe ſcripſerant, à Patribus, qui Geſta Dominicani Ord. conſcripſerunt, ſui fuiſſe Ordinis euincitur: id quod Antonius item Senenſis teſtatur. Sed & Cardinalis creatus eſt, cui plura Deus contulit dona; ſcripſit autem Commentaria in quatuor lib. Mag. Sentent. Quibus in Commentarijs ſecutus D. Thomæ, ac Petri de Tarantaſia doctrinam, eorum tamquam Abbreuiator eſt habitus. Reliquit item librum Quodlibetorum. Viuebat an. 1270.



Digitized by Google

HARINGHVS Sifridi Sinnama ex Hagis Friſiæ Oriundus (ait Tritemius, qui cum eo locutus eſt) ſcripſit Opus inſigne ſuper titulis vtriuſque Iuris, omnibus harũ facultatum ſtudioſis nõ minus vtile quàm iucundum. Is vulgo Hermannus appellabatur, docuit Coloniæ. Viuebat an. 1495.

HARMENOPVLVS, qui Græcè ſcripſit de Fide Orthodoxa, & Nomocanones, extat m.s. Græcè in Cæſarea Biblioth. Viennæ, adiunctis quibuſdam Opuſculis SS. PP. adnexo item Matthæi cuiuſdam Tractatu De gradibus conſanguinitatis, At denique an. 1603. Liber eiuſdem Harmenopuli Latinè eſt editus Francofurti Primo Tomo inſertus De iure Græco Romano tam Canonico, quàm Ciuili. Vide in verbo, ius Canonicum. Vide item in verbo Conſtantinus Harmenopulus.

HARTMANNVS Scedel Norimbergenſis ab Orbe condito vſque ad annum Dom. 1492. contexuit, & in vna veluti tabula ſeriem Pontificum, Cæſarum, Regum, & aliarum rerum memorabilium Lectori ſpectandam exhibere conatus eſt. Viuebat an. 1494. Tritemius.

HARTMVNDVS Germanus, idemque monachus Monaſterij S. Galli, quod eſt apud Heluetios Ord. S. Benedicti, Rabani Mauri quondam auditor, Græcè, Latinè, Hebraicè, & Arabicè noſcens, ſcripſit Carmine, ac ſoluta Oratione. Feruntur autem in quoſdam D. Scripturæ libros Commentarij ipſius. Epiſtolarum ad diuerſos liber. Sermones item, Cantus, Hymni, & varij Tractatus. Vixit an. 870. Trit. de ſcript. Germ.

S. HARVICVS Saliſburgenſis Epiſcopus cum ſanctè vitam egiſſet, mortuus eſt anno 1024. cuius geſta ſcripſit eius diſcipulus æque S. Eberardus quas diligentia Henrici Caniſij iam aſſecuti ſumus in eius Tomo 2. antiquæ lectionis.

HATTO Germanus Abbas Monaſterij diuitis Augiæ legatione functus eſt ad Michaëlem Imper. Conſtantinopolitanum pro Carolo Magno Imp. Quo tempore Librum prænotatum, *Hodeporicum* ſcripſit; Tandem reuerſus, & vitam priuatam optans, Epiſcopatui, ad quem antea fuerat promotus, & Abbatiæ ceſsit; & anno Dom. 822. regiminis *ſui 16.* ad Monaſterium ſuum redijt, vbi Orationibus, & ſcripturarum lectioni operam dans obijt an. 836. ſcripſit item Viſiones S. VVettini Monachi. Hermannus Contractus in Chronico, tam veteri, quam recentiore. At Tritemius in Chronico Monaſterij Hirſaugienſis meminit Hattonis, qui ex Abbate Augienſi factus eſt Archiepiſcopus Moguntinus anno 891. Veruntamen nihil de hoc præclarum affert, etſi eum præfuiſſe dicit Eccleſiæ Moguntinæ vno & viginti annis.

HAYMO, (inquit Sixtus Senenſis) Halberſtatenſis, tertius in Saxonia Epiſcopus, natione Germanus, Albini, qui Caroli Magni Auguſti præceptor fuit, Diſcipulus, Fuldenſis quondam Benedictini Cœnobij Monachus, & Abbas Monaſterij Hirsfeldenſis eiuſdem Ordinis, vir ſanctitate, & eruditione inſignis, compoſuit in omnes libros vtriuſque Teſtamenti Commentarios, pietate, breuitate, dictionis ſimplicitate, ac perſpicuitate laudandos, in quibus quæ à veteribus Interpretibus vel erant ſcripta doctis, vel apud populum dicta fuſius, in compendium redegit adeo perſpicua, & lucida breuitate, vt & ab occupatis paruo temporis diſpendio legi, & à ſimplicibus, leuiterque literatis facillimè intelligi poſsint. Verſatus eſt autem fermè ſemper in allegoricis, & anagogicis ſenſibus: quos velut ſpiritualis apicula, ex omnium antiquorum hortis, ac pratis florentibus decerpſit, quo legentibus eſſet parata, ſcripſit itaque, In quinque libros Moyſi, lib. 5. In Ioſuè, lib. 1. In Iudicum, lib. 1. In Ruth, lib. 1. In Regum, lib. 1. In Paralipomenon, lib. 1. In Tobiam, lib. 1. In Eſdram, & Neemiam, lib. 1. In Iudith, lib. 1. In Heſter, lib. 1. In Iob, lib. 1.

In Pſalmos Commentaria, excuſa Friburgi Briſgoiæ, & Pariſijs an. 1533.

In Iſaiam, Ieremiam, Ezechielem, Danielem, 12. Prophetas, & Cantica Canticorum. Commentaria excuſa Coloniæ an. 1533.

In Epiſtolas D. Pauli interpretationem, quæ prodijt Pariſijs an. 1556.

In Apocalypſim, lib. 7. ibidem excuſos Pariſijs an. 1540. cum antea Coloniæ 1529. apud Eucharium editi fuiſſent.

In Euangelia duos Homiliarum Tomos excuſos Coloniæ, anno 1532. & 1540. & Antuerpiæ 1559.

In Acta Apoſtolorum, lib. 1. In Epiſtolas Canonicas, lib. 7. De varietate librorum, lib. 3. De Mundi voluptate, lib. 1. De Sancta Trinitate, lib. 1. De Chriſtianarum rerum memoria, lib. 3. Qui excuſi ſunt Coloniæ an. 1573. & Romæ.

At ad libros decem De Chriſtianarum rerum memoria. Petrus Galeſinius notationes haud inutiles adiecit, quæ extant in editione Romana Pauli Manutij anno 1564. Miror

autem nihil à Galeſinio dictum fuiſſe de Haymone, qui in Præfatione, qua Euſebij libros tamquam in compendium redegiſſe ſcribit Euſebium (virum alioquin Arianæ factionis) Beatum nominat, quodque plus eſt, addit hæc verba. *Itaq; Diuino Operi tuo meum non confero, ſed te ipſum refero, te inſpiciens, te adorans, quem penè penitus è veſtigio ſequor, ſed via breuiore. Sit igitur liber ille tuus exemplar, hic exemplum: ſit ille forma expreßior, hic repræſentatio, & imago: ſit ille rerum notitia, iſte memoria. Nam quod ille ducit ad notitiam, iſte reducit ad memoriam.* Nimirum Haymo non perpenderat altius, quæ in alijs Operibus Euſebij digna notatu ſcripſimus, vbi de eodem Euſebio egimus, quæ omnino videnda ſunt. Porrò quadriennium prædicationis Chriſti, quod ille ponit, non conuenit cum Lucæ cap.3. nec cum Nicephoro, lib.1. cap. 18. Vide autem Galeſinium etiam de alijs quibuſdam. Obijt ipſe Haymo apud Halberſtatenſes an.834. Trit. quibus tredecim annos præfuit.

HAYMO Anglicus, Ord. Minorum Miniſter Generalis, quatuor libros Sent. Lombardi expoſuit. Hunc autem credo eſſe eundem, qui in Cantiorum Comitatu non procul Cantuaria natus, de Breuiario quoque Romano, ac Sermones ſcripſiſſe fertur. Viuebat an.1240.

HAYMO Cantuarienſis Archidiaconus Eccleſiæ, Anglus, ſcripſit De fructu Incarnationis, item De imitatione Sanctorum, De Martyribus quibuſdam, Pugnam virtutum, & vitiorum. Viuebat an. 1040.

HAYMO è Faurerſchino, Anglus, Ord.Min. *honeſtatis ſpeculum* dictus, electus eſt Generalis Romæ an.1239. Gregorio IX. Pont. Max. Qui iuſſu Innocentij Pont. Max. deinceps Breuiarium Romanum correxit, & Rubricis illuſtrauit. Scripſit autem librum de Miſſæ Ceremonijs: Incipit, *Indutus planeta Sacerdos, &c.* Commentarios in quatuor libros Sent. Item Sermones nonnullos. Eo item curante declaratio Franciſcanæ Regulæ prodijt à quatuor Magiſtris. Miſſus etiam fuit à Gregorio X. Pont.Max. Legatus ad Græcos. Obijt Anagniæ an.1244.

HAYMO Floriacenſis Monachus, circa an. Dom. 1020. Scripſit Martyrium Sancti Abbonis Abbatis Floriacenſis, lib. 1. & Hiſtoriam à Iuſtiniano Imperatore ad Carolum Magnum.

HAYMO Fuldenſis. Vide ſupra in verbo, Haymo Halberſtatenſis.

HAYMO Germanus, Monachus, & Prior Hirſaugiæ, Congreg. Cluniacenſis reformatæ circa an.1100. ſcripſit vitam S. Gulielmi Abbatis, lib.1. Eiſingren. Arnold.

HAYMO Hirſaugienſis Cœnobij Prior, ſcripſit vitam, & miracula VVilhelmi Abbatis Hirſaugienſis, & Homilias; quæ falsò aſcriptæ fuerunt Haymoni Halberſtatenſi. Trit. in Chronicis Hirſaugienſibus.

HAYMO quidam Homilias in Euangelia, & librum de Voluptate Mundi compoſuit.

## HE

HEBRAICAE linguæ Dictionarium Diuinæ ſcripturæ perutile. Vide in verbo, Pagninus, & in verbo, Marinus Brixianus.

HECTOR Boëthius Scotus, qui an. 1526. viuebat, Aberdonenſium vitas Epiſcoporum, & Scotiæ Regni deſcriptionem; atque Catalogum Regum eiuſdem Regni, & decem & ſeptem libros hiſtoriæ Scoticæ, diuerſis voluminibus ſcripſit: quæ quidem Badius Typographus Pariſijs excudit an. 1556. Atqui deinceps duo alij libri acceſſerunt eiuſdem hiſtoriæ à prima gentis origine cum aliarum rerum, & gentium enarratione. Sed & huic editioni addita eſt eiuſdē Scotorum Hiſtoriæ continuatio à Ioanne Ferrerio Pedemontano emiſſa in lucem Pariſijs apud Iacobum du Puys an. 1580. Veruntamen vide, quæ in 16. libro noſtræ Bibliothecæ Selectæ ſcripſimus De hiſtoricis Regni Scotiæ, vbi pleraque planius, & ad hunc Apparatum accommodatius.

HECTOR Pintus Luſitanus Ord. D.Hieronymi in Hiſpania, & in Academia Conimbricenſi Profeſſor, edidit varia, quæ demum in tres Tomos diſtributa prodierunt apud Bartholomæum Honoratum Lugduni an. 1584. Quæ item poſtea auctiora ibidem apud Ioannem Veyratum an. 1590. Nempè in Danielem. In Ezechielem. In Iſaiam. In Nahum. In Threnos Ieremiæ. Deinde pro quarto Tomo Imaginis vitæ Chriſtianæ Dialogorum Opus. De vera Philoſophia, & de Introductione veræ philoſophiæ. De Religione. De Iuſtitia Retributionum. De vita ſolitaria. De tranquillitate vitæ. De vera amicitia. De cauſis Dialogus, in quo colloquuntur vnus Scholaſticus, alter Canoniſta, alius Humaniſta, vt vocant, alius Theologus. De veris & falſis bonis. At Commentaria in Danielem, in Nahum, & in Threnos Ieremiæ recognita prodierunt Antuerpiæ apud Marti-



Digitized by Google

num Nutium an.1595. cum antea prodiiſſent in Iſaiam prophetam, Antuerpiæ an.1567. & in Ezechielem ibidem apud Viduam, & hæredes Ioan. Stelſij in quarto 1570. & an.1582. apud Petrum Bellerum. Quin & hoc eodem anno in Danielem, Lamentationes Ieremiæ, & in Nahum Coloniæ.

HECQVETIVS Atrebatenſis. Vide in verbo, Hadrianus Hecquet.

HEDDA, Anglus, Monachus Vintonienſis (alijs *VVentanus*) Congreg. Benchorenſis, ſcripſit ad Eccleſiarum paſtores, lib.1. Epiſtolarum ad diuerſos, ſiue ad Adhelmum, lib.1. Obijt an. Dom. 704.

HEDIVS Stephanus Anglus, Monachus Cantuarienſis, Congr. Giribennæ, hortatu S. Actæ Epiſcopi Hagulſtadenſis circa an. Dom. 720. ſcripſit vitam S. VVilfridi Archiepiſcopi Eboracenſis, & B. B. Eatæ, ac Tumberti.

HEDERICVS Italus, Monachus Monaſterij S. Gregorij Papæ, S. Andreæ Romæ, Congregationis primæ Benedictinæ, circa an.640. ex ſcriptis D. Gregorij in Iob ſententiarum librum compoſuit.

HEDVENSE Concilium in Burgundia anno Dom. 1055. Victore II. Pont. Max. vbi Hugo Abbas Cluniacenſis, vir ſanctus, pacem compoſuit inter Ducem Burgundiæ & Epiſcopum, quem vexauit, miraque geſsit. Vide Tom. XI. Cæſaris Cardin. Baronij ſub eundem annum.

HEGESIPPVS, cuius Scriptorum meminerunt Euſebius, Hieronymus in Catalogo, Nicephorus lib. 2. cap.28. & lib.4. cap.7. Sanè Euſebius recitat nonnulla fragmenta Scriptorum eius, quæ magno cum damno hiſtoricæ veritatis eorum temporum interierunt. Eius, vt viri Sancti, anniuerſarius dies in Eccleſia celebratur ſeptima die Aprilis, Beda, Vſuardus, Ado, & reliqui cum Baronio Card. ad Martyrologium Romanum. Qui verò à Tritemio cenſetur eſſe Hegeſippus ille antiquus, non eſt ipſe. (Quippe ille prope Apoſtolorum tempora vixit) ſed iunior, qui poſt Conſtantinum magnum hiſtoriam Græcè reliquit, cuius in Latinum verſio falsò aſcribitur D. Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo, quæ prodijt apud Ioan. Soterem excuſa Coloniæ. Et verò Hegeſippus hic iunior à Ioſepho quodam Gorionis, qui tempore excidij Hieroſolymitani vixit, tum aliqua alia, tum lamentationem ad Hieruſalem ad inſtar Threnorum Ieremiæ collegit, ſed & Ioſephus ille ſuppoſititius, & in multis erraſſe non à me ſolum, verum, & ab alijs, & adeo à Baronio Card. exiſtimatur. Vide Annal. Baron. Card. Tom.1. ſub an. Dom.72. pag.657. primæ editionis.

HEIMERICVS. Vide in verbo, Heymericus.

HEIDENRICVS Hallenſis in Saxonia Præpoſitus, librum ſcripſit De cura Paſtorali. Viuebat an.1137.

HELDAD, & Medad, de quibus quinto cap. Num. legitur, ab Auctore Hebraicarum traditionum, quæ Hieronymi nomine ferebantur, putantur ijdem fuiſſe, quos prior Annalium liber cap.1. Paral. appellat Epher, & Ialon de tribu Leui, filios Ezræ, qui & Amram dictus eſt, & Moyſis Pater fuit. Athanaſius autem in Synopſi hunc librum inter apocryphos numerat.

HELDIBERTVS Cantiæ Rex in Anglia, Epiſtolam cum donis miſit S. Bonifacio Moguntiæ Epiſcopo, gratulatus ei de plurium gentium conuerſione ad Chriſtum Dominum. Bed. lib.5. cap.24. hiſt. Angl.

HELENAM Flauiam Auguſtam, Magni Conſtantini Cæſaris Matrem, inſigne de Prouidentia Dei volumen compoſuiſſe, atque alterum De animæ immortalitate commentarium, alium item de recta viuendi norma ſcripſiſſe, inſuper pietatis monita & Carmina Græca, & Epiſtolas ad diuerſos, neſcio vnde acceperint Eiſingrenus, & alij quidam, cum eorum Operum nullum apud Auctores viderim, altum autem ſit ſilentium apud Cæſ. Card. Baronium, apud quem tamen, quænam monimenta reliquerit; eaque Britanna nō Græca fuerit, vide in Notis ad Martyrologium die 18. Auguſti, & 3. Annal. Tomo.

HELENA Vtinenſis, ſiue de Vtino, miraculorum frequentia illuſtris, ad Chriſtum migrauit an.1458. quarto Nonas Aprilis, cuius vitam Iacobus Philippus Bergomenſis in libro, quem de claris mulieribus edidit, pulchrè conſcripſit.

HELGACITVS Monachus Floriacenſis ſcripſit res præclarè geſtas Roberti Regis Chriſtianiſsimi: qui obijt an. 1033.

HELIAS Capreolus, qui de confirmatione fidei ſcripſiſſe dicitur, & cuius olim in Catalogo Baſileenſis officinæ Heruagij fiebat mentio; à me viſus non eſt, vt, qualis ſit nequeam afferere. Et verò in ijs, quæ inde prodierunt, oculatum eſſe Lectorem eſt opus.


Digitized by Google

HELIAS Cretenſis Archiepiſcopus. Vide in verbo, Gregorius Naziãzenus, ad quem idem Helias ſcholia reliquit.

HELIAS Hanibaldus Theologus, Ord. Minorum, Patriarcha Hieroſolymitanus, & Epiſcopus Vtinenſis, ab Innocentio Sexto Pont. Max. Lemouicenſe an. 1356. Cardinalis tituli S. Stephani in monte Cœlio, ab Vrbano autem Quinto, Oſtienſis factus, ſcripſit Poſtillam in Apocalypſim. Obijt Auenione ſub Vrbano V. Pont. Max. ann. 1367. iiij. Nonas Octobris.

HELIAS de S. Heredio Gallus, Ord. Minorum, ſcripſit De vita Contemplatiua. Vixit an. 1356. Eiſingr.

HELIAS Monachus Sanctę Trinitatis Cauæ, ſcripſit librum De obſeruatione Paſchę. Arnold. Vion.

HELIAS Thesbites Propheta, è Thesbis Arabum Oppido Oriundus, de tribu Aaron, Leuita, ſcripſit Epiſtolam ad Ioram Hieroſolymæ Regem, cuius mentio fit 2. Paralip. ca. ſcriptam autem ab eo apparet antequam in Cœlum tolleretur, ſed datam multo poſt: nam tempore Ioſaphat ſublatus eſt. Vide 4. Reg. 2. Quidam putãt alium eſſe iſtum Eliam. Qui verò Heliæ nomine liber extabat, qui *Aſcenſio*, vel *Aſſumptio* vel *Apocalypſis* inſcribebatur, dudum reiectus eſt, vt Athanaſius in Synopſi ſcripſit. Vide Hieronymum in c. 64. Iſaiæ, ad illa verba. *A ſeculo non audierunt, neque acceperunt.* quidquid Origenes de eo dixerit Tractatu in Matthæum trigeſimoſecundo, & Stratonicus Cumarum Epiſcopus in Collectaneis ſuis.

HELINANDVS Gallus, Monachus frigidi montis, Congreg. Cluniacenſis anno circiter 1200. ſcripſit hiſtoriarum à Creatione Mundi, lib. 48. De reparatione lapſi, li. 1. Sermones plures, Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Vide Vincentium Bellouacenſem in Speculo ſuo hiſtoriali lib. 30. c. 108. & S. Antoninum in 3. par. Chron. ti. 18. c. 5. Eiſingr. qui an. 1069. ſcribit vixiſſe. Arnold. Vion qui 1200.

HELIODORVS Presbyter, ſcripſit librum de Naturis rerum exordialium, in quo oſtendit, vnum eſſe principium, nec quicquam coæuum Deo, nec mali conditorem Deum, ſed ita bonorum omnium creatorem, vt materia, qua ad malum verſa ſunt, poſt inuentã malitiam à Deo ſit facta, nec quicquam materialiũ, abſq; Deo credatur conditũ, aut fuiſſe alium rerum creatorem præter Deum, qui præ ſcientia ſua cum præuideret *morti dari* naturam, præmonuit de pœna. hæc Gennadius. ſed m. s. codex Gemblacenſis, & viridis Vallis, pro *morti dari*, habent *mutandam*, vt & Sigebergenſis. ſic item obſeruauit. Suffr. Petrus. Genn. in Catal.

HELLADII, qui ſucceſſit D. Baſilio, cuius item diſcipulus fuit. Commentarius de rebus geſtis Baſilij Magni ſcriptus, & à Io. Damaſceno commemoratus in Oratione prima de Imaginibus, deſideratur.

HELIODORVS alter Antiochiæ presbyter, edidit (vt inquit Gennadius) de Virginitate egregium, & Sacris ſcripturis inſtructum volumen. Viuebat an. 490.

HELISABETH Abbatiſſa Cœnobij Schonaugiẽſis, Ord. S. Benedicti, ſoror Eckeberti Abbatis, quæ ſanctitate vitæ celebris libros Reuelationum diuinitus acceptarum duos reliquit. *Omnes qui lecturi ſunt.* Alterum item prænotatum Viarum Dei vtile opus. *Factum eſt in exordio.* De vndecim millibus Virginibus Coloniæ lib. 1. *Vobis qui pios.* Ad fratrum ſuum Eckebertum, lib. 1. *Petis à me frater,* Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. *Ex Epiſcopatu Metenſi.* Ad Sanctam Hildegardem, lib. 1. Vide Notas Baronij Card. ad Martyrologium 8. die Iunij.

HELMANDVS, ſiue forſan *Helinandus* dicitur is eſſe, cuius carmẽ De poteſtate mortis eſt editum, quæ nulli ordini, vel ætati parcat. ſinguli verſus incipiunt. *Vado mori.*

HELMANVS Teutonicus de Necemburg Ord. Minorum, ſcripſit Serm. de Tempore. Franciſcus Gonzaga Epiſcopus Mantuæ in Hiſtoria Seraphica.

HELMESIVS. Vide in verbo, Henricus Helmeſius.

HELMOLDVS Canonicus Butzouienſis, Hiſtoriam conuerſæ ad veram Chriſti religionem gentis Henetæ, ſiue Slauicæ, ad Littus Maris Balthici prope Lubecam, & in Ditione Ducum Megapolenſium, enarrat: & à Caroli Magni bellis, quibus in Saxoniam Chriſti Religio propagata eſt. vſque ad Friderici Barbaroſſæ tempora & annum Chriſti Do. 1168. peruenit, quo & viuebat.

HELPERICVS Germanus, Monachus S. Galli, Congr. Cluniacenſis, circa ann. 1030. ſcripſit De Computo Eccleſiaſtico, ac De Muſica. Viuebat anno 1069. Trit.

HELPIS vxor Boetij, ſcripſit Hymnos in Apoſtolos, qui extãt inter ipſi9 Boetij Opera.

HELVIDIVS Auxentij diſcipulus (vt Gennadius habet in Catalogo) Symmachi imitator quidem religionis ſtudio, ſed non ſecundum ſcientiam librum ſcripſit, neque ſermone, neque vera ratione nitidum, in cuius Opere ita Sanctarũ ſcripturarum ſenſum ad ſuã

peruerſitatem flectere conatus eſt, vt earum teſtimonijs aſſerere voluerit Sanctã Mariam poſt Natiuitatem Domini, quem Virgo peperit, Ioſeph ſponſo ſuo iunctam, & ex eius conſortio filios ſuſcepiſſe, qui fratres Domini appellati ſint, cuius prauitatem Hieron. arguens libellum documentis ſcripturarum ſufficienter factum, aduerſum eum edidit. Hæc Gennadius, qui minus quàm par eſt optimum illum Hieronymi librum cõmendat.

HENOC Septimus ab Adam ſcripſiſſe quædam fertur: ſed cuius ſcripta vel non extãt, qualia fuerant; vel non habentur legitima; licet Tertullianus in libro De habitu Mulierum dicat eius librum eſſe Canonicum. & Beda in Epiſt. Iudæ aſſerat fuiſſe tempore Iudæ Apoſtoli. De illo autem præter id, quod ſcriptum eſt in Epiſtola Iudæ Apoſtoli, vide Origenem in vlt. hom. ſuper Numeros. Auguſtinum in quintodecimo libro de Ciuit. Dei, c.23. & in decimooctauo libro de eadem Ciuit. Dei, c.38. Nam quòd ex Teſtamento duodecim Prophetarum ſæpè Origenes, & Procopius multa ex Henoc proferant vaticinia, ſiue quod Sixtus Senenſis afferat 2. lib. Bibl. Sanctæ, de ijs, quæ Annius in Commentarijs ad Beroſum in Henoc ſcripſit, non multam fidem merentur. Ac nos quidem, (quod nõ ſemel fuit dicendum) in Apparatu noſtro ad hiſtorias ſat ſolidis argumentis euicimus, non verum ſed ſuppoſititium fuiſſe Beroſum, vti & alios, quos Annius pro veris propoſuit. Ceterum vt Hieronymus in c.1. ad Titum, & Auguſtinus in ſupra citatis locis. dicunt, etiam in apocryphis eſſe aliquid veri. ſic potuit Iudas in ſua protuliſſe Epiſtola, quod verũ erat, nec tamen propterea totum librum approbaſſe. Nam & Paulus Act. 17. & prima ad Corinth. 15. & ad Titum 1. profert teſtimonia ex Ethnicis Poëtis Arato, Menandro, & Epimenide, nec tamen propterea Poëtas illos conſecrauit. Vide Bellar. Card. lib. 1. de Verbo dei, c.18. Tom. 1.

Anno 1470. HENRICVS de Andernaco Germanus, & Carmelita ſcripſit in Magiſtri Sent. lib. 4. Sermones de Tempore, lib. 1. Sermones de Sanctis altera. Quæſtiones Philoſophiæ alio. Tritemius.

HENRICVS Angliç primus huius nominis Rex cognomento *Belloclericus*, ſiue *Beauclere*, pius & eruditus, edidit Decreta, quæ prænotauit *Emendationes*. Obijt an. 1135.

HENRICVS Anſleus, Sacerdos, diſputationem De Virgine incomparabili, & Sacroſancta Dei Genitrice Maria edidit Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium an. 1589.

HENRICVS de Aquila Germanus, at Pariſienſis Theologus, & Carmelita, ſcripſit in Canticum Canticorum Commentarium. Librum item aduerſus Petrum de Croſa. Quodlibeta libris duobus. Quæſtiones ordinarias lib. 1. Vixit an. 1330.

HENRICVS Aquilius, Moralium libris duobus cum Dominica Oratione Paraphraſticè reddita, prodijt Coloniæ an. 1568.

HENRICVS de Arena, (alijs *Harena*) Anglus patria Norduolcas Carmelita, ſcripſit Ordinationes (vt vocant) Conuentuum, ſiue locorum ſui ordinis. Conciones aliquot. Formulas ſcribendarum Epiſtolarum. Obijt Stanfordiæ ann. 1399. vt extat in Indice Iacobi de Plebe Piſani Ord. Sermorum, & apud Petrum Lucium.

HENRICVS Ariminenſis, Ord. Præd. De quatuor virtutibus Cardinalibus Tractatus quatuor ſcripſit, ad Ciues Venetos, Philoſophiam moralem complectens, cum epiſtolis, & hiſtorijs, ex Diuinarum humanarumq; ſcripturarum Auctoribus, librum item De Politia Venetorum. Viuebat an. 1513. PP. Min. Ord.

HENRICVS Arnoldi (ait Trit.) natione Saxo, profeſſione monachus Cartuſianus, domus Baſileenſis, ſcripſit Opuſcula multa valde pia, & ſalutaria, è quibus hæc ſunt.

De diuerſis Sanctis Orationes, lib. 1.
Sermones plures, lib. 1.
Hiſtoriæ de diuerſis Sanctis, lib. 1.
Concordantium Euangeliſtarum de Paſſione Domini, lib. 1.
Meditationes de Vita Chriſti Domini, li. 1.
De conceptione imaculata Beatiſs. Virginis, Tractatus.
De nouitiorum inſtructione, Tractatus.
Dialogus inter Ieſum, & Mariam.
Dialogus de exercitijs ſpiritualibus inter Margaritam, & eius Seruulum.
Alius Dialogus inter eoſdem de Cruce.
De commendatione charitatis, Tractatus.
De ſancta humilitate ſub forma orationis, Tractatus.
Iterum, de humilitate, Tractatus. *Fratres chariſsimi.*
Chronica Domus Cartuſienſium, apud Baſileenſes. Vixit an. 1440. alijs 1480.

HENRICVS Bedericus. Vide infra in verbo, Henricus de Bury.

HENRICVS Benedictinꝰ Abbas in Breitenauu. Vide inf. in ver. Hẽricꝰ in Breitenauu.

HENRICVS Bituricenſis, Ord. S. Auguſtini, reliquit Sermones Quadrageſimæ tempore habitos, Lugduni excuſos. Hæc Ioſeph Pamph.

HENRICVS Blyſſemius Belga Societatis Ieſu, Theologus, edidit Tractatum De

Sacræ

Sacræ Euchariſtiæ percipiendæ ritu,& vſu ſub vna ſpecie,contra grauiſſimos aduerſariorum errores Ingolſtadij ann.1585.Cum antea emiſiſſet Defenſionem Aſſertionum Theologicarum de vera,& ſacroſancta Chriſti,quam habet in terris, Eccleſia militante, contra diſputationem appoſitam Tubingenſis hæretici.Ingolſtadij apud Dauidem Sartoriū anno 1577.

HENRICVS Bonicolli,Gandauenſis, dictus *de Gandauo*, ex antiqua Eutrachelorum, quos vulgò Gothalſios indigetant,familia in Belgio, Ord. Seruorum, ſi Chronico Seruorum credimus,deinde Archidiaconus Tornacenſis,à Scoto propter inſignem doctrinam commendatus,& in Pariſienſi Academia, *Doctor ſollemnis* appellatus, edidit ſummam Quæſtionum ordinariarum,ſiue Theologiæ,quæ prodijt Pariſijs ann. 1570. librum De Virginitate, & Quodlibeta in Sententiarum, li. 4.De Pœnitentia. Commentaria ad Phyſicorum, & Metaphyſicorum libros. Sed & librum De Viris illuſtribus. In quo mirum videri poteſt, quod Operum D.Thomæ Aquinatis haud meminerit.Obijt an. 1293.viſitur etiam nunc Sepulchrum apud Neruios in Aede primaria Deiparæ ſacra,vetuſtate penè obliteratum.

HENRICVS Botæus,alijs *de Botis* ſcripſiſſe dicitur De Synodo, ac De Statutis Synodalibus Epiſcoporum.Extat inter Tractatus Iuris.To.13.P.2.fol.377.

HENRICVS Boyc I.V.C.Brito, Diœceſeos Leonenſis ſcripſit libros quinque ſuper Decretales.Vnum autem ſuper Sextum Decretalium. Alium ſuper Clementinas.Sed poſterior editio Commentariorum ad quinque libros Decretalium habetur emaculatior. Ea verò prodijt Venetijs an.1580.

HENRICVS Boyck Germanus Carmelita, Epiſcopus Croatienſis , ſcripſit De celebratione Miſſarum. Epiſtolarum familiarium librum. Ad Ioannem item Hildesheimenſem. Viuebat ann.1360.

HENRICVS de Boyo,Brito,Carmelita in Sententias Magiſtri ſcripſit. Viuebat anno 1450.Eiſingr.

HENRICVS Boych Merſeburgenſis,Ord.Franciſcani,Profeſſor olim publicus Magdeburgenſis, ſcripſit Summam Decretalium in quinque libros diſtinctam, iuxta quinq; Diſtinctiones Decretalium.

HENRICVS Brabātinus, Belga,Monachus, & Abbas Monaſterij S. Aegidij Brunſuicenſis,vnanimi cleri,& Canonicorum conſenſu delectus in Epiſcopum an.1270.præfuit Epiſcopatui ſanctiſſimè annis quindecim,qui moriens ann. 1284. reliquit Homiliam in Euangelium. *Stabat iuxta Crucem Ieſu:* Arnoldus in ſupplemento Helmoldi, c.8. Trit.lib. 4.c.268.Crantius in Metropoli,lib.7. ca. 2.ſepultus eſt in S.Ioannis Monaſterio à ſe pro Benedictinis fundato.

HENRICVS Bracton Anglus,& vir Illuſtris, ſcripſit De Conſuetudinibus Anglicanis. Viuebat an.1240.

HENRICVS in Breitenauu Abbas,vir Sanctitate celebris,ſcripſit Dialogum in perſona diuitis Epulonis,& Pauperis Lazari. De contemptu ſeculi. Libellum Orationum. De conflictu virtutum,& vitiorum. De duodecim abuſibus. De lapſu primi hominis,ac De tædio præſentis exilij. De Ciuitate, cuius nomen *Dominus*. De habitu Virginis, & de Beatitudine. De Reſurrectione Sanctorum. De cogitanda mortalitate. De Domino noſtro Ieſu Chriſto.De corpore Chriſti myſtico.De Fide Catholica ad Carnotēſem Epiſcopū. Floſculorum librum.Hymnorum Opus. Viuebat an.1132.

HENRICVS Brundshauu,Anglus,Monachus Benedictinus an.1346.vel circiter,ſcriſit vitam S.Vueburgæ virginis.

HENRICVS Bruxellenſis in Belgio,Monachus Affliginienſis calculatoriæ artis peritus(vt verbis vtar Henrici de Gandauo) diſcordiam naturalis computi Lunæ, & Cycli decemnouennalis,diligenter abſoluens,Calendarium ita diſtinxit,vt poſitis ſecundum Cyclum decemnouennalem ſuo loco primilunijs,ipſe è regione non ſolum qua die, vel qua hora, ſed etiam qua parte horæ ſingularum Lunationum, ſingulis menſibus acceſſio contingeret,annotaret.

HENRICVS Bury(ſiue *Bedericus*) Sudouolcas Anglus, Auguſtinianus,in Clarenſi Cœnobio S.Auguſtini,ſcripſit in quatuor libros Sent. Sermones de B. Virgine, & de Tempore, ac Quæſtiones Theologicas. Vixit anno 1480.Colbius,Eiſingrenius, Ioſeph Pamphilus.

HENRICVS Buſchey,Belga, Ord. Minorum,è Baſtonia,quod eſt Oppidum in tractu Leodienſi,Dialogum edidit De Sacra incarnati verbi œconomia. Addidit Precatiōes ad Sanctiſs.Trinitatem,& ad B.Virginem.Henr.Vuillot.

HEN-

HENRICVS Caniſius Nouiomagus Germanus, & Petri Caniſij Theologi noſtræ Societatis patruelis I. V. D. & Canonum publicus in Academia Ingolſtadienſi profeſſor edidit Ingolſtadij Theſes iuridicas De præſumptionibus, & iureiurando, an. 1594. apud Dauidem Sartorium. Summam autem Iuris Canonici in quatuor inſtitutionum libros contractam ibidem an. 1599. apud Eliam Vuillerum. Poſtea an. 1604. recognitam, reſtitutam, & notationibus illuſtratam. ibidem ex typogr. Adami Sartorij.

Tomos antiquæ lectionis: Quorum PRIMVS continet ſequentes Auctores nunquam antea editos, qui ſunt. Alcuini Epiſtolæ ad Carolum Magnum, & alios.

Tironis Proſperi Chronicon auctius vulgato, & Pithæano, quæ etiam hic adiuncta.

Vvingarienſis de Guelffis Principibus. Eiuſdem Chronicon ad annum 1197.

Henricus Stero auctior.

Eberhardi Altahenſis Ratiſponēſis Archid. Annales à Rodulpho Habſpurgio ad an. 1305.

Sangallenſis de Geſtis Caroli Magni, libri duo.

Hermannus Comes Veringenſis, auctior.

Concilia Saliſburgenſia tria, & Viennenſe vnum.

S. Columbani. Carmina. Salomonis Epiſcopi Conſtantienſis. Carmina.

Vualdrammi. Carmina. Metelli Tegernſeienſis Quirinalia. Carmina.

Quæ ex officana typographica Ederiana. apud Andream Angermarium prodierunt Ingolſtadij an. 1600.

SECVNDVS autem, qui an. 1602. prodijt ibid. apud eundem, pluſquam viginti monumēta antiqua nūquam edita, & ab ſe notis illuſtrata cōplectitur. Quorū nomina hęc ſunt.

Meginfredus Magdeburgenſis D. S. Emerano.

Arnoldus Comes à Cham, & Vochburg. De SS. Emerano, & Vuolfango.

Auctor σύγχρονος De S. Lamberto martyre, & Epiſcopo.

Vuponis Panegyricus ad Henricum III. Imperator.

Vladicalcus, De controuerſijs Hermanni, & Eginonis, vbi & Epiſtolæ Paſchalis, & Arnoldi, Eginonis.

S. Eberhardi diſcipulus De Epiſcopis Saliſburgenſibus, vbi & vitæ Sancti Ruperti, Sancti Vigilij, Sancti Eberhardi, & Hartuuici, & S. Gebhardi.

De S. Ottone, & Pomeranorum conuerſione, vbi & Epiſtolæ SS. Ottonis, Paſchalis, Calixti, Innocentij, Polizlai, ſiue Boleſlai Ducis Polonię, & Imbriconis Oratio.

Arno Archiepiſcopus Saliſburgenſis, ſub Carolo Magno De Donis Ducum Bauariæ Saliſburgenſi Eccleſiæ datis.

Priuilegium Philippi Regis pro Saliſburgo.

Prumfflingenſis De S. Erminoldo primo Abbate Prumfflingēſi propè Ratiſponam, li. 2.

Auctor σύγχρονος De S. Gunthero S. Stephani Regis Vngariæ cognato.

Collectio Hiſtorica ex Anonyma, qui ſub Alexandro Seuero Imperatore vixit, Idacio, Toromacho, alijs, Collectore Gallo quodam ſub Carolo Magno.

Menologium Græcorum ex Bibliotheca, & interpretatione Gulielmi Card. Sirleti.

TERTIVS Tomus bipartitus, qui ibidem ab eodē eſt excuſus an. 1603. continet vndecim antiqua Monimenta nunquam antea edita. ſed & ab Henrico Caniſio Notis illuſtrata.

*Et in Prima quidem Parte,* S. Gregorij Thaumaturgi Epiſcopi Neocæſarienſis, Anathematiſmi Græcolatini.

Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani fragmentum ex Oratione de hæreſibus Græcolatinum.

S. Zachariæ Pont. ſeptem capita ex libro tertio Dialogorum S. Gregorij Magni Gręca hactenus deſiderata.

Hippolyti Thebani Chronicon Græcolatinum.

S. Anaſtaſij Sinaitæ Patriarchæ Antiocheni Orationes duæ Græcolatinæ: Prima De S. Synaxi: ſecunda in Pſalmum ſextum.

Alterius Anaſtaſij Abbatis liber contra Iudæos.

Francicorum Annalium Fragmentum ab an. 741. ad an. 793. quos Regino Prumiēſis ſe fatetur ſecutum.

*In Secunda Parte,* Ioannes Raguſini Oratio, qua in Concilio Baſileenſi reſpondit per octo dies ad Articulum Bohemorum De Communione ſub vtraque ſpecie propoſitū à Ioanne Rockyzana Huſſita.

Aegydij Carlerij Decani Eccleſiæ Cameracenſis, qua in Concilio Baſileenſi reſpōdit per quatuor dies ad Articulum Bohemorum, De corrigendis peccatis publicis, quem propoſuit Nicolaus Taborita.

Diſpu-

Diſputatio capituli Eccleſię Pragenſis cum Rockyzana, de Huſſiticis controuerſijs habita per dies quinque an. 1565. coram Gytzycone Rego Bohemiæ.

Præter hos tres Tomos idem Henricus Caniſius edidit ibid. apud eund. an. 1600. Chronicon Victoris Epiſcopi Tunnunenſis, & Chronicon Ioannis Biclarenſis Epiſcopi Gerundenſis, & Legationem Luitprandi Epiſcopi Cremonenſis ad Nicephorum Phocam Græcorum Imp. nomine Ottonis Magni Imp. Auguſti, & Synodum Bauaricam ſub Taſſilone Bauariæ Duce, tempore Caroli Magni, omnia nunquam antea edita.

QVARTVS Tomus, in quo ſunt.

Leontij Byzantini varia Opuſcula, ſiue libri
Timothei ſancti Auctoritates è Sanctis Patribus.
Sanctis Damaſcenus in Acephalos, & in Neſtorianos.
Anonymi Collectanea in Seuerianos.
Seuerianorum Oppoſitiones cum reſponſo incerti Auctoris.
Sanctus Nicephorus in Iconomachos.
Theodorus Hapiopolitanus.
Henricus Kalteiſen De libera prædicatione Verbi Dei. } *In Concilio Baſileenſi.*
Ioannes Polemar De Domino Clericorum. }
Sanctus Vuilibaldus de Sancto Bonifacio.
Othonus Fuldenſis de eodem.
De Fundatione Illminenſi.
Fragmentum chronici Thadæi Scoti.
Hodæporica Sancti Vuillibaldi, & eius Vita.
Heidenheim Sanctimonialis de Sancto Vunibaldo.
Ermonoldus de Sancta Sola.
Philippus Aichſtadenſis de Vualpurga.
Vuolphardus Haſenrietanus de eadem.
Anonymus de Sancto Kiliano, & Sancto Burchardo.
De Sancto Tyemone Archiepiſcopopo Saltzpurgenſi martyre æqueuus auctor.

QVINTVS Tomus, *In cuius Prima Parte hæc ſunt.*

Serapion Epiſcopus Thmueos contra Manichæos.
Didymus Alexandrinus contra Manichæos.
Titi Boſtrenſis Epiſcopi libri tres contra Manichæos.
Zachariæ Epiſcopi Mitylenenſis Syntagma contra Manicheos.
Excerpta ex libris S. Hippolyti Epiſcopi Portuenſis De Theologia, & Incarnatione.
Epiſtola Gregorij Nyſſeni contra Apollinarium.
Scholium Eunomij, & Diſputatio Orthodoxi contra eum.
S. Baſilij Magni Rationes Syllogiſticæ Contra Arrianos.
Expoſitio De ſancta, & Catholica Fide S. Baſilij, & S. Gregorij Nazianzeni.
Epiſtola Photij ad Michaelem Bulgarorum Regem.
Eiuſdem Photij Diſſertationes ſex De Diuinitate, & Incarnatione.
Fragmentum ex Leontio Cyprio contra Iudæos.
*In Secuuda Parte.* Engelhardus Abbas de vita Mechtildis Virginis.
Friderici I. Imperatoris expeditio Aſiatica.
Gulielmi de Baldenſel Equitis Aurati Hodæporicon in Terram ſanctam.
Theodorici Turingi libri tres de Sancta Eliſabetha.
Halitgarij Cameracenſis De Vitijs, & Virtutibus, & Ordine pœnitentium lib. 5.
Eiuſdem, ſiue alterius Pœnitentiale.
Alcuini Epiſtola De Confeſſione.
Anonymus De S. Adelberto Pragenſi Epiſcopo.
Guntheri monachi Hiſtoria de capta à Latinis Conſtantinopoli.
Anonymus de Adelhaide Imperatrice.
Fauſti Rhegienſis Admonitio. Eiuſdem Epiſtolæ.
Cæſarij, Sedati, & aliorum Epiſtolæ ad Ruricium Epiſcopum.
Ruricij Epiſcopi Lemouicenſis Epiſtolarum libri duo.
Deſiderij Epiſcopi Cadurcenſis Epiſtolarum lib. 1.
Epiſtolæ variorum ad eundem Deſiderium.
Euanthi Abbatis Epiſtola.
Adamanni Scoti de Sancta Columba, lib. 3.
Cogitoſus de Sancta Brigida Virgine.



Digitized by Google

Acta duplicia Sancti Albani martyris.
Vita Henrici Prioris Oxenhuſani.
Synodus Regiaticina. Genealogia Caroli Magni.
Vita Sancti Gudberti carmine ſcripta à Beda.
Epigrammata, & Hymni illuſtrium virorum Monaſterij Sancti Galli.
Althelmi Epiſcopi De laude Virginum, liber carmine ſcriptus.
Eiuſdem liber carmine ſcriptus De octo principalibus vitijs.
Theodulphi Epiſcopi Aurelianenſis Elegiæ Epiſtolares de ſuo exilio.
Modoini Epiſcopi ad Theodulphum Epiſtola Elegiaca.
Sermo Sancti Galli Confeſſoris.
Theodorus Monachus de Sancto Magno.
Oroſij Abbatis libellus de ſex cogitationibus.
Anonymi Carmen de Sancta Cruce.
Alcuini Dialectica. Eiuſdem Grammatica.
Synodus Auguſtana. Synodus Ingelheimenſis.

Scripſit porrò, atque edidit idem ibidem apud eundem eodem anno Refutationem trium Tractatuum nuper editorum à quodam I.C. Heidelbergẽſi ſuo, Marſilij de Padua, & Gulielmi Occammi nomine. Qua refutatione optimè agitur De cauſis Matrimonialibus ad Iudices Eccleſiaſticos ſpectantibus.

HENRICVS Cardin. Oſtienſis hortatu, Alexandri IIII. Pont. Max. ſcripſit in omnes Decretales. Volat. lib. 12. Vrbanorum Commẽt. Eius Summa fuiſſet excuſa Venetijs apud Bernardum Iuntam, an. 1570. cum etiam Lugduni an. 1517. prodijſſet apud Ioannem Morlinum.

HENRICVS Caſtela, Toloſanus, Ord. Min. ſcripſit Gallicè, ſanctum iter Hieroſolymitanum, quod ipſe ſuſcepit an. Iubilæi 1600. Burdigalæ editum, ſed Pariſijs proſtabat apud Laurentium Sonnium, an. 1603.

HENRICVS Comes à Caluuc, Monachus, & Abbas Augiæ diuitis, Congregat. Cluniac. qui floruit anno 1220. ſcripſit vitam S. Pirminij, primi Augienſis Abbatis. Arnold. Vvion.

HENRICVS Conſueldius, ſiue (vt vocant) *de Conſueldia* Germanus, & Cartuſiani Ord. Prior domus Sanctæ Mariæ propè montem B. Gertrudis in Hollandia, ſcripſit

In Exodium myſticè.
In Epiſtolam D. Pauli ad Romanos.
De tribus votis ſubſtantialibus.
Contra vitium proprietatis.
De Inſtitutione Nouitiorum.
De Sacramento Altaris.
De Annunciatione Dominica.
Eulogium D. Pauli Eremitæ.
Sermones { De Sanctis. / De Tempore.
De tribus cuſtodijs monaſticis.
De Sanctiſſimo Altaris Sacramento.
Circunciſorium myſticum.
Epiſtolas ad diuerſos.

Opus Gulielmi Pariſienſis de vniuerſo in Compẽdium redegit. Moritur in domo Vallis Gratiæ propè Brugas, vij. Idus Iul. an. 1410. Trit.

HENRICVS Conſtantienſis ſcripſit Horologium æternæ Sapientiæ. Viuebat anno 1368.

HENRICVS Coſterius ſcripſit librum quem inſcripſit, *Modus Orandi Deum*; qui item figuris ligneis atque æneis prodijt apud Ioannem Moretum Antuerpiæ anno Domini 1605.

HENRICVS Cremonenſis, Ord. Minorum, redegit in Epitomen in quatuor libros Sent. & libros naturales Ariſtotelis iuxta principia Scoti. Henr. Villot.

HENRICVS Crixtede, Anglus, Monachus Ord. D. Benedicti, ſcripſit in Regulã Monachorum.

HENRICVS Cuickius Ruræmondenſis Epiſcopus Ioan. Caſſiani Opera expurgata, & Scholijs illuſtrata edidit. Acceſſerunt Regulæ SS. Patrum ex antiquiſſimo Affliginienſis monaſterij manuſcripto codice deſumptæ, Ant. apud Chriſtophorum Plant. ann. 1578. Eiuſdem Speculum concubinariorum Sacerdotum, Monachorum, ac Clericorum Coloniæ apud Bernardum Gualterum, ann. 1599. Duæ item Orationes Panegyricæ. Prior de vitandis, & è Rep. proſcribendis libris pernitioſis. Poſterior aduerſus politicos. Ibidem apud Arnoldum Mylium.

Trit. Petrus Lucius Eiſingren.

HENRICVS Dolendorpius Germanus, & Carmelita, ante Tilmannum Prouincialis Prior inferioris Germaniæ, ſcripſit in Senten. lib. 4. In Philoſophiam moralem. Sermones de Tempore, & de Sanctis. Obijt in Monaſterio Colonienſi an. 1365. Indict. 3. quarto

Idus

Idus Februarij. At ſciendum à Tritemio in Opere magno de Scriptoribus Eccleſ. aſſeri hunc adhuc vixiſſe ann. 1370. quod etiam teſtatur Index aliquot Scriptorum Carmelitarum Iacobi de Plebe Ord. Seruorum, Quare putatur mendū irrepſiſſe in exemplar Antuerpienſe, vt pro 1356. legendum ſit 1375. eo enim anno currebat Indict. 3. vt annotauit Io. Lucidus Ord. Præd. in ſua emendatione temporum.

HENRICVS Dorſius Summam Azonis multis in locis emaculatam Venetijs edidit an. Domini 1568.

HENRICVS de Eimbeck dictus *Magiſter Engelus*, Saxo, 4. libros Sent. Lombardi expoſuit, præter Logicam, & Vocabularium, quod reliquit. Obijt in Saxonia an. 1430. Trit. de Script. Germ.

HENRICVS de Erfordia Ord. Præd. Prouinciæ Saxoniæ, conuentus Mindēſis Theologus ſcripſit Chronicon Generale à creato Mundo vſque ad annum Domini 1355. Tractatum de Conceptione Beatiſs. Virginis. Alterum de ornatu Clerici. Summam de Caſibus Conſcientiæ. De Dijs gentium. De Inuectiuis in Hebridam metricum. In illa verba Euangelij, *Super Cathedram Moyſis*. Sermones plures. De metris, & eorum pedibus. De Prouerbijs. De principio Oratorum, & Poetarum. Compoſuit etiam Opus, in quo de quolibet ente more problematico ſecundum veram entium cohærētiam diſputat. Quod inſcripſit *Catenam auream*, quam in decem partes præcipuas diſtribuit. In cuius Prologo dictorum Opuſculorum meminit. Extat m.s. Neapoli in Cœnobio D. Dominici in Bibl. Viuebat an. 1355.

HENRICVS Eſſerburne Ord. Pręd. ſcripſit in Salomonis Prouerb. & in Eccleſiaſten. Lecturas Bibliorum, lib. 1. Proceſſus in Theologia, lib. altero. Sermones lib. alio. Viuebat ann. 1280.

HENRICVS Euta, alijs *Oyta*, ſiue *Hoyta* Germanus, Gymnaſij Viennēſis in Auſtria fundator, ſcripſit in Mag. Sent. De contractibus item. De Conceptione Beatiſs. Virginis. Sermones quoque plures de Sanctis. Viuebat an. 1390. Trit. Hunc etiam alij eſſe putant eum, qui cum ſcripſiſſet librum De reditibus, annexus eſt alicubi Gerſonis operibus.

HENRICVS Euticus Franco Orientalis, præter alia humaniorum literarum, & Medicinæ Opera ſcripſit in laudem B. Virginis. Viuebat an. Domi. 1494. Trit.

HENRICVS Fabricius Laurentij Surij Chronicon è Latino Germanicum reddidit, atque edidit Coloniæ an. 1568. Catechiſmum item Romanę Eccleſię ex maiore Catechiſmo Tridentini Concilij excerptum.

HENRICVS Ferrarienſis, Ord. Præd. qui vixit ann. 1390. Scripſit Tractatum de Quadruplici Inſtinctu.

HENRICVS Friſo Cartuſianus ſcripſit Chronicon ſui Ord. Librum item de Nouitiorum inſtructione. Alterum de Vita. Meminit eius Iacobus Vuimphelingus in Epitome rerum Germanicarum c. 52. ſub Friderico Tertio. Obijt an. 1500. Suffridus Petrus lib. De Friſiæ ſcriptoribus.

HENRICVS Gallus, Monachus S. Benedicti Congreg. Luxouienſis, qui vixit Carolo Caluo Imp. Scripſit De vita S. Albani martyris verſus: qui adferuntur à Renato Benedicto, in Vitis SS. Galliæ, in linguam Gallicam tranſlati.

HENRICVS Gandauenſis, ſiue de Gandauo. Vide ſupra in verbo, Henricus Bonicolli.

HENRICVS de Gauda, ſiue *Gaudanus* Batauus, Profeſſor Heidelbergenſis Gymnaſij, ſcripſit in libros Sent. De celebratione item Miſſarum, & Quæſtiones diſputatas. Vixit an. 1435. Trit.

HENRICVS de Geilnenhuſen, Germanus monachus Monaſterij S. Martini Spanheimenſis, Congreg. Brunsfeldenſis, ſcripſit ad Nouitios Monaſterij Portæ Mariæ, Ord. S. Vuilhelmi vberem Epiſtolam De profectu & inſtructione ſpirituali. Vitam S. Benedicti carmine elegiaco. Sermones de Tempore, & Sanctis Contra pluralitatem beneficiorum. Epiſtolas ad diuerſos. Obijt an. 1488. Trit. de Script. Germ.

HENRICVS Gorickem, Germanus 4. libros Sentent. Lombardi expoſuit. Scripſit etiam De Superſtitionibus, librum. Alterum contra Huſſitas. De feſtorum præterea celebratione. Summarium S. Thomæ. Sermones, & Collationes. Quæſtiones, & Determinationes varias. Viuebat an. 1460. Tritem. At prodierunt anno 1502. prænotatum *Opus Sententiarum Petri Lombardi cum concluſionibus Henrici Gorichem, & Cōcordantijs Biblicis, & Canonū, necnon in principio ſingularum Diſtinctionum vtiliſſimis Summarijs: Errores item varij in Anglia, & Pariſijs reuocati, & articuli, in quibus Magiſter communiter non tenetur. Item Regiſtrum totius libri.* Extant eiuſdem Poſitiones de Cœlo, & Mundo Ariſtotelis ibidem editæ apud Henricum Quen-

telium anno 1501.& Quæſtiones Metaphyſicæ De Ente, & Eſſentia D. Thomæ, ibidem anno 1602.

HENRICVS Grauius annotatiunculas in Cæcilij Cypriani Opera,cum eodem Auctore edidit Coloniæ apud Quentelium, ann.1544.Sed Iacobus Pamelius ſuis Adnotationibus poſtea cumulatius. Porro Henricus Grauius,vt Romam venit Gregor. XIIII. Pont. Max.(Sixtus enim Quintus iam obierat) mirificè ſe probauit, gratuſque Borromæo, Caraffæ, Columnæ, Cuſano, aliiſque Cardinalibus. Cum Cæſare Baronio nondum Card. diu, multumq; verſatus familiariter contulit. Septimum namque B. Auguſtini, qui de hæreſibus eſt, Tomum poſt Martinum Lipſium Notis iam antea illuſtrarat, & Paullini Nolani Epiſcopi Opera caſtigauerat;qui valetudine vſus imbecilla Romanum aerē ferre non potuit,obiitq; Quinto ab aduentu ſuo menſe in Vaticano Palatio, poſtridie Kal. Aprilis,an.1591.cui Baronius tumulum poſuit ad S.Mariam Animæ Germanorum,& iuſta alumno ſuo Louanienſis Academia perſoluit. Extat laudatio funebris Iacobo Sanſonio Doctore Theologo editore. *Opus* vero ipſius *Catechiſticum*, aliaque apud hæredes latent,quæ expectamus.

HENRICVS Gulpen Abbas monaſterij S.Aegidij Norimbergæ Ordin.D.Benedicti, Germanus,ſcripſit De Pœnitentia,& ſuper lib.De Conſecratione, & librum de Paſſione Domini.Viuebat an.1417.

HENRICVS Hachenburgenſis Germanus, Ord. Præd. ſcripſit Sermones de Tempore,de Sanctis,& Quadrageſimales. Clarniſſe Confluentiæ innuitur à Tritemio, qui eum laudat,veruntamen tacet quoto anno vixerit:Quod item Antonius Senenſis facit,qui ſui Ord. ſcriptorum catalogum texuit.

HENRICVS Harcheleius,Anglus(vt opinor)ſcripſit in libros 4. Magiſt. Sent. Librū item De Tranſubſtantiatione. Alterum De Quæſtionibus Theologiæ. Alium inſcriptū, *Determinationes*. Alium Quodlibetorum. Viuebat an.1396.

HENRICVS de Harena. Vide ſupra in verbo, Henricus de Arena.

HENRICVS Harphius Mechlinienſis in Belgio, ac quem Ttritemius vocat de *Hierp*, qui vixit an.1470.Paulo Secundo Pont. Max.Theologus, Ord. Minorum (cuius Theologia myſtica prohibetur in Romano Indice Pontificio,niſi repurgata fuerit ad exēplar illius,quæ Romæ impreſſa eſt an.1585.cum tres libros myſticæ Theologię ſcripſiſſet, qui iis præſertim, qui vitæ contemplatiuæ dant operam, ad perfectionem aſpirant, vſui eſſe poſſunt,recognitus quadantenus,& ſecundò iam excuſus, tertiò prodiit in lucem,Opera Brunonis Loheri,Cartuſiæ Agrippinenſis Procuratoris,an.1555.ab eodem, quæ fuit eius pietas, dicatus B.Ignatio Loiolæ(qui tum erat ſuperſtes) fundatori Ord.noſtri,ac reliquæ Societati noſtræ, Demum an.1585. cum omnino expediret, vt hoc Opus altioribus refertum ſenſibus,tum caſtigatius, tum præmunitum aliquibus cautioribus verſari tutius poſſet,propterea id ſanctæ Sedis Apoſtolicæ cura perfectum eſt.Primum enim Theologi plures cum hoc præſtitiſſent,addita eſt deinceps introductio ad doctrinam ſecundi libri perneceſſaria à Petro Paulo Philippo Theologo eximio Ordin. Prædic. quamuis etiam antea extaret altera Petri Blomouennæ Cartuſiani ad eundem ſecundum librum perutilis, ac pia. Factum eſt autem poſtea, præcepto Sanctæ eiuſdem Sedis, nemo vt ederet, legeretue Theologiam hanc myſticam Henrici Harphii, niſi eſſet ad poſtremam Romanā emendationem aptata. Ac licet Introductiones illæ Philippii, & Blomouennæ præfixæ ſunt ſecundo libro,præſtat tamen vt prælegantur,antequā primus liber decurratur. Nā & Harphii ſcopus in ſuis libris,& verba pleraque ſublimiora,quæ ſcrupulum multis poſſent iniicere, & profundior illa contemplādi via,quæ incautos, aut minimè capaces poſſet in auia deducere,ac ſanctitas ipſius viri, quæ hanc tradidit, inde innoteſcunt, aut declarantur.

Ceterum Operis huius liber, ſeu pars prima, Diuini amoris, ſpiritualiumque Nuptiarum *Epitalamium* continet, quo Canticum Canticorum Salamonis etiam exponitur.Itaq; Diui Amoris *Inflammatiua* (vt ille vocat)complectitur; videlicet de Filij Dei Incarnationis, Conuerſationis,Paſſioniſque myſteriis, ac fructu: Deque inſtitutione, & vſu Sacramentorum.

Secunda verò pars,quæ prænotatur, *Directorium aureum contemplatiuorum*, agit De vitæ actiuæ præparatione, atque ornatu,& De amabili ad Deum conuerſione; deinde De Præparatione,atque ornatu vitæ contemplatiuę ſpiritualis,eiuſque impedimentis. Denique de Præparatione,atque ornatu vitæ ſpiritualis ſupereminentis, de ipſius dignitate, deq; operatione Sanctiſ. Trinitatis in ſupremis animæ viribus.

At

At quidem ſecunda hæc pars ab Auctore Germanicè conſcripta, & deinceps latinitati donata à Blomouenna Cartuſiano fuit; denique Italicè verſa, plures ante annos minus aptè, ac ſine ea, quæ omnino erat neceſſaria, præuia face, ſiue introductione; ſed nouiſſimè Benedictus Oſanna Mantuanus, qui ad Cartuſianum Ordin. probus iuuenis acceſſit, vtrumque accuratè vertit, vt ſi quis hanc partem verſare voluerit, eam commodius ſit percepturus.

Tertia Poſtremò pars inſcribitur *Eden, ſiue Paradiſus contemplatiuorum*, quæ licet eadem contineat (& quidem fuſius) quæ in ſecunda parte extant, Pars tamen ſecunda videtur eſſe vtilior, quòd in ipſa pleniore, ac planiore ordine agatur de ijs, quæ ad perturbationes animi ſedandas attinent, hoc eſt ad mortificationes, & ad actiuam vitam, atque ſpiritualē contemplatiuam, quoad vires animæ inferiores.

At prudente Doctore eget, qui perfectionis ſemitas iſtas ingreditur. Et verò vt nonnulla ſecundæ partis capita pluribus prodeſſe poſſunt, nimirum, quæ ad vitandas murmurationes, ad virtutes morales conſequendas, ad dona Spiritus ſancti ſpectant, ſic reliqua non ſunt omnium, neque exigui temporis, nec eiuſdem ordinis, vt continentur agenda ſint, quemadmodum ſunt poſita. Quod præmonuit ſapienter Petrus Paulus Philippus, in ea, quam diximus, Introductione ad ſecundam Partem, commendans in pleriſque huius Auctoris capitibus, lectionem, & rationem meditandi, quam Ludouicus Granatenſis ſui Ord. vtiliſſimè, atque ad omnium captum propoſuit, nec tamen reſpuens iſtam Harphij, ſi qui eam rectè, ac ſine periculo velint inſiſtere.

Verum enimuero Harphius præter hos libros edidit Opus ſat grande, ſiue *Speculum aureum de Decem Præceptis*, Alterum. De Pœnitentiæ partibus tribus. Sermones per Quadrageſimam. Tractatum de effuſione cordis. Directorium aureum contemplatorum. Collationes tres cupientibus ad rectiſſimam Religionis formam, & contemplationis perfectionem peruenire.

HENRICVS de Haſſia iunior Cartuſianus, & Prior Domus Monachorum Beatiſs. Virg. Mariæ, Sermonis elegantia (vt ſcribit Sixtus Senenſis) ad illuminandum intellectum, & inflammandum affectum ſatis accommodatus, ſcripſit in Magiſt. Sentent. In Geneſim. In Exodum. In Prouerbia Salomonis. In Apocalypſim Ioannis. Dialogum inter Epiſcopum, & Presbyterum. Sermones plures ad populum habitos. Regulas item ad noſcendum diſcrimen inter peccatum mortale, & veniale, quæ vnà cum Beati Antonini Opere De eruditione Confeſſariorum excuſa ſunt primò ann. 1483. Obijt autem Viennæ 4. Kal. Aug. ann. 1317. vbi & ſepultus, vt ait Eiſingrenius. At Trit. & Sixtus Senenſis cum ſcribant illum ſub Sigiſmundo Imperatore claruiſſe an. 1428. non cohærent cum Eiſingr. Minus autem cum ijs, qui aiunt eum obijſſe ann. 1397. niſi quædam æquiuocatio ſit inter ſeniorem, ac iuniorem. Sanè Georgius Purbachius teſtatur eum ſcripſiſſe Theoricas Planetarum, & alia quædam in Aſtornomia. Sed & libellus olim eſt editus, hoc prænotatus titulo. *Henrici de Haſſia Plantatoris Gymnaſij Viennenſis in Auſtria, liber contra Diſceptationes, & contrarias prædicationes Fratrum mendicantium ſuper Conceptione S. Mariæ Virg. & contra maculam S. Bernardo mendaciter impoſitam.*

Porrò liber De Contractibus, ac De ordine cenſuum, qui operibus Gerſonis fuit adiunctus, eidem Henrico aſcribitur. Quin & explanatio Orationis Dominicæ, atque Angelicæ Salutationis, & Prologi Bibliorum, ac Tractatus de habitudine cauſſarum; & De inflexu Naturæ ſuperioris reſpectu inferiorum: & alter De Verbo Incarnato: & alius De diſcretione ſpirituum cum huic tribuantur, quæ quidem m.s. alicubi in Germania dicūtur aſſeruari, vereor, quin alterius Henrici de Haſſia ſint, de quo iam dicturi ſumus. Vide item in verbo, Henricus de Langenſtein.

HENRICVS alter de Haſſia, Ord. D. Auguſtini, ſcripſit Tractatum de Clauibus. Item de Indulgentijs. Item de Poteſtate Eccleſiæ.

HENRICVS Hazer Ord. Præd. cuius meminit Antonius Senenſis, cum ab eodem ſcribatur fuiſſe expoſitos quatuor libros Magiſt. Sent. cuias tamē fuerit, aut quo tempore vixerit, tacetur.

HENRICVS Helmeſius, Germipolitanus, Ord. Min. Prouinciæ Saxoniæ (vt vocāt) Miniſter prouincialis in Colonienſi Eccleſia maior concionator, ſcripſit Tomos quinque homiliarum in Euangelia, & Epiſtolas. De Verbo Dei, libros tres. Aduerſus captiuitatem Babylonicam Lutheri. Quæ omnia Pariſijs excuſa fuere apud Audoenum paruum, an. 1553. At Sermones ipſius deinceps apud Gulielmum Rouillium editi ſunt Lugduni in Gallia, an. 1589. ipſe verò an. 1550. erat ſuperſtes.

HENRICVS Henriquez Luſitanus, non ille, qui de Caſibus Conſcientiæ, ſiue Sum-



Digitized by Google

mam Theologiæ Moralis ſcripſit, quàm recognitam expectamus, ſed qui ante 38. annos ad excolendam Orientalem Vineam à noſtra Societate miſſus eſt, plures SS. vitas, in primis autem Chriſti Dom. & Beatiſ. Virginis in linguam Malauaricam, quæ Orientali Orę communior eſt à ſe verſas excudi eadem lingua curauit. Vide in verbo, Sancti. Porrò ſcripſit ille alia, cum (licet multò ætate ſenior) vitam quinquaginta annorum egiſſet Apoſtolicam apud Indos in Ora Piſcaria, in qua & ſanctè obijt.

HENRICVS Horneby Anglus Linconienſis, Cantabrigienſis Academiæ, dum eſſet Catholica, Theologus, edidit Hiſtoriam nominis Ieſu, lib. 1. Hiſtoriam Viſitationis B. Virginis, libro altero. Viuebat an. 1510.

HENRICVS de Hucta Germanus, Ord. Carmelitani ſcripſit Breuiarium Sent. lib. 4. Quæſtiones Scholaſticas, lib. 1. Viuebat an. 1390.

HENRICVS Huntingronenſis Archidiaconus in Anglia, vir eruditus, ac celebris ſuæ ætatis Hiſtoricus, qui viuebat an. 1148. ſcripſit.

De Imagine Mundi, librum.
De appetitu Mundi, librum.
De Conceptu Mundi, librum.
De Sanctis Angliæ, librum.
In Pſalmum Beati immaculati, librum.
De Summitatibus rerum, lib. 8.
De lege Domini ad Petroburgenſes, librum.
De Origine rerum Britanniæ, librum.
Proſecutionum Bedæ, librum.
Hiſtoriam rerum Anglicarum, lib. 8.
Seriem Regum orbis, lib. 1.
De Herbis, Aromatibus, Gemmis, librum.
De Ponderibus, & Menſuris lib. 2.
Laudes Alphredi, & Elſtedæ, lib. 1.
Epigrammatum, lib. 8.
Epiſtolarum ad diuerſos, librum.

HENRICVS Iacobinius Brito Pœnitentiariorum Apoſtolicorum ſuo tempore Decanus De Confeſſionis Sacramento Dialogum, & liberum de libero arbitrio Romæ edidit, hunc quidem an. 1531. Illum autem an. 1532. apud Antonium Bladum.

HENRICVS Inſtitoris, Ord. Prǽd. ſcripſit librum, quem prænotauit *Malleum Maleficarum*. Qui prodijt Norimbergæ an. 1496. Librum item aduerſus quoſdam dicentes Euchariſtiam adorandam eſſe ſub conditione. Tractatum alium contra negantes illam verum eſſe Sacramentum. Alterum Tractatum aduerſus dicentes ad quamlibet mutationem ſpecierum Sacramentalium ceſſare nouitatem Sacramenti. Opus Sermonum de eodem Sacramento. Alterum contra errores Maleficarum. Tractatum de Poteſtate Papæ aduerſus Antoninum Roſellum. Viuebat an. 1496. PP. Mon. Ord.

HENRICVS Iſnenſis Benedictinus Abbas in Sueuia, ſcripſit De tribus cuſtodijs Monaſticis carmine Hexaemetro. Viuebat an. 1348. Eiſingr.

HENRICVS de Kalkar, Germanus, & Cartuſianus, Prior Domus S. Barbaræ Coloniæ Agrippinæ, edidit Exercitatorium Monachale, lib. 1. Loquagium de Rhetorica lib. 1. Cantuagium de Muſica, lib. 1. De Ortu ordinis ſui, lib. 1. Viuebat anno 1390. Tritemius.

HENRICVS Kaltycen, Archiepiſcopus Eccleſiarum Nydroſienſis, & Cæſarienſis, Ord. Præd. Germanus, Patria Confluentinus, ſcripſit Sermones de Tempore, lib. 1. Sermones de Sanctis, lib. 1. Sermones per Quadrageſimam, lib. 1. Super Magnificat, li. 1. Quæſtiones varias, lib. 1. Collationes ad Clerum. Quæſtiones plures. Obijt an. 1465. PP. Mon. Ordin.

HENRICVS Comes à Kaluue Germanus, Benedictinus Abbas, ſcripſit vitam Sancti Pitminij Meldenſis Epiſcopi. Viuebat an. 1210. Eiſingr. Hic verò idem ipſe eſt, qui ſupra Henricus Caluue.

HENRICVS à Klingenberg. Vir Nobilis, & Ord. Benedictini, atque Conſtantienſis Epiſcopus, ſcripſit Quæſtiones de Angelis, & Hiſtoriam Habſpurgenſium Comitum. Viuebat an. 1287. Eiſingr.

HENRICVS Kyſpenningius Venlonenſis, edidit an. 1573. Coloniæ Agrippinæ libros ſeptem De Meditatione Mortis, & De varijs modis eos conſolandi, qui mortem lentam, ſubitamúe, aut violentam obeunt. Precationes item Chriſtianas, & pias admonitiones ad rectè viuendum ex Sacra ſcriptura, & Patribus ſelectas, apud Arnoldum Birckman.

Ioſeph. Pamphil. HENRICVS de Langenſtein dictus *de Haßia*, Germanus, Auguſt. Ordinis, ſed (vt ex eius Epiſtola colligitur) antea Eccleſiæ Vormatienſis Canonicus, claruit primum in Academia Pariſienſi, vbi Lauream Doctoratus promeruit, deinde ob decus nouæ (vt vocant) Vniuerſitatis Viennenſis in Auſtria illhuc ſe contulit, vbi docendo, & ſcribendo celebris fuit. Scripſit autem In Sententias, lib. 4. Qui aſſeruantur Mediolani in Biblioth. Au-

guſtinianorum Sancti Marci: ſuntque inſignes Commentarij. In Geneſim, & Prologum, libr. quinque. In quibus tamen non exceſſit caput quartum Geneſeos. Adeo abundabat ſenſibus.

In Canticum Canticorum, vt ſcribit Sixtus Senenſis.
De Antichriſto, & Schiſmate, lib. 1.
De eruditione Sacerdotum, lib. 1.
De contemplatione, & anima contemplatiua, lib. 2.
Speculum animæ, lib. 1.
De horis Canonicis, lib. 1.
Contra Aſtrologos, lib. 1.
De Oratione Dominica, & Salutatione Angelica.
In Symbolum Apoſtolorum, lib. 1.
De contemptu Mundi, lib. 1.
Contra Fratrem Teleſphorum, lib. 1.
Contra quemdam Vuiclefitam, lib. 1.
Sermones de Sanctis, lib. 1.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.
Queſtiones varias. Viuebat an. 1400. Trit.

HENRICVS Longen Carthuſianus Prior Domus prope Bruxellas Pſalterium explanauit. Sixtus Senenſis.

HENRICVS Lubecenſis Ord. Præd. Quodlibeta m.s. reliquit, ſed quæ neſcitur an vſquam ſint excuſa.

HENRICVS Marionouuenſis Germanus, prope Pannoniam Carmelita, qui teſte Baptiſta Mantuano aſtrorum, ac Cœli ſcientia claruit, ſcripſit contra Simoniacos librum. De Ordine ſuo, librum. De Syderum curſu, librum. Epiſcopus floruit an. 1440.

HENRICVS Maurox Gallus, Ord. D. Franciſci, Apologiam ad Toletanum Archiepiſcopum edidit, pro ijs, qui è Iudaiſmo in Chriſtum Ieſum crediderunt, & Catholicæ Eccleſiæ inſiti fuerũt, Pariſijs apud Vincentium Gualterotium, & Sebaſtianum Niuellium, ann. 1553.

HENRICVS Merburgh, ſiue Merpurgenſis, Ordin. Minorum edidit Summam Caſuum.

HENRICVS à Monte Iardino, Genuenſis, Ord. Min. edidit Commentarios in Ioannem, & in Euangelia per annum. Item quinque Quadrageſimalia. Initium primi eſt: *Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos.* Secundi, *Conuertimini ad me.* Tertij, *Cum ieiunatis.* Quarti, *ſapiens Magiſter.* Quinti, *Erant mirantes.* Henr. Villot.

HENRICVS Mortheymenſis Germanus, qui viuebat an. 1494. ſcripſit librum prænotatum, *Diometromachiam* Metro, & Proſa ad Fridericum Marchionem Miſniæ, Ducem Saxoniæ. Quod Opus à Tritemio, commendatur, vt præclarum. Scripſit item De Conflictu virtutum, & vitiorum.

HENRICVS Octauus Angliæ Rex, ſcripſit ad Leonem huius nominis X. Pont. Max. Aſſertionem Catholicam, De Sacramentis. Qui liber prodijt Lipſiæ an. 1541. deinde verò alibi, & Lugduni in Gallia circa an. 1570. ſi rectè memini. Hic verò (licet poſtea diſceſſit ab Eccleſia Catholica) permittitur in Indice Romano à Clem. VIII. Pont. Max. extatq; m.s. in Vaticana Bibl. eius manu ſubſcriptus.

HENRICVS Oxonienſis Anglus, Ord. Min. ſcripſit Sermones Dominicales, li. 1. Sermones feriales, lib. 1. Henr. Villot.

HENRICVS Oyta ſcripſit De contractibus redituum annuorum. Extabat m.s. in Germania: ſed & Gerſonis Operibus fuit adtextus. Articulos contra quendam Magiſtrũ Albertum. Sermonem de omnibus Sanctis. De Conceptione. De Natiuitate. De Purificatione. De Annunciatione Beatiſs. Virginis. Magiſtrales Tractatus de Anima, & Potentijs eius.

HENRICVS de Palma Meditationem ante, & poſt celebrationem Miſſæ, & in ceteris quotidianis actionibus edidit. Aſcribitur item ei liber De Theologia myſtica, qui eſt inter Opuſcula S. Bonauenturæ.

HENRICVS Parker Carmelita, ſcripſit Dialogum Diuitis, & Pauperis, lib. 1. De Paupertate Chriſti altero. In Meteora Ariſtotelis lectiones 34. libr. 4. Viuebat ann. Domini 1470.

HENRICVS Penneterius (Gallicè Pennetier) olim hæreticus Miniſter, deinde reſipiſcens, doctè, vereque reſpondit Miniſtris hæreticis Geneuenſibus.

HENRICVS Pepinus Ordin. Min. Prouinciæ inferioris Germaniæ Miniſter Prouincialis, è tenebris in lucem reuocauit, an. 1560 libellum Franciſci Verucort, cui titulus, *Veſtis nuptialis amoris Dei.* Germanicè. Eius plurima alia Opuſcula, quæ prelum merebantur latent. Henr. Villot.

HENRICVS Petri, Ord. Præd. ſcripſit in 4. lib. Sent. Quæ commentaria m.s. in Conuentu Ilerdenſi in Aragoniæ Prouincia Ant. Senenſis teſtatur ſe legiſſe.

HENRICVS de Piro, qui alijs, *Henricus Brunonis*, Colonienſis, Germanus, Cartuſiani Ord. ſcripſit librum ad Nouitios. Sermones item de Tempore, ac de Sanctis. De contractu annui cenſus cum pacto redemptionis. Conſilia ad diuerſos caſus. Libros 4. ſuper Inſtituta Iuſtiniani. fuerat enim ante ingreſſum in ſacram illam familiam I.V. D. Viuebat an. 1470. Trit.

HENRICVS Piſtor Theologus Pariſienſis Sequentias compoſuit, quæ extant in Elucidatorio Eccleſiaſtico.

HENRICVS de Plano Aſtenſis, Ord. Præd. ſcripſit Sermones Quadrageſimales, atque alios varios.

HENRICVS Plantagenes, ſecundus eius nominis Rex Angliæ ad Hadrianum Quartũ Pont. Max. Ad S. Thomam Cantuarienſem. Ad Ioannem Carnotenſem, & ad Richardum Cantuarienſem plures ſcripſit Epiſtolas. Librum item Legum, & Statutorum. Obijt anno 1189.

HENRICVS Potinus Normannus, Rothomagenſis Carmelita, & Epiſcopus Philadelphenſis Carolo Octauo Francorum Regi acceptus., ſcripſit lecturam in Mag. Sent. lib. 4. Pariſijs. Conciones ad Clerum, & Populum, lib. 2. Quadrageſimale, quod habuit coram eodem Carolo Rege. Obijt Rothomagi ann. 1502.

HENRICVS cognomento Prudens, Ord. Cartuſiani, Prior Domus Vallis prope Brugas in Belgio, Tetralogum deuotionis tribus commẽtarijs edidit. Collocutores ſunt Angelus, & Monachus, Ieſus, & Pater cœleſtis, Maria amabilis Sanctarum animarum, Petrus. Viuebat an. 1484.

HENRICVS Regius Padebornẽſis Prouinciæ Saxonicæ S. Crucis Alumnus, Guardianus (vt vocant) Suerinenſis, ſcripſit Biblia Alphabetica, Opus (vt aliqui putant) locupletius, & commodius inuentioni, quàm ſint maiores concordantiæ. Noueſianus excudit Coloniæ an. 1535. Quo tempore viuebat idem Henricus.

HENRICVS Sachſius, ſiue *Saxius*, an. 1540. Colon. Agrippinæ apud Ceruicornum edidit inuentos à ſe Fuldæ in Germania lib. 3. de contrarijs in ſpeciem vtriuſq; Teſtamenti locis: cui editioni adtexta fuere Honorij breuia in libros Salomonis commentaria. At Venetijs ad ſignum Spei, ſunt recuſi, an. 1552. prænotati, liber contrapoſitorum (ſiue contrariorum in ſpeciem) vtriuſque Teſtamenti.

HENRICVS Saltercyenſis monachus ſcripſit De Purgatorio D. Patritij librum, vbi agit De pœnis Purgatorij. Viuebat an. 1140.

HENRICVS Sedulius, Ord. Minorum, Belga, Cliuenſis, Prouinciæ inferioris Germaniæ, Scholia, ſiue Notas addidit libro D. Bonauenturæ, qui ipſum inſcripſerat *Speculũ ad Nouitios.* deinde Legendam B. P. Franſciſci à D. Bonauentura primum conſcriptam commentarijs illuſtrauit. Antuerpiæ apud Plantinum. Præſcriptiones aduerſus hæreſes ibid. apud Moretum an. 1606. Apologeticum aduerſus Alcoranum Franſcanorum pro libro conformitatum, ibidem eod. anno.

HENRICI à Seguſio Card. Hoſtienſis aurea ſumma, Nicolai Superantij annotationibus, & quibuſdam excerptis ex ſumma Fr. Martini Abbatis cõtemporanei Azonis & Accurſij illuſtrata. Venetijs apud Societ. an. 1605.

HENRICVS Siluius Papienſis Carmelita, Theologus, ſcripſit Sermones, & Tractatus in Euangelia, & in alios Sacræ ſcripturæ libros. Viuit etiamnum indies complura cõſcribens, inquit Petrus Lucius Carmelita, dum de illo ea ſcriberet.

HENRICVS Standitius, Ord. Min. Aſaphenſis Epiſcopus, edidit librum Sermonum ad Populum, & alterum contra Verſiones Eraſmi. Viuebat an. 1520.

HENRICVS Stero Altahenſis, Germanus, quem alij ſcribunt *Heinricum:* Quiſque Hermanni Abbatis Altahenſis ſe *Capellanum* vocat, ſcripſit Annales ab an. 1152. vſque 1273. Qui quidem acutiores, atque emendatiores prodierunt, quàm qui fuerant editi Francofurti ad Mœnum. Henricus enim Caniſius V.C. Tom. 1. Antiquę lectionis eos inſeruit deſumptos è m.s. Codice Auguſtani Monaſterij Sanctorum Afrę, & Vdalrici. Qui Tomus prodijt Ingolſtadij an. 1601. apud Andream Angermarium.

HENRICVS Suſo, qui alijs dicitur *Amandus*, Ord. Præd. ratione Sueuus, ſanctitate, & miraculis (vt ferunt) clarus, ſcripſit Germanicè librum, quem prænotauit *Horologium Sapientiæ*, in quo colloquentes facit æternam Sapientiam, atque Diſcipulum. Qui liber Latinè redditus prodijt tum alibi, tum Venetijs, ann. 1492. quem deinceps rectius, & elegantius verſum à ſe Laurentius Surius Cartuſianus edidit anno Dom. 1555. Scripſit verò idem Henricus centum Meditationes de Paſſione Domini, (quemadmodum in eiuſdem Horologij prologo teſtatur) totidem petitionibus additis. Quin & compoſuit Officium

quotidianum De æterna Sapientia, quod proſtat Luxenburgi in officina Spirenſi apud Heliam Rembachium, an. 1605. excuſum. Et Conciones aliquas, atque Epiſtolas. Librum de nouem Rupibus. Dialogum de Veritate. Quæ omnia ab eodem Surio latinè reddita, fuerunt Coloniæ euulgata. Viuebat ille circa an. 1340.

HENRICI Teutones Quatuor Ord. Præd. Quorum primus Alberti Magni diſcipulus, ſcripſit in Mag. Sentent. & vixit an. 1290. PP. Mon. Ord. Secundus autem, cui cognomen, *Ceruus*, & Colonienſis, qui item ſcripſit in eundem Magiſt. in Compendium redigens, quæ S. Thomas in eundem ſcripſerat. Eaque ſcripta extant Louanij in Conuentu Dominicanorum. Tertius, cui cognomen *Hunnus*, qui itidem ſcripſit in Mag. Sentent. Quartus, qui Tractatum compoſuit De verbis illis Euangelij, *Quod eſt magnum Mandatum in lege?*

HENRICVS Thaborita Friſius, aſſerit ſe religioſam vitam fuiſſe profeſſum in Thabor; Quod Monaſterium fuit propè Sneccam Regularium Canonicorum. In quo multos (ait Suffridus Petrus) animaduerto vixiſſe viros, qui ſingulari diligentia verſati ſunt in conſcribendis Hiſtorijs Patriæ, & in Actis eius publicis fideliter conſeruandis. Hic igitur auctor (ſubdit Suffridus) ſcripſit Opus vaſtum, ſtylo monaſtico, vt ea ferebat ætas, quo complexus eſt hiſtoriam mixtam, hoc eſt, Eccleſiaſticam ſimul & Politicam, à Natiuitate Chriſti vſque ad annum eiuſdem 1580. Collegit multa ſtudioſè, & vtiliter ex diuerſis Scriptoribus, quorum tamen nomina rarò citat, ordinem ſequitur annorum, quo multum lucis non ſuis modo, ſed & aliorum quoque ſcriptis adfert. In rebus Friſonicis multa præclarè tradit, quæ alibi non facilè reperies. Hic auctor noſter vixit circa an. 1510. Hæc ille lib. De Friſiæ ſcriptoribus.

HENRICVS Viti Ooſthouij De deſcenſu Ieſu Chriſti ad Inferos, ex Symbolo Apoſtolorum, & ſacris ſcripturis. Antuerpiæ, an. 1585.

HENRICVS de Vrimaria Germanus, Ord. Auguſtiniani, Sanctitate, & doctrina inſignis. De quo Iordanus hæc refert: *Ab omni procul ocio, verborumq́; vanitate, nunquam à ſtudio ſacrarum literarum, & oratione ceſſabat, niſi fuiſſet aliqua in re vtiliter occupatus: illudq́; in ore frequenter habebat, quòd quandò orabat, ipſe Deo loquebatur; quando ſtudebat, Deus ſibi loquebatur: cum verò conſilium, aut doctrinam impendebat, aut negotia aliqua diſponebat, ipſe de Deo, & propter Deum loquebatur.* Ioannes verò Tritemius in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſt. hæc de eo ſcribit. *Henricus de Vrimaria Ord. fratrum Eremitanorum S. Auguſtini; Vir in ſcripturis eruditus Sanctis, à pucritia ſtudioſiſſimus, in Philoſophia Ariſtotelica nulli ſuo tempore ſecundus, qui multis annis in Gymnaſio Patiſienſi Doctor egregius extitit, & celebri doctrina inſignis effulſit, ſcripſit multa præclara volumina,* Quorum circunferuntur.

Super libros Sententiarum, lib. 4. Super Cantica Canticorum, lib. 1. De decem præceptis, lib. 1. *Audi Iſraël.* Flores de Collatione Sanctorum PP. lib. 24. *Quia multa prædicabilia.* De perfectione hominis, lib. 1. De Incarnatione Verbi, lib. 1. De exemptione, lib. 1. Expoſitio Decretalis, Cum Marthæ. De celebratione Miſſarum, lib. 1. De quadruplici inſtinctu, lib. 1. *Semen aliud cecidit in terram bonam.* Tractatus autem hic extat Venetijs impreſſus, an. 1498. Cum libro De delicijs Paradiſi Bartholomæi Rimbertini Epiſcopi Coronenſis, ſed ſub titulo alterius Henrici Ord. Fratrum Prædicatorum.

Super Orationem Dominicam, lib. 2. Super Aue Maria, lib. 1. De quatuor ſenſibus Sacræ ſcripturæ, lib. 1. De quatuor Virtutibus, lib. 1. Manuale Sacerdotum, lib. 1. De vitijs capitalibus, lib. 1. De origine Ord. Fratrum Eremitarum S. Auguſtini. Quodlibeta duo. Sermones de Tempore.

Atqui m.s. expoſitio Orationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ, & Tractatus de Nocturnis illuſionibus, ac De mortificatione propriæ voluntatis, extare dicuntur in Germania. Sed, & ſcripſit in libros Ethicorum Ariſtotelis copioſa Commentaria, Anibaldo Canonico Atrebatenſi dicata; quæ Bononiæ in Auguſtinianorum Bibliotheca S. Iacobi aſſeruantur. Additiones autem eius in lib. Sententiarum cum AEgydij Romani in eoſdem Commentarijs, prodierunt Coloniæ an. 1513.

Itidem Sermones de Sanctis excuſos in Germania in Oppido Hagenau per Henricum Gran. an. 1513. prænotatos, *Opus Sermonum exactiſſimorum de Sanctis, per excellentem, ac verè Seraphicum Doctorem Henricum de Vrimaria Ord. Eremitarum D. Auguſtini compilatum.*

Huic Henrico, vt idem Iordanus commemorat, cum benigniſsimus Deus vellet dare requiem ſtatim poſt laborem, prius per biennium ante mortem grauibus eum renum & veſicæ doloribus, calculi quoque ac ſtranguriæ paſsionibus paternè caſtigauit. Quæ omnia patientiſsimè, ac deuotiſsimè tolerauit, tandem verò ad cœleſtem patriam migraturus, cum Sacramenta Chriſtianæ Religionis percepiſſet, cum fratribus ſuis vltimum



Digitized by Google

vale dicens, oculis ad Cœlum erectis, hæc verba deuotione maxima pronunciauit: *In manus tuas Pater Deus, commendo ſpiritum meum: In manus tuas Fili Deus, commendo ſpiritum meum: In manus tuas Spiritus ſancte Deus, commendo ſpiritum meum.* Quibus dictis ſanctam Deo reddidit animam valde ſenex, qui multis in vita & morte claruit miraculis. Floruit an. 1340. Vide Ioſephum Pamphilum.

HENRICVS VVerlius, alijs *Verklera*, ſiue *Verkleir*, Teuto, Ord. Minorum, Prouinciæ Colonienſis Miniſter, & eiuſdem Vniuerſitatis Doctor, ſcripſit In Sententias Mag. lib. 4. De poteſtate Eccleſiaſtica, lib. 1. Sermones quoque varios: Quorum, qui de Paſſione Domini eſt ſcriptus, magnopere probatur. Quæſtiones item in vniuerſalia Porphyrij. Viuebat Eugenio Pont. Max. ac tempore Florentini Concilij.

HENRICVS VVillot Ord. Minorum, Belga, ex Oppido, quod dicitur, *A Fontibus Epiſcopi*, in finibus Tractus Leodienſis, ſcripſit Notas *ad Monachiam Chriſti incruentam.* Epitomen Concionum, quæ prodierunt Louanij apud Malium. Sexdecim homilias De auguſtiſsimo Altaris Sacramento, quarum primæ octo typis Ioannis Bogardi, an. 1592. Incipientes, *Apoſtolos, Diuinosq; præceptores*, reliquæ Leodij typis Chriſtiani Ovvex an. eodem prodierunt. Quarum initium, *Multis, varijsq; Diuinæ ſcripturæ, &c.*

Librum, quem inſcripſit *Athenæ*, in quem ſui Ordinis quotquot potuit ſcriptores colligere, inſeruit. Alia verò ſe ſub prelo habere ſcribebat. Viuebat an. 1597.

HENRICVS VVithyngen Anglus, ſcripſit in Iſaiam Prophetam. In Apocalypſim D. Ioannis. Sermones de Tempore, ac de Sanctis per totum annum. De Quadruplici Aduentu. De Conceptione Beatiſsimæ Virginis Deiparæ. Obijt Nordouici an. 1447.

HENRICI à Zvvifaltach Sueui, in monaſterio Ochſenhauſano Prioris, vita breuiter deſcripta à monacho Ochſenhauſano, extat in ſecunda parte Tomi Quinti antiquæ lectionis, Henrici Caniſij.

HEPIDANNI Monachi de vita S. VViboradæ Virginis, libri duo m.s. in Bibl. celebris Monaſterij S. Galli in Heluetia.

HERACLIANVS Epiſcopus Chalcedonis viginti libros Græcè ſcripſit aduerſus Manichæos, ſicuti Photius in ſua Bibliotheca teſtatur; qui cum illius dictionē probet, quòd ſit conciſa, ſine ſuperfluitate eminens, perſpicua, mixtaque Atticiſmo, addit quoque, ab eo euerti, quod apud Manichæos vocabatur, *Euangelium, & Gigantinum Librum.* Theſauros porrò (inquit) colligit, & quotquot ante ipſum contra impietatē Manichæi conſcripſerant, Egemonium, Titum, Georgium, Serapionem Epiſcopum Thmuenſem, & Diodorum, qui libris vigintiquinque certauit contra certamen Manichæorum. Quorum Patrum cum meminit, ſi qua languidè aſſeruerant, omittit; ſin aliqua mutila, & manca dixerint, aptè ſupplet, eoſque ſimul ordinat ἔστι δὲ ἀνὴρ (ait) πνέων καὶ τὴν ἀπὸ φιλοσοφίας ἰσχὺν, καὶ τὴν ἀπὸ τῶν ἄλλων μαθημάτων πλουτῶν θεωρίαν. hoc eſt. *Eſt autem vir ſpirans, & à Philoſophia robur, & ab alijs diuitibus diſciplinis ſpeculationem.* Itaque & fabulas Manichæi vehementiſsimè ſubuertit. Cum autem Photius illum θεοσεβέστατον, id eſt, *religioſiſsimum* nominet; ſcripſit quidem quo tempore vixerit, at è codice Græco excidit ſeu vetuſtate ſcriptionis, ſiue quo alio caſu. Quæ voluimus indicaſſe, vt cui Auctor tantus innotuerit, eum non inuideat communi Eccleſiæ bono.

HERACLIDIS Cappadociæ Epiſcopi ad Lauſum Præpoſitum Epiſtola Tom. 7. Bibl. SS. PP. edit. 2.

HERACLITVS ſub Conradi, Seuerique imperio in Apoſtolum Commentarios compoſuit. Hieron. in Catal. Martinienſis autem Cod. in Belgio vocat hunc, *Heraclium.* Reliqui Codd. *Heraclitum.* Vixit an. 200.

HERBENVS Monachus, & Abbas maioris monaſterij S. Martini, quod eſt ſitum propè Turonenſem Ciuitatem: Qui deinceps fuit Archiepiſcopus Turonenſis, ſcripſit de Laudibus S. Martini Turonenſis. Quonam verò tempore claruerit, haud ſatis conſtat, cum Molanus in ſuo Martyrologio ad diem ſecundam Nouembris hoc minimè explicet. Quamobrem diſpiciendum eſt num idem ſit, qui Hildebertus Gallus monachus, Cœnobij Cluniacenſis. Vide in verbo, Hildebertus.

HERBERTVS. Vide in verbo, Herebertus.

HERCVLANVS cum alijs Epiſcopis ſcripſit duas Epiſtolas, quæ extant apud S. Cyprianum.

HERCVLES Vincemala, Collegij Mediolanenſis I. C. libros tres miraculorum Mariæ Virginis ſacratiſsimæ ſcripſit, qui prodierunt Mediolani, an. 1579. At in hoc ſcriptore deſideratur citatio locorum, è quibus hauſerit plura, quæ affert, miracula eiuſdem Beatiſsimæ Virginis.



Digitized by Google

HERCVLES Vtinus (ſed proprio, & antiquiore cognomento *Faber*) nobilis Mantuanus, Decem Commentationes Italicè culto ſtylo ſcripſit in Orationem Dominicam, prænotatas *Diſcorſi*. Anno 1602. Venetijs apud Ioannem Baptiſtam Bertonum. Sed & Poëmata in Italicam linguam feliciter vertit, nempè Virgilium, & Pſychen, quæ ad hunc Apparatum haud attinent.

HEREBERTVS de Hoſcham Anglus, ſcripſit Geſta B. Becketi, quem pro ſancto, Stephanus Langton Cardinalis S. Chryſogoni habuit. Viuebat an. 1183.

HEREBERTVS Loſinga Anglus, & monachus Congreg. Cluniacenſis, qui obijt an. 1120. ſcripſit librum ad Anſelmum Epiſcopum aduerſus malos Sacerdotes. Alterum item, quo Sermones duodeuiginti continebantur. Alium De prolixitate temporum. Alium De fine Mundi. Alium Conſtitutionum monachorum. Epiſtolas ad diuerſos, libro vno.

HERENVS de Boyo Carmelita, natione Brito, fertur nonnulla præclara volumina ſcripſiſſe, è quibus extant Commentarij in Mag. Sent. & Quæſtiones variæ.

*Tritemius. Petr. Lucius.*

HEREBERTVS Archiepiſcopus Colonienſis de Eccleſiaſticis officijs. Sed opinor hunc eſſe *Herigerum*, de quo infra.

*Anno 1011 Eiſingreni.*

HERIBERTVS Roſvveydus Vltraiectinus S. Ieſu. De Sanctorum vitis, Tomos XVI. editurus eſt, Quorum 1. de vita Chriſti & feſtis eius. 2. De vita B. Mariæ & feſtis eius. 3. De SS. feſtis diebus publicè ſolemnibus. 4. De Sanctis menſe Ianuario. 5. De Sanctis menſe Februario. 6. De Sanctis menſe Martio. 7. De Sanctis menſe Aprili. 8. De Sanctis menſe Maio. 9. De Sanctis menſe Iunio. 10. De Sanctis menſe Iulio. 11. De Sanctis menſe Auguſto. 12. De Sanctis menſe Septembri. 13. De Sanctis menſe Octobri. 14. De Sanctis menſe Nouembri. 15. De Sanctis menſe Decembri. 16. Martyrologia variorum. Item Tomos duos Illuſtrationum in vitas Sanctorum. Quorum primus octo libris conſtat, eſt annotationum, De auctoribus vitarum SS. Tormentis: Imaginibus SS. De Ritib. ſacris & profanis quorũ fit mentio. De Tempore ſeu Chronolog. Locis ſeu Chronographia, & de verbis obſcuris ordine Alphabetico. Secundus Tomus tredecim Indices: Quorum 1. eſt Index Nominũ SS. ordine Alphabetico. 2. eſt Index & tabula omnium SS. cum notatione patriæ, ſtatus, laureolæ, temporis, loci, auctoris vitæ. 3. eſt Index per ſtatus SS. vt Religioſus, Virgo, Vidua, Coniux, &c. 4. Index per officia SS. Apoſtolus, Epiſcopus, &c. 5. Index Topologicus ſeu Index SS. per prouincias Italiæ, Franciæ, &c. 6. Index locorum vbi coluntur SS. tanquam Patroni. 7. Index nominum SS. pro curationibus certorum morborum. 8. Index eorum SS. qui Patroni certorũ opificiorum. 9. Index nominum propriorum hominum, locorum, vrbium. 10. Index Sacræ Scripturæ quæ in vitis explicatur. 11. Controuerſiarum. 12. Catechiſticus. 13. Index rerum & verborum ordine Alphabetico.

HERIGERVS Abbas Lobienſis (vt ante Tritemium ſcripſit Sigebertus) literali ſcientia clarus, edidit Geſta Epiſcoporum Leodienſium: Quin & metricè vitam Sancti Vrſmari: & ad Hugonem Epiſtolam de quibuſdam Quæſtionibus. Item ſuo, & Adeboldi Epiſcopi nomine Dialogum de Diſſonantia, quæ videbatur, Eccleſiæ de Aduentu Domini: Congeſsit etiam aduerſus Ratbertum complura Catholicorum Patrum ſcripta De corpore, & ſanguine Domini; De diuinis item officijs librum. At etſi omnes codices habent *Ratbertum*; Martinienſis tamen vera lectio habet *Ratherium*, hic enim eſt ille Ratherius, de quo dicitur cap. 128. Catalogi Sigeberti. Viuebat an. Dom. 590.

*Sigeb. in Catal. an. 990.*

*Suffridus Petrus.*

HERMAM (inquit Hieronymus) cuius Apoſtolus Paulus ad Rom. ſcribens meminit, *ſalutate Aſyncritum, Phlegontem, Patrobam, Hermam, & qui cum eis fratres ſunt*, aſſerunt auctorem libri, qui appellatur Paſtor, quique apud quaſdam Græciæ Eccleſias etiam publicè legitur. Reuera vtilis liber, multique de eo Scriptorum veterum vſurpauerunt teſtimonia; ſed apud Latinos penè eſt ignotus. Hæc Hieronymus.

At Hermas vixit temporibus Apoſtolorum, cuius liber ſæpè ab antiquis eſt dubitatum, num inter canonicos eſſet numerandus. Clemens autem Alexandrinus lib. 6. Stromatum, Iren. lib. 1. Orig. homil. 9. in Numeros, cap. 14. Athanaſius lib. de Incarnatione Verbi, Caſsianus Collat. 13. cap. 12. Origenes Periarchon lib. 1. cap. 3. lib. 3. cap. 2. lib. 4. cap. 2. homil. 35. in Lucæ cap. 16. Athanaſius item Apologia 2. pro Synodi Nicænæ Decretis contra hæreſim Arianam, Euſebius hiſt. lib. 3. cap. 3. & lib. 5. cap. 8. & Nicephor. lib. 1. cap. 46. lib. 4. cap. 14. & Theodoritus hiſt. 4. primo lib. cap. 8. etſi eum citant, Gelaſius tamen in Concil. 70. Epiſcop. inter Apocryphos libros retulit.

*Vide etiam Bellar. Card. de verbo Dei lib. 1. cap. 20. Tom. 1.*

Atqui Damaſus Papa in vita Pij I. Pont. Max. in Pontificali ait hunc Herman, ſiue

Herme-

Digitized by Google

Hermetem fratrem fuiſſe Pij I. Pont. Max. At Pius ipſe I. vt conſtat in Epiſt. Decretali ad omnes Chriſti fideles, ita de Herma ſcribit. *Iſtis ergo temporibus Hermas doctor fidei, & ſcripturarum effulſit inter nos: & nos licet idem Paſcha prædicta die Dominica celebremus, quia tamen quidam inde dubitarunt, ad corroborandas eorum animas eidem Hermæ Angelus Domini in habitu Paſtoris apparuit, & præcepit ei, vt Paſcha die Dominico celebretur, vnde & vos Apoſtolica auctoritate instruimus omnes eadem ſeruare debere.* Ita Pius primus.

Porrò Opus hoc diuiſum eſt in tres libros: Quorum PRIMVS, quatuor viſiones continet:

Primam, Contra elatas, & turpes cogitationes, & negligentem Hermæ filiorum caſtigationem.

Secundam, De negligentijs vxoris loquacis, & filiorum libidinoſorum caſtigatione, & eius modo.

Tertiam, De triumphantis Eccleſiæ ſtructura, & varijs hominum reproborũ ordinibus.

Quartam, De tentatione, & tribulatione hominibus ſuperuentura.

SECVNDVS liber habet mandata duodecim ab Angelo cuſtode. Nimirum:

1 De fide in vnum Deum.
2 De fugienda obtrectatione, & eleēmoſyna facienda in ſimplicitate.
3 De fugiendo mendacio, & Hermæ pœnitentia ob ſimulationem.
4 De dimittenda adultera.
5 De triſtitia cordis, & patientia.
6 De agnoſcendis vniuſcuiuſque hominis duobus genijs, & vtriuſque in ſpiritualibus.
7 De Deo timendo, & Dæmone non metuendo.
8 Declinandum eſſe à malis, & facienda bona.
9 Poſtulandum à Deo aſsiduè, & ſine hæſitatione.
10 De animi triſtitia, & de non contriſtando Spiritum Dei, qui in nobis eſt.
11 Spiritus, & Prophetas probari ex operibus, vbi & de duplici ſpiritu.
12 De duplici cupiditate; Dei mandata non eſſe impoſsibilia, & Diabolum non metuendum à credentibus.

TERTIVS ſimilitudines decem.

1 Nos, qui in hoc mundo Ciuitatem permanentem non habemus, debere inquirere futuram.
2 Vt vitis vlmo fulcitur, ſic diues oratione pauperis iuuatur.
3 Vt hyeme virides arbores ab aridis, ſic in hoc ſæculo iuſti ab iniuſtis internoſci non poſſunt.
4 Vt æſtate viuidæ arbores ab aridis, fructu, & virentibus folijs internoſcuntur, ſic in futuro ſeculo iuſti ab iniuſtis beatitudine differunt.
5 De vero ieiunio, & eius mercede, & de corporis munditia.
6 De duplici genere hominum voluptariorum, & eorum morte, defectione, & pœnarum duratione.
7 A pœnitentibus faciendos eſſe pœnitentiæ dignos fructus.
8 Electorum, & pœnitentium peccatorum multa eſſe genera, omnes autem pro pœnitentiæ, & bonorum operum ſuorum modo habituros eſſe mercedem.
9 AEdificandæ militantis, & triumphantis Eccleſiæ myſteria maxima.
10 Operis concluſionis vice ſſe epoteſt.

Reiectum porrò hunc librum, ſiue Auctorem ſcribit Sixtus Senenſis, quòd ex eo hæretici ſumebant præſidia execrabilium dogmatum, ſiue eius verba ad ſuas ſtatuendas hæreſes detorquebant.

HERMANNVS Auguſtanus, Ord. Prædicatorum, qui vixit an. 1355. ſcripſit Tractatũ De cognitione creata, ſenſitiua, & intellectiua. Determinationes plurium quæſtionum. Plura Quodlibeta.

HERMANNVS Bruchen Northuſianus, Ord. Minorum, Sermones in honorem Sanctorum habitos ſcripſit. Eiſingrenius. Viuebat an. 1576.

Eiſing. & Arnold. Wion. HERMANNVS de Campo, VVeſtphalus, Germanus, & Monachus Ciſtercienſis, ſcripſit de vocibus diffinitionis, lib. 1. De poteſtate Papæ, & Concilij. De ſchiſmate. De neutralitate. Viuebat an. 1440.

HERMANNVS Contractus Monachus, qui fuit Antiphonarum, quæ incipiunt, *Salue Regina*, & *Alma Redemptoris* pius Auctor, Aſtrolabijque illuſtrator, natus eſt in Sueuiæ alpibus, & apud Danubium ſupra Riedlingam, ex illuſtri Varingenſium Comitum ſanguine, VVolferadi, & Hiltrudis Comitum filius. Hic ab ineunte ætate ſic omnibus

membris

membris eſt captus, vt cognomen *Contracti* acceperit, quam fortè ob cauſam Monaſticæ vitæ in Monaſterio diuitis Augiæ, in quod olim non niſi Principum, Comitum, atque aliorum nobilium liberi admittebantur, Ord. D. Benedicti, Congregationis Cluniacenſis, traditus, cum hebeti eſſet ingenio, multis precibus, meritiſque B. Virginis à Deo optionem impetrauit, ſiue vt corpore ſanaretur, ſiue vt membris omnibus præter linguam inualidus, ingenij tamen ſapientia, & eruditione excoleretur, quod poſterius cum delegiſſet, ab eo tempore tantos progreſſus in omni literarum genere, ac linguis, Latina, Græca, Hebraica, & Arabica facere cœpit, vt in ijs natus putaretur. Artibus igitur & diſciplinis ita plurimis antecelluit, quemadmodum Bertoldus eius continuator, & æqualis ſcriptum reliquit. Scripſit Carmine, & ſoluta Oratione, De ſex Mundi ætatibus Chronicon, quod excuſum prodijt Baſileæ vnà cum Euſebio an. 1536. Iterum verò cum nouo quodam altero Chronico, & cum Othone Friſingenſi, atque alijs Francofurti ad Mœnum an. 1585. cum & ibidem biennio antea cum alijs ſcriptoribus Germaniæ an. 1583. fuiſſet euulgatum. Sed & poſtremò, hoc eſt an. 1601. editum eſt multò auctius, atque diuerſum, cum à ſuperioribus editionibus, tum ab ea quoque, quæ à Chriſtiano Vrtiſio Tomo 1. illuſtrium Germanicorum Scriptorum locupletior, quàm erat vulgata, prodierat. Ergo legenda eſt poſtrema hæc editio Ingolſtadienſis, quam Opera Henrici Caniſij in 1. Tomo antiquæ lectionis ſumus conſecuti.

Quin & Contractus ſcripſit De Muſica, lib. 2. De quadratura circuli, lib. 1. De Monochordo, lib. 1. De Ecclypſibus, lib. 1. De Computo, lib. 1. De Phyſionomia, lib. 1. De conflictu Rithmomachiæ, lib. 1. De Vitis plurimorum Sanctorum, Hymnos item, ac proſas varias, inter quas *Aue præclara.* De Beatiſsima Virgine, quæ cantabatur olim in eiuſdem Aſſumptione; & *Rex omnipotens,* quæ dicebatur in Aſcenſione Domini, & Antiphona, *O glorioſum lumen.* Hiſtoriam quoque ſiue Officia Annunciationis Beatiſsimæ Mariæ Virginis, & S. Mariæ Magdalenæ, ac Reſponſorium *Simon Bariona.* Tranſtulit verò ex Arabica in Latinam linguam, Rhetoricam, & Poëticam Ariſtotelis. Quæ verò de Aſtronomia ad rationem computi Eccleſiaſtici ſpectantia, & de compoſitione Aſtrolabij reliquit eiuſmodi fuêre, vt à multis, inter quos ſunt Durandus de Diuinis officijs, lib. 4. cap. 22. & Antonius Demochares de Sacrificio Miſſæ Tomo 4. cap. 15. auctor ipſius Aſtrolabij fuiſſe ſit exiſtimatus. Quin & Demochares ipſe, eodem loco putat illũ auctorem eius ſequentiæ, quę quotannis in ſolemnitate Pentecoſtes, & in eius octaua ab Eccleſia in Miſſæ Officio ſolemniter decantatur, videlicet: *Veni Sancte Spiritus, & emitte cœlitus lucis tuæ radium, Veni Pater pauperum.* Claruit an. 1054. Quem etſi opinantur Tritemius, & alij fuiſſe Monachum S. Galli, Arnoldus tamen VVion ab ijs diſſentit, quòd ſcilicet in manuſcriptis, & vltimo Chronico excuſo an. 1515. *Monachus Augienſis* vbique vocetur, & ex eiuſdem Chronici locis aliquot, rectè colligi poſſe videtur: vti & ſub annum 1048. vbi ait, *Imperator Augiam noſtram ingreſſus* & infra *Feſto S. Marci apud nos acto.* Item ſub an. 1053. ait, *VVerinharius frater meus Augienſis Monachus;* Sunt verò alia, quæ *Augienſem* Monachum, & non *Sangallenſem* fuiſſe teſtantur. Obijt an. 1054.

HERMANNVS Doceomienſis, Friſius, ſcripſit cum alia quædam, tum in 17. priores Pſalmos Dauidicos, & cum ad 18. perueniſſet in mentis alienationem incidit, ex qua & obijt. Vixit circa an. 1514. Suffridus Petrus de Friſiæ Scriptoribus.

HERMANNVS Eremitarum in Nariſcis, ſeu VValdſaſſenſis, Benedictinus Abbas, ſcripſit De Cherubim, & Seraphim, & cæteris Angelorum Choris. Vixit an. 1214.

HERMANNVS, alijs *Hermandus,* Germanus, Ord. Prædicatorum, Patria Mindenſis, Theologus, ſcripſit librum De Inquiſitoribus criminum. Alterum De interdicto. Epiſtolas ad diuerſos. Viuebat an. 1270. PP. Mon. Ord. & Leander.

HERMANNVS de Neezemburgh Ord. Minorum, ſcripſit Serm. de Tempore. Henr. VVillot.

HERMANNVS Petra de Sutdorp (vt eum vocat Eiſingrenius) ſiue *Studorpæus* (vt ſcribit Sixtus Senenſis) Germanus, Cartuſianus, Rector domus S. Annæ ſanctimonialium ſui Ordinis propè Brugas in Belgio, ſcripſit in Orationem Dominicam ſtylo Scholaſtico Sermones quinquaginta, librum De Regimine Monialium, & alios aliorum argumentorum. Viuebat an. 1428.

HERMANNVS de Schildis Ordinis S. Auguſtini edidit,

| | |
|---|---|
| In primum Sententiarum, lib. 1. | De quatuor ſenſibus ſcripturæ, lib. 1. |
| Exaemeron duplex, lib. 2. | Manuale Sacerdotum, lib. 1. |
| De materia Canticorum, lib. 1. | Clauſtrum animæ, lib. 1. |
| In Aue Maria, lib. 1. | De modo ſtudendi, lib. 1. |

De vera,

Digitized by Google

De vera, & falſa amicitia, lib.1.
De quinque ſenſibus, lib.1.
In Geneſim Lecturam, lib.1.
In Canticum Canticorum, lib.1.
In Orationem Dominicam, lib.2.
Breuiloquium, lib.1.
Diſpoſitiones Miſſæ, lib.1.
De vitijs Capitalibus, lib.1.
De Conceptione S. Mariæ, lib.1.
Introductorium Iuris, lib.1.
De horis Canonicis, lib.1.
Contra Flagellatores, lib.1.
De diuiſione Philoſophiæ, idque carmine, lib.1.
Super c. Omnis vtriuſque, lib.1.
Collationes prædicabiles, lib.1.
In Ethica librum.
De 42. Manſionibus, lib.1.
De comparatione Miſſæ, lib.1.
Sermones varios, lib.1.
Quæſtiones diuerſas, lib.1.
In Rhetoricam Ariſtotelis, lib.1.
Viuebat an.1340.

HERMANNVS Schoten Heſſus libellum ſcripſit, quem prænotauit, *Vita honeſta, ſiue Virtutis, Quomodo quiſq; viuere debeat omni ætate, omni tempore, & quolibet loco apud Deum, & homines*, Lugduni apud Theobaldum Paganum, an. 1543. Cui adiuncta eſt Adriani Barlandi Inſtitutio Chriſtiani hominis Aphoriſmis digeſta.

HERMANVS Taruiſinus, Ord. Præd. Poſtillam reliquit in Canticum Canticor.

HERMANVS Zithardus Colonienſis, Ord. Prædicatorum, qui viuebat anno 1406. Scripſit metricè, Manuale Confeſſorum.

HERMAS Vide ſupra in verbo, Hermam.

HERMELANDVS vir Sanctus, Abbas, & Confeſſor, Ord. D. Benedicti, cuius vita ſat copioſa extat apud Surium Tomo 2. quæ ex m.ss. libris, & legendarijs (vt vocant) Eccleſiæ S. Magnobodi Andegauenſis deſumpta eſt.

HERMES Hauruaert Rotuacenus, Ord. Minorum, ſcripſit in primum, & ſecundum Sententiarum, an. 1560. Extabat Louanij m.s. in Bibliotheca fratrum Minorum Mechlinienſium. Henricus VVillot.

HERMES Triſmegiſtus. Vide in verbo, Mercurius Triſmegiſtus.

HERMIAS Philoſophus, breuem Tractatum emiſit, quem inſcripſit *Irriſio Gentilium Philoſophorum.* In quo primum oſtendit, cur Philoſophorum Decreta inter ſe neque conſentiant, neque approbentur. Deinde inuehitur contra Pythagoricam Metempſychoſim. Mox infert, cum homines animum Philoſophi deprehendere nequeant, multò minus de Deo poſſe integrè loqui, aut aliquid intelligere. Anaxagoræ, Platonis, Pherecidis, & aliorum Philoſophorum, qui omnes varia principia poſuerunt, ſententias expendit. Extat Tom.4. Bibl. SS.PP. edit. 2.

HERMIAS Sozomenus. Vide in verbo, Sozomenus.

HERMOLAVS Barbarus, Nobilis Venetus, vir maximi ingenij, acris iudicij, & ingentis laboris, Ord. D. Auguſtini, Epiſcopus Veronenſis, ſcripſit Conciones, quæ Patauij manuſcriptæ extant apud Eremitanos.

HEROPHILA, quæ & Sibylla Erythræa. Suidas, & Volaterranus in Anthropologia, & in verbo, Sibyllini verſus.

HEROLDVS ex Hirſaugienſi monaſterio Spirenſis Diœceſeos Benedictinus Monachus, ſcripſit De laude Martyrum. Viuebat an.1149.

HERRANDVS, qui eſt *Stephanus Monachus, & Abbas Ilſemburgenſis*, creatus an. 1104. præfuit annis tribus. Obijt an.1107. & ſepultus eſt in Reinsburch hororificè Trit.lib.4. cap. 244. Scripſit autem in perſonam Ludouici Comitis elegantem, & vtilem Epiſtolam ad VValtramum Epiſcopum Niemburgenſis Eccleſiæ defendentem Henricum Imperatorem qui Sedi Apoſtolicæ aduerſabatur. Defenſorium item Papæ, lib.1. cuius initium eſt, *Sicut bonus homo.* Epiſtolarum ad diuerſos librum.

HERVEVS Natalis, Brito, Generalis Magiſter Ord. Præd. num. 14. ſcripſit Commentarios in Epiſtolas D.Pauli, qui falſò aſcripti ſunt Anſelmo. Vide dedicatoriam, qua iudicium fertur de ijſdem Commentarijs, & cur cum ſint Heruei, Anſelmo tribuantur. Antiqua autem, & vera Operis huius inſcriptio erat hæc. *Interpretatio literarum Doctoris gentium, quam Herueus à maioribus, vel ab ipſo Deo ſumens, compoſuit.* Cæterùm idem Herueus, ſcripſit in quatuor libros Magiſt.Sentent. qui editus fuit Venetijs an.1503. apud Lazarum Soardum. Quodlibeta maiora, quæ prodierunt in lucem an. 1486. Quodlibeta alia, quæ Venetijs an. 1513. apud Octauianum Scotum. Tractatum De Sacramentis. Alterum, De Chriſti Domini, & Apoſtolorum paupertate. Alium, De vtraque poteſtate, Papali, & Regali. Alium, De poteſtate Papæ. Alium, De Beatitudine. Librum contra Durandum, quoad illa, in quibus D. Thomæ aduerſabatur. Tractatum De virtutibus moralibus. Contra Henricum à Gandauo, Librum De ente, & eſſentia. Contra eundem, De plurali-



Digitized by Google

tate formarum. Contra eundem, De intellectu. Libros porrò alios, De vnitate formæ in homine. De vnitate formarum contra Durandum. De cognitione primi principij. De AEternitate Mundi. De materia Cœli. De voluntate. De Verbo. De motu Angeli. De relationibus. Tractatus duos De ſecundis intentionibus. De ordine ſecundæ intentionis ad primam. Obijt Narbonæ in Gallia, an.1325.

HESYCHIVS, ſiue Iſichius Hieroſolymæ presbyter, ac deinde Patriarcha S. Gregorij æqualis fuit, qui ad initium anni 600. Romæ ſedebat in Cathedra S. Petri: falluntur enim, qui Iſichium Hieronymi, & Auguſtini tempore floruiſſe ſcribunt. Nam Patriarcha fuit Hieroſolymæ, vt Gloſſa ordinaria in Leuiticum teſtatur; nullus autem fuit Hieroſolymæ Patriarcha, qui Iſichius diceretur, niſi ille, ad quem ſcribit S. Gregorius, lib.9. regiſtri epiſt. 40. Et præterea exponit hic auctor in Comment. in Leuit. verſionem Hieronymi tamquam communem, & receptam in Eccleſia, cum ſatis conſtet eam non fuiſſe ita paſsim receptam, niſi diu poſt Hieronymi obitum. Hic ergo cum myſticè ſcripſiſſet Commentarium in Leuiticum, quod Opus ſæpè fuit excuſum. *Habet* (inquit Sixtus Senenſis) *genus quoddam dictionis inſuetum, & à communi dicendi conſuetudine alienum.* Sed & Photius in ſua Bibliotheca meminit tum Heſychij presbyteri Conſtantinopolitani, qui Sermonem ſcripſit in Serpentem æneum; tum alterius (opinor) presbyteri Hieroſolymitani, qui Sermonem de S. Thoma reliquit, cum & Heſychij Hieroſolymitani Epiſcopi mentionem fecerit, qui Sermonem habuit de S. Iacobo fratre Domini. Fuit item adhuc alius Heſychius Illuſtrius Mileſius à Photio eodem commemoratus, ſed qui hiſtoriam texuit à Belo Aſſyriorum Rege incipiens, & pergens vſque poſt mortem Anaſtaſij Imp. Romanorum. Quin & alius fuit Epiſcopus Salonitanus, cuius Epiſtola de fine ſæculi extat in 2. Tomo Operum D. Auguſtini, num.79. qui ad eundem aliquas proximas, ſed vnam vberrimam eiuſdem argumenti reſcripſit, quæ num. eſt 80. perdigna lectu. At Heſychij cuiuſdam extat in Bauarica Bibliotheca Sermo De ſobrietate, & virtute in centum capita. Eiuſdem alius totidem in capita diſtinctus, m.s. Feruntur item extare in Bibliotheca Regia in Gallia m.s. Liber De quiete animæ, & corporis, & liber De oratione. Sanè duos Sermones de S. Maria Deipara, quos è Græco Latinos fecit Ioan. Picus Pariſienſis, Margarinus Biblioth. SS. PP. inſeruit.

HESYCHII autem Hieroſolymitani ϛιχηρὸν, ſiue κεφάλαια, hoc eſt capita in duodecim Prophetas minores, & in Iſaiam, ex membranis Bibliothecæ Auguſtanæ prodierunt in lucem an.1602. Auguſtæ Vindelicorum. Græcè.

HEXAPLA cur dicta Bibliorum editio, & compoſitio, vide in verbo, Origenes.

HEYMERICVS de Campo, Germanus, ſcripſit Compendium Quæſtionum, lib.1. Commentaria in libros Magiſtri Sentent. Compendium Diuinorum Officiorum, lib.4. Quæſtiones varias, lib.1. Sermones multos, lib.1. De auctoritate Concilij librum. De eſſe, & eſſentia alterum. Viuebat an. 1438.

## H I

HIDELPHONSVS Archiepiſcopus Toletanus. Vide in verbo, Hildephonſus.

HIERAX AEgyptius Græcè, & AEgyptiacè in Hexaemeron, ſcripſit docta (inquit Sixtus Senenſis) ſed hæretica Commentaria, lib.5. Bibl. Sanctæ Annot. 90.

HIEREMIAS, ſiue Propheta, ſiue alij, qui cum aſpiratione à pleriſque ſcribuntur, vide in verbo, Ieremias.

HIEROCLES non vnus fuit Scriptor. At ille qui de Prouidentia, & Fato ſcripſit, expenditur à Photio in ſua Bibliotheca Græca, quemadmodũ & à Suida; ſed cum Chriſtianus non fuerit, non habet locum hic inter Eccleſiaſticos Scriptores. Porrò de Hieroclis libro, quo Apollonium Thyanæum auſus eſt impiè comparare cum Chriſto Domino noſtro, vide in verbo, Euſebius Cæſarienſis; quæue in Apparatu noſtro ad Hiſtorias monuimus, vbi de Philoſtrato, qui eiuſdem Thyanæi vitam conſcripſit.

HIERONYMVS Albanus Bergomas, Cardinalis, ſcripſit De Cardinalatu. Extat inter Tractatus. Tom.13. par.2. fol.105. De donatione Conſtantini. Tom.15. parte 2. fol. 66. De immunitate Eccleſiarum, & de perſonis confugientibus ad eas. Tom.13. par.2. fol. 18. De poteſtate Papæ Tom.13. par.1. fol.16. Scripſit & alia multa ad leges ciuiles pertinentia, vt Additiones ad Bartolum, Conſilia, & reliqua.

HIERONYMVS vnus è quatuor primarijs Eccleſiæ Doctoribus, vide infra in verbo, Hieronymus Stridonenſis.

HIERONYMVS Albertucius Burſellus Bononienſis, Ord. Præd. Chronicon texuit



Digitized by Google

ab Orbe condito vſque ad an. 1491. Annales item Conuentus Dominicani Bononienſis ab inſtauratione vitæ Regularis vſque ad ſua tempora. Annales item Fratrum Ord. Præd. Tabulam de Generalibus Magiſtris Ord. ſui. Alteram De viris illuſtribus eiuſdem Ord. Sermones varios. Viuebat an. 1490.

HIERONYMVS Almonacrius, Ord. Prædicatorum, atque in Complutenſi Academia Profeſſor Commentaria in Canticum Canticorum edidit Compluti in Hiſpania, an. 1588. apud Ioannem Inniguez à Leguerica Typographum: adiecit præter ordinarium rerum Indicem, alterum concionatoribus perutilem: Commentaria verò ipſa (quod ſaluo meliorum iudicio dictum velim) nemini eorum, qui in idem Canticum Canticorum antea ſcripſerat, cedere crediderim.

HIERONYMVS ab Angeſto De via tuta in controuerſijs, Gallicè fuit editus Auenione.

HIERONYMVS Armellinus Ord. Præd. librum edidit aduerſus Tiberium Calabrum Philoſophum, qui in Diſputationibus publicis propoſuerat Diluuium Noëticum ex aſtrorum obſeruatione prænoſci potuiſſe. Vide Sixtum Senenſ. Bibl. Sanctæ lib. 5. Annot. 15. & 82. & lib. 6. Annot. 10.

HIERONYMVS Auguſtus, Gallus, ex Italica in Gallicam linguam vertit Opera Ludouici Granatenſis Ord. Præd. De peccatoris conuerſione. De humana vitæ miſeria. De contemplatione. De oratione. De pœnitentia. De Sanctiſsima Communione. Viuebat Pariſijs, an. 1574.

HIERONYMVS Balbanus (Lucenſis, puto) Ord. Minorum, edidit Conciones decem lingua Etruſca: item Tractatum de Oratione. Franc. Gonzaga Epiſcop. Mant.

HIERONYMVS Balbus (Ant. Senenſi) Ord. Prædicatorum, (Doctori autem Martino Nauarro) Corſenſis Epiſcopus, ſcripſit De coronatione Imperatoris ad Carolum V. Imperatorem, ac ſimul De Pontificia poteſtate. Sed quidnam de illo ſentiat, quem commendat à varia lectione, atque eruditione, Vide Nauarrum ipſum in 2. Tomo eius Operum, cap. Nouit. De iudicijs, Notab. 3.

HIERONYMVS Bardus, Florentinus Monachus S. Mariæ Angelorum Florentiæ Camaldulenſis, ſcripſit Summam Chronologicam De ætatibus Mundi. Victoriam Naualem aduerſus Turcas. Declarationem picturarum Aulæ Venetæ. Quæ excuſa ſunt Venetijs apud Iuntas. Quin & Martyrologium Sanctorum in Italicam linguam vertit. Hiſtoriam item vniuerſalem lingua Etruſca ſexdecim tomis comprehenſam ſcripſerat, quæ non eſt edita. Obijt an. 1594. in eadem Ciuitate.

HIERONYMVS de Bononia Ord. Præd. Chronicon Ordinis ſui vſque ad ſua Tempora contexuit. Ant. Senenſis.

HIERONYMVS Bolſec Pariſienſis, aliàs, *Hieronymus Hermes Bolſec* Vitas ſcripſit Zuinglij, Lutheri, OEcolampadij, Caluini, & aliorum hæreticorum: (Quibus Vitis, eorum ſcelera, & impietatem vtiliter expoſuit) omnes Lugduni editas apud Io. Patiſſonum, an. 1577. poſtea Pariſijs apud Gerardum Mallot, anno eodem 1577. eiuſdem Caluini hiſtoriam male actorum ſeparatim excuſam apud eundē Patiſſonum, & Mallot. Librum item De ſumma Dei Prouidentia. Alium ſub nomine Martini Bellierij Latinè primò, poſtea Gallicè editum.

HIERONYMVS Briſigellenſis Ord. Minorum edidit Concionem egregiam ſermone patrio de vero Iubilæi anno. Viuebat an. 1580.

HIERONYMVS Capunianus, ſiue è *Capuniano.* Vide in verbo, Hieron. Ioanninus.

HIERONYMVS Cataneus Patauinus, Congregationis Caſsinenſis S. Iuſtinæ, ſcripſit vitas S. Proſdocimi Epiſcopi, & S. Iuſtinæ Virginis, & Martyris, quæ aſſeruantur Pataui in S. Iuſtinæ Monaſterio. Obijt Romæ anno Iubilæi 1575.

HIERONYMVS Donatus Patritius Venetus, è Græco in Latinum vertit SS. Ioannem Damaſcenum, De immaculatis myſterijs, & Dionyſium Areopagitam, De Diuinis nominibus, & Epiſtolas. Scripſit item de Principatu Romanæ Sedis, Apologeticum ad Græcos, qui Romæ prodijt apud Caluum, an. 1515. De Proceſsione Spiritus ſancti. De terræmotu Inſulæ Cretæ. Vertit in Latinam linguam è Græca Alexandrum Aphrodiſæum. Viuebat an. 1494.

HIERONYMVS Empſerus (alijs *Emſerus*) Germanus, Sueuus, vir Catholicus, & doctus, qui plures errores in Lutheri verſione Noui Teſtamenti adnotauit, Nouum ipſe Teſtamentum Germanicè vertit, & pleriſque in locis expoſuit. Scripſit verò De Canone Miſſæ aduerſus Zuinglium, & De diſputatione Lipſica ad Decanum Pragenſem. De Sanctiſsimo autem Altaris ſacrificio contra Lutherum. Coloniæ an. Dom. 1532. Vitam item



Digitized by Google

S. Brunonis, ſiue *Bennonis* Epiſcopi excuſam an. 1512. Et Dialogum contra ebrios, Lipſiæ an. 1505. Floruit an. 1530.

HIERONYMVS Faletus duodecim Orationes edidit apud Aldum, anno 1558. tum quas ad Pontifices Maximos, & Principes habuit; tum De ortu Chriſti Domini. De dignitate Cœlibatus. De Chriſtiano matrimonio. De Laudibus Dialecticæ, & aliquas funebres.

HIERONYMVS Fazelus, Siculus, Ord. Præd. Theologus, edidit Panormi, (quæ inſignis Siciliæ eſt Ciuitas) librum Sermonum Quadrageſimalium, an. 1575. eumque Ioanni Auſtriaco dicauit. Deinde item duos Tomos Concionum Italicè Venetijs apud Guerræos, an. 1592.

HIERONYMVS Ferrarienſis. Vide infra in verbo, Hieronymus Sauonarola.

HIERONYMVS Ferrarius Fatonius, Compendium edidit vniuerſæ lecturæ Abbatis Panormitani, Venetijs apud Michaëlem Tramezinum an. 1564. Repertorium item tam librorū Magiſt. Sententiarum, quàm Quodlibetorum Ioannis Scoti, ibidem apud Aloyſium Seſſam, an. 1588.

HIERONYMVS de Sancta Fide, à Iudaiſmo ad Sanctam Chriſti fidem conuerſus, ac deinceps inſignis medicus Benedicti Pont. Maximi, Tractatum edidit apprimè efficacem refellendis Iudæorum erroribus. Alios item aduerſus eorum Talmudicas quiſquilias. Extant in Tom. 4. Bibl. SS. Patrum.

HIERONYMVS Florentinus ex Congregatione Valliſumbroſanæ, Monachus, ſcripſit miracula D. Ioannis Gualberti eiuſdem Congregationis Inſtitutoris. Vitas item alias Sanctorum, & Sanctarum eiuſdem Ordinis attigit. Michaël Pocciantius.

HIERONYMVS Foroliuienſis Ord. Prædicatorum. Sermones varios De Tempore, ac de Sanctis, & quędam Hiſtorica fragmenta, atque pleraque Opuſcula reliquit, quæ m. s. extant in Cœnobio eiuſdem Ordinis Forolliuij. Viuebat an. 1484. Ant. Senenſis.

HIERONYMVS Fracaſtorius Veronenſis, (Medicæ licet facultatis Profeſſor, ac Poëtici ſtudij nobilis illuſtrator) edidit in poſtrema Geneſeos Capita, & De vita Ioſeph, Poëma heroicum, carminis venuſtate (vt cum alijs cenſuit Sixtus Senenſis) admirandum, quod tamen morte ſuperueniente haud potuit abſoluere, an. 1548.

HIERONYMVS Franciſcinus Venetus, Ord. Seruorum, Epiſcopus Coronæ, ſcripſit De Aduentu Domini. De Sanctis librum. De moriendi deſiderio alterum. De excellentia nominis Ieſu alium. Expoſitionem in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales. Quæſtiones Theologicas. Viuebat an. 1483.

HIERONYMVS Gabrielius I. C. Venetijs edidit an. 1573. Conſilia ducenta, inter quæ extant aliqua De præbendis, & beneficijs Eccleſiaſticis. De contractibus. De vltimis voluntatibus.

HIERONYMVS Gadius Bononienſis, Ord. Minorum, ſcripſit in Quodlibeta Scoti. Quæ Romæ prodierunt an. 1533. apud Ioan. Baptiſtam Faelium.

HIERONYMVS Gigas Foroſempronienſis, Tractatum de reſidentia Epiſcoporum Venetijs edidit an. 1569. Tractatum de penſionibus Eccleſiaſticis, ibidem an. 1570. Adnotationes in Summam Azonis, Lugduni an. 1557. De crimine læſæ maieſtatis. Conſilia, & Reſponſa in materia penſionum, ac de intruſo. Selecta item in materia Matrimoniali, Venetijs an. 1579. De penſionibus autem extat quoque inter Tractatus Tomo 15. p. 1. fol. 331. & De reſidentia Epiſcoporum inter eoſdem Tom. 13. p. 2. fol. 369.

HIERONYMVS Guadalupenſis Theologus Hieronymianus, primò Collegij Regij D. Laurentij Scoriaci (Hiſpanicè del Eſcorial) Profeſſor; deinde conſultor S. Inquiſitionis Cæſaraugustanæ, ſcripſit Commentaria in Oſeam Prophetam, adiectis obſeruationibus congruis Euangeliorum Concionibus, cum Parabolis elegantibus. Acceſſerunt Petri Matthæi Sequani Scholia, & illuſtrationes. Quæ Lugduni ſunt edita in Gallia an. 1590.

HIERONYMVS Ioanninus è Capuniano, quod Oppidum eſt in Tractu Bononienſi, Ord. Prædicatorum. Scripſit librum Italicè, quem prænotauit *Cogitationes Chriſtianæ, Penſieri Chriſtiani.* Quem edidit Vicentiæ Georgius Græcus, an. 1600. anno autem 1603. Venetijs apud Marcum Zalterium, emiſit Sermones B. Humberti Quinti Generalis Ord. Præd. cum eiuſdem vita ab ſe conſcripta. Quod & de alijs Operibus præſtitit.

HIERONYMVS Ioannis, Florentinus, Ord. Prædicatorum, qui in Concilio Florentinò perorauit, & Græciæ Prouincialis, ac denique totius ſui Ordinis Procurator Generalis. Scripſit duo Quadrageſimalia, & librum de Antiphonis; quæ omnia in Bibl. S. Mariæ Nouellæ, Florentiæ aſſeruantur. Obijt Florentiæ an. 1454.



Digitized by Google

HIERONYMVS Leamas Theologus Monaſterij S.Bernardi de obſeruantia in Hiſpania Carrauetenſis alumnus ſcripſit Summam Eccleſiaſticam, ſiue Inſtructionem Confeſſorum & Pœnitentium. Cui addita eſt Expoſitio Extrauagantium editarum poſt Concilium Tridentinum Moguntiæ apud Balthaſarem Lipium.

HIERONYMVS Lauretus Ceruarienſis, Hiſpanus, Monachus Montiſſerrati, & Abbas Cœnobij S. Felicis Guixolenſis. Congreg. Montiſſerrati, an.1566. edidit Syluam Allegoriarum totius Sacræ ſcripturæ, quæ primò euulgata eſt Barcinone, an. 1570. deinde Pariſijs an. 1583. Eius autē nos meminimus in ſecundo libro Bibliothecæ noſtræ Selectæ, vbi de illo labore planius.

HIERONYMVS Leopolitanus Ord.Minorum, Rutenus, & Concionator Cracouienſis, omnes Bibliorum libros in linguam quidem Polonicam conuertit, cum vixiſſet an. 1536. At verò eadem Biblia Greg. XIII. Pont. Max. mandante, verſa iterum ſunt accuratius à Iacobo Vieco Theologo Societatis noſtræ, & Cracouiæ excuſa. Vide in verbo, Iacobus Viecus.

HIERONYMVS de Luca I. C. egit De cambijs, & marcarum differentijs. Extat inter Tractatus Tom.6. p.1. fol.408.

HIERONYMVS Lucenſis Ord. Seruorum, ſcripſit de immortalitate animæ contra Infideles, ac de veritate Catholicæ fidei aduerſus Martinum Lutherum. Quadrageſimale item, cuius Archetypon in Cœnobio ſui Ordinis Lucæ habetur; in quo aduerſus hæreticos egit De Sacramentis, Pœnitentia, Confeſſione, Libero arbitrio, Fide, & Operibus, merito, peccato, dierum cultu, Cœna Domini, ciborum delectu, ieiunio, dierum diſcrimine, Oratione, voto, conſilijs, ac de Concilijs. Quibus viginti articulis *Tractatum de cambijs* adiunxit.

HIERONYMVS Manfredus Ferrarienſis, De Cardinalibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ prodijt Bononiæ an. 1565. Extat item inter Tractatus. Tom.13. p.2. fol.86. & de Sacroſancto Collegio Cardinalium Tom.13. p.2. fol.96.

HIERONYMVS Maraſiniotus Poliſtinenſis Calaber Theologus Ordinis Minorum obſeruantiæ, ſcripſit & edidit Venetijs an. 1605. Libellum de arte Reminiſcentiæ per loca & imagines ac per notas & figuras in manibus poſitas. Quem laborem ſiue libellum exhibuit tanquam futurum vtilem cùm alijs tum Concionatoribus. Quin & in procœmio Lectorem rogat, vt quæcunque in eo libello ſcripta conſpexerit, legat, relegat, perlegat & ijs iterum ſtudeat, minutiaſque inferius notandas obſeruet attentè. Verum nolentibus (ſubdit) in eam artem optimam habere praxim, continuum exercere laborem & maximè in principio ſuæ inſtructionis vocabitur. *Ars perdendi reminiſcentiam quin & intellectum.* Non placet autem cum pag. 7. dicit: *Vt primo loco perſonam tibi magis dilectam ponas, ſiue patrem, ſiue matrem, aut ſororem, vel puellam pulcherrimam quam perditiſſimo amore proſequaris.*

HIERONYMVS Maripetrus, Venetus, Ord. Minorum, vitam B. Franciſci, Clementi VII. Pontif. Max. notis illuſtratam ſcripſit. Edidit & ſpiritualem Petrarcham. Venetijs apud Ioan. de Tridino, an. 1532.

HIERONYMVS Menyus Vitellianenſis (quod oppidum ſitum ad Padum in Mantuana ditione, vulgo appellatur *Viadana*) Ordinis Minorum, emiſit auctiorem ſuum librum anno 1587. Venetijs ex Typographia, quæ præfert ſignum charitatis; Qui inſcriptus eſt: *Flagellum Dæmonum complectens exorciſmos* (vt illemet inquit) *terribiles, potentiſſimos, & efficaces: Remediaq́; probatiſſima, ac doctrinam ad malignos ſpiritus expellendos, facturaſq́;* (vt vocant) *& maleficia fuganda è corporibus obſeſſis, cum ſuis benedictionibus, & cæteris requiſitis ad eorum expulſionem.* Acceſſit poſtremò pars ſecunda, quæ *Fuſtis Dæmonum* prænotata eſt. Et verò vtraque Bononiæ prodijt an. 1585. digna lectu, cum & idem antea edidiſſet Italicè *Compendium de operationibus Dæmonum, & maleficorum.*

HIERONYMVS Mercurius Romanus, Ord. Prædicatorum, cui antea in ſeculo nomen *Scipio*, libros tres eodem *Scipionis* nomine prænotatos *Obſtetrix*, Italicè *la Commare*, emiſit in lucem, magno prægnantium, & parientium, atque infantium, & aliorum ſiue coniugum, ſiue Medicorum, atque adeò Sacerdotum bono. Centum enim monita non tam corporibus, quàm animabus ſalutaria tradit, quibus à peccatis lætalibus abſtineant, qui imprudenter, aut item improbè auctores ſunt abortuum, vnde & infantium animæ perpetua Dei viſione priuantur.

Qui ſcopus deinceps fuit ſeptem aliorum Librorum, quos de erroribus Popularibus (Italicè quoque vt alios) emiſit Venetijs apud Ioannem Baptiſtam Ciottum, qui eos non ſemel (& quidem an.1602.) recudit. Quibus cum item aſtantes, Medicos, Pharmacopolas, Chirurgos, & viros etiam religioſos monet, indicat quàm ſæpè homicidio proximi

ſint,

ſint, aut aliquando in irregularitatem incidant Sacerdotes, qui ſpecie pietatis incautè id, quod minimè expedit, procurant. Quod tum rationibus, tum Canonicis legibus comprobat. Inde autem in ſecundo libro commonſtrat, quibus virtutibus Medicus eſſe debeat, ac præſertim Dei timore præditus, quamobrem explodendam omnino eſſe Iudæorum Medicorum curationem euincit. Quarto libro docet, quantopere peccetur ab ijs, qui à circulatoribus, & Aſtrologis (qui quidem ad Sideralem Aſtrologiam attinent) remedia petunt. Septimo proinde libro lætalia pleraque peccata enumerat, quæ in victus ratione committuntur, præter morbos corporum, in quos incidunt plurimi. Et ducenta quidem Monita etiam hoc in Opere traduntur, digna, quæ attentè percipiantur. Cæterum habet præ manibus *Horologium Philoſophicum*, quod iuuentuti iuuandæ adornat. Alterum item Opus, quod prænotauit, *Aulicus Catholicus*. Deinde *Commentationes* in Torquati Taxi librum, quo Mundi creationem Etruſco cecinit carmine. Quem librum nominat *Taxus ſpiritualis*. Viuebat adhuc, dum hæc ſcriberemus.

HIERONYMVS Monopolitanus, Appulus, Ord. Prædicatorum, ſcripſit de veritate Sanctiſs. Sacramenti Euchariſtiæ, ac De neceſsitate bonorum operum aduerſus Zuinglium, & alios hæreticos. Neapoli an. 1539. Tractatum in D. Athanaſij Symbolum. Commentaria in Ariſtotelis Metaphyſicen.

HIERONYMVS Mutius Iuſtipolitanus, varios libros edidit Italicè, quibus Paulum Vergerium, Bernardinum Ochinum, Franciſcum Bettum, & alias peſtes hæreticas ſic perſtrinxit, vt antidotum fuerint veneno illo in plurium animis extinguendo. Quin & librum nō adeo grandem emitti ab eo iuſsit Pius V. Sanctæ memoriæ Pontif. inſcriptum, *Monita ad Principes. Auiſi à Principi.*

HIERONYMVS Natalis, Maioricenſis, Hiſpanus, Theologus Societatis Ieſu, cum diu, ſanctè, ac indefeſsè in ea vixiſſet, reliquit Adnotationes, & Meditationes in Euangelia, quæ in Sacroſancto Miſſæ ſacrificio toto anno leguntur; cum Euangeliorum concordantia hiſtoriæ integritati ſufficienti.

Acceſsit & Index, Hiſtoriam ipſam Euangelicam in ordinem temporis vitæ Chriſti diſtribuens. Quæ omnia cum ſcitiſsimis iconibus ex ære excudit Antuerpiæ Martinus Nutius, an. Dom. 1594. procurante Didaco Ximenio Theologo Societatis noſtræ. Poſt eum Moretus an. 1607.

HIERONYMI Neapolitani Abbatis, Generalis Montis Olíueti libellus apud ipſum Ordinem extat manuſcriptus, *De profectu, ac defectu Monachorum.*

HIERONYMVS Niger Foſſanenſis (quæ Ciuitas eſt in Italiæ Subalpinis) Auguſtiniani Ordinis, edidit librum De admirando myſterio, & Chriſto adorando in Euchariſtia. Scripſit quoque contra Valdenſes. Viuebat an. 1560.

HIERONYMVS ab Oleaſtro Luſitanus, Ord. Prædicatorum Theologus, & Inquiſitoris munere perfunctus Olyſsippone, Commentaria ſcripſit in Moyſis Pentateuchum iuxta Sanctis Pagnini verſionem. Hæc verò Commentaria edita ſunt an. 1569. Antuerpiæ apud hæredes Stelſij; cum antea Lugduni emiſsi fuiſſent an. 1568. ijs autem Auctor præfixit Articulos 17. ad Sanctarum Scripturarum faciliorem intelligentiam. Hebraiſmos item, ſiue phraſes Hebrææ linguæ peculiares. Ad ſingulorum autem capitum expoſitiones exhortationes adiecit vtiles, commodas, doctas.

HIERONYMVS Oſorius Luſitanus, & Epiſcopus Syluenſis (quæ ciuitas eſt in Luſitania) cum vir nobilis, doctus, eloquens, caſtus, & plenus dierum bonorum vixiſſet, plura poſteris reliquit, quæ deinceps eo demortuo in quatuor Tomos diſtributa prodierunt in lucem Romæ emendatiora, & auctiora, Hieronymo altero Oſorio id curante, qui eius fuerat nepos, quique vberem eius vitam vniuerſo Operi præfixit dignam, quæ legatur. Anno 1592.

Tomus itaque Primus continet vitam Auctoris. De nobilitate Ciuili, lib. 2. De nobilitate Chriſtiana, lib. 3. De Gloria, lib. 5. De Regis inſtitutione, & diſciplina, lib. 8. De rebus, virtute, ac geſtis Emanuelis Regis Luſitaniæ, lib. 12. Defenſionem ſui nominis. Epiſt.

Tomus autem Secundus. Admonitionem in Epiſtolam ad Eliſabetham Angliæ. Epiſtolam eiuſdem Oſorij ad eandem Eliſabetham. In Gualterum Addonum, lib. 3. De Iuſtitia, lib. 10. De Sapientia, lib. 5. In Epiſt. B. Pauli ad Romanos.

Tomus Tertius. Paraphraſim in Iob, lib. 3. Paraphraſim in Pſalmos. Notationes in Paraphraſim in Pſalmos. Canonici Eborenſis, Commentaria in Parabolas Salomonis. Paraphraſim in Sapientiam Salomonis. Paraphraſim, & Notationes in Cantica, Hieronymi Oſorij Nepotis.

Tomus Quartus. Paraphraſim in Iſaiam, lib. 5. Commentarium in Oſeam Proph. Commentarium in Zachariam. Orationem in laudem D. AEcatherinæ. In Euangelium Ioannis Orationes viginti, & vnam.

Porrò obſeruandum eſt, in recudenda Romæ Epiſtola, quam Oſorius ad Eliſabetham Angliæ ſcripſit, iuſſu Bartholomæi de Miranda, Magiſtri ſacri Palatij, excuſam fuiſſe initio Secundi Tomi admonitionem ad Lectorem, quæ omnino prælegenda eſt, antequam quiſquam Epiſtolam illam Oſorij legat. Quin ſi hanc antea legiſſet, operæpretium erit ad res, & ſtatum Angliæ temporis quàm breuiſsimè cognoſcendum, eam admonitionem adhuc iterum legere.

Quoniam verò in decem de iuſtitia libris, quos Oſorius ſcripſerat, fuêre, qui nonnullas voces pro ratione horum temporum liquidius explanatas cupiebant, ideo legenda eſt præfatio Hieronymi Oſorij nepotis ad eoſdem libros, qui & in ſeptimo libro addidit ea, de quibus Auctor de peccato originis, aut alijs eiuſmodi in Apologia diſſeruit, quam ſcripſit aduerſus Iuſtitiæ Cœleſtis reprehenſores.

Porrò antequam omnia Oſorij opera ſimul prodirent, libri tres de Religione contra Gualterum Haddonum ad Eliſabetham Angliæ, vna cum Epiſtola eiuſdem ad eandem, Dilingæ editi fuêre in Germania, an. 1569. & 1576. ac Coloniæ Agrippinæ, an. 1589. vna cum Oratione Longolij ad Lutherum. Eiuſdem item Oſorij Paraphraſis in Iſaiam Coloniæ, an. 1578. Libri autem de vera Sapientia Coloniæ, an. 1579. ſed & antea an. 1572. fuerant ibidem excuſi libri decem de Iuſtitia.

HIERONYMVS Panormitanus, Ord. Præd. Theologicam Neapoli, & in Gallia Ciſalpina profeſſus cum laude, edidit Confeſsionale. Viuebat an. 1570.

HIERONYMI Paphij Saxolenſis libellus de Reſurrectione, Bononiæ anno Domini 1589.

HIERONYMVS Papienſis in eadem ſua Patria Profeſſor Theologus, Ordinis Seruorum varia reliquit. Quorum inſcriptiones haud nominarunt, qui de illo ſcripſerunt. At ea apud ſui ordinis Patres Ticini aſſeruari dicuntur. Viuebat an. Dom. 1492. Chron. Seruorum.

HIERONYMVS Patauinus, Italus, ſcripſit ad Petrum Donatum Patauinæ Ciuitatis Epiſcopum, De Paſsione Dominica librum, qui *Ieſuides* inſcriptus eſt. Vixit circa annum Domini 1500. Eiſingr.

HIERONYMVS Pauli, Barchinonenſis, literarum Apoſtolicarum Vicecorrector, edidit omnium Eccleſiarum Prouinciale, Romæ an. 1493. Eius exemplar extat in Bibliotheca Monaſterij S. Mariæ (vt vocant) de Pratalea (vulgo *Praia*) Ord. S. Benedicti Congr. Caſsinenſis, non procul Patauio.

HIERONYMVS Picenus, Ord. Minorum, qui poſtea Nicolaus Quartus, ex Liſano Villa Ciuitatis Aſculi (vnde & Aſculanus dictus) Theologus inſignis, Miniſter Generalis tempore Gregorij X. an. 1274. Cardinalis Præneſtinus, demum an. 1288. in die Cathedræ S. Petri Reate ſummus Pontifex declaratus, Rodulpho, & Adolpho ad Imperium electis, ſcripſit ad Patres ſui Ordinis congregatos in Comitijs generalibus Patauij, mentionem faciens cuiuſdam Ioannis Aſculani ſucceſſoris D. Bonauenturæ in Generalatu. Quem Ioannem ſcripſiſſe aſſerit Sermones de Tempore, ac de Sanctis, & Epiſtolas plures ad diuerſos. Sed Henricus VVillot, qui de Scriptoribus ſui Ordinis, vt ſuo loco diximus, ſcripſit, dubitat num ſit Hieronymus, an Ioannes Aſculanus: quod & indicare videtur hiſtoria Seraphica Franciſci Gonzagæ Epiſcopi Mantuani.

HIERONYMVS Pirerius Luſitanus, Ord. Præd. Epiſcop. Salenus, & Suffraganeus Henrici Card. qui poſtea fuit Rex Luſitaniæ, tunc Archiepiſcopi Eborenſis, ſcripſit De Reſurrectione Domini, vbere argumento. Tractatum de Eccleſiæ Sacramentis. Sermones complures. Quæ omnia ei furto ſublata, neſcio an vſpiam apparuerint. Obijt Eboræ, an. Dom. 1578.

HIERONYMVS Piſtorienſis, Ord. Minorum, edidit Opus in Formalitates Scoti: & Conciones Italicè.

HIERONYMVS Platus Mediolanenſis, & Theologus Societatis Ieſu, edidit de Bono Status Religioſi libros tres vtiliſsimos, primò latinè Romæ; Qui deinceps Italicè Venetijs, ſed & Auguſtæ Treuirorum, & alibi latinè auctiores prodierunt, reliquit item librum, qui poſt eius mortẽ exiuit in lucem, De Officio Cardinalis, ad eius fratrem S.R.E. Card. qui hodieque viuit. Obijt autem Romæ ipſe Hieronymus an. 1591.

HIERONYMVS à Politio, Ord. Minorum Generalis Miniſter, ſcripſit ante paucos

annos in Regulam fratrum Minorum Capuccinorum Expoſitionem quãdam, quæ excuſa eſt Neapoli apud Societ. Venet. an.1606.

HIERONYMVS Pollinus Ord.Præd.Hiſtoriam Anglicam Italicè,ac copioſè cõſcripſit,ab Henrici Octaui tempore vſque ad Eliſabetham.Ea Romæ an. 1594. eſt edita apud Gulielmum Faciotum,quæ non ſolum ex Anglicis,verum etiam ex alijs Auctoribus collecta magnam affert lucem, ad rerum , quæ propter religionem in ea euenerunt , notitiam aſſequendam. Vide quæ huc quadantenus facere poſſunt in verbo, Antonius Gallonius.

HIERONYMVS Pouodouius,Cracouienſis,Polonus,breuem,& methodicam Inſtructionem audiendarum Confeſſionum Cracouiæ an.1592.emiſit.

Eiuſdem agenda;ſeu ritus Sacramentorum Eccleſiaſticorum ad vniformem Eccleſiarum per vniuerſas Eccleſias Regni Poloniæ vſum.Cracouiæ an.1593.

Eiuſdem Manuale ſeptem Eccleſiæ Catholicæ Sacramentorum,an.1592. Viuebat eodem tempore.

Quin & Chriſtologiam,ſiue ſermones de Chriſto edidit, cuius pars ſecũda proſtabat Colon. Agrippinæ apud Mylium.an.1604.

HIERONYMVS Pradus, Biacenſis, Hiſpanus, Societatis Ieſu Theologus, ſcripſit in priora ſex,& viginti capita Ezechielis:Reliqua verò 22.eiuſdem Prophetæ capita,explanauit Io.Baptiſta Villalpandus eiuſdem Societatis Theologus, & ipſe Hiſpanus,qui Apparatum Vrbis,ac Templi Hieroſolymitani Commentarijs , & Imaginibus illuſtrauit, collata antea tota re,ac ſtudio ſuo cum Hieronymo Prado. Omnia verò hæc tribus Tomis comprehenſa.Romæ an.1600.excudi ſunt cœpta pulcherrimis typis,atque Vrbis, ac Templi Hieroſolymitani ſcitiſſima expreſſione Ichnographiæ, totiuſque ſtructuræ ad ſenſus Prophetæ eruendos,atque myſteria inde intelligenda apprimè vtilia. Inſtat verò Tomorum iſtorum omnium futura non multò poſt editio,in qua magnis, & Regijs ſumptibus laboratur. Tres tomi Romæ prodierunt an.1605.

HIERONYMVS Pragenſis I.V.D. & Theologus Eremita, accepta facultate concionandi cum Epiſcopali poteſtate,Lituanos,Deo iuuante,ad fidem conuertit.Obijt Venetijs anno 1440.fuit autem in Concilio Baſileenſi, ſcripſitq; Dominicales(vt vocant)Sermones. Alios item de Sanctis , & Quadrageſimales. Sermonem de Sancto Rumualdo, Orationem in Conciljs,lib.1. Contra hæreticos, lib.1.Contra errores Græcorum,lib.1. De corpore Domini, lib.1. Quæ omnia aſſeruantur manuſcripta in Sacra Eremo Camaldulenſi. Arnold. Vion.

HIERONYMVS Rogazonius Epiſc.primò Famaguſtanus,deinde Bergomi,vbi fuerat natus,qui & antea Viſitator Apoſtolicus Diœceſeos Mediolanẽſis tres Orationes habuit) vt erat eloquens,ac doctus)in Synodo Tridentina: quæ item excuſę cum alijs fuerunt cũ eadem Synodo.Obijt Romæ an.1591.

HIERONYMVS Regius Panormitanus , librum edidit prænotatum *Latrobius*, ſiue *de Appetitione Epiſcopatus*.

HIERONYMVS Roman,Hiſpanus, Auguſtinianus, & Ioannes à S. Ioſeph Luſitanus, viri ſpectatis moribus, & antiquitatis Ordinis ſui indagatores , ſuo ipſorum idiomate Chronica à Patre ſuo Auguſtino ad hæc vſque tempora ſcripſerunt.

HIERONYMVS Romanus,Ord.D.Auguſtini, Theologus, & concionator inſignis, ſcripſit quidem varia , ſed Conciones tantum in Euangelia Quadrageſimæ, extabant in in Cœnobio S.Auguſtini Romæ.Deceſſit iuuenis an.1507. Ioſeph Pamphil.

HIERONYMVS Rott à Schrechenſtain De principalitate Romanæ Eccleſiæ.

HIERONYMVS de la Rua,Toletanus,Theologus,controuerſiarum Theologicarũ, partim poſitiuarum, partim Scholaſticarum partem priorem, Romæ an.1584. apud Vincentium Accoltum emiſit.

HIERONYMVS Rubeus Rauennas, vir nobilis, facultate Medicus, at & diligens Hiſtoriarum Rauennatum Scriptor libros decem ediderat, cum eos, altera editione anno Domini 1589. lib. 11. auxit, qui Venetijs ex Typographia Guerræa fuerunt emiſsi.

Addidit Indicem Scripturarum , quæ in Tabulario, ſiue Archiuo Romano aſſeruantur, ſpectantium ad Archiepiſcopatum, Eccleſiamque Rauennatem: In quibus priuilegia Pontiff. & Impp. & Iura quarundam Ciuitatum , ſiue Oppidorum cernuntur. Deinde Concilia Rauennatenſia Prouincialia quatuor antiqua.

Prætereà Hymnos B. Petri Damiani, Rauennatis, S.R.E. Cardinalis, Epiſc. Oſtienſis, ad cælites quoſdam Rauennates. Litanias item conuentus Presbyterorum Parochialium Ciuitatis Rauennæ è Græca in Latinam linguam conuerſas. Indicem Archiepiſcoporum Rauennatium. Picturas duas antiquas, & earum expoſitionem, quæ extāt in duobus Templis Rauennæ Iuſtiniani tempore expreſſas opere muſiuo.

Sanè verò cum vetuſtis libris euoluendis, ac temporibus conciliandis, reique tandem omni tractandæ operam (quod & ipſe teſtatur) omnem dediſſet, Martyrum etiam, atque aliorum Sanctorum virorum geſta interſeruit; vt tunc hoc nomine, tum ob Appendices Prouincialium Conciliorum, & eorum, quæ dicta ſunt, locum & hoc in libro, & in Selecta noſtra Bibliotheca habuere debuiſſe, nemini non viſurus ſit.

Quòd ſi hiſtoria hæc conferatur cum Annalibus Cæſaris Cardinalis Baronij, vbi de ijſdem rebus ab vtroque ſcriptum eſt, liquidior lux haurietur: atque in quibus expenſio aliqua integrior adhibenda ſit, intelligetur. Vterque enim, vt perueſtigator ſedulus, ac temporum collator fuit, nonnulla ſubinde obſeruarunt, quæ totum huius hiſtoriæ negocium maximè illuſtrant.

Scripſit Latina lingua eleganter, & qui poſſit inter bonos huius generis geſtorum Hiſtoriographos cenſeri. Nos de illo in Apparatu noſtro ad hiſtorias egimus, qui Latinè, atque Italicè excuſus eſt Venetijs apud Ioan. Bapt. Ciottum, atque apud Altobellum auctior.

HIERONYMI à Sancta fide, de quo diximus ſupra, ex Iudæo Chriſtiani, cōtra Iudęorum perfidiam etiam Talmud, Tractatus, ſiue libri duo, extant Bibl. SS. PP. Tom. 4. Quod & hic iterum addimus, vt ſi quis eum hoc in loco requirat, inueniat.

HIERONYMVS Sauonarola Ferrarienſis, Ord. Pręd. (cuius Vitam ſcripſit Franciſcus Picus Mirandulæ, atque Concordiæ tunc Comes) edidit De arca Noe in 6. Geneſ. ca. Sermones 10. In 6. priora Exodi cap. Ser. 14. In hiſtoriam Ruth, Serm. 5. In duo prima Iob capita Sermon. 40. In Ezechielem Sermones 46. In Amos Sermon. 40. In Zachariam Sermon. 20. In Michæam Serm. 30. In Aggæum Sermon. 5. In ſeptem Pſalmos pœnitentiales Commentaria. In Pſalmum 42. Serm. 24. Item in varios Pſalmorum verſiculos Serm. 20. In Orationem Dominicam triplicem expoſitionem. In Canonicam primam Ioan. Sermones 19.

Denique pridie, quàm duceretur ad mortem, ſcripſit inter imminentis ſupplicij anguſtias, Latino Sermone in Pſalmum 31. & 50. Meditationes. Harum prior, in qua ſpei, ac deſperationis lucta exprimitur, incipit, *Triſtitia obſedit me.* Poſterior verò, *Infelix ego homo.* At Index Romanus Clemente VIII. Pont. Max. editus ita habet: *Hieronymi Sauonarolæ Ferrarienſis Sermones, qui olim in Romano Indice prohibiti fuere, non legantur, donec iuxta cenſuras Patrum deputatorum emendati prodeant, & ſunt hi. In Exodū Sermo primus incipiens: Domine quid multiplicati. Item Sermo ſecundus incipiens: Eſſendo noi, &c. Item Sermo tertius ſuper in exitu Iſraël. Item Sermo 6. in illud: Quanto magis opprimebat eos, &c. Item Sermo 10. in illud: Clamor ergo filiorum Iſraël, &c. Item Sermo 12. in illud: Reſpondens Moyſes ait, &c. Item Sermo 20. in illud Pſalm. Palpebræ eius interrogant filios hominum. Item exhortatio habita ad populum incipiens: Hauendoſi à fare. Item in Concionibus per totum annum, Concio 7. ſuper Ruth, cuius initium eſt: Il lume naturale della ragione, &c. Item in Concionibus ſuper Amos, & Zachariam, Concio 12. in illud: Audite verbum hoc vaccæ pingues, &c. Item in Iob Conc. 14. incipiens: Beatus vir, qui corripitur à Domino, &c. Item in Ezechielem Sermo 21. in illud: Dixit Dominus audite me tranſire per mediam ciuitatem. Item Sermo 32. in illud: Et poſt omnes abominationes tuas, &c. Item Sermo 41. in illud: Et factus eſt Sermo Domini, &c. Item Conc. 3. in 8. Epiphaniæ incipiens: Ecce gladius Domini, &c. Item liber inſcriptus, Dialogo della verita.*

Quin & idem Sauonarola in libro de Triumpho Crucis. Ambroſius Catharinus in libro De ſtatu Puerorum ſine Baptiſmo decedentium. Albertus Pighius in prima Controuerſia docent Infantes ſine Baptiſmo morientes futuros poſt iudiciū beatos naturali beatitudine, & in quodam veluti Paradiſo terreſtri perpetuò, fœliciterque victuros. Quæ ſententia (inquit Bellarm. Card.) non ſolum falſa, ſed etiam hæretica exiſtimanda eſt. Id quod probat ex Scriptura, Concilijs, Patribus, Theologis Scholaſticis, Rationibus, lib. 6. de amiſſione Gratię, c. 2. To. 3. nimirum quòd eiuſmodi paruuli abſolutè damnati, & miſeri, & ne naturali quidem beatitudine beati ſint. Pergit autem Bellarminus, c. 3. eiuſdem 6. libri, refellere Catharini obiectiones, in quo capite non negat tamen Bellarm. Theologos Scholaſticos in eo fere conuenire omnes, vt paruuli ſine Baptiſmo decedentes non patiantur pœnam ſenſibilem ignis corporalis, licet apertè dicant eos in Inferno eſſe, & in ipſa gehenna mitiori pœna, quàm alios puniendos.

HIERONYMVS Seripandus, Ord. Auguſtiniani, S.R.E. Cardinalis, Legatus in Tri-

dentina

dentina Synodo, obijt Tridenti die 13. Martij ann.1563. Scripſit autem docta Commentaria ad omnes Epiſtolas D. Pauli, & ad ſeptem Canonicas aliorum Apoſtolorum. Item expoſitionem in Euangelia, quæ in Quadrageſima leguntur. Quæſtiones 67. aduerſus hereſes huius ſeculi lib. tribus De hominis iuſtificatione. Tractatum de peccato originali. 31. Orationes. Complures Sermones, quos in maioribus ſollemnitatibus ad fratres habebat. Libros quatuor diuerſarum materiarum prædicabiliū. Quæ omnia aſſeruantur Neapoli in Bibl. Monaſterij S. Ioannis de Carbonaria, quam ipſe extruens eamq; libris optimis omnium ſcientiarum generum tum excuſis, tum manuſcriptis impleuit ſed & explicationem Symboli Apoſtolici Italicè ab eo ſcriptam, & quidem ſenſu vberè, ſtylo preſſam, Venetijs euulgatam ſumus conſecuti: cum eiuſdem in Epiſtolam Pauli ad Galatas: & Reſponſionibus ad nonnullas quæſtiones ex textu Epiſtolæ Catholicæ prodijſſent Ant. ann.1567. Venetijs autem apud Bartholomæum Rubinum, ann.1569. Oratio autem, quam in Caroli V. Imp. in funere recitauit, Neapoli, eadem Ciuitate, prodijt in lucem.

Hieronymvs Sirinus Canonicus Regularis Italicè libellum edidit de Diuina gratia acquirenda. Qui non ſemel à Typographis Venetis eſt euulgatus,

Hieronymvs à Sorbo, edidit Compendium Priuilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Ordinum Mendicantium.

Hieronymvs Stridonenſis Presbyter, & clariſſimus Eccleſiæ Doctor, temporibus Theodoſij Imp. floruit, vt ipſe in Catalogo Scriptorum teſtatur. Quartodecimo enim anno illius Imperij librum eundem ſe ſcripſiſſe aſſerit. Obijt anno ſeptuageſimo octauo, ſiue ſeptuageſimo nono ætatis ſuæ: quidquid ſecus alij ſcripſerunt. Baron. Tō. 3. Annal. & in notis ad Martyrol.

## *Quinam ſcripſere De vita D. Hieronymi.* Cap. I.

Vitam eius Subſtantianus monachus D. Benedicti, ſicuti extat apud Petrum Diaconū in libello de Viris Illuſtribus Monaſterij Caſſinenſis, & Auctor incertus, de quo in nono Tomo Operum Hieronymi, (Sebaſtianus ne memoratus, an alius fuerit) Eraſmus item, ac demum Marianus Victorius ſcripſere. Sed vt putida nonnulla mendacia in alijs, ſic & falſa quædam in Eraſmo deprehenſa ſunt, vt Marianus certam è Hieronymi ſcriptis, ac ſolidam accuratè conſcripſerit. Nihil hic dixerim de Actis Hieronymi, quæ ſub nomine Cyrilli Hieroſolymitani Epiſcopi ad Auguſtinum, aliquandiu ſunt circumlata: Nemo enim negauerit eſſe ementita, qui ſciat Cyrillum ipſum ante annos triginta, quàm Hieronymus vixerit, teſte eodem Hieronymo, ex hac vita migraſſe. Et putida quidem mendacia ſunt; Primum. Quod Hieronymus fuerit ordinatus Presbyter Romæ, cum id Antiochiæ factum ſit à Paulino Antiochenæ Sedis Epiſcopo. Secundum. Quòd Hieronymus virginitatem cuſtodierit, cum id ipſe neget; quamuis continentiæ, atq; caſtitati deinceps ſeſe mira virtute addixerit. Tertium: Quod alio tempore, quam Damaſo Pont. Max. plura ſcripſerit volumina, & Pſalterium emendauerit; hæc enim eo Pontfice ſe præſtitiſſe ſcribit. Quartum: Quòd fuerit Cardinalis, cum necdum ea dignitas extaret. Quintum. Quòd Iulianus Pelagianus dicatur fuiſſe Manichæus: etenim, vel ex ipſius Hieronymi ſcriptis cōſtat, illum aduerſatum fuiſſe Manichęis, quorum item nomine ſugillauit falsò catholicos, qui originale peccatum aſſererent. Sextum: Quòd Leonem curauerit, qui eius imagini ſolitus eſt appingi. Nam hoc, non Hieronymo, ſed Geraſimo Viro Sancto in Palæſtina contigit, quemadmodum Sophronius in Prato ſpirituali teſtatus eſt. Et verò appingitur Hieronymo, Leo ille, tamquam hieroglyphicum (inquit Baron. Card.) Symbolum, nempè infracti roboris in hæreticis inſectandis, & inſtar Leonis, rugitus, atque clamoris. Tom. 4. Porrò in Mariano Victorio Reatino illud tantum notat Baronius, quod in Hieronymi Vita ſcripſerit Hieronymū cum Ruffino, atque alijs itineris Comitibus primò Hieroſolymam petijſſe, inde verò inter ſeſe diuiſos. Ruffinum quidē in Aegyptum, Hieronymum autem in diuerſas Prouincias peregrinationem ſuſcepiſſe, atq; illhinc ad deſerta Syriæ iuiſſe; Quòd conſiſtere poſſe non putat.

## *Qualem Diuus Hieronymus requirat Lectorem ſuorum Operum.* Cap. II.

Qualem autem Lectorem requirat Hieronymus, legēdus eſt Hieronymianus Canon Apologiæ primæ aduerſus Ruffinum: Quem quidem Canonem Hieronymus ipſe pro ſuorum germana intelligentia ſcriptorum objicit Auguſtino. Adnotarunt hunc Canonem Franciſcus Ribera noſter in Oſeam, & in Proœmio in Zachariam: & Leo Caſtrius in ſuo Apologetico pro editione vulgatæ editionis. Is verò eſt Canon, de quo ita ſcribit Tom. 2.

Auguſtino. *Si quid igitur reprehenſione dignum putaueras in explanatione noſtra: eruditionis tuæ fuerat, quærere vtrum ea, quæ ſcripſimus, haberentur in Græcis: vt ſi illi non dixiſſent: tunc meam propriè ſententiam condemnares, præſertim cum libere in Præfatione Epiſtolæ* (1. ad Galatas) *confeſſus ſim, Origenis commentarios me eſſe ſecutum; & vel mea, vel Aliena dictaſſe. Ex quo oſtendi, me non ex definito id defendere, quòd in Græcis legeram, vt Lectoris arbitrio derelinquerem vtrum comprobanda eſſent, an improbanda. Tu igiturne, quod ego petieram, faceres, nouum argumentum reperiſti,* &c.

Videat igitur (quod prudenter monet Franciſcus Meſſana) Qui Hieronymum legit, quos ille ſequatur Auctores, quod ex Proæmio cognoſcet; & cum inuenerit aliquid, quod Oigenis errores, aut Apollinarij, aut Didymi ſapiat, etiam ſi ille non reijciat, ſciat non eſſe Hieronymi. In quo multi errantes ea illi tribuunt interdum, quæ ipſe execrabatur.

Cap. 5. Eccleſia Romana. Præterea ſciat Lector adeò perſpicacem Diuini codicis, ſiue ipſius verſionum fuiſſe D. Hieronymum, vt Gelaſius Pont. Max. vnà cum Epiſcopus ſeptaginta teſtatus ſit, ſe volumina illa probaſſe, quæ Hieronymus ipſe probauerat, atque in omnibus ſecutum eius eſſe ſententiam; renuiſſe autem, quæ ille renuerat. Qui & ab Eccleſia Doctoris Maximi in ſacris litteris nomen eſt aſſecutus, & à Damaſo Pont. Max. quaſi Arbiter quidam Diuinarum ſcripturarum conſtitutus. Sed & cum D. Auguſtinus eum per litteras, perque Oroſium, quem ad illum allegauit, de arduis quæſtionibus conſulere ſoleret, eius vero libros aduerſus Iouinianum vocauerit *luciſsimos, ſuauiſsimos, atq; præclariſsimos,* intelligimus quanti faciendi ſunt, qui in Hieronymi ſcriptis extant theſauri. Aug. ep. 29.

Sanè ipſius Latinam Sanctæ ſcripturæ editionem Auguſtinus Steuchus, qui noſtra vixit ętate, Chiſmai Epiſcopus, in ſua elucubratione in Pentateuchum Moyſis, conatur paſſim ita defendere, vt oſtendat nullam neque apud Gręcos, neque apud Latinos fuiſſe verſionem veteris Teſtamenti Hieronymiana meliorem, elegantiorem, lucidiorem, ac latiniorem. In qua ſi quid aut mendoſum reperitur, aut ab Hebraica veritate diſſonum, aut additum, aut detractum, id omne demonſtrat vel nullius eſſe momenti, vel Scriptorum vitio contigiſſe.

Quæ cum ita ſint, expediat verò, vt Doctorem hunc verſaturi legant in primus eius vitam à Mariano Victorio conſcriptam, ſicuti etiam Apologias, quas idem Hieronymus edidit contra Ruffinum, reliquum eſt, vt, quod in alijs quoque Patribus conamur efficere, primò videamus, quænam eius Opera interierint; Mox quænam extent, quæ quidem legitima ſint; Deinde, quid in eius Scriptis poſt Marianum Victorium alij vel obſeruarint, vel laborarint; Denique quænam Opera fuerint falsò aſcripta.

## *Quæ deſiderantur, ex Operibus Hieronymi.* Cap. III.

Hieronymus igitur ſcripſit librum de hæreſibus, quem doluit Auguſtinus ſe numquam inuenire potuiſſe. Aug. lib. de hæreſibus. ad Quoduult Deum.

Librum item doctiſſimum de Reſurrectione carnis, quam Oroſius in Occidentem attulit, quique delatus eſt ad Oceanum. Aguſt. ep. 261.

Tranſtulit 28. Homilias Origenis. Hieron. De ſcripturis Eccleſiaſticis, ad finem.

Alia complura ex eodē Latinitata donata Caſſiodorus affirmat Inſt. Diuin. lect. c. 2. 3. 7. & 9. eodem lib.

Homilias 30. in Lucæ Euangelium, & Tractatus ſeptem in Pſalmos, quæ teſtatur ſe ſcripſiſſe.

Epiſtolam ad Antium, qua obſcuriſſimas eum elucidaſſe quæſtiones tradit Caſſiodorus.

Explanationem de iudicio Salomonis, de qua idem Caſſiodorus. Itemque.

Notationes in omnes Prophetas propter tyrones: poſtea verò copioſiores illas, quæ extant in eoſdem Prophetas, Explicationes.

Volumen in quatuor Euangeliſtas, in quo de omnibus, quæ eſſent propria ipſorum, diſſeruit.

Epoſitionem in Apocalypſim. Quam in ſua Bibl. olim Caſſiodorus habuit, ſed perierūt.

## *Quænam Opera Hieronymi extent.* Cap. IIII.

Et quidem Marianus Victorius, de quo diximus, ex collatione Codicum antiquiſſimorum Hieronymi Epiſtolas mille, & amplius, mendis, ex Eraſmi correctione, quam ille iactabat, ſublatis, emendauit, & argumuntis, ac Scholijs illuſtrauit.

Vitam item, vti ſupra innuimus, olim falsò tū ab Eraſmo, tum ab alijs enarratam, primus

omnium ex Hieronymi Scriptis conflatam emiſit in lucem.

Vniuerſa deinde Opera Hieronymi, ſiue item, quæ Hieronymo fuerunt adſcripta, in nouem Tomos ita diſtribuit, vt contineat

### PRIMVS TOMVS.


Ad Heliodorum, de laude vitæ ſolitariæ, epiſt.1.
Ad Nepotianum, de vita Clericorum, & Sacerdotum, epiſt.2.
Ad Heliodorum, Epitaphium Nepotiani, epiſt.3.
Ruſtico Monacho, de viuendi forma, ep.4.
Ad Florentium, epiſt.5.
Ad Florentium, epiſt.6.
Ad Lætam, de inſtitutione filiæ, epiſt.7.
Ad Demetriadem, de ſeruanda virginitate, epiſt.8,
An Saluianum, de ſeruanda viduitate, ep.9.
Ad Furiam, de viduitate ſeruanda, ep.10.
Ad Ageruchiam viduam, de monogamia, epiſt.11.
Ad Gaudentium, de Pataculæ infantulæ educatione, ep.12.
Ad Paulinum, de inſtitutione Monachi, epiſt.13.
Ad Celantiam matronam, de ratione piè viuendi, fortè Paulini Nolani Epiſcop. epiſt.14.
Ad Marcellam de laudibus Aſellæ, ep.15.
Ad Principiam virginem, Marcellæ viduæ Epitaphium, ep.16.
Paulæ & Euſtochij, Marcellæ, vt cõmigrẽt Bethlehem, ep.17.
Ad Marcellam, eam inuitans ad rus Bethlehemiticum, epiſt.18.
Ad Euſtachium, de acceptis ab ea munuſculis, epiſt.19.
Ad Marcellam, de acceptis munuſculis, epiſt.20.
Ad Paulum Concordienſem, ep.21.
Ad Euſtochium, de cuſtodia virginitatis, epiſt.22.
Ad Marcellam, de ægrotatione Blæſillæ, epiſt.23.
Ad Marcellam, de exitu Leæ, ep.24.
Ad Paulam ſuper obitu Blæſillæ filię, ep.25.
Ad Pammachium conſolationem ſuper obitu Paulinæ vxoris, epiſt.26.
Ad Euſtochium Virginem Epitaphium Paulæ matris, epiſt.27.
Ad Lucinium, epiſt.28.
Ad Theodoram, Epitaphium Lucinij Bętici, epiſt.29.
Ad Oceanum, Epitaphium Fabiolæ, ep.30.
Ad Theophilum Epiſcopum Alexandrinum, epiſt.31.
Ad Abigaum, epiſt.32.
Ad Caſtrutium, ep.33.
Ad Iulianum, Conſolationum, ep.34.
Ad Exuperantium, hortatoriam, ep.35.
Ad Caſtorinam materteram, ep.36.
Ad Iulianum Diaconum, ep.37.
Ad Theodoſium, & alios Anachoretas, epiſt.38.
Ad virgines Hermonenſis, ep.39.
Ad Auguſtinum, epiſt.40.
Ad Ruffinum, epiſt. 41.
Ad Niceam hypodiaconum Aquileiæ, epi. 42.
Ad Chromatium, Iouinum, & Euſebium, epiſt.43.
Ad Chryſogonum Monachum Aquileiæ, epiſt.44.
Ad Antonium, de modeſtia, ep.45.
Ad Ruſticum, epiſt.46.
De vitando ſuſpecto contubernio, ep. 47.
Ad Sabmianum Diaconum, increpatoriã, epiſt.48.
Ad Innocentium de muliere ſepties icta, epiſt.49.
Vitam Pauli Eremitæ.
Vitam Sancti Hilarionis.
Vitam Malchi captiui monachi.
Librum de Viris illuſtribus.


### SECVNDVS TOMVS.


Aduerſus Heluidium, de perpetua Virginitate B. Mariæ.
Aduerſus Iouinianum, lib.2.
Pro libris aduerſus Iouinianum, Apologiã ad Pammachium, epiſt.50.
Ad Domnionem, Apologeticon, epiſt.51.
Ad Pammachium pro libris ſuis aduerſus Iouinianum, ep.52.
Aduerſus Vigilantium, ad Riparium preſbyterum, ep.53.
Aduerſus Vigilantium.
Ad Marcellam aduerſus Montanum, ep.54.
Ripario, epiſt.55.
Apronio, epiſt.56.
Damaſco, epiſt.57.
Damaſco, epiſt.58.
Orthodoxi, & Luciferiani Dialogum.
Ad Auitum, quid cauendum in libris περὶ ἀρχῶν, epiſt.59.
Ioanni Epiſcopo Hieroſolymorum, Epiphanij, epiſt.60.
Ad Pammachium, aduerſus errores Ioannis Hieroſolym. ep.61.
Aduerſus Ioannem Hieroſolymitanum, ad Theophilum, ep.62.
Præfationũ Ruffini in libros περὶ ἀρχῶν, Origenis, ep.63.
Hieronymo Pammachij & Oceani, ep. 64.
Pammachio, & Oceano, ep.65.


Ruffino,

Ruffino,epiſt. 66.
Ad Pammachium, & Marcellinum Apologiæ aduerſus Ruffinum, lib.3.
Aduerſus Pelagium,ad Cteſiphontem.
In Dialogos aduerſus Pelagianos, proœm.
Dialogorum aduerſus Pelagianos, lib.3.
Ad Epiphanium Theophili,epiſt.67.
Ad Theophilum,epiſt. 68.
Ad Hieronymum,Theophili,epiſt.69.
Ad Theophilum,epiſt.70.
Ad Hieronymum,Theophili,epiſt.71.
Ad Theophilum,epiſt.72.
Ad Hieronymum,Epiphanij,epiſt.73.
Ad Marcellam,epiſt.74.
Aduerſus Vigilantium,epiſt.75.
Tranquillino,epiſt.76.
Marco presbytero Celedenſi,ep.77.
Pammachio,& Marcellæ,ep.78.
Alipio, & Auguſtino,epiſt.79.
Auguſtino, epiſt.80.
Auguſtino,epiſt.81.
Marcellino,& Anapſychiæ,ep. 82.
Oceano,epiſt.83.
Nagno Oratorij Romano,ep.84.
Euagrio,epiſt.85.
Ad Hieronymum Auguſtini, ep. 86.87.88.
Ad Auguſtinum,epiſt.89.
Ad Hieronymum Auguſtini,ep.90.
Ad Auguſtinum,ep.91. & 92.
Ad Hieronymum Auguſtini,ep.93.
Ad Auguſtinum.epiſt.94.
Ad Præſidium Auguſtini,ep.95.
Ad Auguſtinum,epiſt.96.
Ad Hieronymum Auguſtini,epi. 97.
Ad Auguſtinum, epiſt.98.
Aſellæ,epiſt.99.
Bonaſo,epiſt.100.
Ad Pammachium,De optimo genere interpretandi,epiſt.101.
Marcellæ,epiſt.102.

TERTIVS TOMVS.

Ad Paulinum,epiſt.103.
In Pentateuchum Moyſi,præfat.104.
In Ioſue,præfat.105.
In librum Regum,præf.106.
In librum Paralipomenon, præf.107.
Ad Domnionem,& Rogatianum, in librū Paralipom.præf.108.
In Eſdram & Neemiam,præf.109.
Ad Chromatium, & Heliodorum, in Tobiam,præf.110.
In Iudith,præf.111.
In librum Heſter,præf.112.
In librum Iob,præf.113.& 114.
In Prouerbia,Eccleſiaſten,& Canticum Cāticorum Salomonis.præf.115.
Ad Paulam,& Euſtochium, in librū Eccleſiaſtis,præf.116.
In Translationem Eſaiæ,præf.117.
In Hieremiam,præf.118.
In Ezechielem,præf.119.
In Danielem,præf.120.
Ad Paulam, & Euſtochium, in duodecim Prophetas,præf.121.
In Ioelem,præf.122.
In quatuor Euangelia, ad Damaſum, præfat.123.
Ad Damaſum,Romanum.epiſt.124.
Ad Damaſum,epiſt.125.
Euagrio,epiſt.126.
Fabiolæ,epiſt.127.
De quadraginta duabus manſionibus.
Ad Fabiolam de veſtitu Sacerdotum, epiſt. 128.
Dardano,epiſt.129.
Marcellæ,ep.130.
Ruffino, ep.131.
Vitali,ep.132.
Marcellæ,ep.133.
Sophronico,ep.134.
Suniæ,& Fretellæ,ep.135.
Marcellæ,ep.136.137.& 138.
Ad Cyprianum, explanationem Pſalm. 89. epiſt.139.
Ad Principiam virginem, explanationem Pſalmi 44.ep.140.
Ad Marcellam, expoſitionem Pſalmi 126. epiſt.141.
Damaſo,epiſt.142.
Ad Damaſum Papam,ep.143.
Ad Hieronymum Damaſi,ep.144.
Ad Damaſum,ep.145.
Damaſo, ep.146.
Amando,epiſt.147.
Marcellæ,ep. 148.
Ad Marcellam, de Blaſphemia in Spiritum ſanctum,epiſt.149.
Hedibiæ,ep.150.
Algaſiæ,epiſt.151.
Præfationem in Homilias Cantici Canticorum Origenis,ad Damaſum.
Origenis Homilias duas in Cantica Canticorum,interprete Hieronymo.
Minerio & Alexandro,ep.152.
Paulino,ep.153.
Deſiderio,ep.154.
Ad Paulam Vrbicam,epiſt.155.
In Traditiones, ſeu Quæſtiones Hebraicas librorum Geneſeos,proœmium.
Quæſtiones, ſeu Traditiones Hebraicas in Geneſim.
In libros Regum.
In librum Paralipomenon primum.
In librum Paralipomenon ſecundum.
In loca Hebraica,proœmium.
Librum de locis Hebraicis.
De Actis Apoſtolorum.



Digitized by Google

In librum nominum Hebraicorum, præf.
Interpretationem nominum de Geneſi iuxta numerum literarum.
De Exodo.
De Numeris.
De Deuteronomio.
In librum Ieſu Naue.
De libro Iudicum.
Canticum Deboræ.
In Ruth.
De primo, De ſecundo, De tertio Libro Regum.
De libris Regum.
De Pſalterio.
De Eſaia.
De Oſee.
De Amos.
De Michea.
De Ioele, & Abdia.
De Iona, & Nahum.
De Habacuk, & Sophonia.
De Aggeo.
De Zacharia, & Malachia.
De Hieremia.
De Daniele.
De Ezechiele.
De Iob.
De Euangelio Matthæi.
De Marco.
De Luca.
De Ioanne.
De Actis Apoſtolorum.
De Epiſtola Iacobi Apoſtoli.
De prima, De ſecunda Epiſt. Petri Apoſtoli.
De prima, De ſecunda, De tertia Epiſt. Ioannes.
De Epiſtola Pauli ad Romanos.
Ad Corinthios prima.
Ad Corinthios ſecunda.
Ad Galatas.
Ad Epheſios.
Ad Coloſſenſes.
Ad Theſſalonicenſes.
Ad Hebræos.
De Timotheo 1.
De Timotheo 2.
De Tito.
De Philemone.
De Apocalypſi Ioannis Apoſtoli.
De Epiſtola Barnabæ.
Erudita Scholia Mariani Victorij Reatini, in omnes Hieronymi Epiſtolas.
Indicem locupletiſſimum.
Loca Sacræ ſcripturæ à S. Hieronymo, his tribus Epiſtolarum Tomis, explicata.

QVARTVS TOMVS habent Commentaria in quatuor Prophetas Maiores; ad fidem vetuſtiſſimorum exemplarium, octingentis & amplius ſublatis erroribus, emendata. Nam quæ habebantur in Quarto Tomo veteris editionis, vt erant penè omnia ſpuria, aut incerta, reiecta ſunt ſapienter à Victorio Reatino in Nonum Tomum, de quo poſtea dicemus.

QVINTVS TOMVS, qui trecentis & ipſe atque amplius ſublatis erroribus, ab eodem prodijt, continet Eccleſiaſten, & duodecim Prophetas minores.

SEXTVS TOMVS, ducentis circiter ſublatis erroribus, complectitur Commentaria in Matthæum, & Epiſtolas ad Galatas, ad Epheſios, ad Titum, ad Philemonem; & librum Didymi de Spiritu ſancto, à Hieronymo verſum. Ad finem autem Tomi Sexti, Annotationes Mariani Victorij adiunctæ, ſiue adſutæ ſunt, in Commentarios omnes Hieronymi, pro locis à ſe emendatis ſuper Eſaiam, in Hieremiam, in Ezechielem, in Danielem. In Tomum Quintum, in Eccleſiaſten, in Oſee, in Ioel, in Amos, in Abdiam, in Ionã, in Micheam, in Naum, in Habacuk, in Sophoniam, in Aggeum, in Zachariam, in Malachiam. Deinde in Tomum Sextum, in Matthæum, in Epiſtolam ad Galatas, ad Epheſios, ad Titum, ad Philemonem.

SEPTIMVS TOMVS continet Hieronymi Commentaria ſuper Pſalmos; quibus acceſſit Pſalterium ipſum, à Hieronymo Latinitate donatum: Quæ omnia multis in locis, ſtudio eiuſdem Mariani Victorij, aucta ſunt, & emendata. Operis autem Cenſuram, qua Commẽtarios hoſce D. Hieronymi eſſe probat, videbis initio huius Septimi Tomi, poſt Epiſtolam Gregorio XIII. Pont. Max. ſcriptam.

OCTAVVS TOMVS habet Commentarios, qui etſi D. Hieronymo adſcripti fuerunt, nec tamen eius ſunt: Nimirum Commentaria in Iob, qui Bedæ presbyteri Angli fuerũt. Item in Prouerbia Salomonis, quos etiam eiuſdem Bedæ fuiſſe liquet. Deinde homilias quatuor Origenis in Cantica Canticorum, quas à Hieronymo verſas eſſe, Victorius mauult exiſtimare, quàm affirmare. Denique Commentarios in omnes Pauli Apoſtoli Epiſtolas, qui Hieronymi nec phraſim ſapiunt, nec eruditionem, quamuis in fronte operis, Epiſtolam ad Heliodorum inſcriptam contineant: Quin potius hominis eſſe Pelagiana labe infecti, apparet (ni ea tantum, quæ Orthodoxa non ſunt, ab hæreticis potius ſint adiecta.) Quod antea notauit Ambroſius Catharinus; ac deinceps Sixtus Senenſis, quarto, &

ſexto libris Bibliothecæ Sanctæ, denique & Bellar. Card. lib.4. De Amiſſione Gratiæ, & Statu peccati.

Ceterum horum Commẽtariorum eos eſſe Auctores, quos diximus, ipſe quoque Victorias, Cenſura ad eos præfixa, oſtendit vberius.

Nonvs Tomvs Tres Partes continet. In quarum Prima locatæ ſunt Epiſtolæ, doctæ quidem, & erudita, at quæ neque Hieronymi ſunt, & quarum ignorantur Auctores.

In Secunda Parte poſita ſunt ea, quæ ſuis titulis, proprios teſtantur Auctores.

In Tertia, quæ ſuos Auctores ipſa etiam præſeferant, verum non ita docta, & erudita ſunt, quemadmodum illa, quæ in prima, & ſecunda parte continentur.

Et hæc tamen omnia, non ſolùm ad fidem vetuſtiſſimorum exemplarium, multis erroribus, quibus ſcatebant, expurgata; verùm etiam quorumnam ſint, Cenſura ipſius Victorij, oſtenſa, quoad eius fieri potuit.

## *Adſcripta Hieronymo,* Cap. V.

***Indicis autem eorum, quæ D. Hieronymo falsò aſcripta, in hoc Tomo Nono continentur: Prima ſerie hæc habentur.***

Mariani Victorij Reatini, Cenſura huius Voluminis.
Epiſtola Concilij Mileuitani, de D. Hieronymo.
Synodi Romanæ ſub Gelaſio teſtimonium de D. Hieronymo.
Ad Demetriadem, de Virginitate, epiſt.1.
Auguſtini, & Alypij, ad Iulianam, epiſt.2.
Ad Geruntij filias, de contemnenda hæreditate, epiſt.3.
Ad Marcellam, vt aduerſa toleret, exhortatio, epiſt.4.
Ad Virginem in exilium miſſam conſolatio, epiſt.5.
Ad amicum ægrotum, epiſt.6.
Ad amicum ægrotum, de viro perfecto, epiſt.7.
Inſtitutio amici in ſcientia Diuinæ legis, epiſt.8.
De tribus virtutibus, epiſt.9.
Ad Paulam, & Euſtochium, de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virginis Sermo, qui Sophronij eſſe creditur, epiſt.10.
De Aſſumptione Beatæ Mariæ Virginis Sermo, epiſt.11.
De honorandis parentibus, epiſt.12.
De ſeptem gradibus Eccleſiæ ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, epiſt.13. ca. ſeptem continens.
Virginitatis laus ad Mauritij filiam, epiſt.14.
De ijs, quæ Deo in Scripturis ſanctis attribuuntur, epi.15.
Damaſi Symbolum, epiſt.16.
Symboli explanatio ad Damaſum, epiſt.17.
Explanatio fidei ad Cyrillum, epiſt.18.
Symbolum Ruffini ad Laurentium Epiſcopum, epi.19.
Ad Præſidium Diaconum, de cereo Paſchali, epiſt.20.
De vera circunciſione ad Theraſiam, epiſt.20.
De celebratione Paſchæ, epiſt.21.
In Suſannam lapſam obiurgatio, duo capita continens, epiſt.22.
In Euagrium obiurgatio, quòd Leuitam lapſum non ſit conſolatus, epiſt.23.
Hortatio ad militem ſeculi, vt Chriſto militet, epiſt.24.
De decem tentationibus populi Iſraelitici, epiſt.25.
Explanatio in Pſalmum 40. epiſt.26.
Explanatio in Pſalmum 117. epiſt.27.
Ad Dardanum, De diuerſis generibus Muſicorum, epiſt.28.
De Reſurrectione Domini, Sermo 29.
De Natiuitate Domini, Sermo 30.
De Epiphania Domini, Sermo 31.
Sermo de Quadrageſima 32.
In Vigilia Paſchæ, De eſu agni, Sermo 33.
De Reſurrectione Domini, Sermo 34.
Ad Euſtochium, De vinculis Beati Petri, epiſt.35.
De obſeruatione Vigiliarum, epiſt.36.

Ad Pammachium,& Oceanum exhortatoria,epiſt.37.
Ad quendam,qui in ſeculo pœnitebat,epiſt.38.
De diuerſis generibus leprarum, epiſt.39.
De duobus filijs,frugi & luxurioſo,epiſt.40.

*Secunda Serie.*

Paulini ad Sebaſtianum Eremitam,epiſt.41.
Mariani Victorij,epiſtola ad Lectorem,de Apologia pro Origene,in qua oſtenditur,illam non Pamphili Martyris,ſed Euſebij Cæſarienſis eſſe.
In Apologiam Euſebij Cæſarienſis,falsò Pamphilo aſcriptam, pro Origene, Ruffini ad Macharium Proœmium.
Apologia Euſebij Cæſarienſis pro Origene,Ruffino Interprete,falsò Pamphilo Martyri aſcripta,quindecim capita continens.
Ruffini liber De adulteratione librorum Origenis,ad Macharium, duo capita continẽs.
Prologus Ruffini in Periarchon Origenis,ad Macharium,duo capita continens.
Ruffini ad Anaſtaſium Vrbis Romæ Epiſcopum Apologia pro fide ſua,epiſt. 42.
Anaſtaſij Romani Epiſcopi,ad Ioãnem Hieroſolymitanum Epiſcopum,de Ruffino ſententia,epiſt.43.
Ruffini Aquileienſis in Diuum Hieronymum Inuectiuarum,lib.2.
Auguſtini ad Hieronymum,De eo quod ſcriptum eſt, *Qui totam legem ſeruauerit*, epiſt. 44.
Auguſtini ad Hieronymum,De ratione animæ, epiſt.45.
Auguſtini ad Optatum Epiſcopum Mileuitanum,De origine animarum,epiſt.46.
Auguſtini homilia de Paſtoribus,epiſt.47.
Valerij ad Ruffinum,ne ducat vxorem,epiſt.48.
Gennadij Illuſtrium virorum Catalogus.
Martini V.Pontificis Regulæ Monachorum approbatio.
Regula Monachorum D.Hieronymi, ex ſcriptis eiuſdem per Lupũ de Olиueto collecta, 32.capita continens.
Dialogus ſub nomine Hieronymi,& Auguſtini,ex vtriuſque ſcriptis, ab incerto Auctore,De origine animarum.
De corpore,& ſanguine Chriſti,homilia,incerto auctore.
Homilia ſuper Euangelium Matthæi, *Quis veſtrum habebit amicum.*

*Tertia Serie.*

Ad Tyraſium ſuper morte filiæ Conſolatio,epiſt.49.
Ad Oceanum de ferendis opprobrijs,Hortatoria epiſt. 50.
Ad Oceanum de vita Clericorum,epiſt.51.
Damaſi ad Hieronymum,epiſt. 52.
Hieronymi ad Damaſum,epiſt.53.
Scriptorum Eccleſiaſticorum Catalogus,ad Deſiderium.
Ad Paulam & Euſtochium,epiſt.54.De virtute Pſalmorum.
Ad Damaſum de oblatione Altaris, epiſt.55.
Regula Monacharum.41. capita continens.
Chromatij,& Heliodori Epiſcoporum,epiſt.56.ad Hieronymum.
Hieronymi ad Chromatium,& Heliodorum,epiſt.57.
De Natiuitate Sanctæ Mariæ,epiſt.58.
Euſebij de morte Hieronymi ad Damaſum,epiſt.59.
Auguſtini ad Cyrillum Hieroſolymitanũ Epiſcopum,De magnificentijs B.Hieronymi.
Cyrilli Epiſcopi Hieroſolymitani,De miraculis. S. Hieronymi ad S.Auguſtinum Epiſcopum Hipponenſem.
Vita Diui Hieronymi,incerto Auctore.

Harum autem Epiſtolarum auctores, aut vnde prodierint (Victorius ipſe inquit) in tanta eruditorum veterum multitudine,affirmare temerariũ, diuinare periculoſum eſt. Sunt autem plurimæ Epiſtolæ, que Paulini Nolani Epiſcopi: aliquæ quæ Maximi Præſulis Taurinenſis: nonnullæ,quæ Auguſtini:quædam, quæ Tertulliani ſtilum, ſaliuamque redoleant: multæ,quæ indignæ prorſus ſunt,vt viris doctis adſcribantur. Paulini phraſim præſeferunt Epiſtola quarta, quæ ad Marcellam, vt aduerſa toleret : Item quinta ad Virginem in exilium miſſam:Rurſum vigeſimatertia,in qua redarguitur quidam , quod Leuitam lapſum conſolatus non ſit: Necnon vigeſimaquarta, in qua militem quemdam

ad Chriſti militiam hortatur;Maximi videtur eſſe ſeptima,quæ De viro perfecto inſcribitur: Meminit enim in ea de D.Ambroſio,& de inuentione corporum Geruaſij & Protaſij,quæ ab ipſo Ambroſio reperta fuerunt: Item vigeſima, cui titulus eſt,De vera circũciſione ad Tetrantiam,ſiue Terentiam, ſeu Theraſiam, inſcripta: variant enim hac in re exẽplaria. Auguſtini ſtylo ſimilis eſt vigeſimaprima, quæ de celebratione Paſchæ eſt;& iam inter Opera eius impreſſa legitur. cuiuſcunque autem ſit, Africani eſſe hominis apparet ex ea. Viceſima autem ſecunda, cui titulus eſt, In Suſannam lapſam obiurgatio, docta quidem,& erudita epiſtola eſt; expeditiores autem habet anfractus, nec ita longis ſe periodis implicat,vt Auguſtini eſſe,quemadmodum exiſtimant aliqui,credi poſſit. Tertulliani autem ſtylum habet Epiſtola ſexta,quæ ad amicum ægrotum inſcribitur. Sermo item de Aſſumptione Beatæ Mariæ Virginis ad Paulam, & Euſtochium , Græci potius, quam Latini hominis eſt: quippe cum Latinè ſcribere exercitatus haud ſit, Græcum hominem Latinè in eo loquentem videre liceat. Sophronij autem eſſe,D.Hieronymi amici, illius ſcilicet, qui Hieronymi Catalogum de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Græcum reddidit,pro compertiſſimo creditur. Prima autem, quæ eſt ad Demetriadem, doctiſſima profectò,& erudita Epiſtola, Pelagiani alicuius hominis eſſe creditur: quippe cũ nimium libero,etiam ſine Dei gratia, arbitrio tribuat: Quapropter iure ab Auguſtino, & Alypio,in ſequenti Epiſtola redarguitur. Celeſtij, qui Pelagianus fuit,nomẽ, exemplaria quædam præ ſe ferebant. Quæ autem in calce operis,Euſebij nomine, de morte Hieronymi ad Damaſum inſcripta eſt, Euſebij Cremonenſis, indiuidui D.Hieronymi ſocij eſſe creditur. Verum,niſi Damaſum,alium,quàm ſummum illum Pontificem,toti Eccleſiæ notiſſimum, eo nomine intelligat, falſis circunfertur nominibus: Longè enim ante Diuum Hieronymũ Damaſus Papa obijt. Quæ verò vel Cyrilli,vel Auguſtini de miraculis Hieronymi,nomen habent,cuiuſcumque alterius potius,quàm Cyrilli, & Auguſtini Opera ſunt. Quòd rectè ante Marianum D.Antoninus agnouit. Vita verò Hieronymi incerto auctore conſcripta (quamuis altera ab ipſo Mariano,vt diximus,ex Hieronymi ſcriptis verius,fideliuſque ſit edita)ne quis ſibi aliquid deperijſſe conqueri poſſet,ita,vt, prius typis mandata erat,relicta eſt ibidem. At non propterea omnia quæ in illis produntur,falſa, & commentitia eſſe credendum eſt. Multa enim vera falſis auctorum nominibus circunferuntur: quæ celebria ideo ſolent apponi,vt vel pretioſius venundentur, vel auidius lectitentur.

Acceſſit Index locuples in Tomum Quartum,Quintum,Sextum,Septimum,Octauũ, & Nonum,& diligentiſſimè ab eodem Mariano Victorio collectus,qui certè pluribus in locis,loco Commentarij eſſe poteſt. Neque enim ſolùm amandat Lectorem ad Commẽtaria Hieronymi,ſed ſentẽtias ipſas hinc inde collectas aut explanat, aut vberius tractat, vt operæ pretium ſit & Hieronymum per Hieronymum intelligere,& indefeſſam Victorij diligentiam,atque doctrinam ſuſpicere,atque imitari.

Denique Sacræ ſcripturæ loca, Quarto,Quinto,& Sexto Tomis,à D.Hieronymo paſſim relata,atque explicata,ordine librorum Diuinæ ſcripturæ ponuntur.

Adiunctus eſt Index ad finem in Septimum,Octauum,& Nonum Tomos Operũ Hieronymo aſcriptorum,ac etiam in eam Sexti Tomi partem,quæ eidem tribuitur.

Hæc autem omnia Romæ excuſa ſunt primò à Paulo Manutio,hoc eſt Primus,Secundus,& Tertius Tomus, an.1565.Deinde Quartus,Quintus, Sextus, Septimus, Octauus, & Nonus in Aedibus Populi Romani,an.1571.& 1572.Pariſijs item ann.1580.Sed & an.1565. Hieronymi Epiſtolæ ad collationem Veterum Exemplarium multis in locis reſtitutæ, & in Tres libros redactæ à Petro Caniſio prodierant Dilingæ in Germania , & Pariſijs an.1583.Louanij autem an.1573.Ant. verò an.1578.

Iam quæ Sixtus Senenſis, ſiue alij ante hos Victorij labores,de Operibus Hieronymo falsò adſcriptis collegerũt,vtiliter quidem legi poſſunt,præſertim in quarto libro.Bibl. Sanctæ Sixti, vbi eadem Opera expendit. Verumtamen qui hæc quæ diximus eliciet ex Victorio?ne tanti viri nomẽ debito honore fraudaremus facilè & ſolidè hebebit,quod de iiſdem Hieronymi Operibus exiſtimari poſſit.

Ceterum ſciant Lectores, Vitas Patrum quæ falsò erant aſcriptæ Hieronymo, fuiſſe olim à Celſo Hugone I.C.cũ m.s.Codicibus collatas,atq; Lugduni in Gallia editas apud Iacobum Huguetum,an.1515.Euagrij autem, & diuerſorum eas eſſe propiros fœtus plerique iudicant.Prima pars eſt ab initio Prologi,*Benedictus Deus,qui vult omnes*,vſque ad caput, *De periculis itineris ad Eremos*.Quod præcedit S.Pauli Vitam. Huius autem Primæ Partis cũ Auctorem eſſe Euagrium Ponticum Hyperboritam multi(vt diximus)putent, alij tamẽ D.Petronium Bononienſem,fuiſſe earum Scriptorem exiſtimant,vt cõſtat ex Gẽnadio.

Secun-

Secunda Pars varias continet Patrum De virtute Sententias. Ipſius vero, ſicut & Quartæ Partis ignotus eſt auctor. Tertia pars à primo Capite vſque ad 14. contexitur ex Dialogo Seueri Sulpitij De virtutibus Monachorum. Ab eo capite ad 40. ex libris Inſtitutionum Caſſiani deſumpta ſunt omnia, ſicut ex Collationibus quæ ſequuntur vſque ad fine m.

## *Obſeruata quædam poſt Marianum Victorium in Operibus Hieronymi. Cap. VI.*

De Chronico autem Euſebij, ac Hieronymi etſi plura in To. 3. Annal. Baron. Car. obſeruauit, legenda ſunt tamen, quæ poſtea Arnoldus Pontacus Epiſcopus Vaſatenſis diligentiſſimè tradidit in Chronicis tum eorum, tũ Proſperi Aquitanici, in quibus plus duobus millibus erratis emendauit, ex collatione plurium codicum antiquorum. Qui liber Burdigalæ in Aquitania apud Iacobum Chouet impreſſus eſt an. 1604.

Atqui (quod tamen Marianus Victorius animaduerteret) Bellarminus quoque & Baronius Cardd. quin & Suffridus Petrus obſeruarunt, cum Hieronymum in Acacio in Catalogo librorum Eccleſiaſticorum, vbi in codicibus nonnullis extat verbum hoc *Arianũ* ad verbum *Felicis Papæ* nõ haberi in antiquis codicibus manuſcriptis. Quod neque in Græca Sophronij tranſlatione inuenitur. Ac quod maximi faciẽdum eſt, & quod Freculphus lib. 4. c. 8. & Ado Viennenſis in Chronico recitantes ad verbum totum hunc Hieronymi locũ non habent vocem hanc, *Arianum* & cũ Hieronymus in Chronico, atque in Catalogo Scriptorum, vbi agit de Fortunatiano, dicat Liberium Papam ad ſubſcriptionem hæreſeos tandem inflexum fuiſſe, reſpondet Bellarminus, Liberium etſi non expreſsè, tamen interpretatiuè in hæreſim conſenſiſſe. Nã Athanaſium damnari permiſit, quem nouerat cauſa fidei perſecutionem pati, & cum Valente, atque Vrſacio communicauit, quos non ignorabat hæreticos eſſe, quamuis aliud diſſimuularent. Hoc igitur eſſe quod Hieronymus ſignificare voluerit.

Bellar. To. I. Controu. 3. libro 4. ca. 9. de Rom. Pontif.

Bellar. ibid. vbi ſupra.

Hieronymi autem ſententiam de Zacharia Barachiæ filio, quem non fuiſſe Patrem Ioan. Baptiſtæ aſſeruit, cum plerique, atque adeo Abulenſis non tam ſequantur, quã tueatur, Cæſar tamen Baron. Card. Annal. ſuorum Primo Tomo, fuiſſe Patrem S. Ioannis Baptiſtæ ex antiquis, & quidem multis priſcis Patribus, aſtruit. At poſtea Franciſcus à Meſſana, in Opere, quod inſcripſit Explicationem difficilium locorum in Operibus D. Hieronymi, cum Abulenſe ſenſit, & in dictione Zacharias, quæ extat in fine eius Operis D. Hieronymi ſententiam conatur tueri, ſed id breuius forſan, quàm obiectæ à Baronio rationes poſtulare videbantur. cuius tamen haud mentionem facit. Ioannes quidem Maldonatus, in Commentario ſuo in Matthæi c. 23. accedit ad ſententiam D. Hieronymi recitatis Patrum varijs ſententijs: quamuis paullo antea faſſus ſit, ſi ea traditio, quę habebatur de Zacharia Patre Io. Baptiſtæ potuiſſet probari ex bonis libris, eam valde congruenter explicare de Zacharia alio Dominum, & Matthæum non intellexiſſe, quàm de Patre S. Ioan. Baptiſtæ. At Baronius ait præter alia; *certè ſi ſides præſtanda eſt Hippolyto Martyri auctori grauiſſimo, eius teſtimonio exploratum habetur, Zachariam Ioannis parentem filium fuiſſe Barachiæ Sacerdotis.* Quamobrem iſtos egregios Scriptores, conferant ſimul Viri cordati, quos ad lucem veritatis indagandam contuliſſe non pœnitebit.

Præterea Hieronymus cum ab hæretico vrgeretur, quòd hiſtoriæ veritatem auferret, & terram promiſſionis allegoricè tantum interpretaretur, reſpondet Epiſt. ad Dardanũ his verbis, *Neque hoc dico in ſuggillationem terræ Iudææ, vt hæreticus Sycophanta mentitur, aut quæ auferam hiſtoriæ veritatem, quæ fundamentum eſt intelligentiæ ſpiritualis, ſed vt decutiam ſupercilium Iudæorum, qui Synagogæ anguſtias latitudini Eccleſiæ præferunt. Si enim Occidentem tantum ſequuntur literam, & non ſpiritum viuificantem, oſtendant terram repromiſſionis lacte, & melle manantem.* Vide Annot. 129. Sixti Senenſis lib. 5. Bibl. Sanctæ.

Hieronymus autem ſolet varijs modis vertere Diuinæ ſcripturæ verba, quando hæc id requirunt. Ipſe autem hoc teſtatur libro primo Apologiæ contra Ruffinum, vbi dicit Pſ. 2. ſe vertiſſe, *Adorate purè*; & tamen in Commentarijs expoſuiſſe, *Adorate filium.* Quoniam vox Hebræa antiqua eſt.

Quin & ipſe interdum mutauit ſententiam, & loca ſua correxit, vt libro de optimo genere interpretandi, & præf. 19. in Pentateuchum dicit, Iſaiæ 11. ca. non debere legi, *Flos de radice eius aſcendet*, ſed, *Nazaræus de radice eius aſcendet:* & LXX. hoc nomen Nazaræi malè prætermiſiſſe, & hunc locum citari à Matthæo c. 2. vbi dicit, *Vt impleretur, quod dictum eſt per Prophetam, quoniam Nazaræus vocabitur.* At ipſe idem poſtea vertit, ſicut verterant ſeptuaginta, nimirum, *Et flos de radice eius aſcendet.* & in Commentario, cap. 11. Iſaiæ reddit rationem

huius rei, quoniam verbum Hebræum ibi poſitum ſcribitur per Tſade, cum Nazareus dicatur à verbo per Zain. Quocirca Comment. c. 2. Matth. dicit illud: *Quoniam Nazaræus vocabitur*, non eſſe deſumptum ex aliquo vno Propheta, ſed ex eo, quod omnes Prophetæ Dominum Sanctum futurum eſſe prædixerunt. Pari ratione, lib. 5. Comment. in Iſaiam fatetur, c. 9. malè ſe vertiſſe, *Erit terra Iudæ Aegypto in feſtiuitatem*, cum potius verti debuerit *in pauorem*, & hoc poſteriore modo nos iam habemus in vulgata editione.

Etſi verò Hieronymus interdum ſenſit quædam mutanda eſſe in ſua verſione, & ea notauit in ſuis Commentarijs, tamen Eccleſia poſtea magis iudicauit veram primã verſionem, & illam retinere maluit in editione vulgata: Nam lib. 5. Comment. In Iſaiam, vbi B. Hieronymus dicit ſe vertiſſe, *feſtiuitatem* pro *pauore*, ibidem dicit, ſe malè vertiſſe, *refrenantem* pro *laſciuientem*; & tamen videmus in noſtra editione vulgata priorem correctionem Hieronymi admiſſam, poſteriorẽ vero non admiſſam. Quod certè non videtur caſu factum, ſed iudicio potius Eccleſiæ. Et hoc modo ad multa reſponderi poteſt. Bellarm. Card. lib. 2. de Verbo Dei, c. 9. Tom. 1.

Hieronymus item interdum videtur reprehendere verſionem noſtram vulgatam, cum tamen eam non reprehendat, ſed ſolum explicet, quæ ſit vis Hebrææ vocis; vt cum in Quæſtionibus Hebraicis dicit c. 1. Geneſeos, pro eo, quod nos habemus, *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas* in Hebræo eſſe, *incubabat* ſeu *fouebat*, more auis, Bellar. Card. lib. 2. De Verbo Dei, c. 9. ad finem, Tom. 1.

Hieronymus non conuertit Nouum Teſtamentum, ſed veterem eius verſionem tantum nonnullis locis emendauit. Id quod etiam in illud c. 16. Lucæ Euangeliſtæ, *Homo quidam erat Diues, qui habebat Villicum* cernitur. vbi Hieronymus, Villicum, Oeconomũ & Villiconem maluit declarare, quam mutare Interpretis verſionem.

Hieronymo autem obijci videtur in Auguſtino Chiſamenſi Epiſcopo in Annot. in Pentateuchum, quod ita verterit Num 17. vt plures, quam 12. virgas fuiſſe innuerit; Item quod Num. 24. ijs verbis, *Vir cuius obturatus eſt oculus*, cum ipſe poſuerit contrarium, *Vir cuius eſt apertus oculus*.

Putat autem Sixtus Senenſis deeſſe in noſtris codicibus negationem, dicendumque fuiſſe, *Dixit homo, cuius non eſt obturatus oculus*.

Hieronymus deniq; ſæpè ex aliorum ſententia loquitur, vt non idipſum, quod dicit eum ſenſiſſe credendum eſt; ſic ſæpè facit in Commentarijs Epiſtolæ ad Hebræos, & in alijs locis, vt notat Bellar. Card. c. 11. lib. de Gratia primi hominis, Tom. 3. controuerſia 1.

Porrò à Cornelio Steinuuichio Canonico Colonienſi, edita eſt Confeſſio Hieronymiana, quib. adiecit præfationes ſingulis Tomis præmiſſas: cenſuram item de Operibus, & ſingulis Hieronymi libris: Elogia 26. diuerſorum Theologorum de Hieronymo: teſtimonia quorundam Doctorum virorum, ſiue ex antiquo, vt vocant, Lectionario: eiuſdem Antidota contra XXXII. Calumnias Centuriatorum Magdeburgenſium, & Caluini: antidota contra errores Kemnicij in Examine Concilij Tridentini: excerpta pluſquam quingenta loca ex Gratiano. D. Thoma, Petro Lombardo, Scholæ auctoribus, quæ ab ijs citata fuere, & explicata: Diſputatio an Hieronymus paræciæ Bethlehemiticæ Rector, ſeu presbytes Hieroſolymitanus, vt Græci Patres eum vocant, fuerit Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, & Scholia varia contra hæreticorum corruptelas, obſcurioribus locis paſſim inſerta. Vt verò conatus hic Cornelij eſt valde commendandus, ſic tamen auctoritates aliquæ, quas citat, à viris ſtudioſis rectius intelligentur, ſi ipſi loci in Auctore re tamquam in fonte accuratè prelegantur.

Ceterum Hieronymi, ad Paulinianum, in Didymi libros de Spiritu Sancto, Præfatio extat in Tom 9. Bibl. SS. PP. edit. 2.

HIERONYMVS Teutonicus, Ord. Præd. Tractatum Summæ Theologiæ D. Tho. Aquinatis iuxta præcipuas illius cõcluſiones in Cõpendiũ redegit, atq; edidit Venetijs 1585.

HIERONYMVS Torrenſis Hiſpanus, & Societatis noſtræ Theologus, cum Confeſſionem Auguſtinianam, quam ex omnibus D. Auguſtini Operibus accuratiſſimè per ſeriem Theologicarum materiarum contexuit, ſæpè editam vidiſſet, ad multam deinceps ſenectutem veniens, & eandem ſummo ſtudio recognoſcens ſtatuit in futura eiuſdem Confeſſionis Auguſtinianæ editione, quam ſe moliri, mihi ſcripſit, vt teſtimonia, quæ affert ex legitimis Auguſtini Operibus ſumerentur. Poſita enim antea fuiſſe quædam teſtimonia ex Operibus Auguſtino haud verè aſcriptis fatetur: Nimirum ſumpſerat ex libro de fide ad Petrum, quem S. Fulgentij eſſe compertum eſt, tametſi hactenus nomine Auguſtini inſcriptus ſit. Sic item ex libris alijs, dubijs, quæ tamen fuerint orthodoxa, & Auguſtini doctrinæ conſentanea; Quin nonnunquam teſtimonia ſumpſerat è libro de



Digitized by Google

Dogmatibus Eccleſiaſticis, qui Gennadio Maſsilienſi tribuitur. Veruntamen conſtat multa eſſe in eo libro, vel ex Auguſtini Operibus, vel ex Celeſtini Papæ Decretis ſumpta, quæ teſtimonio antiquitatis à falſis, vel dubijs diſcernuntur.

HIERONYMVS Triuiſanus, è nobili familia, Venetus, Ord. Præd. ac re ipſa facundus Concionator, qui deinceps fuit Epiſcopus Veronæ, ſcripſit Commentarium in D. Pauli Epiſt. ad Hebræos. Obijt an. 1562. ſepultus in ſacriſtia Conuentus, vt vocant, S. Dominici apud ſuos, Venetijs.

HIERONYMVS Vairlenius edidit Notas ad D. Ignatij Græcas Epiſtolas.

HIERONYMVS Vida Cremonenſis, Canonicus Congreg. Lateranenſis, Epiſcop. Albenſis in Subalpinis Montisferrati, Poëta celebris noſtræ ætatis, Geſta Saluatoris noſtri è quatuor Euangelijs, carmine cecinit, atque Chriſteidem inſcripſit. De qua ipſe ſatis modeſtè.

*Ipſe ego tentatum multis opus ante Camænis*
*Vertice ab Aonio dux Iordanis ad Vndas,*
*Perq́; Palæſtinos ſaltus ſuper ardua ſiſto*
*Montis Idumæi.*

Adiecit alia Poëmata ſat nota. Senior autem, ac iam Epiſcopus, edidit ſoluta oratione Dialogos De Republica.

HIERONYMVS Vielmius, Venetus, Ord. Prædicatorum, Epiſcopus AEmoniæ, antea Argolicenſis, ſcripſit De ſex diebus conditi orbis. Adiecti autem ſunt eiuſdem auctoris de D. Thomæ doctrina, & ſcriptis libri duo. Item Orationes duæ altera Apologetica aduerſus obtrectatores Theologiæ, altera de optimo Epiſcopi munere, apud Iuntas Venetijs an. 1575. quo & viuebat.

HIERONYMVS Zannettinus Bononienſis, De differentijs inter Ius Ciuile, & Canonicum extat inter Tractatus Tom. 1. fol. 141. De foro conſcientiæ, & contentioſo. To. 3. p. 1. fol. 405. fuit etiam ſeparatim editus an. 1523.

HIERONYMVS Zieglerus Rotenburgius ſcripſit de Illuſtribus viris Germaniæ.

HIEROSOLYMAE Scriptores ijdem ſunt qui de Palæſtina, & Syria ſcripſerunt. Nos de ijs tum in ſecundo libro Selectæ noſtræ Bibliothecæ, tum in Apparatu noſtro ad Hiſtorias tàm Latino, quàm Italico ſcripſimus. Vide item in verbo,, Ioſephus Iudæus, & in verbis. Hegeſippus, Gulielmus Tyrius, Paulus AEmilius Veronenſis, de Regibus Galliæ, Torquatus Taxus, Staniſlaus Socolouius Polonus. Atqui Hieroſolymitanum Chronicon, hoc eſt de bello ſacro libri duodecim an. 1584. prodierunt ex Officina Iacobi Lucij Helmunſtadij in Germania, in quo Arnoldus VVion, cui delata fuerat cura eos repurgandi, nil cauendum obſeruauit. At in hiſtoria Orientali Haitoni Armeni Epiſtola dedicatoria fuit auferenda. In Appendice autem Reineri Renetij ad Haitonum, errores aliqui, vbi de familia Turcica agit, inſperſi ſunt, præterquam quòd is ipſe Reinerus inter primos Claſsis Scriptores hæreticos prohibitus eſt. Epiſtola item Martini Cruſij (qui & ipſe prohibitus eſt in eodem Indice Romano) delenda eſt.

HIEROSOLYMITANA Synodus prima, in qua Apoſtoli conuenere, extat in Actis Apoſtolorum, & celebrata eſt an. 18. poſt paſsionem Domini, vt colligitur ex Paulo ad Galat. 1. & 2. qui erat annus 13. à morte Tyberij. Altera verò à Petro Hieroſolymitano Epiſcopo aduerſus Seuerum, Anthimum, & alios hæreticos, an. Dom. 136. Actiones autem omnes huius Synodi continentur in illis, quæ de eadem cauſa ſunt habitæ à Menna Epiſcopo, ſiue Patriarcha Conſtantinopolitano.

HIEROSOLYMITANI Senatus Epiſtolæ duæ extant: altera ad Iudæos diſperſos, altera ad Ariſtobulum Ptolomæi Regis AEgypti Præfectum. Sixt. Senenſis.

HIEROSOLYMITANVM Excidium. Vide paulò ſupra in verbo, Hieroſolymæ Scriptores.

HIEROSOLYMITANORVM, ſiue Rhodiorum (nunc quidem Melitenſium) Equitum hiſtoriam ſcripſere Melchior Bandinus eius Ordinis Cancellarius. Gulielmus Cadurcenſis Procancellarius, de Rhodi obſidione Iacobus Borbonius magnus Prior Galliæ de eadem Gallicè. Iacobus Fontanus latinè, cum eiuſdem Ordinis in eadem Inſula eſſet iudex (vt vocant) appellationum. Nicolaus Villagagno latinè de obſidione, & expugnatione Tripolis ad Carolum Quintum. Antonius Geoffredus, cognomento Vinadiera, varia ad vniuerſam hiſtoriam ordinis illius collecta reliquit, cum moriens hiſtoriam texere non potuiſſet. Antonius item Foxanus Hiſpanus Hiſpanicè eandem vſque ad ſua tempora eſt perſecutus; præter antiquiores Gulielmum Archiepiſcopum Tyri, Paulum AEmylium de Regibus Gallis, Paulum Iouium. Quos omnes Iacobus Boſius

accuratiſsimè omnium eſt ſubſecutus, de quo vide in verbo, Iacobus Boſius, ſed & ea de re Torquatus Taxus egit eleganti Poëmate Etruſco, vti ſuo loco dictum eſt.

HIEROTHEVS quædam ſcripſiſſe oſtendit S. Dionyſius Areopagita 2. 3. 4. Capitibus Hierarchiæ Eccleſiaſticæ. Et quidem cum de hac ſcripſerit ad Timotheum Epheſinæ Ciuitatis Epiſcopum, appellet autem in 2. cap. communem vtriuſque Magiſtrum Hierotheum, fit, vt de ijſdem rebus aut ſcripſerit, aut certè diſſeruerit.

HILARION, hoc eſt, Quintus Iulius Hilarion ſcriptor perantiquus reliquit Chronologiam, ſiue de Mundi duratione libellum extat in Tom. 7. Bibl. SS. PP. edit. 2.

HILARION Genuenſis Monachus S. Nicolai de Buſcheto Congregationis Caſsinenſis, ſcripſit Commentaria; ſiue Animaduerſiones ad quatuor Euangelia, quæ Brixiæ prodierunt an. 1567. ac deinceps ibid. an. 1578. De amore item erga Deum orationes 27. excuſas Brixiæ an. 1581. De cambijs librum itidem Brixiæ, ſicuti, & Sermones ad Sanctimoniales Italicè. Brixiæ an. 1565. Obijt an. 1585.

HILARION Monachus SS. Nazarij, & Celſi Veronæ, Congregationis S. Iuſtinæ, quæ nunc Caſsinenſis vocatur, ſcripſit circa an. Domini 1516. præter paraphraſim in Rhetoricam Hermogenis, quæ typis excuſa eſt Venetijs an. 1523. De vita S. Simeonis Monachi, cuius corpus in Monaſterio S. Benedicti, quod eſt in Tractu Mantuano, integrum aſſeruatur. Scripſit item Appendicem ad Vitas Sanctorum ſcriptas à Iacobo de Voragine, lib. 1. qui editus eſt Mediolani apud Iacobum Ripam, an. 1494. De tranſlatione quoque S. Georgij Maolyris, lib. 1. Extat autem hic m.s. Venetijs in Cœnobio S. Georgij maioris, ſicuti, & alter m.s. ibidem; Denique de Tranſlatione brachij eiuſdem ſancti ad idem Monaſterium S. Georgij.

Gennad. Iſidor. Tritem. Sixtus Sen. Tom. 6. Annal. verſus finem anno Dom. 445.

HILARIVS Arelatenſis Epiſcopus, & B. Auguſtini diſcipulus, ſcripſit ad eundem Epiſtolam aduerſus Pelagianos, Vitamque S. Honorati primi cultoris Inſulæ Lerinenſis, ac deinceps Epiſcopi Arelatenſis ſui ipſius præceſſoris, quod & teſtatur Gennadius, & alij poſt eum: Extat verò funebris oratio, qua res ab eo geſtas eſt proſecutus; quam quidem carie, ſituque obductam, latentem diu, haud multos ante annos in lucem edidit Pariſijs vir doctiſsimus Genebrardus, cui benè precatur Baronius Card. quòd ex ea refelluntur fabulæ, ſeu potius deliria incerti Auctoris Operis tribus libris diſtincti de Vita S. Honorati, quo in primis fingitur idem S. Honoratus Nicomediæ Regis filius, & alia eiuſmodi, *quæ ſine nauſea legi non poſſint* (vt idem inquit Baronius Card.) *niſi ab eo, cuius ſit ſtomachus ferreus, & ignorantiæ vndique obductus rubigine.* Scripſit item ad Leonem Pont. Max. carmine heroico hiſtoriam à primo capite Geneſeos vſque ad ſeptimum, & Homilias, atque Epiſtolas ad Germanum contra hæreſes, floruit ſub Valentiniano, vt inquit Gennadius, an. 440. quod & aſſerunt Tritemius, Sixtus Senenſis, & Eiſingrenius. Porrò Hilarius hic, ille eſt, ad quẽ Eremi deſerta petentem Eucherius Lugdunenſis librum ſcripſit De laude Eremi.

HILARIVS Pictauorum Aquitaniæ Epiſcopus fuit, quem non ſolum Hieronymus, & Auguſtinus, verum etiam integra Synodus Epheſina prima, & alia deinceps Concilia mirificè coluerunt. Is (inquit Hieronymus in Catalogo) factione Saturnini Arelatenſis Epiſcopi, de Synodo Biterenſi in Phrygiam relegatus, duodecim aduerſus Arianos confecit libros; & alium librum de Synodis, quem ad Galliarum Epiſcopos ſcripſit; & in Pſalmos Commentarios, primum videlicet, & ſecundum, & à 51. vſque ad 62. & à 118. vſque ad extremum, in quo Opere imitatus Origenem, nonnulla etiam de ſuo addidit. Eſt eius ad Conſtantinum libellus, quem viuenti Conſtantinopoli porrexerat, & alius in Conſtantium, quem poſt mortem eius ſcripſit, & alius liber aduerſum Valentem, & Vrſacium hiſtoriam Ariminenſis, & Seleucienſis Synodi continens, & ad Præfectum Saluſtium, ſiue contra Dioſcorum, & liber Hymnorum, & myſteriorum alius, & Commentarij in Matthæum, & Tractatus in Iob, quos de Græco Origenis ad ſenſum tranſtulit, & alius elegans libellus contra Auxentium, & nonnullæ ad diuerſos Epiſtolæ. Aiunt quidem ſcripſiſſe eum in Cantica Canticorum, ſed à nobis hoc Opus ignoratur. Mortuus eſt Pictauis Valentiniano, & Valente regnantibus. Hæc Hieron.

Caſſiod. Inſt. Diuin. lect. cap. 6. Vide Baron. Tom. 4. pag. 219. primæ editionis.

At de Commentarijs in Iob, Caſsiodorus ſic ait: *Quidam etiam eſt anonymus ex cuius ſtylo eſſe ſuſpicamur Hilarium, qui Commentaria libri ipſius (Iob, ſcilicet) ſcripſit in ordinem.* Ignoraſſe viſus eſt, (inquit Baronius) ea ex Origene deducta, in quo S. Hieronymus eiuſdem S. Hilarij prudentiam laudat, quòd non tam in Iob Origenis Commentarios, ſed & in Pſalmos 40. fermè millia verſuum ad ſenſum in Latinum verterit.

Extat verò Hilarij Epiſtola ad Epiſcopos, & plebem Arianam hæreſim deteſtantes, & veram fidem ſequentes, ſat longa; poſt quam extat Tractatus de diſputatione Catholicæ

Digitized by Google

tholicæ fidei Athanaſij Epiſcopi contra Arium peruerſi dogmatis, Sabellium, & Photinum, audiente Probo Iudice ſub Conſtantino Imperatore. Quæ incipit, *Probus Iudex dixit: Amore veritatis, & fidei, inter ſectatores Chriſtianæ Religionis.* In fine autem ſcriptum eſt: *Explicit ſententia Iudicis Probi inter Athanaſium Epiſcopum Catholicum, & Arium, Sabellium, & Photinum hæreticos.* Neque verò hæc ſententia comprehenſa eſt in illa altercatione, ſiue diſputatione Athanaſij, & Arij hæreſiarchæ de Patris, & Filij identitate, quæ diſputatio habita eſt apud Laodiceam ſub iudice Probo, quæúe in Operibus Athanaſij poſtremo apud Sonnium Pariſijs edita eſt. Hæc autem Patauij à me viſa eſt manuſcripta è Biblioth. Vincentij Pinelli V. C.

Iam Commentarius contra Dioſcorum perijt, non ſine iactura Hiſtoriæ rerum Gallicarum, & aliarum. Ac quidem Hieronymus meminit huius Commentarij in Epiſtola ad Magnum. Sed & acceſſerunt ad ea, quæ Hieronymus numerat, expoſitiones in Pſalmos 63. 65. 66. 67. & 68. qui forſan typographorum fuit error, qui in Catalogo Hieronymi pro 68. excuderint 62. Addita eſt Epiſtola ad Afram filiam cum Hymnis ad eandem, Eraſmo quidem notha, ſed nô Fortunatiano presbytero, qui vitam Hilarij ſcripſit cui in Epiſcopatu ſucceſsit, quique argumentum eius Epiſtolæ totum in ea explicuit.

At cum quotquot Hilarij extiterunt Opera, alibi quidem, ſed Pariſijs integriore editione prodierint, an. 1572. Sciendum eſt, primò intercidiſſe Epiſtolas, quas ſcripſit ad diuerſos. Librum item Hymnorum, ni forte aliqui ſint ipſius ex ijs, quos hodieque canit Eccleſia.

Commentarius verò in Iob cum item exciderit, fuêre, qui dubitauerint eſſe eum, qui inter Origenis reliquias reperiebatur. Veruntamen neque Hilarianum characterem ſapit, ac qui eum è Græco in Latinum conuertit, rectius vertiſſe potuiſſe exiſtimatur. Iam, & liber aduerſus Valentem, & Vrſacium, hiſtoriam Ariminenſis, & Seleucienſis Synodorum Acta continens, interijt, ni putetur admixtus libro de Synodis.

Extat etiam Hilarij Epiſtola ad Auguſtinum de reliquijs Pelagianæ hæreſeos, inter ipſas Auguſt. Epiſtolas. Cæterùm, cum Patres magna cum veneratione citent Hilarium, vt Hieronymus interdum eum vocet, *Orbis Deucalionem,* alibi *Latini Sermonis tubam,* interdum *Latinæ eloquentiæ Rhodanum, & ſui temporis Confeſſorem,* quique inoffenſo pede ſit decurrendus, Magdeburgenſes tamen Centuriatores calumniari conati ſunt, decepti autem eadem nominis appellatione, huic tribuunt, quod tribuendum erat Hilario Diacono, cuius meminit Hieronymus in Commentario aduerſus Luciferianos, qui quidem in plures impegit errores. Cæterùm & poſtremo prodierunt D. Hilarij opera Pariſijs an. 1605. apud Societatem.

HILARIVS alter à Pictauienſi Epiſcopo, ſcripſit Epiſtolam D. Auguſtino, quæ eſt inter huius Epiſt. 8. ſupra 80.

HILARIVS Pontifex Max. natione Sardus, Romæ Synodo quinquaginta Epiſcoporum habita, nonnulla conſtituit pro Eccleſiaſtica honeſtate. Scripſit quædam, *de quibus ego* (ait Tritemius) *tantum reperi Decretum Synodale, lib. 1.* Quoniam religioſus Spiritus ſanctus. *Ad Epiſcopos Tarraconenſis Prouinciæ Epiſt. 2.* Poſtquam literæ veſtræ. *Ad Aſcanium Tarraconenſem Epiſcopum, Epiſt. 1.* Diuinæ circa nos gratiæ. *De Concilio Nicæno, Epiſt. 1. De Concilio Epheſino, Epiſt. 10. De Concilio Chalcedonenſi, Epiſt. 2. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1.* Decreta verò ipſius vna cum reliquorum Pontt. Decretis excuſa fuêre Coloniæ. Vixit an. Dom. 448. & amplius.

HILDEBERTVS Gallus, vir ſanctus, & S. Hugonis Abbatis diſcipulus, ex Cenomanenſi Epiſcopo, Turonenſis Archiepiſcopus, circa an. Dom. 1090. Epiſtolas ſcripſit, quæ primò excuſæ ſunt in Bibliotheca SS. Patrum Margarini, qui eis argumenta ad ſingularũ Epiſtolarum capita adiecit. Scripſit item Carmen de miſterio Miſſæ, & Sermonem in illud Iſaiæ, cap. 35. *Tunc aperientur oculi cæcorum.* Item in illud Luc. 12. *Cui multum eſt, multum quæretur ab eo.* Item Synodicam ad paſtores. Præterea vitam S. Hugonis Abbatis Cluniacenſis, quæ extat Cluniaci m.s. vt teſtatur Arnoldus VVion. Scripſit quoque de ſuo exilio lib. 1. Epiſtolarum verò, Hymnorum, Orationum, & Epitaphiorum, lib. 2. Vita quoque ipſius extat in libro Pontificali Cenomanenſi in Gallijs. Claruiſſe autem illum, tam proſa, quàm metro, & expoſuiſſe metricè totum Miſſæ ordinem, ac præterea diuerſas ad diuerſos Epiſtolas verborum venuſtate egregias, ſcilicet etiam ſupra quàm illa ferebant tempora, ſententijs vtiles, & Rhetoricis coloribus adornatas, refert Henricus de Gandauo, plures autem eius de S. Trinitate, & alijs argumentis verſus ex ſcripſit S. Antoninus Speculi Hiſtorialis Tit. 16. cap. 9. & ſeq.

Tritemius. Petrus Crapolius de Epiſcopis Germaniæ Bibl. SS. PP. Tom. 3. Gand. in Cat. Eiſingr. Arnoldus Wion.

HILDEBERTVS Abbas Benedictinus, Archiepiſcopus Moguntinus, Oſtrofrancorum

Eiſingren.

corum Dux, frater Conradi Romanorum Regis, deſignatus Summus Pontifex, ſed citius euocatus è rebus humanis, quàm Romam migraret, ſcripſit Vitas aliquot Sanctorum. Viuebat an. 928.

HILDEBRARDVS Goffredus, Friſius, à Doengieterpo, natus in Schinga, qui pagus eſt territorij Meinaldumani, ſcripſit multa, quæ partim in ædibus parentum, partim in Monaſteriorum Bibliothecis manuſcripta vidimus, in Epiſtolam Pauli Commentaria, In Euangelia Dominicalia, Poſtillam Euangelicam, Vitas aliquorum Sanctorum Friſiæ, principia artis Geometriæ. Collegit etiam Statuta Epiſcoporum Vltraiectinorum cum appendicibus ſuis, quæ poſtea edita ſunt, ſuppreſſo loci, temporis, ac typographi nomine, quorum exemplar apud me vnicum eſt. Vixit auctor iſte circa an. 1500. Hæc Suffridus Petrus lib. de Friſiæ Scriptoribus.

HILDEGARDIS Diuæ Eliſabethæ æqualis, virgo ſancta, & ſanctimonialis, primò vixit ſub S. Iutta Abbatiſſa in Monte S. Diſibodi ſub regula S. Benedicti Congregationis Hirſaugienſis, quæ appellabatur *Cluniacenſis reformata.* At S. Iutta demortua, diuino (vt fama eſt) mandato ad Montem S. Ruperti Confeſſoris in Oppidum Bingenſe ex altera Naij fluuij parte Moguntiæ cum duodecim ſacris Virginibus ſecedens, ibi Monaſterium ſtatuit, In quo nata annos 42. tãta ſpiritus gratia imbuta eſt, vt libros veteris, & noui Teſtamenti omnes intelligeret, cum antea præter Pſalterium nihil didiciſſet. Eius ſcripta, & reuelationes, procurante S. Bernardo Abbate Clareuallenſi, Eugenius Papa III. in Concilio Treuirenſi cum Cardinalibus duodeviginti, atque alijs Antiſtitibus publica ſententia confirmauit; Idem autem Eugenius, & qui ei ſucceſſerunt Anaſtaſius, & Adrianus Quartus, & Alexander Tertius Pontifices Maxx. ſcriptis eam crebris viſitarunt, ſeſe, ac Romanam Eccleſiam ipſius orationibus commendantes. Scripſit de ſcientia viarum Dei, & hominis, qui liber incipit, *Et factum eſt mane.* Nonnulla verò huius libri extant in Chronico Alberti Abbatis Stadenſis à fol. 169. vſque ad 178. excuſus autem fuit integer in libro trium virorum & trium Virginum Pariſijs an. 1513. De Sacramento Altaris contra Catharos, lib. 1. In Euangelia Dominicalia Homilias 58. Vitæ meritorium, lib. 3. Triginta quæſtionum, lib. 1. In præcipua capita Regulæ S. Benedicti, lib. 1. De vita Sancti Ruperti Ducis, lib. 1. Quæ extat in fine Odarum eius, & m. s. De vita S. Diſibodi Epiſcopi, lib. 1. quæ eſt apud Surium Tom. 4. die 8. Iulij, & inter Opera eiuſdem Virginis. Ad ſorores ſuas, lib. 1. Ad Monachos Erbacenſes Paregoricon, lib. 1. Carmina diuerſa, lib. 1. Ad S. Bernardum, Epiſt. 1. Epiſtolarum ad diuerſos 136. lib. 1. Quæ penè omnia excuſa ſunt Coloniæ, an. 1566. apud Geruinum Calenium.

Scripſit item ad Clerum Colonienſem de futuris periculis in Eccleſia, lib. 1. & ad Treuirenſes eodem argumento. At quærentibus Sacerdotibus, cur quæ illa comminabatur eſſent paſſuri, reſpondit *Spiritus ſanctus non confundit.* Quæ tamen prædixerat, omnia euenerunt an. 1585. Teſtatur autem Tritemius ſe vidiſſe Epiſtolas Conradi III. & Friderici I. Impp. Epiſcoporum electorum Bremenſis, & Hieroſolymitani, & complurium aliorum, qui ex diuerſis Mundi regionibus fama ſanctitatis, & reuelationum eius adducti ſe per literas orationibus illius commendabant, quin, & variarum quæſtionum ſolutiones ex ea perquirebant. Obijt an. 1180. ætatis ſuæ 82. die 15. Kalend. Octobris in Sanctorum numerum relata. Vide Theodoricum Abbatem in eius vita apud Surium Tom. 5. Trit. de Viris ill. Ordinis S. Benedicti, lib. 2. cap. 119. & lib. 3. cap. 334. & alios. At Argentorati an. 1544. apud Ioannem Scotum ſub nomine S. Hildegardis de Pinguia euulgati ſunt lib. 4. Phyſicorum, de Elementorum, fluminum aliquot Germaniæ, metallorum, leguminum, fructicum, herbarum, arborum, arbuſtorum, piſcium, volatilium, & animantium terræ naturis, & operationibus.

HILDEPHONSVS Mendoza Hiſpanus, Ordinis D. Auguſtini profeſſor Theologiæ in Academia Salmanticenſi Quæſtiones Quodlibetales perdoctas edidit Salmanticæ, an. 1590.

HILDEPHONSVS Toletanus Epiſcopus, & ipſe poſt S. Eugenium, Sanctus, ſcripſit (vti etiam habet Tritemius) De Sancta Trinitate, lib. 1. De cognitione Baptiſmi, lib. 1. De imbecillitate propria, lib. 1. De progreſſu ſpiritualis deſerti, lib. 1. De Virginitate Sanctæ Mariæ, lib. 1. quæ incipit, *Domina mea, dominatrix mea.* Hymnorum diuerſi generis, lib. 1. Sermones varios, lib. 1. Annotationum actionis Diuinæ, lib. 1. Epigrammata multa, lib. 1. Annotationum in ſacris, lib. 1. De Miſſa quoque, lib. 1. Annotationum in Sacramentis, lib. 1. Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. Veruntamen librum de Virginitate Beatiſs. Virginis Mariæ m. s. Codicis collatione auxit, & emendauit Franciſcus Feuardenſis Ordinis Minorum, eumque Pariſijs edidit apud Sebaſtianum Niuellium an. 1576.

Sed

Digitized by Google

Sed & addidit, tunc primum, Sermones duodecim de B. Virgine,& librum alium de perpetua Virginitate B. Virginis, & eius parturitione. Quæ quidem omnia in Codice noſtri Burdigalenſis Collegij in Aquitania extant, in quo codice Sermo de Parturitione, qui minus breuis eſt, pars eſt Sermonis de Aſſumptione. Quare connectitur cum illis verbis, *Quia longè ab eius laudibus impares ſumus, cuius hodie natalitia celebramus.* Atqui in Tom. 9. Bibl. SS. PP. 2. editionis, ſequentibus inſcriptionibus, atque ordine extant Hildephonſi Opera: Nimirum libellus, de illibata Virginitate Sanctæ, ac glorioſæ genetricis Dei Mariæ, contra Infideles, ordine Synonymorũ conſcriptus. Eiuſdem, liber contra eos qui diſputant de perpetua virginitate S. Mariæ, & de eius parturitione. Homilia eiuſdem, contra eos qui mendosè affirmant, Mariam Virginem, contra legem, Dominum peperiſſe. Eiuſdem ſermones ſex de Aſſumptione Beatiſsimæ, & glorioſæ Virginis Mariæ. Eiuſdem, ſermo in Natiuitate B. Mariæ Virginis, & de Purificatione ſermo. Omnia partim nunc primùm edita, partim verò ad m.s. Codices collata,& emendata per R. P. F. Franciſcum Feuardentium, Theologum Pariſienſem. Tom. 9. Bibl. SS. PP. edit. 2.

D. Iuliani Pomerij Toletanæ Sedis Diaconi, in Sancti Hildefonſi librum de laudibus intemeratæ S. Dei genetricis Mariæ, quæ in die Aſſumptionis ſuæ apparuit ei viſibiliter, eique veſtimentum dedit, Præfatio. Tomo 9. Biblioth. SS. PP. edit. Vide autem in verbo Illefonſus, eſt enim idem ipſe, quem vtroque in loco collocauimus non ſine additamento.

HILDERICVS Monachus Caſsinenſis, & Pauli Diaconi diſcipulus, ſcripſit carmine vitam Magiſtri ſui Pauli.

HILDVINVS Abbas S. Dionyſij Pariſienſis, ſcripſit ad Ludouicum Imperatorem ſoluta Oratione, ac metro vitam ipſius D. Dionyſij Areopagitæ. Extat liber excuſus. Is verò Hilduinus eſt, ad quém Rabanus Abbas Fuldenſis in 4. libros Regum miſit Commentaria. Sigebert. in Catal. Viuebat autem an. 840.

HILDVINVS, ſiue *Hildouinus* Taſſo, Flander, Monachus Ord. D. Benedicti in Lobienſi Cœnobio iuxta Bingium, ac deinceps Archiepiſcopus Mediolanenſis 52. ex Veronenſe Epiſcopo, an. 935. præfuit eidem Eccleſiæ, ſexennium: Hugonem Italiæ Regem in Baſilica Ambroſiana Mediolani coronauit. Obijt Mediolani an. 941. ipſis Kal. Auguſti. Scripſit de Geſtis Abbatum Lobienſium librum. Sermonum lib. 2. Sic quidem Arnoldus VVion quem aliquoties citamus, licet Tritemius hunc Hilduinum aſſerat ex Abbate Lobienſi factum Epiſcopum Laudocienſem, ſimili fortaſsis nomine falſus.

HILLINVS Monachus Corbeiæ in Gallia, Congregationis Floriacenſis, ſcripſit Carmine, ac Soluta oratione martyrium S. Foillani Epiſcopi, & martyris, lib. 2. qui aſſeruantur m.s. in Cœnobio S. Foillani extra Rutenas in Tractu Toloſano.

HINCMARVS, qui aliquibus *Haymardus*, è Monacho D. Dionyſij, quod eſt in Gallia Tritem.
propè Pariſios, ad Rhemenſem Archiepiſcopatum euectus. Obijt an. 882. cuius vitam Sixtus.
ſcripſit Frodoardus lib. 3. Rhemenſium Epiſcoporum, à quo ob Canonum peritiam, & Belleforeſtius.
Theologiæ ſcientiam valdè commendatur. Quem quidem etiam Nicolaus I. Papa. Diuinitus valde doctum fuiſſe teſtatur in cap. Excellentiſsimus. At varia, quæ geſsit, cum vel Arnoldus Wion.
ageret cum Apoſtolica Sede, vel cum Hincmaro Epiſcopo Laudunenſi altercaretur, vel alijs negotijs ſe immiſceret, fecerunt, vt non modo dubiam, verum etiam conſtantem de ſe relinqueret opinionem, eum in pleriſque haud rectè inceſsiſſe. Scripſit autem doctè contra Gotheſcalcum Prædeſtinatianum hæreticum; ac plures Epiſtolas, quas è codice membranaceo Bibliothecæ cathedralis Spirenſis deſcriptas nouiſsimè iam primum edi cum coniecturis, & breuibus ſuis Notis noſter Ioannes Buſæus Nouiomagus, vna cum quibuſdam alijs eiuſdem æui Scriptoribus curauit. Porrò item ſcripſit, Librum ad VVelonem Epiſcopum Metenſem, & S. Remigij Archiepiſcopi Rhemenſis Vitam, quæ apud Surium extat in primo Tomo, & Encomium eiuſdem, quod eſt apud Moſandrum: atque in Tomo 7. Surij ad diem 1. Octobris.

At habentur ad eum in Tomo 3. Epiſtolarum Decretalium Epiſtolæ quinque, videlicet 28. 29. 37. 41. & 47. Nicolai primi huius nominis Pontificis Maximi, quas prælegiſſe expediet ei, qui de Hincmari huius moribus certius iudicium ferre velit. Cum deinceps Baronius Cardin. Tomo decimo, ſub annum 92. præter alia, quæ de Hincmaro commemorauerat, huius Epiſtolam de Pontificum Decretis, quam ad Hincmarum Laudunenſem Epiſcopum nepotem ſuum ſic expendat, vt in quibus lapſus ſit, eadem opera indicet.

HIPPOLYTVS Caracciolus, Canonicus Regularis Lateranenſis, ſcripſit & habuit varias Conciones quas edidit Venetijs an. 1599. apud Iacobum Antonium Somaſcum.



Digitized by Google

De Vocatione Gentium.
De Indulgentijs.
De cognitione Dei.
De victorijs Verbi Diuini.
De Chriſtiana ſeruitute.
De Morte.
De Pœnitentia.
De prouidentia Diuina.
De contemptu Mundi.
De Diuino amore.
In illud: *Ecce aſcendimus Ieroſolymam.*
De mirabilibus Chriſti reſurgentis.
De Prædeſtinatione.
De Paſsione.
De duello Chriſti contra Diabolum.

HIPPOLYTVS Chizzola, Brixienſis, Canonicus Regularis Lateran. ſcripſit Italicè reſponſionem ad Paulum Vergerium hæreticum: & Diſcurſus (vt ipſemet vocauit) ſacros. Qui editi ſunt Venetijs apud Andream Arriuabenum, anno 1560. Quo & Auctor viuebat.

HIPPOLYTVS Florentinus, Ord. Minorum collegit miracula B. AEmylianæ de Circulis, quæ item adtexuit ad calcem ipſius vitæ ab Antonio Cortonenſi eiuſdem Ordinis conſcriptæ. Viuebat an. 1248. Michaël Pocciantius.

HIPPOLYTVS Marſilius Bononienſis præter ſingularia vetera, & noua, atque alia, quæ ſcripſit ſpectantia ad Practicam cauſarum criminalium, & ad Conſilia tum criminalia, tum alia edidit Quæſtiones De maleficijs, quorum cognitio præcipuè pertinet ad Eccleſiaſticos.

In Catal. Scriptor. Eccleſ. Anno 220.

HIPPOLYTVS Martyr (inquit Hieronymus) cuiuſdam Eccleſiæ Epiſcopus (nomen quippe Vrbis ſcire non potui) rationem Paſchæ, temporumque Canones ſcripſit, vſque ad primum annum Alexandri Imperatoris, & nouemdecim annorum circulum, quem Græci ἐννεα καὶ δεκαετηρίδα vocant, reperit: & Euſebio, qui ſuper eodem Paſcha Canonem decem & nouem annorum, id eſt, ἐννεα καὶ δεκαετηρίδα compoſuit, occaſionem dedit.

In Geneſim citatur ab Hieronymo q. 8. ad Damaſum.

Scripſit nonnullos in Scripturas Commentarios, è quibus hos reperi: in ἑξαήμερον, & in Exodum, & in Canticum Canticorum, in Geneſim, & in Zachariam, De Pſalmis, & in Eſaiam. De Daniele. De Apocalypſi. De Prouerbijs. De Eccleſiaſte. De Saul. De Phytoniſſa. De Antichriſto. De Reſurrectione contra Marcionem. De Paſcha aduerſum omnes hæreſes. Et προσομιλιῶν de laude Domini Saluatoris, in qua, præſente Origene, *ſe* loqui in Eccleſia ſignificat. In huius emulationem, Ambroſius, quem de Marcionis hæreſi ad veram fidem correctum diximus, cohortatus eſt Origenem in Scripturas Commentarios ſcribere, præbens ei ſeptem, & eo amplius notarios, eorumque expenſas, & librariorum parem numerum; quodque his maius eſt, incredibili ſtudio quotidie ab eo Opus exigens, & vnde in quadam ἐργοδιώκτην eum Origenes vocat. Et quidem hæc Hieronymus. At, quando eiuſdem Hippolyti extat Oratio De conſummatione Mundi, ac de Antichriſto, & de ſecundo Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, (quę cum eſſet antea Latinè conuerſa à Ioanne Pico, Pariſienſis Senatus Præſide, ea in Ciuitate primò edita eſt: Ac denique anno 1576. inſerta Bibliothecæ SS. Patrum à Margarino Bignæo.) Sciendum eſt, ex eadem Oratione haud aſſequi nos poſſe tempus ipſum, quo Dominus iudicaturus eſt mundum; cum res hæc ſoli Patri cognita ſit, vt Chriſtus Dominus aſſeruit: Nec verò Hippolyti ſententiæ acquieſcendum, qua Ioan. Euangeliſtam facit adhuc ſuperſtitem, atque cum Enocho, & Elia venturum ad verbum Dei prædicandum. Minus item alteri ſententiæ ipſius, qua putauit Antichriſtum non futurum verum hominem, ſed corpus phantaſticum ſolum oſtentaturum contra quam D. Paulus illum vocat *hominem peccati, filiumq; perditionis.*

Reperti ſunt autē ſuperioribus annis Baſileæ, Commentarij quidam in Apocalypſim Hippolyto aſcripti, de quibus ob eruditionis, & ſtyli copiam, (vt inquit Sixtus Senenſis) ambigitur.

Porrò quid de Commentario in Danielem ſenſerit Photius, vide in eius Græca Bibliotheca in verbo, *Hippolytus, Epiſcopus & martyr.* pag. 270. Auguſtanæ editionis. Sanè verò idem Photius, pag. 162. Hippolyti Irenæi diſcipuli meminerat, qui Græcè ſcripſerit contra 32. hæreſes à Doſitheo vſque ad Noëtianos, qui idem eſſe videtur cum ſuperiore.

Obſeruauit autem alia Margarinus Bignæus planius quàm Sixtus Senenſis de eius Epiſcopatu (ſiue is fuerit alterius Hippolyti) ac de eius Oratione, cum in Bibliotheca SS. PP. hæc ita ſcripſit.

At D. Hieronymus, cum inquiat ſe ſcire non potuiſſe cuiuſnam Vrbis Hippolytus Martyr Epiſcopus fuerit, ſciendum eſt à Gelaſio Pont. I. in lib. contra Eutychen, Arabum Metropolis Epiſcopum eundem Hippolytum nominari. Germanus item Conſtan-

tinopoli-

Digitized by Google

tinopolitanus, Hippolytum de Roma; Zonaras Annalium 2. Tomo Martyrem, & Epiſcopum Romani Portus, quem Centuriaſtæ oſcitanter Oſtiam eſſe ſcripſerunt. Et quidem Portuenſem Epiſcopum fuiſſe, qui Cyclum Paſchalem deſcripſit, indicat ſtatua illius marmorea, cuius meminit Marianus Victorius in Scholio primo, ad illius Vitam D. Hieronymi ſcriptorum Catalogo. Alioqui citat Germanus Conſtantinop. in rerum Eccleſiaſticarum contemplatione (qui liber extat Tom. 5. SS. PP. ex huius libro de Antichriſto) illum anno mundi 6500. venturum: quod re vera non habetur in hac S. Hippolyti Oratione. Cum enim de aduentus illius tempore loquitur, conſtanter ait futurũ poſtremis temporibus; de hora autem, vel die, nihil præterea. His ſi addas non ita eſſe veriſimile Italum Epiſcopum vel Græcè ſcripſiſſe, vel fuiſſe tanta neceſsitudine cum Origene coniunctum, per me liceat, duo ſint Hippolyti; Latinus ille prior Portuenſis; Græcus verò alter, auctor Orationis de conſummatione mundi, ac de Antichriſto. Hæc Bignæus. Hippolytus Portuenſis Epiſcopus.

Sed & cum deinceps Card. Baronius, qua ſolet diligentia, & acri iudicio de hoc Hippolyto egiſſet, ex eodem autem Baronio Henricus Caniſius multam lucem hauriret, hæc ferè ſcribit. *Hippolytus, qui viuebat an. Dom. 229. fuit Metropolytanus Arabiæ, Qui Romam ſub Calliſto Pontifice veniens, honoratus ab illo Epiſcopatu Portuenſi, ſcripſit, quemadmodum teſtatur Euſebius, Commentarios in Hexaemeron. Librum contra Marcionem. Explanationem in Canticum Canticorum. Expoſitionem in aliquot partes Ezechielis. Librum de Paſchate. Librum contra omnes hæreſes. Commentarios in Iſaiam, vt refert S. Hieronymus. In Danielem. In Zachariam. In Pſalmos. In Eccleſiaſten. De Saul, & Pythoniſſa. De Antichriſto. De Reſurrectione, &* περὶ ὁμιλιῶν. *De laude Domini Saluatoris. Epiſtolam ad Reginam quandam (teſte Theodoreto) Orationem de duobus latronibus. Item in Helcanam, & Annam, & in principium Iſaiæ. Librum De diſtributione talentorum. Item aduerſus Valentinianos, & pleraq; alia, poſt quæ martyrium paſſus eſt ſub Alexandro Imperatore.*

Porrò cum multæ Hippolyti huius lucubrationes vel ipſo tempore Euſebij extarent, valde probabile ſit, inter illas etiam fuiſſe, quas ad eundem Henricum Caniſium miſimus, De Theologia, & Incarnatione contra Beronem, & Hilicen, quaſque ille à Franciſco Turriano noſtro Latinè è Græco redditas inſeruit Tomo 5. antiquæ lectionis. Qui quidem prudenter Lectorem monet, errorem illum de Humanitate Chriſti in Diuinitatem mutata, (contra quem diſputat Hippolytus) non cum Apollinari, & Eutyche demum natam, & in orbem introductam, ſed longè antiquiorem eſſe, cum illius Iuſtinus martyr meminerit in expoſitione fidei.

Atqui quæ nunquam aut Grçcè, aut Latinè edita fuit eiuſdem Hippolyti martyris demonſtratio contra Iudæos, eam Latinè redditam à Franciſco Turriano noſtro hic primum damus.

*Hippolyti martyris Demonſtratio contra Iudæos.*

Inclina aurem tuam Iudæe, & audi verba mea, & attende. Sæpè gloriaris tu, quòd Ieſum Nazarenum mortis condemnaſti; & quòd acetum, & fel ei ad bibendum porrexiſti; & hoc glorioſum putas, accede igitur, & conſideremus communiter, vtrum ne iniuſtè glorieris ô Iſraël, & illud parum aceti, & fellis has horribiles minas tibi intulit; vtrum ne propter illud in iſtis infinitis calamitatibus es: procedat igitur in medium, qui per Spiritum ſanctum loquitur, & verax eſt, Dauid filius Ieſſe. Hic, cum quædam propheticè de verò Chriſto caneret, & Deum noſtrum per Spiritum ſanctum canendo celebraret, omnia, quæ à Iudæis in paſsione eius facta ſunt, clarè denunciauit, vbi Chriſtus qui ſe humiliauit, & formam ſerui Adam induit, tamquam ex perſona noſtra, inuocat Deum Patrem, qui in cœlis eſt, & ait Pſalm. 68. *Quoniam intrauerunt aquæ vſq; ad animam meam: infixus ſum in limo profundi,* id eſt, in corruptionem inferni propter obedientiam in paradiſo abiectam; *& non eſt ſubſtantia,* id eſt, auxilium. *Defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deo meo, quando veniet, & ſaluum me faciet,* & quæ ſequuntur, poſtea dicit tamquam ex perſona ſua Chriſtus, *quæ non rapui, tunc ſoluebam,* id eſt, qui non peccaui, pro peccato Adæ ſuſtinui mortem. *Quoniam tu Deus ſcis inſipientiam meam; & delicta mea à te non ſunt abſcondita,* id eſt, non enim, inquit, deliqui, quamobrem *non erubeſcant, qui expectant videre* meam poſt triduum reſurrectionem, id eſt Apoſtoli; *quoniam propter te,* vt tibi obedirem, *ſuſtinui opprobrium,* id eſt, crucem, quando Iudæi *operuerunt confuſione faciem meam; quando alienus factus ſum fratribus meis ſecundum carnem, & peregrinus filijs matris meæ,* id eſt, Synagogæ: *Quoniam zelus domus tuæ comedit me, & improperia improperantium tibi,* & ſacrificantium idolis *ceciderunt ſuper me, quamobrem contra me loquebantur, qui ſedebant in portis;* extra portam enim crucifixerunt eum; *& in me pſallebant, qui bibebant vinum,* id eſt, in feſto Paſchæ. Ego vero *Oratione mea ad te Domine* dicebam, *pater remitte ipſis gentibus,* quoniam tempus beneplaciti gentium: *ne igitur demergat*

*me tempeſtas* tentationum, *nec abſorbeat me profundum*, id eſt, infernus. *non enim relinques animam meam in inferno, nec vrgeat ſuper me puteus os ſuum*, id eſt, ſepulchrum. * propter inimicos
* μνημεῖον.
meos eripe me, ne glorientur Iudæi dicentes abſorbeamus eum. Hæc omnia Chriſtus œconomicè tanquam homo precabatur, qui erat verus Deus. Sed vt antea dixi, *forma ſerui erat*, quæ hæc loquebatur, & patiebatur. Quamobrem ſubiunxit, *improperium expectauit anima mea, & miſeriam*, id eſt, non inuitus paſſus ſum, neque per vim: *expectaui* tamen, *qui ſimul contriſtaretur, & non fuit*. Domino enim derelicto, omnes Diſcipuli fugerunt, & *expectaui qui conſolaretur, & non inueni*. audi, & aduerte Iudæe, quid dicat Chriſtus, *dederunt in cibum meum fel, & in ſiti mea potauerunt me aceto*. & hæc paſſus eſt à vobis. Audi Spiritum ſanctum dicentem, quid retribuet vobis pro illo modico aceto: ait enim propheta tanquam ex perſona Dei, *fiat menſa eorum in laqueum, & in retributionem*, quam retributionem dicit? manifeſtum eſt, eam miſeriam dicere, in qua nunc ſunt Iudæi. Audi deinde, quæ ſequuntur, *obſcurentur oculi eorum, ne videant*. atqui obſcurati ſunt vobis oculi animæ obſcuratione tenebroſa, & æterna; ſi quidem orto verò lumine, vos tanquam in nocte erratis, in inuia vos impingentes, ac præcipitantes, quia viam illam reliquiſtis, quæ aiebat, *Ego ſum*
* καιριώτερον.
*via*. Præterea, audi quod grauius, * & periculoſius eſt, ait enim, *dorſa eorum ſemper incurua*, id eſt, vt ſeruiant gentibus non quadringentis triginta annis, vt Babylonæ, ſed ſemper inquit, in ſeruitutem incurua. Quid iam deinceps fruſtra, & vanè liberationem huius miſeriæ ſperas? Quod enim magis mirandum eſt, cæcitatem oculorum tuorum non in-
Marc. 14.
iuſtè imprecatus eſt, quia tu oculos eius velaſti, cum eum alapis cædebas. & idcirco dorſum eorum ſemper in ſeruitutem incurua, & quia ſanguinem eius cum ira effudiſti, au-
* ἀντίδωρον.
di * remunerationem, *effunde*, inquit, *ſuper eos iram tuam, & furor iræ tuæ comprehendat eos, & fiat commoratio eorum deſerta*, templum ſcilicet illud celeberrimum. Sed quare, ô propheta, ediſſere nobis, cur templum deuaſtatum eſt? an propter illam olim vituli fabricationem, an propter populi idololatriam? an propter ſanguinem prophetarum? an propter adulteria, & fornicationes Iſraël? minimè, inquit; in omnibus enim illis ſemper veniam, & indulgentiam ferebant; ſed quia filium Auctoris beneficiorum interfecerunt, ipſe enim eſt coæternus Patri. vnde ait, *ſit, Pater, templum eorum deuaſtatum*. quoniam quem tu
* ἐθέλοντι.
propter ſalutem mundi volens * percuſsiſti, *ipſi perſecuti ſunt*, id eſt, ipſi me violenta, & iniuſta morte perſecuti ſunt. Hoc enim ſignificat, *& ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt*. Prius habuit dolorem tanquam amator hominum propter errorem gentium, ſed huic dolori alium ſuo errore adiunxerunt. idcirco Pater *appone iniquitatem ſuper iniquitatem eo-*
Quæ ſunt in cap. 16. figura ſunt Chriſti paſſi.
*rum; & afflictionem ſuper afflictionem, & non intrent in iuſtitiam tuam*, id eſt, in regnum tuum, ſed *deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur*, id eſt cum ſanctis Patriarchis ſuis. Quid ad hæc dicis Iudæe? non hæc dicit Matthæus, neque Paulus, ſed Dauid Chriſtus tuus, qui
Iob 16.
contra te decernit qui propter Chriſtum pertimeſcendam ſententiam retribuit, & pro-
Iob 21.
nunciat, & tanquam ille magnus Iob ἐρῶ πρὸς ὑμᾶς τῷ δικαίῳ, καὶ ἀψευδεῖ λέγοντας, emiſti Chri-
* δουλοπρεπῶς.
ſtum tanquam ſeruum; * veniſti ad eum tanquam ad latronem * in hortum. producam in
* λῃστρικῶς.
medium prophetiam Salomonis de Chriſto, quæ apertè, & perſpicuè, quæ ad Iudæos ſpectant, ediſſerit, non ſolum quæ hoc tempore eueniſſe eis cernimus, ſed quæ in futuro euenient propter contumaciam, & id, quod auſus es in Chriſtũ principem vitæ, ait enim
Sap. 2.
Propheta: *Non rectè cogitauerunt impij de Chriſto dicentes, circumueniamus iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus, & ſermonibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat*. poſtea dicit, *grauis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſsimilis eſt alijs vita illius: & immutatæ ſunt viæ eius, tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à vijs noſtris tanquam ab immunditijs, & præfert nouiſsima iuſtorum. & rurſus, audi Iudæe, nemo ex iuſtis. vel Prophetis vocauit ſe filium Dei*. ait igitur iterum Salomon in perſona Iudæorum de hoc iuſto, qui eſt Chriſtus: *Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum, gloriatur Patrem ſe habere Deum. Videamus ergo, ſi ſermones illius veri ſint, & tentemus, quæ erunt nouiſsi-*
* verus.
*ma illius, ſi enim eſt iuſtus * Dei filius, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum, morte turpiſsima condemnemus eum, erit enim reſpectus eius ex ſermonibus illius*, & rurſus Dauid in Pſalmis ait de futuro ſæculo, *tunc loquetur ad eos Chriſtus in ira ſua; & in furore ſuo conturbabit eos*. & iterum Salomon de Chriſto, & Iudæis quòd quando ſtabit iuſtus in magna conſtantia ante faciem eorum, qui eum afflixerunt, & ſermones eius repudiarunt, *videntes*, inquit, *turbabuntur timore horribili; & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, & dicent intra ſe pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritus gementes: hic eſt, quem habuimus aliquando in deriſum, & in ſimilitudinem improperij. nos inſenſati vitam illius exiſtimabamus inſaniam, & in finem illius ſine honore. Quomodo*
* ἐνεπλήσθημεν.
*computatus eſt in filijs Dei, & in Sanctis ſors illius eſt. Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit, & ſol non ortus eſt nobis. Laſſati * ſumus in via iniquitatis, & perditionis. ambulauimus vias diffici-*



Digitized by Google

*les, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit ſuperbia noſtra? tranſierunt omnia illa tanquam vmbra.* Deſunt quædam.

HIPPOLYTVS Pantocius Peruſinus, Ord. Minorum præter duo Poëmata. Alterum prænotatū *Grittiadem* ad Andream Grittum Venetorum Principem; Alterum inſcriptum *Feltriadem*, ad Guidum Vbaldum Ducem Vrbinatum, atque Panegyrim ad Rodulphum Pium Carpenſem Cardinalem, Gratulationem edidit ad D. Marcum; quæ ad hunc Apparatum quadantenus attinet.

Henricus Willot.

HIPPOLYTVS Portuenſis. Vide paulò antea in verbo, Hippolytus Martyr.

HIPPOLYTVS quidam Scriptor vetuſtiſsimus, & Apoſtolis familiaris, cuius librum citat Palladius in Hiſtoria Lauſiaca, cap. 148. ſcripſit Virginem quandam ſigno Crucis munitam ex proſtibulo, quo fuerat adacta, illæſam euaſiſſe.

HIPPOLYTVS Thebanus nō eſt Hippolytus ille Portuenſis Epiſcopus peruetuſtus, quemadmodum ex homonymia decepti exiſtimarunt Nicephorus Calliſtus, lib. 2. Hiſt. Eccleſiaſticæ, cap. 3. atque alij recentiores. Ac de Hippolyto quidem Portuenſi diximus paulò antea in verbo, *Hippolytus martyr*. Hic autem, de quo nunc agimus, vixit tempore Simeonis Metaphraſtæ, qui Sanctorum Græcas reliquit hiſtorias. Meminere autem huius Hippolyti Thebani Glycas tertia Parte Annalium, & Franciſcanus Turrianus noſter in Apologia pro Domo Lauretana aduerſus calumnias Vergerij, qui eadem opera multum lucis affert Scriptis eiuſdem Hippolyti. Quæ autem ex hoc Thebano recitat Nicephorus ſuperiore loco, quem citauimus, putans eſſe Hippolyti Portuenſis, ibidem ſunt legenda. Scripſit verò Hippolytus Thebanus Chronicon Commentarium, ſiue Syntagma, quemadmodum Græca præfert inſcriptio. Quod quidem potius Fragmentum (ſicut appellauit Turrianus) ab Henrico Caniſio V. C. ex codice m.s. Bauaricæ Bibliothecæ iam primum an. 1603. luce donatum eſt tam Græcum, quàm Latinè redditum cum Notis quibuſdam in Tomo 3. antiquæ lectionis.

Porrò quid de hoc Chronologico Fragmento ſit ſentiendum, haud tanti eſt, vt eius habenda ſit maxima ratio, niſi in eo corrigantur, quæ mutila ſunt, ſiue corrupta. Quale illud, quod Glycas, & Nicephorus ex ipſo citant dicente, poſt Domini ex mortuis Reſurrectionem annos ſeptem præterijſſe, cum Stephanus Protomartyr lapidatus eſt. Stephanus enim paſſus eſt, an. Dom. 34. ſeptimo menſe ab eiuſdem Domini Aſcenſione; conuerſionem verò S. Pauli ſecundo ab Aſcenſione Domini anno contigiſſe, hoc eſt, anno Dom. 36. tempore nimirum à martyrio S. Stephani multò longiore, quàm ſtatuat Hippolytus, qui tantum ſex menſes aſsignare videtur. Vide Baronij Cardin. Annalium Tomum primum. Quæ autem idem Hippolytus De Periodis ſcribit, vbi inquit, Die vigeſima tertia Martij Dominum fuiſſe Cruci affixum; vigeſima quarta ſepultum; vigeſime quinta reſurrexiſſe; vide eaſdem eiuſdem Henrici Caniſij Notas ad hoc Fragmentum afferentis, quæ ſapienter obſeruauit Ioan. Georgius Heruardus Bauariæ Cancellarius, & Chronologiæ apprimè ſciens.

Qui autem Libellus de Ortu, & cognatione Beatiſs. Virginis Græcè m.s. & Hippolyto huic aſcriptus eſt, extat cum alibi, tum Viennæ in Cæſarea Bibliotheca, ſicut item in Vaticana, ſed decerptus (vt videtur) ex eius integriore Chronico. Eiuſdem item in eadem Cæſar. Biblioth. extant Iambi de Chriſto Domino, & Confirmatio è literis ſacris, *Quòd Chriſtus ſit Deus.*

HISPALENSE (ſiue Spalenſe) Concilium, cui præfuit S. Leander, cuius Ciuitatis Epiſcopus an. Dom. 590. Reccaredi autem Hiſpaniæ Regis quinto, fuit Prouinciale. Interſuere octo Epiſcopi, qui tria in Synodo decreta firmata miſerunt ad Pelagium Pontif. Max. quem adhuc credebant eſſe ſuperſtitem; Garſias verò Loaiſa præter illa collegit è varijs locis Canones, ſiue Fragmenta vndecim eiuſdem Concilij Hiſpalenſis, quos inſeruit editioni Hiſpanorum Conciliorum, quam procurauit emitti an. 1593. Madriti apud Petrum Madrigalem, vti alibi diximus.

Hiſpalis Ciuitas Bæticæ inſignis.

Hiſpalenſe Concilium era DCXXVIII. an. Dom. 590.

Incipit Epiſtola Epiſcoporum de Concilio Spalenſi, ad Pegaſium Epiſcopum miſſa.

1 De Mancipijs Eccleſiæ, ab Epiſcopo manumiſsis.

2 De Mancipijs Eccleſiæ, ab Epiſcopo proximis ſuis collatis.

3 De Clericis, cum quibus mulieres cohabitant.

Vide ibidem Garſiam Loaiſam.

Concilium aliud Hiſpalenſe, de quo hæc quæ ſequuntur idem Garſias Loaiſa.

Synodus habita in Ciuitate Spali, ſub die iduum Nouembrium, anno nono regnante glorioſiſſimo Principe Siſebuto, era DCLVII.

1 De Theodulphi Malacitanæ Eccleſiæ Epiſcopi querimonijs aduerſus reliquos Epiſcopos, pro quibuſdam parochijs.
2 De querimonijs Fulgentij, & Honorij Epiſcopi, pro quibuſdam parochijs.
3 De deſertoribus Clericis, vt Epiſcopis ſuis reſtituantur.
4 De bigamis ad Presbyterium, vel ad Diaconatum non promouendis.
5 Ne Presbyter Diaconum, aut Presbyterum ordinare præſumat.
6 De Presbyteris, vel Diaconibus ab vno Epiſcopo non deponendis.
7 De his, quæ prohibentur Presbyteris in Eccleſiaſticis Sacramentis.
8 De ſuperbis Eccleſiæ libertis, vt ad ſeruitium reuocentur.
9 De œconomis, ne ex laicis conſtituantur.
10 De monaſterijs non conuellendis.
11 De monaſterijs Virginum, vt à monachis tueantur.
12 De quodam Acephalorum Epiſcopo.
13 De duabus in Chriſto naturis, & vna perſona.

### *Notæ in Concilium Hiſpalenſe ſecundum.*

In Ciuitate Spalenſi] Anno nono regni Siſebuti celebratum eſt, ſub D. Iſidoro Metropolitano ſecundum Concilium Hiſpalenſe, pro Eccleſiaſticis negocijs, & contra Acephalos hæreticos, negantes temerè in Chriſto duas naturas, in vna Diuina perſona. Acephali, ſine capite dicti, quia nullus reperitur erroris huius auctor, à quo exorti nomen, & ſectam ſibi arrogent, vt Iſidorus inquit, lib. etymol. 8. cap. 5. & Auguſtinus. De his etiam multa tradit Nicephorus, lib. 18. Eccleſ. hiſt. cap. 45. plura infra. Interfuit huic Concilio Epiſcopus quidam Syrus, ſtolidus huius hæreſis propugnator: qui poſt longam diſputationem, rationibus & argumentis D. Iſidori, & aliorum Patrum victus, ad rectam, & orthodoxam fidem conuerſus eſt: vt ex duodecima actione huius Concilij conſtat. Eſtque Concilium eruditum & doctum, iuris ciuilis, & Canonici ſapientia refertum; ita vt appareat à viris eruditione Diuina, & ſæculari præſtantibus eſſe editum. Vide item Baronij Card. Tom. 8. Annal.

HISPANA Synodus per Legatos Sedis Apoſtolicæ habita Giraldum Cardin. Epiſcopum Oſtienſem, & Raimbaldum Subdiaconum, in qua aliquot depoſuere Epiſcopos, Vide Tom. 11. Annal. Card. Baronij ſub an. Domini 1073. Gregorij autem VII. Pont. Max. primo.

HIRAM Tyriorum Rex, (de quo in tertio libro Regum) plures ad Regem Salomonem Epiſtolas ſcripſit, quæ olim apud Tyrios aſſeruabantur, ſicuti, & quæ à Salomone ad eum ſcriptæ fuerant. Harum meminit Dius in Phænicijs hiſtorijs, & poſt eum Ioſephus primo libro aduerſus Appionem.

HIRENAEVS, Vide in verbo, Irenæus.

## H O

HOIEDAS Mendoza, de Incompatibilitate, & Compatibilitate beneficiorum.

HOLCOT Rob Anglus, qui vixit an. 1349. Scripſit in librum Sapientiæ. In duodecim Prophetas. In Sententias. Diſtinctiones. Moralitates. Allegorias vtriuſque Teſtamenti. Sermones per annum. Quodlibeta.

HOLLEN, Vide in verbo, Gothſcalcus Hollen.

HONOFRIVS Florentinus, Ord. Auguſtiniani, idemque Florentiæ Archiepiſcopus ſcripſit In Euangelia, lib. 4. In Acta Apoſtolorum, librum. Sermones ad vtrumque Statum. Viuebat an. 1430.

HONORATVS, Vide in verbo Antoninus Epiſcopus.

HONORATVS Arelatenſis Epiſcopus. Vide in verbo, Hilarius Arelatenſis Epiſcop.

HONORATVS Conſtantinæ Africæ Ciuitatis Epiſcopus, ſcripſit ad Arcadium quendam, qui pro confeſsione fidei Catholicæ in Africa à Genſerico Rege miſſus exulabat, Anno 490. Epiſtolam ad labores pro Chriſto ferendos hortatoriam, & exemplis præſentibus, & ſcripturarum relationibus roboratam, & quod confeſsionis fidei perſeuerantia non ſolum præterita purget peccata, ſed & meritum procuret martyrij. Hæc Gennadius.

HONORATVS, Maſsilienſis (vt verbis vtar eiuſdem Gennadij) Eccleſiæ Epiſcopus, vir eloquens, & abſque vllo linguæ impedimento ex tempore in Eccleſia Declamator, & quia à pueritia in timore Dei creſcens etiam in negotijs Eccleſiaſticis exercitatus eſt. Is



Digitized by Google

ſuum quaſi armarium aperit, & in homiliarum modum ad vtilitatem legentium multa componit, maximeque ad colendam fidei rationem, & reuincendam hæreticorum peruerſitatem. In cuius liberè prædicanda conſtantia, non ſolum vicinarum Ciuitatum Sacerdotes, & populi delectantur, ſed & longè poſiti, cum ad eos neceſſario pergit, ſummam ei dicendi in ſuis Eccleſijs rogantes iniungunt. Sanctus quoque Papa Gelaſius Romanæ Vrbis Pontifex per ſcripturam agnoſcens eius fidei integritatem, reſcripto ſuo probatam iudicauit, Sanctorum Patrum vitas ad ædificationem poſterorum coaptat ipſe legendas præcipuè nutritoris ſui Hilarij Arelatenſis, Litanias ad ſupplicandam Dei clementiam cum plebe ſibi credito pro viribus agit. Hæc omnia Gennadius. At Suffridus Petrus obſeruauit *Scriptorem* hunc non extare apud Honorium Auguſtodunenſem, quin etiam in vulgatis pleriſque codicibus deſiderari, vt videatur medicamenti loco Gennadio, qui malè audiebat, ſicuti de eo ſuo in loco diximus, fuiſſe additus. Stylus certè Gennadium non ſapit. Anno 490. Tritem.

HONORIVS Auguſtodunenſis, Tritemio, *Presbyter*, & *Scholaſticus*, ac Nicolao Aurifico, & Melchiori Hittorpio, *Monachus*, & *Abbas*. qui floruit an.1220. Scripſit

In Hexaemeron.
In totum Pſalterium.
In Cantica Canticorum.
Sigillum S. Mariæ.
Speculum Eccleſiæ, ſiue Sermonum.
Offendiculum de Sacerdotibus.
De Deo, & vita æterna.
De corpore Domini.
De Anima.
De Papa, & Imperatore.
De Euangelio Homiliarum, lib.1.
Pabulum vitæ de Sanctis.
Scalam Cœli de gradibus viſionum.
Refectionem mentium de feſtis.
Dialogum ex Opuſculis S. Auguſtini.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1.
Summam hiſtoriarum, ſiue Chronicorum, magnum Opus.

Quod quidem in Germania in Bibliotheca Cæſarea Viennæ extat m.s. excuſum autem an.1544. Baſileæ. Scripſit item De luminaribus Eccleſiæ, librum, qui prodijt Coloniæ an.1580. cum reliquis Scriptorib⁹ Eccleſiaſticis, & Notis Suffridi Petri. Præterea, *Gemmam Animæ*, quæ prodijt Coloniæ vnà cum iiſdem Scriptoribus, De ratione Diuinorum officiorum, an. 1568. vti & Romæ an. 1590. ac verò antea Venetijs. In Speculum Miſſæ, hoc eſt an.1572. Deinde de Imagine Mundi libros tres excuſos Spiræ, an.1583. quos tamen alij Honorio incluſo, alij Anſelmo Cantuarienſi adſcribunt. Sed & libri De temporibus Matheſeos, ac De Philoſophia Mundi, lib. 4. & De affectionibus, ac de hæreſibus, vna cum Chronico editi ſunt Baſileæ, anno 1544. At verò Commentarij in libros Salomonis eiuſdem Honorij Auguſtodunenſis nomine, qui antea non apparuerant, euulgati ſunt Coloniæ apud Ceruicornum, anno Domini 1540. cum tribus libris appoſitorum in ſpeciem vtriuſque Teſtamenti locorum; Auctoris innominati. Porrò hic ipſe Honorius Auguſtodunenſis Presbyter Catalogos Hieronymi, Gennadij, Iſidori de Viris illuſtribus contraxit in Epitomen, paucis quibuſdam aliunde adiectis Scriptoribus, qui intermedio tempore floruerunt. Sed cum Epitome hæc contractior ſit, quàm vt inde ſat lucis hauriri queat, tantummodo id fuit ex eo à nobis delibādum, quod apud alios non extitiſſet.

HONORIVS Pontifex Maximus, qui annos tredecim rexit Pontificatum, quique obijt an. Dom.638. præter ſcientiam rerum Theologicarum, in Poëſi quoque excelluit: extat Tom. 8. SS. PP. edit. 2. vnicum eius Epigramma De Aſcenſione Domini, ac De Apoſtolis proſequentibus eum diuerſis animi affectibus, niſi fortè ſit tribuendum Venantio Fortunato, qui, & Honorius dictus eſt. Eius Honorij defenſionem aduerſus varias calumnias factam à Maximo, & alijs cernere potes in Baronij Card. Annalibus Tom. 8. ſub an.645.

HONORIO Primo huius nominis Papæ, quæ attributæ ſunt Epiſtolæ duæ, quibus approbare videbatur doctrinam Sergij Principis Monothelitarum, quæue combuſtæ ſunt, vt conſtat ex ſexta Synodo actione 12. & 13. aut fuêre confictæ ab hæreticis, aut certè nullum continuerunt errorem. Vide Bellarm. Card. Tom.1. controu.3. lib.4. De Romano Pontifice, cap.10.

HONORIVS Fortunatus Clementinus, Pictauienſis Epiſcopus, Carminum libros octo, & Vitam B. Martini Turonenſis Epiſcopi ſcripſit. Vide in verbo, Venantius Fortunatus.

HONORIVS Monachus in Anglia, & ob Chriſti amorem incluſus, qui floruit anno 1080. Scripſit Quæſtionum, & Reſponſionum diuerſarum, lib.1. Epiſtolas plures de compunctione cordis.

HONVFRIVS, ſiue is, qui cognomento Panuuinius, ſiue alij. Vide in verbo, Onufrius.

HORANTIVS. Vide in verbo, Franciſcus Horantius.

HORATIVS Diola, Bononienſis, Franciſcanorum Chronicon à Marco Olyſippo-nenſi Luſitanicè conſcriptum Italicum fecit, atque edidit Brixiæ an. 1582.

HORARIVS Luth, de Calio, I. C. edidit Antuerpiæ apud Plantinum, an. 1550. Annotationes marginales in Concilij Tridentini Decreta, & Canones.

HORATIVS Pancirola Rhegienſis Vidi Pancirolæ V. C. Fratris Filius, librum edidit Italicè ſcriptum accuratè De Anno Iubilæi, deque Sacris locis, atque reliquijs Vrbis Romæ, in qua vna extant tres & ſexaginta AEdes Beatiſsimæ Virgini dicatæ, præter tot alias, quæ antiquam, & Catholicam pietatem ſpirant. Romæ an. 1600. apud Aloyſium Zannettum.

HORATIVS Torſellinus, Romanus, è Societate Ieſu, Lauretanæ hiſtoriæ libros quinque, Latinos, & elegantes ad fidem hiſtoricæ veritatis conſcripſit. Quos Romæ Aloyſius Zannettus, anno 1597. deinde Moguntiæ Moguntini an. 1598. excuderunt. Quos certè qui legerit, vt miranda Beatiſsimæ Virginis opera ſuſpiciet, ſic Lauretanam illam Domum percupidè curabit inuiſere. Scripſit quoque Hymnos, & Epigrammata, ac Vitam B. Franciſci Xauerij, quæ Romæ itidem ab eodem typographo fuit impreſſa. Is verò Xauerius ille eſt, qui è decem primis Societatis Ieſu, primus fidem Chriſti Domini intulit in Orientem.

HORAE Dominicæ. Vide in verbo, Officium Romanum, & in verbo, Breuiarium.

HORAE Beatiſsimæ Virginis Mariæ, cum vbique per Chriſtianum orbem ſæpiſsimè ſint excuſæ, ſi quis tamen eas ornatiores cupiat, eæ ornamentis, & picturis elegantibus expreſſæ fuerunt Antuerpiæ, an. 1565. eædem item ad vſum Romanum charactere Italico ibidem apud Plantinum impreſſæ an. 1567.

Quin & ſecundum vſum Ordinis Benedictinorum de obſeruantia per Germaniam editæ ſunt Coloniæ apud Maternum Cholinum, an. 1575. Eadem verò iterum in laudem Beatiſsimæ Virginis Mariæ ſecundum Romanæ Curiæ conſuetudinem, additis mortuorum vigilijs, Pariſijs apud Hieronymum Marnefium, & Viduam Gulielmi Cauellat, an. 1580. At vide infra in verbo, Hortulus animæ. Porrò horæ precationum à Gulielmo ſecundo Cęſare, Hollandiæ Comite, religioſè olim recitatæ, Lugduni an. 1583. prodierunt.

HORAE Canonicæ. Vide in verbo, Marcellus Francolinus, qui egregiè ſcripſit De Horis Canonicis; quemadmodum item Martinus Nauarrus, vbi de Oratione, & Benedictus Herbeſtus Polonus, Societatis noſtræ.

HORMISDAE Pontif. Max. Epiſtola ad Poſſeſſorem Epiſcopum in cauſa Orientalium, quoniam mendoſior extat inter Epiſtolas Hormiſdæ; emendatior autè inter ſcripta Ioannis Maxentij, inſerta eſt Tom. 7. Annal. Baronij Card. ſub an. 520. pag. 58. primæ editionis Romanæ. Porrò ſi hanc vidiſſet Ioannes Cochlæus vir Catholicus, & doctus, non dixiſſet eam ab aliquo hæretico nomine Hormiſdæ fuiſſe ſcriptam. Extant verò ipſius Decretum Synodale. Ad Iuſtinum autem Auguſtum Epiſtola. Altera verò ad clericos ſecundæ Syriæ. Plures item ad alios, & Decreta eiuſdem. Viuebat an. 521.

HORTENSIANI Epiſtola ſecunda, & duodecima apud Cyprianum, lib. 1. cum alijs aliquot coepiſcopis.

HORTIZ Hiſpanus, Societatis noſtræ, edidit Quadrageſimale in Pſal. Miſerere.

HORTVLVM animæ cum horis Beatiſsimæ Virginis Mariæ, qui ſæpè fuit excuſus varijs in locis, ſciendum eſt, in Romano Indice à Clem. VIII. Pont. Max. prohibitum niſi corrigatur. *Hortulus* autem prænotatus *Paſsionis in ara Altaris floridus*, omnino eſt prohibitus in eodem Indice. Porrò Hortulum Roſarum olim Thomas de Kempis edidit, qui eius Operibus eſt adiunctus.

HOSEAS. Vide in verbo, Oſeas.

## H V

HVBALDVS Monachus Elnonenſis S. Amandi, Congregationis Floriacenſis, qui floruit an. 880. & vltra, peritia liberalium artium (ait Sigebertus) ita inſignis, vt cum Philoſophis conferretur, Vitas multorum Sanctorum ſcripſit, & quia (inquit) in arte muſica præpollebat, cantus multorum Sanctorum dulci, & regulari melodia compoſuit. Scripſit etiam librum De arte Muſica, ſic contemperans chordas Monochordi literis Alphabeti, vt poſſit quis per eas ſine magiſterio alterius diſcere ignotum ſibi cantum.



Digitized by Google

Scripſit etiam ad Carolum Caluum Imp. librum trecentorum verſuum in laudem Caluorum, cuius omnia verba incipiunt ab vna litera, ideſt C. vt, *Carmina Clariſonæ clauis cantate Camenæ.* Hæc Sigebertus. Ceterum id Poema Baſileæ prodijt an. 1516. & ibidem ann. 1546. Extat verò eiuſdem Vita S. Aldegundus Abbatiſſæ Malbodij, & vita S. Ričtrudis Abbatiſſæ Marcianenſis. Vide To. 3. Surij ad diem 12. Maij. & Martyrium SS. Quirici, & Iulitæ. At hunc Tritemius Hugbaldum vocat: codex verò Gemblacenſis Hubaldum, vt & Affliginienſis. Alium verò eſſe hunc vix puto ab Hucbaldo, de quo paulò infra in verbo Hucbaldus.

HVBERTINVS de Caſoli, Ord. Min. ordinem Cartuſienſium ingreſſus, ſcripſit in Apocalypſim Commentarium, quem prænotauit: *De ſeptem Statibus Eccleſiæ, iuxta ſeptem viſiones, quæ leguntur in Apocalypſi S. Ioannis.* Operis initium eſt, *Vniuerſis Chriſti Ieſu verè fidelibus.* Claruit ſub Alberto Imp. 1300.

Scripſit item Commentariũ, quem inſcripſit, *Arborem vitæ Crucifixæ*, & Sermones ad populum, de illo vide quædam in Sixto Senenſi, lib. 4. Bibl. Sanctæ. Vixit an. 1300.

HVBERTVS Leonardus, Carmelita Epiſcopus Darienſis, præter librum De Genealogia nobilium Francorum, & eorum Geſtis, ſcripſit in Euãgelium Lucæ. Alium ad Leodienſem Epiſcopum. Tres de Regimine Principum. Totidem de Immunitate Eccleſiaſtica. Alium contra Niuellenſes hæreticos, cum Diœceſeos Leodienſis eſſet inquiſitor. Sermones varios. Quadrageſimale prænotatum *Notabile.* In Magiſtrum item Sent. Vixit Innocentio Octauo Pont. Max. ann. 1490. in Germania, vnde fuit oriundus. Vide Tritemium in Opere Maiori, quod quartò recognouit, quodque extat Florentiæ in Bibliot. S. Marci.

HVBERTVS Lombardus Tractatus duos reliquit Alterum, De nomine Ieſu. Alterũ, De amore eiuſdem.

HVBERTVS Rudolphus, Monachus Ciſtercienſis Ord. vberem habuit Orationem De rebus ab Alexandro Parmenſi Duce geſtis in Belgio; in qua pleraque omnia pertinet ad fidem Catholicam contra hæreticos propugnatam. Duaci autem prodijt apud Io. Borgardum.

HVBERTVS Scuteputæus Inſtitutionem ad beatam Vitam è Patribus edidit Antuerpiæ apud Io. Bellerum, ann. 1570. Flores autem ex omnibus Gregorij Magni Operibus, Pariſijs an. 1572. Iſidori iunioris Hiſpalenſis Epiſcopi libros tres à ſe recognitos, Antuerpiæ apud eundem Bellerum, ann. 1566. præter quædam in vtrumque Senecam, quæ ad eos adnotauit.

HVCARIVS ad Templum S. Hermani in Cornubia Anglus redegit in Compendium accuratè Opus Egberti Eboracenſis Epiſcopi De conſtitutionibus Eccleſiæ. Scripſit Homilias centum ac decem. Exceptiones item quaſdam. Vixit an. 1040.

HVCBALDVS. Vide in verbo, Hugbaldus.

HVGARIVS, ſiue *Hungarius* Peſtenſis, Ord. Min. ſcripſit 120. Sermones, qui olim Haganoæ editi, apud Henricum Gran, ann. 1497. ac deinceps alibi, prænotati ſunt, *Bigaſalutis.* Sermones item de Sanctis ac de Tempore, & librum, cuius inſcriptio, *Gemma fidei.* Præterea in præcepta Decalogi. Claruit an. 1497.

HVGBALDVS, ſiue Hucbaldus Elnonenſis Monachus, ſcripſit Vitam S. Lebuini preſbyteri, & Confeſſoris, quæ extat apud Surium Tom. 2. Vixit tempore Sergij Papæ, ac B. Bonifacij Archiepiſcopi.

HVGO Anglus Monachus, & Abbas Roidingæ in Anglia, ſcripſit ſex libros Quæſtionum Theologicarum, quarum initium eſt, *Deus ſummè verus, & verè ſummus.* Extant m.s. in Bibl. S. Benedicti in Tractu Mantuano.

HVGO Argentoratenſis, Ord. Prædicatorum ſcripſit in Magiſtrum Sententiarum. Libros item ſex inſcriptos Theologicæ Veritatis Compẽdium. Sermones plures. Quodlibeta. Quæſtiones. Diſputationes. Varias in Diuinos Libros Explanationes. Viuebat an. 1296.

HVGO Biliomenſis, Aruernus, Gallus, Ord. Præd. Cardinalis, in Threnos Hieremiæ Commentarium, & Sermones ad Populum ſcripſiſſe fertur à Gulielmo Eiſingr. à quo & an. 1288. vixiſſe dicitur.

HVGO Carenſis è Diœceſi Ebredunenſi in Delphinatu Galliæ, Ord. Præd. non autem Barchinonenſis, Hiſpanus, neque Epiſcopus, vt quidam falsò putarunt, ſed Barchinonettæ, ſiue (alijs) in Oppido S. Cari natus, Presbyter Cardinal. Tit. S. Sabinæ, Quem item B. Antoninus è Prouincia Galliæ dicit extitiſſe; ac cuius hodieque extat Barchinonettæ Conuentus (vt vocat) Dominicanorum haud ignobilis, ab ipſo, vt fama eſt,

erectus, & auctus. Quem Vmbertus Vienneſis Quintus Generalis Magiſter Ord. Præd. ad ſuum Inſtitutum admiſit, quique Innocentio Quarto Pont. Max. fuit in Germaniam ad Imperij Electores Legatus miſſus, vt in abrogati Friderici II. locum, Imperatorem alium ſufficerent, edidit in vniuerſam Scripturam Commẽtarios iuxta quadruplicem ſenſum, Scholaſtico, ideſt, breui ſermone abſque vllo fuco ſæcularis eloquentiæ. Præterea Indicem magnum in Biblia, *Concordantias Bibliæ* prænotatum, laborioſiſſimum ſanè (vt ait Sixtus Senenſis) & immẽſi tædij, ac temporis Opus, ſed Sacrorum Voluminum ſtudioſis magnopere neceſſarium, & in quo ſingulas Diuinæ Scripturæ dictiones declinabiles ſecundum conſequentiam litterarum accuratiſſima diligentia digeſſit, annotatis non ſolum libris, ſed etiam librorum Capitibus, & Capitum lineis, in quibus vnaquęque deſiderata dictio contineretur. Sunt qui exiſtiment hoc Opus ob immenſi temporis, laboriſq; diſpendium, cui vnius hominis vita ſatis eſſe non poterat, hortatu Hugonis iniunctum fuiſſe quingentis ſtudioſis Patribus diuerſorum Cœnobiorum ea ratione, vt ſinguli ſingulas dictiones in Alphabeticas Claſſes redigerent; Sicque breui tempore multorum ſedulitate perfectum fuiſſe Opus, quod poſtea, tam Græci, quam Hebręi ſunt imitati. Rabbi enim Iſaac Nathan, Iudæus, & Eutalius Rhoditis Monachus, ille Hebraicas Bibliorum Concordantias, hic Græcas collegit. Quas quidem Romæ Sixtus Senenſis vidit in antiquis membranis Græca manu deſcriptas: illas verò typis Iuſtiniani Venetijs excuſas. Obijt Lugd. ann. 1262. Sciendum eſt autem aliquando Alexandro Alenſi fuiſſe adſcriptos commentarios in Pſalmos, qui verè ſunt Hugonis. Qui etiam ſcripſit librum, cui titulus, *Speculum Sacerdotum*, ſiue *Eccleſiæ*, quod & ſeparatim fuit additum alteri, inſcripto, *Manipulus Curatorum*, quique Lugduni excuſus fuit apud Gulielmum Rouillium, ann. 1559. ſed & ſcripſiſſe Summam de Caſibus, ait Eiſingrenus. Claruiſſe autem illum inquit Sixtus an. 1130. Eiſingrenius verò ann. 1244. vt mendum eſſe in numero Sixti putem. Extare autem m.s. audio eiuſdem Compendium Theologicæ Veritatis in ſeptem libros diſtributum, & Hugonis (neſcio an iſtius) Dialogum de Creatione Mundi manuſcriptum in Bibl. Cæſarea, Viennæ.

Porrò eius Opera omnia in vniuerſum Vetus, & nouum Teſtamentum In 7. Tomos diuiſa, addito octauo Tomo Noui Indicis locupletiſſimi, & aliàs non impreſſi, Venetijs apud Seſſas, an. 1600. prodierunt.

HVGO Carnotenſis Epiſcopus, Scripſit Epiſtolam aduerſus Adelmannum Brixienſem Epiſcopum, quam Louanij excudit Petrus Phaleſius cum alijs eiuſdem argumenti libellis, an. 1551.

HVGO Caſtronouenſis, Ord. Min. Theologus. nuncupatus *Defenſor Doctoris ſubtilis*, edidit Commentarios in quatuor li. Sententiarũ, & Reportata ſuper eoſdem. Tractatum item De finali iudicio, ac librum De victoria contra Antichriſtum.

HVGO Corbeienſis monachus. Vide paulò infrà in verbo, Hugo Folietanus. Henricus Villot.

HVGO Dinenſis, Ord. Min. edidit Expoſitionem in Regulam S. Franciſci, & librum De triplici via. Deinde Tractatum De paupertate inter zelatorem paupertatis, & inimicum domeſticum. Vixit circa an. 1280. miraculis (vt aiunt) clarus Maſſilię quieſcit. Franc. Gonzaga. Henr. Villot.

HVGO de Ductona Anglus, Ord. Præd. edidit Diſceptationum Scholaſticarum Volumen. Lecturas Theologiæ, lib. 1. & Sermones in honorem Sanctorum. Vixit ann. 1350. Eiſingren.

HVGO Eterianus, ſiue *Etrurianus*, Etruſcus, Græcè, ac Latinè doctus, & Catholicus, ad Clerum Piſanum ſcripſit de Regreſſu animarum ab inferis. Is autem liber primo in lucem prodijt Coloniæ an. 1540. apud Ioan. Gymnicum. ſed iam extat in Bibl. Sanctorum Patrum. Tom. 9. edit. 2. vna cum libris tribus, de Hæreſibus, quas Græci in Latinos deuoluunt: ſiue, quòd Spiritus Sanctus ex vtroque Patre ſcilicet, & Filio procedat, contra Græcos.

Scripſit item De Proceſſione Spiritus Sancti. De hæreſibus quoque ad Arduinum Cardinalem, ac De immortali Deo. Vixit circa an. 1160.

HVGO Farſitus Gallus, Abbas, & primò Monachus Sueſſionẽſis, ſcripſit De miraculis per B. Virginem in Eccleſia S. Mariæ Sueſſione editus. Henr. de Gandauo.

HVGO Floreffienſis Monachus Congreg. Cluniacenſis ſcripſit an. 1221. Vitam S. Iuetę Viduæ recluſæ, quæ extat m.s. Leodij. Arnold. Vion.

HVGO Folietanus, ſiue (vt aiunt) è Folieto, Gallus Monachus S. Petri Corbeienſis

in Gal-

in Gallia, Ordinis Sancti Benedicti Congreg. Cluniacenſis S.R.E. Cardinalis, ſcripſit De clauſtro Tractatus quatuor. Vnum, De clauſtro materiali. Alterum, De clauſtro Spirituali: Alium, De clauſtro animæ: Alium, De Clauſtro Paradiſi. Neque verò hic fuiſſe Canonicus Regularis (vt quidam ſunt opinati) ſcribitur ab Arnold. Vione in ſuo Ligno Vitæ.

HVGO Floriacenſis Monachus Gallus, Ord. D. Benedicti, ſcripſit Chronicon.

HVGO Gallus Monachus, Congregationis Cluniacenſis, ſcripſit vitam Sancti Hugonis Abbatis Cluniacenſis, quæ extat in Surio Tom. 2. ad diem 29. Aprilis. Vitam item Sancti Odilonis.

HVGO Hubertinus. Vide in verbo, Hubertinus.

HVGO Lingonienſis Epiſcopus, Gallus, Epiſtolas miſit ad Berengarium, qui apertè incœpit blaſphemias euomere contra Sanctiſſimam Euchariſtiam.

HVGO de Manceſtria, Ord. Min. Angliæ, in qua natus erat, Prouincialis, ſcripſit contra quendam impoſtorem iuſſu Philippi Francorum Regis. Item Compendium Theologiæ, an. 1294. Henr. Villot. Eiſingr.

HVGO Narbonenſis, Ord. Min. ſcripſit in ſecundum Sent. Magiſtri, Auctorem autem hunc ſe vidiſſe apud Dominicum Cardinalem Grimanum, refert Rodulphus Tuſſiniacenſis in Seraphica Hiſtoria.

HVGO à Palma Cartuſianus librum ſcripſit De triplici via, Purgatiua, Illuminatiua, Vnitiua. Incipit, *Viæ Sion lugent.*

HVGO Pancera, Ord. Minorum per quadraginta totos annos ferreum Thoracem ſuper nudam carnem geſtans ad Tartaros, miſſis quibuſdam probis viris, qui eos Chriſto lucri facerent additus comes, miram ſimplicitatem præſeferens, atque contemplationi cœleſtium addictus, edidit Tractatum de contemptu Mundi. Vixit an. 1312. Henr. Vill.

HVGO de Prato Florido, Ord. Præd. Sermones reliquit Quadrageſimales, qui primū in lucem editi fuerunt Venetijs an. 1577. Viuebat an. 1486. Eiſingr.

HVGO Seleſtadianus Germanus, Commentarios ſcripſit in quatuor libros Mag. Sent. Viuebat an. 1460.

HVGO Victorinus, ſiue *de S. Victore* natione Saxo, Canonicus Auguſtiniani inſtituti, ſiue Regularis, vt alij malunt, Abbas Cœnobij B. Victoris Pariſiorum vir humanarum, & diuinarum literarum exquiſita eruditione clariſſimus & Auguſtini doctrinę, ac phraſeos vſque adeo æmulator, vt *Auguſtini lingua* communi eruditorum ſui temporis vſu fuerit appellatus, collegit veterum Patrum, ac præcipuè Auguſtini in vniuerſum diuinæ Scripturæ Corpus ingens Opuſculorum in quinque Claſſes partitum, hoc eſt in Annotationes, Quæſtiones, Homilias, Commentaria, & Miſcellanea. Extant, Henricus de Gandauo. Tritem. Eiſingren. Sixt. Senen. Th. Garzon.

In omnes veteris Teſtamenti libros Allegoriarum, lib. 9. *Quicunq; Sapientiæ.*

Ex vtroque Teſtamento Miſcellaneorum, lib. 5. *Spiritualis dijudicat.*

De Scripturis, & Scriptoribus Sacris, lib. 1. in quo diſſeruit de præſtantia, & vtilitate Sacræ Scripturæ, de eius materia, de diuerſitate eius ab alijs ſcientijs, de triplici eius intelligentia, de ordine, numero, & auctoritate librorum eius.

De Sacrorum librorum Scriptoribus.

De ſcripturæ tranſlatoribus, atque eiuſdem inſtauratoribus.

De ſcripturis apocryphis, de locis, tēporibus, ac numeris ſcripturæ myſticis, ac & de difficultatibus in ſcripturis contentis. Libri initium eſt. *Lectorem Diuinarum Scripturarum.*

Idem compoſuit in gratiam Raynerij conuerſi, de Animalibus, & plantis, quæ in ſcripturis leguntur, myſticarum ſignificationū libros tres, magnam vtilitatem afferentes ijs, qui ſpirituales ſcripturæ ſenſus aggrediuntur, liber incipit, *Deſiderij tui petitionibus.*

Scripſit etiam in Pentateuchum Annotationum iuxta literalem ſenſum, li. 5. quorum initium eſt, *Deſiderius proprium nomen eſt.*

In quatuor lib. Regum Annotationum literalium, librum vnum.

In varios omnium penè Pſalmorum verſiculos Annotationum, tam ſecundum ſenſum litteralē, quam ſpiritualem, librum vnum, cui exordiū eſt, *Quoſdam tibi frater chariſſime.*

Idem in quatuor prima Eccleſiaſticis capita Homilias 19. *Quæ tibi Salomonis.*

In Cantica Canticorum myſticè, lib. 1. *In principio laboris.*

In Threnos Annotationum iuxta quatuor ſenſus, lib. 1. In Ezechielem, lib. 1.

In Ioelem Annotationum iuxta quadruplicem ſenſum, lib. 1. In Abdiam Annot. lib. 1.

In Matthæum Allegoriarum, lib. 1. *Videns Ieſus Turbas.*

In Marcum Allegoriarum, lib. 1. *Intrauit Ieſus in Synagogam.*

In Lucam Allegoriarum, lib. 1. *Materiam hanc.*



Digitized by Google

In Ioannem Annotationum in literam,li.1. *Inter omnes Scripturas.*
In Ioannem Allegoriarum,lib.1. *Primi parentes.*
In omnes Pauli Epiſtolas Quæſtionum, ac Deciſionum, lib.4. Quorum initium, *Paulus nomen appellatum.*
Item in Epiſtolas ad Romanos,lib.1. *Omnia fecit Deus.*
Scripſit etiam Summam ſententiarum ſuarum,lib.1. Ac de anima Chriſti,lib.1.
De Sacramentis,lib. 12. *Arduum profectò,& labor.*
Didaſcalicon,lib.6. *Omnium expetendorum.*
De arra animæ,lib.1. *Loquar ſecreto animæ.*
De modo orandi,lib.1. *Quo ſtudio,& quo affectu.*
De laude Charitatis,lib.1. *Tam multos iam.*
De Inſtitutione nouitiorum,lib.1. *Quia fratres largiente Domino.*
In Regulam Sancti Auguſtini,lib.1. *Hæc præcepta, quæ.* qui libellus excuſus eſt Comi apud Hieronymum Froiræ an.1605.
De myſtica Arca Noë,lib.5. *Cum ſederem aliquando.*
De Hierarchia D.Dionyſij,lib.14. *Iudæi ſigna quærunt.*
De laude Patrum,lib.1. De perpetua virginitate S.Mariæ, lib.1.
Super *Magnificat,* lib.1. Super *Tota pulchra es,*lib.1.
De amore Sponſi,& Sponſæ, lib.1.
De meditatione animæ,lib.1. *Homo microcoſmos.*
De meditatione,lib.1. *Meditatio eſt frequens.*
De Incarnatione verbi,lib.1. *Quidam fuerunt,qui.*
De ſapientia Chriſti,lib.1. *Quæritis de anima.*
De vanitate mundi,lib.1. *O munde immunde.*
De ſubſtantia dilectionis,lib.1. De ſeptem donis Spiritus Sancti, lib.1.
De diſciplina,lib.1. De myſterijs Eccleſiæ, lib.1.
De Spiritu,& anima,lib.1. *Quia dictum eſt mihi.*
De oratione Dominica,lib.2. *Septem ſunt petitiones.*
De Confeſſione,lib.1. *Solus ſolitudinem.*
In quoſdam Pſalmos,lib.1. Epitomen Philoſophiæ, lib.1.
De natura Dei ſimplici, lib.1. De nuptijs,& concupiſcentia,lib.1.
De triplici voluntate in Chriſto,lib.1. *Quæritis de voluntate.*
De poteſtate,& voluntate Dei, lib.1. *Quæritis de poteſtate.*
De Sacra ſcriptura, lib.2. *Lectorem Diuinarum Scripturarum.*
De natura animalium, lib.1. *Leo fortiſſima beſtia.*
De contemplatione, lib. 1. *Spiritualis Domini.*
Epiſtolarum ad diuerſos,lib.1.& de Trinitate,& librum prænotatum, *Idiota.*
De Clauſtro animæ.

Ceterum poſtrema editio Hugonis tribus Vomis prodijt Venetijs an.1588. apud Ioã. Bapt.Somaſcum,quibus acceſſere Notæ, ſiue Scholia Thomæ Garzonij, vna cum vita ipſius Hugonis ab eodem conſcripta.

Iacobus de Plebe. Petrus Luci[9] Arn. Vuion.

HVGO Vyrlei alijs *Vuerlei,* Carmelita Anglus Noruicenſis, ſcripſit figuras Hiſtoriarum; Collationes 18. Quæſtiones ordinarias,Lectiones Scripturarum.Commentarios in Matthæum, Determinationes,96.Placita Theologica,Sermones varios,Hiſtoriam vberem Petroburgi, cuius cœnobij fuit Monachus. Viuebat an.1344.Sixtus Senenſis, Eiſingrenius.

HVGO Vuhyte Anglus, Ordinis Benedictini, ſcripſit Hiſtoriam Petroburgenſem luculenter.

GVGOLINVS Ferrarienſis, Ordin. Min. emiſit Conciones in Epiſtolas totius anni. Henricus Vuillot.

HVGOLINVS Martellus Florentinus,& Epiſcopus Glandauenſis, ſcripſit
De anni in integrum reſtitutione,Lugduni apud Franciſcum Conradum,ann.1583.
Expoſitionem itẽ in primum Pſalmum Gradualium.qui eſt 119. *Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.*
Quem totum ad præſentem illius temporis Galliæ Statum ſanandum aptauit appoſitè. Florentiæ apud Bartholomæum Sermartellium, ann. 1588. Quo tempore ipſe adhuc viuebat.Sed & alter Hugolinus Martellus Florentinus Aloyſij Vgolini filius,Epiſcopus Licienſis, & deinceps Narnienſis, cui non tantum Latina, ſed Græca ſit familiaris lingua erat, vt potius Græcus, quam Italus crederetur , complura tum Græcè , tum

Latinè

Latinè patrioque idiomate conſcripſit,quæ manuſcripta apud eius familiam aſſeruatur. Diem Obijt Florentię an.1517.& in ædibus Cathedralis Florentinę ſepultus eſt.Michael Pocciantius.

HVGOLINVS Patriarcha Conſtantinopolitanus,Ord. D.Auguſtini,ſcripſit in Mag. Sent.Librum item Quodlibetorum.Alterum De differentia idiomatum. Sermones De Tempore,ac De Sanctis,Viuebat an.1250.

HVGOLINVS Prior Generalis Ord.D.Auguſtini ab Vrbano Quinto Pont.Max.creatus Epiſcopus Ariminenſis, & Patriarcha Conſtantinopolitanus Pariſijs vbi primam Cathedram tenuit,maximo in pretio eſt habitus: *Erat quippe,* (vt Tritemij & Corani verbis vtar) *diſputator acerrimus, ac in Diuinis ſcripturis longo ſtudio exercitatus & ſatis eruditus,ingenio ſubtilis, moribus & vita ſpectabilis.* Quod præclara illius teſtantur Opera.Videlicet.Commentaria ſuper quatuor libros Sententiarum:*Exemplo veriſummiq; magni.* Extant Mediolani in Bibliotheca S.Marci. Quæſtiones ſuper libros Phyſicorum,li.8. Quæſtiones ſuper Prædicamenta,& Perihermenias, lib.2.Quodlibeta multa,lib.2.31. De Idiomatum differentia,lib.2. De Deo trino & vno,lib.1.31.Sermones de tempore,lib.1.Sermones de Sanctis, lib. 1. Commentaria in Boetium de Conſolatione Philoſophica. Quæ omnia Bononiæ in Italia,& Pariſijs partim aſſeruantur in Bibliothecis Ordinis.Tandem rediens è Gallia in Italiam,mortuus eſt Aquilæ,cuius corpus tranſuectum eſt ad Vrbem veterem, & in D. Aug.templo conditum.Ioſeph Pamph.

HVGOLINVS Verrinus,Florentinus,Michaelis Pater,Petri Criniti præceptor,Landini auditor,cuius hæc extant.Teſtamentum Nouum & vetus Romano carmine contextū.Libri tres de Illuſtratione Vrbis Florentinæ,carmine in quo de Vrbis Florentinæ,de viris illuſtribus eiuſdem Ciuitatis,& nobilitate ac origine Familiarum Florentinarum, ex Archetypo apud Franciſcum Verinum Piſis Philoſophiam profitentem, & initiū eſt: *Inclyta Scillaria referam primordia gentis.* Rurſus libri quatuor,Hymnorum Sapphicis verſibus elaborati in laudem Chriſti Do. & Sanctorum. Vita item D. Antonini Archipræſulis Florentini heroico carmine conſcripta,quam ſic exorſus eſt: *Antonij dum geſta volo paſtoris.* Præterea libellus *Sylua* inſcriptus in laudem B.Philippi Florentini de Benitijs, Ord. Seruorum B.M.V.Inſtauratoris,quæ incipit: *Nobile & antiquum genus eſt Benitia proles.*Commētatus eſt quin etiam Horatium,Epigrammata multa Latino carmine confecta ad Sereniſ. Beatricem Reginam Vngariæ, Ferdinādi Regis filiam, initium eſt:*Aragonum ſoboles regina.* Et pleraque alia,quæ apud memoratum Franciſcum reperiuntur. Ipſe autem monumēta à ſe edita commemorans ita ſcribit:

*Sum teſtamentum Romano carmine vtrumq;*
*Complexus, pariter myſteria ſacra retexi.*
*Vt nitor eloquij pariter cum lacte bibatur.*
*Sanctus & in tenero formetur pectore Chriſtus:*
*Quatuor in libris Sapphicis verſibus hymnos.*
*Digeſſi ſacros, Senior iam vertice cano.*
*Gratum opus Eccleſiæ,relegent fortaſſe minores.*
*Occiderit poſtquam natis,poſt funera liuor.*
*Siqua in dicta mea plebeia eſt carmine proles:*
*Det veniam,quoniam è nobis incognitus author.*
*Quando Vrbem petiere agris, villiſq; relictis.*
*Quæ ſunt in pretio,atq; vrbis funguntur honore.* Viuebat an.1490.Mich.Poc.

HVGONIVS è Prato Florido edidit Sermones Dominicales in Euangelia, & Epiſtolas, De æſtiuo Tempore.Pariſijs apud Io.Rognium,an.1542.Sermones de Sanctis per annum,ibidem apud eundem. Sermones Quadrageſimales apud Ioan. Variſcum,ann.1576, Venetijs.

HVMBERTI Syluæ Candidæ,S.R. E. Epiſcopi Card. Diſputatio ex Bibliotheca Vaticana deprompta,quam ipſe Humbertus Conſtantinopoli habuit aduerſus Græcos, de Azymo,& Fermentato,extat in Appendice vndecimi Tomi Annal. Cæſ. Card. Baronij, quæ nunquam antea fuerat edita,ſed quæ perdigna lectu,& Grǽcis euincendis,rectiſſimę verò S.R.E.Fidei manifeſtandæ percommoda.quamobrem,& hic,& in verbo, Vmbertus ſine aſpiratione poſuimus, & quærentibus ſit obuia.

HVMBERTVS familia Romanus,natione Burgundus,doctrina,& pietate inſignis,vt & ſupremum in Dominicano Ordine magiſtratum ſit conſecutus, quartus à D.Dominico Sanctæ illius familiæ inſtitutore an.1254.Generalis creatus, cum nouem annos eundē ordinem optimè adminiſtraſſet,Magiſtratui ceſſit Londini in Britannia in magnis Ordinis co-

nis comitijs,an.1263,poſt quem annis tredecim ſuperſtes in otio non otioſus varia, quæ omnia doctam pietatem ſpirant,poſteritati reliquit.

De Prædicatione Crucis.
De ſeptem gradibus contemplationis.
De tribus Religionis votis.
De fundatione ſui Ordinis,ac Vitis Sanctorum eiuſdem.
De officijs eiuſdem Ordinis.
Super conſtitutiones, & regulam D.Aug. Commentaria ann. 1605. Comi recuſa, vna cum breui enarratione Hugonis à S. Victore.
De eruditione religioſorum.
Opus, vniuerſa,quo ad abſolutam religionis formam ſpectant, comprehendens: in quo.
Primus liber ordinat religioſum ad mūdū.
Secundus,corpus eius proprium.
Tertius,inſtituit eum contra aduerſarium.
Quartus,ordinat animam.
Quintus,ordinat ad proximum.
Sextus,agit de quiete in Deo.

Hoc autem Opus ann.1575.Louanij eſt editum apud Rutgerum Velpium.Sed deinceps an. 1585. emendatius Lugduni apud Ioan.Statium Opera Franciſci Goracæi Theologi eiuſdem Ordinis,& Profeſſoris Pariſienſis.Contexuit etiam Diuinum officium,quo Dominicani vtuntur.At librum eius De eruditioue Religioſorum edidit Dauid Sartorius,an. 1591.Ingolſtadij.

Sermones item ad omne hominū genus pertinentes;qui cū multos ante annos fuiſſent excuſi, neque verò iam extarent,Hieronymus Ioanninius è Capuniano Ord.Præd.curauit recudi Venetijs, addita Vita ipſius Humberti,& Epiſtola De tribus Votis, & de alijs quibuſdam exercitijs apud Marcum Ant.Zalterium,an.1603.Sermones autem in Prima & Secunda Parte hi ſunt.

### *Tabula Sermonum in Prima Parte.*

Ad omnes homi.Serm.1.
Ad omnem populum Chriſtianum, Ser.2.
Ad omnes perſonas Eccleſiaſticas,Ser.3.
Ad omnes Religioſos.Ser.4.
Ad Religioſos malæ vitæ.Ser.5.
De Religioſis bonæ vitæ.Ser.6.
Ad Nouitios in quocunque ordine. Ser.7.
Ad Religioſos Ord.S.Auguſtini.Ser.8.
Ad Canonicos regulares.Ser.9.
Ad omnes,qui addiderunt ad regulā D. Auguſtini.Serm.10.
Ad Præmonſtratenſes.Ser.11.
Ad Fratres de Vallè Scholarium.Ser.12.
Ad Fratres de Sacco.Serm.13.
Ad Fratres Prædicatores.Ser. 14.
Ad omne genus Monachorum.Ser.15.
Ad Monachos nigros quoſcunque. Ser.16.
Ad Monachos nigros bonæ cōuerſationis. Serm.17.
Ad Monachos nigros diſſolutos. Ser.18.
Ad monachos albos quoſcunque, & præcipuè Ciſtercienſes.Serm.19.
Ad albos bonos.Ser.20.
Ad albos malæ vitę.Ser.21.
Ad Monachos griſeos quoſcunque. Ser.22.
Ad Eremitas quoſcunque.Ser.23.
Ad Cartuſienſes.Ser.24.
Ad Grandimontem.Ser.25.
Ad fratres Minores.Ser. 26.
Ad fratres de Trinitate.Ser.27.
Ad Religioſos in ſtudio commorantes.Sermo 28.
Ad conuerſos cuiuſcunque ordinis.Ser.29.
Ad conuerſos Ciſtercienſes.Ser.30.
Ad conuerſos Cartuſienſes.Ser.31.
Ad conuerſos Ord.Præd.Ser.32.
Ad conuerſas mulierum religioſarum.Sermo 33.
Ad Religioſos arma portantes.Ser.34.
Ad Hoſpitalarios.Ser.35.
Ad Templarios.Serm.36.
Ad fratres Theutonicos.Ser.37.
Ad Humiliatos.Ser.38.
Ad fratres de Pœnitentia.Ser.39.
Ad fratres,& ſorores in Hoſpitalibus. Ser. 40.
Ad fratres,& ſorores in domibus leproſorum.Ser.41.
Ad nouos Religioſos quoſcunque. Ser. 42.
Ad Familiam religioſorum quorumcunq;. Ser.43.
Ad mulieres Religioſas quaſcunque. Serm. 44.
Ad mulieres Religioſas incluſas in monaſterio.Ser.45.
Ad Moniales nigras.Ser.46.
Ad Moniales albas.Ser.47.
Ad ſorores Prædicatorum. Ser. 48.
Ad ſorores Ord.Min.Ser.49.
Ad ſorores Ord.Humiliatorum.Ser.50.
Ad quaſdam ſorores,Ord. S. Aug.Ser.51.
Ad puellas quæ nutriuntur in Monaſterijs. Ser.52.
Ad Capellanos,& Clericos,& Familiā,quæ eſt cum mulieribus religioſis.Ser.53.
Ad Reginas.Ser. 54.
Ad Canonicas ſeculares.Ser.55.
Ad omnes literatos.Ser.56.



Digitized by Google

Ad omnem Clericum.Ser.57.
Ad Clerum Ciuitatis congregatum.Ser.58.
Ad Canonicos, & Clerum Cathedralis Eccleſię.Ser.59.
Ad quoſcunque Canonicos ſeculares. Ser. 60.
Ad Canonicos Cathedralis Eccleſiæ.Ser.61
Ad omnes Scholares.Ser.62.
Ad Scholares in Grammatica.Ser.63.
Ad ſcholares de Cantu.Ser.64.
Ad ſcholares in Logica,& Philoſophia.Sermo 65.
Ad ſtudentes in Medicina.Ser.66.
Ad ſtudentes in iure communi.Ser.67.
Ad ſtudentes in iure Ciuili.Ser. 68.
Ad ſtudentes in iure Canonico.Ser.69.
Ad ſtudentes in Theologia.Ser.70.
Ad omnes laicos.Ser.71.
Ad laicos in Ciuitatibus.Ser.72.
Ad Rectores,& Officiales Ciuitatis.Ser.73.
Ad Maiores Ciuitatis.Ser.74.
Ad turbam popularem Ciuit. Ser.75.
Ad familiam diuitum in Ciuitate.Ser.76.
Ad laicos in caſtris.Ser.77.
Ad laicos in villis.Ser.78.
Ad laicos in burgis.Ser.79.
Ad omnes Nobiles.Ser.80.
Ad Nobiles malos.Ser.81.
Ad Nobiles deuotos.Ser.82.
Ad Magnates.Ser.83.
Ad exiſtentes in curijs Principum. Sermo 84.
Ad exiſtentes in curia Romana.Ser.85.
Ad pauperes. Ser.86.
Ad Pueros.Ser.87.
Ad operarios conductionis.Ser.88.
Ad peregrinos quoſcunque.Ser.89.
Ad peregrinos cruce ſignatos.Ser.90.
Ad transfretantes quoſcunque.Ser. 91.
Ad infirmos in hoſpitalibus.Ser.92.
Ad leproſos.Ser.93.
Ad omnes mulieres.Ser.94.
Ad mulieres nobiles.Ser.95.
Ad mulieres Burgenſes.Ser. 96.
Ad iuuenes ſeculares.Ser.97.
Ad famulas diuitum.Ser.98.
Ad mulieres pauperes in villis. Ser.99.
Ad mulieres meretrices.Ser.100.

## *Tabula Sermonum in Secunda Parte.*

In Concilijs.Ser. 1.
In Synodis. Ser.2.
In conuocatione Sacerdotũ ſub Archipreſbyteris,vel Archidiaconis.Ser.3.
In capitulis generalibus Canonicorum ſæcularium.Ser.4.
In capitulis generalibus, ſeu concilijs religioſorum.Ser.5.
In capitulis quotidianis religioſorũ. Ser.6.
In electionibus quibuſcunque.Ser.7.
In electionibus prælatorum ſæcularium. Ser.8.
In electionibus religioſorum.Ser. 9.
In ſolemni poſtulationi electi.Ser.10.
In ſolemni petitione conſenſus electi. Sermo 11.
In ſolemni reſpõſione de non admittenda poſtulatione.Ser.12.
In ſolemni reſponſione de poſtulatione admittenda.Ser.13.
In ſolemni reſponſione electi de negatione conſenſus.Ser. 14.
In ſollemni reſponſione electi de cõſenſu. Ser.15.
In ſolemni petitione confirmationis.Sermo 16.
In ſolemni appellatione contra electionẽ in ipſo capitulo.Ser.17.
In propoſitione ſolemni appellationis contra electũ coram illo, ad quem eſt appellatum.Ser.18.
In ſolemni reſpõſione de appellatione cõtra electum admittenda.Ser. 19.
*Nota de vetula in eodem titulo.*
In ſolemni reſponſione de appellatione cõtra electum non admittenda.Ser.20.
In ſolemni examinatione electionis. Sermo 21.
In ſolemni confirmatione electionis. Sermo 22.
In ſolemni prouiſione de prælato.Ser.23.
In ſolemni confirmatione electionis,ſeu electi.Ser.24.
In ſolemni exhortatione ad electum cõfirmatum,vel conſecratum.Ser.25.
In ſolemni receptione primo electi confirmati,vel conſecrati. Ser. 26.
In prima viſitatione ſolemni confirmati, vel conſecrati villarum.Ser.27.
In omni conſecratione ſolemni.Ser. 28.
In ſolemni conſecratione Epiſcopi. Ser.29
In ſolemni cõſecratione virginum monialium.Ser.30.
In ſolemni conſecratione Eccleſię.Ser.31.
In ſolemni conſecratione cimiterij. Ser.32
In ſolemni conſecratione Altaris.Ser.33.
In ſolemni conſecratione ſacrę vnctionis. Ser.34.
In omni benedictione ſolemni Sacerdotali.Ser.35.
In ſolemni benedictione Abbatis.Ser.36.
In ſolemni benedictione Abbatiſſæ. Sermo 37.
In ſolemni receptione nouitiorum.Ser.38.



Digitized by Google

In ſolemni profeſſione nouitiorum.Ser.39
In omni collatiōe beneficiorum ſine cura. Ser.40.
In ſolemni collatione curæ parochialis. Ser.41.
In ſolemni baptizatione.Ser. 42.
In ſolemni confirmatione.Ser.43.
In ſolemni communione.Ser. 44.
In noua Miſſa.Ser.45.
In ſolemni impoſitione pœnitētiæ.Ser.46
In ſolemni miniſtratione Vnctionis extremæ.Ser.47.
In ſolemni collatione ſtatus clericalis.Sermo 48.
In ſolemnibus Ordinibus.Ser.49.
In ſolemni tractatu de Matrimonio cōtrahendo.Ser. 50.
In ſolemni benedictone nubentium.Ser.51
In ſolemnibus cōuiuijs nuptiarum. Ser. 52.
In omni viſitatione.Ser.53.
In viſitatione parochiarum per Prælatos facienda.Ser. 54.
In viſitatione cleri in principio.Ser.55.
In viſitatione religioſorum in principio. Ser.56.
In viſitatione Clericorum, vel religioſorū in fine.Ser.57.
In ſolemni inquiſitiōe in principio.Ser.58.
In Inquiſitione non inuento crimine. Ser. 59.
In terminatione inquiſitionis inuento crimine.Ser.60.
In inquiſitione hæreticorum.Ser.61.
In ſolemni condemnatione hæreticorum. Ser.62.
In prædicatione Crucis in genere quocūq;. Ser.63.
In prædicatione Crucis contra hæreticos. Ser.64.
In prædicatione Crucis contra Sarracenos. Ser.65.
In ſolemni excommunicatione.Ser.66.
In ſolemni terminatione cauſarum.Ser.67.
In ſolemni denunciatione malorū.Ser. 68.
In ſolemni accuſatione cuiuſcunq;.Ser.69.
In ſolemni diſpoſitione magnatum ſæcularium per Eccleſiam faciendam Sermo 70.
In ſolemni depoſitione Prælatorum. Sermo 71.
In ſolemni degradatione clericorum. Sermo 72.
In ſolemni petitione reſignationis prælationis.Ser.73.
In ſolemni reſpoſione de non recipiēda reſignatione.Ser.74.
In ſolemni reſponſione de recipiēda reſignatione. Ser.75.
In ſolemni miſſione Legati.Ser. 76.
In prima congregatione Legati.Ser. 77.
In receptione ſolemni Legati.Ser.78.
In ſolemni receſſu Legati.Ser. 79.
In ſolemni repræſentatione Legati coram Papa.Ser.80.
In ſolemni benedictione, ſeu coronatione Regis.Ser.81.
In ſolemni coronatione Reginę.Ser.82.
In omni electione Poteſtatis ſæcularis.Sermo 83.
In militia noua ſolemni.Ser.84.
In torneamentis. Ser. 85.
In parlamentis Regum.Ser.86.
In ſolemni tractatu alicuius negotij.Ser.87
In tractatu ſolemni pacis. Ser.88.
De confratrijs.Ser.89.
In congregationibus factis pro aliquo ſancto.Ser.90.
In nundinis.Ser.91.
In mercatis.Ser.92.
In ſubita cōuocatione multitudinis.Ser.93
In quibuſdam feſtis.Ser.94.
In ſolemni receſſu peregrinorum.Ser.95.
In ſolemni receptione peregrinorū redeuntium. Ser. 96.
In ſolemni receptione domini ſecularis. Ser.97.
In exequijs mortuorum ſolemnib. Ser. 98.
In Commemorationibus Defunctorum. Ser.99.
In conuiuijs Defunctorum.Ser.100.

HVMBERTVS Pruliacenſis abbas in quatuor libros Sent. Viuebat an.1377.

Sigeb. in Catal. Ann. Do. 1050. Trit. HVMBERTVS Monachus Tullenſis à Leone Papa Cardinalis creatus, ac deinde ab eodem miſſus Conſtantinopolim ad confutandas Græcorum hęreſes, confutauit ſcripta Leonis Acridani Bulgarorum Archiepiſcopi. Scripta item Nicetæ Pectorati, eumq; præſente Imp. Conſtantino, adegit, vt ipſemet Niceta librum ſuum anathematizaret, & manu ſua in ignem inijceret. Quicquid autem ibi egit Humbertus quaſi per dialogum ſub perſona Romani, & Conſtantinopolitani ſcripſit.

HVMFRIDVS Neckton, Carmelita edidit Sermones Dominicales, lib.1. Quæſtiones ordinarias libro altero. Lecturas Scholaſticas libro alio. Super Articulis Theologicis librum. Obijt an.1303.

HVMVLVS Epiſcopus Lugdunenſis in Gallia ſcripſit contra Iudæos, an.833. Vide in verbo Hamulus. Idem eſt enim.

HVNGARIVS. Vide in verbo, Hugarius.

HVNIBALDVS Gallus Monachus, (vt aſſerit in Ligno Vitæ Arnoldus Vvion) Ordinis S.

nis S.Benedicti, floruit tempore S.Mauri Abbatis in Gallia, & ſcripſit Hiſtoriam ab Orbe condito libris duodeuiginti, qui num ſint excuſi, neſcio. At ex iijs multa deſumpſere Vincentius Beluacenſis, Tritemius, Antonius Demochares, & alij, vbi de Galliæ Regibus agunt.

HVSVARDVS Monachus, quem Tritemius nominat *Iſuardum*, prouocatus ſtudio Hieronymi, & Bedæ, qui dies Sanctorum anniuerſarios ex parte notauerant, quin & iuſſu Caroli Magni Imperatoris, cui Hieronymi, & Bedæ breuitas diſplicebat, conatus eſt Opus illud imperfectum ſupplere, quamobrem ſingulorum dierum commemorans Sanctos, qui in eos inciderant, Martyrologium abſoluit. Sigeb. in Catal.

## H Y

HYPERASPISMVS Ambroſij Pelargij, ſiue Propugnatio, ſiue Apologia pro Sanctiſſima Euchariſtia contra Oecolampadium. Vide in verbo, Ambroſius Pelargius.

HYPERASPISTES Matthiæ Bredembachij pro ſuo libello, contra calumnias Henrici Pilei. Vide in verbo, Matthias Bredembachius.

HYPERASPISTES Roſarij Godefridi Drielli Nouiomagi contra Caluinianum. Vide in verbo, Godefridus Drielli.

---

## I A

IACOB Patriarchæ Teſtamentum à Gelaſio Pont. max. Diſt. 15. inter apocrypha numeratur. Porrò quam Ebionitæ hæretici expoſitionem ſub nomine Iacob emiſerant, quæ Scala inſcribebatur, de qua Geneſ. 28. fuit illorum commentum. Vide Epiphan. primo lib. Panarij in confutatione Ebionitarum.

IACOBATIVS Cardinalis. Vide in verbo, Dominicus Iacobatius.

IACOBINVS Malafoſſa, ſiue *Malafoſſius*, ex oppido Barges, quod ſitū eſt in Italiæ Subalpinis, quæ Gallis ſunt finitimæ, Ord. Franciſcani, qui diu publicè profeſſus eſt Theologiam in Academia Patauina, & Taurinenſi ſuam edidit enarrationem in Doctoris Ioannis Duns Scoti primum librum Mag. Sent. In qua centum quinquaginta, quæ videntur eſſe contradictiones Scoti ſoluuntur. Patauij an. 1560. Expoſitionem item Metaphyſicæ Ariſtotelis. Viuebat noſtra ætate plenus dierum.

Iacobus Achonenſis Epiſcopus, ſcripſit Orientalem Hiſtoriā. Hunc citat auctor eius libri, qui inſcribitur. *Hortus ſanitatis*. Ei quoque aſcribitur liber de Vita Beatæ Mariæ Ougienſis.

IACOBVS Aegidij, Ord. Præd. Qui & Magiſter fuit ſacri Palatij, librum De Veritate Conceptionis Beatiſs. Virginis, ſcripſit, mandante Caliſto Pont. Max. PP. Mon. Ord. & Ant. Senenſis.

IACOBVS Alexandrinus, Ord. Min. præter Cōmentaria in Ariſtotelis Phyſicen, reliquit Poſtillam Quadrageſimalem, quæ incipit: *Poſt ſapientis Medici*. Henr. Vill.

IACOBVS Alitienſis, quæ Ciuitas eſt Apuliæ primaria, monachus, Ord. Cœleſtinorū Paulo Carafæ, Quarto huius nominis, Pont. Max. charus, ſcripſit De conſolatione Crucis. De Cerimonijs ſui Ordinis. De vita Sancti Cœleſti Papæ. Malleum aduerſus Lutheranos.

IACOBVS Almain monachus, ſcripſit De poteſtate Papæ.

IACOBVS Altauilla Germanus Rinaugienſis, ſcripſit in Magiſtrum Sent. ac librum variarum Quæſtionum. Viuebat an. 1363. Eiſingr.

IACOBVS de Anglia. Vide in verbo, Iacobus Bruxellenſis.

IACOBVS Anglicus, & cognomento, & natione, ſcripſit in Canticum Canticorum Salomonis. Expoſitionem Euangeliorum per Conciones. Lecturas (vt vocant) Scholaſticas. Viuebat an. 1270.

IACOBVS Antonius Martha, Societ. Ieſu, De quatuor Temporibus anni.

IACOBVS Apoſtolus, frater Domini, cognomento Iuſtus, Mariæ [a] ſororis Matris Domini, cuius Ioannes in Euangelio [b] ſuo meminit, filius, poſt paſſionem Domini ſtatim à S.Petro Hieroſolymorum Epiſcopus ordinatus [c]: dictus item minor, non perfectione, ac virtute, ſed vocationis ordine (quandoquidem Iacobus filius Zebedæi, & frater Ioannis Euangeliſtæ prius vocatus eſt) de vtero matris [d] ſanctus fuit: vinum & ſiceram non bibit,

a Hier. de vir. Illuſtr.
b Io. 19.
c Euſeb. lib 2. hiſt. c. 26. ex Clem. Alex. Chryſ. in Io. hom. 54.
d Egeſippus.

carnem nullã comedit, numquam attõſus eſt,nec vnctus vnguẽto,nec vſus balneo.Huic ſoli licitum erat ingredi ſancta ſanctorum. Veſtibus laneis non vtebatur, ſed lineis; ſoluſque ingrediebatur Templum,& flexis genibus pro populo deprecabatur, vt camelorum duritiem traxiſſe eius genua crederentur. laminam, [e] ſiue bracteam auream geſtare ſolitus in ſignem Regalis Sacerdotij,atque vti ſummus eius Eccleſiæ Sacerdos, cum vnde triginta annos [f] Hieroſolymitanam rexiſſet Eccleſiam,vſque ad ſeptimum Neronis annum,ab Anano [g] Pontifice adoleſcente,Anani filio,de genere Sacertotali, accepta occaſione ἀναρχίας(mortuo enim Feſto, qui Iudæam procurabat, ad quam nondum Albinus peruenerat quem ei Nero ſuffecerat) Concilio congregato,dum publicè compelleretur, vt Chriſtum Dei filium denegaret,contradicẽs,lapidari iuſſus eſt: Qui cum præcipitatus de pinna Templi,confractis cruribus,ſemiuiuus tollens ad cœlum manus,diceret,Domine ignoſce eis; quod enim faciunt,neſciũt; fullonis fuſte in cerebro percuſſus interijt,ac iuxta Templum,[h] vbi & præcipitatus fuerat,ſepultus eſt,anno ab ortu Domini ſexageſimotertio: Ibi autem & Titulus vſque ad obſidionẽ Titi,& vltimam Adriani, notiſſimus manſit.Sed & huius poſtea corpus Romam tranſlatum eſt,& vnà cum D.Philippi Apoſtoli corpore,in vna & eadem æde,quæ dicitur Apoſtolorum,cõditum. Ceterum Hieronymus indicat,nonnullos ex vetuſtis auctoribus,hunc Iacobum fratrem Domini de numero duodecim Apoſtolorum,quos primum Chriſtus elegit,exemiſſe;eumque tertiumdecimum Apoſtolum,ſicut & Paulum quartumdecimum appellaſſe. Porrò quæ fuſius de vita,morteq; Iacobi ex Patribus collegit Baron.Card.ea extant Tom.1. eius Annal.ſub annum Chriſti 63.

e Egiſipp.de excidio Hieroſolym. Euſeb.lib.12.c.22.Hiero.de Script. eccleſ. Epiph. in Panar.hær.78.
f Vide Baron. To.1. Annal. eccleſ.
g Ioſeph. 20. li. Antiquitatum. Cle. 7. hypotypoſeõ Orig.li.1.contra Celſum. Metaphraſtes & alij.
h Hieronym.

Scripſit autem Iacobus Epiſtolam, quæ eſt prima de ſeptem Canonicis , quoniam & prius ipſe hanc ſcripſit,quàm alij Apoſtoli reliquas.Eam quum duodecim miſiſſet tribubus, quæ erant in diſperſione,quæ ob perſecutionem Hieroſolymis poſt necem Stephani Protomartyris,accidit,aptè eos docet(vt inquit Oecumenius) de tentationum varietate,quænam à Deo ſit,& quæ à proprio corde hominum,quodq; non verbo tantum,ſed & opere fidem oporteat oſtendere,neque auditores legis,ſed effectores iuſtificari. De diuitibus quoque præcipit,ne in cætu Eccleſiæ præponantur pauperibus, ſed potius increpentur,tam quam faſtuoſi,& ſuperbi.Et tandem conſolatur illos, qui iniuria afficiũtur, eoſq; hortatur,vt longanimes ſint vſque ad Iudicis aduentum : Vbi etiam de patientiæ commodo,exemplo Iob,docuit. Præcipit,aduocari Presbyteros ſuper infirmos; vtque ſtudeant ad veritatem conuertere eos,qui ſeducti ſunt,aut qui errãt.ait enim,huius mercedem eſſe à Domino peccatorum remiſſionem.& ita concludit Epiſtolam;quam Latini capita quinque,Græci in ſeptem diſtinxere.Huius autem magis diſtinctam partitionem propoſuit Ederus libro quarto ſuæ Oeconomiæ à Tabula centeſimatrigeſimaquarta, vſque ad centeſimamquinquageſimamtertiam, quæ maximè facit ad eius partium liquidiorem notitiam.

Cum autem nonnulli antiquitus de Epiſtolæ huius auctoritate dubitaſſent,propterea quòd non omnibus fortaſſe initio innotuerat,eam Euſebius & Hieronymus, deinde & poſtea Innocentius & Gelaſius cum Concilio ſeptuaginta Epiſcoporum , Conciliaque Carthaginenſe,Mileuitanum,Laodicenũm,Florentinum, Tridentinum comprobauit: id quod & antea fecerant Alexander [a] Quintus à Petro,Anacletus, [b] Marcellus. [c] Et loca ipſa huius Epiſtolæ,quæ citarunt Dionyſius Areopagita, Cyrillus Alexandrinus, & Auguſtinus,ponit Ederus,eo quem diximus loco: Cum & inter alios Sixtus Senenſis Adnotatione trecenteſimatrigeſimaſeptima libri ſexti ſuæ Bibliothecæ , & ſeptimo eiuſdem libro in confutatione hæreſeos nonæ, obiectione prima, ſecunda,tertia,quarta diligenter , ac copioſè, Bellarminus autem Card. breuiter libro primo de Verbo Dei, capite decimooctauo, Tomo primo, idem pluſquam ſatis, præter Canum, [d] & alios, confirment.

a Epi.ad omnes Epiſcopos.
b Epiſt.de oppreſſione Epiſcoporum.
c Epiſt. ad Epiſcopos Antiochenę Eccleſ.
d Canus de locis communibus.

At præter hanc Canonicam Epiſtolam,pleraque alia ſcripſiſſe fertur;in quibus Euangelium erat,quod à quibuſdam Iacobi, ab alijs, ſecundum Hebræos, inſcribitur: cuius etiam ſæpè meminit Origenes, ac cui Hieronymus,qui illud ex Hebræo Græcè & Latinè tranſtulit,graue præbet teſtimonium in Catalogo Scriptorum Illuſtrium. Sic autem dicit: Euangelium, quod appellatur ſecundum Hebræos,à me nuper in Græcum,Latinumque Sermonem tranſlatum,quo Origenes ſæpè vritur,poſt reſurrectionem Saluatoris,de Iacobo ſic refert: *Dominus autem cum dediſſet Sindonem ſeruo Sacerdotis,iuit ad Iacobum,& apparuit ei. iurauerat enim Iacobus, ſe non comeſturum panem ab illa hora,qua biberat calicem Domini, donec videret eum reſurgentem à mortuis. Rurſuſq; poſt paululum. Afferte, ait, Dominus menſam & panem. Statimq; additur. Tulit panem, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo Iuſto, & dixit ei, Frater mi, comede*

*panem*

Digitized by Google

*panem tuum,quia reſurrexit filius hominis à dormientibus.* Hæc Hieronymus,qui in eodem libro, de Ignatio loquens, inquit: *Ignatius vnam ad Smyrnæos ſcripſit Epiſtolam, in qua de Euangelio,quod nuper à me tranſlatum eſt,ſuper perſona Chriſti ponit teſtimonium,dicens: Ego verò & poſt reſurrectionem eam in carne vidi; & credo quia ſit; & quando venit ad Patrē,& ad eos,qui cum Petro erant,dixit eis; Ecce palpate,quia dæmonium non ſum incorporale: & ſtatim tetigerunt eū, & crediderunt.* Rurſum libro tertio aduerſus Pelagianos; In Euangelio, inquit, *iuxta Hebræos,quod Chaldaico Syroq; ſermone, ſed Hebraicis litteris ſcriptum eſt (quo vtuntur vſq; hodie Nazareni ſecundum Apoſtolos, ſiue, vt plerique autumant,iuxta Matthæum) & in Cæſarienſi Bibliotheca habetur, narrat hiſtoria: Et ecce mater Domini, & fratres eius dicebant ei, Ioannes Baptiſta baptizat in remiſsionem peccatorum; eamus, & baptizemur ab eo.* dixit autem eis: *Quid peccaui,vt vadam, & baptizer ab eo?* Recipit quoque ſcripturæ huius auctoritatem Origenis præceptor Clemens Alexandrinus; qui cum in ſecundo Stromaton libro vellet aſtruere,admirationem eſſe primum gradum ad perfectam Dei cognitionem,hinc dicti ſui confirmationem accepit, inquiens: *Hac ratione ſcriptum eſt in Euangelio ſecundum Hebræos, qui admiratus fuerit, regnabit; &, qui regnabit, requieſcet.* Citatur ex hoc Euangelio ab Origene in ſecundo Tomo in Ioannem alia quoque ſententia in hæc verba: *Dixit Chriſtus,modo accepit me mater mea Spiritus Sanctus,vno capillorum, & me in montem magnū Thabor portauit.* Quæ quidem ſententia, niſi candidè conſideretur, videtur continere hæreſim Gnoſticorum,& Valentinorum,aſſerentium,Spiritum ſanctum eſſe matrem Chriſti. Proinde Origenes,loco iam citato, inquit, *hoc ita interpretandum eſſe, vt dicamus,Spiritum ſanctum appellari matrem Chriſti,non natura, & generatione,ſed maternæ pietatis imitatiōe*; id eſt,quia Spiritus ſanctus ſemper facit voluntatem Patris. *Et omnis,* ait Chriſtus, *qui facit voluntatem Patris mei,qui eſt in cœlis, hic Pater meus, & Mater mea eſt.* Egeſippum,qui vicinus fuit Apoſtolorum temporibus,multa ex hoc Euangelio enarraſſe, Euſebius quarto Eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro teſtatus eſt.

Quin etiam Athanaſius in Synopſi refert,Iacobum ad Euangelium Matthæi Hebraicè ſcriptum,interpretationem primum omnium adhibuiſſe. Sed quod prodijt ab hæreticis non ita multos ante annos in Germania Protoeuangelium Iacobi,ſiue Sermo hiſtoricus de Natiuitate Deiparæ,continens hiſtoriam Natiuitatis Mariæ,vſque ad aduentum Magorum falſum eſt:in quo inter alia eiuſmodi,illud etiam adijcitur abſurdiſſimū,nēpe Ioſephum & Mariam,ſtupri,& ſacrilegij accuſatos, ex Decreto Sacerdotum ſimul fuiſſe adactos ad bibendum poculum redargutionis,quo Moyſes explorari iuſſit innocentiam fœminæ de adulterio ſuſpectæ.

Liturgia etiam,quam habemus Græcam & Latinam,cuius initium eſt: *Peccatorum multitudine inquinatum,* reuera fuiſſe Eccleſiæ Hieroſolymitanæ traditam, cum alij,tum Cyrillus,eiuſdem Eccleſiæ Hieroſolymorum Epiſcopus,quinta ſua Myſtagogia,ſatis indicat, quippe qui plura ex Miſſa Iacobi acceperit. Qua de tota re, vide Claudium Sanctium Epiſcopum Ebroicenſem,& Iacobum Pamelium in ijs, quæ in Liturgica Patrum ſcripſerunt: Nam quæ ex Proclo,& ex Synodo in Trullo habita,profert Sixtus teſtimonia,quibus hoc ipſum affirmet,minus fortaſſe (etiāſi vera ſint) expedit afferre,quòd Synodus in Trullo habita,nec generalis,neque legitima fuerit,vt ille opinatus eſſe eſt viſus, & ante Proclum alij ſynceriores Eccleſiæ Patres idipſum teſtati ſunt.

Porrò in Canonicam D.Iacobi Apoſtoli Epiſtolam ſcripſere Didymus Alexandrinus,ſed nō extat. Oecumenius,qui Græcè,& Latinè extat. Aurelius Caſſiodorus,Gregorius Ariminenſis. Thomas Valdenſis. Auguſtinus de Ancona. Franciſcus Titelmannus. Ambroſius Catharinus. Claudius Guillandus. Iacobus à Iogenhagen quibuſdam Adnotationibus. Ioannes Chiningan. Ioannes Noblet. Nicolaus Dunkeſpulus. Thomas Sperman. Quod autem Ioannis Folengij nomine extat in eam, prohibitum eſt in Romano Indice.

Alterius verò Iacobi, hoc eſt,maioris,qui fuit frater Ioannis Apoſtoli,nomine prænotatus liber ex Hiſpania nouiſſimè eſt miſſus,tamquam inuentus in Sancto monte Granatæ,quæ Ciuitas primaria eſt in Bætica prouincia,ad Clementem Octauum Pont. Max. Inſcriptio autem libri eſt, *Fundamentum Eccleſiæ,* qui liber duodecim folia continet. Vita item,& miracula eiuſdem Epoſtoli. Quæ tamen hactenus ſunt dubiæ fidei,atque pro apocryphis habita. Vide in verbo,Cæcilius,& ſocij.

IACOBVS Archiepiſcopus Genuenſis. Vide in verbo, Iacobus de Varagine.

IACOBVS Aquinas, Ord.Præd.ſcripſit contra Gulielmum de S. Amore. Gennadi in Catal.

IACOBVS Aſculanus Picens, ex Oppido quod dicitur, *Mons Brando,* Ord. Min. Summam Piſanellam recenſuit,doctrinam Scoti redegit in Tabulas. Scripſit Quodlibeta, ac

deniquein quatuor libros Mag.Sent. Viuebat an.1464. Franciſcus Gonzaga.

IACOBVS Aſtenſis, & Monachus, ac Prior Monaſterij Benedictinorum de Mantua (vt vocant) ſententias è Patribus congeſſit in vnum, quæ ibidem extant manuſcripta. Viuebat an.1520.

IACOBVS de Aſtudillo Hiſpanus, Ord.Præd. qui æqualis fuit Franciſci Victoriæ, cũ vterque Theologiam profiteretur, præter eruditas in libros Phyſicorum Quæſtiones, quæ in Hiſpania fuerunt excuſæ, ſcripta in Euangelia D.Matthæi, & in Epiſtolas D.Pauli, quin & Commentaria in alios Scripturæ Sacræ libros reliquit. Quæ in Collegio Vallis Oletanæ aſſeruari, inquit, Ant.Senenſis in ſuo eiuſdem Ord.Catalogo.

IACOBVS Augubaris Decanus, ſcripſit de Indulgentijs.

IACOBVS Aurimontius, anno 1602. emiſit Ingolſtadij Sertum Hunnianum ex abſurditatum floribus, quos in colloquio Ratisbonenſi effudit Aegidius Hunnius hæreticus.

IACOBVS è S. Andrea Senenſis Ord. Præd. Theologus, ſcripſit lecturam in quatuor lib. Magiſtri Sententiarum. Sermones, vt vocant, Dominicales, ac Quadrageſimales, & alios. Libros Etymologiarum Iſidori Hiſpalenſis redegit in Alphabeti ſeriem Viuebat anno 1262.

IACOBVS Attauantus, Florentinus, Ord.Seruorum B. M. V. Generalatu ſui Ordinis ſexennio perfunctus, ſcripſit Sermones Quadrageſimales, & de Chriſti Domini Aduentu. Tractatum de myſterio Miſſæ. Expoſitionem in Pſalmos Dauidicos. Commentariũ in quatuor libros Magiſtri Sententiarum. Opus inſigne ſuper eundem ſententiarum Magiſtrum: Quæſtiones theologiæ inſcriptas. *Ager Dominicus*. Florebat in Academia Piſana anno.1588.

IACOBVS Bayus ſcripſit tres libros de Venerabili Euchariſtiæ Sacramento & Sacrificio, contra Sacramentarios & Lutheranos. Antuerpiæ an.1605.

IACOBVS de Beluiſio egit de excommunicatione, Tom.14.fol.387. inter Tractatus Iuris.

IACOBVS Beneuentanus, ſiue *de Beneuento*, Ord.Præd. Theologus, quem omnium rerum ſcientia ornatum ſcribit Antonius Senenſis Luſitanus. Scripſit Opuſculum De Articulis fidei. Aliud, De Oratione Dominica. Aliud, De Sacramentis. Aliud, De decem præceptis. Aliud, De octo Beatitudinibus. Aliud, De dotibus. Aliud, De fructibus. Aliud, De virtutibus. Sermones de Tempore. Sermones de Sanctis. Quoto autem anno, vel quonam ſeculo vixerit, tacet idem Antonius Senenſis in Catalogo ſuorum Patrum.

IACOBVS Billius Prunæus, Gallus, nobilis, & Abbas Sancti Michaelis in Eremo, in Britannia, vertit è Græco in Latinum ſynceriſſimè Gregorium Nazianzenum, Ioannem Damaſcenum, Epiſtolas Iſidori Peluſiotæ, ac decem, & octo capita primi libri Irenæi Lugdunenſis Epiſcopi, & martyris. Quin, & duos libros Sacrarum Obſeruationum in varias aliorum verſiones reliquit, quas Ioannes Cathardus Pariſijs emiſit in lucem vna cum verſione Iſidori Peluſiotæ, de quibus vide ſingulos ſuis locis huius Apparatus. Quin & Anthologiam Sacram octaſtychis verſibus comprehenſam Pariſijs anno 1575. apud Nicolaum Cheſneau. Græcas item locutiones digeſſit in communes locos per ſeriem Alphabeti, quæ apud eundem Nicolaum prodierunt. Erat autem Iacobus Billius vir optimus, & ſolidè catholicus: ſic verò præter alias diſciplinas linguæ Græcæ peritus, quàm qui maximè poſt quinquaginta annos in Gallia. Ei duo alij fratres fuere, pietate ſimiles, alter Cartuſianus, & Prior Cartuſiæ Gallionis propè Normeniam, alter Cœnobiarcha D. Vincentij Lugdunenſis. Vixit ipſe noſtra ætate, Henrico II. & Carolo IX. Regibus Galliæ.

IACOBVS Boſius ann.1594. è Vaticana Typographia Romana primam, & ſecundam Hiſtoriæ ſuæ, partes, Ordinis militaris D. Ioannis Hieroſolymitani Italicè edi curauit. Quam ad rem fatetur ingenuè, ſe diligentia fratris ſui Othonis. Equitis Rhodij, atque Ordinis Procancellarij adiutum, plurima ex Archiuis, & monumentis alijs collegiſſe, quæ ad eius Operis abſolutionem pertinebant. Porrò id in quatuor partes cum diſtribuiſſet, egit in prima de origene, progreſſu, & geſtis Hieroſolymitani Ordinis, ad id vſque tempus; quo ex Iudæa, Syriauè, quæ *Terra Sancta*, dicitur, expulſus eſt, quamuis defuerint, qui initio Ordinis illius geſta poſteritati mandaſſent. In ſecunda verò de ijs, quę contigere, quouſque ex Inſula Rhodo à Turcis expugnata eiecti ſunt: In tertia acturum ſe pollicetur de alijs, quæ poſtea ab iiſdem geſta ſunt vſque ad fugatam Turcicam claſſem ab Inſula Melita, nouamq; in ea Ciuitatem extructam, quam *Valletiam*, appellarunt.

In quarta, quæ ad hæc vſque tempora euenerint. Sed hæc duæ poſtremæ partes nondum, quod ſciam, prodierunt in lucem.

Iacobvs Bourleus, Theologus, Gallicè edidit Orationes ad Chriſtum Dominum, & S. Dionyſij Miſſam, Pariſijs apud Gulielmum de la Naue.

Iacobvs Brutus, Nouocomenſis, Lector Religioſorum Fratrum Ord. S. Saluatoris, edidit Opus De immortalitate animæ, prænotatum *Aurea Corona pretioſiſſimis conſerta lapillis.* Venetijs apud Ioannem de Tridino, an. 1496.

Iacobvs Bruxellenſis, alijs de *Anglia,* Ord. Præd. admodum in D. Thomæ Aquinatis doctrna verſatus, Quæſtiones, atque Articulos, quos D. Thomas innuens non expreſſerat, ſed his verbis, *vt ſupra dictum eſt: vel infra dicetur,* ſignificauerat, adnotauit tam in p. p. quam in P. 2. & 2. 2. quas citationes poſtea integriores emiſit Ant. Senenſis.

Iacobvs Cœlius, Carmelita Ticinenſis, librum edidit De diuortio Henrici VIII. Anglorum Regis. Item De Purgatorij loco, lib. I. De Genealogia Chriſti, lib. I. De filio hominis, lib. I. Viuebat an. 1533.

Iacobvs Caluus de Alberto, Archipresbyter Tuſculanus, ſcripſit, atque edidit ex Officina Aloyſij Zanetti Romæ an. 1600. librum, quem prænotauit: *Synaxim curæ animarum ex doctrina S. Thomæ de Aquino ſyncerè, ſummatimq́; collectam.* Quam equidem vti perutilem ſuaſerim lubens, vt omnes, quibus incumbit animarũ cura, perlegant. Siue enim doctiores fuerint, recolent quæ ex tanto Doctore hauſerunt; ſiue interioribus Theologiæ ſtudijs non vacauerint, facilè, ac tutò cognoſcent quæ ad eorum Officium hoc in negotio pertinent.

Iacobvs Cæſa, Ord. Minorum, Tractatum de Conceptione B. Virginis ſcripſit.

Iacobvs Caſtellanus, Theologus, Compendium omnium Operum Martini Nauarri ab Azpilcueta per ſeriem Alphabeti collectum emiſit Venetijs apud Robertum Meietum, an. 1598. Compendium autem Conſtitutionum Summorum Pontif. à Gregorio VII. vſque ad Clementem VIII. Pont. Max. apud Societ. Venetam an. 1605.

Iacobvs Catalanus, dictus de *Catalonia,* Ord. Præd. ſcripſit Tractatum De Conceptione B. Virginis. Ant. Senenſis Luſitanus.

Iacobvs Cauacius Patauinus libros ſex hiſtoriarum Cœnobij D. Iuſtinæ Patauinæ edidit Venetijs apud Societ. an. 1606.

Iacobvs de Certaldo, quem ob ſanctitatem *Beatum* vocant, Monachus Camaldulenſis, qui floruit an. 1470. Scripſit de Secundo Domini Aduentu, & varia quædam, quæ Raphaël Volaterranus recenſuit.

Iacobvs è Cezolis, Ord. Præd. Sermones varios ſcripſit, & librum moralem de ludo Scacchorum, pro nobilibus. Viuebat an. 1295. Ant. Sen. Luſitanus.

Iacobi Chimarrheti liber prænotatus, *Panis quotidianus animæ Cœleſtia eſurientis ex tribus farinæ ſatis, hoc eſt Sacra ſcriptura, Orthodoxorum Patrum, & Authenticorum Doctorum libris congeſtus.* Coloniæ excuſus eſt apud Henricum Falckenburg, an. 1590.

Iacobvs Chriſtopolitanus. Vide in verbo, Iacobus Perez.

Iacobvs Columna, Ord. Prædicatorum, ſcripſit Chronicon vſque ad an. 1340. ex quo D. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus eum citans, plura in ſuas Hiſtoriales partes deriuauit.

Iacobvs Couthonus Burgundus, Refutationem edidit narrationis falſæ de Colloquio inter Epiſcopum Ebroicenſem, & Philippum Mornæum hæreticum habito coram Galliæ Rege in loco, qui dicitur *Fontaine Bleau.* Moguntiæ apud Albinum, an. 1603.

Iacobvs Damhauderius Inſtitutiones Chriſtianas emiſit ex vtroque Teſtamento de ſumptas. Venetijs apud hæredes Seſſæ, an. 1597.

Iacobvs Dauy, dictus de Perron, ſiue Perronius, Gallus, Epiſcopus Ebroicenſis, quæ Ciuitas eſt in Normannia, Primus Henrici IV. Regis Chriſtianiſsimi eleemoſynarius S. R. E. Cardinalis à Clemente VIII. Pont. Max. creatus, inſignis autem pro Fide Catholica aduerſus hæreticos Athleta, edidit Gallicè librum inſcriptum: Acta Collationis inter Epiſcopum Ebroicenſem, & Philippum Mornæum Pleſſæum, coram Rege ad fontem Aquæ Belleum, quarta die Maij anno 1600. Cum Refutatione falſi Diſcurſus, ſiue enarrationis eiuſdem Collationis. Porrò hi libri Ebroicæ editi apud Antonium Coniugatum, *le mariè,* magni momenti ſunt, & ad hæreſim, & ad effrontem hæreticorum peruicaciam indicandam, qui vinci poſſunt, perſuaderi non poſſunt, at quos prodidiſſe, refutaſſe eſt. Scripſit etiam idem Epiſcopus Gallicè aureum libellum De ratione intelligendæ Sanctæ ſcripturæ. Is item ſcriptam Gallicè emiſit Refutationem libri euulgati à Daniele Tileno hærrtico, aduerſus Traditiones Apoſtolicas. Ibidem apud

eundem an. 1601. Sed & ex tam diuite penu expectamus alias quæ habet præ manibus aduerſus hæreticos; vir certè doctiſsimus.

IACOBVS Erfordienſis Cartuſianus Tractatum ſcripſit curandorum vitiorum.

IACOBVS Eiſingrenius Stucchardianus è VVittembergenſi Ducatu, Sueuus, poſt aliquam impenſam operam in Pſalmorum ex Hebræo verſionem, Hodæporicon F. Felicis Fabri Vlmenſis deſcripſit, & precationes cum gratiarum actionibus è Græcorum Horologio, iuxta tamen ritum, ac fidem S. R. E. collegit. Viuebat an. 1560.

IACOBI Fabri Commentaria in Euangelia; in Epiſtolas D. Pauli, & in Canonicas, & in Pſalmos, Tractatus item De tribus Magdalenis, à Clemente VIII. Pontifice Max. in Indice prohibitorum librorum tamdiu ſunt prohibita, quamdiu ab alicuius Vniuerſitatis Catholicæ facultate Theologica, vel iuſſu Inquiſitionis Generalis emendata prodierint in lucem. Ac quidem Iacobus Faber præter quædam in Ariſtotelem, atque in Boëtij Arithmeticam, & in Ioannem De ſacro Boſco, ſcripſit De Trinitate. De Ornatu Spiritualium Nuptiarum. Scholia in Opera D. Dionyſij Areopagitæ. Commentaria in Eccleſiaſten. In Richardum. In Hugonem de S. Victore. Argumenta in Epiſtolas vndecim S. Ignatij, ac vertit è Græco in Latinum S. Ioannem Damaſcenum. Veruntamen vt hæc verſio valde poſtponenda eſt ei, quàm à Iacobo Billio accepimus; ita de alijs Fabri ſcriptis prælegenda ſunt, quæ vir doctus Natalis Beda, Theologus Pariſienſis ſcripſit in primo libro ſuarum Annotationum, quibus Fabrum expendit, & confutat.

IACOBI Fabri Molinenſis Theologi Sorbonici Hyperaſpiſtes pro Sacroſancto Miſſæ Sacrificio aduerſus impiam Miſſæ, ac Miſſalis Anatomen. Pariſijs apud Iacobum Keruerium, an. 1563.

IACOBVS Feldius Auguſtinianus, Conciones in Euangelia, & Epiſtolas, quæ per Quadrageſimam in Eccleſijs proponi ſolent, è tabulis collegit, auctas deinceps ab AEgydio Topiario Belga; excuſæ autem ſunt primò Lugduni apud Gulielmum Rouillium an. 1568. deinde non ſemel alibi. Sed vide in verbo, Iacobus Veldius, vbi plura illius.

IACOBVS Ferram, qui natus Tripoli è non Chriſtianis parentibus, à Chriſtianis tamen captus, ac poſtea non ſolum Chriſto in Baptiſmo nomen dedit, verum etiam in Sacrum Dominicanorum Ordinem cooptari voluit, in quo & Theologiam profeſſus eſt, ac Prouincialis in Aragonia bis fuit, compoſuit Officium B. Raymundi, quod recitatur in Regnis Cataloniæ, Valentiæ, atque Aragoniæ die 7. Ianuarij. Obijt Pamplonæ, ſiue *omp ilone*, circa an. 1566.

IACOBVS Feuctius Germanus, Defenſionem edidit Articulorum Bauaricorum aduerſus Lucam Oſiandrum, Ingolſtadij an. 1572. Germanicè. Item Monachij an. 1573. Refutationem quoque viginti cauſarum, quas quidam, qui nolunt eſſe Catholici, ſolent afferre. Germanicè Coloniæ an. 1583.

IACOBVS Florentinus, Ord. Minorum, Summam Raymundi Piſani recenſitam abs ſe, emiſit in publicum.

IACOBVS Florentinus, Ord. Seruorum, plura cecinit carmine Etruſco in laudem Beatiſsimæ Virginis, atque aliorum Sanctorum. Vitamque B. Philippi, qui Ordinem ipſorum inſtituit. Extant m.s. varijs in locis apud eiuſdem Ordinis Patres. Obijt Florentiæ an. 1528. Michaël Pocciantius.

IACOBVS Fornerius, ſiue *Furnius*, Toloſanus, Ord. Ciſtercienſis, qui Benedictus X. huius nominis Summus Pontifex fuit, ſcripſit Vitam S. Ioan. Gualberti, quæ extat apud Surium Tom. 4. ad diem menſis Iulij 12.

IACOBVS Gandus (alijs *Gardus*) Florentinus, monachus D. Benedicti, Hiſtoriam vtriuſque Mundi, ſiue Diuinam, & Mundanam, edidit Florentiæ an. 1570. Viuebat adhuc an. 1572.

IACOBVS è S. Geminiano Ord. Minorum, ſcripſit Sermones de Tempore.

IACOBVS Genuenſis Archiepiſcop. Vide in verbo, Iacobus de Varagine.

IACOBVS Girardus Treuorchianus titulos vniuerſi Pontificij, ac Cæſarei Iuris in Tabulis per Alphabeti ſeriem digerens, lectionumque varietatibus, & Scholijs augens, quin & è regione ponens librorum Indices, ac Titulos, inſcripſit librum: *Anchoram Titulorum vtriuſq; Iuris.*

IACOBVS Gorſcius Polonus, qui Cracouienſi Academiæ noſtra ætate præfuit, vir Sacerdos, ac doctus, Prælectionum Plocenſium Quatuor libros emiſit, quorum primus De Baptiſmo recens natorum Coloniæ prodijt anno 1572. Secundus, & Tertius De Mediatore. Quartus agit, De vſu legitimo Sacroſancti Euchariſtiæ Sacramenti ſub altera ſpecie: ſiue Redargutio eorum, qui neſcientes quid dicant, reprehendunt temerè S. R.



Digitized by Google

Eccleſiam, quòd communionem ſub ſpecie panis tantum populo dari antiquitus ſolitam pergat retinere. Coloniæ apud Maternum Cholinum, an. 1582. Atqui ipſe Gorſcius, vt eleganti erat ingenio, aliquot ante annos emiſerat Commentariorum Artis Dialecticæ libros decem, in quibus è pleriſque præſtantibus viris præcepta vnum in Volumen aptè, atque eleganter congeſsit: cum & de Figuris tum Grammaticis, tum Rhetoricis libros quinque ſcripſiſſet. Qui an. 1572. excuſi fuêre Cracouiæ.

Iacobvs Graffius, Ord. D. Benedicti Capuanus, libros Quatuor Deciſionum Caſuum Conſcientiæ ſcripſit. Qui primò excuſi Venetijs apud Damianum Zenarum, anno 1591. recuſi ſunt iterum auctiores apud eundem an. 1593. quemadmodum fuerant Taurini, ac Lugduni an. 1592. apud Iuntas. Ipſe aute Auctor eodem tempore viuebat. Porrò Appendix tam primi, quàm ſecundi Tomi Deciſionum Aurearum Caſuum Conſcientiæ eiuſdem Graphij cum primo Venetijs apud eundem Zenarum prodijſſet, Bononiæ eſt edita an. 1603. apud Gaſparum Bindonum. Scripſit & volumen Reſponſorum iuxta ordinem titulorum Decretalium, apud Ioannem Guarillium editum an. 1604. Scripſit quoque, atque edidit ſermones Spirituales in Euangelia De Dominicis, & Feſtis aliquot ſolemnitatibus totius anni. Acceſsit Franciſci Panigarolæ Epiſcopi Aſtenſis Rhetoricæ Eccleſiaſticæ libellus primum editus Coloniæ Agrippinæ apud Ioan. Hontemſum, an. Dom. 1605.

Iacobvs Gretzerus Germanus, & Societatis Ieſu, Sacræ Theologiæ in Academia Ingolſtadienſi profeſſor, Hæreticorũ autem (quæ Deo ſit gloria) malleus, vertit è Græcò Commentarios S. Greg. Nyſſeni in Pſal. Orationes nouem Leonis Imperatoris, quorum

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | In Sepulturam Chriſti. | 6 | In Aſſumptionem Beatiſs. Virginis. |
| 2 | In Reſurrectionem Chriſti. | 7 | In Annunciationem eiuſdem. |
| 3 | In Aſcenſionem eiuſdem. | 8 | In Decollationem Sancti Ioannis Baptiſtæ. |
| 4 | In Pentecoſten. | | |
| 5 | In Feſtum Palmarum. | 9 | In omnes Sanctos. |

Homiliam B. Gregorij Nyſſeni contra vſurarios. Scripſit autem
Inſtitutionum linguæ Græcæ, libros tres. Rudimenta linguæ Græcæ.
Nomenclatorem Latinogræcogermanicum.
De Subterraneis animarum Receptaculis contra ſectarios, præſertim Vbiquiſtas, qui vt Cœlum, ita Infernum ponunt vbique.
De Sanctiſsimæ Trinitatis myſterio, præſertim De Proceſsione S. Spiritus à Patre, & Filio. Vbi ſoluuntur omnia argumenta Ieremiæ Conſtantinopolitani, quæ attulit ſuis libris ad Confeſsioniſtas. Ingolſtadij, an. 1599.
Diſputationem De pronunciatione linguæ Græcæ.
De Cruce Chriſti libros quinque. In quorum Primo, agitur de Cruce, in qua Chriſtus eſt mortuus. Secundo, De Imagine Crucis. Tertio, De apparitionibus Crucis. Quarto, De Signo Crucis. Quinto, De Cruce ſpirituali.
De Cruce Chriſti Tomum alterum, in quo varia Græcorum Auctorum encomiaſtica monumenta Græcolatina continentur, nunc primum ex varijs Bibliothecis eruta, & in lucem prodita cum Annotationibus.
Refutationem hiſtoriæ Ieſuiticæ contra Heliam Haſeemullerum & Polycarpum Laiſerum, hæreticos Lutheranos: quæ etiam in Germanicam linguam tranſlata eſt.
Apologeticum pro Societate Ieſu, contra Gabrielem Lermæum Caluiniſtam.
Libros quinque Apologeticos pro Vita B. P. N. Ignatij, contra calumnias Simonis Lithi Miſeni, Caluiniſtæ.
Libros alios quinque Apologeticos pro eadem Vita B. P. N. Ignatij, aduerſus repetitas Lithi Miſeni calumnias.
Rurſus alios quinque Libros, inſcriptos Lithus Miſenus Caluiniſta, nunc tertiò dedolatus, pro defenſione B. P. Ignatij, qui Societatem eandem inſtituit, ac fundauit. Acceſſit breuis, ſed efficax pro eodem Miſeno Conſolatio, ob Ieſuitas Galliæ publico Chriſtianiſsimi Regis Henrici IV. edicto firmatos, vel redditos. Ingolſtadij, an. 1604. Ex officina Adami Sartorij.
Defenſionem Apologiæ Gallicanæ Societatis Ieſu in Gallia, ad Chriſtianiſsimum Regem, contra criminationes eiuſdem Lithi Miſeni.
De modo agendi Ieſuitarum cum Pontificibus, Prælatis, Principibus, populis, iuuentute, & inter ſe mutuò, oppoſitos eiuſdem argumenti libello anonymo, & famoſo.
Vindicatio locorũ quorundam Tertullianicorum à peruerſis Franciſci Iunij Caluiniſtæ deprauationibus.

Reſpon-

Digitized by Google

Reſponſum ad Theſes Hunnianas de Colloquio cum Pontificijs ineundo, in quo præcipuè de norma, & iudice controuerſiarum agitur.

Digreſsiones ſex aduerſus calumnias AEgydij Hunnij Prædicantis VVitebergenſis de Colloquio Ratisbonenſi.

Labyrinthum Creticohunnianum, hoc eſt, diſputationem de Hunnio, prædicante VVitebergenſi, genioque Lutherano, ſemetipſum contradictionibus, fraudibus, mendacijs, & criminationibus implicante, confundente, & iugulante in articulo de Scriptura Sacra, De perſona Chriſti, De officio Chriſti, De iuſtificatione, De fide, & Operibus.

De iure autem & more prohibendi, & abolendi libros hæreticos & noxios, aduerſus Franciſcum Iunium, Ioannem Pappum, aliosque Prædicantes, libros duos editos Ingolſtadij an. 1603. per Andream Angermarium.

Sed & an. 1604. ibidem apud eundem excuſi ſunt eiuſdem Iacobi Gretzeri libri ſex Exercitationum Theologicarum. Quorum

1 Commentariolus duplex, alter in numiſma argenteum nuper ab hæreticis de Colloquio Ratisbonenſi cuſum. Alter in eiuſdem metalli numiſma in laudem Huſsi, Lutheri, & Rabbi ſub figura Anſeris, Cycni, & Corui ſignatum, & vulgatum.

2 Commentarius & gloſſæ in orationē Hunnianam de Pſeudoiobilæo VVitebergenſi.

3 Diſceptatio, vtrum verum ſit, Zvvinglium præcipuum doctrinæ ſuæ caput didiciſſe à Diabolo, cum refutatione argumentorum, quæ pro defenſione Zvvinglij adfert Marcus Beumlerus Sacramentarius.

4 Supplementum duplex pro duobus libris de iure & more prohibendi, expurgandi, & abolendi libros hæreticos & noxios.

5 Antimonium pro deliro quodam Medico, & Alchimiſta, qui nominis ſui oblitus, ſe Baſilium de Varna nominat, deliranti, eo fine, per triginta Doſes porrectum, vt expurgato cerebro cum alia, tum etiam hoc diſcat, quænam ſit controuerſiarum norma, & quis Iudex.

6 Breuis admonitio, qualis ſit liber Antigretzerus inſcriptus, à Pædotriba quodā VVitebergenſi in gratiam Hunnij emiſſus.

### *Ex Gallico vertit Latinè.*

Apologiam Franciſci Montani aduerſus Inuectiuam Arnoldi Cauſidici Pariſienſis; cum Appendice aduerſus criminationes Anonymi cuiuſdam Caluiniſtæ.

Apologiam Societatis Ieſu in Gallia ad Chriſtianiſsimū Regem, cum Appendice aduerſus Lutheranum quendam Prædicantem. Omnia prædicta excuſa ſunt Ingolſtadij.

Denique liber prænotatus Bauius & Mæuius, ille vt delirus Alchymiſta Antimonio, hic tanquam inſipiens Prædicans Helleboro nigro curatus, vt tandem expurgato cerebro intelligant, quis ſit controuerſiarum fidei Iudex, & quæ norma. Acceſsit portiuncula quædam Hellebori pro malè ſano capite cuiuſdam Pædotribæ VVitebergenſis, & Lithi Miſeni Caluiniſtæ Ingolſtad. an. 1605. Liber item prænotatus Antimonium, ibidem an. 1605. Epiſt. Græca Lithi Miſeni Caluiniſtæ in ſua elementa reſoluta apud eundē eodem anno. Item exercitationum Theologicarum aduerſus hæreticos libros ſex. Ingolſtadij ibidem. Item de religioſis peregrinationibus libros 4. quibus adiunxit libros tres de ſpontanea diſciplinarum, ſeu voluntaria Flagellorum Cruce Ingolſtadij apud Georg. VViller. an. 1606. Item Controuerſiarum Roberti Bellarmini defenſionem. Ingolſtadij apud Georg. Viller. an. 1607. Item Conſiderationum ad Theologos Venetos libros tres de immunitate & libertate Eccleſiaſtica, ibidem. Item Tractatum quendam cum hac Inſcriptione: Prædicans Vapulans & diſciplinatus ob tres libellos de diſciplinis. ibidem eodem anno. Demonſtrationes variorum Catholicorum fidei dogmatum ex communibus ſentiendi loquendique formulis, ibidem. Item de Cruce ſpirituali. S. Scriptura, & vſu voluntariæ per flagra caſtigationis. Coloniæ apud Mylium an. 1607.

### *Prodibunt paulò poſt.*

Tomus tertius de S. Cruce, in quo varia numiſmata Cruce inſignita, hymnique, & Poëmata Græcorum in S. Crucem.

S. Gregorij Nyſſeni lib. 13. contra Eunomium ex Græco verſi.

Libri quatuor De norma & Iudice controuerſiarum aduerſus hæreticos.

Reſponſum ad notas cuiuſdam Medici de norma, & Iudice controuerſiarum.



Digitized by Google

Refutatio inſcitiæ & impudentiæ, quæ nuper Hunnianus quidam emiſſarius Reſponſum Gretzeri ad Theſes Hunnianas inſectatus eſt.

IACOBVS de Gruytode (vt verbis vtar Tritemij) natione Theutonicus, Ord. Cartuſienſium, Prior domus omnium Apoſtolorum iuxta Leodium, ſcripſit præclara quædam, & deuota Opuſcula, de quibus ſubiecta feruntur.

De veris virtutibus, lib. I.
De quatuor Nouiſsimis, lib. I.
De præparatione ante Miſſam, lib. I.
Meditationes paſsionis Domini.
Speculum Prælatorum, lib. I.
Speculum ſubditorum, lib. I.
Speculum ſæcularium hominum, lib. I.
Colloquium Ieſu, & monachi, lib. I.
Colloquium Ieſu, & Senis, lib. I. *Ne indigneris quæſo.*
Colloquium Ieſu, & diſcipuli, lib. I.
De ſeptem peccatis mortalibus, lib. I.
De Vita Domini Ieſu, *Faſciculus myrrhæ.*
De definitionibus monachi, lib. I.
Lectionarius menſæ, lib. I. *Comedite amici, & bibite, &c.*
Speculum Sacerdotum, lib. I.
Speculum ſenectutis. lib. I.
Colloquium Ieſu, & Prælati, lib. I. *Fac me cum Ieſu dulciſsime, &c.*
Colloquium Ieſu, & Eremitæ, lib. I.
Coronula S. Mariæ, lib. I.
Dialogus Crucifixi, & peccatoris, lib. I. *Ignoſce quæſo benigniſsime, &c.*
Dialogus Mariæ, & peccatoris, lib. I. *Verbum mihi eſt ad te, &c.*
Meditationes compaſsionis Mariæ, lib. I.
Sermones de Tempore, lib. I.
Contemplatio S. Mariæ, lib. I. *Vulneraſti cor meum, &c.*
Dialogus alius Mariæ, & peccatoris, lib. I.
De nomine Ieſu, & Maria, lib. I.
Sermones de Sanctis, lib. I.
Epiſtolarum ad diuerſos, lib. I.

Et alia multa. Viuebat an. 1472. Tritemius.

IACOBVS Guallius libros aliquot ſcripſit De ſanctuario Ciuitatis Papiæ, ſiue Ticini, quem citat Arnoldus VVion in ſuo libro Ligni Vitæ.

IACOBVS Hieronymus Cartuſianus Conciones in diebus feſtis habendas edidit Pariſijs apud Cheualerium, an. 1528.

IACOBVS Hocſtratus (Ant. Senenſi *Hocſtratanus*) Colonienſis, Ord. Prædicatorum, & olim Conuentus Colonienſis Prior, ſcripſit contra octo Lutheranorum blaſphemias, De Fide, atque Operibus. De Purgatorio. Librum de libertate Chriſtiana contra Lutherum. Margaritam Philoſophiæ Moralis. Apologiam ad Cabalæ deſtructionem contra Ioan. Reuchlinum. Librum contra Sacerdotes concubinarios. Alia multa contra hæreticos. Quorum pleraque Coloniæ prodierunt an. 1525. Quo tempore ex hac vita deceſsit.

IACOBVS cognomento Hungarus, ſed natione Gallus, Ord. Prædicatorum, & Theologus edidit Gallica lingua quatuor Homilias de Sacris imaginibus, Pariſijs apud Nicolaum Cheſneau, an. 1564. cum an. 1563. in funere Franciſci Guiſij Ducis, qui lethali vulnere ab hæreticis vulneratus non ita multò poſt ſanctè obijt, orationem habitam in eadem Ciuitate emiſiſſet ex prelo AEgydij Corrozeti.

IACOBVS de S. Iacobo reliquit quæ manuſcripta habebantur in Germania apud quendam antiquiorem Dreſſerum, Concordantias minores Bibliorum. Speculum de Inſtitutionibus Clericorum. Tractatum de Pœnitentia. Alterum De officio Sacroſanctæ Miſſæ. Alium De pugna virtutum, & vitiorum.

IACOBVS Ianſonius Amſterledamenſis Theologiæ Louanij Profeſſor ſcripſit in ſacrum Miſſæ Canonem, quo S. R. Eccleſia per vniuerſum Orbem vtitur. Id Louanij prodijt an. 1596. item an. 1605. cum 4. libris de Liturgicis ſiue de ſacrificijs. Quin & ibidem an. 1597. in eadem Ciuitate ex typographia Ioan. Maſij, & Philippi Zangrij excuſa eſt eiuſdem expoſitio in Pſalterium, & Cantica, quibus per horas Canonicas eadem Romana Eccleſia vtitur. Dictio in hoc Scriptore commoda eſt: quæ, quòd ad ſcribendi rationem attinet, ferit medium: nimirum ne concißior, neúe laxior ſit, ſenſu nitens literali, reliquos non omittens. Atqui denique prodijt Commentarius eiuſdem in Canticum Canticorum Louanij apud Bellerum, an. 1603. Antuerpiæ, an. 1605.

IACOBVS Iunterbuck Germanus, Ordinis Cartuſiani, ſcripſit

De anno Iubilæi, lib. I.
De cauſis multarum paſsionum, lib. I.
De moribus Chriſtianorum, lib. I.
De triplici ſtatu hominum, lib. I.
Conſolationem malorum huius ſeculi, lib. I.
De modo ſeruandi Interdictum, lib. I.
Apologeticum Religioſorum, lib. I.
De cautelis diuerſorum ſtatuum, lib. I.
De cognitione ſecretorum, lib. I.
De veritate dicenda, vel tacenda, lib. I.
De cogitationibus, lib. I.
De contractibus, lib. I.
De malis huius ſeculi, lib. I.



Digitized by Google

De obedientia monachorum, lib.1.
De arte moriendi, lib.1.
De ſtabilitate monachorum, lib.1.
De refrænatione cogitationum, lib.1.
Soliloquium hominis ad animam, lib.1.
De arte curandi vitia, lib.1.
De ſeptem peccatis mortalibus, lib.1.
De eiſdem mentalibus, lib.1.
De poteſtate Dæmonum, lib.1.
De dignitate Prælatorum, lib.1.
De dignitate Sacerdotij, lib.1.
De obſeruantia mandatorum, lib.3.
De Sabbatho, lib.1.
De ſtatu ſecuritatis vitæ, lib.1.
De intentionis directione, lib.1.
De profectu vitæ ſpiritualis, lib.1.
De indulgentijs, lib.1.
Sermones varios, lib.1.
De bono mali, & remedio contra tentationes, lib.1.
De duabus Ciuitatibus Hieruſalem, & Babylone, lib.1.
Directorium Ordinis ſui, lib.1.
De confirmatione ſtatutorum Ordinis Cartuſienſis, lib.1.
De his qui frequenter, vel tardè celebrant, lib. 1.
Modus tentationibus reſiſtendi, lib.1.
Quæſtiones, & dubia pro religioſis vtilia.
De tentationibus, & conſolationibus religioſorum.
De planctu, & conſilio peccatorum.
Oculum religioſorum.
Formulam reformandi religiones collapſas.
Tractatum de bona voluntate.
De perfectione Religioſorum.
De virtutibus Religioſarum.
De Confeſsionibus.
De Sanctificatione Sabbathi circa molendina.
De inchoatione feſtorum, & De viatoribus & vectoribus.
Collationes capitulares ad morem Cartuſienſem.
Alias Collationes habitas (vt air) ſolemniter in Vniuerſitate Cracouienſi.
Collationes in cœtu Viſitationis.
De cruorib. in diuerſis locis repertis poſt Chriſti reſurrectionem.
De cruore in VVeſenato.
Quæſtionem, an bona temporalia monachi præſertim ſtrictiorem ordinē profitentis perſonam ſequantur, an non.
Igniculum deuotionis.
Colloquium hominis ad animam ſuam.
De contractibus ad redemptionem, & ad vitam.
De partitione redituum inter religioſos.
De dignitate Paſtorum, & cura Paſtorali.
De ſeptem ſtatibus Mundi dupliciter.
De habitibus acquiſitis, & infuſis, & de charitate.
De malo per omnes ſeculi ætates.
De comparatione religionum, & de requiſitis ad eas.
De cenſibus, & prouentibus monialium, & eorum receptionibus.
Auiſamentum ad Papam pro reformatione Eccleſiæ.
De ſtatu & officio Eccleſiaſticarum perſonarum.
De beneficijs Eccleſiaſticis, & erroribus circa beneficia ratione curiæ.
De actionibus, quantum ad malitiam & bonitatem.
De Theologia myſtica.
Solutiones quorundam dubiorum.
De poteſtate abſoluendi Cartuſianos.
De contractu reuenditionis, & emptionis.
De bono morali.
De erroribus & moribus Chriſtianorum.
De poteſtate dæmonū, & illuſionib⁹ eorum.
De reſtitutionibus iniuſtè acquiſitorum.
De ſtatu ſecuriori incedendi in hac vita.
De arcta & lata via.
De apparitionibus animarum ſeparatarum.
Speculum aureum Inſtitutionum ad beneficia Eccleſiæ.
De frequentatione Sacræ communionis.
Super quatuor libros Sententiarum.
De montibus Gelboe.
Sermones de tempore, & de Sanctis.
Paſsionem Domini ſecundū quatuor Euangeliſtas.
Deuotam meditationem eiuſdem.

Sermones:
- De animabus.
- De pœnitentia.
- De dedicatione.
- De Cœna Domini.
- De modo communicandi.
- De corpore Chriſti.
- De ſolutionibus.

Confeſsionale.
De votis.
De deſiderio moriendi.
De præparatione ad mortem.
De iudicijs Diuinis, & humanis.
Vtrum prælato omnia imputentur, quę ſubditus committit.
Quodlibetum fallaciarum humanarum.
Scrutinium Scripturarum. Claruit an. 1466.

IACOBVS Kaauius, ſcripſit veteris Teſtamenti Expoſitionem, Noui autē vberiorem: quæ extant m.s. inter eos Libros, qui Arabicè, atque Syriacè ſcripti, & Gregor. XI. Pont. Max. ſub terram defoſsi, oblati ſunt paucos ante annos Herbipolenſi Epiſcopo vænales.



Digitized by Google

IACOBVS item Kuchauius inter illos libros erat, prænotatus, De rebus mirabilibus Mundi.

IACOBVS Keraſtithus Presbyter Acronianus, edidit Monachij in Bauaria, an.1590. apud Adamum Berg, Apographum De vita & martyrio Trudperti Briſgoiorum Apoſtoli, qui ante nongentes amplius annos in Sylua Briſgoiæ Prouinciæ paſſus eſt, vbi & extat eiuſdem nominis Monaſterium.

IACOBVS Laingæus Scotus, Doctor Sorbonicus Pariſijs, ſcripſit De vita, doctrina, & obitu Martini Lutheri, & Ioannis Caluini, aliorumque hæreticorum, qui liber ex Gallico in Latinum ſermonem, & nuper in Germanicam linguam eſt verſus. Ingolſtadij anno 1582.

IACOBVS Latomus Belga, vir doctus, ac pius, qui viuebat an.1529. ſcripſit De Confeſsione ſecreta librum excuſum Baſileæ, an.1525. cum alijs quibuſdam. Scripſit præterea contra articulos Lutheri. Reſponſionem ad Libellum à Luthero emiſſum pro articulis damnatis à Theologis Louanienſibus. De primatu Pontificis aduerſus Lutherum. De varijs quæſtionum generibus, quibus certat Eccleſia intus & foris. De Eccleſia. De ratione obligandi humanæ legis. De Confeſsione ſecreta. Ad Helleborum Ioannis OEcolampadij Reſponſionem. De fide & operibus libellum. De monachorum Inſtitutis, votis, & obligationibus. De trium linguarum & ſtudij Theologici ratione dialogos duos. Pro dialogo de tribus linguis apologiam. Aduerſus librum Eraſmi De ſarcienda Eccleſiæ concordia. Confutationum aduerſus Gulielmum Tindallum, lib.3. De matrimonio. De quibuſdam articulis in Eccleſia controuerſis. Diſputationem Quodlibeticam tribus quæſtionibus abſolutam. Quæ omnia excuſa ſunt Louanij, an. 1550. apud Bartholomæum Grauium. Claruit an.1520. cum primas nouatorum, hoc eſt hæreticorum noſtri æui fraudes detexiſſet, atque impios conatus fregiſſet. Vide Myræum in prima Centuria Scriptorum Belgicorum.

IACOBVS Latomus iunior, Belga, elegiaco carmine tres ipſos Pſalmorum libros integros cum Threnis, & canticis felici carmine reddidit, vt Patruo ſuo Iacobo Latomo Theologo, (cuius & ſcripta omnia vno volumine edenda Louanij typis Bartholomæi Grauij curauit) non indignus cognatus fuerit, & hæres. Ad D. Petri Canonicus apud Grudios piuſque Sacerdos, ad decrepitam vſque ætatem perpetuò hilaris vixit. Obijt anno 1596.

IACOBVS Laudofilæus Ferrarienſis, ſcripſit de Ordine Seruorum Beatiſs. Virginis. Chronicon Seruorum.

IACOBVS Lauezolus. Vide infra in verbo, Iacobus Lebetius.

IACOBVS Lauſannenſis, ſiue (vt vocant) è Lauſanna, Theologus Pariſienſis, & Prouincialis Franciæ, deinde Epiſcopus Lauſannæ, magni Vir nominis, vt ingenij, atque pietatis, ſcripſit In Geneſim. In Exodum. In Leuiticum. In Numeros. In Deuteronomium. In Iob. In Prouerbia Salomonis. In librum Sapientiæ. In Eccleſiaſten. In Eſaiam. In quatuor libros Magiſtri Sententiarum. Sermones de Tempore, ac de Sanctis. Sermones item Quadrageſimæ. At pleraque iſtorum librorum extabant m. s. in Cœnobio DD. Ioannis, & Pauli, quod eſt Venetijs.

Sanè verò Lemouicis, quæ Ciuitas eſt in Gallia, prodijt olim, hoc eſt an.1528. è prelo Claudij Garnerij Opus Moralitatum ipſius, in duodecim libros diſtributum, quod concionatoribus eſt percommodum: idque adhuc in ſui Ordinis Conuentu, vt vocant, aſſeruabatur Inſulis, quæ eſt Belgij Ciuitas. At cum quoto anno ille vixerit non omnino ſit certum, Sixtus enim Senenſis ait eum claruiſſe, anno 1390. Auctor verò ſupplementi Chronici Dominicani inquit anno 1375. Alij verò referant ad an.1262. illud maiorem fidem facit, quod Antonius Senenſis Luſitanus ſcribit, vidiſſe in antiquis ſcripturis; quæ in Barchinonenſi Dominicanorum Conuentu aſſeruantur, eum Pariſijs an.1317. ad gradum licentiatus fuiſſe promotum. In Catal. Scriptor. ſui Ord.

IACOBVS Laudenſis, Ord. Minorum in Summa Angelica numeratur inter Summiſtas.

IACOBVS Lebetius, vulgò, *Lauezolus*, Ferrarienſis, Canonicus regularis Ord. Sancti Saluatoris, edidit librum De habitu Canonicorum, & pleraque Poëmatia. Viuebat Alphonſo II. tunc Ferrariæ Duce.

IACOBVS Ledeſma Hiſpanus, Theologus Societatis Ieſu, qui diu Theologiam in Collegio eiuſdem Societatis Romano profeſſus tandem an. Iobilæi Romano in Pœnitentiaria D. Petri, cui præfuerat, excipiendis Pœnitentium Confeſsionibus exhauſtus an. 1575. ex hac vita piè deceſsit, edidit Librum de non legenda Diuina Scriptura paſsim alijs

linguis, quàm Hebraica, Græca, Latina. De ſancto item ſacrificio Miſſæ niſi iiſdem linguis celebrando. Qui liber apud Geruinum Calenium prodijt Coloniæ, an. 1574.

Modum docendæ Chriſtianæ doctrinæ. Italicè. Qui Romæ fuit excuſus apud hæredes Antonij Bladi, anno 1573. Quæ illius Chriſtiana doctrina deinceps an. 1594. verſa in communem huius temporis Græcam linguam à Vincentio Caſtaniola eiuſdem Societatis edita eſt Romæ apud Aloyſium Zannettum, an. 1594. vt in Oriente, ac potiſsimum in Inſula Chio, vbi tum ipſe, tum alij noſtri eam vineam excolunt, poſsit eſſe vſui.

IACOBVS è Lende, quem ſuſpicor eundem eſſe, qui ſcriptus eſt ſupra, *Iacobus Laudenſis*, Ord. D. Franciſci reliquit Sermones tempore Aduentus Pariſijs ab ſe habitos, quos multi ex eius ore excipientes ſcripſerunt.

IACOBVS à Leocato, Siculus, Ord. Carmelitani, ſcripſit in Mag. Sentent. & Conciones Quadrageſimales, præter id, quod in Ariſtotelis Logica, & Metaphyſica reliquit. Num verò prodierint hæc in lucem, Petrus Lucius, qui de Carmelitanis Scriptoribus Catalogum texuit, ait ſe ignorare.

IACOBVS à Logenhagen edidit Annotationes in Epiſtolam D. Iacobi, quæ Louanij prodierunt an. 1572. Commentaria verò in Euangelium ſecundum Lucam è D. Auguſtini operibus collecta, Antuerpiæ excuſa fuerunt an. 1574. & 1577. apud Tilenium.

IACOBVS Lopes, Stunica, Hiſpanus, edidit Itinerarium ex Hiſpania Romam. Redargutiones aduerſus Eraſmum. Aſſertionem De Eccleſia. Corruptiones Eraſmi in Tranſlationibus. Enchiridion violatæ religionis. Varia in D. Scripturam contra Iacobum Fabrum. In Epiſtolas D. Pauli. Pariſijs apud Iacobum Reſch. an. 1522.

IACOBVS cognomento Magnus, dictus *Toletanus*, Ordinis S. Auguſtini, in veterum Theologorum lectione plurimū verſatus, cum vniuerſam fermè (vt tradunt Tritemius, Ambroſius Coranus, & Iacobus Bergomas) Scripturam ſacram annotationibus explicuerit, edidit quoque librum De Inquiſitione Diuinæ Sapientiæ, prænotatum, *Sophologium*, quod & characteribus antiquis fuit excuſum. Reliqua è S. Iacobi Bibliotheca Bononienſi ſui Ordinis fuiſſe ſublata ſcripſit Ioſephus Pamphilus, qui & meminit Quæſtionum in lib. Ariſtotelis de Anima, quas Patauij Iacobus ipſe ediderat, dum ibi publicè profiteretur, vti & vtriuſque Philoſophiæ Compendium Michaeli Epiſcopo Antiſiodorenſi dicatum; Quo ea, quæ ſpectant ad naturalium, & ſupernaturalium rerum cognitionem, facilè percipi poſſunt. Hic autem cum eſſet à ſecretis confeſsionibus Caroli VII. Galliæ Regis delectus Archiepiſcopus Burdigalenſis, Archiepiſcopatum recuſauit. Obijt Pariſijs, in Eccleſia S. Auguſtini ſepultus. Viuebat an. 1415.

IACOBVS Marines, Gallus, Auguſtinianus, ſcripſit aduerſus Lutheranos, vir doctus, & Franciſco I. Galliæ Regi percharus.

IACOBVS Maſſa, Ord. Minorum, ſcripſit hiſtoriam Montis Aluerniæ, qui pertinet ad Camaldulenſes in Italia. Henricus VVillot.

IACOBVS Mauritius, Cartuſiæ Pariſienſis monachus, è Latino, ætate noſtra, Gallicè reddidit librum Spiritualium Exercitationum. Librum Dionyſij Cartuſiani De conuerſione Peccatoris. Speculum Monaſticum Dacryani. Scripſit quoque volumen Sermonum, & alia. Viuebat an. 1602.

IACOBVS Mazonius Ceſennas, ſcripſit Methodum De triplici hominum Vita, Actiua, Contemplatiua, & Religioſa, libris tribus. Quæſtionibus autem quinque millibus centum, & nonaginta ſeptem diſtinctam. Ceſennæ Bartholomæus Rauerius excudebat an. 1577. Scripſit item de Concordia Platonis, & Ariſtotelis, quo in opere agnoſcit ingenuè, ſe nonnulla, in Methodo, triplici egere emendatione. Nos de illo in Apparatu ad Philoſophiam.

IACOBVS Merlinus Apologiam pro Origene conſcripſit. Citat hunc Sixtus Senenſis Annot. 131. lib. 5. Bibl. Sanctæ.

IACOBVS è Meuania, Ord. Prædicatorum, ſcripſit Librum De Saluatore noſtro. Alterum De Iudicio extremo. Obijt Meuaniæ an. 1301.

IACOBVS Mildendorpius Theologus, & I. C. Hiſtoriam Ariſteæ Ptolomæi Philadelphi Ægyptiorum Regis ad Eleazarum Pontificem Iudæorum Legati, De Scripturæ ſacræ per LXX. Interpretes tranſlatione, & de LXXII. Quæſtionibus, quas Rex ipſis propoſuit, ex manuſcriptis Græcis, atque Latinis Codicibus, & SS. Patrum libris diligenter reſtituit, & commentarijs illuſtrauit, Coloniæ apud Maternum Cholinum, an. 1578. Idem ſcripſit De Academijs Europæ: at denique Hiſtoriam De vita Cœnobiali, Coloniæ apud hæredes Cholini, an. 1602. Qua hiſtoria Religioſæ, & ſolitariæ vitæ originem, progreſsiones, incrementa, & naturam demonſtrat.



Digitized by Google

IACOBI Monachi Sermones quidam Græcè m.ſ. extant, in Conceptionem Beatiſs. Virginis. Iterum in eius Conceptionem,& Natiuitatem. In ingreſſum in Sancta Sanctorum, & εἰς τὴν ἔξοδον τοῦ ναοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς.

IACOBI Monachi in Aſſumptionem συλλῆψιν Beatiſsimæ Deiparæ, collectus ſermo ex Diuinis Scripturis, & De Hiſtoria duodecim Tribuum. Græcè m.ſ. in Bibliotheca Vaticana.

IACOBI Mylleri, alijs *Mulleri,* Ornatus Eccleſiaſticus,hoc eſt Compendium præcipuarum rerum, quibus Eccleſia exornari debet Latinè, & Germanicè, adiectis quarundam ſupellectilium figuris, an.1593. Monachij apud Adamum Berg.

IACOBVS Naclantus Florentinus, Ord. Præd. Clodienſis Epiſcopus, Opera in duos Tomos diſtincta reliquit, Quæ extant In Epiſt. ad Romanos. In Epiſt. ad Epheſ. Sacræ Scripturæ medullam, qua Chriſti, eiuſque Eccleſiæ myſteria in veteri olim lege varijs typis abdita explicantur in ſexdecim tractationes ſequentes diſtributam. Vide Michaëlem Poccianтium.

De exiſtentia,exiſtendique modo Chriſti Corporis in Sacramento.
De Communione Corporis, & Sanguinis Chriſti nobis præcepta.
De Summo Sacerdotio Chriſti.
De Auguſtiſsimo Regno Chriſti.
De Hierarchia Eccleſiaſtica.
De Epiſcoporum inſtitutione.
De Primatu Petri.
De auctoritate Papæ,& Concilij.
De Actis Concilij approbandis per Papam.
De Sacroſanctis Indulgentijs.
De Epiſcoporum reſidentia.
De Sacramento Matrimonij.
De præſtantiſsimo Miſſæ Sacrificio.
De irritandis clandeſtinis matrimonijs.
De quibuſdam Quæſtionibus circa arreptitios.
De quadam Quæſtione circa Montem pietatis.

***Secundo Volumine continentur hactenus non impreſſa.***

Theoremata Theologica 14. Theoremata Metaphyſica 16. & Naturalia 12. Item Tractatus de Alimento, & de eo, quod alitur. De ſenſili, & ſenſu. De regula à Philoſopho poſita in calce ſeptimi Phyſicorum. De creatione rerum. De animæ immortalitate. De rerum contingentia. De infinitate primi Motoris. Venetijs apud Iuntas anno 1567. Cum alibi pleraque ſeparatim fuiſſent edita: Quin & in Pſalm.90. eum ſcripſiſſe teſtatur Antonius dictus Senenſis ſed Luſitanus. Viuebat an.1560.

IACOBVS Neapolitanus, Auguſtinianus Theologus,& Concionator, ſcripſit in primum, & ſecundum Sentent. Quæſtiones diſputatas. Sermones quoſdam varij argumenti. Ioſeph. Pamphil.

IACOBVS Noguera, libros duos edidit De Eccleſia Chriſti Domini, Dilingæ, Docuit Viennæ.

IACOBVS Odo, Ord. Minorum S. Franciſci, ſcripſit Speculum Minorum, & Franciſcanorum. Extat Aſiſij, quæ Ciuitas eſt non procul Peruſio, in Cœnobio S. Mariæ de Angelis.

IACOBVS Oliua Abbas Fanæ, edidit De Inſtitutione Chriſtiana, Italicè. Venetijs anno 1571.

IACOBVS Orrhoita vnus ex ijs Scriptoribus Syriacè,ſiue Arabicè ſcriptis,qui feruntur Gregorij XI. Pontificis Max. quando Romam redijt Sedes Apoſtolica, fuiſſe conditi, ſiue defoſsi, qui noſtra ætate fuère propoſiti vænales Epiſcopo Herbipolenſi, quemadmodum mihi ſcripſit noſter Nicolaus Serrarius Sacræ Scripturæ Moguntiæ Profeſſor. Porrò hunc D. Iacobum Orrhoitam laudat Moyſes Barcepha, noſtrique æui Scriptores haud contemnendi.

IACOBVS Oſana, ſiue *de Oſana*, Ord. Prædicat. qui obijt an.1314. plures in Sanctam Scripturam libros fertur conſcripſiſſe. At etiam Sermonum complurium ab eo relictorum meminit F. Ioannes de Cruce, lib.4. cap.31. ſui Chronici.

IACOBVS Pamelius Canonicus Brugenſis,qui poſtea fuit Epiſcopus in Belgio,Theologus Louanienſis, edidit Micrologum de Eccleſiaſticis obſeruationibus,quem Antuerpiæ Plantinus excudit.Scripſit etiam Catalogum Commentatorum veterum ſelectiorum in vniuerſa Biblia, editum cum Caſsiodori libro Inſtitutionis Diuinarum Lectionum, Antuerpiæ apud Plantinum.Item Annotationes in Cyprianum,quæ operibus illius ſparſim interiectæ ſunt. Antuerpiæ in Officina Stelſij 1568. Eiuſdem Liturgica Latinorum duobus Tomis digeſta, hoc eſt de ritu Sacrificij Miſſæ à Chriſto, Apoſtolis, & Patribus obſeruatæ. Cum Ambroſianis Collectis, Miſſa, Præfationibus, ac Miſſa Moſarabæ, in

Hiſpanijs vſitata. Colon. Geruinus & hæredes Quentel. 1571. Scholia eruditiſſima in Tertullianum, quæ primò Pariſijs prodierunt. At vide in verbo, Latinus Latinius; ſed & imprimis in verbo, Tertullianus. Librum de Religionibus diuerſis non admittendis in vno aliquo vnius Regni, Monarchiæ, Prouinciæ, Ditionis, Reipub. aut Ciuitatis loco. Ad Ducem Parmenſem Alexandrum. Viuebat an. 1589.

Sixt. Senenſ. IACOBVS Paniſcotius, alijs *Panis Coctus* Malfetanus, ſiue *Melfitenſis* ſiue *Amalphitanus*, Ord. Minorum, ſcripſit in Pſalmum 14. Interlocutoribus Dauide, & Salomone, hoc interrogante, altero reſpondente. Incipit, *Cum Cælorum ambitus.* In Decalogum, qui liber prodijt Venetijs apud Cominum de Tridino, an. 1556. At antea in articulos fidei. Venetijs apud Aurelium Pintium, an. 1535. Viuebat an. 1550.

IACOBVS de Paradiſo, Theologus, Ord. Cartuſiani, Tractatum reliquit De animabus à corporibus exutis. Alterum De veritate dicenda, aut tacenda. Collationem pro Diuinæ ſcientiæ commendatione. Lecturam ad primum, & ſecundum lib. Sententiarum.

IACOBVS Paſſauantius Florentinus, Ord. Prædicatorum, lingua Etruſca Speculum pœnitentiæ ſcripſit: quod cum priore editione minus emendatum prodijſſet, poſteriore recognitum ex alijs exemplaribus excuſum eſt, apud Petrum Marinellum, Venetijs an. 1586. Scripſit quoque in libros D. Auguſtini. De Ciuitate Dei, & in Commentarios Thomæ (vt vocant) de Valois, ſeu Valeſij, quorum meminit Ludouicus Viues. Vide item Michaëlem Pocciantium. Obijt Florentiæ an. 1357.

IACOBVS à Payna Luſitanus edidit an. 1564. Orthodoxas explicationes omnium ferè de religione Capitum, quæ ab hæreticis controuertuntur, in quibus præſertim Martini Kemnitij calumniæ refutantur.

IACOBVS Perez, ſiue *Pereſius,* Valentinus, Hiſpanus, dictus *de Valentia,* Chriſtopolitanus Epiſcopus, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit in Pſalterium Dauidis. In Canticum Canticorum Salomonis. In Canticum Zachariæ, & Simeonis. Quin & in Canticum Beatiſſimæ Virginis. In Canticum, Te Deum laudamus. Contra Iudæos. Editus autem eſt emendatior apud Florauantem à Prato, Venetijs an. 1586. Quin & quæſtionis finalis Diſcuſſionem de Chriſto Domino Reparatore humanæ naturæ. Quæ item Pariſijs, & Lugduni ſunt edita. Vide in verbo, Iacobus de Valentia.

IACOBVS Perronius Epiſcopus Ebroicenſis. Vide in verbo, Iacobus Dauy.

IACOBVS Peruſinus à Valdeuia De ſacra ratione cócionandi librum emiſit Antuerpiæ apud Petrum Bellerum, an. 1598. At alter Iacobus Peruſinus Ord. Præd. qui viuebat an. 1263. (ni mendum ſit in numero) Sermones perutiles reliquit, vt inquit Antonius Senenſis, Luſitanus.

IACOBVS Philippus Foreſtus, Bergomenſis, Auguſtinianus, edidit Opus hiſtoriarum ab initio mundi vſque ad annos 1436. quod prænotauit *Supplementum Chronicorum, lib. 15.* Quod quidem emendatum prodijt Pariſijs, addita acceſſione hiſtoriarum. Sed & Interrogatorium eiuſdem excuſum fuit olim Venetijs. Et de claris mulieribus Chriſtianis ad Beatricem Aragoniam Hunnorum, & Boëmorum Reginam. Incipit, *Scripſimus iamdudum Sacratiſſima Regina.* Viuebat an. 1494.

IACOBVS Philippus alter à Superiore, Theologus, Profeſſor in Gymnaſio Friburgenſi, ſcripſit De Reformatione Sacerdotum, & Sermones ad Populum habitos. Eiſingr. Viuebat an. 1494.

IACOBVS Picolhomineus Senenſis, Card. Papienſis, elegantes, & eruditas, nec ſine pietate, Epiſtolas ſcripſit, quæ Mediolani an. 1521. fuerunt excuſæ.

IACOBVS Pictouienſis, forſan *Pictauienſis,* Ord. Minorum, edidit Sermones. Henr. VVillot.

IACOBVS de Plebe Ord. Seruorum. Scripſit Catalogum Illuſtrium Scriptorum Ordinis Carmelitarum.

IACOBVS Pontanus Societatis Ieſu Sacerdos, poſt Germaniæ iuuentutem à ſe per multos annos in bonis Artibus, ac pietate excultam, poſt item plures libros perutiles, & dialogos editos ſpectantes ad eloquentiam, atque Poëſim, qui omnes cum ſumma eruditione pietatem ſpirant, edidit à ſe è Græco verſum in Latinam linguam Ioannem Cantacuzenum Conſtantinopolitanum, qui quatuor libris bella inter Imperatorem Andronicum Auum, & Nepotem, geſta elegantiſſimè deſcripſit. Quin & idem Iacobus Pontanus Latinè è Græco reddidit Simeonem Iuniorem Theologum, qui de moribus Chriſtianis, ac Monaſticis egit Orationibus vigintitribus, & alia, de quibus Vide in verbo, Simeon iunior. Ingolſtadij apud Adamum Sartorium, an. 1603.

IACOBVS Presbyter cognomento Sapiens. Vide in verbo Iacobus Sapiens.



Digitized by Google

IACOBVS Rabus, Theologus Bauaricus, edidit ad Ioannis Sturmij Antipappos amicam *συζήτησιν*, quæ prodijt Ingolſtadij. Quin & ſcripſit ſuccinctam (vt vocat) Velitationem aduerſus Theſes publicè diſputatas Argentinæ contra ſacra Reliquiarum miracula. Vide autem in verbo, Ioan. Iacobus Rabus, qui & plura Catholicè ſcripſit, & idem cum hoc Iacobo Rabo eſſe videtur.

IACOBVS Raymundi, è Gauio, quod eſt Oppidum in Ora Lyguſtica, Theologus, Ord. Carmelitanorum, à Petro Lucio, qui de Scriptoribus eius Ord. Catalogum texuit, fertur ſcripſiſſe in aliquot Geneſeos capita: In D. Pauli Epiſt. ad Epheſios. In Pſalmum, *Benedic anima mea Domino*. In ſecundum librum Magiſtri Sententiarum. Orationes plures. Quarum vnam ſe vidiſſe idem inquit Petrus Lucius doctiſsimam, & Romæ excuſam, quam habuit cum eius Ordinis Generalis renunciaretur Ioan. Baptiſta Caffardus.

IACOBVS Regienſis, Italus, Ord. Carmelitani, reliquit Sermones Quadrageſimæ; & pleraque Carmina, quæ iam vix extant. Vixit an. 1460. Idem Petrus Lucius, qui ſupra.

IACOBVS Roſsius Florentinus, Ord. Seruorum, Theologus, reliquit Indroductionem ad Euangelia totius anni. Cuius Introductionis Archetypon aſſeruari in Bibliotheca Florentina eiuſdem Ord. ſcribit Michaël Pocciantius in Catalogo Scriptorum Florentinorum.

IACOBVS Ruffus Gallus, Eques, & Dominus de Buyſſon, librum edidit quem inſcripſit, *Breue ſcutum inuiolabilis libertatis Perſonarum, & rerum Eccleſiaſticarum*. Pariſijs apud Nicolaum Cheſneau, an. 1576.

IACOBVS Sadoletus, Mutinenſis, Epiſcop. Carpentoractenſis, & S. R. E. Card. vir doctiſsimus, ſcripſit De pueris rectè, ac liberaliter inſtituendis. Extant eiuſdem De laudibus Philoſophiæ, liber. De Regno Vngariæ ab hoſtibus Turcis oppreſſo, & capto Homilia. Oratio adhortatoria de bello Turcis inferendo ad Ludouicum Galliarũ Regem. Commentariorum in Epiſtolam ad Romanos libri tres, Lugduni apud Gryphium (qui & alia pleraque eius Opera excudit) an. 1536. Interpretatio eius in Pſalmos, *Miſerere mei Deus, & Deus vltionum, &c.* Item Hom. 2. Altera de morte Frederici Fregoſij Cardinalis. Altera de Vngaria à Turcis capta. Epiſt. ad Ioannem Sturmium. De emendatione Eccleſiæ Epiſt. ad S. P. Q. Geneuenſem, qua in obedientiam Roman. Pontificis eos reducere conatur. Eius quoque Epiſtolarum, lib. 16. ad Paulum Sadoletum Epiſtolarum, lib. 1. prodierunt Lugduni à Gryphio, an. 1550. Adiecta eſt eiuſdem Vita per Antonium Florebellum. Sadoletus autem in Catalogis Scriptorum in iure citatur, ſuper tit. de Confeſsis. Eiuſdem poëmata Curtius, & Laocoon excuſa ſunt, vti & eiuſdem Philoſophicæ conſolationes & meditationes in aduerſis. Viuebat an. 1530.

IACOBVS Sanazarius nobilis Neapolitanus, qui & Actius Syncerus, Parthenopæus, ſcripſit verſu heroico De Partu Virginis pereleganter. Vide noſtram Poëticam vbi de illo in 17. lib. noſtræ Bibliothecæ Selectæ. Operis initium eſt. *Virginei partus, magnoq; æquæua parenti.* Vixit an. 1530.

IACOBVS cognomento Sapiens, Nizibenæ nobilis Perſarum modo Ciuitatis Epiſcopus, vnus ex numero ſub Maximiano perſecutore Confeſſorum fuit, & eorum, qui in Nycæna Synodo Arianorum peruerſitatem oppoſitione damnarunt. Hunc virum B. Hieronymus in libro *χρονικῶν* velut magnarum virtutum hominem nominans, in Catalogo Scriptorum Illuſtrium, cur non poſuerit, facilè excuſabitur, ſi conſideremus, quòd ipſos tres, vel quatuor Syros, quos poſuit, & interpretatos in Græco ſe legiſſe teſtetur; vnde conſtat, cum illo tempore ignoraſſe Syram linguam vel literas, & ideo hunc, qui necdum verſus erat in aliam linguam, neſciſſe Scriptorem. Comprehendit autem omne Opus ſuum vigintiquatuor libris. Hieron. Genn. in Catal. Honor. An. Chriſti 330. Trit.

1 De Fide.
2 Contra omnes hæreſes.
3 De charitate generali.
4 De dilectione erga proximum ſpeciali.
5 De Ieiunio.
6 De Oratione.
7 De Reſurrectione.
8 De vita poſt mortem.
9 De Humilitate.
10 De Patientia.
11 De Pœnitentia.
12 De Satisfactione.
13 De Virginitate.
14 De ſenſu animæ.
15 De acino benedicto, pro quo in Eſaia legitur, *non eſt exterminandus botrus.*
16 De Circunciſione.
17 De Chriſto, quòd filius Dei ſit, & conſubſtantialis Patri.
18 De Caſtitate.
19 Aduerſus gentes.
20 De conſtructione Tabernaculi.
21 De gentium conuerſione.

22 De Regno Perſarum.
23 De perſecutione Chriſtianorum.
24 Compoſuit & Chronicon minoris quidem, quam Græcorum curioſitatis, ſed maioris fiduciæ: quia Diuinarum Scripturarum tanta auctoritate conſcriptum comprimit ora eorum, qui præſumptuoſa ſuſpicione de Aduentu Chriſti, vel Domini noſtri inaniter philoſophantur.

Moritur hic vir Conſtantij temporibus, iuxta præceptum patris eius Conſtantini, intra muros Vrbis Nizibenæ ſepelitur, ob cuſtodiam videlicet Ciuitatis, quod ſecundum fidem Conſtantini euenit. Nam poſt multos annos ingreſſus Iulianus Vrbem; & vel gloriæ ſepulti incidens, vel fidei Conſtantini, cuius ob id domum perſequebatur, iuſsit efferri de Ciuitate S. Corporis reliquias, & poſt paucos menſes conſulendæ licet Reipublicæ cauſa, Iouianus Imperator, qui Iuliano ſucceſſerat, tradidit Barbaris Ciuitatem, quæ vſque hodie Perſarum ditioni cum finibus ſuis ſubiecta ſeruit. Hæc omnia Gennadius. At Codex excuſus teſtatur hunc ſcriptorem comprehendiſſe omne Opus ſuum libris 25. cui & m.s. Cod. Gemblacenſis ſuffragatur: aliqui Cod. habent 26. ſed recenſent alij 24. Tritemius item habet 25. quos & enumerat: ſed ille Cod. vitio deceptus, ex vno libro duos fecit. Ille enim liber, quem verbis Eſaiæ tribuit, planè idem eſt cum eo, quem tribuit Azimi benedictioni: Quod quidē eſſe verū facilè deprehendet, quiſquis animaduerterit, pro *Azimi* hic legendum eſſe *Acini*. Sic enim in manuſcriptis Cod. Gemblacenſi, & Affliginienſi, & Viridis Vallis, & Sigebergenſi expreſsè legitur. Et de Acini benedictione verba extant apud Eſa. cap. 65. *Et Botri mentio.* & *Acinum* hic legi oportere ſatis euidenter arguit; Græcus enim Contextus ita ſe habet: ὃν τρόπον εὑρηθήσεται ὁ ῥῶξ ἐν τῷ βότρυϊ, καὶ ἐροῦσι μὴ λυμήνῃ αὐτὸν, ὅτι εὐλογία ἐστὶν ἐν αὐτῷ, vbi ὁ ῥῶξ Acinum vuæ ſignificat, in quo benedictio eſſe dicitur: paulò inferius De *Aduentu Chriſti*; Sigeberg. legit *Antichriſti*, hæc Suffridus Pet.

IACOBVS Sarugius Orationes fertur ſcripſiſſe De eiecto Adamo, De Chriſti Domini Paſsione, atque Aſcenſione. Et quidem Arabicè, ſiue Syriacè ſcriptus apparuit paucos ante annos inter libros, qui propoſiti fuere vænales Epiſcopo Herbipolenſi, vti non ſemel diximus ſupra.

IACOBVS Sbrozzius V.I. Doctor de Vicarij Epiſcopi Officio & poteſtate Tractatum edidit Venetijs apud Robertum Meiettum, an. 1606.

IACOBVS Schepperus commendatur à Sixto Senenſi, quòd Diuinæ Theologiæ profeſſor egregius, & Declamator facundus, Conciones ad populum Vrbis Tremouiæ habuerit ſuper Euangelia, quæ ſingulis diebus feſtis tam de Sanctis, quàm de tempore leguntur: quos poſtea (ſubdit idem Sixtus) ipſemet Scepperus, eleganti methodo, ſtyloque ſuccinctiſsimo conſcripſit, & in tres Tomos redegit. Quibus etiam inſeruit Conciones ſuper Euangelia, quæ in ſextus ferijs totius Quadrageſimæ recitantur, & Conciones Catechiſticas. At Sixtus haud forſan videre potuit eiuſdē Schepperi Monomachiam Dauidis, & Goliath; neque verò adhuc proſcripta erat, quemadmodum poſtea fuit. Vide Indicem Romanum Librorum prohibitorum à Clemente VIII. Pont. Max.

IACOBVS Scalza Vrbeuetanus, quæ Ciuitas eſt in Ditione Pont. Max. Ord. Præd. vtiles Sermones prædicabiles ſcripſiſſe dicitur ab Ant. Senenſi, qui etiam inquit eum claruiſſe, an. 1262. ſed puto mendum in numero.

IACOBVS Seuertius, Theologus Pariſienſis edidit, De multiplici Anathemate Iuris æquiualente, librum, in quo profitetur ſe exactiſsimè Canonum, atque Summariorum, Doctorum ſententias circa Tractatus De excommunicatione aperuiſſe, nomine recentioris controuerſiæ Generalis ad vniuerſalem Eccleſiam pertinentis. Pariſijs apud Nicolaum Bonum, an. 1602.

IACOBVS Senenſis in Chronico, Ord. Seruorum Beatiſs. Virginis, ſcripſiſſe fertur Dominicale, & Sanctuarium, ſiue Conciones diebus Dominicis, & Sanctorum habitas, eaſque inſignes.

IACOBI Siluiani Auſtriaci Philippica in Anonymum quendam Prędicantem qui Societatem Ieſu mendacijs onerauit. Ingolſtadij apud Ioannem Hertzroij.

IACOBVS Simanca Pacenſis, Epiſcopus in Hiſpania, Vir doctiſsimus, cuius extant ſequentes libri. Collectaneorum de Republica libri nouem, ex illuſtribus Theologis, Legumlatoribus, Iuriſconſultis, Philoſophis, Poëtis, Hiſtoricis, alijſque bonarum artium peritis collecti. Venetijs apud Bologninum, anno 1569. In tertia huius Operis editione adiecti ſunt ab Auctore plus quàm mille loci memorabiles. Antuerpiæ apud Plantinum, an. 1579. Eiuſdem Praxis hæreſeos, ſiue Enchiridion Iudicum violatæ religionis. In qua perſpicuo ordine, ſingularique doctrina, hæreſeos materia tractatur. Venetijs apud Iordanum Zilletum 1568. Eadem Praxis denuò excuſa eſt Venetijs, & Antuerpiæ 1573.

additis

additis duobus Opuſculis, Annotationibus in Zanchinum cum Animaduerſionibus in Campegium. Item De dignitate Epiſcopali. Eiuſdem de Catholicis Inſtitutionibus liber ad extirpandas hæreſes, Romæ an. 1579. prodijt. ſed & extat inter Tractatus Iuris, qui poſtea Venetijs recuſi ſunt Tomo 7. p. 2. fol. 119.

IACOBVS Soldius Florentinus, Ord. Seruorum, ſcipſit in Danielem Prophetam quãuis huius Operis non meminerit Michael Pocciantius. Poſtillam in Euangelia Dominicalia Sermones in laudem Sanctorum. Librum de Peſte, quæ tunc graſſabatur. Alterum De ſanite conſeruanda. Obijt Florentiæ an. 1440.

IACOBVS à Spinello, Ord. Minorum, ſcripſit in quatuor libros Mag. Sent. & in vniuerſa Biblia. Franc. Gonzaga.

IACOBVS Sprenger, Germanus, Ord. Fratrũ Præd. Prouincialis Colonienſis, qui etiã fuit Inquiſitor hæreticę prauitatis, ſcripſit volumen contra maleficas, quod vocauit *Malleum maleficarum*, in lib. 3. diſtinctum, quibus concurrentia ad maleficia, maleficiorum effectus, remedia aduerſus maleficia, & modus procedendi, ac puniendi maleficos abundè continẽtur, qui denique à Fratre Raphaele Maffæo illuſtratus prodijt Venetijs, an. 1579. Scripſit item Volumen, quo complexus eſt Inſtitutionem, approbationem, Miracula Indulgentias S. Roſarij B. Virginis. Vixit an. 1494.

IACOBVS Stralen Germanus, qui vixit anno Do. 1490. Scripſit in D. Ioan. Apocalypſin.

IACOBVS Sirocius ſcripſit tractatum de Officio & poteſtate Vicarij Epiſcopi cum eiuſdem àdditionibus apud Societ. Venetam an. 1605.

IACOBVS Suarez à S. Maria, Luſitanus, Ord. Minorum, Conciones in tria prima Apocalyſis capita edidit, ſex item Sermones diebus Dominicis Aduentus, ac feſtis Conceptionis Beatiſs. Virginis, & Natiuitatis Domini, nouiſſimè autem duos ſermones. Vnum S. Stephan. prothom. Alterum de S. Ioan. Euangeliſta. apud Horatium Cardonem, Lugduni in Gallia. an. 1605.

IACOBVS Suedericus, Ord. Minorum, Cuſtos Miſnenſis, ſcripſit De origine Religioſorum. Viuebat an. 1439. Henr. Villot.

IACOBVS Suzatus, ſiue è Suzato, Ord. Præd. Inquiſitor hæreticæ prauitatis, dum demoraretur in ſui Ordinis Cœnobio Colonienſi, ſcripſit

Duos ſat grandes libros in Librum Sapientiæ Salomonis.
In Epiſt. D. Pauli ad Titum, & ad Hebr.
Librum De Conceptione B. Virginis.
In Quatuor libros Mag. Sent.
De hora Mortis Chriſti Domini, librum.
Alterum De origine, atq; vnitate Eccleſię.
Collationes breues Latinas.
Chronicon Ordinis Dominicanorum.
De Sacroſanctæ Miſſæ ſacrificio, librum.
Priuilegia ſui Ordinis digeſſit in Ordinẽ, additis quibuſdam defenſionibus.
Mappam Mundi.
Diſtinctiones breues, & longas de arte colligendi.
Vixit circa an. 1415. PP. Mon. Ord.

IACOBVS è Teramo Canonicus Aprutinus, qui (puto) deinceps Auerſanus in Regno Neapolitano fuit Archidiaconus, ſcripſit De Pót. Max. Monarchia librum, quẽ inſcripſit *Monarchialis*. Dialogum De Redemptione generis humani, quem prænotauit *Conſolatio peccatorum*. Alium in Clementinas. Vixit an. 1385. Eiſingr.

IACOBVS Textor Senenſis, Ord. Min. Sermones quoſdam edidit, quorum eſt initiũ, *Necdum erant abyſſi*.

IACOBVS è Theſſalonica, Ord. Præd. Opus inſigne compoſuit De moribus hominũ, Deq; Officijs nobilium, ac popularium, argumento ſumpto è Scacchorum ludo. Id in quatuor libros diſtribuit. At & Sermones conſcripſit. Quoto autem tempore vixerit, nec Antonius Senenſis Luſitanus, nec alij meminerunt.

IACOBVS Traiectanus. monachus Oliuetanus, edidit Tractatum De modo viſitãdi, & corrigendi ſubditos. De modo item inquirendi in eorum (vt vocat) defectus. Brixiæ apud Angelum Britannicum, an. 1500.

IACOBVS Tribeſcus, Brixianus, Canonicus Regularis Lateranenſis, Reſponſiones ad mille quæſita in omni ferè facultate edidit ex omnib. D. Aurelij Auguſtini libris excerptas, & in vnum congeſtas. Venetijs, apud Antonium Ferrarium, ann. 1583. Extant autem Brixiæ in Bibliotheca Sanctæ Afræ, manuſcripta colloquia Angelica. Colloquia in Epiſtolam D. Pauli ad Romanos. Paraphraſis Latina in eandem Epiſtolam ad Romanos eiuſdem Auctoris.

IACOBVS à Triſanto, Ord. Minorum. Scripſit duodecim Quadrageſimalia: Multos

item Sermones tam qui dicuntur Dominicales, quam De Tempore,& de Sanctis. Franciſcus Gonzaga.

IACOBVS è Varagine Lygurum Oppido, Archiepiſcopus Genuenſis, Ord. Præd. Diuina Volumina primus omnium in Italicam linguam ſumma fide ac diligentia (vt putat Sixtus Senenſis) transfudit. Sed vide, quę nos in verbo, Biblia, de hac verſione ſcripſimus. Porrò vſque ad ſua tempora deduxit Genuenſium Chronica. Sermones quoque de Beatiſs. Virgine,& alios. In Opuſcula item Auguſtini lucubrationes quaſdam elaborauit. Floruit an. 1290.

Sed & Sermones tum Dominicales, tum de Sanctis per totius anni circulum, homiliæ quoque Quadrageſimales, in lucem editæ ſunt emendatiores. Venetijs anno 1575. & 1579.

Porrò Raphael Volaterranus ſcribit Iacobum è Varagine redegiſſe in Compendium Commentarios magnos Gulielmi Peralt De vitijs,& virtutibus.

IACOBVS Veldius, Ord. D. Auguſtini, vir doctus,& Theologus, cuius hæc prodierũt.
Tabulæ compendioſæ in Euangelia, & Epiſtolas Quadrageſimæ Louanij, an. 1565. & Venetijs an. 1566.
Paraphraſtica enarratio Euangeliorum, quæ ſacro Quadrageſimæ tempore populo ſolẽt proponi. Antuerpiæ ex Officina Chriſtophori Plantini, an. 1570.
Paraphraſtica enarratio in Paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti. Antuerpiæ apud Plantinum, an. 1570.
Commentarius in Epiſtolas, quę ſacro Quadrageſimæ tempore fidelibus ſolent proponi. Louanij an. 1573.
Commentaria in Danielem Prophetam pro Cõcione explicatũ. Antuerpiæ apud Ioannẽ Bellerum, ann. 1576. & apud Antonium Brechtanum. Sed & ann. 1602. eiuſdem recuſæ fuerunt Commentaria, & Conciones in Danielem cum Chronologia ad intelligenda Ieremiæ, Ezechielis, & Danielis Vaticinia, ex Volumine de ſeculis Benedicti Ariæ Montani apud Bellerum.

IACOBVS Viccius, Vangrouecenſis, Polonus, Theologus Societatis Ieſu, aduerſus hæreticos noſtri temporis varia Polonicè edidit nimirum Tractatum de Sacrificio Miſſæ. Alterum De Purgatorio. Alium contra Confeſſionem Sendomirienſem, quæ ab hæreticis prodijt. Preces item horarias Beatiſſimæ Virginis in linguam Polonicam vertit, vrgentibus pijs Polonis, idque exigente neceſſitate, quæ ex cantillatione hæreticorum hymnorum in animos ſimplicium imminebat, quod quidem etiam conceſſu S. Sedis Apoſtolicæ eſt factum. Vetus deinde, ac nouum Teſtamentum è vulgata Latina editione Polonica fecit mandante Gregorio XIII. Pont. Max. & approbante Clemente VIII. Pont. Max. quæ Cracouiæ fuerunt excuſa,& ea quidem verſio fuit perutilis, & neceſſaria, reſtinguendis eorum erroribus, qui ex falſa nouorum Arianorum, & aliorum hæreticorum verſione paſſim ſerpebant. Edita verò eſt apud Lazarum Cracouiæ, anno 1599. Poſtillam item Polonicam duplicem, vnam vberiorem, alteram breuiorem ſuper Euangelia totius anni, quibus tum peccata, tum hæreſis, quæ peccatorum eſt pœna, accuratiſſimè refellatur. Poſtillam autem hanc Bohemicè Andreas Modeſtinus noſter edi curauit.

IACOBVS Viterbienſis, Ord. Auguſtiniani, *Speculatiuus* doctor appellatus, qui Lutetiæ Theologiam docuit, Neapolitanus Archiepiſcopus, ſcripſit ad Clem. V. Pont. Max. De Regimine Chriſtianitatis, lib. 2. qui Romæ extant in Bibl. Vaticana. In Magiſtrum Sententiarum, lib. 4. Sermones varij argumenti, lib. 1. qui aſſeruantur Romæ in Bibl. Canonicorum Sancti Petri. Quæſtiones De Prædicamentis in Diuinis, li. 1. Et Quodlibeta quatuor Pariſijs diſputata, lib. 1. qui potiſſimum in Bibliothecis Ordinis, Romæ, ac Mediolani aſſeruantur.

IACOBVS è Vitriaco, primum Achonenſis, deinde Tuſculani Epiſcopus, & S.R.E. Cardinalis, Sediſque Apoſtolicæ in Terra Sancta, in Imperio,& in Gallijs, olim Legatus, & cuius Vitam nouiſſimè ſcriptam, & maxima ex parte collectam ex Thoma Cantipratenſi, edidit Andreas Hoius Brugenſis, Regius Græcæ litteraturæ apud Duacenſes profeſſor, quæ vita præfixa eſt libris duobus hiſtoriæ Orientalis, ſiue Hieroſolymitanæ, & Occidentalis eiuſdem Iacobi de Vitriaco, quæ penè quadringentos annos manuſcripta delituit, plura ſcripſit, quàm quæ Tritemius enumerat. Nimirum, hanc quam diximus Hiſtoriam, ex Officina Typographica Balthaſaris Belleri emiſſam primò Duaci, an. 1597. cum animaduerſionibus eiuſdem Andreæ Hoij. Librum vnum contra Sarracenos. De vita B. Virginis Mariæ Oegniacenſis ex Vrbe Niuigella progenitæ, duos libros (non tres vti puta-

putauit Tritemius,)quibus tertium adiecit Thomas Cantipratenſis. Librum Epiſtolarũ ad diuerſos. Magnum (cuius non meminit Tritemius) Volumen Sacrarum Concionum in ſingulos totius anni Dominicos dies,adſignatis cuique tribus Concionibus,vna ex introitu Miſſæ,altera ex Epiſtola,tertia ex Euangelio. Quod Opus edidit Damianus à Ligno Theologus Ord. Præd. qui teſtatus eſt ſe vidiſſe eiuſdem Auctoris Sermones de Sanctis,& alios quoſdam.Sanè ex Concionum volumine qualis, quamque perſpicuus Diuinæ Scripturæ interpres fuerit, intelligitur. Anno 1575. Antuerpiæ apud hæredes Io. Stelſij.

Porrò in Hiſtoria,de qua ſupra locuti ſumus,vitam,doctrinamque Mahometi oſtendens ponit ob oculos,quam fœda fuerit. Vbi tamen obſeruandum eſt,quod ille ait. Mahometum parum ante tempora B. Gregorij Magni regnante Heraclio doctrinam ſuam abominabilem inuexiſſe partim prædicatione,partim armis,erraſſe in ratione temporũ, ſiue Chronologia.S.enim Gregorius Magnus,quod adnotat ipſe Hoius ann. Chriſti nati 590. Pontificatum ſuſcepit, & geſſit ſub Mauritio, & Phoca Impp. ann. 13. menſes 6. dies 10.

Phocas autẽ eidem multis annis ſuperſtes,cui Heraclius ſucceſſit. Neque ante B. Gregorij tempora Mahometus fuit qui anno 600.natus ſit. Veritati tamen eſt affine,regnante Heraclio Mahometum ſui erroris peſtem ſparſiſſe , cum Arabes , & Mahometani ab hac Hegira, cuius initium fuerit anno Domini 621. quo homo perditionis ille iura , & leges dare cœpit, annos ſuos numerent. Vide Annales Baronij Cardinal. ſub eoſdem annos.

IACOBI Viuarij Redemptio noſtra Comædia noua, in qua oſtenditur afflictos eſſe maiorem conſolationem conſecuturos.Antuerpiæ an.1580.

IACOBVS Vngarellus Patauinus, Ord. Min. ſcripſit additiones ad Summam Angelicam,quæ prodierunt Venetijs an.1569.

IACOBVS Vvimphelingus Sletſtatenſis presbyter Eccleſiæ Spirenſis,ſcripſit Ad Bertholdum Archiepiſcopum Moguntinum,Elegiaco verſu,De triplici candore,in laudem Beatiſſimæ Virginis. Laudes Spirenſis Eccleſiæ. De Spiritu Sancto. Extat eius etiam Soliloquium pro pace Chriſtianorum liber impreſſus.De nuncio Angelico Carmen heroicum. Ad Philippum Comitem Palatinum,Carmen item Heroicum. Ad Ludouicum eius primogenitum Elegia,quæ prodiere an.1494. Scripſit item Sermonem ad iuuenes , qui ſacris initiantur;impreſſum apud Heruagium. Adoleſcentiam,Opus egregium,continẽs præcepta ad mores ingenuè formandos,partim ab ipſo Auctore ſcriptam, partim ex varijs,& optimis Scriptoribus quinquaginta numero collectam,& in locos digeſtam. Quã idem Heruagius edidit an.1514.Epitomen rerum,ſiue Imperatorum Germaniæ, cũ Vuitichindi Saxonis hiſtoria,& alijs pluribus. Idem ſcripſit excuſationem ad Iulium II. Pótificem Max. petentibus hoc Auguſtinianis, quòd ſcripſerit Auguſtinum non fuiſſe monachum,aut fratrem mendicantem.Librum De vita,& moribus Epiſcoporum,aliorumque Prælatorum, & Principum, excuſum Argentinæ,an.1512. De hymnorum,& ſequentiarum auctoribus, generibuſque Carminum, quæ in hymnis inueniuntur. Poſtillam breuem in Smbolum Athanaſij.Prothimologiam de bono modo prædicãdi.De faciliori puerorum inſtitutione. Epigrammatum, librum. Carmen heroicum ad Eberhardum Ducem Vvirtenbergenſem. Epiſtolas multas ex perſona Palatini Comitis, & Epiſcopi Spirenſis,& aliorum. Ad Rempub.Argentinenſem, lib.2. in quorum priore Argentinã, & ceteras Rheni Ciuitates nunquam Gallis fuiſſe ſubiectas oſtendit: in ſecunda Reipublicæ inſtituendæ præcepta tradit. Orationem De Annunciatione Dominica, ibidem excuſam. Philippica in laudem Principis Palatini Dialogis ſex, excuſa Argentinæ anno 1498. Orationes contra inuaſores Sacerdotum, pro immunitate Eccleſiaſtica, ad Cardinalem Tornacenſem.Ad Raimundum Nuncium Indulgentiarum. Ad Gymnoſophiſtas Heidelbergenſes de Sancta Catharina. Ad eoſdem de Spiritu ſancto. De Aſſumptione Diuæ Parthenices, ad Synodos, Vuormacienſem, Spirenſem, Schletſtatenſem, & alias complures: ſcripſit quoque vitam Dietheri Archiepiſcopi Moguntini. Præcepta Rhetorices, lib.1. Ad Regem Franciæ Orationem. De arte Poëtica.Carmina varij generis multa. Item Stylphonem: Dialogi quinque impreſſi. Eiuſdem elegantias maiores, Rhetoricam pro pueris, Matthias Hupfuf excudit Argentinæ, ann.1515. Floruit apud Nemetes, anno 1494.

IACOBVS de Voragine. Vide in verbo,Iacobus de Varagine.

IACOBVS Zenus Venetus,Epiſcopus autem Pataui,ſcripſit vitas Summorum Pontificum,& duas Orationes,alteram de humana miſeria,alteram De Chriſti Corpore. Vixit anno 1474.

IACOBVS Zinidolus Placentinus, Ord. Præd. ſcripſit Sermones Principij, & Principia. Collationes item complures. Vixit an. 1420. Ant. Senenſis.

IACOBVS Zouus Ferrarienſis, De ieiunio extat in Tom. 14. fol. 159. inter Tractatus Iuris Venetijs poſtremo recuſos.

IACOPONVS Tudertinus, quem *Beatum* ob ſanctitatem vitæ appellant, ſcripſit quædam tum carmine, tum ſoluta Oratione Italicè, quæ licet inculta, & ſimplicia videntur, pietatem tamen non mediocrem ſpirant. Ea prodierunt Venetijs apud Bernardum Benalium an. 1514. Eadē verò auctore prodierint an. 1558. Romæ. Videtur autem eſſe is ipſe, de quo Henr. Vill. ſic ſcribit. *Iacoponus Tudertinus, Ord. Min. claritati ſanguinis animi nobilitatem adiunxit. Euulgauit quædam Opuſcula. Sed & Epiſtolas plures & poëmata plena ingentis animi. Claruit Bonifacio VIII. Monaſterium S. Claræ Tuderti proximum Vita functum ſuſcepit.*

IAMNES, & MAMBRES Maiorum, qui Moyſi falſis miraculis reſiſtere conati ſunt in Aegypto, librum feruntur ſcripſiſſe, qui & ab Ambroſio in 1. Cor. 15. & à Gelaſio diſt. 15. inter Apocryphos reiectus eſt. Vide Euſebium in libro nono præparationis Euangelicę, & Origenem in Tractatu 35. in Matthæum.

IANNOTIVS Manettus, Florentinus, ann. 1396. Iunij autem die 23. natus Bernardi F. Vir probus, doctus, & prudēs, varijs ad Pontt. Maxx. Reges, & Principes legationibus functus, apud quos tam Pontiff. quàm Reges etiam fuit à ſecretis; Vitam egit Reip. vtilem, minimeque ocioſam. Quæ autem m. s. Florentiæ apud ſuæ gentis familiam, aſſeruantur hæc ſunt:

Apologiæ in Pſalterium ad Alphonſum Regem Neapolitani Regni libris quinque ſiue De recta Interpretatione.

Vertit ex Hebræo Pſalmos quinquaginta, & Partem Veteris Teſtamenti. E Græco item Nouum Teſtamentum. Scripſit quoque

Libros decem aduerſus Iudæos, & Gentes.

Libros quatuor De Dignitate, & Excellentia Hominis ad Alphonſum eundem Regem. Qui incipientes, *Cum igitur hoc noſtrum.* Extabant in Bibl. S. Marci, Florentiæ.

Libros ſex de Illuſtribus longæuis.

De liberis educandis librum.

In laudem Diui Agnetis Numantinæ, alterum.

Vitam Nicolai Quinti Pont. Max. libris quatuor, quæ in Bibliotheca Vaticana aſſeruantur: cuius initium, *Vetus.*

Tractatum de Pompis Pontificalibus ad Angelum Acciaiolum.

De eligendo nouo Pontifice contra Turcas Oratio, quæ incipit, *Cum Roma Neapolim ſalutandi Alphonſum.*

Libros tres ad Alphonſum Regem De terræmotu.

Libros duos Hiſtoriæ De rebus Genuenſium.

Librum item de ipſorum laude.

Hiſtoriam Piſtorienſium libris tribus, quos emiſit, dum nomine Reipublicæ Florentinę Piſtorio præerat (vt vocant) Gubernator.

Apologiam Nuntij Hiſpani.

Dialogum De morte Filij liberi.

Vitam, ſed non abſolutam, Alphonſi Regis.

Complures Orationes, quas legatus ad varios habuit: Nimirum, Ad Genuenſes, anno 1437. Ad Alphonſum magnum Regem, ann. 1443. Ad eundem in nuptijs Ferdinandi filij, anno 1445. Ad Nicolaum Pont. Max. ann. 1447. Ad Alphonſum Regem, eodem anno. Ad Senenſes, ann. 1448. Ad Venetos eodem anno. Ad eoſdem anno 1449. Ad Federicum Vrbini Principem eod. anno. Ad Regem Aragonum, an. 1450. Ad Federicum Imp. ac quo tempore ingreſſus eſt Florentiam, ann. 1451. Laudationem in funere Leonardi Aretini, & alteram in funere Iannotij Pandolphini.

Sed & ſcripſit vitas Socratis, & Senecæ, Plutarchi, Danthis, Petrarchæ, Bocacij, Sympoſium, & quidem vitæ Socratis, & Senecæ extant Ceſennæ in Franciſcana Bibl.

Vertit autem è Græco in Latinum Iſagogen Porphirij. Prædicamenta, quæ tribuuntur Ariſt.

Eiuſdem libros magnorum Moralium duos. Ad Nicomachum, decem. Ethicorum ad Eudemum. Obijt Neapoli anno 1459. die 27. Septembris annos natus tres ſupra ſexaginta.

IANSENIVS. Vide in verbo, Cornelius Ianſenius.

IANVS Pintius, ſcripſit vitas Epiſcoporum Tridentinorum.

Ianvs à Suola æques, ac I.C. ſcripſit Alphabetum Theologicum, ſiue tropos vtriuſque Teſtamenti è DD. Dionyſio Areopagita, Gregorio Magno, & alijs Patribus. Genethliacon item Mundi. Viuebat an. 1331. Eiſingr.

Ianvs Vitalis Panormitanus, ſcripſit hymnos in Sanctiſſimæ Trinitatis honorem. Poema Archangeli. Meditationes in Pſalmum quinquageſimumprimum. Praraphraſim in Pſalmos *De profundis*, & *Deus miſereatur noſtri*: quas Bononiæ excudit Anſelmus Iauarellus. Epithalamion Chriſti, & Eccleſiæ. Hymnum de pace. Præter Triumphum Ferdinandi Frãciſci Dauali Aquinatis, magni Piſcariæ Marchionis; & lacrimas in eundẽ: Quæ Romæ prodierunt.

Iarichvs, Friſius, Abbas Horti Mariæ, ſiue (vt populari lingua nominatus fuit) Mariæ Gardę, Ordinis Pręmonſtratenſis, vir ſanctus, & doctiſſimus, ſcripſit in Geneſim Cõmentaria, quæ paſſim in Bibliothecis per Friſiam haberi ſolent. Floruit circa annũ Chriſti 1102. Hæc Suffridus Petrus lib. de Friſiæ Scriptoribus.

Iason Cyrenæus natione Iudæus, qui claruit ſub Ptolomæo Philometore Sexto Aegypti Rege, Olympiade CLI. hoc eſt anno ante Chriſtum natum 131. Gręca lingua, veram de geſtis Machabæorum quinque libris hiſtoriam texuit; ex quibus tamquam Epitome de cerpta eſt, & inter ceteros Diuinæ Scripturæ libros adnumerata, ac ſecundus Machabæorum liber inſcriptus. In cuius initio hæc verba leguntur 2. Machab. 2. *Itaq; ab Iaſone Cirenæo quinque libris comprehenſa tentauimus vno paruo volumine breuiare.*

Iason Theſſalonicenſis, de quo Paulus, c. 16. ad Romanos, & Lucas in Actis Apoſtolorum, c. 17. mentionem fecere: Quem item Dorothæus Tyri Epiſc. in Synopſi (quæ tamen vix vllam facit fidem) tradit fuiſſe primum Troadis Epiſcopum, dicitur eius libri Auctor, qui inſcriptus eſt, *Altercatio Iaſonis, & Papiſci*: quem etſi Origenes in quarto libro aduerſus Celſum defendit; Hieronymus tamen initio Quæſtionum in Geneſim ait, perperam affirmari in eo libro Iaſonis, quod in exordio Geneſeos Hebraicè ſcriptum ſit: *In Filio creauit Deus Cœlum, & Terram*, cum LXX. Interpretes, & Symmachus, & Theodotion, *In Principio*, verterint, & in Hebræo ſcriptum ſit *Bereſcith*, quod *In Principio*, interpretantur omnes, & non, *In Filio*, Sixtus Senenſis 2. lib. Bibl. Sanctæ.

## I B

Iba Epiſcopus Edeſſæ, cuius Epiſtola extat apud Concilium Chalcedonenſe Act. 10. To. 1. Conciliorum: ex qua monſtratum eſt eum, qui aliquando cum alijs Neſtorianis erraſſet, & contra Cyrillum egiſſet, poſt pacem tamen initam, cum illo communicaſſe, Neſtoriumque damnaſſe aſſerentem Mariam non dicendam eſſe Deiparam.

## I C

Icesivs in Opere de Myſterijs citatur à Clemente Alexandrino, lib. 1. Stromaton.

## I D

Idacivs Clarus, quem Sigebertus in Catal. *Ithacium*, at in Chronico ad ann. 386. *Itachium*, vti & Marcellinus Comes in Chronico, Honorius Auguſtodunenſis *Anicium*, Seuerus Sulpitius 2. lib. Hiſtoriæ Sacræ *Nardacium* (fortaſſe Amanuenſium, ſiue Typographorum lapſu) nominant, Lemicæ Hiſpaniarum Epiſcopus, ſcripſit aduerſus Varimadum Arianum, Librum, & declarationem locorum difficiliorum Diuinæ Scripturæ de Sanctiſs. Trinita. Quin & Iſidorus, Honorius, atque Sulpitius vnà cum Sigeberto narrant, Idàcium inſtitiſſe acrius contra Priſcillianum, ob cuius accuſationem fuerit Idacius vnà cum Vrſacio Epiſcopo multatus exilio, atque communione. Ne verò duos fuiſſe Idacios putemus, alterum qui contra Varimadum, alterum qui contra Priſcillianum ſcripſerint, Margarinus Bignæus, in cuius Biblioth. SS. Patrum Idacij liber extat, inquit facilè hunc potuiſſe incidere in Priſcillianiſtarum naſcentium tempora, quibus Maximus Imp. primum Viennæ latere coegit Valentinianum Imp. pœnam cum Iuſtina matre ſua luentem, quæ illum Ariana hæreſi facilè polluiſſet, vt notat Ado in Chron. ad annum 379. Addit autem Bignæus. *Alioqui ferendum non putarem, ſi quis illius temporis Idacium cum Itacio confunderet, cum iſtum Seſſubenſem Epiſcopum in Regia tueri ſe voluiſſe, ne quis ei crimini daret eius accuſatione, & opera cuiuſcunque modi hominem fuiſſe damnatum; Idacium verò ſponte ſe Epiſcopatu abdicaſſe dicat, alijſque plurimis indicijs vnum ab altero diſtinguat, alioquin in vtrumque paullo iniquior Sulpitius Seuerus Hiſtor. lib. 2. & Dialogo ſecundo.* Sic quidem Bignæus, at Sulpitius non eſt arguendus.

IDDO Hachoze, ideſt Videns, ſcripſit librum De Viſionibus, ſiue Diuinationibus aduerſus Ieroboam Regem Iſraël, volumen, in quo pleraq; inſeruit de rebus à Salomone geſtis. Alterum item de ijs, quæ geſſit Roboam pace, belloque. Adiecit Commentarios De factis, Dictiſq; mirabilibus Abiæ Regis Iuda, optimè digeſtos, qui Hebraicè *Midraſc* dicti ſunt. Vixit à tempore Salomonis vſque ad tempora Aſa Regis Iuda. Citantur hi libri. 2. Paralip. Capitibus 9.12.13. Sixtus in Bibl. 5. lib. 2.

IDITHVM eximius cantor, quin in Cythara prophetabat ſuper confitentes, & laudãtes Dominum compoſuit Pſalmum trigeſimumnonum, qui incipit, *Cuſtodiam vias meas.* Vide in verbo, Dauid Propheta.

IDIOTHAE, qui poſt octingenteſimum Do. annum floruit, extant Contemplationes De B. Virgine, quas cum hæretici ex editione Germanica ſuſtuliſſent, Pariſienſes autem (quippe Catholicam fidem ſemper retinẽtes) an. 1538. emiſiſſent, Margarinus Bignæus ſuę Bibl. SS. Patrum adtexuit vna cum eiuſdem Auctoris Libello De Humilitate, atque Obedientia, hac inſcriptione, *Viri Sancti Contemplationum libri quinque.*

IDSARDVS Grauius, Friſius (vt inquit Suffridus Petrus) Chronicon ſcripſit Friſiæ ab anno Dom. 763. ad annum 1514. vbique inſiſtens veſtigijs Ioannis Becani Vltraiectini, quem videtur voluiſſe explere exemplo Pauli Longobardi, qui Eutropium pluribus de ſuo admixtis extendit, & ad calcem eius deinde hiſtoriam Longobardorum adiecit: ſunt autem eius generis ea, quæ Idſardus Becano adiecit, vt pleraque alibi non facilè reperiãtur. Vixit circa annum 1514. Opus eius cum alijs nonnullis antiquitatibus m.s. apud me eſt ex dono optimi viri Cornelij Kemp. de quo infra. Hæc Suffridus Petrus, lib. de Friſię Scriptoribus.

## I E

IEGOLINVS Vrbeuetanus, Ord. D. Auguſtini, ſcripſit in lib. 4. Mag. Sent. m.s. Tractatum item De Deo Trino, & vno, qui extat m.s. in Biblioth. S. Auguſtini Cremæ vnà cum Tractatu De Communicatione idiomatum in Chriſto, Nicolai Horani eiuſdem Ordinis.

IEHV Propheta, Chanani prophetæ F. ſcripſit de geſtis Regum Iuda, & Iſraël, qui vſque ad Ioram filium Ioſaphat Regis Iudæ regnauerunt accuratam hiſtoriam, de qua ſecũdo Paralipom. 20.

IEHV Rex Iſraël, ſcripſit ad Senatum Samariæ Epiſtolas duas, de quibus quarto Reg. 10.

IEREMIAS, quem Hebræi pronunciant *Irmeiahu,* hoc eſt *Excelſus,* in myſterijs enim & maieſtate ſenſuum eſt profundiſſimus, de cuius Prophetia nemo dubitauit, pleraq; tamen alia ſcripſiſſe dictus eſt, quæ præſertim Sixtus Senenſis varijs in locis ſuæ Bibl. lib. 1. accuratius expendit. Quamobrem & huc eadem conferemus, ne quem ſuo labore fraudemus, & reliqua deinde nonnulla adijciemus. Is igitur propheta & Sacerdos, ex Anathot viculo tribus ab Hieruſalem milliaribus, filius Helchiæ Sacerdotis magni, qui octauo anno Ioſiæ Regis Iuda inuenit in domo Domini Librum legis Diuinæ, multis annis precedentium Regum negligentia deperditum, cœpit admodum adoleſcens prophetare, ac vaticinia litteris mandare, ſermone quidem inculto, & penè ſubruſtico, ſed ſenſuum maieſtate ſublimi. Scripſit autem, excipiente ex ore ipſius Baruch Neeriæ filio, librum prophetiarum ac viſionum; quas de clade Iudæorum, & de futura Chriſti Eccleſia Diuinitus per annos duos & quadraginta accepit, hoc eſt ab anno tertiodecimo Regis Ioſiæ vſq; ad Vrbis excidium, & tranſmigrationem reliquiarum Iuda in Aegyptum. cui Volumini Baruch adiecit vltimum caput ex fine quarti libri Regum, penè verbis mutuatum, vt ex commemoratione cladis Hieroſolymitanæ, quæ in eo capite refertur, viam ſterneret lectoribus ad proximè ſequentem *Eca,* ſiue *Kinoth,* hoc eſt Lamentationum Librum. In quo Ieremias Propheta lamentabilem Vrbis euerſionem, & populi captiuitatem lugubri carmine defleuit; digeſtis in ordinem Alphabeticum verſibus ea ratione, vt primus ab *Aleph,* inciperet, ſecundus à *Beth,* tertius à *Ghimel,* & ſic deinceps vſque in finem; imitatus in hoc Dauidem, ac Salomonem; quorum hic vltimam Prouerbiorum partem, ille verò Pſalmos ſeptem metricis alphabetis compoſuere. Habentur autem in his lamentationibus quatuor alphabeta; quorum duo priora, vt teſtatur Hieron. conſcripta ſunt verſu à metro Sapphyco non multũ diſſimili; quia tres verſiculos, qui ſibi cõnexi ſunt, & ab vna litera incipiunt, heroici carminis comma concludit: Tertium vero alphabetum trimetro alphabeto contextum eſt, & à ternis litteris, ſed eiſdem trini verſus incipiunt. Quartum

alpha-

alphabetum ſimile eſt primo, & ſecundo. Rabbi Salomon exiſtimant hunc Lamentationum librum eum eſſe, quem, vt habes apud Ieremiam cap. trigeſimoſexto, profanus Rex Ioachim, lecto eius initio, proiecit in ignem, & in odium prophetiæ combuſſit. Ieremias verò iterum, auito Baruch ſcriba, iuſſu Dei dictauit, adiecitque quartum alphabetum, triplicata ſerie litterarum, cum in priori exemplari tria tantum alphabeta ſimplicia collocaſſet.

Vixit Ieremias ſub Regibus Ioſia, Ioachim, & Sedechia, vſque ad tranſmigrationẽ reliquiarum Iuda in Aegyptum, quò & ipſe à Ioanne filio Carehææ translatus eſt: occubuitque in Thaaphnes, à Plebe ſua lapidibus obrutus. atque ibidem ſepultus circa annum ab Orbe condito ter milleſimum trecenteſimumquinquageſimum, tametſi diuerſum opinentur Victorinus Martyr, ac plerique alij vetuſtiſſimi Patres; qui docuerunt illum adhuc viuere, & vna cum Helia in vltima ſæculi ætate ab Antichriſto perimendum.

Libellum autem ſiue admonitionem, ſiue Epiſtolam ſecundam Ieremiæ Prophetæ, quę Baruch Volumini in vulgata editione annectitur, Ieremias excipiente Baruch ipſius ſcriba dictauit; & poſt Vrbis euerſionem tradidit illum populo, mox in captiuitatem à Chaldęis abducendo, vt hoc ſcripto admoneret eum, ne ingreſſus Babylonem, cum Deos aureos eius regionis videret, cultum Dei ſui deſereret, & idola Chaldæorum adoraret. Meminit Scripturæ huius Auctor ſecundi libri Machabæorum, cap. ſecundi his verbis: *Inuenitur in deſcriptionibus Ieremiæ Prophetæ, quòd iuſſit eos, qui tranſmigrabant, ignem accipere: & dedit illis legem, ne obliuiſcerentur Præcepta Domini, & ne errarent mentibus, videntes ſimulacra aurea, & argentea, & alia ornamenta eorum.* Numeratur, & hic inter cætera Teſtamentaria ſcripta.

Præfatiuncula verò Threnorum, quam Latini codices in principio lamentationum Ieremiæ præferunt, non eſt apud Hebræos, qui librum hunc, quadruplici alphabeto cõſcriptum, ordiuntur à dictione *Eca*, id eſt, *Quomodo*, incipiente ab Aleph prima litera Hebraici alphabeti, & ab hac dictione librum appellant *Eca*. Cetera verò, quæ ante hanc vocem leguntur verba, vt à multis creditur, Septuaginta Interpretes addiderunt, volentes connectere lamentationem deuaſtatæ Vrbis, cum narratione deuaſtationis eiuſdem Vrbis, quæ in calce libri Ieremiæ deſcribitur. Sunt hæc verba præfationis huius apud ſeptuaginta Interpretes hoc eſt, *Et factum eſt, poſtquam in captiuitatem redactus eſt Iſraël, & Hieruſalem deſerta eſt, ſedit Ieremias flens, & planxit lamentationem hanc ſuper Hieruſalem, dixit.* Hebræi hoc argumentum non recipiunt, quod non ipſis videatur veriſimile, Ieremiam ſcripſiſſe, vel vidiſſe in ſpiritu hos Threnos poſt deſtructionem Hieruſalem, ſed ante deſtructionem: prophetia enim eſt. Vnde etiam tradunt, quòd Rex Ioachim ante Vrbis excidium hos Threnos legerit; & lectis ex his nonnullis verſibus in librum in ignem abiecerit; quem Propheta paulò poſt multo copioſius reſcripſit; quemadmodum ipſemet teſtatur Prophetiæ ſuæ cap. 36.

Atqui præter eos libros, qui in Biblijs ſunt ipſius fœtus. Lamentationem quoque, quod Hebraicè Kinoth, in funere Ioſiæ Regis Iuda, ſcripſiſſe dicitur. De qua Paralip. 1. c. 35. Quamuis autem Ioſephus, lib. 11. Antiq. idem aſſerat, Sixtus tamen Senenſis, lib. 2. ſuæ Bibl. putat conuenire magis Sedechiæ Regi, quem Chaldæi exoculatum, & vinctum abduxerunt in Babylonem. Hieronymus, & alij putant hanc lamentationem eſſe poſtremam partem Threnorum. Scripſit quoque Ieremias excipiente Baruch de furore Domini aduerſus Iudam, & Hieruſalem; de quo vide Ierem. cap. 31. Quod aliqui putant eſſe ipſum librum Threnorum. Scripſit item libros duos Emptionis, & Venditionis, excipiente Baruch. Vide Ierem. c. 32. & de Babylonica Deuaſtatione. Ierem. 51. cap. Pars huius libri ſupereſt, c. 50. & 53. eiuſdem Prophetæ.

Ieremiæ item citantur in 2. Machab. ca. 2. Commentarij, ſiue Deſcriptiones, quæ ſtatim poſt euerſam Vrbem euenerunt, antequam populus captiuus in Babylonem abduceretur, hoc eſt. De legibus, quas Ieremias populo in Babylone commoraturo præſcripſit. De igne perpetuo, quem Sacerdotes ex altari in ignotum puteum abſconderunt. De Tabernaculo, Arca fœderis, & Altari incenſi in ſpecu montis Nebo, iuſſu Dei abditis, ac de rebus alijs, quæ initio tranſmigrationis Babylonicæ contigerunt. Sunt (ait Sixtus Senenſis 2. libro ſuæ Bibliothecæ) qui hos Commentarios vnà cum initio ſecundi libri Machabæorum ex his Commentarijs deſumpto tamquam Apocryphos, & incertæ fidei reiecerint, quos tamen Epiphanius in Vita Ieremię Prophetæ, ac pleriq; Eccleſiaſtici Patres approbarunt.

Fertur & illud Volumen ſub nomine Ieremiæ prorſus apocryphum; Ex quo Orige-

nes à Matthæo ſumptum exiſtimat Vaticinium illud *Appenderunt mercedem meam triginta argenteis.* Hoc olim vſos Nazaræos Hieronymus in cap. Matth. 27. refert.

Scio autem Rabbi Moyſen Kimchi in libro Viarum linguæ Sanctæ, in quo breuiſſimè innuuntur Scriptores D. Scripturæ teſtari Ieremiam ſcripſiſſe librum ſuum, & Librum Regum, & Librum Threnorum; veruntamen, quænam fides habenda ſit Rabbinis Iudæis, præſertim ijs, qui poſt Chriſtum vixere, atque in ſua perfidia perſtiterunt, cum alibi, tum vide in verbo Rabbini tam in Bibl. noſtra Selecta, quàm in hoc Apparatu.

Ceterum de Baruch, qui Ieremiæ fuit ſcriba, & cuius Prophetia, Ieremiæ adſcribitur, vide in verbo, Baruch.

## *Scripſere in Ieremiam Prophetam.*

Nonnulla ij, qui varias Græcas LXX. Interpretum lectiones Græcæ editioni eorundem ſeptuaginta addidere.

Quicumque vniuerſa Biblia ſunt interpretati: de quibus vide in verbo, Biblia.

Sanctus Ioannes Chryſoſtomus Argumentum breue in Ieremiam, & in Threnos, qui ex Codic. Bauarico m. s. editus eſt nouiſſimè Auguſtæ Vindelicorum vna cum Adriani Iſagoge.

Ant. Agellius Commentarium ex Auctoribus Græcis collectum, & in Lamentationes Ieremiæ explicationem.

In Threnos item Theodoretus, S. Thomas Aquinas, Hugo Victorinus, Paſchaſius Richardus, Pampolitanus, Angloſaxo, Auguſtiniani Ordinis, Anſelmus Epiſcopus Mantuæ, Ioannes Chiningen, Ioannes Quinquarboræus, Ieremias Vtinenſis, Ord. Minorum, in Orationem Ieremiæ.

Partitionem autem totius Prophetiæ Ieremiæ, vide in 27. Tabulis Oeconomiæ Biblicæ Georgij Ederi, partim à ſeipſo, partim ex Aureolo explanatis. Vide verò quædam in Alphonſi Salmeronis noſtri Prolegomeno 10. ad Sacram Scripturam Canone 44.

IEREMIAS qui ſe Patriarcham Oecumenicum appellabat in Cenſura ſua ad Confeſſionem Lutheranorum, ſcribere auſus eſt, à Nycæna Synodo, & ab omnibus alijs conſequentibus Generalibus Concilijs definitum eſſe Spiritum ſanctum ex ſolo Patre procedere. Quod ſi mendacium non eſt, (inquit ſapienter Cardin. Bellarminus) non video quid vmquam mendacium appellari poterit. Tom. 1. Controuer. 2. lib. 2. de Chriſto, cap. 23. Porrò quam is ipſe Ieremias Cenſuram Orientalis Eccleſiæ de præcipuis noſtri ſæculi hæreticorum dogmatibus contra Lutheranos, & Auguſtanam eorum Confeſſionem ſcripſerat, Staniſlaus Socolouius (de quo vide in eius verbo) ſic è Græco Latinè redditam è Cracouienſi primum, mox ex Ingolſtadienſi Ederi Typographia emiſit, vt varios eiuſdem Ieremiæ erores confutauerit. Quin & poſtea Treueris, anno 1586. eiuſdem Ieremiæ liber emiſſus eſt hac prænotatione. *Ieremiæ Patriarchæ Conſtantinopolitani ſententia definitiua de doctrina, & religione Vuirtembergenſium Theologorum. Vnà cum Antidoto vltimæ reſponſionis eorumdem ad cenſuram Patriarchæ de articulis Confeſſionis Auguſtanæ Conſtantinopolitani ex Patriarchio allatæ &c. Addita eſt præterea Staniſlai Socolouij ad Vuirtembergenſium Theologorum inuectiuam &c. Breuis & erudita reſponſio, operâ Thomæ Sunobbigij ad Dei gloriam, & Eccleſiæ Catholicæ vtilitatem, edita.*

IEREMIAS Buchius Vtinenſis, Ord. Minorum, qui noſtra vixit ætate, edidit Italicè Expoſitionem in Pſalmum 14. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.* & in Pſalmum 21. *Deus Deus meus reſpice in me.* Florentiæ apud Bartholomæum Sermartellium, an. 1572. Et in Pſalmum, *Dominus regit me, & nihil mihi deerit.* & in alium *Benedixiſti Domine terram tuam.* & *Ad te leuaui animam meam, Deus meus in te confido.* Tractatum De Angelis. Alterum De Sacramento Altaris. Alium De nobilitate Beatiſs. Virg. Et in Orationem Ieremiæ Prophetæ, & in Canticum Zachariæ. Quin & librum Conformitatũ (vt vocant) Imitationis Vitæ S. Franciſci ad Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, quem vir ille Seraphicus, ipſo Ieſu aſpirante, conatus eſt imitari, recognouit, & cum recenſuiſſet, Bononiæ emiſit. Vide in verbo, Bartholomæus Piſanus.

IESSIVS vir Sanctus Nemetum Præſul, qui ſub Conſtãtino Imperatore baculo Paſtorali donatus eſt, magno animo pro Nicæna Synodo diſputãs, ab Arianis expulſus, aliquãdiu deliteſcere coactus eſt. Hunc contra Arium ſtrenuè rem geſſiſſe, erroremque eius, & fraudem in publicum produxiſſe ex libris, quos conſcripſerat, ſatis apparet. Euphratam enim Agrippinenſem Epiſcopum, & in Synodo condemnauit, & voluminibus prolixis ad fidem veram amplectendam hortatus eſt. Vixit an. 348. Eiſingr.



Digitized by Google

Iesv christo Domino, & Saluatori noſtro, quæ tributa eſt Epiſtola ad Abgarum ſcripta. Vide in verbo, Abgarus. Qui verò libri olim de Generatione, De Infantia Saluatoris, Deque alijs eiuſmodi, ab Hęreticis, & Impoſtoribus diſſeminati ſunt, non eſt cur hoc in loco recenſeantur. Vide Hieronymum in 13. cap. Ezechielis. Et Auguſtinum in primo libro De conſenſu Euangeliſtarum, refellentem eiuſmodi Impoſtores. Vide item Hieronymum Hentenium, qui libellum alium de legali Ieſu Chriſti Sacerdotio in Græcum Suidæ Lexicon inſertum, quique Lutetiæ, ac Baſileæ improuidè fuerat recuſus, confutauit, vti & Paulus IIII. Pont. Max. in Indice prohibitorum Librorum meritò damnauit.

Porrò quæ de hoc nomine Iesv Chriſti dicuntur, præſertim in Diuinis litteris, vide ca. 39. lib. 2. Bibl. noſtræ Selectæ in poſtrema noſtra editione nam in priore Romana erat cap. 17. eiuſdem ſecũdi libri, cuius capita deinceps rectiore ordine diſtinximus. Sanè ſupputationem litterarum nominis Ieſu à Sibylla Cumana verſibus ſuis collectam Beda Venerabilis primo libro Commentariorum in D. Lucam clarius explicat. Quem tu ibidem, ſi libet, perlege.

Iesvs filius Syrach Hieroſolymitanus, librum Diuinæ Scripturę, qui prænotatur *Eccleſiaſticus*, nobis reliquit, ſic autem inſtriptus, quòd vt ait Auguſtinus, in auctoritatem Eccleſiæ recipi meruit, & inter propheticos libros numerari; à Græcis verò ab *omni*, quæ in eo continetur, *virtute* appellatus eſt πανάρετος. Hunc ergo Hebraica lingua ſcripſit. & Hieronymus eum ſe Hebraicè ſcriptum reperijſſe teſtatur in præfatione Prouerbiorum ad Chromatium: ſed nepos eius, vocatus & ipſe Ieſus, &, vt Damaſcenus in quarto fidei Orthodoxæ tradit, patrem habens Syrach, volumen ex Hebræo in Græcum vertit. Iſidorus in ſexto Etymologiarum cenſet libri huius Interpretem, qui ſe in præfatione nepotem Ieſu nominat, fuiſſe nepotem Ieſu Sacerdotis magni viuentis Aggæi & Zachariæ temporibus; quod quidem pleriſque abſurdum videtur, quia inter hunc & illum interceſſerint anni trecenti. Claruit enim præſentis Operis interpres, nepos Ieſu, regnante Ptolemæo Euergete Rege Ægypti, anno ab Orbe cõdito ter milleſimo ſeptingenteſimo. Concilium autem Carthag. tertium c. 43. præſens volumen inter Canonica ſcripta recepit, ſub nomine tamen ac titulo *Salomonis*, ita fortaſſe illud inſcribens, vel quia, vt Auguſtinus libris De Ciuitate Dei annotauit, illorum temporum conſuetudo obtinuit, vt Salomonis appellatione vocaretur; vel quòd ipſum volumen, aut ex Salomonis Sententijs collectum eſſet, aut ſaltem Salomone videretur non indignum. Huius Concilij decreto ſubſcribentes beatiſſimi Pontifices Innocentius, & Gelaſius eundem librum Canonicis inſeruerunt ſcripturis. Hæc Sixtus Senenſis.

### *Scriptores in Ieſu Syrach Eccleſiaſticum.*

Qui in vniuerſa Biblia; ſeparatim autem, Ioannes Alerius, Nicolaus Gorran, Rupertus Holcoth, Rupertus Roſeus, Rupertus Valſingen.

## I G

Ignativs, inquit Hieronymus in Catalogo, Antiochenæ Eccleſiæ tertius poſt Petrum Apoſtolum Epiſcopus, commouẽte perſecutionem Traiano, damnatus ad beſtias, Romam vinctus mittitur. Cumque nauigans Smyrnam veniſſet, vbi Polycarpus auditor Ioannis Epiſcopus erat, ſcripſit Epiſtolam vnam ad Epheſios, alteram ad Magneſianos, tertiam ad Trallenſes, quartam ad Romanos; & inde egrediẽs, ſcripſit ad Philadelphęos, & ad Smyrnæos, & propriè ad Polycarpum, commendans illi Antiochenſem Eccleſiam: in qua & de Euangelio, quod nuper à me tranſlatum eſt, ſuper perſona Chriſti ponit teſtimonium dicens: *Ego verò & poſt reſurrectionem in carne eum vidi, & credo, quia ſit. Et quando venit ad Petrum, & ad eos, qui cum Petro erant, dixit eis; Ecce, palpate me, & videte, quia non ſum Dæmonium corporale. Et ſtatim tetigerunt eum, & crediderunt.* Dignum autem videtur, quia tanti viri fecimus mentionem, & de Epiſtola eius, quam ad Romanos ſcribit, pauca ponere. *De Syria vſque Romam pugno ad beſtias in mari, & in terra nocte dieq; ligatus cum decem Leopardis, hoc eſt militibus, qui me cuſtodiunt: quibus & cum benefeceris peiores fiunt. Iniquitates autem eorum mea doctrina eſt, ſed non idcirco iuſtificatus ſum. Vtinam fruar beſtijs, quæ mihi ſunt præparatæ, quas & oro mihi veloces eſſe ad interitum & ad ſupplicia, & allici ad comedendum me, ne ſicut & aliorum martyrum non audeant corpus attingere. Quòd ſi venire noluerint, ego vim faciam vt deuorer. Ignoſcite mihi filioli: quid mihi proſit, ego ſcio. Nunc incipio eſſe Chriſti diſcipulus, nihil de his, quæ videtur, deſiderans, vt Ieſum Chri-*

*ſtum inueniam. ignis,crux,beſtia,confractio oſſium,membrorum diuiſio,& totius corporis contritio,& tota tormenta Diaboli in me veniant,tantum vt Chriſto fruar.* Cumq; iam damnatus eſſet ad beſtias, *ardore patiendi,* cum rugientes audiret Leones, ait: *Frumentum Chriſti ſum, dentibus beſtiarum molar, vt panis mundus inueniar.* Paſſus eſt anno ſecundo Traiani. Reliquię corporis eius Antiochiæ iacent extra portam Daphniticam in Cæmeterio. Hæc Hieronymus.

Qui licet tantum meminit ſeptem Ignatij Epiſtolarum, duodecim tamen haud dubię fidei habemus: necdum enim ab Euſebio,& Hieronymo potuerant omnes colligi, quemadmodum fit etiam noſtra ætate de litteris, quę ſubinde à martyribus ſcriptę tandem per manus traditę colliguntur. Conſtat enim certiſſimè ſicut reliquas, ita eas eſſe Ignatij, quę Philippus, quæ Ciuitas erat in Macedonia, ſcriptæ fuerunt ad Antiochenos, ad Heronem, ad Philippenſes, ad Mariam Caſſabolitem. Quæ verò tres aliæ feruntur ipſius ad S. Ioannem Apoſtolum,& Euangeliſtam,& ad B. Virginem, cum huius ad illum Epiſtola, etſi nō tam certæ fidei ſunt, citantur tamen à Sancto Bernardo Sermone primo in Pſ.90. nec defuere poſt illum viri docti, qui ipſarum meminerunt.

Sed & cum in Polycarpum, qui poſtea inſignis & ipſe martyr fuit, quique Smyrnæ euntem Romam Ignatium excepit,& aliquandiu detinuit, eam mentem Deus inieciſſet, vt quas poſſet Ignatij Epiſtolas colligens eas ad Philippenſes tranſmitteret, *ex omnibus enim* (inquit) *vobis magnus erit profectus, continent enim fidem, patientiam, & omnem ædificationem ad Dominum noſtrum pertinentem,* intelligunt Viri cordati, quantopere ſint legendæ, æſtimandæ,& adeo in cordibus inſculpendæ. Nam & Eccleſiæ illæ Orientis eas publicè, ac priuatim perlegebant, nec facilè deponebant è manibus.

Id certum eſt (quod & Euſebius obſeruauit, lib.3.ca.30.hiſt. Eccl.) conatum eſſe Ignatium ſuis Epiſtolis, vt Apoſtolicas Traditiones Orienti potiſſimum conſignatas relinqueret, quas ipſe ex ipſorum penè Apoſtolorum manibus exceperat, qui & tertius poſt D. Petrum Antiochiæ Eccleſiam Chriſtianorum iam vberem rexerat, vt prærogatiua ſedis illius,& vitæ ſanctitate, atque virtute prædicationis ceteros eius temporis poſt Apoſtolos antecelluit.

Sanè verò cum in ijs mentio fiat De Sanctiſſima Euchariſtia, De oblationibus, De ordinibus Eccleſiaſticis. De Cœleſti,& Eccleſiaſtica Hierarchia. De Virginibus. De cœlibatu, & de virginitate, Romanam Eccleſiam ſcribens ad Romanos iam candidatus cœleſtium coronarum Theophorus ille martyr, mirificè celebrat his verbis. *Miſericordia conſecuta in magnificentia altiſsimi Dei Patris,& Ieſu Chriſti vnigeniti filij eius, Eccleſia ſanctificata, & illuminata per voluntatem Dei operantis omnia, quæ pertinent ad fidem, & charitatem Ieſu Chriſti, & Dei Saluatoris noſtri, quæ præſidet in loco Romanæ regionis, Deo digna, decētiſſima, beatificanda, laudanda, quæ quis potiatur, caſtiſſima, & eximia charitatis Chriſti,& Patris nomen ferens, ſpirituq; plena, quam & ſaluto in nomine Patris Omnipotentis.*

Quæ cum ita ſint, mirandum non eſt, ſi Lutherani Epiſtolas iſtas (qua ſolent temeritate( negarunt, quas Dionyſius Areopagita, Irenæus, Athanaſius, Euſebius, Chryſoſtomus, Hieronymus, Theodoretus,& plerique omnes alij veriſſimas agnouerunt. Quin & Gregorius Magnus, lib.4.c.37. meminit eorum verborum, quæ ad calcem Epiſtolarū Ignatij ad Epheſios,& ad Polycarpum (quod & in alijs eſſe debebat) adiectæ ſunt tanquam Symbolum Apoſtolicæ ſcriptionis. Amen. Gratia.

Sunt autem hæ Epiſtolæ Ignatij quæ extant ſcriptæ. Ad Magneſianos, Smyrna Ioniæ Ciuitate. Ad Trallianos, ibidem. Ad Polycarpum. Ad Philadelphenos. Ad Antiochenos. Ad Smyrnenſes, Troade. Ad Epheſios ibidem. Ad Tarſenſes. Ad Heronem, cum eſſet Philippis in Macedonia. Ad Romanos. Ad Pilippenſes, vbi agitur de Baptiſmo; In qua Epiſtola, quòd legatur in aliquibus codicibus, Paulum Apoſtolum fuiſſe coniugatum, ſciat Lector in Vaticano antiquiſſimo Cod.m.s.& in vetuſtis quibuſdam alijs, Pauli nomen haud extare. Ad Mariam Caſſobolitem. Deinde tres de quibus diximus, ad S. Ioannem Euangeliſtam duas. Ad B. Virg. Deiparam, vnam.

Porrò ſæpè prodierunt vndecim D. Ignatij Epiſtolæ è prelis Typographorum, Pariſijs quidem olim,& Baſileæ an.1520. Colonię apud Quentelium, an.1536. cum D. Antonij Magni Eremitæ Epiſtolis. atque iterum Baſileæ an.1551. cum alijs antiquiſſimorum Theologorum Epiſtolis. Græcè autem, ac Latinè Hieronymo Syluio Interprete apud Plantinum Antuerpiæ an.1565.& 1572. cū antea, hoc eſt an. 1557. Coloniæ à Perionio latinè redditæ fuiſſent excuſæ.

Atqui poſtrema verſio Vairlenij videtur eſſe emendatior, quàm quas aut vetus interpres, aut poſtea Morelius verterunt. Patebit hoc, ſi quis eadem Vairlenij Scholia percurrerit. Niſi quòd etiam in Vairlenij verſione quædam errata notauit Iacobus Billius



Digitized by Google

Prunæus,lib.2.ſuarum obſeruationum ſacrarum: præſertim in Epiſtola quarta ad Tarſenſes,& in ea,quæ ſcripta eſt ad Polycarpum;atque adeo nonnihil in ea,quæ eſt ad Epheſios,quamquam in hac videtur eſſe potius fuiſſe librariorum, quàm Vairlenij lapſus. Tu lector ipſum Billium lege,cuius,vt alibi diximus,obſeruationes illæ extant ad calcem Epiſtolarum Iſidori Peluſiotæ Epiſtolarum Latinè è Græco redditarum.

IGNATIVS Diaconus,& vaſorum cuſtos magnę Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ,qui,& fuit Metropolita Nicęæ,Grammaticus,ſcripſit Vitas Taraſij,& Nicephori Sanctorum,& Beatorum Patriarcharum Epitymnos, Elegos, Epiſtolas, Iambos in Thomam Aduerſarium, Antarten,& alia multa. Suidas.

IGNATIVS Squarcialupus Florentinus,tertiò Præſidens(vt vocant)ſiue præſes Ord. Benedictinorum,præfuit anno vno,menſ.6.obijt Florentiæ, ann.1520. & in monaſterio ſuo ſepultus eſt,ſcripſit Sermonem pulcherrimum in honorem S.P.Benedicti, eumq; coram magno Monachorũ,& populi cætu habuit, cum ſolemniter inita eſt profeſſio Monaſterij Caſſinenſis,an.1505.Incipit, *Introibimus in tabernaculum eius.*

De viſione Illuſtr.Principis Ferrandi Conſalui Compendium,*Diuinam illuſtris Ferrandi.*

De aggregatione Monaſteriorũ Siciliæ ad Congregationem Caſſinenſem,Sermonem,*Superat vires moles.*

Hæc omnia m. s. extabant his proximis annis apud Conſtantinum Syracuſanum Monachum Catanenſem eiuſdem Ord.

Scripſit & Carmẽ Sapphicum in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis,& De S.Berthario Abbate & martyre Hymnos,qui m.s.ſunt Caſſini,& Epiſtolam D.Benedicti ad S. Scholaſticam Etruſco carmine.Michael Pocciantius.

IGNATIVS alter monachus Monaſterij Caſſinenſis , collegit è libris Moralium D. Gregorij Magni,Flores,& eoſdem in vnum volumen redegit, quod m.s.aſſeruantur in Bibliotheca Caſſinenſi in octauo pluteo ad læuam.

## I L

ILDEPHONSVS, quem alij *Illephonſum*,alij *Alphonſum* nominant, vir ſanctitate, ac doctrina clarus, ſucceſſor Eugenij in Archiepiſcopatu Toletano, Diſcipulus S.Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis , celebratur in Libello de viris Illuſtribus, qui ſine Auctoris nomine extat m.s.in Vaticana Bibl. Ex quo Baron.Card.To.8.ſuorum Annal.inſeruit nonnulla, quæ ad tanti viri laudes pertinent; quin & nos inde Catalogum,quem affert eorum, quæ ſcripſit Ildephonſus,huc intulimus,ſunt autem.

Liber Proſopopeiæ imbecillitatis propriæ.

Libellus De Virginitate S.Mariæ contra tres infideles.

Opuſculum De proprietate trium perſonarum Patris,& Filij,& Spiritus ſancti.

Opuſculum Annotationis in Sacramentis.

Liber in cognitione Baptiſmi.

Liber de progreſſu Spiritualis Deſerti,quem partis primæ eſſe voluit.

Liber Epiſtolarum,in quo diuerſis ſcribens, ænigmaticis formulis egit, perſonaſque interdum loquentes fecit,quem ſecundæ Parti attribuit.

Liber Miſſarum,hymnorum , atque Sermonum, quem tertiæ Parti addixit. Altioris denique partis liber eſt quartus,verſibus,& proſa conſcriptus,in quo epitaphia, & quædam item epigrammata. Reliqua ſemiplena,ſiue inchoata. At temporum,& Saracenorum iniuria pleraque interierunt.

Vitam autem Ildephonſi noſtro quoque tempore ſcripſit Michael Carranza, quam & emiſit Hieronymus Vuelæus Louanij,ann.1569.vna cum libro eiuſdem Ildephonſi De Illibata Virginitate S.Genitricis Dei Mariæ. Qui & extat in Bibl. Sanctorum Patrum Margarini Bignæi.

Sanè eius nomine ſupplementum ad Chronicon Iſidori cum alijs quinque Auctoribus in Hiſpania fuit excuſum, additis Scholijs Ioannis Vaſæi Brugenſis: Quin & cum libri De Virginitate Baſileæ,an.1552. & Louanij ann.1569.prodijſſent è prelis,iterum Pariſijs,an.1578.vna cum duodecim Sermonibus eiuſdem Ildephonſi in præcipuis feſtis B. Virginis prodierunt in lucem.

Obijt an.667.tertiodecimo Kal.Februarij,ideoq; corrigendus error(opinor) Amanuenſium,ſiue Typographiæ,qui habet numerum annorum 346. loco 667. Vide autem in verbo Hildefonſus.



Digitized by Google

ILDVINVS abbas Monaſterij D. Dionyſij, quod duabus Leucis Lutetia diſtat Congreg. Floriacenſis, qui vixit an.840. Scripſit De vita S.Dionyſij Epiſcopi, & Martyris carmine libros quatuor, ſoluta verò Oratione vnum. Proſam item ipſius cum quibuſdā alijs eò pertinentibus habemus in Areopagiticis Matthæi Galeni Vueſtcapellij, Cancellarij Academiæ Duacenſis, Colon.an.1563.excuſam. Libri autem quatuor metro conſcripti aſſeruantur in monaſterio Gemblacenſi in Belgio m. s. De reuelatione item eiuſdem lib.1.m.s.extat in paruo Monaſterio propè Louanium.

ILERDENSE Concilium habitum eſt in Conuentu Ilerdenſi, Era 484.anno Quintodecimo Theodorici Regis, octauo Idus Auguſti. Affuere octo Epiſcopi. Fragmenta vero huius Concilij ponit Garſias Loaiſa in collatione Hiſpanicorum Conciliorum, vbi mox notat ſequentia.

Ilerdenſe] Ilerda, Ilergetum Vrbs, in Hiſpania Tarraconenſi, de qua in Commentarijs Cæſaris de bello ciuili, frequens mētio: abluitur fluuio Sycore: euius meminere Ptolomæus, lib.2.cap.6. Plinius, lib.3.cap.3. Antoninus, & alij. Vnum verò tantum Ilerdenſe Concilium ab Iuone, Burchardo, Gratiano atque alijs collectoribus Canonum citatur: ſed illud mutilum ex eo videtur, quòd Burchardus, lib. 7. cap.17. vigeſimum huius capitulum adducit, quod hic nuſquam comparet; cum ſexdecim tantum habeantur. Aduerte ſcribendum, *Ilerda*, non *Illerda*: Horatius: *Aut fugies Vticam, aut vinctus mitteris Ilerdam.*

In conuentu Ilerdenſi.] A Plinio municipium, non conuentus dicitur. Conuentus ſunt ſeptem, Tarraconenſis, Carthaginenſis, Cæſarauguſtanus, Cluniacenſis, Aſturum, Lucenſis, Bracarenſis. Municipia tredecim, Saguntum, Bætulum, Illurco, Blandæ Emporiæ, Dertoſani, Bigargitani, Bellitani, Calagurris, Ilerda, Oſca, Tarracona, Bilbilis.

ILLEPHONSVS Giron, Hiſp. Ord. Præd. ſcripſit Promptuarium Concionum Aeſtiualium Dom. Ieſu Chriſti, Sanctiſs. Dei Genitricis atque omnium Sanctorum. Mogūtiæ apud Balthaſarem Lippium an.1605. Colon. apud Conrad. Butgenium.

ILLYRICANA Synodus an.365. mandante Liberio Pont. Max. per ſuum Legatum Elpidium Romanæ Eccleſiæ presbyterum celebrata eſt ad Nicæni Concilij de Conſubſtantialitate Filij fidem ſtabiliendam, ſed & in qua de Epiſcopis, & presbyteris deligendis eſt actum. Eius Decreta, & Synodalem Epiſtolam ad Aſianos, & alios Orientis Epiſcopos. Vide in 4. To. Baron. Card. ſub eundem annum.

ILLYRICARVM, & Dalmatiæ Eccleſiarum ad Symmachum Pontificem Romanum extat Epiſtola in Bibliotheca SS.PP. Cui reſpondet illa Symmachi Epiſtola Decretalis, cuius initium eſt, *Presbyteris, Diaconibus, Archimandritis per Illyricum*, &c. quæ habetur in Conciliorum Tomo ſecundo.

In ea verò Epiſtola, quoniam Acacij mentio fit, habes totam hiſtoriam in Liberati Breuiario de cauſſa Neſtoriana, & Eutychiana, c.17. & 18. Conciliorum Tomo ſecundo. Is enim à Felice Pōtifice Romano excommunicatus eſt, quòd Petro Mago hæretico communicaſſet. Quo item loco habetur, coactus eſſe, qui damnationis eius litteras deferebāt (cum eas non ſuſciperet, fultus Imperatoris patrocinio) per quendam ignotum Achimetenſem Monachum ſuſpendere in eius pallio, dum Eccleſiam ingrederetur ad celebranda ſacra.

Extat item eiuſdem Symmachi Apologeticus aduerſus Anaſtaſium Imperatorem, qua inter alia prædicit futuras Imperatoris calamitates, & interitum. Perijt autem poſtea Imperator ictus fulmine.

ILVDOLPHVS è Suchem, Germanus, quoniam characteribus, ſiue typis (licet perantiquis,) editus tamen abſque Operis inſcriptione, & abſq; typographi nomine, haud omnino libenter à me hic inſeritur. Scripſit ad Balduinum (alij *Baldeuinum*) Padebornenſis Eccleſiæ Epiſcopum Librum de Terra Sancta, ſuaque Hieroſolymam profectione, deq; ijs, quæ ibidem quinquennio demoratus obſeruauit, & expertus eſt.

## I N

INA Rex Sanctus in Anglia (quam alijs *Ilnam*, & Viſiſaxonum Regem, atque obijſſe Romæ monachum effectum ſcribūt) opum S.R.E. amplificator, vt ſubditos ad bene, beateq; viuendum inſtrueret, ſanctiſſimas condidit leges, quas vtinam poſteritas non antiquaſſet. Eæ fuerunt leges Religioſæ, libro vno. Statuta Municipalia libro altero. Epiſtola ad Gregorium huius nominis Secundum, Pontificem Maximum. Vide Matthæum



Digitized by Google

Vueſtmonaſterienſem in Floribus Hiſtoriarum ad ann.727.Polydorus Virgilius, lib.4.

Incerti Auctoris de Fide Tractatus meminit Photius in Græca Bibliotheca.

Incerti,ſed antiqui,Auctoris Tractatus Latinus extabat Sixti Senenſis tempore Venetijs apud Academicos Venetos inſcriptus *Theologica Dauidis Poeſis*, Quo agebatur quemadmodum Regius Propheta Dauid in exponendis Diuinis laudibus, & exprimendis flagrantiſſimi cordis affectibus ad animę ſalutem pertinentibus tantum poſt ſe cæteros Poetas reliquit,quantum Diuinus Spiritus omnem humani ingenij vim antecedit.

Incertvs Auctor. Vide in verbo, Anonymus.

Incognitvs Auctor in Pſalmos. Vide in verbo,Michael Ayguanus.

Index Biblicus,qui res eas,de quibus in Sacris Biblijs agitur ad certa capita Alphabeti ordine digeſta,reuocatas ſumma breuitate cōplectitur.editus Antuerpiæ apud Plantinum 1571. Vide in verbo,Io. Harlemius.

Index Librorum prohibitorum cum Regulis à Tridentina Synodo confectis, & à Pio Quarto Pontifice Max.emiſſus,deinde iuſſu Clementis Octaui Pon.Max.recognitus & auctus,additis neceſſarijs alijs monitis,Romæ,Venetijs, Leodij,apud Henricum Houium & paſſim iam excuſus ad ablegandam librorum peſtilentium fæcem vtiliſſimus.

Index librorum expurgandorū Romę ex Typographia Apoſtolica prodijt an.1607.

Indvlgentiae,quæ ſunt ex Theſauro Eccleſiæ condonationes pœnarū, quæ poſt remiſſam culpam,debentur à pœnitente,tractantur à Scholaſticis Theologis ad quartum lib.Sententiarum diſtin.19.ſiue 20.ſiue 45.præſertim ab Alberto Magno, à D. Thoma, à S. Bonauentura, cum & de ijſdem antea egiſſent Gulielmus Altiſiodorenſis in Summa Theologica,lib.4.tract.6. cap.9. & Alexander Alenſis in Summa item Theologica parte quarta,quæſt.23.Quin & Interpretes Iuris Canonici Panormitanus, & alij in varia capita Tit.De Pœnitentijs,& remiſſionibus,& in Epiſtolis Decretalibus, & in Sexto,& Extrauagantibus. Ioan.de Turre Cremata in Commentario ad Martiani Decretum,de Pœnitentia hiſt.1.can.*Quis vidit aliquando* §.Item in Leuitico.Felinus in Sermone, ſiue Tractatu de Indulgentijs,& S.Antoninus in Summa,par.1.ti.10. cap.3. At poſt enatas Lutheri hæreſes Sylueſter Prieras,in Libello aduerſus Lutherum,& in Summa in Verbo,*Indulgentia*. Io.Eckius in Enchiridio ca.24.Adrianus Papa VI.in Comment.ad quartum librum Sententiarum,in Tractatu de Indulgentijs.Thomas Caietanus Card.in primo Tomo Opuſculorum Tractat.8.9.10.15.& 16.Io. Epiſcopus Roffenſis in Refutatione aſſertionis articulorum Lutheri,art.17.18.19.20.21.& 22.Dominicus Soto in 4.Sentent.diſt.21. Petrus Soto in Inſtitutione Sacerdotum lect.1.2.& 3. de Indulgentijs. Iacobus Latomus in Defenſione ſeptimi articuli Louanienſium. Martinus Ledeſmius in ſecunda parte 4. ſent. Quæſt.27.28.29. Michael Medina in Diſputatione De Indulgentijs. Io. Baptiſta Paulianus, in libris de Iobilæo, & Indulgentijs. Martinus Nauarrus in Commentario de Iobilæo, & Indulgentijs. Franciſcus Turrianus lib. quattuor De Dogmaticis characteribus Verbi Dei. Gregorius de Valentia libro De Indulgentijs. Iacobus Naclantus Tract.10.

Quos omnes auctores non tam enumerauit Rob.Cardin. Bellarminus, quàm accuratè perpendens,ac ſimul examinans quæcumque hęretici noſtri temporis euomerant contra Indulgentias,libros duos de ijſdem plenos ſucci(& quidem breues)emiſit,qui poſtremæ ſuorum Voluminum De Controuerſijs editioni ad finem Quarti Tomi fuerunt additi: vt qui hos legerit,ij ſine diſpendio temporis pro multis alijs eſſe queant.

Indvlphvs Anglus Monachus, & Abbas Monaſterij Crolandienſis in Anglia, qui ſui temporis Hiſtoriam ſcripſerit,affertur ab Arnoldo Vione, ſed cuiuſnam Congregationis fuerit,aut quoto anno vixerit,reſciri non potuit.

Informatio breuis, quomodo Sacerdotes in adminiſtrandis Eccleſiæ Sacramentis,alijſque Diuinis Officijs Catholico ritu peragendis inſtructi eſſe,& Auguſtanę Eccleſiæ formam ſequi debeant.Dilingæ ann. 1576.

Ingveleheimense (ſiue *Ingelhelmenſe*) Concilium in *Eengeleim*, ſiue in *Engleem* Regio Palatio prope Rhemos celebratum eſt ann.948. Agapito Pont.Max.mandante;Qui & Marinum Vicarium ſuum miſit cum Epiſtolis ad Epiſcopos Galliæ, atque Germaniæ, qui Synodum indiceret, & congregaret, atque ei adeſſet. Actum eſt de maximis diſſenſionibus, quæ inter Ludouicum Regem, & Hugonem Principem, quæve inter Artaldum Remenſem Epiſcopum, & Hugonem illicitè ſubſtitutum eiuſdem Vrbis Præſulem agitabantur. Actum item de Inceſtis Coniugijs & Sacerdotijs, quæ in Germania venundabantur. Adiudicata fuit cauſſa Artaldo tamquam legitimo Rhemenſi Epiſcopo.Adfuit ipſe Ludouicus Rex. Vide Frodoardum: ex quo pleraque Baronius Cardin.

in decimum Tomum Annalium inſeruit, cum poſtea capita decem eiuſdem Synodi ex m.s.Codice Monaſterij Vueingartenſis,eruta, Henricus Caniſius contulit. Vide finem Quinti Tomi antiquæ Lectionis,ab eo emiſſi,ann.1604.Ingolſtadij. In eo autem Codice,ſcriptum eſt. Ingelheimenſis Synodus.

INNOCENTIVS Albanus Innocentij F.ann.402.Suffectus Pont.Max.in locum Anaſtaſij demortui,& primus huius nominis,rexit Eccleſiam annis quindecim,menſem vnũ, dies decem.Quo Pontificatu ſanctè perfunctus,plura egit,& ſcripſit,quæ memoratu ſunt digna.Nempè Decretum Occidentalium, & Orientalium Eccleſiarum aduerſus Pelagianos,quo id ſanxit,quod ſucceſſor eius Zoſimus promulgauit: De regulis item monaſteriorum,ac de Iudæis, & Paganis. Cataphrygas verò expulit, atque Epiſtolas ſcripſit ad plurimos,quarum magna pars extat. A viris eius æui Sanctis Eccleſiæ Patribus Hieronymo, Auguſtino,Io.Chryſoſtomo,& alijs mirificè commendatus,in Romano etiam martyrologio anniuerſaria commemoratione tamquam Vir ſanctiſſimus celebratur. Vide Quintum Annalium Tomum Baronij Card.Geſta,ſcripta,obitum eius fuſè perſequentis quin & oſtendentis non eſſe hunc Innocentium,ſed alterum Epiſcopum,ad quem D.Baſilius duas ſcripſit Epiſtolas. Quæ verò Eraſmus, & alij eius farinæ homines (vt ſolent de ipſa quoque Chriſti Eccleſia)obloqui ſunt auſi,ne digna quidem ſunt, quæ hic recenſeantur.

INNOCENTIVS Secundus Pontifex Max. Romanus, qui Pontificatum geſſit annos quattuordecim,menſes ſeptem,dies tredecim,& cuius illud Opus fuit, quod adhuc cernimus in fornice S.Mariæ Tranſtyberinæ,celebrauit varia Concilia, Claromōtanum in Gallia,in quo Petrum Antipapam cum eius aſſeclis damnauit: Rhemenſe: Placentinum in Italia:Piſanum in Etruria,vbi Antipapam damnauit:Lateranenſe Romę:Quo inſtituit ne quis Laicus manum violentam clerico inijceret.Obijt ann.1108. Extat autem eius liber,ſiue Commentarius in Cantica Canticorum m.s.in Bibliotheca celebris Monaſterij Sancti Galli in Heluetia.

INNOCENTIVS Tertius huius nominis Pont.Max.patria Anagninus,quæ Ciuitas eſt in Latio,Lotharius antea appellatus,vir verè doctiſſimus,qui celeberrimum,& frequentiſſimum omnium,quæ habita fuerunt in Europa,Concilium coegit, quo monſtrata, & mandata eſt ratio docendorum in Scholis Adoleſcentum,ac tradendę in Academijs Philoſophiæ aduerſus impios,qui mortalitatem animæ Rationalis, ſpecie Peripateticæ doctrinæ ingerunt,atq; inter alia propugnata eſt veritas ſanctiſſimæ Euchariſtię,ac defenſa Tranſubſtantiatio,Almerici errores damnati, libellus Ioachimi Abbatis aduerſus Petrũ Lombardum proſcriptus.Peruſij deceſſit ann. tam inſignis Pontificatus decimooctauo, menſe ſeptimo,die ſextodecimo. Reliquit autem.

Decretales,quibus Iuris Canonici periti vtuntur non minus in Iudicijs,quàm in Scholis.Quaſq; mandauit obſeruari,quippe quibus præter alia, hæreſes improbauit. In quibus,quod etiam Bellarminus Cardinalis notauit,in c.*Cum veniſſet*,De ſacra vnctione irrepſit à librarijs mendum vnius verbi, quod ſententiam turbat. Habet enim, *Non Iudaiz.at Eccleſia,ſicut antiqui mentiũtur,qui neque Scripturas, neq; Dei nouere virtutem.* Emendandum eſt illud *antiqui*,ac legendum eſt.*aliqui.* Nam ipſe Innocentius ex antiquis ipſis ſuam maximè ſententiam probat.

Scripſit item in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales.De Officio Miſſæ. De Sacramento Baptiſmi. De clauſtro animæ. Librum De contemptu Mundi,de quo vide eundem Card. Bellarm.lib.2. De Purgatorio,c.4.vltra medium. Sermones.

Eius Opera,cum horum aliqua tum alibi,tum Antuerpiæ , ann. 1550. fuiſſent excuſa apud Ioannem Stelſium,recuſa fuere omnia Venetijs ann.1578. ad ſignum Falconis. Claruit ann.1200.

INNOCENTIVS Quartus,Pont.Max.*Sinibaldus* vocatus ante Pontificatum,Genuenſis, è familia nobiliſſima Fliſca,è Lauaniæ Comitibus , ſcripſit De poteſtate Eccleſiaſtica, libr.1. Apparatum ad Decretales.Regulam Clariſſarum,lib.1.Authenticas quoque, lib.1. Librum De iuriſdictione Imperij,& auctoritate Pont.contra Petrum Vineam,quem Innocentius deinceps Apologeticum vocauit.Epiſtolarum ad diuerſos, lib.1. Eius autem Gloſſæ ſuper Decretal.cum Margarita Baldi,Lugduni prodierunt ann. 1525. Citatur & Lectura eius ſuper Decretales,item ſuper Sexto Decretal.& ſuper vnoquoque titulo:ſed & Exceptionum Tractatus. Commentaria verò eius in quinque libros Decretalium:nec non in Decretales per eundem editas à Petro Vendramino ad veterum , & recentiorum exemplarium fidem collata,cum Annotationibus Iuriſcōſultorum,edita ſunt apud Bernardinum Melonariũ,Venetijs an.1570.& Margaritā Baldi de Vbaldis. Claruit an. 1250.

INNOCENTIVS Quintus Pontifex Max.antea Petrus Tarantaſienſis, ſiue de *Tarantaſia* nominatus,natione Burgundus(vt inquit Platina) Ord.Prædicatorum,ſcripſit Poſtillas in Moyſis Pentateuchum.In Pſalmos Dauidis.In Canticum Canticorum Salomonis. In B.Lucam. Diui quoque Thomæ Aquinatis Opera in Compendium redegit. Præter id quod in Philoſophicis ſcripſerat.De Aeternitate Mundi.De intellectu,& voluntate. De veritate formarum. De materia Cæli. Viuebat ann. 1275.

INNOCENTIVS Sextus Pont. Max.Lemouicenſis,Gallus,*Stephanus* antea vocatus,fertur aliquot Sermones ſcripſiſſe,quos tamen ipſe non vidi.Id ſcio,eum Pontificij, & Ciuilis Iuris Conſultiſſimum ad Pontificatum fuiſſe aſſumptum ann. 1352. in quo Eccleſiæ ſuam Paſtor fidelis,& impauidus operam præſtitit, Clerum,& Principes ſummo in officio continuit; Bona Eccleſiæ adempta recuperauit; Inſtitutiones quaſdam Foroliuienſibus compoſuit;Decreta verò,& Epiſtolas ſcripſit, quantas æquum eſt feciſſe, qui fermè decennium(licet non integrum,)in ſummis rerum conflictationibus clauum Eccleſię tenuit.

INNOCENTIVS Septimus Pontifex Max.qui antea dicebatur *Coſmatus*, patria Sulmonenſis,in Regno Neapolitano,Pontificij,Ciuiliſq; iuris & ipſe valde peritus,Orationem grauiſſimam in conſeſſu Cardinalium de Eccleſiaſtica vnione habuit.Vixit ann.1404.

INNOCENTIVS Octauus Pont.Max.vocatus antea *Io. Baptiſta Cibo*, Genuenſis,euectus ad Pontificatum ann.1484.Scripſit quæ pro ratione tanti muneris ſolent Pontt.Maxx.ac præcipuè is,qui octennium ipſo perſunctus eſt.At eius Epiſtolæ aliquot m.s. aſſeruantur in Biblioth.Cæſarea Viennæ.

INNOCENTIVS Nonus Pont.Max.Bononienſis,appellatus antea Io. Ant. Fachinetus,vir & ipſe Iuriſconſ.neſcio an aliquid ſcripſerit,præter moralia,& aduerſus Machiauellum,vt mihi is ipſe iam Pontifex Max.dixit.Sed ea non prodierunt in lucem. Bimeſtri autem Pontificatu non potuit,quæ in bonum Eccleſiæ inchoauerat,perducere ad exitum. Obijt ann.1591.

INNOMINATI Auctoris Chronologia ab Adam vſque ad Carolum Magnum extat m.s.in Bibl.Monaſterij S.Galli in Heluetia.

INSINVATIONVM Diuinæ pietatis libri quinque,tandem poſt annos propemodum trecentos (quibus penè latuerunt) diligenter recogniti,& denuò in lucem editi,opera Tilmanni Bredenbachij. Coloniæ apud Petrum Horſt.ann. 1588.

## I O

IOACHIMVS Abbas Florenſis,Ordin.D. Benedicti (vt Tritemius inquit)ſed forſan Ordinis alterius , certè Monaſterij ab ſe inſtituti , vt extat in Epiſtola Honorij Tertij Pont. Maximi(de qua poſt)in Calabriæ oppido *Gallico* natus, vir fuit, de quo Gulielmus Pariſienſis in libro De virtutibus,acerrimi iudicij Theologus,ita ſcriptum reliquit: *Debes ſcire,quia donum intellectus tantæ claritatis eſt,& acuminis in quibuſdam,vt valde aſſimiletur ſpiritui prophetiæ , qualem crediderunt nonnulli fuiſſe in Abbate Ioachimo. Et ipſemet de ſe ipſo dixiſſe dicitur, quia non erat ei datus ſpiritus Prophetiæ,ſed ſpiritus intelligentiæ.* Sanè verò iſtud intelligentiæ donum olfaciet is, qui eius Commentaria in Apocalypſim , & in Concordiam Veteris, & noui Teſtamenti perleget.Scio autem & Prophetiæ dono donatum fuiſſe,paſſim percrebuiſſe:quòd & in Prophetas(aiunt)ſcribens oſtenderit : quodque pleraque exitus rerum ab eo prædictarum comprobauerit:Id præſertim,quod D.Dominici,& D.Franciſci Ordines ita prænunciauerit , vt etiam Opere muſiuo eos exprimi in Templo D. Marci, quod eſt primarium Venetijs,curauerit.Veruntamen iam ipſi Sancti Dominicus, atque Franciſcus viuebant,qui poſt paucos annos Ordines ſuos inſtituerunt. Illud propius verò,quod D.Antoninus Archiepiſcopus Florentinus Titulo vlt. tertiæ ſuæ Partis Hiſtorialis affert ex Ioachimi explanatione in Apocalypſin de Ordine Eremitarum S. Auguſtini, quæ ſic habet : *Surget ordo, qui videtur nouus, & non eſt.* Induti nigris *veſtibus , & deſuper accincti Zona pellicea.Hi creſcent,& fama eorum diuulgabitur : & prædicabunt fidem, quam & defendent vſque ad Mundi conſummationem in ſpiritu,& virtute Eliæ.Qui erit ordo Eremitarum æmulantiũ vitam Angelorum.Quorum vita erit quaſi ignis ardens in amore, & zelo Dei ad comburendum ſpinas , & tribulos,hoc eſt,ad conſummendum,& extinguendum pernicioſam vitam prauorum, ne mali amplius abutantur Dei patientia.*

Cæterum quidquid huius rei ſit,illud conſtat , & plures mendaciter eius dicta fuiſſe interpretatos;quin & Lutheranos ad propugnandos errores ſuos ea detorſiſſe , alios autem ad carpendam Pontificum Maximorum vitam auertiſſe, ac licet ſpecie quadã de his

hono-

Digitized by Google

honorificè locutos fuiſſe, iconeſque cum Ioachimi verbis edidiſſe, fallaciter tamen, atq; doloſè, virus, quod latebat in eorum cordibus, euomuiſſe.

Initio Decretaliũ, in cap. Damnamus. Vide Scholaſticos in lib. 1 Sent. diſt. 5. Vide Melchiorem Canũ lib. 12. c. 7. De locis Theologicis. Et Frãciſcum Pegnã in c. 2. Directorij Inquiſitorum.

Iam de Ioachimo conſtat Innocentium Tertium Pont. Maximum eius librum approbante Concilio dãnaſſe, quem contra Petrum Lombardum De vnitate, ſiue eſſentia Trinitatis ſcripſerat, docens eſſentiam Diuinam generare, & generari, ſpirare & ſpirari, cum rectè Petrus Lombardus docuiſſet, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, & Naturam Diuinam eis communem, quæ nec generet, nec generetur, nec ſpiret, nec ſpiretur. Sed & cõſtat eundem Ioachimum hortatu Lucij Tertij Pont. Maximi, ac deinceps Vrbani, & Clementis Pontt. Maxx. iuſſu, Expoſitionem Apocalypſeos, & Concordiam vtriuſq; Teſtamenti, & alia texuiſſe: In quorum initio ſe eam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, conſtanter aſſerit; iubet verò, quæcumque ſcripſerit, aut ſcripturus ſit, vt ſanctæ Sedis Apoſtolicæ iudicio ſubijciantur, quæ illa approbet, reijciat, emendet.

Atqui item conſtat extare in Vaticana Bibliotheca Honorij Tertij Pont. Maximi Epiſtolam ad Epiſcopum Lucaniæ, aduerſus eos, qui de Ioachimo, atque eius monaſterio acerbius obloquebantur, quę ita habet: *Ad audientiam noſtram noueritis perueniſſe, quòd cum Abbatem, & monachos Ordinis Floris de crimine hæreticæ prauitatis infamas, & à tuis permittis ſubditis infamari, ſumens occaſionem ex eo, quòd felicis memoriæ Innocentius Papa prædeceſſor noſter Libellũ, ſiue Tractatum, quem Abbas Ioachimus eiuſdem Ord. inſtitutor edidit contra Magiſtrum Petrum Lombardum De Vnitate, ſeu eſſentia Trinitatis, Generali approbãte Concilio damnauit. Cum igitur idem prædeceſſor noſter in ſententia prædictæ damnationis expreſſerit, quòd per hoc Florenſi Monaſterio nolebat aliquatenus derogari, quoniam & in eo & regularis eſt inſtitutio, & obſeruantia ſingularis, idemq; Ioachimus omnia ſcripta ſua ipſi prædeceſſori noſtro aſſignari mandauit Apoſtolicæ Sedis approbanda iudicio, vel etiam corrigenda, dictans Epiſtolam, cui propria manu ſubſcripſit, in qua firmiter confitetur, ſe illam fidem tenere, quam Romana tenet Eccleſia, quæ diſponente Deo mater eſt cunctorum fidelium, & magiſtra. Fraternitati tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, atque præcipimus, quatenus Fratres Ordinis ſupradicti, ſuper hæreſeos crimine nec ipſe infamare præſumas, nec à ſubditis tuis permittas, ſeu aliquatenus diſſimules infamari. Datum Romæ apud S. Petrum, quarto Nonas Decembris, Pontificatus noſtri anno primo.*

Iam verò à Ioachimo Abbate Florenſi fuiſſe ſcripta hæc, quæ ſequuntur, cognouimus ex Tritemio.

In Ieremiam Prophetam. Quod quidem extat Venetijs excuſum, ann. 1525. apud Bernardinum Benalium: & antea apud Lazarum Soardium, ibidem ann. 1516. ac poſtea ann. 1577. Coloniæ apud Ludouicum Alectorium.

In Iſaiam, & in aliqua capita Naum, Abacuck, Zachariæ, & Malachiæ apud Lazarum Soardium, ann. 1517. Venetijs.

In Apocalypſim Ioannis Euangeliſtæ, apud Franciſcum Bindonum, & Maphæum Paſinum ſocios, ann. 1527. Venetijs.

Concordiam Veteris, ac noui Teſtamenti apud Simonem de Lucre, ann. 1519. Venetijs. Cuius Concordiæ caput centeſimum decimum nonum, quod eſt poſtremum, legendum eſt. Ex eo enim & bona mens Ioachimi, & reſponſio ad aliquos ſuis prænunciationibus obtrectantes cerni haud inutiliter poterit. Porrò apud eundem Simonem de Luere excuſa fuiſſe reliqua Opera eodem anno aliqui ſcribunt. Quæ quidem ipſe non vidi.

Pſalterium decem chordarũ, in quo de ſumma Trinitate, atque eius Diſtinctione agitur.

De numero item Pſalmorum, & eorum arcanis, & myſticis ſenſibus.

De Pſalmodia. De modo, & vſu pſallendi ſimul, & pſallentium, apud Franciſcum Bindonum, & Maphæum Paſinum Socios. Venetijs ann. 1527.

In Danielem Prophetam, librum vnum. Ad Henricum ſextum, librum alterum. De ſeptem Sigillis. De futuris temporibus. Epiſtolas ad diuerſos.

Alia quoque multa contra Iudæos, & alios fidei Catholicæ aduerſarios; quæ cum ad Tritemij manus (vt ille ſcripſit) haud venerint, ſuſpicor aut interijſſe, aut partem eorũ eſſe intelligendam extare in ſuperioribus memoratis libris: puta, De ſeptem ſigillis in Cõmentarijs ad Apocalypſim, De futuris temporibus in ſecunda parte Expoſitionis Iſaię prophetæ. In ea enim egit De ſeptem temporibus Eccleſiæ.

At de quindecim Põtificibus, quod idem inquit Tritemius, Ioachimũ ſcripſiſſe, prodierunt eiuſdem Vaticinia, & Epiſcopi Marſici, Ferrariæ apud Victorium Baldinum, anno 1593. Deinde Venetijs ann. 1598. cum Rotis, & imaginibus ex ære expreſſis cum Notis Paſqualini Regiſelmi, atque ann. 1600. ibidem, apud Ioannem Bertonum, cum alijs Notis Hieronymi Ioannini.

Cæterum aliorum Notæ, qui fuerunt hæretici, & ab Eccleſia Catholica proſcripti, neque

hic memorari,& verò proijci debent,quò dignæ ſunt, Inferni quiſquiliæ.

Et Venetę quidem editioni pręfixa eſt vita Ioachimi Abbatis à Gabriele Bario Franciſcano emiſſa,qui cum illum Mauri Tabellionis,& Gemmæ filium fuiſſe dicat,nec Patriã, vbi natus ſit refert,& de dilatione baptiſmi ei traditi nõnulla commemorat, quorum apud eum eſto fides. Verumenimvero è Chronicis Ordinis Seruorum ſcimus Beati Ioachimi,(ſic enim,hoc eſt,*Beatum* appellant)vitam fuiſſe ſcriptam à P. Paulo Florentino,& à Nicolao Burgenſi. Sed & legendi de eius vita Tritemius De viris Illuſtr.Ordin.Sancti Benedicti,lib.2.c.117.& De Scriptoribus Eccleſ. Paſqualinus Regiſelmus, & F.Leander Bononienſis.

Quæ verò expoſitio in Librum Cyrilli De magnis tribulationibus,& ſtatu S.R.E.ab illis temporibus vſq; ad finem ſeculi aſcripta fuit ipſi Ioachimo,prodijt quidem apud Bernardinum Benalium,(de quo paullo antea locuti ſumus) vnà cum alijs à Theleſphoro quodamConſentino Eremita,& presbytero Calabro collectis,ſed num Ioachimi fuerint,ac quonã tempore vixerit Cyrillus iſte. Vide in verbo,Cyrillus Carmelita, poſt Cyrillum Alexandrinum.Vixit Ioachimus Abbas ann.1200.

IOACHIMVS alter, Abbas Stangardienſis Tabulam Quadripartitam De quatuor hominum Nouiſſimis edidit Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium.

IOACHIMVS Hopperus ex antiqua Hopperorum familia , Sneeæ in Friſia natus I.C. quam Facultatem Louanij magna cum laude profeſſus eſt, varijs in Belgio , & apud Philippum II.Regem in Hiſpania muneribus perfunctus, ſcripſit Paraphraſim in Dauidicos Pſalmos additis breuibus argumentis,atque explanationibus in quinque libros congeſtã. Quæ Antuerpiæ prodijt apud Plantinum,ann.1595.cum & Iuris Pontificij, atque Ciuilis Librum ſingularem, & Iſagogen in veram Iuris prudentiam ad filium libris octo: ac De iuris Arte tres libros:& Diſpoſitionem in quattuor libros Inſtitutionum: & Diſputationem in libros Pandectarum Coloniæ apud hæredes Birckmanni emiſiſſet anno 1556. & ann.1557.

IOACHIMVS Mirycianus Dominicam Orationem expoſuit. Aduerſus Lutherum ſcripſit Carmine.Elegiam De morte optimi Viri Hieronymi Empſeri compoſuit. Viuebat ann. 1540.

IOACHIMVS Perionius,Patria Comeriacenus,& Monachus monaſterij D.Pauli,prope Comæriacum, Ord. D. Benedicti,Congregationis Cluniacenſis, qui obijt ann.1570. præter Ariſtotelis plures libros,Ethicos,Politicos,Logicos,Parua Naturalia, Meteorologica,Platonis(ſiue quicunque is fuerit)Axiochum,Latinè redditos è Gręco,& alia ſpectantia ad humaniores litteras edidit Topicorum Theologicorum libros duos, Pariſijs apud Thomam Richardum , ann. 1549. De Vitis,& rebus geſtis Apoſtolorum, ibidem apud Carolum Perier,ann.1551.Orationes varias,vnam De laudibus B.Ioan.Baptiſtæ. Alteram ad Henricum Secundum Galliæ Regem,cæteroſque Chriſtianæ religionis Principes aduerſus Petrum Aretinum. Aliam De laudibus Dionyſij Briconeti Epiſcopi Macloujenſis.Ibidem,ann.1551.De Prophetis, & Patriarchis Coloniæ apud hæredes Birckmanni,ann.1557.De Vita Domini noſtri Ieſu Chriſti,& Beatiſſimæ Virginis, ibidem an.1569. apud Theodoricum Baumium.

Vertit autem è Græco in Latinum Origenis, ſiue peruetuſti cuiuſdam , ac pereruditi viri Commentarios in Iob. Quam tamen verſionem collatam cum eo ipſo libro Regiæ Bibliothecę,quo ipſe Perionius eſt vſus,expendit poſtea Iacobus Billius Prunęus,lapſuſque Perionij indicauit in libris Sacrarum obſeruationum.

Vertit item Dionyſij Areopagitæ Opera omnia,quæ extant,cum eiuſdẽ Vita,& Scholijs,incerti Auctoris,in Librum De Eccleſiaſtica Hierarchia. Quæ Coloniæ prodierunt apud hæredes Birckmanni,ann.1557. Iuſtini quoque martyris Opera, vna cum huius vita ab ſe conſcripta,& D.Baſilij Hexaemeron Latinitate donauit. Quam Baſilij verſionem à nobis expenſam vide in verbo,Baſilius Magnus.

At ſummatim de omnibus Optimi huius viri verſionibus malo alienum potius quam meum afferre iudicium. Quippe,vt conſtans penè omnium ea ſententia eſt virorum præſtantium,plus elegantiæ,atque Latinitatis,quàm veritatis in ijs reperiri, ſic vnus ipſe Iacobus Billius in Græcis diſciplinis,& lingua eruditiſſimus *Multo plus*(inquit de Perionio) *ipſi deberemus,ſi ad eximiam quandam,ac ſingularem vertendi elegantiam, eam quoque, quam par erat, Græcæ linguæ cognitionem, maioremq́; etiam aliquantò diligentiam adiunxiſſet. Quorum alterum, cum ſemper,alterum nimis frequenter in eo à plerisq́; viris ſumma doctrina præditis deſideratum ſit, hinc factũ eſt,vt longè plures,grauioresq́; quàm vellem errores in ipſius Interpretationibus inueniantur. Hæc, & alia de illo Billius.*

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES ab Abbatis Villa. Vide in verbo, Ioannes Algrinus.

IOANNES Acton Anglus I.V.C. compoſuit Apparatum ad Conſtitutiones Eccleſiaſticas Ottonis, & Othoboni Cardinalium Legatorum. Ad Statuta item Anglicana. Viuebat ann. 1290.

IOANNES Adelphus, ſcripſit Expoſitiones Sequentiarum Eccleſię. Viuebat ann. 1515. Eiſingren.

IOANNES Adgilli Friſius, eius nominis Secundi Friſiorum Regis filius, inter fratres Gundobaldum, & Radbodum natu medius ob Regni auiti contemptum, & ſingularem Religionis Chriſtianæ propagandæ zelum, & incomparabilem vitæ ſanctimoniam vulgo *Presbyter* cognominatus, vna cum Otgero Danorum Rege expeditionem fecit ſub Carolo Magno in Terram ſanctam: & captis Hieroſolymis cum Carolus rurſus Germaniā peteret, vna cum Otgero in Indiam perrexit, ibique occupata vaſtiſſima terra Regnum condidit, quod eſt ab eo denominatum Regnum Presbyteri Ioannis. Cuius ſucceſſores potētiſſimi Reges deinceps *Presbyteri Ioannes* appellati ſunt: Ipſum Regnum poſtea etiam Abyſſinorum dictum eſt, de qua plenius dicturi ſumus in Opere noſtro de Colonijs Friſiorum, & in decimoquarto annalium noſtrorum libro. Scripſit autem Ioannes hic ad Gundobaldum nepotem ſuum, Radbodi filium, vti teſtatur Cappidus, qui temporibus eius valde vicinus fuit. De expeditione Caroli Francorum Regis in Terram ſanctam. De expeditione ſua in Indiam. De terræ Indianæ qualitate. De gentium in ea diuerſitate. Floruit ſub Carolo Magno circa annum Chriſti 790. Hæc Suffridus Petrus lib. de Friſiæ ſcriptoribus.

IOANNES Aegeates, ſiue Aegeæ presbyter ſcripſit quidem Grecè Hiſtoriam Eccleſiaſticam à Neſtorio hæretico vſque ad Petrum, qui Antiochenam ſedem inuaſit, eamque decem Tomis, ſiue Sectionibus. Quorum tamen quinque duntaxat Photius in ſua Bibliotheca narrat ſe perlegiſſe, ſed qui hæreſibus eſſent referti; & præter alia, Concilio Chalcedonenſi aduerſarentur. Synodum autem à Dioſcoro coactam poſt Concilium legitimum Epheſinum, quæ à Græcis ληςρικὴ, hoc eſt, *Prædatoria* dicta fuit, mirificè celebrarent. Quamobrem iuſto Dei iudicio interierunt.

IOANNES Aegidius è Zamorra, Ord. Minorum, Miniſter Prouinciæ Luſitaniæ, edidit librum De præconijs Hiſpaniæ, quem Sanctio Caſtellæ Infanti dicauit.

IOANNES Albertus, Vimpinēſis, Germanus, ſcripſit aduerſus Spangembergium pro fide Catholica: Orationem quoque funebrem in funere Friderici Staphyli inſignis Lutheranorum expugnatoris. Viuebat ann. 1565.

IOANNES Alcok. Vide infra in verbo, Ioannes Alkok.

IOANNES Alerius, ſiue *de Alerio*, Toloſanus, Gallus, Ord. Carmelitarum, qui eiuſdē Ordinis fuit tertiuſdecimus Prior Generalis, vir nauus, ac Dei ſeruus, ſcripſit in Mag. Sent. & in Eccleſiaſticum. Viuebat ann. 1330. At obijſſe ann. 1342. die 24. Nouembris habet Necrologium Carmelitanorum Florentinorum. Tritem. Iacobus de Plebe. Petrus Lucius.

IOANNES Algrinus (alijs *Halgrinus*) Monachus Cluniacenſis, Abbas S. Petri de Abbatis Villa, Gallus, ex Archiepiſcopo Biſuntino, Epiſcopus Cardinalis Sabinus, Profeſſor olim Gymnaſij Pariſienſis, ſcripſit In Canticum Canticorum Salomonis: Quæ expoſitio prodijt Pariſijs apud Aſcenſium, ann. 1521. Sermones item ad populum habitos. Viuebat ann. 1227. Eiſingren.

IOANNES Alkoch, Anglus. Eligenſis Epiſcopus, De monte perfectionis librum edidit: Pſalmos Pœnitentiales Commentarijs illuſtrauit, Sermones ad populum habitos ſcripſit. Viuebat ann. 1487. Eiſingr. Sed & 1490. Sixto Senenſi.

IOANNES Alteſtaig Mindelhaimenſis, & Theologus, Lexicon Theologicum emiſit complectens Vocabulorum deſcriptiones, definitiones, interpretationes. Antuerpiæ apud Bellerum, ann. 1577. Venetijs apud hæredes Melchioris Seſſæ, ann. 1579.

IOANNES Amundiſham, Monachus, Ioannis Frumentarij Abbatis Acta deſcripſit. Deinde librum alterum pro eodem, eumque inſcripſit, *Clypeum*. Epiſtolas item, & carmina pleraque. Viuebat ann. 1450.

IOANNES Anania Bononienſis, quem nomine Archidiaconi citant. Scripſit in Decretales, ac Volumen reliquit Conſiliorum. Obijt ann. 1455.

IOANNES Anconitanus, ſiue de *Ancona* citatur inter Summiſtas in Summa Angelica.

IOANNES Andeuer, Anglus, è Comitatu Hamptonenſi, Theologus, ſcripſit in Apocalypſin D. Ioannis Apoſtoli, & Poſtillas ſcripturarum.

IOANNES Andreas, Epiſcopus Alerienſis, Apoſtolicæ Bibliothecæ Bibliothecarius,

Nicolai

Nicolai Cuſæ Cardin. olim contubernalis, ſcripſit In Quartum Decretalium. Librum item De vſu feudorum. Alterum De appellationibus. Epiſt. plures. Viuebat ann. 1491.

IOANNES Andreas Bononienſis, ſcripſit In Decretales, lib. 5. In Sextum Decretaliũ, lib. 1. Mercuriale. Summam de Sponſalibus, & Matrimonijs. In Clementinas. Librum De arbore Conſanguinitatis. Atqui, cum eſſet adoleſcentior, ingenio viuidus Gloſſemata ad Sextum Decretalium conſcripſit, quæ deinde recenſuit, atque ſuis locis aptauit. Quin & quæ ſcripſerat in Clementinas, & in Decretales, quod Opus *Nouella* prænotatum ſic è veterum ſcriptis collegit, vt in ordinem, ſeriemque rectè digereret. Prodijt item Opus ipſius Additionum ad Speculum Gulielmi Durandi Pariſijs apud Franciſcum Regnault, ann. 1522.

Sanè, priuſquam Baſilea Ciuitas prorſus hæreſum tabo inficeretur, ex ea prodijt anno 1517. Summa eius ad Secundum Decretalium: Item ad Quartum. Et arbor Conſanguinitatis, Affinitatis, atque Cognationis tam legalis, quàm Spiritualis. Citantur autem eius Lecturæ in Decretales. Diſputationes etiam Mercuriales ad Tit. De regulis Iuris, libris ſex, ad ſingulas vna. Diſputatio De Clerico relinquente habitum an gaudeat priuilegio: Incipit, *Quia ſæpè quærimus*. Eius in quinque libros Decretalium, & Sextum, & in Tit. De Regulis Iuris, Nouella Commentaria fuere Venetijs recuſa, ann. 1581. Extat verò ipſius liber De interdictis in Tom. 14. fol. 344. ac De Sponſalibus, & Matrimonijs in Tom. 9. fol. 2. inter Tractatus poſtremò Venetijs excuſos, & auctos. Viuebat anno 1348.

IOANNES Andreas Florentinus, præter alia ſcripſit De laudibus S. Hieronymi, li. 4. *Hieronymum iugiter*. Michael Pocciantius, Ordinis Seruorum in Catalogo Scriptorum Florentinorum.

IOANNES Andreas Lilius Fabrianenſis, Tractatum Italicè edidit De Diaboli ęmulatione in Adoratione, in Sacrificijs, & in alijs ad Diuinitatem ſpectantibus, ad Victoriam Farneſiam Vrbini Duciſſam Sereniſſimam, Venetijs ann. 1563. apud Franciſcum Franciſcium Senenſem.

IOANNES Anglicus, Ord. Minorum, Expoſuit Quæſtiones Vniuerſalium Scoti.

IOANNES Anglicus, Ordinis Minorum, alius à priore, dudum profeſſus Theologiã in Academia Pariſienſi, edidit Summam, vulgò *Ioanninam* à nomine Auctoris dictam, ſcripſit quoque ſuper Magiſtrum. In Apocalypſim. Manipulum Florum. Item de perfectione Euangelica. Denique Sermones varios. Fuit & Ioannes à duobus prædictis, alius vir doctiſſimus tempore Innocentij III. Legatus Pontificius ad Anglos.

IOANNES alius Anglicus Theologus reliquit à ſe conſcriptum Roſarium Beatiſſ. Virginis. De quattuor eius feſtiuitatibus Natiuitatis, Annunciationis, Purificationis, Aſſumptionis.

IOANNES Anglus, Monachus Monaſterij Hildæ, ſiue Streneſhalcenſis, ex Epiſcopo Hagulſtadenſe, Sancto Vuilfrido ann. 711. ſucceſſor datus, cum ſuę præfuiſſet Eccleſię annis plus minus decem, doctrina, & ſanctitate clarus migrauit ad Dominum in Monaſterio S. Petri in Sylua Deirorum, ann. 721. Nonis Maij, ibidem in Templi porticu ſepultus. Beda, libr. 5. cap. 2. ad 6. Matthæus Vueſtmon. Tritemius, lib. 4. c. 68. & 170. & alij. Scripſit Homilias quaſdam in Euangelium D. Lucæ.

IOANNES Annius, Viterbienſis, quæ Ciuitas eſt Pontificiæ Ditionis, Italus, Ordin. Præd. ſcripſiſſe quidem à quibuſdam dicitur In Geneſim. In Deuteronomium. In Pſalterium Dauidis. In Prophetas maiores. In Prophetas minores. In Epiſtolas omnes D. Pauli. At neque Sixtus Senenſis, qui fuit eiuſdem Ordin. nec Antonius Senenſis qui Catalogum ſcripſit, vllius eorum Commentariorum meminit, ſed vnius tantum Commentarij in Pſalterium, cuius ipſe meminit in ſua Chronographia, & alterius in Apocalypſin, quem Sixto Quarto Sũmo Pont. Regibuſque, ac Principibus Chriſtianis dicauit. Scripſit quoq; De primis tẽporibus, & vigintiquattuor Regibus Hiſpaniæ, & eius Antiquitate. Præterea De Antiquitate, & rebus Etruriæ. De Etruſca item ſimul & Italica Chronographia. Quæſtiones De Thuſcia. Topographiam. Emendationes Chronicorum, quę tamen non fuere emendationes. Chronographiam contra Euſebium. Veruntamen, quæ ipſius extant Cõmentaria in Archilochi De Temporibus Epitomen. In Xenophontis Aequiuoca. In Beroſum. In Manethonem. In Metaſthenem. In Philonẽ De Temporibus. In Fabium Pictorem. In Myrſilium Lesbium. In Marci Catonis Fragmenta de Originibus. In Antonini Itinerarum. In Caium Sempronium. In Propertium de Vertumno, ſiue Iano, fuere quidẽ excuſa Antuerpiæ, ann. 1552. Sed accuratius deinceps expenſa non eſſe legitimos illos fætus eorum Auctorum, at ſpurios, & à veritatę alienos, plerique ſolidis rationibus mon-

ſtrarunt. Vide quæ Melchior Canus, Ord. Præd. & Epiſc. in ſuis Locis communibus, quæve Benedictus Pererius, & nos in 16. lib. Bibliothecæ Selectæ editionis Venetæ, & Colon. ann. 1603. hac de re ſcripſimus.

IOANNES Antiochenus. Vide in verbo, Io. Chryſoſtomus.

IOANNES Antiochenæ Eccleſiæ presbyter Euſebij Emiſeni, Diodorique ſectator, multa componere dicitur, de quibus περὶ ἱερωσύνης tantum legi. Et hęc quidem Hieronym. in Catalogo. At hunc puto eſſe eundem, qui etiam Epiſcopus Antiochenus, tredecim annos fuit, non autem decem & octo, quemadmodum falſus eſt Nicephorus. Eius autem Ioannis, ad Cyrillum Alexandrinum, & ad Romanū Pont. atque ad alios extant Epiſtolæ de quibus Baronius Cardin. Quarto Annalium Tomo ſic agit, vt eius hæreſes, ac dolos detegat. Obijt ann. 436.

IOANNES Antonius Campanus Epiſcopus Aretinus, ſcripſit Orationes De Spiritu Sancto, & de S. Stephano. Librum de fugienda ingratitudine. De regendo Magiſtratu alterum. De dignitate matrimonij alium. Orationes duas, habitas alteram in funere Caliſti Pont. Max. alteram in funere Card. Crotoniatum. Quin & ſcripſit ſex libros de Vita, & rebus geſtis Bracij Peruſini Italicæ quondam militiæ Imp. fortiſſimi. De Thraſymeni quoque lacus præſtantia.

IOANNES Antonius Canetius Siculus ſcripſit in Extrauagantes, qui & Venetijs fuit excuſus ann. 1577.

IOANNES Antonius Delphinus, è Caſali Maiore, inſigni Oppido Ditionis Mediolanenſis Conuentualis Ordin. Minorum, Theologus, & vir acri iudicio præditus, edidit Opus mole non omnino magnum, at certè vi, & perſpicuitate rationum haud exiguum, quo Vniuerſum fermè negocium De Eccleſia inter Patres Orthodoxos, atq; Proteſtantes hæreticos controuerſum, in tres libros eſt diſtributum. Venetijs apud Andream Arriuabenum, ann. 1552. De Matrimonio, & item Cœlibatu, libros duos. Quorum Primo agitur quidem Methodicè De vniuerſo Matrimonij negotio: At ſecundo De Cœlibatu Sacris initiatorum, Deq; Monaſticis Votis, atq; De Inſtitutis Regularium. Scripſit autem quinque item Libros De Salutari omnium rerum, ac præſertim Hominum progreſſu. Quorum Primus eſt De Rerum euentu. Secundus De Prædeſtinatione. Tertius De Peccato Originali, ac De libero arbitrio. Quartus, & Quintus De Iuſtificatione. Quæ omnia Camerini prodierunt apud Antonium Guioſſum, ann. 1553. De Cæleſtibus Globis. De agendis in Concilio Tridentino ſub Iulio III. Pont. Max. De Diuina Prouidentia libros tres Romæ, ann. 1588. De Methodo Opuſcula Logicalia. Obijt ann. 1560.

IOANNES Antonius Fauentinus, Ord. Minorum edidit pias Meditationes Italicè. Viuebat ann. 1577.

IOANNES Antonius è S. Gregorio, Præpoſitus Mediolanenſis Eccleſiæ, ac deinceps Cardinalis Alexandrinus, citatur in Summa Angelica inter Scriptores Iuris Canonici. Sanè ſcripſit Lecturas ad Decretum. Quin & ad Titulum Secundi Decretalium De Appellationibus. Et ad Quartum Decretalium Commentaria, quæ prſtantium virorum Notis illuſtrata prodierunt Venetijs ann. 1578. Scripſit autem & De feudis.

IOANNES Antonius Pantuſa, Conſentinus, & Litterenſis Epiſcopus, edidit Commētaria in Epiſt. ad Romanos: ac reliqua Opuſcula, quæ in tres Tomos diſtributa Venetijs prodierunt ann. 1596.

IOANNES Antonius Pipero, Conturſinus, Lucanus I. C. ſcripſit De omni vero Officio libros ſeptem. Neapoli excuſos, ann. 1534.

IOANNES Antonius Viperanus, Meſconenſis, Siculus, Iuuenatienſium Epiſcopus, Conciones aliquot celebrioribus anni feſtiuitatibus habitas edidit Venetijs apud. Ioan. Baptiſtam Ciottum, ann. 1600.

Hiero. in Catal. Script. Eccl. & in eo, qui illi aſcribitur prologo in Ioann. Vide Hierō. aduerſ. Iouinianū, vbi de priuilegijs Io. Euang. multa. & egregia: & Viterbienſem in Chronicis pag. 14. Hiero. Thr. 3. Epiph. hęr. 73.

IOANNES Apoſtolus hoc eſt gratia Dei, deſignatus per Aquilam, Zebedæi filius, Iacobi Apoſtoli frater, ex diſcipulis Domini vnus, Virgo electus à Deo, quē de nuptijs volentem nubere vocauit, planè totus illiteratus erat (vt inquit Theophylactus) patria vili, & obſcura, piſcaturæ apta. Poſtea permanens Virgo, & dilectus à Domino, à quo ei commendata de Cruce Mater, vt Virginem Virgo ſeruaret, qui de pectore Chriſti, vbi recubuit, Euangelij fontem potauit, & quaſi vnus de Paradiſi fluminibus, Verbi Dei gratiam in orbem diffudit, Apoſtolus, Euangeliſta, Propheta. quare & filius tonitrui dictus, ideſt fulmen, quemadmodum apud Hieremiam, Hebræa phraſi, filiæ pharetræ, ſagittæ dicuntur. quamquam Epiphanius putat vocatum ob ſuam grandiloquentiam, quaſi è quibuſdā nubibus, ideſt ſapientiæ ænigmatibus, piam nobis de filio intelligentiam iuxta ſimilem modum perſuaſerit. Hic igitur, qui à Domitiano miſſus in feruentis olei doliū, purior, & vege-

Digitized by Google

vegetior exiuit, quàm ingreſſus ſit, multa geſſit, paſſus eſt, ac ſcripſit vſque ad exiens primum ſeculum, quo deceſſit. At de illo ita Hieronymus in Catologo ſcribit, quæ ſequuntur. Ioannes Apoſtolus, quem Ieſus amauit plurimũ, filius Zebedæi, & frater Iacobi Apoſtoli, quem Herodes poſt paſſionem Domini decollauerat, nouiſſimus omnium ſcripſit Euangelium, rogatus ab Aſiæ Epiſcopis aduerſus Cerinthum, alioſq; hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma conſurgens, qui aſſerunt Chriſtum ante Mariam non fuiſſe. Vnde & compulſus eſt, Diuinam eius Natiuitatem edicere. Sed & aliam cauſam huius Scripturæ ferunt, quòd cum legiſſet Matthæi, Marci, & Lucæ volumina, probauerit quidem textum Hiſtoriæ, & vera eos dixiſſe firmauerit, ſed vnius tantum anni, in quo & paſſus eſt, poſt carcerem Ioannis hiſtoriam texuiſſe. Prætermiſſo itaque anno, cuius Acta à tribus expoſita fuerant, ſuperioris temporis, antequam Ioãnes clauderetur in carcerem, geſta narrauit, ſicut manifeſtum eſſe poterit his, qui diligenter quattuor Euangeliorum volumina legerint. Quæ res etiam *διαφωνίαν*, quæ videtur Ioannis eſſe cum cæteris, tollit. Scripſit autem, & vnam Epiſtolam, cuius exordium eſt: *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, & vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt de verbo vitæ*; quæ ab vniuerſis Eccleſiaſticis, & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium eſt: *Senior electæ Dominæ, & natis eius*; & ſequentis. *Senior Caio cariſſimo, quem ego diligo in veritate:* Ioãnis presbyteri aſſeruntur; cuius & hodie alterum ſepulchrum apud Epheſum oſtenditur; & nonnulli putant duas memorias eiuſdem Ioannis Euangeliſtæ eſſe: ſuper qua re, cum per ordinem ad Papiam auditorem eius ventum fuerit, diſſeremus. Quartodecimo igitur anno ſecũdam poſt Neronem perſecutionem mouente Domitiano in Pathmon Inſulam relegatus, ſcripſit Apocalypſin, quam interpretatur Iuſtinus Martyr, & Irenæus. Interfecto autem Domitiano, & Actis eius ob nimiam crudelitatem à Senatu reſciſſis, ſub Nerua Principe redit Epheſum; ibique vſque ad Traianum Principem perſeuerans totas Aſiæ fundauit, rexitque Eccleſias. & confectus ſenio ſexageſimooctauo poſt Paſſionem Domini anno mortuus, iuxta eandem vrbem ſepultus eſt. Ita quidem Hieronymus, ad quem pauca, Suffridus Petrus, & Marianus Victorius. Et Suffridus quidem ſic: *Sub Nerua Principe:* Hæc videtur eſſe genuina lectio, quam & Lypſius probat. Alius notat in quibuſdam m.s. Cod. pro *Nerua* eſſe *Pertinacem*, quod & Sophronius reddidit. Codex Gembla. habet, *ſub Nerua Pertinace*, quomodo legit etiam Sigebergenſis. Marianus autem & nõnulli (ait) putant duas memorias eiuſdem Ioannis Euangeliſtæ eſſe: ſuper qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem eius ventum fuerit, diſſeremus. ] *Duas memoratas, nos in vetuſtis manuſcriptis codicibus inuenimus: Verum duas memorias Batauus emendator legit, qui ſenſus ex Sophronio, quoque elicitur, habet enim δύο μνημεῖα. intelligit autem Hieronymus duas commemoratas Ioãnis Epiſtolas, vt infra in Papia legitur. quod ſi vox, Memorias, magis placet, de monumentis, quod ambo Io. Euangeliſtæ fuerint, intelligas, non vnum Ioannis Euangeliſtæ, alterum Ioannis presbyteri. quæ tamen nobis opinio non probatur, errantibus vna Batauo, & Sophronio. ipſum tamen verbum non immutauimus.* Ann. Do. 101

Sub Nerua Principe redit Epheſum ] *ſub Pertinace Principe redit Epheſum. ridendo olim errore tam Sophronius, quàm Eraſmus legebat: quaſi Pertinax ante Traianum, de quo ſtatim ſubijcitur, fuerit, & redierit ab exilio ſub Pertinace, ſub Traiano deinde deceſſerit. Ex hoc autem loco conijcio, ipſam quoque Sophronij verſionem vitiatam eſſe, parumq; ei in Catalogo credendum abſq; Hiſtoriæ cognitione, & veterum exemplarium fide. nos ita ex antiquis Codicibus reſtituimus, nec dubitandum quin recte, conſiderato Papiæ loco.*

Cæterum, quæ Ioannes geſſit in Phrygia, ſcripſit Metaphraſtes, & extant apud Lippomanum; reliqua verò de eiuſdem ipſius vita, geſtis, exitu, deinde item & de peregrinationibus Orientalibus ad Epheſinam Eccleſiam, ac de Sanctis illius Virginei corporis reliquijs, collegit ex varijs Baronius Card. tum in Notis ad Romanum Martyrologium, tum in Eccleſiaſticorum Annalium primo Tomo. His enim expendit, an Ioannes fuerit is, qui ſponſus fuit in Cana Galilææ, ac quomodo, quæ ab alijs prętermiſſa fuerant in Euangelio, ſuppleuerit, domumque habuerit Hieroſolymæ, vt conſentiat cum alijs de die Paſchatis à Domino celebrati, cuius ſenſum obliquè aliqui detorqueant; cur item acceperit primum locum in Cęna, geſtauerit laminam auream, nec ſemper in Aſia permanſerit; & vt in vaſe feruentis olei manſerit illæſus, vt relegatus eſt ad Inſulam Patmon, cuius Inſulæ omnes incolas inſtituerit in fide, Eccleſias autem in Aſia fundauerit, quomodo ab exilio reuocatus fuerit, ac deinceps à Dionyſio Areopagita viſitatus, qui ei ſuam ab exilio liberationẽ prædixerat; vt iuuenem perditum ad pœnitentiam adduxerit, mortuum ſuſcitauerit Epheſi; cum verò ſcripturus eſſet Euangelium, quid iuſſerit, ac quęnam ſigna de cœlo per tonitrua ſint edita: cur item & quoto anno tum Euangelium, tũ Apocalypſin ſcripſerit, quotque annis vixerit: quomodo ab Ioanne Presbytero ſit alius Ioannes ipſe

Metaphraſtes die 5. Septembris apud Surium To. 6. Die 27. Decemb.

Euangeliſta: denique vt Apollonium Tyaneum Magum, ſicut Petrus Simonem Magum, perſecutus ſit. Addit famã fuiſſe de Epiſtolis Domitiani, & Proconſulis Aſiæ, vltro citroque datis de Ioanne reo impietatis conſtituto Romam mittendo, deque eius geſtis coram Domitiano, nomine Procori ſcriptis; quæ tamen reijciuntur, quoniam in pluribus fuiſſe mendaciſſimus, quiſquis ille fuerit auctor, conuincitur.

Hierony. in præfat. in Euange. Matt.

*Ioannes igitur coactus eſt* (inquit Hieronymus) *ab omnibus penè tunc Aſiæ Epiſcopis, & multarum Eccleſiarum legationibus de Diuinitate Saluatoris altius ſcribere, & ad ipſum, vt ita dicam, Dei verbum non tam audaci, quàm felici temeritate prorumpere. Vnde & Eccleſiaſtica narrat hiſtoria, cum à fratribus cogeretur, vt ſcriberet, ita facturum ſe reſpondiſſe, ſi, indicto ieiunio, in commune omnes Deum deprecarentur. Quo expleto, reuelatione ſaturatus, illud procemium è Cælo veniens eructauit: In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Id verò fuit anno primi ſeculi à Chriſto nato nonageſimonono.

Iren. lib. 3. c. 1. Euſeb. lib. 5. cap. 8.

Euangelium autem ſcriptum à Ioanne in Patmo Inſula, editum verò Epheſi, fuere qui dixerunt; At Irenæus, & Euſebius inquiunt, ſcriptum Epheſi fuiſſe. Porrò verba Athanaſij in Synopſi hæc ſunt: *Euangelium ſecundum Ioannem prædicatum eſt à Ioanne Apoſtolo, & dilecto, cum exul eſſet in Patmo Inſula, & poſtea ab eodem Epheſi editum per Caium dilectum Apoſtolorum hoſpitem, de quo Paulus ad Romanos ſcribens, dicit: Salutat vos Caius hoſpes meus, & tota Eccleſia.* Fertur de eadem re ſententia Hippolyti Epiſcopi Portuenſis, & Martyris, in hæc verba: *Ioannes Iacobi frater, cum in Aſia verbum Dei propagaret, imperante Romæ Domitiano, in Patmum Inſulam eſt deportatus. Inde à Nerua reuocatus Epheſum, conſcripto Euangelio, & patefactione, quam conſpexerat, vita exceſſit, annos natus centum & ſex.* Poſt reſtitutionem itaque ab exilio, incerto tamen anno, ab eo ſcriptum eſſe Euangelium Epiphanius quoque teſtatur, ſic dicens: *Cogit Sanctus Spiritus Ioannem recuſantem Euangelium annunciare ob metum, & humilitatem in ſenecta ipſius poſt nonaginta annos vitæ eius, poſt reuerſionem ipſius à Patmo.* Sed quod addit: Quæ facta eſt ſub Claudio Cæſare; memoria lapſum puto, vel in codicem mendum irrepſiſſe; nam haud facilè probari poteſt, quòd Ioannes ſub Claudio ſaltem nonagenarius ætate fuerit.

Recitat Cedr. in Nerua.

Epiph. hær. 51.

Driedo de Script. Eccl. lib. 1. c. 3. p. 3.

Huius Euangelij cõtinuationem, occaſionem, ſcopum, & alia, Driedo adnotauit; Præſtantiam verò & dignitatem præ cæteris Euangelijs, cauſſam, ſcopum, partitionem, perſecutus eſt Ederus, à Tabula ſexageſimaquinta, vſque ad octogeſimamſextam libri tertij Partitionum Theologicarum.

Modum autem, quo facilius Euangelij huius ſenſus erui poſſet, Franc. Card. Toletus, ſuis in illud doctis Commentarijs, optimè quidem paſſim oſtendit: at Argumẽtum, quod eis præfixit, paucis ea pene omnia perſtringens, huic loco adijciendũ eſt. Sic autem habet: Ioannes Iacobi maioris frater, Zebedæi filius, à Vico Bethſaida, Galileæ regionis, arte piſcator, diſcipulus à Domino inter primos electus, vnà cũ ceteris vndecim Apoſtolus creatus, Euangelium vltimus omnium ſcripſit. Hic cum in tria aliorum Euangelia, quæ à quibuſdam fidelibus ad ipſum allata erant, incidiſſet, vidiſſetque hos tres in eo maximè Sermone verſatos, qui de Saluatoris erat humanitate, dogmata verò de eius Diuinitate prætermiſiſſe, ipſa quidem Euangelia admiratus, laudauit, veraque eos, & digna fide dixiſſe teſtatus eſt, ipſe verò Diuino motus ſpiritu, de Diuina Chriſti natura plura ſcribere, & quæ ab alijs præterita fuerant, enarrare decreuit. Hoc enim propter illius temporis hęreſes maximè Cherinthi, Diuinitatem Chriſti negantis, purumque hominem, qui à Ioſeph & Maria initium accepiſſe, affirmantis, neceſſarium iudicauit. Multis annis poſt captam Hieroſolymam, fide iam pateſcente, capacioribuſq; fidelibus effectis, ac multiplicatis, Euangelium in Aſia cõſcripſit; id in cauſſa fuit, cur altiora dogmata, & ſecretiorem doctrinam traderet, eaque ratione motus tamdiu Euãgelium hoc edere in lucem differret. Minus quàm ceteri Euangeliſtæ, Græcè locutus eſt; Hebraicis phraſibus abundat, vnde fit, vt Hebraici ſermonis peritia, non minus quàm Gręci, ad ſenſum ſententiarum aſſequendũ, ſit neceſſaria. Sunt autem duo alia in hoc Euangelio attendẽda: Vnum eſt, maximam vim in particulis cauſſalibus, illatiuis, cõtinuatiuis, ceteriſque eiuſmodi eſſe poſitam; vt interdum vna particula integrum ſententiæ ſenſum contineat, & oſtendat: Alterum eſt, in enarrandis Chriſti Sermonibus, & Concionibus, quod huic Euangeliſtæ maximè familiare, ac proprium eſt, non omnes, aut integras ſemper ſententias, vti à Domino habitę ſunt, ſed quæ præcipuæ & ad rem maximè facere videbantur, Ioannem deſcripſiſſe, & velut in Epilogum redegiſſe, vt in ijs Chriſtus agnoſceretur. Hinc videre licet, nonnunquam in eis connectendis ac copulandis difficultatem, vt ſibi non cohærere prima facie videantur, quæ reuera multum conſona, & cohærentia ſunt. Hæc Toletus. Quæ deinceps Ioann. Maldonatus adhuc accuratè eſt perſecutus in Euangelium Ioannis.

Angelos

Angelos porrò ex Euangelicis D. Ioannis ſcriptis didiciſſe aliqua S. Ioannes Chryſoſtomus inquit, his verbis: *Ioannes nihil nobis humanum, ſed à Spiritus Sancti profundis, & abditis theſauris omnia proloquitur, quæ neque Angeli, prius, quàm hic diceret, nouerunt; namque & ipſi nobiſcum didicerunt per Ioannis vocem, & per nos didicerunt quæ cognouimus: Quod B. etiam Paulus his verbis ſignificauit: Vt innoteſcat nunc Principatibus, & Poteſtatibus in cæleſtibus per Eccleſiam multiformis ſapientia Dei. Si igitur Principatus & Poteſtates, Cherubim, & Seraphim hæc per Eccleſiam didicerunt, planè conſtat ipſos Angelos ſumma cum attentione eius ſeſe auditores exhibuiſſe. quippe idcirco non parum honoris conſequimur, quòd nobiſcum Angeli didicerint, quæ neſciebant.* Eiuſdem ſententiæ eſt Origenes, & Theodoretus. Chryſoſt. homil. 1. ſiue præfatione homiliarum, in Ioannem.

Quomodo autem hæc intelligenda ſint, cùm præſertim quidam ſecus locuti eſſe videantur, Sixtus Senenſis libro Sexto ſuæ Bibliothecæ Sanctæ, Annotationibus 182. 299. & 320. ex D. Thoma, & Haimone rectè expendit; præterquàm quòd Bellarm. Cardin. item poſt pleroſque alios validis euincit rationibus, veram eſſe, quæ in Ioannis Euangelio ſcripta eſt, Adulteræ hiſtoriam. Orig. hom. in Luc. 23. Theodor. in Immutabili. Bellar. lib. 1. de Verbo Dei cap. 16.

Iam cum Apocalypſin etiam Ioannes ſcripſerit, ea cur facta ſit Ioanni, atque ab eo litteris mandata, traditur ab Anſelmo his verbis: *Deus & Dominus Pater, præuidens tribulationes, quas paſſura erat Sancta Eccleſia, poſtquam ab Apoſtolis fuit fundata, diſpoſuit cum Filio, & Spiritu Sancto eas tribulationes, earumq́; præmia reuelare: iacula enim, quæ præuidentur, minus lædunt.* Anſelmus in prin. in Apo.

Videndæ verò in Apocalypſin, & Annotationes ex Patribus, & Tabulæ, quas confecit Ederus, libro Oeconomiæ quarto, à Tabula octogeſima ſecunda, vſque ad ducenteſimam ſeptuageſimam tertiam.

Quid item aduerſus Ioannis Euangelium & Apocalypſin hæretici Alogi, & Theodorus Byzantius, & demum Anabaptiſtæ, & alij hæretici huius ſeculi, commēti ſunt, lucem fugientes, Auguſtinus, Epiphanius, & plerique alij ſcripſere; de quibus libro ſeptimo ſuæ Bibliothecæ Sanctæ Sixtus Senenſis plura, cum & eorum commenta ex Patribus refellit. Sed & Bellarm. Card. eos breui refutat, qui Apocalypſin oppugnabant. Vide autem Alphonſum Salmeronem in Prolegomenis, & qui in eam recentiores Commentaria ediderunt. De quibus paullo poſt. Bellar. To. 1. de Verbo Dei lib. 1. c. 19.

Scripſit etiam Ioannes Epiſtolas tres, quæ extant, Canonicas, & primam quidem ad omnes, quòd (vt inquit Oecumenius) Deus cognitus ſit, Diabolica verò energia poſthac deuicta ſit, abolita morte. At præter primam (vt inquit Sixtus Senenſis) illam ab omnibus ſemper Eccleſijs probatam Epiſtolam, ſcripſit etiam alias duas Epiſtolas; alteram de recta fide ſeruanda, & hæreticis vitandis, ad Gaium; alteram de hoſpitalitate ad Electam; quam (vt Hieronymus indicat, & de illo innuimus) quidam ex orthodoxis exiſtimarunt eſſe alterius cuiuſdam Ioannis Presbyteri, cuius ſepulchrum in vrbe Epheſo monſtrabatur, eò quòd in his Presbyterum ſcribat ſeipſum, & ad vnam mulierem, & ad vnicum Gaium ſcribat, contra conſuetudinem Epiſtolarum Catholicarum; quæ idcirco etiam Catholicæ, id eſt vniuerſales, ſiue orbiculares dicuntur, quòd non diſtinctæ vni perſonæ, genti, aut ciuitati, ſed vniuersè omnibus fidelibus ſcriptæ ſint. Vtramque tamen ſacra Concilia tamquam Ioannis in Canone acceperunt: ex quibus Græci priorem diuidunt in capita duo, poſteriorem in tria. Oecum. argumento in eũ. Sixtus Senē. lib. 1. Biblio. ſanctæ.

Qua verò occaſione ſcriptæ ſint hæ tres Epiſtolæ, quoq; tempore, id eſt, poſt reditum ab exilio: quid contineant, quis earum ſit ſcopus, quæ partitio, videndus Ederus eodem in libro quarto Oeconomiæ, à Tabula centeſima ſexageſima nona, vſque ad centeſimam octogeſimam.

Atqui cum hæretici quidam ea quæ capite vltimo Epiſtolæ primæ Ioannis habentur, illis verbis, *Tres ſunt, qui teſtimonium dant in cœlo, &c.* quive ſecundam, & tertiam Epiſtolam oppugnaſſent, legendus eſt Bellarminus Card. capite decimooctauo, & decimonono libri primi de Verbo Dei, Tomo primo.

Scripſiſſe item videtur Ioannes Euangeliſta Epiſtolas ſeptem, Chriſto mandante, ad Epiſcopos Eccleſiarum Epheſi, Smyrnæ, Pergami, Tyatiræ, Sardis, Philadelphiæ, Laodiceæ: quarum argumenta leguntur ſecundo, & tertio capite Apocalypſeos, vt in Commētarijs eius loci Victorinus affirmat. Quin Origenes putat hoſce ſeptem Epiſcopos fuiſſe verè Angelos, non tantum nomine & officio, ſed & natura. Orig. ho. 20. in Num. & homil. 13. in Lucam.

Epiſtolæ ad Parthos ab Ioanne ſcriptæ (quæ tamen nō extat, quod ſciam) meminit Auguſtinus, ex ea citans eadē verba, quæ ſunt in prima Epiſtola Ioannis Canonica, Nempe: *Dilectiſſimi nunc filij Dei ſumus, & nondum apparuit quod erimus. Scimus quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quia videbimus eum ſicuti eſt.* Ac Parthis quidem Euangelium annunciaſſe, præter eius Epiſtolæ inſcriptionem, conijci ex eo poteſt, quòd Patres Societatis noſtræ Indicis Auguſt. lib. 2. quæſt. Euangelicarum. quæſt. 39.



Digitized by Google

Epiſtolis ann. huius ſeculi quinquageſimoquinto,ſcripſere,antiqua Traditione eundem Apoſtolum ad Indos penetraſſe.

Quos verò Actus Ioannis Euangeliſtæ,& Petri,ac Pauli, Manichæi habebant, ij ab Eccleſia exploſi ſunt(vt inquit Philaſtrius)nã & in his ſigna , & prodigia magna Apoſtolos feciſſe narrant,ita vt pecudes,& beſtiæ,& canes loquerentur , atque hominum animas, velut canum,& pecudum eſſe dicant.

Nec item Ioannis liber eſt,qui de tranſitu,& aſſumptione B. Mariæ Virginis, inſcriptus eſt, in quem ſe incidiſſe ſcribit Iacobus de Varagine , Genuenſis Archiepiſcopus, libro Annuarum feſtiuitatum. Et verò Auguſtinus , quid de huiuſmodi Scriptis ſentiendum ſit , his verbis oſtendit: *Sed nec inuenitur apud Latinos aliquis Tractatorum de Mariæ morte quippiam dixiſſe apertè. Et quid de his dico,cum nec is , qui hanc accepit ante Crucem Domini in ſuam,id eſt Ioannes Euangeliſta,de hoc aliquid poſteris retinendum ſcriptis mandauerit? nullus enim fidelium narrare potuit ( ſi illud Deus manifeſtare voluiſſet ) quàm ille vtique, qui hanc nutriendam ſuſcepit. Reſtat ergo,vt homo mendaciter non fingat apertum,quod Deus voluit manere occultum.* At Tritemius in Catalogo recenſet librum De tranſitu B. Mariæ inter opera Melitonis Sardenſis Epiſcopi,cuius initium eſt,*Melito Chriſti Seruus.* quem tamen Hieronymus enumerans Melitonis ſcripta,prętermiſit.Quin etiam Hieronymus,ſiue Hieronymi comes Sophronius, Sermone de Aſſumptione Virginis,libri huius mentionem faciens,hortatur, ne recipiatur:& Beda in Retractationibus Apoſtolicorum Actuum,mendacia,quę in eo libro ſunt, indicat.

Aug.Ser.35. de Sanctis.

Et à Cerintho quidem Apocalypſim quãdam fuiſſe aut ſcriptam,aut deprauatam,ſcribit Caius Origenis diſcipulis in Dialogo diſputationum ſuarum,vbi & ita habet: *Cerinthus per reuelationes quaſdam,quas velut ab Apoſtolo magno conſcriptas,& per Angelos ei reuelatas putarent,talia quædam portenta nobis inducit; Poſt reſurrectionem terrenum futurum eſſe Regnum Chriſti in Hieruſalem,& homines in carne iterum concupiſcentijs & vitijs ſubiectam conuerſationem habituros. cõtra fidem quoque Scripturarum quoſdam mille annos deſignat,in quibus multa quidem, & alia corruptionis opera,& nuptiarum feſtiuitates dicit futuras,ad eos,qui libidini ſunt dediti,decipiendos.*

Porrò ſciendum in Syriaco Teſtamento,ſiue Cæſareo, quod extat Viennæ in Auſtria, ſiue in Regio Catholici Regis Antuerpiæ,hactenus editum eſt, deeſſe ſemper Epiſtolas, Sancti Petri ſecundam, S. Ioannis duas poſteriores,S.Iudæ,quam habemus,& Apocalypſim. Vnde hæretici quidam libros iſtos vellicandi aliquod ſe nactos argumentum putarunt.At Catholici ſciant eos in Orientalium extare Codicibus , prout à Maronitis Libani montis,qui ſunt Alumni Pontificij,ac Romæ diſciplinis imbuũtur,accepimus,quęve Herbipolim,& Mogũtiam allata,iam in Latinum conuertit profeſſor noſter Hebrææ linguæ Balthaſar Etzelius.

## *INTERPRETES IN DIVVM IOANNEM.*
### *Et primò in Euangelia.*

Aegidius Romanus.
Agrippa.
Albinus.
Ambroſius Mediolanenſis.
Ammonius.
Amphilochius.
Andreas Cretæ.
Anſelmus.
Antonius Bruich.
Apollinaris.
Arnobius.
Aſterius.
Aurelius Auguſtinus.
Baſilius.
Bernardus.
Beſſarion.
Bonauentura.
Bruno Archiepiſ.Colonienſis.
Catena Græca. Cæſarius.
Claudius Guillaudus.
Conradus.
Cornelius Ianſenius.
Cornelius Muſæus.
Cyrillus.
Didymus.
Diegus ſiue Didacus Deza.
Diodorus.
Dionyſius Vaſquez Toletanus.
Dominicus Nanus.
Euſebius Cæſarienſis.
Euthymius.
Fortunatianus.
Franciſcus Agricola , qui in locos communes Euangelium S.Ioannis redegit.
Franciſcus Titelmannus.
Franciſcus Toletus Cardin.
Georgius Trapezuntius.
Gilbertus Porretanus.
Gregorius Papa.
Gregorius Corinthi.

Guido

Guido Perpinianus.
Gulielmus Aquiſgranenſis.
Guttierus.
Henricus Arnoldi.
Hieronymus Vida.
Innocentius Papa.
Ioachimus Abbas.
Ioannes Abbas.
Ioannes Arboreus.
Ioannes Balbus.
Ioannes Caſtellenſis.
Ioannes Chriſtophori.
Ioannes Gauuer.
Ioannes Maldonatus.
Ioannes Rideuat Anglus.
Ioannes Sanctafides.
Iodocus.
Ioſephus Typerinus.
Iſaac. Iuuencus.
Laurentius Iuſtinianus.
Ludolphus Cartuſianus.
Marianus.
Michael Maſſenſis.
Nonnus Panopolita.
Otfridus.
Petrus Iſuſquius.
Petrus Scala.
Richardus Mediauillanus.
Rupertus Gouletus.
Seraphinus Capponi à Porrecta.
Simon Caſſianus.
Simon Cremonenſis.
Simon Corroyus.
Stephanus Poloniacus.
Tatianus.
Theodorus Heracleotes.
Theophilus Alexandrinus.
Titus.
Victor.
Zacharias, &c.

### *In Epiſtolam Canonicam D. Ioannis.*

Ambroſius Catharinus Compſæ Archiepiſcopus.
Auguſtinus Anconas.
Claudius Guillandus.
Dydimus.
Franciſcus Titelmannus.
Gregorius Ariminenſis.
Hieronymus Sauonarola.
Ioannes Baptiſta Folengus, quamquã iſtius Commentaria (vti ſuo diximus loco) ſuper Epiſtolas SS. Petri, Iacobi, & ſuper Epiſt. primam S. Ioannis ſint prohibita in Romano Indice, quoniã ea ab aliquibus deprauata fuerant.
Ioannes Chiningan.
Ioannes Hoblet.
Marcus Aurelius Caſſiodorus.
Nicolaus Dincoſpulus.
Thomas Sperman.
Thomas Vvaldenſis.

### *In Apocalypſim D. Ioannis.*

Albinus.
Alcuinus.
Ambroſius Catharinus Compſæ Arciep.
Ambroſius Mediolanenſis.
Andreas Cæſareæ.
Anonymus Græcus, qui extabat apud D. Antonij Venetijs.
Ansbertus.
Aprigius Epiſcopus Hiſpanus.
Aretas, Græcè, ſed qui etiam Latinè eſt redditus.
Aſcenſius.
Auguſtinus Anconas.
Auguſtinus Romanus.
Aurelius Auguſtinus.
Beda.
Bernardinus Senenſis.
Blaſius Viegas.
Bruno Senenſis.
Claudius Montemartyr.
Cœlius Pannonius.
Cœlius Rhodiginus, vbi de aureo calice Babylonis.
Dionyſius Alexandrinus.
Epiphanius de Lapidibus.
Franciſcus Ribera.
Fridericus Venetus.
Gaufredus.
Gennadius Maſſilienſis.
Helias Hanibaldus.
Henricus de Haſſia.
Hippolytus.
Homiliarij potiſſimum in Peruigilio omnium Sanctorum in c. 5. Apocalypſeos. *Ecce ego Ioannes vidi.* In Feſto omnium Sãctorum, in c. 7. *Vidi Alterum Angelum.* In Feſto Sancti Michaelis Archangeli, in c. 12. *Factum eſt prælium magnum.* In die Sanctorum Innocentium, in c. 14. *Vide ſuper montem Sion.* In dedicatione Templi in c. 21. *Vidi Ciuitatem Sanctam.*
Iacobus Stralen.
Ioachimus Abbas.
Ioannes Annius.
Ioannes Galenſis.
Ioannes Hairon.



Digitized by Google

Ioannes Hentenius.
Ioannes Tacesfalſus.
Ioannes Torphe.
Iordanus.
Irenæus.
Iuſtinus.
M. Aurelius Caſſiodorus.
Melito Aſiaticus.
Methodius.
Nepos.
Nicolaus Alſenſis,ſiue de Alſentia, Carmelita.
Primatius,ſiue Primaſius Africanus.
Richardus de S. Victore.
Rupertus Abbas Tuitienſis.
Sanctes Pagninus in Iſagoge ad Sacras litteras pleraque de Apocalypſi.
Seraphinus Firmanus.
Tichonius.
Thomas Suduolcas.
Vbertinus Caſalenſis.
Victorinus Pictauienſis.
Vitalis Cardinalis.

IOANNES Aquilani,Ord. Præd.de Obſeru. Sermones Quadrageſimales Vitiorũ Lima,nuncupati.Venetijs an.1576.cum antea, hoc eſt an. 1497.ibid.ab Angelo Britannico fuiſſent excuſi vna cum Danielis Vicentini Sermonibus.

IOANNES de Aquaueteri Belga,Carmelitani Ord.& Mechlinienſis Cœnobij,ſcripſit De Origine Statu,& Profectu ſui Ordinis. Quod opus ab eo inſcriptum eſt, *Faſciculus Tẽporum tripartitum,* Ord.Fratrum B.Mariæ ſemper Virginis De monte Carmelo. Viuebat an.1492.Tritemio.Vide intem in verbo,Carmelitanus Ordo.

IOANNES Aquipontanus edidit Cõfutationẽ virulentæ Diſputationis,in qua Georgius Fohn conatus eſt docere, Pontificem Romanum eſſe Antichriſtum à Prophetis,& Apoſtolis prædictum. Auguſtæ Treuirorum,apud Henricum Bock,an.1589.

IOANNES Arboreus,Laudunenſis,Theologus Pariſiẽſis,edidit Theoſophiæ Tomos duos,qui complectuntur vtriuſque Teſtamẽti difficiliorum locorum expoſitionẽ libris vndeuiginti. Commentaria in Canticum Canticorum, & in Eccleſiaſten. Pariſijs apud Cholinæum,an.1531. In Salomonis Prouerbia, ibidem,apud Ioan. Roigny, an. 1549. At in Prouerbia, Eccleſiaſten,& Cantica ſimul excuſa ſunt an. 1553. ab eodem Roigny, & in Quatuor Euangeliſtas apud eundem an.1551.Eiuſdem Contemplationes Idiotæ De Amore Diuino, ac De B. Virgine. De vera Patientia. De continuo conflictu carnis,& animæ. De Innocentia perdita. De morte. Methodus confeſſionis compendiaria in gratiam puerorum, Parænefis, ſiue Exhortatio ad Pœnitentiam ad quendam Peccatorem , qui Primò differt pœnitentiam agere vſque in ſenectutem: Secundo, non vult alienum reſtituere: Tertiò, non vult inimico parcere : Quartò non vult quædam peccata occulta confiteri Sacerdoti: Quintò dicit ſe à Deo induratum, ideoq; non poſſe declinare à malo,& facere bonum: Sextò deſperat propter peccata ſua miſericordiam à Deo conſequi poſſe.Et hæc quidem Parænefis,ac reliqua Pariſijs prodierunt,quemadmodum & quæ in quinque Porphirij voces,& in Ariſtotelis Catagorias,& in libros de Interpretatione, ac Phyſicorum. Eiuſdem autem Dialectica excuſa eſt apud Ant. Vincentium Lugduni in Gallia.

IOANNES Arca Sardus, ſcripſit de Sanctis Sardiniæ Inſulæ volumen. At præter alia, in tertio Libro agens de Lucifero Calaritano, eum nouo miraculo ex ſchiſmate conflat in Sanctum: ſed in Conflatorio mendaciorum conflator ipſe apertiſſimus fallitur,vt verbis vtar Baronij Cardin. quem vide Appendicis ſuæ ad Decimum Annal.Tomum primæ Romanæ editionis.

IOANNES Archicantor Romanus ſcripſit librum De Synodo Anglorum. Alterum De eorum fide. Alium de Romana Synodo.Librum item de modulandi,& legendi ritu. Viuebat an.679.

IOANNES Aretinus Romanæ Eccleſiæ Subdiaconus, Athanaſij Alexandrini vitæ è pluribus locis collectæ librum edidit.Raphael Volaterr.

IOANNES Argentinenſis Epiſcopus, Agendam Eccleſiæ Argentinæ edidit Coloniæ apud Geruinum Calenium,& hæredes Ioannis Quentelij an. 1590.

IOANNES Argomanes, Hiſpanus,Ord.Minorum , Tractatum Hiſpanicè edidit De valore Indulgentiarum. Expoſitionem item Regulæ S.Franciſci, quæ italicè excuſa eſt Taruiſij,quæ Ciuitas eſt ditionis Venetæ,apud Dominicum Amicum,an.1593.

IOANNES Arquerius, Burdigalenſis,Gallus,Diaſonarium edidit Theologicum.Qui Ioannes ſi idem eſt,qui Sagittarius,& quidem Burdigalenſis dicitur,Conciliorum Canones collegit,quos Oporinus Baſileæ excudit an.1553.

IOANNES à Royas edidit Singularia Iuris in fauorem(vt habet inſcriptio (fidei, hæreſeoſque deteſtationem. Tractatum item De Hæreticis quinquaginta Aſſertionibus

bus

bus Analyticis, & Priuilegijs Inquiſitorum. Venetijs an.1573.

IOANNES Arundineus, ſiue, vt vocant, De Arundine, Germanus, Carmelita Brugenſis Cœnobij, Epiſcopus Vsbitenſis, Dauidis autem Burgundi, Viri nobilis, & Epiſcopi Traiectenſis Suffraganeus, ſcripſit Lecturam notabilem in librum ſapientiæ. Commentarium in Epiſtolam D. Pauli ad Romanos. In Pſalmum *Beati immaculati*. Sermones De Sanctis. Serm. de Tempore. Viuebat viuente Tritemio, qui eius meminit in Opere maiori de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ſicut item Petrus Lucius, & Eiſingr.

IOANNES Auguſtinus, Baſſianinus, Ord. Auguſtiniani, è Patribus Commentarium confecit in D. Pauli Epiſtolas ad Timotheum, quem Card. Seripando, Ordinis tunc Generali dicauit. Obijt Bergomi Septuagenarius, an.1557. Ioſeph Pamph.

IOANNES Auila Hiſpanus, in Bætica prouincia concionator, vir optimus, & qui vitæ ſanctitati doctrinam adiunxit, cuius Vitam Ludouicus Granata fusè conſcripſit, qua & de officio Concionatoris diſſerit, plura ſcripſit, quæ vno volumine comprehenſa prodierunt in lucem anno 1588. & quidem Hiſpanica lingua Madridij, quæ eſt Mantua Carpentanorum in Hiſpania, apud Petrum Madrigalem. Quæ poſtea (præſertim quod prænotatum eſt Epiſtolarium Italicè verſum) Veneti typographi emiſerunt. Vſus autem huius libri vtiliſſimus erit ei, qui primo Vitam eius eidem operi præfixam perlegerit, deinde quæ in eodem continentur, intellexerit. Plures enim huiuſmodi theſauri deliteſcunt, cũ eorum partes haud noſcuntur. Porrò eo in Opere hæc ſunt præcipua. Regulæ bene viuẽdi pro vniuſcuiuſque ſtatu. Generale Epiſtolariũ, in quo aurea inter alias Epiſtola ſcripta eſt Prætori Hiſpalenſi, qua agitur accuratiſſimè de ratione adminiſtrandi Eccleſiaſtica, & ſecularia. Poſt Epiſtolarium pleraque ad hominem perficiendum pertinent in Opuſculo, quod inſcribitur, *Audi filia*. Nam capite primo agitur, quomodo audiendus ſit Deus. A ſecundo ad quintum De malo idiomate Mundi. A quinto vſque ad ſextumdecimum De malo idiomate carnis. A decimoſeptimo vſque ad trigeſimum. De malo idiomate, & fraudibus Diaboli. In ſingulis autem locis remedia aduerſus hæc mala proponuntur. A 30. vſque ad 42. De quibuſdam (vt ille vocat) Motiuis ad noſtræ ſanctæ Catholicæ fidei comprobandam veritatem. A 43. vſque ad 49. De eadem Sancta Catholica fide, quam Aliquando Deus ob peccata ſubtrahit. A 50. vſque ad 56. De deceptionibus, quæ inter ſpirituales reuelationes, & ſenſus intercidunt, deque remedijs. A 56. vſque ad 68. De propria cognitione. Hinc verò vſque ad 86. De Oratione, ac Meditatione. Hinc autem vſque ad 94. caput, quomodo Deus nos audit, & reſpicit, noſtriſque neceſſitatib. fert opem. A 94. vſque ad 97. De amore proximorum. A 97. vſque ad 103. quomodo egredi debeamus è noſtra volũtate. Hinc autem vſque ad huius libri finem, quomodo animæ pulchritudo amittatur ob peccatum lethale, recuperatur verò meritis Chriſti Domini, & pœnitentia noſtra. Legat igitur cordatus vir, & imitetur hunc Auctorem. Porrò cum hic liber inſcriptus *Audi filia*, fuiſſet anno 1556. excuſus apud Ioannem de Brocar, en Alcala de Henares, idque inſcio Auctore, idem Io. Auila monuit, nolle ſe, vt ille pro ſuo agnoſceretur.

IOANNES Auonius Carmelita ſcripſit Conciones aliquot, præter quædam Mathematica. Viuebat an.1350.

IOANNES Ausbach, Germanus, Bambergenſis presbyter, De Sacramentis Eccleſiæ. Viuebat an.1469. Eiſingr.

IOANNES Azorius Lorcitanus Hiſpanus, & Societatis Ieſu Theologus, ſcripſit Opus, quod Inſtitutiones Morales prænotauit, in quibus ea eſt perſecutus copiosè, & accuratè, quæ ad conſcientiam ſpectant rectè, aut prauè factorum. Sic tamen vt materiam vniuerſam redigat ad decem Diuinæ legis præcepta, quæ Decalogo continentur; ad ſeptem inſtituta à Chriſto Domino Sacramenta; ad tres Eccleſiaſticas cenſuras, & alias pœnas, quibus delicta puniuntur, & ad condonationes peccatorum, quæ vocantur Indulgentiæ; denique ad ea, quæ de ſtatu hominum, ac de bonorum, & malorum finibus diſputantur.

Primam autem huius Operis partem primò Romæ emiſit in lucem, anno 1600. apud Aloyſium Zanettum, & Colon. apud Antoniũ Hierat, in qua Parte agit de ijs, quæ in prima ſecundæ S. Thomas, recto ordine diſputauit, nimirum de Actionibus humanis: De honeſtate, ac turpitudine humanarũ actionum: De affectibus, quibus ad bonum, aut malum ſæpius incitamur: De habitibus, qui aſſidua exercitatione comparantur in nobis: de virtutibus vniuerſim, quæ nos ad bonum impellunt. De peccatis item generatim, quibus leges, & iura franguntur. De legibus humanis. De diuina inſuper, & naturali lege. De quinque Eccleſiæ præceptis, quibus omnibus tamquam regulis Actiones humanæ diri-

Digitized by Google

diriguntur. Deinde de ijs, quæ ad Fidem, Spem, Charitatem, ac Religionem pertinent. De iureiurando item, & Voto & de ijs, quæ ad Monachorum, ac Religioſorum omnium Statum pertinent.

Quoniam verò in decurſu editionis huius primæ Partis, quædam fuere prætermiſſa, quædam autem recognita, ea ad calcem Operis prælegenda, & ſuis locis aut inſerenda, aut notanda ſunt, ne quem in ſcopulum lector impingat.

Secundum Tomum Romæ emiſſum idem Antonius Hierat, excudit Coloniæ anno 1607.

IOANNES de Baccone, ſiue de *Bacconthorpe*, Anglus, & in Anglia ſuorum Carmelitarum Prior Prouincialis, Doctor, ac Profeſſor Theologus in Academia Pariſienſi percelebris, qui Clemente Sexto Pont. Max. & Carolo Quarto Imp. vixit, pleraque ſcripſit tā in Theologicis, quàm in Philoſophicis diſciplinis. Ad Diuinam autem Scripturam ſpectantium, licet Sixtus Senenſis tantum meminit Commentariorum in hunc vſque diem extantium in Nouum Teſtamentum, Iacobus tamen de Plebe, Ordin. Seruorum, & Petrus Lucius Carmelita, Tritemium ſecuti, ſcripſiſſe illum inquiunt in Vniuerſa Biblia; quin & in D. Pauli Epiſtolas, atque in Acta Apoſtolorum, vti & in Canonicas aliorum, atque in Apocalypſim. Atqui cum Petrus Lucius mentionem fecerit Operis, quod Ioannes de Baccone ſcripſerit aduerſus Iudæos, Iacobus de Plebe in ſuo Catalogo, (ac ne Tritemius quidem in libro de Scriptoribus Carmelitani Ordin. eum non numerauit, niſi quòd ab eodem Tritemio deinde refertur in Opere De Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Anno 1346.

Ceterum, ſcripſit etiam in Magiſtr. Sent. &
Quæſtiones Ordinarias.
Compendium Legis Chriſti.
Placita Theologica.
De Conceptione B. Virginis, lib. 3.
De Aeternitate Dei, vnum.
De Fide, & Baptiſmo.
De dignitate Eccleſiæ.
Contra Idololatriam.
De perfectione Iuſtitiæ.
Compendium Chriſtianæ pietatis, lib. 4.
In libros vigintitres de Ciuitate Dei, & libros de Trinitate D. Auguſtini.
In Anſelmum de Incarnatione Verbi.
In eundem, *Cur Deus Homo.*
Sermones varios, lib. 2.
De Aſtrorum ſcientia, lib. 1.
Contra artes Magicas, librum.
In Canones Pontificum alterum.
De iuriſdictione clauſtralium alium.
Contra vanitates ſeculi librum.
De potentijs animæ, lib. 1.
Determinationes, lib. 1.
Speculum Carmelitarum, lib. 1.
In Regulam eorundem.
Compendium iurium eorundem.
Tractatum de ſuo Ordine.
De paupertate Chriſti Domini.
De ſphæra iudiciali.
De multiplicatione ſpecierum.
In Ariſtotelis item libros Commentaria in vniuerſum Organum, addito Sophiſmatum lib. In Ethica, in Politica, in Phyſica, in libros De Cœlo, & Mundo, ac de Generatione, & corruptione, in libros de Anima, in Meteora, in Metaphyſica, in libros De ſenſu, & ſenſato, De memoria, & reminiſcentia, De longitudine, & breuitate vitæ.

Florebat adhuc Vir tantus an. 1346. Tritemio quamuis Iacobus de Plebe, ſcripſerit ſuperſtitem adhuc fuiſſe an. 1350.

Addunt alij, ingenio eum fuiſſe magnum, corpore exiguum, obijſſe autem ipſo anno 1346. Et Londini ſepultum. At & alia ſcripſiſſe, nimirum

De Aduentu Meſſiæ.
Concordiam Chriſti, & Prophetarum.
De ceſſatione legalium.
De Præceptis, atque conſilijs.
De peccatis, ac remedijs.
De generali Iudicio.
Poſtillas in Lucam.
Sermones notabiles.
De motu animalium.
Contra Ioannem de Poliaco, librum.
De vocali in Cœlo laude.
De non ducenda Fratris relicta.

Sanè eius Commentarij in Magiſtrum Sent. cum haud ſemel excuſa fuiſſent Pariſijs, recuſa ſunt item Mediolani, atque Venetijs, vbi etiam prodiere Compēdium legis Chriſti, & Quodlibeta ipſius.

IOANNES S. Bacconis Abbas, Germanus, Ordinis D. Benedicti, ſcripſit Declarationes Ordinis ſui, librum Quæſtionum, Sententiarum. Alterum De eſu, & abſtinentia carnium.

IOANNES Balbus Genuenſis, Ord. Prædicatorum, ſcripſit Commentaria in Quatuor Euangeliſtas, quæ extare m. s. in Conuentu Genuenſi eiuſdem Ordinis teſtatur Sixtus

Senenſis.Librum item Quęſtionum Theologicarum animæ ad Spiritum.Dictionarium, quod inſcripſit Catholicon. Tractatum ad inuenienda Feſta Mobilia. Viuebat anno 1280.

IOANNES Balgiacenſis librum De tribus animæ virtutibus edidit, Philoſophis, Medicis ac Theologis vtile, vt autem præfert inſcriptio, perneceſſarium. Lugduni in Gallia, an.1519. apud Claudium Nourry.

IOANNES Baliſtarius, Catalanus, non autem is, qui in Romano Indice prohibitus eſt (inter Auctores primæ Claſſis) Carmelitani Ordinis totius Prior Generalis decimus ſextus, ſiue, Tritemio, decimusſeptimus, qui ſexdecim annos præfuit eidem ordini, ſcripſit in Magiſt.Sent. Primus autem omnium redegit in ordinem familiæ Carmelitanę Conſtitutiones, an.1369. Librum autem ad Pont. Max. compoſuit De nouiſſimis temporibus, hoc eſt de Bello Militantis Eccleſiæ, & Antichriſti. Sermones denique varios. Obijt an. 1374. octauo Kal. Octobris in Cœnobio eiuſdem Ordinis in Maiorica Inſula, vbi & ſepultus. Trit. Raphael Volater. Petrus Lucius.

IOANNES Bancherius Breuiarium Sexti Decretalium, & Clementinarum Pariſijs emiſit ex Officina Franciſci Regnaud. an.1513.

IOANNES Baptiſta Antonucius, Eugubinus, edidit Additionem ad Catecheſim, ſiue Inſtructionem Placentinæ Diœceſeos, ab eiuſdem examinatoribus promulgatam, atque cunctis ad Parochiales Eccleſias aſſumendis commodam. Placentiæ apud Ioannem Bazachium, an.1576. Catecheſim item Neapolitanæ Diœceſeos. Neapoli apud Horatium Saluiatum, an.1577.

IOANNES Baptiſta Arrigus, ſiue Henricus, Florentinus, Ordin. D. Auguſtini, edidit Quatuor Libros de Elementis Theologiæ. Axiomata item, ſiue Concluſiones prænotatas, *Simplex ſcientiarum omnium, & liberalium artium enumeratio.* Viuebat an.1588.

IOANNES Baptiſta Burgos, Valentiæ, quæ eſt in Hiſpania Regni Valentini caput, natus, ac I.C. & Theologiæ Doctor, quas quidem facultates in eiuſdem Ciuitatis Academia publicè docuit, ſententiam ſuam non ſemel in ſancta Tridentina Synodo, inter alios Theologos, Pio Quarto Pont. Max. pronuncians Orationem eruditam coram ijſdem Concilij Patribus habuit, quæ Louanij, atque alibi excuſa eſt De quatuor extirpandarum hæreſum præcipuis remedijs.

IOANNES Baptiſta Caſſardus, Senenſis, Ord. Carmelitani Prior Generalis, ſcripſit in Magiſt.Sent. & Quadrageſimale, quod commendatur: Breuiarium autem ſui Ordinis, ac deinceps Conſtitutiones, atque Miſſale aſſentiente Sancta Apoſtolica Sede, ad Romanam methodum redigere curauit.

IOANNES Baptiſta Confettius, Florentinus, Protonotarius Apoſtolicus I.C. & Theologiæ Doctor, edidit Librum hac inſcriptione. *Collectio Priuilegiorum Sacrorum Ordinum Mendicantium, & non Mendicantium, iuxta Sacri Concilij Tridentini reformationem, ac Summorum Pontiff. nouiſſimas confirmationes, & innouationes.* Florentiæ apud hæredes Iacobi Iuntæ, an.1598. Venetijs apud Societ. idem impreſſus eſt an.1607.

IOANNES Baptiſta Corradus Peruſinus, Ord. Præd. Theologus, librum in lucem protulit hac prænotatione. *Reſponſa ad cuiuſcumque penè generis Caſuum Conſcientiæ Quæſita Quadringenta pro examinandis, qui ad animarum curam, vel confeſſionem audientiam fuerint admittendi,* quæ ſecundo prodierunt auctiora an.1598. Quibus acceſſit *Compendiolum de Cambijs.* Venetijs apud Minimam Societatem, recognita autem an. 1603. ibidem apud Venetam Societatem.

IOANNES Baptiſta Cremenſis, Monachus Camaldulenſis Vitam Sancti Placidi Abbatis, & martyris à Gordiano Latinè conſcriptam fecit Italicam, quæ Venetijs excuſa eſt an.1583.

IOANNES Baptiſta Criſpus Monopolitanus, quæ Ciuitas eſt in Regno Neapolitano, Vir verè philoſophus, qui nimirũ acri, & quali Chriſtianum decet iudicio Philoſophiã expendit, librum ſat grandem De Philoſophis cautè legendis ita ſcripſit, vt quæcumque hæreſes à Philoſophis minus cautis manarunt, eæ indicatæ ſint, ac ſolidis rationibus confutatæ ex Diuinis Scripturis, ex Patribus: ex Synodorum Decretis, ex Scholaſticis Theologis. Quibus cautionibus præmuniti Philoſophiæ ſiue candidati, ſiue publici profeſſores inoffenſo pede curriculum hoc decurrent, tantamque ancillam recta adducent ad arcem Romæ apud Aloyſium Zannettum, an. 1593. Vide verò ſecundum Tomum Selectæ. noſtræ Bibl. Venetæ & Colon. editionis, vbi in libro de Philoſophia vera, de Platonica, & de Peripatetica agentes, nonnulla alia de Auctore hoc inſigni attigimus.

IOANNES Baptiſta Desbois, confecit ex omnibus Roberti Card. Bellarm. Operibus



Digitized by Google

Epitomen, hancque Pariſijs emiſit an. 1602. apud Chalderium Typographum.

IOANNES Baptiſta Dominicus, Ferrarienſis, è Congregatione S. Saluatoris, Conciones de ſepultura, & Cruce Chriſti Domini edidit.

IOANNIS Baptiſtæ Ficklerij I. V. D. Theologia iuridica; ſeu ius Ciuile Theologicum, Quo ex omnium ferè Impp. Chriſtianorum, & vetuſtiſsimorum quidem à Conſtantino Magno, vſque ad Sigiſmundum, Legibus, Edictis, Conſtitutionibus, & Epiſtolis declaratur, eam, quam hodie Chriſtianus orbis tenet fidem & religionem Catholicam, illam ipſam eſſe, quæ ante mille ducentos annos, & eò amplius inuicta floruit. Dilingæ anno 1575.

Eiuſdem Spongia contra Prædicantium VVirtembergenſium aſpergines, illorum qui ſuperioribus annis Patriarchæ Conſtantinopolitani iudicium ſuper capita Auguſtanæ Confeſſionis temerè expetiuerunt. Ingolſtadij ann. 1585.

Eiuſdem Orationes 66. Pſalmodicæ, piæ, pro conſeruatione ſtatus Eccleſiæ Catholicæ Romanæ contra machinationes, & dolos hæreticorum, ipſam coniunctis viribus atrociter oppugnantium; Ingolſtadij apud Vvolfgang. Ederum ann. 1591.

IOANNES Baptiſta Folengius Mantuanus, Ordin. D. Benedicti monachus, quique S. Iuſtinæ Monaſterio celebri Patauij præfuit, cum varia ſcripſiſſet, atq; adeo emiſiſſet, non tamen ita potuit omnia ſiue limare, ſiue præcauere, quin in eadem aliqui errores irrepſerint, aut aſtu hæreticorum pleraque deprauarentur. Quæ res fecit, vt S. Romana Eccleſia, quæ habet oculos columbæ. nec virum eximium laborabis ſuis omnino fraudare voluerit, nec alijs venenum per eius ſcripta ſparſum ab hæreticis propinari permiſerit. Prohibuit igitur, quæ ſub eius nomine prodierant Commentaria in Epiſtolas SS. Patri, & Iacobi, atque in primam D. Ioannis Canonicas. Quæ verò in Dauidicos Pſalmos iiſdem labibus aſperſi circunferebantur, collata cum m.s. Codicibus, & ipſius Auctoris exemplari, voluit, vt ſedulo recognita, & emendata Romæ recuderentur Gregorio XIII. Pont. Max. an. 1585. apud Bibliopolas Socios; quæ deinceps Coloniæ Agrippinæ apud Gerardū Greuenbruch, ann. 1594. edita fuerunt. In his igitur, quoniam & eruditio, & pietas maximè cernuntur, laborem haud inutiliter ponet, qui perleget. Quòd ſi Pſalmos aptare neceſſitatibus ſiue Eccleſiæ, ſiue priuatis voluerit, habebit vnde id facilè aſſequatur, eos enim ita in communes locos, præfixa Tabula digeſſit, vt vnico fermè aſpectu incurrant in oculos.

## *Tabula in Pſalmos per locos communes.*

### *Laudationes.*

In Pſalmorum enim libro (inquit) aut laudatur Deus, aut ad eum laudandum fiunt adhortationes, in quibus eius cum erga alios, tùm potiſſimum erga Iſraëlitas beneficia commemorantur. Vt Pſalm. 8. 29. 33. 47. 48. 65. 66. 76. 81. 92. 93. 95. 96. 97. 98. 100. 103. 105. 106. 107. 111. 113. 114. 115. 117. 119. 134. 135. 136. 138. 145. 146. 147. 148. 149. 150.

### *Precationes.*

Aut oratur. Pſal. 16. 26. 43. 67. 84. 90. 126.

In morbo. 6. 38. 39. 88.

Peccatorum venia & expiatio. Pſal. 19. 25. 51. 130.

Auxilium petitur contra aduerſarios & improbos potiſſimum, in quo inſunt querelæ, & imprecationes. Pſalm. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 12. 13. 17. 25. 27. 28. 31. 35. 36. 40. 42. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 64. 69. 70. 71. 74. 79. 80. 83. 85. 86. 89. 94. 102. 108. 109. 123. 140. 141. 142. 143. 144.

### *Gratiarum Actiones.*

Aut aguntur ei gratiæ, in quo ineſt & laudatio. Pſalm. 18. 21. 30. 31. 34. 40. 66. 77. 116. 116. 124.

### *Fauſtæ precationes.*

Aut eſt fauſta precatio. vel omen. Pſalm. 20. 72. 122.

inue-

Digitized by Google

### *Inuectiones.*

Aut ſunt in improbos , inuectiones cum præcibus coniunctæ. Pſalm. 5. 7.10.12.35.36. 40.52.53.55.58.109.120.135.

### *Præceptiones.*

Aut docetur aliquid, & ad rectè viuendum traduntur præcepta. Pſalm. 1. 2.4.11.15.19.23. 24.32.34.37.41.45.46.49.50.62.63.78.82.91.95.97.99.101.112.119.121.125.127.128.129. 131.132.133.137.139.151.

### *Prædictiones.*

Inſunt & de Chriſto Oracula. Pſalm. 2.14.16.17.22.24.50.53.68.75.82.85.86.94.97. 98.110.

Et de Eccleſia. Pſalm.51.87.

Atque hæc plerumque inter ſe mixta ſunt.

IOANNES Baptiſta Guarinus Cremonenſis, & Canonicus Regularis Lateranenſis, ſcripſit Italicè librum De Hierarchia, ſiue de ſacro Regno Beatiſſimæ Virginis Matris Dei, ac Reginæ Cœli, quo plura de dignitate, virtutibuſque ipſius ad excitandam Chriſtianorum pietatem doctè ac piè enarrantur. Venetijs apud Matthæum Valentinum, an. 1600.

IOANNES Baptiſta Lupus, Geminianus, De vſuris extat in To. 7. fol.113. inter Tractatus Iuris poſtremò Venetijs recuſos, & auctos.

IOANNES Baptiſta Poſſeuinus, non is, qui Frater meus fuit, & alia edidit, ſed Georgij Fratris F. Mantuanus, & Theologus, duos edidit Tomos Italicè Expoſitionis Lectionũ Breuiarij Romani ſenſu vberes, licet dictione cõciſos, & appoſitè contextum litteræ exprimentes. Ij Ferrariæ apud Mammarellum Typographum excuſi fuerũt: cum antea Romæ Vitam B. Caroli Borromæi Card. apud quem vſque ad mortem vixit, emiſiſſet. Quin & in Hymnos, qui de Sanctis cœlitibus in Eccleſia concinuntur Paraphraſim Italicè edidit quæ Peruſij prodijt; quemadmodum item poſtea librum de Vitis Sanctorum Tudertinæ Diœceſeos, eius Epiſcopo Cæſio cupiente, euulgauit. Viuebat anno 1604. Vide autem Lector in verbo , Donatus Marra , qui & ipſe in eoſdem hymnos Latinè ſcripſit.

IOANNES Baptiſta Pacianus, edidit Italicè apud Fauſtum Bonardum, anno. 1586. Librum de præcedentia inter Poteſtatem Eccleſiaſticam, & Secularem.

IOANNES Baptiſta, cognomento Hiſpaniolus, ſed Mantuæ in Gallia Ciſalpina natus, qui *Carmelita* eſt dictus, & ſacra Poemata conſcripſit. Vide in verbo, Baptiſta Mantuanus, ſiue Hiſpaniolus.

IOANNES Baptiſta Rubeus, Rauennas, Carmelitani totius Ordinis Prior Generalis, præter id quod eruditè ſcripſit in Quintum , & Sextum libros Phyſicorum Ariſtotelis, Commentaria quædam elucubrauit in Magiſt. Sent. & in Epiſtolam D. Pauli ad Galatas. Subtiliores autem quaſdam Concluſiones excerpſit appoſitè ex Quodlibeto Magiſt. Michaelis Carmelitani *de Bononia* dicti. At cum varia diuerſis Reſponſa de Dubijs , ſiue De Officijs, & caſibus Conſcientiæ dediſſet, quippe ad eum plerique ijs de rebus confluebant, Thomæ Valdenſis Carmelitæ Opera, additis ad ea Scholijs , prelo iterum magna cum laude ſubiecit. Obijt quinta die Septembris , anno 1578. Gregorio XIII. Pontif. Max.

IOANNES Baptiſta Signius, Bononienſis, è Congregatione S. Saluatoris, ſcripſit De vero ſtudio Chriſtiano contra artes ſuperſtitioſas, De ſomnijs, & alijs. Italicè. Quin & de Ordine, ac Statu Canonicorum, Bononiæ apud Bindonum, ann.1602. atque ibidem apud Simonem Parlaſchæ an. 1605.

IOANNES Baptiſta Velatus, Societatis Ieſu, edidit Italicè librum mole mediocrem, pietate, ac perſpicuitate vberem de ſtatu coniugati, cœlibis, religioſi. Vbi tamen inquit eos, qui Sacerdotes haud continentes & facientes ſacrum audiunt, eſſe excommunicatos, id ex vetere iure loquitur, ac ſi quid aliud eſt eiuſmodi, quod deinceps à Synodo Tridẽtina fuit mitigatum. Viuebat adhuc an. 1600. plenus dierum, & probitatis cum penè 46. annos laboraſſet in Societate noſtra.

IOANNES Barnyngham, Anglus, Ord. Carmelitarum, ſcripſit in Mag. Sent. & Commentariolum De peccato. Eiſingr.



Digitized by Google

IOANNES Baruuyck Commentarios in Magiſt. Sentent. Librum Ordinariarum Quæſtionum. Alterum Quæſtionum De formis. Lecturas Scholaſticas. Aliũ de Prognoſticis Aſtrologorum reliquit. Viuebat ann.1340.

IOANNES Baſadonna, Venetus, ſcripſit De veriore mortalium Fine, ac Felicitate. De intellectuali natura Dei, ac Diuina Sapientia. De Singularium atque omnium rerum cognitione Diuini intellectus. De admirabili Dei Prouidentia, & mortalium cura. De Diuina Electorum prædeſtinatione. Viuebas ann.1545. Franc. Sanſouinus.

IOANNES Baſileenſis, Theologus, Ord. D. Auguſtini, tum ob doctrinam, in qua eminuit, tum inprimis ob vitæ integritatem, Deo, Epiſcopis, atq; alijs viris Principibus, qui eum conſulebant, gratus, celebris verò in Gallia, & in Germania, reliquit opus in quatuor Libros Sententiarum; quod in pluribus Bibliothecis eiuſdem Ordinis aſſeruari tradit Ioſeph Pamphilus. Obijt ſeptuagenarius anno 1371. die decimaquinta Octobris, Baſileæ.

IOANNES Baſſolius (alijs Baſolus) Ordi. Minorum. Qui Doctoris ordinatiſſimi nomen promeruit, ſcripſit in Quatuor libros Mag. Sent. & quidem candidiſſimè, (vt verbo vtar Franciſci Gonzagæ Mantuani Epiſcopi in ſua Hiſtoria Seraphica.) Id verò Opus prodijt Pariſijs anno Dom. 1518. apud Franciſcum Regnault. Viuebat autem anno 1466. Eiſingrenius.

IOANNES Baſton, alijs *Beſton*, Anglus, Carmelita, ſcripſit Theologiæ moralis Compendium. Sermones in Euangelia, & Epiſtolas. Ordinariarum Quæſtionum librum. Epiſtolarum libros duos. In Logices Rudimenta librum ſuper Vniuerſalibus Holcoth. Obijt ann.1425. Iacobus de Plebe, & Petrus Lucius.

IOANNES Bate, Anglus, Carmelitani Ord. ſcripſit Theologiæ, ſiue, vt Eiſingrenius vocat, *Theoſophiæ* Encomium. Librum De Aſſumptione Beatiſs. Virginis. Sermones per annum. Librum pro Introductione ad Mag. Sent. Quin & Vir tantus, non dedignatus in bonum omnium humilia, librum cõpoſuit De conſtructione partium Orationis. Compendiũ Logices. In vniuerſalia Porphyrij. In ſex principia Porretani. In Prædicamenta, quæ Ariſtoteli aſcribuntur. Quæſtiones de Anima. Acta ordinaria, ſiue actus ordinarios. Replicationes (vt vocant) Argumentorum. Obijt ann.1429. Index Seruitæ de Scriptoribus Carmelit. Petrus Lucius.

IOANNES Batmanſon, Cartuſianus, ſcripſit in Canticum Canticorum Salomonis. In Prouerbia eiuſdem. Librum ſiue Tractatum De vnica Magdalena. De Chriſto Dom. duodenni. In Euangelium illud, *Miſſus eſt*. Inſtitutiones Nouitiorum. De contemptu Mundi. Aduerſus Deſiderium Eraſmum. Contra Martinum Lutherum. Obijt anno Dom.1531.

IOANNES Battaudus, Ordin. Minorum, Epiſtolas Antonij Gueuaræ Hiſpanicas Gallicè reddidit.

IOANNES Beccius è Certaldo Italiæ Oppido, ſcripſit De veſtibus Sacerdotalibus, & Summam veteris, & noui Teſtamenti, Italicè.

IOANNES Beccus, ſiue Bechus Græcè ſcripſit Collationem locorum Diuinæ ſcripturæ, & capita quædam aliorum Patrum, quibus Catholica dogmata comprobaſſe dicitur.

IOANNES Bechofen Auguſtiniani Ord. Miſſalis expoſitionem Litteralem, Allegoricam, Tropologicam, Anagogicam edidit Baſileæ anno Dom. 1509. apud Michaelem Furter.

IOANNES Bectz, alijs *Bietz*, Sixto autem Senenſi, *Beetzius*, Germanus, & Carmelita, Theologus; Conuentus Thenenſis, ſcripſit libros decem De præceptis Diuinæ legis. De ſanctiſs. Altaris Sacramento. In Epiſtolam Apoſtoli ad Romanos. Sermones de Sanctis. Quæſtiones varias diſputatas. Obijt an.1476. Sextodecimo Kal. Auguſti. Tritem. Petrus Lucius.

IOANNES de Beka, inferior Germanus, Eccleſiæ Traiectenſis Canonicus Chronicon Traiectenſium Epiſcoporum, & Comitum Hollandiæ texuit à tempore S. Vuilibrodi primi Epiſcopi vſque ad Ioan. Epiſcopum, & ad Gulielmum Hollandiæ Comitem ad an. vſque 1346.

IOANNES Bekenaue Moguntinus, Germanus, ſcripſit in D. Bonauenturæ Commentarium ſuper Quarto libro Sent. idque Moguntiæ fuit excuſum.

IOANNES Bekton I.V.D. Epiſcopus Herefordienſis, ſcripſit De legibus Anglicanis. Obijt an.1275.

IOANNES de Bele Canonicus ad D. Lamberti Leodij, & Ioanni Hannoniorum Prin-

cipi, Conſilijs ſcripſit Chronicon. Viuebat an. 1390. Io. Froſſardus.

IOANNES Belethus Theologus Pariſienſis, quadringentis ab hinc annis plus minus, ſcripſit Rationale Diuinorum Officiorum, quod iam primum opera Cornelij Laurimãni prodijt vnà cum Rationale Durandi Antuerpiæ, ann. 1570. Dilingæ autem anno 1572. Huius verò Operis Henricus de Gandauo in Catalogo meminit, inquiens, *Ioannes Beleth & ipſe Theologicæ Scholæ Rector Pariſijs, ſcripſit Summam de Diuinis Officijs, de Perſonis, de Temporibus, & multis rebus Lectori vtilia continentem.* Atqui eidem attribuuntur Sermones varij, & liber m.s. qui neſcio an adhuc prolatus ſit in lucem, qui *Gemma animæ* inſcribitur. Viuebat ann. 1328. Eiſingr.

IOANNES Belga, Monachus, & Abbas Monaſterij S. Bertini, Audomari, quæ Ciuitas eſt in Belgio, quique viuebat an. 1470. ſcripſit Gallicè Opus ingens De Origene, Progreſſu, & Conſtitutionibus Equitum aurei Velleris, quorum perpetuus eſt Cancellarius Abbas S. Bertini pro tempore. Excuſum autem fuit Pariſijs.

IOANNES Benedictus, Brito, Gallus, Ord. Minorum, Summam Gallicè conſcriptam edidit De Peccatis, ſiue de Conſcientiæ caſibus, an. 1593. Lugduni in Gallia, ad ſignum Salamandræ cum ſat prolixa Epiſtola Dedicatoria ad Beatiſſimam Virginem, in qua vt in reliquo Opere, Cordati Theologi, etiam eius ſancti Ordinis Franciſcani, deſiderarunt circumſpectiorem diligentiam, & prudentiam, quæ viri illius docti zelo fuiſſet adiũcta. Sanè & in multis cautè legendus eſt, atque in quibuſdam immemor eorum, quæ ſanxit Tridentina Synodus Sacroſancta, rudioribus, qui eum verſant librum ſat grandem, & varijs ſententijs atque eruditione refertum, poteſt imponere.

IOANNES Benedictus alius à ſuperiore, & paullo antiquior, Gallus, & Pariſienſis inſignis Theologus, Latinè concinnauit Concordantias vtriuſque Teſtamẽti iuxta tropos, & phraſes, locoſque communes, diſtinctas, Sacrarum litterarum ſtudioſis viceCommentarij profuturas. Pariſijs apud Gulielmum Guillardum, an. 1562. Quin & hic ipſe emendauit Scholia, quæ ex Græcis, & Latinis Interpretibus in Quatuor Euangelia, & in Acta Apoſtolorum à Ioanne Gagneio collecta fuerant, excuſa Pariſijs apud Carolum Pereriũ, an. 1552. Eiuſdem item, vt puto, Index ille amplius prodijt inſignium Sententiarum, quæ à D. Ioanne Chryſoſtomo dictæ fuerunt. Ibidem apud Gulielmum Merlinum, & Sebaſtianum Niuellium, ann. 1570. vnà cum Chryſoſtomi Operibus, quorum ſingulis Tomis ſuæ ſunt attributæ ſententiæ. Viuebat an. 1550.

IOANNES Benedictus Moncettus, è Caſtilione, Aretinus, Philoſophus, atque Theologus, Ord. Auguſtiniani, Tractatum edidit De diſtinctione Rationis aduerſus ſententiam Scoti. Ioſeph Pamph.

IOANNES Benius, Veronenſis, Sacerdos, apud Ioan. Matthæum Gilbertum V. C. & Epiſcopum Veronæ educatus, ſcripſit, atque emiſit ſeptem & ſeptuaginta Commentationes, ſiue (vt ille vocat) *Diſcurſus* in Sanctiſs. Domini Paſſionem è quatuor Euangeliſtis.

IOANNES Beonardus, Andegauenſis, Gallus, Auguſtiniani Ord. Theologus Pariſienſis, quique Ordinis ſui in Gallia Vicarius fuit Generalis, Conciones reliquit, quibus Lutheranos præcipuè depexuit, ac confutauit. Obijt Pariſijs die 2. Nouembris anno Domini 1543.

IOANNES Berberius Vallauienſis I. C. edidit librum, quem prænotauit *Aurea Practica Viatorum vtriuſq; Iuris*, Coloniæ apud Io. Gymnicum, an. 1579.

IOANNES Bernardinus, Burdigalenſis, è Bayſſacco, ſcripſit Stimulum aduerſus Lutheranos, & quoſuis hæreticos, qui prodijt Toloſæ apud Nicolaum Vieillard. anno 1540.

IOANNES Bernardus Diaz, de Luco, Hiſpanus, emiſit Practicam criminalem Canonicam, Lugduni apud Gulielmum Rouillium, an. 1554. Quæ iterum Antuerpiæ fuit excuſa an. 1568. cum Adnotationibus Ioan. Heluetij, vt & Venetijs apud Franciſcum, Franciſcium & Io. Gucrillium.

IOANNES Bernardus Felicianus, Venetus, qui viuebat ann. 1546. præter plura, quæ ex Ariſtotele, Galeno, Paulo Aegineta, Porphyriò, in Latinum conuertit è Græco, Latinam item fecit Auream illam Catenam in Acta Apoſtolorum, atque Catholicas Epiſtolas, quæ Oecumenio aſcribitur. Quæ item prodijt anno Dom. 1556. à Iordane Ziletto, Venetijs.

IOANNES Bernardus, cognomento *Fortis*, Sauonenſis, quæ Ciuitas eſt in Ora Lyguſtica, Ord. D. Auguſtini, Vocabularium, ſiue Dictionarium Eccleſiaſticum collegit ex Papia, & Mammotrepto, vt ipſemet ſcribit. Viuebat an. 1486. Id autem Venetijs excuſum



Digitized by Google

fuit apud Franciſcum Bindonum, an. 1535.

IOANNES Bernardus Gualandus Florentinus, ſcripſit Orationem de SS. Coſma, & Damiano. Dialogum de liberali inſtitutione. Alterum De optimo Principe, ad Franciſcum Vicecomitem, Sfortiam, Mediolani Ducem. Qui incipit, *Summa prouidentiſſimi Dei iuſtitia.* & quidem Italicè. Hunc autem ipſe facilè crediderim, eundem eſſe qui De vero Iudicio, & Prouidentia Dei, Florentiæ prodijt ann. 1562. niſi alius ſit à ſuperiore. Vide Michaelis Pocciantij, Ord. Seruorum Catalogum Scriptorum Florentinorum.

IOANNES Bernegam, Anglus Ord. Carmelitarum, Theologus ſcripſit in Mag. Sent. lib. quatuor, qui commendantur. Viuebat an. 1430. Eugenio IIII. Pont. Max. Trit. & Pet. Lucius.

IOANNES Berolis, Ord. Præd. qui vixit an. 1470. reliquit Sermones, qui inſcripti ſunt *Sermones Diſcipuli*, vir qui demiſſione anni vix ſe ipſum prodens, plures è diſcipulis magiſtros, & idoneos verbi Diuini concionatores effecit. Ant. Senenſis.

IOANNES Bernardi Auonenſis Eremitæ vocabularium Eccleſiaſticum, per D. Benedictum Rucium caſtigatum. Venetijs apud Societ. an. 1607.

IOANNES Bertachinus, Firmanus, ſcripſit Tractatum de Epiſcopo. Alterum De vectigalibus, ſiue Gabellis, qui editi fuere apud Benedictum Bonninum, ann. 1533. Repertorium item vtriuſque iuris, quod auctum à Ioanne Thierry, ac deinceps ab Aemylio Maria Manoleſſo Venetijs prodijt apud Beuilaquam, an. 1570. Quæſtiones quoque varias reliquit. At Tractatus de Epiſcopis extat in To. 13. p. 2. fol. 301. inter Tractatus Iuris poſtremò Venetijs recuſos, & auctos.

IOANNES Berteli, ſiue Bertellus, Louanienſis, Abbas B. Mariæ Luxemburgenſis. Regulam D. Benedicti Dialogis xxvj. vtilibus ac pietate conditis narrationibus explicuit quibus ſubiunctus eſt Catalogus, & ſeries Abbatum vetuſtiſs. olim monaſterij Beatiſs Virginis prope mænia Luxemburgi, Coloniæ apud Maternum Cholinum, anno Domini 1581.

IOANNES Bertramus Nurembergenſis Germanus, qui viuebat ann. 1494. Profeſſor Gymnaſij Erfordienſis, ac deinceps Gymnaſij Moguntiacenſis, ſcripſit librum ſat grandem in Prologum Bibliorum, omnia ad S. Scripturæ introductionē neceſſaria (vt inquit Sixtus Senenſis) complectentem. Collationes ad Clerum. De virtute Sanctiſſimi ſacrificij Altaris. Quæſtiones varias.

IOANNES Beſſianus, à Preſſaco, olim apud Montem Ferradum in Aruernis, deinceps autem in Senatu Toloſano cauſidicus, ſcripſit Panegyricum Diuinæ, & Eccleſiaſticæ Philoſophiæ. Qui Lugduni prodijt apud Io. Flaiolettum, an. 1548.

IOANNES Betſius, qui fertur in Decalogum ſcripſiſſe, atque obijſſe, an. 1476. nō peruenit ad manus meas.

IOANNES Beſton, alijs *Baſton*. Vide in verbo, Io. Baſton.

IOANNES Beuerlacius, Angloſaxo, Archiepiſcopus Eboracenſis, ſcripſit in Euangelium D. Lucæ Commentarios. Homilias item in Euangelia. Viuebat anno 721. quo etiam ex hac vita deceſſit. Num verò hic idem fuerit, qui *Ioannes de Beuerlaco*, & Doctor Onienſis, ſcripſiſſe fertur libris quatuor Quæſtiones Sententiarum, & ordinarias diſputationes, qui & *Ioan. Beuerlaye* ab alijs vocatur mihi fieret valde propabile, ſi tempora cohærerent.

IOANNES Biclarenſis Monaſterij Abbas, Scalabi in Luſitania natus, licet natione Gothum fuiſſe ſcribat Baron. Card. eiuſdem Monaſterij fundator, ac deinceps Gerundenſis Epiſcopus prebreuem ſui temporis hiſtoriam, ſiue Chronicon texuit, quæ nouiſſimè euulgata eſt primò Ingolſtadij à V.C. Henrico Caniſio in Tomis, quos *Antiquæ lectionis* inſcripſit. Eius Ioannes Mariana noſtro libro quinto De rebus Hiſpaniæ, c. 13. meminit, qui & illius hiſtoriam non rarò commendat.

Quin & de ipſo Ioanne ſcripſerūt Iſidorus lib. de Scriptoribus Eccleſ. Trit. Cæſ. Car. Baron. Tom. 7. ſub an. 584. Ceterum cum ipſo Ioannis Biclarenſis Chronico locus ille de Leonegildo Rege Ariano ſit perobſcurus, vide ante ipſum Chronicon, id quod idem Caniſius Lectorem præmonens, ſat liquido declarauit.

IOANNES Billius, Gallus, Iacobi doctiſſimi Abbatis S. Michaelis germanus Frater, à Corolo Borbonio Card. Illuſtriſs. procuratus, vt primus Cartuſiæ in Normania ab ſe exædificatæ præeſſet, Gallicè edidit verſum è Latino, Tractatum Sectarum, atque Hæreſum noſtri temporis vnà cum confutatione earum, quas hoc tempore hæretici reuocarunt ab inferis. Exhortationem item ad Opera miſericordiæ. Vertit etiam in Gallicam linguam B. Barlaami hiſtoriam integram. Enchiridion Chriſtianæ militiæ Lanſpergij. Librum

Dionyſij Cartuſiani De perfectione charitatis. S. Io. Chryſoſtomi Homiliam, *Quod nemo niſi à ſe ipſo læditur*. Eiuſdem De Regis, & Monachi comparatione. Bloſij Abbatis libellos aliquos, Pariſijs apud Nicolaum Cheſneau. Viuebat noſtra ætate.

Ioannes Biſuntini Archiepiſcopi feruntur extare Sermones quidam Dominicales.

Ioannes Blomendal Germanus, Ordin. Minorum, ſcripſit Serm. de Temp. Sermones de Sanctis. Sermones Quadrageſimales. Viuebat an. 1330.

Ioannes Blondus, ſcripſit Summarium ſacræ facultatis; & Diſceptationes. Obijt an. 1248.

Ioannes Bloxham Ceſtrienſis Cœnobij Carmelita, ſcripſit in Mag. Sent. Annotationes in Apocalypſim. Epiſtolas 186. ad diuerſos. Hibernienſium ordinationes. Sermones varios. Quæſtiones diſputatas. Viuebat an. 1334.

Ioannes Bobadilla, Hiſpanus, Ord. Minorum, Prouinciæ Caſtellæ, Theologus, & Profeſſor Toleti in Cœnobio S. Ioannis Regum, ſcripſit *Inſtructorium omnium Prælatorum Regularium, præcipuè verò Fratrum Minorum*, mandante Franciſco Gonzaga, dum hic eiuſdem Ordinis eſſet miniſter Generalis, ac deinceps Mantuanus Epiſcopus. Quo quidem in Opere agitur De poteſtate Regularium omnium iuxta Concilium Tridentinum, & Priuilegia illis à Summis Pontificibus conceſſa, cum plurium item Conſcientiæ Caſuum, ac dubiorum enodationibus. Venetijs apud Baretium, an. 1602.

Ioannes Bokingam Theologus, apud Oxonienſes in Anglia, celebris ſcripſit Commentaria in Magiſt. Sent. librum item Diſceptationum. Quæſtionum autem Sententiarum Opus è prelis Pariſienſibus prodijt anno 1505. Quod & in Londinenſi Biblioth. extabat.

Ioannes Bolaſius Gallus, ſacerdos, & literarum Hebraicarum Pariſijs Profeſſor, ſcripſit, & emiſit inſigne Diuinæ potentiæ miraculum editum per Sacroſanctam Euchariſtiam in muliere obſeſſa à Dæmone, Laoniæ, quæ ciuitas, ſiue Oppidum, eſt in Morinis. Et id quidem miraculum coram pluribus hominum millibus haud ſemel cõtigit. Inter quos plerique Caluiniani, & adeo Miniſtri hæreticorum conuicti, & confuſi abierũt. Ceterum hiſtoriam hanc Pariſienſes Typographi, (inter quos Nicolaus Cheſneau) excuderunt.

Ioannes Bonderius. Vide in verbo, Io. Bunderius.

Ioannes Bonifacius in Societate Ieſu ſcripſit Hiſtoriam Virginalem de B. Mariæ perpetuæ Virginis vita & miraculis. Pariſijs autẽ apud Michaelem Sonnium an. 1605. prodijt, & Coloniæ apud Gualterum.

Ioannes Bonliſe emiſit in lucem collectam à ſe ſignificationem variam Dictionũ ad ſenſus Scripturæ myſticos cum Demonſtratione ſeptuaginta Hebdomadarum Danielis, c. 9. Pariſijs apud Dionyſium Vallenſem, an. 1575.

Ioannes à Bononia, ſiue *Bononienſis* (non quòd illum exiſtimem fuiſſe Bononiẽſem; hoc eſt Bononię Ciuitatis Pontificiæ in Italia natum) edidit librum De Aeterna Dei Prędeſtinatione, ac Reprobatione, Louanij an. 1554.

Ioannes Bordatus, Biturix, Gręcam Euangelij D. Ioannis Tranſlationem à Nonno Panopolitano factam, & id quidem Heroico verſu, Latinè reddidit ad verbum. Quæ Pariſijs apud Carolum Pererium prodijt, an. 1561.

Ioannes Boriugh Parochus Eccleſiæ de Collingham, ſcripſit De Sacramẽtis, & Sacramentalibus libris decem, idque opus inſcripſit *Pupillam oculi*. Librum item Homiliarũ. Viuebat an. 1386.

Ioannes Boſcatellus, Ordinis Minorum, ſcripſit Dialogum de facili ratione recitandi Diuini Officij. Toloſæ anno Domini 1550. apud Iacobum Colomerium, ſiue Colomiers.

Ioannes Boſchæus Neuſtrius De legitimis Nuptijs extat in To. 9. fol. 95. inter Tractatus Iuris poſtremo Venetijs editos, & auctos.

Ioannes Boſſinenſis Epiſcopus, & natione Germanus, Patria Friburgenſis in Briſgoia, Ord. Minorum Summam Confeſſorum, quinque libris comprehenſam reliquit. Viuebat an. 1250.

Ioannes Boterus Benenſis, quod oppidum & præſidium eſt in Subalpinis, libros decem De ratione (vt vocant) Status, hoc eſt De rebus Politicis vnà cum tribus libellis De origine Vrbium, earumque præſtantia, & modo augendarum, lingua Italica edidit Venetijs apud Iolitos anno 1589. Hic autem liber ad pietatem ac prudentiam vtilis eſt; quo item malè ſana & impia Machiauelli fundamenta, quæve ex Cornelio Tacito poſſunt deſumi, dum Tyberij Neronis artes exponit, euertuntur breuiter, doctè, Chriſtianè.

Sed & antea quędam nitida carmina emiſerat De Regia Sapientia Latinè. Deinceps autem Italicè. Libros quoque De contemptu Mundi, (del Diſpregio del Mondo) & duas Conciones eiuſdem argumenti, ſimul editas apud Franciſcum, & Simonem Tinos Mediolani, an. 1584. Deſcriptionem quoque Mundi vniuerſalem, prænotatum *Relationes*. Deinde autem Quindecim Chriſtianorum Regum Vitas. Trium Hieroſolymæ, Gothifredi, Balduini primi, Americi. Trium Galliæ, Clodouei, Ludouici Noni, Caroli Noni. Trium Hiſpaniæ, Pelagij, Ferdinandi Magni, Ferdinandi Sancti, Trium Angliæ, Aluredi, Canuti, Gulielmi Acquiſitoris. Trium Luſitaniæ, Alphonſi Primi, Alphonſi Quinti, Emanuelis. Quas excudit ann. 1601. Ioannes Tarinus, Auguſtæ Taurinorum in Subalpinis Italiæ. Porrò primi illi libri de Politicis rebus ex Italicis facti Germanici, ac deinceps Latini prodierunt Argentorati.

IOANNES Bothleſam, Ord. Præd. qui poſtea fuit in Anglia Roffenſis Epiſcopus ſcripſit Sermonum librum, quos coram Angliæ Rege habuit: & alterum, quem Diſputationes Scholaſticas prænotauit. Viuebat ann. 1338.

IOANNES Bondinius (non autem Ioannes Bodinus, cuius libri prohibiti ſunt in Romano Indice,) ſcripſit De Domini Ieſu Chriſti rerum geſtarum, dum in Terris verſaretur, claritate, & gloria, cum breui compendio de rebus externis ad vitam eiuſdem pertinentibus. Antuerpiæ apud Plantinum, an. 1595.

IOANNES Bouonis Quodlibeta, & Commentaria in Quatuor lib. Mag. Sent. excuſa fuere ſimul Venetijs apud Octauianum Scotum, an. 1526.

IOANNES Braderius edidit Compendium concertationis huius ſeculi Sapientum, ac Theologorum De præſentis temporis erroribus. Venetijs ad Signum Spei, an. 1548.

IOANNES Brame Ord. Auguſtiniani, Anglus, Anglicè, ſcripſit Sermones, & Chronicorum Indicem. Obijt an. 1449. Gorleſtanæ. Ioſeph Pamph.

IOANNES Brammart Aquenſis, Germanus Ord. Carmelitarum, & Germaniæ inferioris Prouincialis, Theologus Pariſienſis, ſcripſit in Mag. Sent. Incipit, *Verbum Domini ſuper Ioannem.* Varias item Quæſtiones, ac Sermones. Obijt an. 1407. Trit. At Eiſingrenius eum vixiſſe ait an. 1363. Quod quidē & accidere potuit, ita vt non pugnet cum Tritemij dicto.

IOANNES Breſlaer, Ord. Præd. Tractatum emiſit aduerſus errores duodecim Altenburgi in Miſnia ortos, idque hortatu Numburgenſis Epiſcopi.

IOANNES Briaert de Acth, ſcripſit Quodlibeta, quæ vna cum Adriani Sixti Commētarijs in Mag. Sent. Pariſijs prodierunt, an. 1528. apud Nicolaum Saultier.

IOANNES Brichallus, Ord. Præd. & Conuentus Ebroicenſis, ſcripſit Tractatum de auctoritate Confeſſionis audiendi conceſſa Religioſis.

IOANNES Briſelotus Hannonius, Ord. Carmelita. Pariſijs Theologus, Carolo Quinto Romanorum Imp. à confeſſionibus, ac ſecretis conſilijs, Beritenſis Epiſcopus, deinde Arborenſis Archiepiſcopus, & Sardiniæ Primas, quem non defuere, qui vnum è Luminaribus Eccleſiæ appellarunt, ſcripſit

Lecturam in quatuor libros Mag. Sent.
In Pſalmos Pœnitentiales, librum.
De Sanctiſs. Euchariſtia, librum.
De Oratione aſſidua, librum.
De humanis ſenſibus, librum.
Librum ipſcriptum *Imago Pœnitentiæ.*
De morte ineuitabili, lib. 2.
Impedimenta reſipiſcentiæ, lib. 1.
De cauſſarum Aduocatis, librum.
De vitijs adolatorum, librum.
De blaſphemia in Deum, librum.
De detractione proximorum, librum.
Aduerſus deriſores bonorum, librum.
Orationes ad Clerum.
Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.
Collationes triginta feriales.
Quadrageſimalia duo.
De Aduentu Chriſti Dom. in carnem, libr.
Aduerſus peccata, librum.
Commentariorum in Diuinam Scripturā, librum.
Epiſtolas ad diuerſos. Obijt in Altimonteſi Monaſterio.

IOANNES è Brittenheim, Ord. D. Benedicti, librū edidit, quem *Lugubris* inſcripſit. Alterum item De Monaſtico ſtatu.

IOANNES Bromyardus, Ordin. Præd. Theologus, ſcripſit Summam Prædicantium, quibus præcipuos diſciplinæ catholicæ locos, & ſenſus explicat. Ea Venetijs quoque prodijt an. 1586. apud Dominicum Nicolinū, cum ille vixiſſet an. 1419. Eiſingrenius. At Ant. Senenſis, ſiue alterum, quem Broniardum habet Pariſienſis editio; ſiue hunc ipſum, quē ſcribit fuiſſe I. V. C. ait reliquiſſe Librum vtriuſque iuris, quem inſcripſerit, Moralizationum, & vixiſſe an. 1290.

IOANNES Brugman, Belga, Theologus, Ord. Min. olim in ſui ordinis cœnobio Audomarenſi Profeſſor, ſcripſit Vitam B. Virginis Luduuinæ, an. 1456. quæ extat in Bibliotheca Patrum Louanienſium, eiuſdem Ordinis.

IOANNES Bruncaldal, Germanus, Ordin. Min. ſcripſit Sermones De Tempore, De Sanctis, & Quadrageſimales. Franc. Gonzaga, Ep. Mant.

IOANNES Brunellus, ſcripſit De Sponſalibus in 1. Decretal. De electione c. licet euitanda. In 5. Decretal. De homicidio cap. 1. De poteſtate Legati, & in eodem Tractatu, De Cardinalibus. At & inter Tractatus Iuris poſtremò Venetijs recuſos, & auctos, extant ijdem Tractatus de dignitate, ac Poteſtate Legati in Tom. 13. p. 2. fol. 23. De Sponſalibus autem, ac Matrimonijs in To. 9. fol. 3.

IOANNES Bruneus Gallus, Aduocatus primò, deinde ab hæreticis ſeductus, cum eorum hæreſeos Miniſter aliquandiu fuiſſet, agnita illorum fraude reſipiſcens, eiurata hæreſi vberem edidit Epiſtolam, qua ſuæ conuerſionis ad Catholicam fidem rationes expoſuit. Ea Pariſijs prodijt ann. 1578. apud Leonem Cauelat. Deinde Tractatum de Inſtitutionum antiquitate, ac Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſignis. Pariſijs ann. 1581. dum adhuc viueret.

IOANNES Brunnerus Dogkenburgenſis cum natus, & educatus apud hæreticos, quatuordecim quoque annos ipſis hæreſes, quas altè ebiberat, concionatus fuiſſet, ad Catholicam religionem, Deo aſpirante, accedens, Profeſſionem Catholicæ ſuæ Fidei ſcripſit, atque edidit Ingolſtadij ann. 1582. Is verò deinceps Græcæ linguæ, & ſanctæ itidem Profeſſor ordinarius fuit Friburgi Briſgoiæ in Archigymnaſio eius Ciuitatis.

IOANNES Bruxellenſis, Ordin. Canonicorum Regularium Sancti Auguſtini, ſcripſit Roſetum Exercitiorum Spiritualium, & ſacrarum Meditationum, libris duobus: deque illuſtribus viris ordinis ſui alterum. Viuebat anno 1495. Vide in verbo, Ioann. Maubenus.

IOANNES è Bruyno, Bruxellenſis, Carmelita, ſcripſit Commentarios in Epiſtolas D. Pauli. In Eccleſiaſt. item, ac in Mag. Sent. Arnoldus Boſtius.

IOANNES Buiſonus, ann. 1576. Romæ edidit Hiſtoriam, & Harmoniam Euãgelicam, ſeu Vitam Do. Ieſu è quattuor Euangeliſtis in vnum collectam, adiecta ſuis locis ordinis, & conſenſus eorundem Euangeliſtarum ratione.

IOANNES Bunderius, Gandauenſis, Ordinis Prædic. qui viuebat ann. 1550. ſcripſit Compendium rerum Theologicarum, quæ noſtrâ ætate ab hęreticis oppugnantur; idque iuxta conſenſum Eccleſiæ Catholicę è D. Scripturę teſtimonijs appoſitè contexuit: Quod cum non ſemel è prelis prodijſſet, factũ eſt deinceps auctius, addita Collatione quattuor Sanctorum Doctorum Ambroſij, Hieronymi, Auguſtini, & Gregorij. De triginta articulis aduerſus hæreticos. Pariſijs apud Alardum Iulianum, ann. 1574. & 1577. Editum erat autem ann. 1569. Antuerpiæ apud Ioan. Vuithagium Scutum Fidei Orthodoxæ eiuſdem Bunderij aduerſus quaſlibet hæreſes.

IOANNES Burchardus librum Cæremoniarum, & Ordinem Miſſæ ſcripſit, qui vnà cum libro Ioannis de Turrecremata de Aquabenedicta excuſus eſt Romæ apud Antoniũ Bladum, ann. 1559.

IOANNES Burgenſis, Anglus, & Monachus, Ord. D. Benedicti, Congreg. Cluniacenſis, ſcripſit Annales Anglorum. Viuebat ann. 1200. Atqui, ſiue is ipſe, ſiue alter, qui dictus eſt *Ioannes de Burgo* librum prænotatum *Pupilla oculi*, ſcripſit De adminiſtratione ſeptem Sacramentorum, ac De decem præceptis, & De reliquis Eccleſiaſticorum Officijs. Argentorati ann. 1514. apud Io. Knoblouc.

IOANNES Bury, Anglus, Ordinis D. Auguſtini, ſcripſit Commentarios in D. Lucæ Euangelium. Lecturas Scripturarum, lib. 1. Quæſtiones, & Sermones, libro altero. Libros duos ad Thomam Burcherium Archiepiſcopum Cantuarienſem S. R. E. Card. aduerſus Reginaldum Pecok, qui impia ſcripſerat De libertate Euangelij, De laicorum poteſtate cõtra dotationem Cleri, De æqualitate miniſtrorum, De legibus, & doctrinis hominum. Incipiunt hi duo libri, *Sæpè vobis, ouiliq; veſtro.* Viuebat ann. 1460.

IOANNES Buſcoducenſis Kalendarium perpetuum parieti affigẽdum emiſit Antuerpiæ ann. 1572.

IOANNES Buſæus, Societatis Ieſu, natione Belga, Nouiomagus S. Theol. Doctor & Profeſſor in Academia Moguntina, edidit plura. Ea verò ſunt:

Diſputatio Theologica de ieiunio, & delectu ciborum aduerſus Chemnitium, & cæteros Nouatores, ann. 1581. Moguntiæ apud Gaſparum Behem.

Diſputatio de Perſona Chriſti aduerſus Vbiquitarios. Ibid. ann. 1583.



Digitized by Google

Diſputatio Apologetica pro Kalendario Gregoriano contra Iacobum Herbrandum miniſtrum Lutheranum Tubingenſem. Ibid. ann. 1585.

Diſputatio de deſcenſu Chriſti ad Inferos aduerſus Decretum libri Concordię Lutheranorum. Coloniæ ann. 1586.

Apodixis Theologica pro ritu orandi Roſarium Beatæ Mariæ Virginis. Moguntiæ anno 1587.

Roſarij Hyperaſpiſtes, hoc eſt, depulſio cauillationum, quibus Caluiniſta quidam Heydelbergenſis Apodixin obſcurare conatus eſt. Herbipoli, ann. 1588.

Apologeticus Diſputationis Theologicę de Perſona Chriſti cauillationib. Stephani Gerlachij prædicantis Tubingenſis Lutherani oppoſitus. Moguntiæ ann. 1588.

Refutatio duplex cauillationum à Stephano Gerlachio primo, & ſecundo capiti Apologetici obiectarum. Moguntiæ ann. 1591. & 1594. & 1596.

Reſponſio ad theſes Theologorum Lutheranorum Marpurgenſium de Miſſa Pontificia & Cœnæ Dominicæ in ea profanatione. Moguntiæ ann. 1588. apud Gaſparem Behem.

Diſputatio Theologica de Baptiſmi neceſſitate, & de Baptiſmo Conſtantini, ann. 1589.

Triginta Paradoxa Gaſparis Suencfeldij hæreſiarchæ de toto Chriſto Deo, & homine in ſtatera S. Scripturæ, Patrum, & rationis expenſa, & cum Vbiquitariorum dogmate collata. Ibid. ann. 1595. apud Henricum Behem.

Petri Bleſenſis Bathonienſis Archidiaconi in Anglia & Ioannis Trithemij Opera, *collatione* aliquot m.ss. emendata, notiſq; illuſtrata. Moguntiæ ann. 1600. & 1606.

Anaſtaſij S. R. E. Bibliothecarij hiſtoria de vitis Summorum Pontificum vſque ad Nicolaum primum, adiectis duabus alijs Vitis ex Gulielmo Bibliothecario, cum varijs lectionibus m.ss. Codd. Moguntiæ ann. 1602.

Luitprandi Ticinenſis Diaconi de Vitis Summorum Pontificum. Item Albonis Floriacenſis Epitome de Vitis eorundem ex Anaſtaſio Bibliothecario ex m.ss. Codd. primum editi. Moguntiæ ann. 1602.

Hincmari Rhemenſis Archiepiſcopi epiſtolę aliquot ex m.s. Cod. Bibliothecę cathedralis Eccleſię Spirenſis, cum notis breuibus. Acceſſit hiſtoria Vitæ S. Vviberti Confeſſoris, ſocij S. Bonifacij Archiepiſcopi Moguntini, & hiſtoria S. Ruperti Bingeonum Ducis, auctore S. Hildegarde, ex m.ss. Codic. Moguntiæ ann. 1602.

Enchyridion piarum Meditationum in omnes Dominicas dies. Moguntiæ apud Balth. Lippium, ann. 1606.

Modus recti meditandi de rebus diuinis ibidem apud eundem. ann. 1606.

*Conuerſa ab eodem ex idiomate Italico in Latinum, editaq; hæc.*

Tres Tomi Meditationum P. Vincentij Bruni Societatis Ieſu, Primus, Secundus, & Quartus eiuſdem Tractatus de Sacramento pœnitentiæ. Coloniæ ann. 1598.

Fuluij Androtij Societatis Ieſu Opuſculum de frequenti communione. Moguntiæ.

Eiuſdem Meditationes de Paſſione Domini. Coloniæ ann. 1600.

Lucæ Pinelli Meditationes de S. Euchariſtiæ Sacramento. Coloniæ ann. 1600.

Franciſci Ariæ Societatis Ieſu liber de imitatione B. Virginis. Coloniæ, ann. 1601.

Eiuſdem liber de diffidentia ſui, ex mortificatione edebatur ibidem, vt & meditationes Lucæ Pinelli de Vita Chriſti, & B. Virginis.

Exemplar annuarum Iaponenſium ann. 1591. & 1592. à P. Ludouico Frois ſcriptarum. Coloniæ ann. 1596.

Deinde cæteræ Epiſtolæ vſque ad annum 1600. miſſæ, quarum extrema eſt P. Nicolai Pimentæ de ſtatu Indiæ Orientalis, ann. 1600. excuſæ omnes Moguntiæ, vti & alibi.

IOANNES Buteo, Delphinas, Gallus cum in Iuriſprudentia, & Mathematicis potiſſimum excelleret, ſcripſit ann. 1550. ad Franciſcum Turnonium Cardin. De Arca Noe cuius nam formæ, & capacitatis fuerit. Incipit, *In Arcam illam Seminarium Mundi.* Reliqua verò etſi ad Apparatum hunc ſacrum non omnino pertinent, præſtat tamen huc adſcribere, quandoquidem & omnia ſimul excuſa fuerunt Lugduni apud Thom. Bertellum, anno 1554. & quadantenus Philoſophis, Theologis, Iuriſconſultis, Hiſtoricis, poſſunt commodare. Quippe edidit.

De Sublicio Ponte Cæſaris.

Confutationem Quadraturæ circuli ab Orontio Fineo factæ.

Explanationem ad locum Quintiliani Geometricum.

Ad Problema Cubi duplicandi.

Menſuram defluentis aquæ.

Emendationem figurationis Organi à Columella deſcripti.

De libra, & ſtatera.

De

De precio Margaritarum.
De fluuiaticis Inſulis ſecundũ Ius ciuile diuidẽdis, vbi cõfutatur Tyberias Bartoli.
De diuiſione fruct⁹ arboris in cõfinio natæ
Geometriæ cognitionem Iuriſconſulto neceſſariam.
Ad legem Papiniani, *De Diuortio.*
Ad legem Iuliani, *Si ita ſcriptum.*
Ad legem Africani, *Qui quadringenta.*
Eiuſdem Logiſtica, quæ ibidem excuſa.

IOANNES Cacheng. Friburgenſis Theologus, ſcripſit Commentarium in Epiſtolam Diui Pauli ad Romanos. Tractatum de Quarta. Alterum De Contractibus. Viuebat ann. 1355.

IOANNES Cæſarauguſtanus Epiſcopus temporibus Siſebuthi, & Suinthilari Regum Hiſpaniæ adnotauit, vt S. habet Ildephonſus in Catal. Virorum Illuſtrium Hiſpanorum, Inquirendæ Paſchalis ſolemnitatis tam ſubtile, & vtile argumentum, vt Lectori & breuitas contracta, & veritas placeat patefacta. In Eccleſiaſticis item Officijs quædam eleganter ſono, & oratione compoſuit.

IOANNES Caleca Græcus, ſcripſit Commentarios in Quattuor Euangelia. Extat m.s. in Bibl. Imp. Viennæ Auſtriæ.

IOANNES Calderinus Bononienſis, qui viuebat ann. 1340. Vir I. V. C. pleraque ſcripſit, quæ poſt typos inuentos ſubiecta ſunt prelis. Nimirum Tabulam iuxta ſeriem Alphabæti, auctoritates, atque ſententias Bibliorum cõtinentem, prout in Compilationibus Decretorum, ac Decretalium citantur à Thoma Dorimbergio Memmingo Spirenſis Ciuitatis Conſule recognitam, & Spiræ excuſam apud Petrum Drach, ann. 1481. Repertorium Iuris. Conſilia, & Deciſiones, quorum pleraque prodierunt ann. 1474. Diſputationem, *Quæritur.* cuius meminit Felinus *in c. graue, in 2. de offic. ord.* De cenſura Eccleſiaſtica. De interdicto Eccleſiaſtico. In Proœmium Decretal. In 1. Decretalium. De reſcriptis, c, *in noſtra,* & c. *mandatum,* & c. *ab excommunicato* in eundem. De electio. c. *ſuper eodẽ,* & c. *cum in iure.* Et in 2. Decretal. de appellatio. c. *ex parte tua.* Item de ord. cog. c. 1. *intelleximus.* & c. *ſuper ſpoliatione.* Item de cauſa poſſeſſ. & propr. c. *cum dilectus.* Item de probatio. cap. *poſt ceſſationem.* Item de teſti. cog. c. *dilectorũ.* Et in Tertium Decretal. de cohab. cler. & mul. c. *veſtra.* & de conceſſione præben. c. *cum in veſtris.* & c. *poſtulaſtis.* & de rebus Eccleſiaſticis c. *ſi quis presbyterorum.* Item De donationibus c. *propter eius.* Et in Quintum Decretal. de raptoribus c. *de illis.* & de vſuris c. *nauiganti.* Atqui inter Tractatus poſtremò Venetijs recuſos, & auctos extat liber eius De interdicto Eccleſiaſtico in Tom. 14. fol. 325.

IOANNES è Caluiſiano, Ord. Prædic. è SS. Patribus, atq; pijs alijs Scriptoribus Librum piarum Precum haud exiguum collegit, quem antiquis characteribus manuſcriptũ Neapolitani Patres eiuſdem Ord. aſſeruant in cœnobio S. Catharinæ à Formello.

IOANNES de Cambia, ſiue de *Cobiex,* vulgò dictus *Gantois,* Inſulenſis, Belga, Ordin. Minorum, Conuentus Lugdunenſis Lector edidit Theſaurum Theologorum.

IOANNES Camers, Ord. Minorum præter illa, quæ ſcripſit in Lucium Florum, Solinum, Feneſtellam, Cebetis tabulam, quæ huc non ſpectant, reliquit etiam Notationes ad S. Auguſtini libros de Ciuitate Dei, atque ad Eutropium, & Commentarium in Claudianum. Viuebat ann. 1528.

IOANNES Campen, Germanus, Carmelita apud Friſones, ſcripſit in Magiſt. Sent. Deinde Quodlibeta, & Summulas Artium.

IOANNES Campenſis, Hebrææ linguæ apud Louanienſes in Buſlidiano collegio Profeſſor, ſcripſit Paraphraſim in Pſalmos, & in Eccleſiaſten Salomonis, & Grammaticam, quæ excuſa eſt Pariſijs apud Vuechelum, ann. 1535.

IOANNES Campeſcen, ſiue *Camſcen,* Carmelita, Anglus, ſcripſit Sermones de Sanctis, lib. 1. De tempore, libro altero.

IOANNES Campolus, alijs Capolus in quattuor libros Mag. Sent.

IOANNES Camſcon Anglus, idem qui alijs *Campeſcen,* ſiue *Camſcen.*

IOANNES è Cambico, Ord, Prædic. Librum compoſuit De Paradiſi delicijs. Alterum De culpa, & Gratia. Viuebat ann. 1295.

IOANNES Canonicus, ſiue *Canon,* cognomento, Ord. Minorum, Ioannis Duns Scoti in Academia Pariſienſi Auditor, Quattuor libros Mag. Sententiarum expoſuit. Diſputationes item ordinarias ſcripſit: præter Dialecticas, atque Commentarium in libros octo Phyſicorum Ariſtotelis. Viuebat ann. 1320.

IOANNES V. Cantacuzenus Imp. Conſtantinopolitanus coactus à Ioanne VI. Imp. Andronici filio Palæologo genero ſuo ſeſe Imperio abdicauit anno Domini 1354. & monachus factus Ioaſaph appellatus eſt. Scripſit autem Monachus, contra Saracenorum hæreſim, pro Chriſtiana religione, Apologias 4. Contra Macometem, Orationes 4. Contradictio-

tradictiones aduerſus Prochorum cydonem. Alia capita contradictoria in eundem: quæ Græce extant in Vaticana Bibliotheca hac inſcriptione, Paraphraſim in quinque libros Ethicorum Ariſt. quæ aſſeruatur Græcè Venetijs in Bibliotheca SS. Ioannis, & Pauli. Viuebat ann. 1360. Sed & quattuor libris bella inter Imp. Andronicum Auum, & Nepotem elegantiſſimè ſcripſit, quos Iacobus Pontanus noſter Latinè è Græco edidit Ingolſtadij ann. 1603.

IOANNES cantalicij Pœnitentis hominis confeſſio elegiacis carminibus, eiuſdem ad deplorandam Redemptoris Domini noſtri Ieſu chriſti paſſionem Monodia, & in Pſalmum *Miſerere.* Venetijs ann. 1502.

IOANNES capetius Theologiæ Licentiatus edidit Tractatum de Indulgentijs. Inſulis, in Belgio. Alterum De hæreſi, & modo coercendi hereticos. De vera chriſti Eccleſiæ & obſcuræ comparationis Scripturæ, & Eccleſiæ demonſtrationem, ann. 1605.

IOANNES capgraue Anglus, Ordin. D. Auguſtini inſignis Theologus, & Prouincialis in Anglia, edidit.

| | |
|---|---|
| commentarios in Geneſim. | *Arduum namque, & ſuper vires eſt.* |
| In Exodum. | *Quia hiſtoriam.* |
| In Leuiticum. | *Occultiſſimorum myſteriorum.* |
| In Numeros. | *Ex Nicolao de Lyra.* |
| In Deuteronomium. | *In hoc vltimo libro Moyſi.* |
| In Hiſtoriam Ioſue. | In Iudices, & Ruth, lib. 2. |
| In Volumina Regum, lib. 4. | In Pſalterium, lib. 1. |
| In Eccleſiaſticum, lib. 1. | In Eſaiam Prophetam, lib. 1. |
| In Danielem, lib. 1. | In duodecim Prophetas, lib. 12. |
| In Quatuor Euangelia, lib. 4. | |
| In Epiſtolas Pauli, lib. 14. | *Domino Hunfrido bon.* |
| In Acta Apoſtolorum, lib. 1. | *Reminiſcor ſancte Antiſtes.* |
| In Apocalypſim D. Ioannis, lib. 2. | *Venerabili ſuo Domino in Chriſto.* |
| Manipulum doctrinæ Chriſtianæ, lib. 1. | *Inter cætera ocij mei ſecreta.* |
| In Epiſt. Canonicas, lib. 7. | |
| De Fidei Symbolis, lib. 3. | *Quoniam Pſalmographus.* |
| De nobilibus Henricis, lib. 3. | *Henrico Dei gratia Regi Angliæ.* |
| De ſeguacibus D. Auguſtini, lib. 1. | *Teſtatur ille Græcorum eloquentiſſ.* |
| Catalogum Sanctorum Angliæ, lib. 1. | *Sancti Patres, qui priſcis fuere.* |
| In libros Sententiarum, lib. 4. | Determinationes Theologiæ, lib. 1. |
| Ordinarias diſputationes, lib. 1. | Ad Poſitiones erroneas, lib. 1. |
| Orationes ad Clerum, lib. 1. | Sermones per annum, lib. 1. |
| Vitam Humfridi, lib. 1. | Lecturas Scholaſticas, lib. 1. |
| Epiſtolas ad diuerſos, lib. 1. | |

Obijt Limnæ Nordouolgiæ Oppido, die 12. Auguſti ann. 1464. & inter fratres Auguſtinianos ſepultus fuit.

IOANNES Capiſtranus, ſiue è Capiſtrano, quod eſt Oppidum in Brutijs, haud procul ab vrbe Aliqua Marſorum, Diſcipulus, & Socius D. Bernardini Senenſis, Ord. Minorum, nobili genere natus, ann. 1385. Familiæ ſuæ Ciſmontanæ Vicarius Generalis renunciatus; à ſummis autem Pontiff. potiſſimum à Nicolao Quinto, ad varias functiones pro ſancta Eccleſia Catholica adhibitus eſt. Huic ante annos centum Krantius teſtimonium tulit his verbis: *Ioannes in Germaniam deſcendit, prædicans magno zelo verbum Dei in Auſtria, Bauaria, Sueuia, Turingia, & Saxonia. Nam in Ciuitate Magoeburgenſi, in nouo foro, maxima ad illum confluente multitudine cum eſſet Germanicæ linguæ nongnarus, latinè prædicabat Latinis in tertiam horam, populo ſolis geſtibus eius, quos ante non viderat, ſatis vehementer permoto. Moti ſunt omnes, & vſque adeò permoti; vt fœminæ abuſum in ornatu, viri ludos, quibus tempora perdunt, ſcaccorum, alearumq; in vnum contulerint, & eodem loco, igne ſub dio concremarint.* At & Herthamus, Scheydelius ſcriptum reliquit, ſe Norimbergæ vidiſſe Capiſtranum ſexagintaquinque annos natum quotidiæ, ac fere ſine intermiſſione concionantem, altas, & profundas (vt ille inquit) materias abſoluentem. Quin & noſter Hieronymus Platus libro ſecundo De Bono ſtatu Religioſi, cap. 30. refert, anno circiter 1450. Capiſtranum duodecim millia infidelium, pluresque præterea ſchiſmaticos ad Catholicam Eccleſiam aggregaſſe. Scripſit autem Capiſtranus contra Philippum Bertegallum Diplomati Pontificis Maximi aduerſantem: ſex autem & octoginta Fratricellorum hæreticorum loca, vbi conueniebant, in Piceno, atque Campania combuſſit; exortamque Eugenio Quarto Summo

Lib. 11. Saxonum hiſt. ca. 36. & libr. 11. metrorũ c. 30

In 6. mundi ætate.

Pont.

Digitized by Google

Pont.hæreſim iſtam profligauit.In Morauia item, atq; Boemia errores Huſſitarum refutauit:Porrò etiam ſcripſit.

De dignitate Eccleſiaſtica ad Nicolaum Summum Pontificem.
De illuſtranda conſcientia.
De Vſuris,& Contractibus.
De Cenſuris.
De pœnis Inferni,& Purgatorij.
De caſibus,& pœnis iniungendis.
De reſtitutionibus & contractibus.
De Matrimonio.
Epiſtolas nonnullas.
In Regulam Ordinis Minorum.
De Conceptione Beatiſſ.Virginis.
De Iudicio vniuerſali futuro, & Antichriſto,ac de bello ſpirituali. Venetijs apud Petrum Dehuchinum,ann. 1578.
De Concilij,ſiue Eccleſiæ auctoritate. Venetijs apud Ant.Ferrarium,ann.1580.
Speculum Clericorum, quod ibid. prodijt eodem anno apud eundem.
Defenſorium tertij Ord. Franciſcanorum, quod extat m.s.
De Cupiditate,lib.3.
De Paſſione Domini.
Contra Huſſitas.

Ad Principes Boemiæ,quos hortatur, vt pro celebrandis comitijs apud Caſurgem conueniant.

Aduerſus Ioannem Rocheſanum hæreticum Boemum,& fautorem hereticorum:qui delectus Archiepiſcopus Pragæ,Fratres Minores è ſua ciuitate eiecerat. Obijt ann. 1456. in ciuitate Vuillako,diœceſeos Bambergenſis,vbi & humatus in Clauſtro Beatiſſ. Virginis apud Minores.

Porrò & inter Tractatus Iuris poſtremò Venetijs recuſos,& auctos,extant ipſius Ioannis à Capiſtrano liber De Canone Pœnitentiali. Tom.14.fol.395. & De Excommunicatione ibidem,fol.388.De Matrimonio per modum Concilij in To.9.fol.77. De poteſtate Papæ,& Concilij in Tom.13.P.1.fol.32.Speculum Conſcientiæ in To.1. f.323.

IOANNES Caprauilla,De Caſibus reſeruatis. Leodij apud Iacobum Gregorij.

IOANNES Capreolus,Ordinis Prædicatorum,Toloſanus, qui D. Thomæ ſenſum videtur imprimis fuiſſe aſſecutus, ſcripſit vberes Commentarios in Quattuor Libros Mag. Sent.& Sermones varios. Nos de illo,vbi de Theologia Scholaſtica in tertio Bibliothecæ Selectæ libro egimus,aliquid haud inutile (vt putamus)locuti ſumus. Cæterum anno 1589. Venetijs ij Commentarij prodierunt in lucem hac inſcriptione. *Ioannis Capreoli Thomiſtarum Principis , in Libros Sententiarum ampliſſimæ Quæſtiones pro tutela doctrinæ Sancti Thomæ ad Scholaſticum certamen egregiè diſputatæ, Auctore F. Matthia Aquaro Dominicano.* Viuebat ipſe Capreolus,ann.1415.

IOANNES Caraffa Tractatum edidit De Simonia,ann.1556.Romæ.Qui & poſtea inter Tractatus Iuris Venetijs recuſos,& auctos inſertus extat To.1.fol. 323.

IOANNES è Carcaſſona Gallus,Patria Narbonenſis,Ordin. D. Auguſtini,ſcripſit in Euangelia libros quattuor. Alium De vita ſolitaria. Conciones ad Populum. Epiſtolas ad diuerſos. Viuebat ann.1350.Nicolaus Bertrandus.

IOANNES Carnotenſis Epiſcopus. Vide in verbo, Ioannes Saliſburienſis.

IOANNES Carolus Bouius,Bononienſis,& Epiſcopus Oſtunenſis, quæ Ciuitas eſt in Regno Neapolitano, primus (quòd ſciam) è Græco Latinos fecit octo Conſtitutionum Apoſtolicarum libros Clementis Romani, ad quas item Scholia addidit. Veruntamen deinceps eædem Græcè Conſtitutiones & è Codicibus m.s.accuratè collatæ, atque adeo in Latinum conuerſæ,& vberioribus Notis, quæ vicem obtinent Commentariorum, à Franciſco Turriano prodierunt primò è Typographia Plantini Antuerpiæ; deinde Venetijs Editioni Conciliorum à Nicolino euulgatæ ann.1585.præfixæ.

IOANNES caroli,Florentinus,Ordin. Præd. ſcripſit varia tum Latinè,tum Etruſcè. Extant autem m s.Florentiæ in Bibl.S.Mariæ (vt vocant) Nouellæ,hæc quæ ſequuntur.

Volumen concionum varijs in locis habitarum. Incipit,*Propoſueram quadam.*

Alterum Tractatuum Spiritualium: Quorum primus attinet ad Pſalmos Pœnitentiales, ad Bernardum Gondium.

Aliud aliorum Tractatuum,Quorum primo agit de ſenectute,quinque incipit , *Marcum Tullium Ciceronem.*

Vitæ illuſtrium quorundam ſui Ordinis,quæ extant apud Leandrum Albertum De viris Illuſtribus.Eæ verò ſunt Io.Dominici cardinalis & Archiepiſcopi Rhaguſæi. Simonis Saltirolli Archiepiſcopi Piſani. Aldobrandini caualcantis Epiſcopi Vrbeuetani. Angeli Acciaioli Archiepiſcopi Florentini.B.Ioannis Salernitani,Socij S.Dominici. Alexij Strotij. Guidonis Regionali.

De dignitate Monaſterij S.Mariæ Nouellæ.Obijt ann.1505.Florentię Mich.Pocciantius.

IOAN-

IOANNES Carpathiorum Epiſcopus, ſcripſit Græcè ad Monachos Indos capita centum, vt in Bibliotheca ſua inquit Photius. In Bibliotheca vero Regia Gallica, extabat hac inſcriptione m.s. πρὸς τοὺς ἀπὸ ἰνδίας μοναχοὺς παρακλητικὰ κεφάλαια. Item περὶ ἀσκήσεως ſed reuera Capita hortatoria, ſiue documenta ſpiritualia cētum nonaginta, & vnum ſcripſit, Quæ Iacobus Pontanus noſter è Græco Latinè reddita, adiecit Dioptræ ab ſe verſæ Philippi Solitarij, atque Ingolſtadij editæ ann.1604. cum aliàs haberentur tantum octoginta duo, quot nimirum in Codice Bauarico tunc inuenerat vnà cum Simeonis Presbyteri orationibus.

IOANNES Carpentarij Paraphraſis Carmine Heroico in Prophetiam Iſaiæ prodijt ann.1589.

IOANNES Cartenius in Hannonia Belgij natus, Ordin. Carmelitani, atque Theologus, Prior autem Bruxellenſis Conuentus, Latinè, Græcè, Hebraicè noſcens, ſcripſit in decem Præcepta Decalogi. In D. Ioānis Apocalypſim. Sermones tam de Tempore, quàm De Sanctis. In aliquot D. Pauli Epiſtolas. De Quattuor nouiſſimis, qui libellus vnà cum Ludouico Granata, Ord. Prę̄d. & Dominico Aegidio Topiario emiſſus eſt in lucem ann. 1589. apud Ioannem Bellerum Antuerpiæ.

IOANNES Cartuſiani Ord. Librum ſcripſit prænotatum *Noſce te*, hoc eſt, de ſui Notitia dignum lectu: qui & Venetijs prodijt ex Officina Nicolai Ienſon, Galli ann.1480. approbatus à Matthæo Girardo, Patriarcha Venetiarum; ac deinceps Heildebergæ in Germania antequam hæreſis Luterana ſe exereret ann.1489.

IOANNES Caſſianus Eremita, ſcripſit De inſtitutis Renunciātium, libros duodecim, & Collationum Sanctorum Patrum libros vigintiquattuor: idque lingua Latina, quidquid ſecus aliqui exiſtimauerint, ſiue Tritemius, ſiue Dionyſius Cartuſianus.

Hi autem libri ann.1580. editi ſunt recogniti, Romæ, & iuncti cum Regula S. Pachomij, ex Typographia Dominici Baſæ. Recuſi ſunt Lugduni apud Petrum Landri. anno 1606. Et quidem primò quæ ad Lectorem initio libri adiuncta eſt Epiſtola, Ioannem Caſſianum Latinè ſcripſiſſe probat.

Ipſe enim Caſſianus lib. Inſtitutionum ſuorum primo, c.3. & lib.5. c.16. & Collat. 23. c.8. & plerumque alibi, cum ait ſecutum ſe fuiſſe emendationem Tranſlationem Bibliorum, intelligit vulgatam noſtram Latinam.

Adiectæ ſunt ad finem, obſcurarum dictionum interpretationes, ordine Alphabeti diſpoſitæ.

Præterea Indices duo: Alter teſtimoniorum Sacræ Scripturæ, quæ à Caſſiano vel explicantur, vel aliter quàm vulgata editio habet, citantur: Alter rerum memorabilium.

Quin etiam Obſeruationes additæ in eundem Caſſianum, quoniam Gelaſius Pontifex Maximus, in Concilio Septuaginta Epiſcoporum, Opera huius Viri ea potiſſimum ratione iudicauit apocrypha, quòd Collatione tertiadecima, alijſque locis, de Gratia & libero hominis arbitrio, more Pelagianorum locutus, à Proſpero Aquitanico, ſcripto aduerſus eum libro, conuictus eſſet. De quo item Caſſiodorus libro primo Inſtitutionum, Monachos ſuos præmonuit. Eæ igitur obſeruationes, ad calcem libri adiectæ, prælegendæ ſunt ijs, qui librum hunc, alioqui vtiliſſimum, & à SS. Benedicto, & Thoma Aquinate teri ſolitum, verſare voluerint, ac debuerint: Præſertim cum Caſſianus, ijs de Gratia & libero arbitrio locis, adeò pugnantia ſecum proferat, vt ex Pelagianorum potius diſputationibus, quorum ſententias refert, quàm ex ſuo ſenſu deprompta eſſe videantur. Quod ipſe alicubi admonere videtur.

Porrò ipſius laudes Proſper Aquitanicus in Opuſculo contra Collatorem; S. Benedictus in Regulis, capitibus quadrageſimoſecundo, & ſeptuageſimotertio; Caſſiodorus ad Fratres Monaſterij ſui, & in expoſitione Pſalmi ſexageſimi noni; S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, parte ſecunda hiſtoriarum, tit.10. c.10. §.2. proſequuntur.

Gennadius autem, & Tritemius in Catalogis Illuſtrium virorum, aiunt, Ioannem Caſſianum; natione Scytham, Conſtantinopoli à Ioanne Magno, hoc eſt, Chryſoſtomo Epiſcopo, Diaconum ordinatum; apud Maſſiliam, presbyterum; condidiſſe duo, id eſt, virorum, & mulierum, monaſteria, quæ (inquit Gennadius) vſque hodie extant.

*Scripſit*, autē idem Caſſianus, vt idem ait Gennadius *experientia magiſtrante, plano, & librato ſermone, & (vt apertius dicam) ſenſu verba inueniens, & actione linguam mouens, res omnium Monachorū profeſſioni neceſſarias; id eſt, De habitu Monachi, De Canonico Orationum, atque Pſalmorum modo, qui in Monaſterijs Aegypti die noctuq́; tenetur, libros tres: Inſtitutionum librum vnum: De origine, & qualitate, ac remedijs, octo principalium vitiorum, libros octo; ſingulos ſcilicet de ſingulis vitijs libros expendens. Digeſſit etiam Collationes cum Patribus Aegypti habitas: & ad extremum rogatas à Leone Archidiacono,*

*poſtea*

Digitized by Google

*poſtea Vrbis Romæ Epiſcopo, ſcripſit aduerſus Neſtorium de Incarnatione Domini, libros ſeptem: & in his ſcribendi apud Maſsiliam, & viuendi finem fecit, Theodoſio & Valentiniano regnantibus.*

Cæterum Proſperi admiratione factum eſt, vt Caſsiani ſcripta cautius legerentur, & corrigerentur: potiſsimum autem Collationes ipſæ, vt inquit Caſsiodorus. Et S. Eucherius Lugdunenſis tunc Eccleſiæ presbyter Caſsiani Opera cōpendioſè colligens, quæ vtilia viderentur, in Epitomē redegit. Gennadius autem Caſsianum titulo ſanctitatis exornauit dicens. *Sed & S. Caſsianus quædam Opuſcula lato tenſa ſermone idem Eucherius auguſto verbi reſoluens tramite in vnum coegit volumen.* Qui Gennadius (notat Baronius Cardin.) ne diceret, erroribus confutatis, Eucherium expurgando contraxiſſe Opera Caſsiani, latum ſermonem circumcidiſſe prætexuit. Quin & Collatione 8. cap. 7. notatur auctoritate SS. Gregorij Nazianzeni, & Baſilij cum in perſona Abbatis Piamonis dicit in Ponto & Armenia monaſteria rariſsima fuiſſe & Anachoretarum ne nomē quidem apud illos auditum fuiſſe. Et verò cum Collatione 21. c. 30. docet in Eccleſia primitiua per totum annum æquale fuiſſe ieiunium, deinde frigeſcente deuotione, cum inciperent apud multos negligi ieiunia, placuiſſe omnibus Sacerdotibus, vt Quadrageſimæ ieiunium indiceretur, ac fixa lege ſtabiliretur. Hæc ſententia vt falſo nititur fundamento, ita improbatur validis rationibus à Bellarmino Cardin. lib. 2. c. 14. de Bonis operibus in particulari: vltra medium, quēadmodum item Collatione 21. c. 29. expoſitus ab eodem Bellarmino fuerat libro ipſomet ſecundo de Bonis operibus in particulari in eo, quòd quidam Caſsianum cum Begardis ſenſiſſe idem de lege ieiunij exiſtimauerant.

Vide verò quæ Photius in Bibl. Græca Auguſtę edita egit de Caſsiani Inſtitutione monachorum, ac de Collatione Patrum, atque de Aſceticis, pag. 265. Quanam item ratione purgatus fuerit à Caſsiodoro: & vide (inquam) Tomum quintum Annal. Card. Baronij ſub annum 433. pag. 640. primæ Romanæ editionis.

IOANNES Caſa, Catalogum ſcripſit Hæreticorum.

IOANNES è Caſali varias, præter Philoſophica, Quæſtiones in Theologia contexuit, Franc. Gonzaga Epiſ. Mant.

IOANNES Caſtellanus, Clericus Taruiſinus, Theologus, non autem ille, qui prohibitus eſt in Romano Indice, edidit Compendium Conſtitutionum Summorum Pontificum, quæ extant à Gregorio VII. vſque ad Clementem VIII. Pont. Max. Venetijs apud Franciſcum Bolzettam, ann. 1603.

IOANNES Caſtellenſis, Germanus, Ord. D. Benedicti Regulam eius S. Patris duobus libris expoſuit. Biblia in Compendium vnius libri redegit. Sermones de Paſsione Domini duos & quadraginta. De Tempore item lib. 2. & de Sanctis lib. 1. Epiſtolarum vnum Viuebat ann. 1400. Eiſingren.

IOANNES Catardus, Aquaſperſanus, Ionæ Prophetiam Concionibus, & myſtica Paraphraſi expoſitam edidit Pariſijs apud Claudium Fremy, ann. 1601. Viuebat ann. 1550.

IOANNES Caualcantius, Florētinus, Commētarium in Soliloquia D. Auguſtini prçter alia ſcripſit. Eius autem meminit Marſilius Ficinus libro ſeptimo Epiſtolarum.

IOANNES è Caulibus, natus in Oppido S. Geminiani, Ordin. Minorum, Tractatum edidit eruditum De triplici Via Sapientiæ. Henricus Vuillot.

IOANNES de Cauris, Gallus, Gallicè ſcripſit prima Chriſtianæ Pietatis elementa. Opuſculum De Cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti. Sententias inſignes S. Nili redditas Gallico carmine. Inſtitutionem Chriſtianæ filiæ. Pariſijs apud Gulielmum Chalderium. Veram formam, & rationem viuendi Chriſtianorum in quolibet ſtatu. Exhortationem (Remonſtrance) Iacob Patriarchæ ad duodecim filios Patriarchas: & Tobiæ ad filium ſuum. Pariſijs apud Gulielmum de la Noue, ann. 1577. Dialogos, ſiue Colloquia Maturini Corderij Scholijs Chriſtianis illuſtrata. Pariſijs apud Michaelem Noue, de Roigny, anno 1578.

IOANNES Cerameus, ſcripſit in quattuor Euangeliſtas, Homilias, quæ extant in Biblioth. Imp. Viennæ; Auſtriæ, m. s.

IOANNES Chapeauuille Canonicus, Pœnitentiarius, & Vicarius Leodienſis, Scholaſticam Romani Catechiſmi Elucidationem emiſit; ad captum Parochorum, Catechiſtarum, & quorumcumq; ſtudioſorum. Leodij apud Henricum Houium, ann. 1600. & 1603. apud Io. Bellerum, Louanij. Idem eiuſdem Romani Catechiſmi Summam edidit in gratiam ordinandorum. Louanij apud Bellerum anno 1605.

IOANNES Chappuis, Raimundi, Summam Sacramentorum Eccleſiaſticorum Commentarijs, & Gloſsis explanauit: quæ fuere excuſa Venetijs ann. 1568.

IOANNES Cartophylax, De nuptijs, m. s. Græcè in Bibl. Vaticana.



Digitized by Google

IOANNES Chelmeston, Anglus, è Comitatu Eboracenſi, ſcripſit Quæſtiones ordinarias, libro vno. Theologicas determinationes, libro altero. Sermones item, & Collationes. Viuebat ann. 1290.

IOANNES è Chinineto, Gallus, Carmelita, & Theologus Metenſis, ſcripſit Speculum Inſtitutionis Ord. ſui. Sermones de Tempore, ac de Sanctis. Quadrageſimale. Viuebat ann. 1340. Tritemius in Encomio Carmelitarum.

IOANNES Chriſtophorſonus Lancaſtrienſis, ſcripſit Sermone Patrio Exhortationem ad Obedientiam. E Græco autem Latinos reddidit Philonem Iudæum, Euſebium Pamphili, Socratem, Theodoretum, Hermiam Sozomenum, Euagrium Eccleſiaſticæ Scriptores Hiſtoriæ. Quos edidere Coloniæ hæredes Birckmanni, ann. 1570. Viuebat ipſe ann. 1556.

IOANNES Chriſtophorus, ſiue *Chriſtophori*, Moguntinus, Germanus, Ordin. Prædic. ſcripſit in quattuor Euangeliſtas, & in omnes Pauli Epiſtolas. Viuebat ann. 1260. Trit.

IOANNES Chryſoras. Vide in verbo, Ioannes Damaſcenus.

IOANNES dictus Chryſoſtomus, ob aureum eloquentiæ flumen, Secundo, & Anthuſa parentibus nobilibus Antiochiæ natus, vbi etiam poſt forenſem operam initiatus eſt Sacris, ac Presbyter Antiochenæ Eccleſiæ factus, mortuo Nectario Conſtantinopolitano Epiſcopo, inuitus Arcadij Imp. opera eidem Epiſcopatui ſuffectus ann. 398. Anaſtaſij autem Summi Pont. primo, miris laboribus, atq; periculis exantlatis, mortuus obijt in exilio comanis propè Euxinum Pontum, nonum poſt annũ Epiſcopatus ſui, decimaquarta die Septembris, non decimaoctaua Kal. Decembris, vti eſt apud Socratem, libr. 6. cap. 19. Eius verò inter alias dotes Sophronius in Prato Spirituali, c. 191. ſcribit numquam eum mentitum fuiſſe, nec vmquam alicui maledixiſſe, neque ſcurrilia locutum, nec iocos admiſiſſe.

### *Vitam S. Io. Chryſoſtomi quinam ſcripſere.*

Vitam eius aut ſcripſerunt, aut ex parte attigerunt Socrates, Sozomenus, Theodoretus, caſſiodorus, Nicephorus, Palladius primus Hiberniæ Epiſcopus, vbere Dialogo, Georgius Alexandrinus Epiſcopus, cuius meminit etiam Photius in ſua Bibliot. in verbo *Georgius Alexandrinus*. pag. 138. & 139. editionis Auguſtánæ. Vbi item eiuſdem Vitæ capita ſummatim referuntur. Sicuti & pag. 25. De Synodo aduerſus illum egit, Theodorus Romanus Diaconus, qui Acta publica De Quæſtionibus habitis in Oriente à Iudicibus in cauſſa chryſoſtomi attulit Romam ad Innocentium Primum Pont. Max. Ioan. Damaſcenus: ſed hæc vita deſideratur hactenus. Iſidorus, Leo Imperator, Simeon Metaphraſtes, Suidas, Iſidorus, Sixtus Senenſis in Bibl. ſancta. Poſtremò Baronius card. Tomo Annalium quinto, accuratè. Nos item aliquid in decimooctauo libro Selectę noſtrę Bibliothecæ, vbi contulimus inuicem ciceronem, Demoſthenem, atque chryſoſtomum: qui primos duos Sapientia, Pietate, Eloquentia ſuperauit.

### *Dictio Chryſoſtomi.*

Et chryſoſtomi dictionem admirati ſunt Libanius Sophiſta, licet Ethnicus Scriptor, atque in eloquentiæ ſtudijs eius Præceptor; Iſidorus Peluſiota, Anianus vetuſtus chryſoſtomi Interpres, atque Oriens vniuerſus. Videat lector Iſidori eiuſdem Epiſtolam ad Ophelium Grammaticum, & Aniani ad Horontium Epiſcopũ: atque adeo Libanij ipſius ad ipſum chryſoſtomum. Anianus certè ait. *Chryſoſtomus illud quaſi peculiare cuſtodit, ac proprium, quòd cum ſemper ſollicitus ſit, ſemper vigilans, & noxij ſtuporis inimicus, nuſquam tamen eius Oratio in pompam eleuatur dicentis, ſed tota ad vtilitatem aptatur audientis. Eſt enim ſtylus ipſe Eccleſiæ auribus accommodatus, priſcum illud, ſed eruditum dicendi genus exprimens, medius, æqualis, maturus, pudicus, alienus ab omni incuria culpa, pompaq; luxuriæ, non ſqualidus quidem, nec tamen floridus, non impolitus, ſed neque nimia ſubtilitate limatus, non aſperitate horridus, nec tamen amœnitate laſciuus, maximam vbique copiam, admirabilemq; indicans facultatem, nuſquam tamen ambitionem. Eò fit, vt illum magis ſimplex Lector intelligat, & laudet diſertus; denique & S. Baſilij admirabilem illam curam loquendi, & plauſibilem Antiochi pompam, & ſublimem illum Gregorij cothurnum facilè intelligas hac Ioannis medietate ſuperata. Solæ ab eo forſan adoleſcentulorum minus blandè mulcentur aures; quibus in ludo poſitis litterarum non tam placent ſolida, quàm picta; quique pulchra potius, quàm vtilia ſectantur; nec tam agentia diligunt, quàm ſonantia; magisq; gaudent florum amœnitate conſpergi, quàm frugum vbertate nutriri.*

*Modus docendi in Chryſoſtomo.*

Et ſapienter quidem, ac piè Sixtus Senenſis, de modo, quo Chryſoſtomus vſus eſt in docendo, egit, quem nos paucis hic perſtringemus.

Notat igitur eum in Homilijs functum fuiſſe Doctoris officio, audientium vtilitati accommodatiſſimo; diuiſiſſe autem Sermones ſuos quandoque in duas partes, hoc eſt Exegeticen, atque Ethicen; aliquando autem in tres, ideſt in Paraſceuen, Exegeticen, atque Ethicen, hoc eſt in præparationem, expoſitionem, & moralem.

In expoſitione igitur, ſenſui litterali potiſſimum, idque germanè, & appoſitè inhæret; neque ex ſenſus hiſtorici ignorantia litteram aut detorquet durius, aut ea relicta confugit ad remotas allegorias. Vulgatam autem ſuorum temporum tranſlationem Græcam ex LXX. Interpretum, Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis verſionibus concinnatam ita ſequitur, mirandum vt non ſit, ſi plura veteris Teſtamenti loca ſecus interdum explicet, quàm in noſtris vulgatis codicibus legantur.

Curioſas, & ſubtiliores Quæſtiones, tamquam populis ędificandis aut inutiles, aut noxias omittit. Quæ nonnulli etiam antiqui Patres De prędeſtinatione, & reprobatione, de Gratia, & libero arbitrio, illa quidem abſtruſiora afferebant in medium, conſultò relinquit, pauciſſimis tamen, ſi qua ſe dat ſiue occaſio, ſiue neceſſitas, dilucidè, & ad captum audientium exponens.

Si quid autem ad excutiendum eorum torporem proponit, id nonnunquam finit in ſolutum, hæc addens: *Cur autem, & quomodo id ſe habeat, vobis inueſtigandum relinquo; neq; enim vos oportet à nobis omnia diſcere, ſed & ipſos vos elaborare, & exquirere, ne ſegniores efficiamini.*

Ad Moralem quod attinet, cum quidem ſæpè de vitijs fugiendis, deque diuitiarum contemptu agit, expatiatur tamen plerumque in Selectis quibuſdam Moralis Inſtitutionis Paradoxis, ſibi penè vni proprijs. Quorum hæc aliqua, ſed & præcipua eſſe videntur

*Virtutem nec eſſe rem moleſtam, neq; acquiſitu difficilem.*
*Multo facilius eſſe bene viuere, quàm male.*
*Parua, leuiaq; peccata maiori ſtudio vitanda eſſe, quàm magna.*
*Nullum ſupplicium mala conſcientia atrocius.*
*Neminem lædi poſſe niſi à ſemetipſo.*
*Melius eſſe iniuriam pati, quàm inferre.*
*Multos iniuſtè lædere, neminem verò iniuſtè lædi.*
*Ignominiam huius mundi eſſe gloriam, gloriam verò mundi ignominiam.*
*Vitam hanc non eſſe vitam, ſed mortem.*
*Mortem eſſe vita meliorem.*
*Maximum fieri in tribulationibus, & tentationibus lucrum.*
*Quòd omnia ſupplicia, mortalibus à Deo immiſſa, magna ſint Diuinæ pietatis beneficia.*
*Eleemoſynam eſſe artem omnium quæſtuoſiſſimam.*
*Solitudinis, & monaſticæ vitæ commoda omnibus felicitatibus potiora.*
*Quòd regno Dei priuari peius ſit, quàm gehennæ ſupplicium.*
*Quòd nolle omnia ſcire, ſumma ſapientia ſit.*
*Quòd Chriſti Diuinitatem etiam abſq; vllis Diuinarum literarum teſtimonijs clariſſimè, ac fortiſſimè aduerſus omnes gentes demonſtrare poſſumus.*

His atque eiuſmodi verè aureis digreſſionibus auditorum animos mirum in modum in flammans, rapiens, eleuans in amorem diuinarum rerum, & elatos in eũ transformans, denique omnes ſermones concludit in breues precationes, gratiarum actiones, & laudes benignitatis, & miſericordiæ Chriſti; cui ſimul cum Patre & Spiritu ſancto honorẽ, gloriam, & imperium precatur in ſecula. Quamquam autem in cunctis penè homilijs eadem moralia loca ſæpius repetita inculcet, ea tamen verborum & ſententiarum varietate eaſdem cogitationes tractat, atque retractat, vt noua ſemper ac diuerſa dicere videatur. Hactenus docendi modus Chryſoſtomo proprius.

Solet etiam Chryſoſtomus, vt in eius ſcriptis apparet, ſupra omnes Eccleſiaſticos Scriptores abundare ſimilibus, collationibus, & metaphoris ad illuſtrationem, & delectationem rerum explicandarum admirabili artificio concinnatis; nuſquam tamen delectandi gratia vtitur vel ſententiarum argutijs vt Ambroſius; vel poetarum illecebris, & eorum ſalibus, vt Hieronymus: vel facetijs & iocis, quemadmodum Tertullianus: ſed affectu potius paternæ charitatis, & pio quodam iuuandi ſtudio mirificè delectat auditores; quos vt maiori cum attentione detineat, orationis curſum frequentibus dialogiſmis, percontatiunculis, & exercitatiunculis interrumpit, ſæpe repetens huiuſmodi voces.



Digitized by Google

Quidnã eſt hoc?cuius rei gratia hæc dicta ſunt?Audiſtis quæ hic locutus eſt? Vidiſti,quomodo nihil præcipit graue? Vidiſti continentem eius animum?audiſti fiduciam?audi etiam ingentem charitatem.Perſpexiſti celſitudinem philoſophię?perſpice finem.Intuere quæſo,hominis virtutem.Vides quomodo hoc facillimum eſt?Cogita,obſecro,hęc verba.Inſpice,quod non ſimpliciter,ac temere hæc dicta ſint. Papè qualis eſt hæc doctrina, & quam eſt omnibus mortalibus neceſſaria. Papè quot bonorum plena eſt hæc ſententia. Magna nobis in his verbis prudentia,& attentione opus eſt. Conſidera mihi beatos illos viros ô dilecte. Diſce hic quanta ſit virtus. Vbi nunc ſunt qui hæc irrident ? Audiant hoc,qui non credunt. Vellem hic adeſſent omnes, qui noſtra vituperant. Libenter interrogarem eos,qui hæc non credunt,num &c. Ne te conturbent, ô dilecte, quæ audis. Ne mireris dilecte,quòd hoc dixerit. Ne mihi dixeris te hæc non intelligere. Age & hoc etiam conſideremus. Quod dicere ſemper ſoleo,id nunc quoq; inculcare non deſinam. Quibus ſanè tropis attentionem reuocans,tardos excitat, feſſos adiuuat, & ad finem vſq; orationis ſuſtentat.

## *Obiecta Chryſoſtomo,quæ vel ſoluuntur, vel explicantur.*

Iam verò antequam legitimos fætus Chryſoſtomi indicemus,expedit,vt quænam ipſi obiecta ſunt,ita ſoluantur,aut explicentur, vt cum ad eos verſandos Lector acceſſerit,nihil ſit,quod ipſum remoretur;aut ſuſpẽſum, vel adeo alienum à tanti Patris exiſtimatione detineat.Porrò quæ illi obiecta fuerint,ſiue de Actis ipſius, ſiue de Apparatu, vel exordio Concionum,ſiue de ratione Diuinam ſcripturam interpretandi, ſiue de quibuſdam ad dogmata fidei ſpectantibus,hæc ferè ſunt,quæ ſequuntur.

Obſtrepebant æmuli,& Eudoxia Imperatrix,quòd licenter, & durè vitia increparet, dignitatis Imperatricis rationem non haberet,Synodo, quæ Chalcedone coacta fuerat, intereſſe noluerit,vitam inhoneſtè ageret,& eiuſmodi aliqua, quibus inſignis hic athleta exilio,calũnijs, & vexationibus exercebatur ad coronas immarceſcibiles. At zelus ille erat cum eximia ſpiritus prudentia coniunctus,quo ſuas oues curabat,infectas ſecernens, ne totum Ouile corrumperent. Synodus verò, cui noluit intereſſe haud ritè coacta, ſed Pſeudoſynodus fuerat (non quidem illa, quæ inter quattuor Oecumenicas numeratur) Acta itẽ de Quæſtionibus habitis in cauſſa Chryſoſtomi diximus ſupra à Theodoro Diacono Romano ex Oriente allata ad Innocentium huius nominis primum Pontificẽ Max. qui & illum defendit ſuperſtitem,& vbi diem obijt,pręcepit,vt nomen Chryſoſtomi reſtitueretur in Diptycha,& Arcadium Imp. & Eudoxiam Auguſtos & Epiſcopos ſceleris complices excommunicauit. Honeſtatem autem, continentiam,& caſtitatem eius vitæ membra ipſa penè demortua,dum adhuc viueret,Hortationesque perpetuæ ad eas virtutes,aſſidua corporis mortificatio,ſumma vigilantia, quodque eſſet abſtemius, Mors denique ipſa,quam præceſſit ingens crux , & cum cruce germina conuerſionum variorum populorum,indicarunt. Atqui cum plerique alij,tum quattuor præcipui Apoſtatæ fuerunt,qui aduerſati ſunt Chryſoſtomo,Acacius Beræenſis,Seuerianus Gabalenſis, Antiochus Ptolemaidis,& Cyrinus Chalcedonis Epiſcopi,vt ſolum hoc nomine poſſit intelligi tenebris cum luce veritatis nullum eſſe commercium. At & miracula,quæ conſecuta ſunt poſt Chryſoſtomi mortem,quodque Theodoſius Imp. Parentum ſuorum veniam ad ſepulchrum eiuſdem Byzantium miro cum honore,& ſignis reducti eum Orbis totius Doctorem,ac ſpiritualem Parentem ſolitus ſit appellare;Denique quòd mille,& ducẽtis plus minus annis,qui ab eius morte effluxerunt,Nominis eius in vniuerſa Catholica Eccleſia celebritas,& ſcripta ſteterint, quæ hodieque vndique conquiruntur vt integriora emittantur, pluſquam ſatis teſtantur,eum fuiſſe Virum Dei, digniſſimum autem cuius ſcripta verſentur pręſertim à Paſtoribus,& Concionatoribus:cum & Paſtoris veri fuerit imago,& ipſo primo ſui Epiſcopatus triennio, quamquam haberet quod ageret contra hæreticos,contra improbos aliorum mores, cõtra Epiſcopos potius Aulicos, quàm ſynceros,contra Tyrannos,contra Barbaros, contra Idololatras, contra ipſam Imperatricem,vt diximus, numquam tamen ſtudium tantæ diæceſeos, nec concionandi, nec patiendi intermiſit.

De exordijs Concionum non diffitetur Chryſoſtomus in Præfatione Sermonis,*De ferendis reprehenſionibus*, ſe fuiſſe reprehenſum ab ijs, qui prolixiora interdum eius exordia, ægrè ferebant, feſtinantes ad propoſitæ lectionis intelligentiam. Sed & qua erat animi demiſſione,atque prudentia,cordatè reſpondit inquiens. *Reprehendunt nos amicorum quidã, quòd productiora Sermonum initia faciamus : quibus ſiue iniuſtè taxent, ſiue iuſtè ſententiam ferant, ob hanc reprehenſionem gratiam habemus.*

Quin

Quin & Metaphraſtes in vita ipſius ſcriptum reliquit, quòd cum ſublime aliquãdo dicendi genus arripuiſſet, atque ob eam cauſſam à ſimplicioribus minus intelligeretur, redargutum fuiſſe à pia muliercula, quòd eius orationes eſſent infrugiferę; ipſum è veſtigio mutaſſe inuenilis animi, cuius eſt alta petere, inſtitutum dictionemque faciliorem imis auribus accommodaſſe. Qua ex parte illud eſt conſecutus, vt ab omnibus faciliimè audiretur, atque publicis, frequentibusq; acclamationibus, Os Aureum diceretur. Quod perinde ad indutum Diuinitus nomen, veluti egregius titulus, in eius ſcriptis hactenus perſeuerat.

*Accuſarint autem nonnulli antiquiores* (ait Photius) *Diuinum Ioannem, quòd in Geneſeos exegeſi, & in his potiſsimum, quæ de opificio ſex dierum enarrauit, nimium ſimplex ſit, atque omnino deſtitutus omnibus illis ſpeculationibus, quibus Origenes, Hippolytus, Euſebius, Baſilius, cæteriq; ex Sanctis noſtris patribus eruditiſsimi in Hexaemeron præſertim abundant, qui ſanè mihi Ioannis mentem tenere non videntur. Is enim ad ſimplicitatem Moſaicæ narrationis reſpiciens, relictis intempeſtiuis theorijs, facilitate, & humilitate ſermonis maluit ſequi Moyſem, qui non, vt quidam ſatis ineptè putant, De Mundi opificio ſcribens, obſcuriſsimas res, & obſcuriſsimis verbis diſſerere ſtatuit: ſed rudi, hebetiq; populo ſimpliciſsimè, & clariſsimè ea tantum ob oculos ponere voluit, quæ craſſæ multitudinis ingenio comprehendi poſſent. Sicut & ipſe Ioannes in explanatione Hexaemeri hiſce verbis indicauit: Moyſes in exordijs ſuarum narrationum paruitati noſtræ ſe attemperans, nihil de inuiſibilibus diſſeruit virtutibus. Non enim dixit, In principio fecit Deus Angelos, & Archangelos, ſed cælum & terram: quia in principijs & præludijs craſsioribus locutus eſt Iudæis, qui toti præſentibus rebus inhiabant, neq; ſpirituale quicquam comprehendere poterant: itaque eos à ſenſibilibus, & creaturis, ad cognoſcendum vniuerſi Creatorem inducit. Non enim dicebat, vt ſolido paſcerentur cibo, quibus adhuc lactis alimonia opus erat. nam quemadmodum magiſtri litterarum, puerulos de gremio matris acceptos, & ignaros omnium, atq; incapaces ſublimiorum, primis tantummodo imbuunt elementis; deinde eos alijs tradunt magiſtris, qui eos perfectioribus inſtituant diſciplinis, ita Moyſes ignaram omnium & rudem hominum naturam, &, vt ita dicam, nuper à lacte depulſam, primis diuinæ cognitionis imbuit elementis, præparans eam ad præſtantiores magiſtros, Paulum nempè, & Ioannem; qui pueros primis rudimentis imbutos, ad maiora & excelſiora deducunt, ſuperimponentes iam poſito fundamento celſa totius ædificij faſtigia.*

Quòd autem ad dogmata, ſiue ad alia quædam pertinet, Chryſoſtomus à cenſura Eraſmi vindicatur à Iacobo Billio, c. 9. prioris libri Obſeruationum ſuarum ſacrarum; Deinde cap. 14. alter locus in Homiliam 9. in 2. Epiſtolam ad Corinthios: Præterea Eraſmi in Chryſoſtomo lapſus aliquot notantur c. 19. vbi affirmatur, præſertim in octo prioribus in poſteriorem ad Corinthios Epiſtolam homilijs, Eraſmum centum quinquaginta errores admiſiſſe: Deinceps cap. 24. emendat quædam in Homilijs Chryſoſtomi in Acta Apoſtolorum à variorum Interpretum erratis. Præterea cap. 33. loca aliquot indicantur Chryſoſtomi Homiliæ 3. in Epiſtolam ad Epheſios: in quibus Interpres Græca non eſt ſecutus.

Sed & poſtea ſecundo libro earundem Sacrarum Obſeruationum, in Concionibus Chryſoſtomi in Iob, correxit idem Billius quædam, quæ non tam Interpreti Perionio tribuenda cenſuit: quàm Græco Bibliothecæ Regiæ libro, quo illum valde interdum corrupto vſum eſſe comperit.

Hæ verò, quas diximus, Billij Sacræ Obſeruationes, adiectæ ſunt ad calcem Epiſtolarũ Iſidori Peluſiotæ, ab eodem Billio è Græco in Latinum verſarum, quæ ſimul prodierunt Pariſijs ann. 1585. apud Gulielmum Chaudier, quemadmodum alibi ſupra non ſemel diximus, quæ & inſerere non fuiſſet iuutile, quando non omnibus Obſeruationes illę ſunt ad manus: ſed rati id aliquibus haud probatum iri, omiſimus.

Cęterum, D. Chryſoſtomi ſententia, quod vnum tantum eſſet cælum, Hom. 4. in Gen. etſi videtur aduerſari omnibus Theologorum, & Philoſophorum Scholis, his tamen verbis non damnari ait D. Thom. in 1. par. q. 68. art. 4. Theologos, ac Philoſophos, qui cælũ ſydereum, hoc eſt totum illud cęleſte corpus, quod hunc inferiorem Mundum, ſiue elementorum globum complectitur, in multos particulares cęlos, ſiue orbes, diſtinguũt, ſed hæreticos quoſdam, ac Philoſophos, qui extra hunc totum ſydereum globum, alios ſydereos cœlos, & mundos alios eſſe tradiderunt. Quin Chryſoſtomus Hom. 6. & Homil. 13. in Gen. quod cum aliquibus antiquis Diodoro Tarſenſi, & Auguſtino crediderit ſtellas cęlo infixas, D. Thomas, 1. p. q. 69. art. 4. nititur Chryſoſtomi ſententiam ad aſtronomicam normam dirigere, inquiens, eius verba eſſe de Planetis intelligenda, qui iuxta Ptolemæum intra concauitates ſuorum orbium proprio motu rotantur.

In eadem verò Chryſoſtomi Homilia ſexta in Geneſim, ab Oecolampadio, verſa cautè legendus eſt Oecolampadius. Nam & vbi de ſatisfactione tertia parte Sacramenti euer- Hom. 6. in Geneſ.

euertenda agit Oecolampadius, detorſit Chryſoſtomum, in margine apponens de ſuo hæc verba: *Si Deo ſufficit, vt deſiſtamus à peccatis, vbi manent ergo ſatisfactiones, & indulgentiæ?* Sed impius non potuit, aut noluit intelligere, Chryſoſtomum, qui paſſim ſatisfactoria pœnitentiæ opera inculcat, intellexiſſe, ſufficere quidem Deo, vt ad præſtandam nobis tam culpæ, quàm pœnæ æternę remiſsionem deſiſtamus à peccatis iam ſacerdoti confeſſis, ſed manere tamen ſatisfactiones, & indulgentias ad pœnas temporarias.

At in Homilia decimaoctaua in Geneſim, cum Chryſoſtomus, vti & Procopius, opinatus fuiſſet (re nondum in Scholis plenius cribrata) quòd ſi Adam non peccaſſet, generatio non fuiſſet, id iam magis expenſum eſt cum ab alijs, tum à Sixto Senenſi Annot. 20. & 21. libri quinti Bibliothecæ Sanctæ; Qui & Annotatio. 72. eiuſdem libri putat, quòd Chryſoſtom. Hom. 22. in Gen, negauerit Angelos appellatos fuiſſe filios Dei, ſecutum fuiſſe editionem LXX. In qua pro eo quod nos habemus iuxta Hebraicam veritatem, *Cũ veniſſent Filij Dei, & ſtarent corã Domino, adfuit & Satan inter eos*, & in Iob, c. 38. de Angelis additur, *Cum me laudarent aſtra matutina, & iubilarent omnes Filij Dei*, Septuaginta habent, ὅτε ᾔνεσάν με φωνῇ μεγάλῃ πάντες ἄγγελοί μου, hoc eſt, *quando laudabant me voce magna omnes Angeli mei.*

Præterea, Chryſoſtomus Hom. 26. in Geneſ. locum illum, *Reuerſa eſt columba portans ramum oliuæ* exponens nõ intellectus eſt à Chryſoſtomi interprete, qui κάρφος vertit ſiccum, quaſi ſiccus eſſet ramus oliuæ, & non viridis, κάρφος autem ſignificat non ſolum *Siccum*, ſed *Feſtucam*, ſicuti debebat verti.

Erat autem Chryſoſtomi locus in m.s. codice Sanctis Pagnini, qui extabat Lugduni, qui habebat inſertam periodum, quæ Abrahamum peccaſſe Infidelitate indicabat. Hom. 40. in Gen. Sed à ſtudioſo aliquo in margine poſitam, & inde incuria ab alio in contextũ inſertam rectè cogitauit Sixtus Sen. Anno. 98. lib. 5. Biblioth. Sanctæ. Riſum porrò Abrahæ oſtendit Auguſtinus, fuiſſe gratulationem exultantis, non irriſionem diffidentis, lib. de Ciuit. Dei, 16. c. 26.

Quòd etiam Chryſoſtomus Hom. 22. in Gen. viſus eſt negaſſe Angelos non poſſe coire cum feminis, quodque alij & Io. Caſſianus idem ſenſiſſe viſus ſit, quodque ex Concilio Ancyrano hæc eadem ſententia videatur improbata, Sixtus Sen. declarat quomodo intelligẽdum ſit, verè autem Dæmones incubos, & ſuccubos extare, ac poſſe humano ſemine aliundè ſurrepto coire, ac gignere, ex Aug. lib. 15. de Ciuitate Dei, c. 23. & Innoc. 8. Decretal. aduerſus maleficam mulierum hæreſim. Vide autem Martinum Delrium ſuis in Tomis eruditiſſimis Diſquiſitionum Magicarum.

At quòd Chryſoſtomo ex Hom. 29. in Gen. obiectum fuerit, quòd circumciſionem infantibus nullam gratiam contuliſſe intellexerit, ne cum ipſa quidem fide in Chriſtum venturum, non negandum eſt, quin cum veteres & recentiores Theologi deinceps aliter ſenſerint, ſe item in hanc ſententiam venturum fuiſſe, ſi eos audiuiſſet. Vide autẽ Sixtum Sen. libr. 5. Bibl. Sanctæ Annot. 96. & libr. 6. 232. qui etiam expendit, num quæ Chryſoſt. Hom. 32. in Geneſ. dicit de Abrahamo, & Sara cum illam hortatus eſt ad negandum ſe eſſe coniugem ipſius, & hoc vocauerit fabulam, quodque hanc, quàm dixit fabulam, laudibus efferat, quodque Sara ſeruandi mariti cauſſa ſe expoſuerit adulterio licitè, defendi debeat, an potius contrarium cum D. Auguſtino, & alijs ſentiendum ſit. Ibid. lib. 5. ann. 89.

Idem quoque Sixtus è Chryſoſtomi Hom. 49. in Gen. quòd ſcripſerit Mariam Beatiſſimam Virginem non laboraſſe infidelitate, ſed ad quandam hæſitationem ex vehementi admiratione naſcentem id retuliſſe, oſtendit annot. 104. eiuſdem lib. 5. lib. item 6. annot. 58. 138. 139. 140. 185.

Sanè verò quoniam cum illud Pauli ad Corinthios, nomine ligni, fæni, ſtipulæ, Interpretatus eſt peccata mortalia, vt etiam fecit Theophylactus, (quę tamen interpretatio nõ videtur probabilis) Bellarminus Card. inquit ita expoſuiſſe, (etiamſi alibi planiſsimè aſſerat Purgatorium) vt hæreſim Origenis refelleret, quæ docet pœnas Gehennæ non eſſe æternas, vt patet ex ipſa Homilia. Vide Bellarminum, lib. 1. de Purgatorio, c. 4. Contro. 5.

Cæterum, Chryſoſtomus cum viſus eſt nimiũ libero arbitrio deferre, id fecit, ex contentione diſceptandi cum Manichæis, & Gentilibus, qui hominem aſſerebant vel natura malum, vel fati violentia ad peccandum impelli. ſicuti Anianus in præfatione Commentariorum Chryſoſtomi in Matthæum adnotauit. Vide autem Franciſcum Soarez in 3. libro De Diuinis auxilijs, c. 13. multa ex Chryſoſtomo proferentem, quibus oſtendit primum locum ſibi gratiam in hominis conuerſione vendicare.

Veruntamen cum & Chryſoſtomus, & Caſſianus, atque alij videatur bono viro licere mentiri aliquando; Diuus Auguſtinus legendus eſt, cap. 2. libri de mendacio ad Coſentium: nam is hoc in Priſcillianiſtis hæreticis damnat, & in Epiſtol. ad Hieronymum



Digitized by Google

dolet, eam ſententiam aliquando fuiſſe defenſam. Quomodo autem defendantur aliquatenus, qui ſecus ſentiunt, vide Sixt. Sen. annot. c. 7. Bibl. Sanctæ lib. 5.

Quòd autem pertinet ad Chryſoſtomi Tractationē de Anathemate, quæ Tractatio perperam ab aliquibus malè ſanis, eſt prænotata hac inſcriptione, ***Quòd neque viui, neque mortui anathemate plectendi ſint***, ea delenda eſt, quandoquidem Chryſoſtomus numquam id ſenſit.

Porrò non me fugit Gabrielem Vaſquez noſtrum, expendere quædam, quæ Sixtus de Chryſoſtomo affert, quamobrem legi poterit eius Diſputatio 91. num. 44. primi Tomi in primam partem Summæ S. Thomæ. Neque item me fugit, in Tomis Chryſoſtomi nouiſſimè Pariſijs editis, cenſuras eſſe additas de ijs, quæ Sixtus Senenſis in ſua Bibliotheca Sancta adnotauit ad huius Sanctiſſimi Patris varia loca. Quare & eæ perlegi poterunt. Nos verò in ijs quæ ſequuntur, dum legitimos libros Chryſoſtomi recenſebimus, nonnulla adijciemus, quæ liquidiorem aliquam ad eos perlegendos præferent facem.

## *De Operibus Diui Ioannis Chryſoſtomi, quæ cenſentur eius eſſe legitima.*

Ac quidem ſcimus Caſſiodorum in præfatione libri Diuinarum Lectionum, & Suidā, atque Nicephorum teſtatos eſſe, plures libros fuiſſe à Chryſoſtomo conſcriptos, quàm qui modo extant. Caſſiodorus enim, *Ferunt* (inquit) *itaque Diuinas Scripturas Veteris, nouiq; Teſtamenti ab ipſo principio vſque ad finem Græco ſermone declaraſſe Clementem Alexandrinum, cognomento Stromateum, Cyrillum eiuſdem Ciuitatis Epiſcopum, Ioannem Chryſoſtomum, Gregorium, & Baſilium.* Et in Ioan. Chryſoſtomi. 34. Hom. in Epiſt. Pauli ad Hebræos, Latinitate donatas Mutiani viri diſertiſſimi Opera ſe vſum ſcribit Caſſiodorus Inſtit. Diu. Lectionum cap. 8. & 11. Vide in verbo, Mutianus. Nicephorus item Calliſtus ſcribit ſe legiſſe libros mille Chryſoſtomi. Et Suidas aſſerit eum tot exaraſſe Volumina, vt ea nec numerari poſſint. Photius autem in Biblioth. ſua Græca meminit Sermonum 22. In Aſſumptionem. In Pentecoſtem. Serm. 26. In Geneſim. Sermo. 61. In Acta Apoſtolorum. In Epiſtolas D. Pauli. In Pſalmos. Epiſtolarum dum exularet. In Paulum Sermo. 1. In quadraginta martyres. 1. De Spiritu ſancto. 1. Sermonum aliorum 13. Scholij in mortem. Sed quænam modo extent, ſiue edita, ſiue m. s. hæc non ſine aliquo labore perquiſiuimus, quæ ſunt.

Commentarij continui, ſiue narrationis integræ in Geneſim Homilijs ſexagintaſeptem comprehenſi, qui cum alibi, tum item in Anglicis Bibliothecis olim à Catholicis m. s. Græcè repoſiti aſſeruātur adhuc Diuino iudicio, vt hæreſes ibi enatæ quales ſint, quaſi digito & ore tanti Patris monſtrentur. Eam verò Geneſim cur ita ſit interpretatus, reddidimus ſupra rationem ex Photio, vbi de obiectis Chryſoſtomo locuti ſumus.

Sanè vna cum his Commentarijs extat Viennæ Auſtriæ in Bibl. Imp. m. s. Græcè coniuncta explicatio Theodori martyris, vti paulo poſt dicemus. Incipiunt autem Commētarij Chriſoſtomi, χαιρώμαι, καὶ συμφραίνομαι ὁρῶν σήμερον τὴν τοῦ θεοῦ ἐκκλησίαν, hoc eſt, *Gaudeo, & lætor videns hodie hanc Dei Eccleſiam.*

Scripſit autem Chryſoſtomus præter has Homilias, iterum in varios Octateuchi locos alias vndeuiginti Homilias.

In Gen. c. 1. De principio Geneſeos, hom. 1. quæ incipit, *Iucundum quidem nautis.*
In idem. De principio Geneſeos, hom. 1. *Multa quidem.*
In idem, cur homines à beſtijs lædantur, cum Deus eas homini ſubeſſe voluerit, homil. 1. ex qua D. Auguſtinus, lib. 1. aduerſus Iulianum, teſtimonium de peccato originali inducit contra Pelagianos.
In Geneſ. 3. de Deo, in paradiſo deambulante, hom. 1. *Audiſtis antea.*
In Gen. 11. De confuſione linguarum, hom. 1. ex qua Theodoretus fragmentum recitat in Dialogo, qui inſcribitur *Inconfuſus.*
In Gen. 14. De Melchiſedech, hom. 1. cuius meminit Chryſoſtomus in præfatione enarrationis in Pſalmum 41.
In Gen. 17. De mutatione nominis Abrahæ, hom. 1. *Haud difficile foret.*
In Gen. 37. De Ioſephi continentia, hom. 1. *Mihi quidem ſemper.*
In Leuit. cap. 7. De veſtitu Sacerdotali, hom. 1. *Regni Chriſti Euangelium prædicauerunt prophetæ.* Cuius auctoritate vtitur Epiphanius Diaconus in ſecunda Synodo Nicæna. actione 6.

In 1.Reg.c.1.De fide Annæ,hom.1.*Nulla profecto res.*
In idem iterum,homil.1.cuius meminit Chryſoſtomus in præfatione præcedentis homiliæ.
In idem de Anna,& Samuelis educatione,hom.1. *Niſi videor.*
In 1.Reg.c.2.In principium Cantici Annæ,hom.3.Videlicet,De prima Cantici particula, *Confirmatum eſt cor meum in Domino,* hom.1.
De ſecunda Cantici particula,*Exaltatum eſt cor meum in Domino,* hom.1.
De tertia Cantici particula,*Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos,* hom.1.*Qui theſaurum effodiunt.* In qua teſtatur Chryſoſtomus, ſe primam,& ſecundam homilias,quæ nunc deſiderantur,ſcripſiſſe.
In Reg.1.13.& ſequentia capita homilias 4.quarum prima incipit,*Quoties diutina.*Secunda, *Vos quidem.* Tertia,*Equidem arbitror.* Quarta, *Non parum ciuitatem.*
In 2.Paralip.c.26.ſuper *Elatum eſt cor Ozia,* hom.2.Quarum prima incipit, *Benedictus Deus.* Secunda verò, *Agi expoſitioni de Ozia.*
In Iob.cap.1.2.& 3.hom.5.Lælio Tiphernate interprete,quarum prima incipit,*Magnus ad nos hodierna die certator.* Secunda,*Magnum rerum pondus.* Tertia, *Iam nos omnes.* Quarta, *Vbique quidem.* Quinta, *Proponamus igitur.*
Homiliæ eiuſdem de Peccato & Confeſſione edita eſt Moguntiæ apud Ioannem Albinū, an. 1606.

## *De Pſalmis Dauidicis.*

In Pſalmos autem,quos Chryſoſtomus Commentarios perpetuos ſcripſit,vtinam hoſce integros haberemus: nam & ab aliquibus Græcis fuiſſe prælatos reliquis Chryſoſtomi ſcriptus refert Suidas.

Sanè quæ Pariſijs Latina editio prodijt ann.1588. teſtatur non contemnendam illorū partem Græcè extare in Bibliothecis Galliæ. At quod Angli quidam nouiſſimè Folio euulgato de Operibus Chryſoſtomi,quæ ſunt apud eos, ſperarunt, ſe cum ex alijs, tum è Palatina,quæ eſt Heildebergæ,poſſe aliquid aſſequi pluſquam, ſiue alibi, ſiue in Anglia relictum fuerat à Catholicis,neſciuerunt etſi extent Opera pleraque Chryſuſtomi in Bibliotheca Palatina Græcè m.s.deeſſe tamen Commentarios in Pſalmos.

Quin & ijdem Angli fatentur,in ijſdem Angliæ Bibliothecis hodieque aſſeruari Cōmentarios in ſexaginta duntaxat Pſalmos ſequentes 4.5.6.7.8.9.10.11.41.43.44.45.46. 47.48.49.95.100.108.110.111.112.113.114. 115. 116. 117. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136.137.138.139.140.141.142.143.144.145.146.147. 148. 149. 150. in reliquos autem deſiderari, qud ex alijs Bibliothecis ſperent poſſe ſuppleri,ex Viennenſi potiſſimum,& Vaticana. Sed neque Catalogus ad nos miſſus ex Viennenſi quidquam habet eiuſmodi: ac ſi qua præter hæc,quæ hic inſerimus,dum Apparatū hunc adornamus, ſubinde ad nos peruenerint, ea poſt finem tertij Tomi Deo iuuante ſubdemus.

Interim quod inter Opera Chryſoſtomi Volumen Homiliarum,ſiue Expoſitionum in Pſalmos ex varijs diuerſorum Auctorum Sermonibus contextū, & à Gentiano Herueto Latinè redditum,ex quibus tam ex ſtyli, quàm ex veterum Patrum indicio, ipſius (vt inquit Sixtus Senenſis,)eſſe creduntur,hæc ſunt.
De Pſalmorum vtilitate,hom. 1. *Quemadmodum cibo vita.*
In Pſalm.3.hom.1.*Ducibus exercitus.*huius exordium citat Damaſcenus in lib.3.contra Iconomoſticos.

| | |
|---|---|
| In Pſalm.4.hom.1. | *Non hac dicit Propheta.* |
| In Pſalm.5.hom. 1. | *Videamus primum.* |
| In Pſalm.6. hom.1. | *Quando furorem,& iram audiueris.* |
| In Pſalm. 7.hom.1. | *Oportet quidem.* |
| In Pſalm.8.homil.1. | *In priore Pſalmo dixerat.* |
| In Pſalm.9. homil.1. | *Longus eſt hic Pſalmus.* |
| In Pſalm.10.homilia 1. | *Magna ſunt vires ſpei.* |
| In Pſalm.11. hom. 1. | *Ardua quidem res eſt virtus.* |
| In Pſalm.12.homil.1. | *Non eſt hoc paruum bonum.* |

In Pſalm.38.ſuper illud, *Veruntamen fruſtra conturbatur omnis homo viuens;* homilia 1.quæ incipit; *Piſcatorem ſinus altus.*
In Pſalm.41.hom.incipiens, *Vos quidem nos nuper admirabimini.* Theodoretus

in Polymorpho producit teſtimonium Chryſoſtomi ex expoſitione Pſal.41. quod in hac homilia non reperitur.

| | |
|---|---|
| In Pſalm.43.hom.1.incipiens, | *Hunc Pſalmum dicit quidem Propheta.* |
| In Pſalm.44.hom.1. | *Vellem nunc adeſſe omnes Iudæos,& Gentiles.* |
| In Pſal.44.ſuper, *Aſtitit regina,* hom.1. | *Suaue quidem eſt pratum, & hortus.* |
| In Pſalm.45.hom.1. | *Soluta vtitur philoſophia.* Hanc citat Euthymius in Comment.Pſalmorum. |
| In Pſalm.46.homil.1. | *Hic etiam Pſalmus idem tangit argumentum.* |
| In Pſalm.47.hom.1. | *Hic quoque ſignificat liberationem.* Hanc citat Euthymius in Comm.Pſalmorum. |
| In Pſalm.48.hom.1. | *Magna quadam & arcana.* Hāc citat Euthymius in Comment.Pſalmorum. |
| In Pſalm.48.ſuper illud, *Noli timere, cum diues factus fuerit homo.* homil. | *Agricola quidem.* |
| In Pſalm.49.homil.1.incipiens, | *Ipſe quoque dixit alibi.* |
| In Pſalm.50.homil. 2. quarum prima | *Pictores imitantur.* |
| Secunda autem incipit, | *Reliquias externa menſæ.* |
| In Pſalm.100.hom.1. | *Nos verſus dilectiſſimi.* |
| In Pſalm.108.homil. 1. | *Magna hic nobis prudentia opus eſt.* Hanc citat Euthymius in Comm.Pſalmorum. |
| In Pſalm.109.homilia | *Exurgemus quæſo,& amimum intendamus.* |
| In Pſalm.110.homilia | *Quid ex toto?* |
| In Pſalm.111.homilia. | *Mihi videtur huius pſalmi proemium.* |
| In Pſalm 112.homilia. | *In ſcripturis ſæpe verba fiunt.* |
| In Pſalm.113.homil.1. | *Magnam hic teſtatur Dei benignitatem.* |
| In Pſalm.114.homilia. | *Et quis nam eſt,inquit.* |
| In Pſalm.115.homilia. | *Huius dicti beatus Paulus.* Hanc citat Euthymius in Comm.Pſalmorum. |
| In Pſalm.116.homilia. | *Cuius clarum eſt.* |
| In Pſalm.117.homilia. | *Dictum quidem Pſalmi.* |
| In Pſalm.119.homilia. | *Aliorum quidem Pſalmorum.* |
| In Pſalm.120.hom. | *Vide rurſus animam.* |
| In Pſalm.121.homilia. | *At nunc multi verbum ægrè ferunt.* |
| In Pſalm.122.hom. | *Proſunt nonnunquam.* |
| In Pſalm. 123.homilia. | *Quòd ſæpe dixi,hoc quoqun nunc dico.* |
| In Pſalm.124. hom. | *Cur non dixit abſolutè,ſicut mons?* |
| In Pſalm.125.homilia. | *Nomen captiuitatis eſt quidem.* |
| In Pſalm.126.homilia. | *Hic Pſalmus dictus eſt de ſtatu rerum.* |
| In Pſalm.127.homilia. | *Vide quomodo ab eo incipit.* |
| In Pſalm.128.homil.1. | *Hic quoque Pſalmus.* |
| In Pſalm.129.hom.1. | *Quid eſt,De profundis?* |
| In Pſalm.130.hom.1. | *Quid hoc eſt? Paulus dicit ſtultum eſſe.* |
| In Pſalm.131.homilia 1. | *Alij quidem volunt ſolum conſeruari.* |
| In Pſalm. 132.homilia 1. | *Multæ quidem res ſunt pulchræ.* |
| In Pſalm.133.homilia 1. | *Pſalmos de gradibus.* |
| In Pſalm. 134.hom.1. | *Ad hoc rurſus hortatur.* |
| In Pſalm.135. homilia 1. | *Poſtquam dixit ſuperius.* |
| In Pſalm.136. homilia 1. | *Magnum eſt his viris.* |
| In Pſalm.137.homilia 1. | *De hoc ſæpe vobiſcum.* |
| In Pſalm.138. homilia 1. | *Quid dicis? Nouit Deus.* Hanc citat Euthymius in Comment.Pſalmorum. |
| In Pſalm.139. homilia 1. | *Vbi nunc ſunt qui dicunt quare ſunt feræ?* |
| In Pſalm.140.hom.1. | *Huius quidem Pſalmi verba.* |
| In Pſalm.141.homil.1. | *Vides quomodo vbique.* |
| In Pſalm.142.homil.1. | *Eſt quidem precatio,quæ fit per verba.* Hāc citat Euthymius in Comm.Pſalmorum. |
| In Pſalm.143.homi.1. | *Quid dicis? Deus ne docet bellare?* |
| In Pſalm.144.hom.1. | *Hic pſalmus eſt diligentiſſimè attendendus.* |
| In Pſalm.145.hom.1. | *Vnde deſijt,illic rurſus incipit.* |

In

In Pſalm.146.hom.I. *Superius quidem in 144. Pſalmo dixit.*
In Pſalm.147.hom.I. *Non ad ciuitatem, ſed ad eos.*
In Pſalm.148. hom.I. *Eſt hoc ſanctis in more poſitum.*
In Pſalm. 149.hom.I. *Si ſpectetur quidem anagoge.*
In Pſalm.150.homil.I. *Vel hoc dicit de populo.*
In Sap.cap.3. homil.I. *Iuſtorum autem animæ.*

## *De ſcriptis Chryſoſtomi in Eſaiam, & alios.*

In Eſaiam Prophetam fama eſt Chryſoſtomum integros compoſuiſſe Commentarios; ex quibus nunc tenemus à principio libri vſque ad dimidium octaui capitis continuæ iuxta hiſtoricum, & myſticum ſenſum explanationis fragmentum Godefridi Tilmãni induſtria Latinè verſum. cuius initium eſt, *Quanam potiſſimum virtute propheta hic cæteris præluxerit.*

Habemus item Chryſoſtomi in Eſaiæ cap. I. De pœnitentia, quòd omnium peccatorum maculas, & veſtigia aboleat, hom. I. quæ incipit, *Etſi à vobis aliquantum temporis abſui.* Et eſt eadem cum illa, quæ in decem Chryſoſtomi homilias De Pœnitentia inſcribitur tertia.

Item in Eſaiæ c.6. De viſione ſedentis in throno hom.3. quarum prima incipit, *Conſpicio vos.* Secunda, *Gaudeo conſpiciens.* Tertia, *Præclarum nobis theatrum.*

In Ieremiæ caput vltimum De Hieruſalẽ deuaſtatione hom.I. cuius recordatur Chryſoſtomus in præfatione Homiliæ ſuper illud, *Oportet hæreſes eſſe.*

In Ionam homilia I. incipientem, *Factum eſt.* quæ collecta eſt ex homilia prima Auctoris De pœnitentia.

Item in ſecundo Machabæorum, cap.7. de agone 7. Machabæorum hom. I. *Quam ſpecioſa & grata,*

Hæc ſunt, quæ ex monumentis Chryſoſtomi in vetus teſtamentum vſque ad tempora Sixti Senenſis, nimirum ad annum vſque 1564. in lucem prodierunt: Quæ verò in nouũ teſtamentum, aut paſſim euulgata habentur, aut apud veteres auctores citata inueniuntur, infra ſequuntur, videlicet.

In Matthæi Euangelium ab initio vſque ad finem continuæ explanationis Homiliæ 91. Aniano diacono, & Georgio Trapezuntio tranſlatoribus: quarum prima incipit. *Oportebat quidem nos.*

Dicitur etiam præter has homilias ſcripſiſſe in varios ſparſim Matthæi locos Sermones varios; ex quibus duo maximè celebrantur, De martyrio videlicet Ioannes Baptiſtæ in 14. Matth. caput. Horum alter, qui nunc extat, ſic incipit, *Heu me quid agam? vnde ſermonis exordium faciam?* Alterius verò, quem nunc deſideramus, initium eſt, *Rurſus Herodias inſanit.* Huius ſermonis occaſionem Socrates in hiſtoria Eccleſiaſtica refert his verbis: *Eudoxia Auguſta ob deiectam ſtatuam ſuam à Chryſoſtomo, Synodum contra eum parauit. quod ille ſentiens, homiliam in Eccleſia protulit, qua de iniuſta Auguſtæ perſecutione prætextu exponendi ſæuitiam Herodiadis in Ioannem Baptiſtam, grauiter conqueſtus eſt, ſic exorſus: Rurſus Herodias inſanit, rurſusq; turbatur, denuò ſaltat, denuò caput Ioannis in diſco accipere concupiſcit, &c. qua oratio adeò Auguſtæ furorem exacerbauit, vt illum ſtatim in exilium pelleret.* Hæc Socrates.

Extat item in illud Matth.25. *Quod vni ex minimis meis feciſtis,* hom. I. quæ incipit, *Prata & nemoroſa loca.*

Item in Matth.26. De proditione Iudæ, hom.I. quæ incipit, *Paucis hodie neceſſarium.*

In Marcum quoque, & Lucam relictos fuiſſe à Chryſoſtomo celebres commentarios, teſtes ſunt Euthymius, & Suidas, quos noſtra nondum vidit ætas, ſuperſunt tamen ex varijs in Lucam locis ipſius homiliæ ſex, videlicet.

In Luc.16. De diuite & Lazaro, hom.4. Quarum prima incipit, *Heſternum diem.* Secunda, *Admiratus ſum.* Tertia, *Haud mediocrem vtilitatem.* Quarta, *Quòd ſupereſt de Lazari parabola.*

Item in Luc. 18. De Publicano & Phariſæo, hom.I. quæ incipit, *Quemadmodum nubium concurſus.*

Item in Luc.23. De cruce & latrone hom.I. quæ incipit, *Hodierna die,*

In Ioannes Euangelium habemus perpetuæ ac perfectæ enarrationis Homilias eiuſdem numero 83. ex verſione Franciſci Aretini: quarum prima incipit, *Qui agonum certamina.*

Feruntur & in varia huius Euangelij capita Homiliæ aliquot extra numerũ prædicta-



Digitized by Google

rum,de quibus vna tantum in Ioan.c.2. De nuptijs in Cana celebratis auctoris eſſe putatur,cuius initium eſt. *Hierundinum pulli.*

In Actus Apoſtolorum habemus continuæ,& integrę expoſitionis homilias 55.incerto interpretete: quas licet Eraſmus in dubium verterit, nemini tamē dubium eſſe poteſt, quin Chryſoſtomi ſint: nam præterquam quòd frequentes interrogatiunculæ, dialogiſmi, & digreſſiones locorum communium ſub finem homiliarum oſtendunt opus eſſe Chryſoſtomi; ipſe etiam auctor homilia nona profitetur ſe eſſe Epiſcopum, & homilia vndecima indicat, ſe Epiſcopum eſſe vrbis ampliſſimæ,in qua degant ſupra centum millia pauperum quotidiana eleemoſyna indigentium, qualem certe credibile eſt Chryſoſtomi tēporibus fuiſſe Conſtātinopoli. Idemq; in homilia 9. 10. 11.& 12.legem illam de non ferendis iuramentis,vni tantum Chryſoſtomo peculiarem, continuò inculcat, addens etiam ſe illos ab Eccleſia eiecturum, qui huic à ſe promulgatæ legi non paruerint, & quouis modo iurauerint. Et homilia 41. indicat ſe vixiſſe temporibus Iuliani Imperatoris denique homilia 52. nominis ſui obiter mentionem facit his verbis: *Nomen habere Principis, non eſt eſſe Principem. multi enim vocantur magnis nominibus, vt Petrus, Iacobus, & Ioannes: ſed non propter nomina ſunt id, quod vocantur; quemadmodum & ego, licèt vocer Ioannes, non tamen ſum Ioannes.* Sed & Ioannes Damaſcenus in tertio libro De fide,& Oecumenius in Catena explanationum in Actus,teſtimonia horum ſermonum proferunt, ceu ex verò, & germano Chryſoſtomi Opere, cuius initium eſt, *Plurimi ſunt, qui adeo hunc librum ignorant.*

Supereſt item poſt hos Sermones in 9.c. Actuum de conuerſione Pauli, homil. 1.quæ incipit, *Reprehendunt nos.*

In omnes Pauli Epiſtolas compoſuit Chryſoſtom. magnum, & inſigne homiliarum Volumen, cuius mentionem faciens Georgius Patriarcha Alexandrinus in vita Chryſoſtomi à ſe edita, ſic ſcribit: *Diuinus Ioannes, cum Pauli Epiſtolas, quas præ cæteris Diuinis libris vehementi complectebatur amore, explanare cæpiſſet, & in eas ad funalis cerei lumen ſingulis noctibus narrationes multas conſcripſiſſet, iamq; eas maxima ex parte interpretatus eſſet, nocte quadam in cubiculo ſuo ſedens,& expoſitioni incumbens,humano quodam tædio angi cœpit, dicens. Et quis nouit, Deo ne accepta ſint hæc, & gratiam ab eo relatura? atque vtinam citra notam reprehenſionis enarrata ſint hæc; ſcopumne attigi ſapientis iſtius, ac tanti viri? Hac de re vt argumento quopiā redderetur certior: ſupplex efflagitauit Deum. Et ecce nocte eadem, arreptis in manus chartis, cùm preſſius incumberet ſcribendis in Apoſtolum commentationibus, venit ad eum Paulus Apoſtolus, in aures eius expoſitionem immurmurans. quem Proclus cubicularius ad fores cubiculi excubans per foramen quoddam ianuæ proſpectans,manifeſtè vidit immittentem os ſuum deorſum verſus in aurem Ioannis dexteram, & familiariter dictantem ea, quæ Ioannes ſcribebat. Forma autem, habituſquè Apoſtoli erat omni ex parte ſimilis imagini Diui Pauli; quam Chryſoſtomus, ad viuum depictam in cubiculo ſuo ſumma cum veneratione ſeruabat.* Hæc Georgius.

### *Catalogus autem Homiliarum huius Voluminis hic eſt.*

In Epiſtolam ad Rom.homiliæ 32. Germano Brixio interprete; quarum prima incipit, *Continuò audiens.*

In Epiſt.ad Corinth.1.homil. 44. Franciſco Aretino Interprete; quarum prima incipit, *Intuere vt ſtatim.*

In Epiſt.ad Corint.2.hom.30.quarum prima incipit, *Dignum eſt quærere primum.*

In Epiſt.ad Gal.continuatæ expoſitionis commentarius in nullas homilias diuiſus: cuius initium eſt, *Multa pooemium.*

In Epiſt.ad Epheſ.hom.24.quarum prima incipit, *Vide, vt illud, Per, Deo patri tribuit.*

In Epiſt.ad Philip.hom.16.quarum prima incipit, *Philippenſes.*

In Epiſt.ad Colon. hom.12.quarum prima incipit, *Omnes quidem ſanctæ.*

In Epiſt. ad Theſſ.1.hom.11.quarum prima incipit, *Quanam ratione Philippenſibus.*

In Epiſt. ad Theſſ.2.hom.5.quarum prima incipit, *In priore Epiſtola.*

In Epiſt.ad Timot.primam homil. 18. quarum generale argumentum incipit, *Vnus ex Apoſtolis.*

In Epiſt.ad Tim.2.hom.20.quarum prima incipit, *Quanam ratione etiam ſecundam.*

In Epiſt. ad Tit. hom.6.Ambroſio Camaldulenſe Interprete, quarum prima incipit, *Vnus ex Pauli ſocijs.*

In Epiſt.ad Philemonem, homil. 3.Ambroſio Camaldulenſe Interprete, quarum prima

incipit, *Primum neceſſarium eſt.*

In Epiſt. ad Hebr. homilia 33. quarum prima incipit, *Romanis ſcribens.* Has Conſtantinus Presbyter poſt mortem Chryſoſtomi præceptoris ſui, ex enarrationibus eius diſperſis in vnum integræ enarrationis corpus collegit. Mutius verò Scholaſticus Latinas fecit.

Extant pręter hunc iam deſcriptum homiliarum ordinem, etiam aliį in varios Epiſtolarum Pauli locos Homiliæ viginti, videlicet.

In locum ad Rom. c. 16. *Salutate Priſcam & Aquilam,* hom. 1. *Nonne docti eſtis.*

In locum 1. Corinth. 7. *Mulier allegata eſt legi,* De libello repudij, homilia 1. *Pridem vobis B. Paulus.*

In locum 1. Corinth. 10. *Nolo vos ignorare, quòd patres ſub nube fuerunt,* homilia 1. *Nauta eam maris partem.*

In locum 1. Cor. 7. *De Virginibus præceptum,* &c. de Virginitate, lib. vnus, cuius auctor ipſe meminit, hom. 19. in priorem ad Corinth.

In locum 1. Cor. 11. *Oportet hæreſes eſſe,* hom. 1. *Concionem veſtram.*

In 1. Corinth. 16. *De collatione in Sanctos, & eleemoſyna,* hom. 1. *Exurrexit hodie.*

In illud 2. Corinth. 11. *Vtinam ſuſtineretis modicum quid inſipientiæ meæ,* homil. 1. *Omnes equidem amo.*

In illud ad Philip. 1. *Siue occaſione, ſiue veritate Chriſtus annuncietur,* homil. 1. *Cum pridem Phariſæi.*

In illud 1. Tim. 5. *Vino modico vtere,* hom. 1. *Audiſtis Apoſtolicam vocem.*

In illud 1. Tom. 6. *Præcipe diuitibus non ſublime ſapere,* hom. 1. *Quid dicam, aut quid loquar?*

In illud ad Philem. 1. *Paulus vinctus Chriſti,* hom. 1. *Principis quidem prudentiam.*

In illud ad Hebr. 10. *Sponte peccantibus nobis,* hom. 1. *Omnes arbores.*

Item de laudibus Pauli homiliæ nouem, Aniano interprete, multa tam de Pauli Epiſtolis, quam de his, quæ Lucas de Paulo in Actibus ſcribit, explicantes: quarum prima incipit, *Nihil prorſus errauerit.*

Extat item præter iam enumeratas lucubrationes tranſlatio vtriuſque teſtamenti in linguam Armenicam, qua nunc Armeni vtuntur, Chryſoſtomi, vt ipſi credunt, induſtria, & ſolicitudine edita. Meminit huius tranſlationis Georgius Patriarcha Alexandrinus in vita Chryſoſtomi, referens, eum cum in Cucuſum Armeniæ oppidum exularet, incolas eius regionis ad Chriſtum perduxiſſe, ac ſubinde curaſſe, vt Pſalmi Dauidis vna cum ſanctis Euangelijs, atque alijs veteris inſtrumenti hiſtorijs Armenicè verterentur, quò facilius Diuinæ Scripturæ cognitionem gentes prouinciæ illius obtinerent.

## *Editiones variæ, ſiue Latinè, ſiue Græcè Operum D. Ioan. Chryſoſtomi.*

Inter antiquiores autem Chryſoſtomi editiones numeranda eſt, quæ Baſileæ, cum nondum hæc Ciuitas hæreſibus aſperſa fuiſſet, prodijt ex Officina Iacobi de Pfortzen, an. 1504. Deinde quæ apud Cratandrum Germanum, ann. 1522. & apud Gromorſum Pariſiẽſem an. 1524. Quas ſubſecutæ ſunt variæ varijs in locis, apud Frobenium, Tomis quinque an. 1533. apud Heruagium aliqua an. 1536. cum Frobenius quædam ſeparatim edidiſſet an. 1525. 1526. 1527. quæ ipſi ſuppeditabantur à diuerſis. Qui poſtea itẽ an. 1547. ea omnia quæ nactus erat, emendatiora, & auctiora ſe excudiſſe exiſtimauit. Vt mittamus, quę ab Oporino Baſileæ Orationes Græcè & Latinè De Prouidentia, De auaritia, De ingluuie, De anima, De pulchritudine, & vxore, De diuitijs, & paupertate, De Eccleſia Dei non contemnenda, & myſterijs, De humilitate animi, De aduerſa valetudine: quive Coloniæ cum Homilijs Maximi Taurinenſis, & Lipſiæ ann. 1538. Sermones quatuor De patientia Iob, & decem de Pœnitentia. Quæ item de laudibus D. Pauli Homiliæ ſeptem excuſæ ſunt Latinè cum Operibus Bedæ quoniam hæc omnia idem Frobenius colligere potuit.

Sed & cum Gentianus Heruetus Protheoriam Chryſoſtomi in Pſalmos, atque tam huius, quàm Baſilij Ritus ſanctiſſimi ſacrificij Altaris, ſiue Miſſæ è Græco Sacerdotali in Latinam linguam tranſtuliſſet, vterque hic labor Venetijs anno Dom. 1548. impreſſus eſt.

Liber de Virginitate Iulio Pogiano Interprete Antuerpiæ an. 1565. Qui tamen poſtea ibidem ann. 1575. prodijt Græcè primum, & Latinè editus Interprete Ioanne Liuineio

Gan-

Gandenſi. Porrò eiuſdem Chryſoſtomi Sermones aliquot: De patientia Iob, & Homiliæ 4. De pœnitentia Homiliæ decem Latinè. Coloniæ apud Theodorum Baum, an. 1568. Libri autem ſex de Sacerdotio, Germano Brixio interprete vna cum libro S. Ambroſij de dignitate Sacerdotali, Louanij ann. 1568. Eiuſdem de orando Deum libri duo, Græcè Coloniæ an. 1573. & Antuerpiæ an. 1579. In Euangelium Chriſti ſecundum Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem Commentarij ab Arianorum fœcibus repurgati & ſub minori forma editi. Pariſijs apud Ioannem Roigny, an. 1576. Sed de his vide, quæ diximus, vbi locuti ſumus de Operibus falsò aſcriptis Chryſoſtomo. Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Opera locis innumeris (vt præfert inſcriptio) ad collationem exemplarium vtriuſque linguæ, nunc primum reſtituta & aucta Philippi Montani opera & induſtria. Pariſijs apud Gulielmum Merlinum, an. 1570. Ioannis Chryſoſtomi Sermones in Epiſtolam D. Pauli ad Philippenſes Flaminio Nobilio interprete. Notationes in eiuſdem Patris ſententias, quæ interpretis, aut exemplarium vitio pias lędere aures poſſunt. Romæ apud Ioſephum de Angelis an. 1578. Eiuſdem aduerſus gentes demonſtratio, quod Chriſtus ſit Deus. Ingolſtadij an. 1579. & Bononię Italicè reddita, atque excuſa.

Præterea ſequentis prænotationis prodierunt D. Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Opera omnia, locis penè innumeris ad collationem exemplariũ vtriuſque linguæ nunc primum natiuæ integritati magno cum fœnore reſtitutorum. In quibus quid hac poſtrema editione, Iacobi Billij, Gentiani Herueti, Flaminij Nobilij, Franciſci Zini, & Io. Champaigne, opera præſtitum ſit, ex Sebaſtiani Niuellij, apud quem edita ſunt Pariſijs an. 1581. Epiſtola ad Cardinalem Pelleuæum, in Operum limine, & ex ſingulorum Tomorum Catalogo, cognoſcere licebit.

Præfixus eſt priori Tomo, Operum omnium Index locupletiſſimus; alter locorum Sacræ Scripturæ à D. Ioan. Chryſoſtomo explicatorum: alter rerum & verborum, inſigniorumque ſententiarum, quæ in Chryſoſtomi Operibus continentur, per locos cõmunes digeſtus.

Philippi item Montani Armenterienſis Tractatio initio adiuncta eſt, de recognitionis vtilitate, ac neceſſitate: qua etiam Baſilienſis editionis, & quorundam lapſus notat.

Præterea D. Io. Chryſoſtomi vita per Palladium Diaconum, Caſſiodorum Senatorẽ, Leonem Imperatorem, Suidam, & Simeonem Metaphraſtem, conſcripta.

Item ſequentia adiuncta ſunt, quæ ſeorſim prius erant impreſſa.

De virginitate, lib. 1. primum editus Romæ an. 1562.
De prouidentia, oratio.
De diuitijs, & paupertate.
De auaritia, oratio.
De non contemnenda Eccleſia Dei, & myſterijs, oratio.
De ingluuie, & ebrietate, oratio.
De anima, oratio.
De humilitate animi, oratio.
De aduerſa valetudine, & medicis, oratio.
De muliere, & pulchritudine, oratio.
De iuramento, oratio.
Aduerſus eos, qui in delicijs agunt, oratio.
Quod vbi ira, ibi non ſit Spiritus ſanctus.
De oratione.

Denique addita ſunt, quæ ſequuntur, nunc primum edita.

Epiſtolæ duæ ad viduam iuniorem.
Epiſtolarum liber ad varios.
In Sanctum martyrem Ignatium laudatio.
In Principes Apoſtolorum, oratio Encomiaſtica.
In Sanctos duodecim Apoſtolos, hom.
Diſſimilia ex D. Chryſoſtomo collecta.
Adagia, ex eodem.
Notationes in Beati Chryſoſtomi ſententias.
Locorum ambiguorum pia, & germana explicatio.
Florum D. Ioannis Chryſoſtomi Index, & Epitome.

Poſt hanc verò editionem. Eiuſdem Orationum primum editarum Decas Græcolatina per Ioannem Iacob Beurerum Friburgi, an. 1585.

Eiuſdem Homiliæ ſex ex manuſcriptis codicibus in lucem editæ Græcè Oxonij, an. 1586. Quæ tamen expediet, vt expendantur, num ad ſanorum exemplarium normam ſint editæ.

Eiuſdem Homiliæ in Euangelium. Matth. 83. nunc primum Græcè editæ & adiuncta Latina interpretatio recognita, apud Simon Sermartel. Bibliopolam Tullenſem, anno 1591.

S. Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Sermo in S. Paſcha, primum Græcè, & Latinè editus eſt Petro Pantino Tiletano interprete, Ant. apud Ioachimũ Trognæſium, an. 1598.



Digitized by Google

S. Patris noſtri Io.Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Homilia quintadecima earum, quas ſtatuas appellauit, in calamitatem Ciuitatis Antiochiæ, edita primum Græcè in vſum Scholarū Societatis Ieſu ex typographia Viduæ Iacobi Colomerij Toloſæ an.1598. vna cum verſione Bernardi Brixiani.

Chryſoſtomi Epiſtola ad Venerium Mediolanenſem Epiſcopum è Codice Vaticano accepta, quæ nondum ſuperſtite Gulielmo Sirlito Cardinali edita erat, extat in quinto Tomo Cæſaris Cardin. Baronij ſub annum 405.

De decm autem Homilijs, quas edidit Cardin. Sirletus diximus ſuprà.

Io.Chryſoſtomi in Euang. ſecundum Matthæum Græcè primum è Bibliotheca Palatina Bauara, & Auguſtana cum interpretatione Aniani.

Commentarius merè Latinus in Matthęum vulgo attributus eidem D. Chryſoſtomo. Ex Officina Caueleriana, ann. 1602.

Quæ item quoniam in ciuitate haud catholica excuſa ſunt, & à Typographo qui catholicus non erat, ad eandem ſanorum exemplarium normam ſunt expendenda. Sed & Auguſtæ an. 1602. prodierunt ſex Chryſoſtomi homiliæ contra Iudęos tam Grįcè quam Latinè ſimul editæ è tribus Codd. m. s. Palatino, Auguſtano, Cyprico inter ſe collatis emendatiores, atque integriores. Variæ lectiones Græcè ad marginem, ac Notæ ad calcē additæ. Meminit earū homiliarum idem Chryſoſtomus Orat. in Nat. Domini. ὅτε γὰρ (inquit) τοὺς πολλοὺς καὶ μακροὺς πρὸς ἰουδαίους ἀνηλώσαμεν λόγους, τῆς ἀκαίρου αὐτῶν νηστείας κατηγοροῦντες, hoc eſt. *Tum enim multos, & longos ſermones inſumpſimus ad Iudæos, dum illos de importuno eorum ieiunio argueremus.*

Sudat autem ſub prelo Pariſienſi noua Operum Chryſoſtomi editio, quæ ſine dubio tot aliorum laboribus auctior, & emendatior eſſe debebit.

Cæterum Ioannes Cochlæus,qui ab hæretico aliquo Hormiſdæ Papæ Epiſtolam fuiſſe conſcriptam,dixit,excuſandus eſt(inquit Baronius Card.) quòd caruit citatis à Baronio, atque adeo inſertis ſuo 7.Annalium tomo Epiſtolis talibus Hormiſdæ,quæ poſtea erutæ ſunt inde,vbi deliteſcebant.

IOANNES Cognatus Tornacenſis Orationem vberem edidit,De Naturali Dei cognitione,Louanij apud Philippum Zangrium,ann.1595.



Digitized by Google

IOANNES Coletus, Anglus, ſcripſit Commentarios in Prouerbia Salomonis. In Euãgelium Matthæi. In Epiſtolas omnes Pauli. Librum De reformatiõe. In Orationem Dominicam. In Symbolum Fidei. Breuiloquium dictorum Chriſti. Concionum Ordinariarum, lib. 1. Extraordinariarum alterum. Diſputationem contra Eraſmum. Librum De moribus componendis. Alterum: De puerili inſtitutione. Obijt an. 1519.

IOANNES Collæus, Carmelita, ſcripſit De Paſſione Chriſti Domini. De laudibus Apoſtolorum. Sermones aliquot. Epiſtolas ad diuerſos. Viuebat an. 1440.

IOANNES Colonienſis, ſiue, è Colonia Agrippina, Ord. Minor. ſcripſit in quatuor libros Sententiarum. Tabulam in omnia Doctoris ſubtilis Opera. Quæſtiones Magiſtrales in Scoti Volumina Sententiarum. Quodlibetorum, Metaphyſices, De Anima, & Poſteriorum, quæ Baſileæ prodierunt an. 1510. apud Adamum Petri. Poſtillam item æſtiuã, & hyemalem.

IOANNES Colton, Anglus, ſcripſit de cauſa Schiſmatis, librum. De remedio Alterũ. Viuebat an. 1410.

IOANNES Columberius, librum edidit iuxta Alphabeti ſeriem, prænotatum, *Scala Cœli*. Vlmæ an. 1480. apud Ioannem Zainer.

IOANNES Columbinus, Epiſcopi Almirenſis Suffraganeus, De Sacramento Confirmationis Germanicè. Dilingæ an. 1572.

IOANNES Columna Romanus, Ord. Præd. Archiepiſcopus Meſſanenſis, ſcripſit Mare hiſtoriarum, libris decem. Epiſtolas ad diuerſos.

IOANNES è Combis, Ord. Minorum, ſcripſit Compendium totius Theologicæ Veritatis. Adnotationes item cum D. Bonauenturæ Theologalium terminorum declaratione. Excudit Lugduni Gulielmus Rouillius, ann. 1560. Petrus autem Deuchinus Venetijs an. 1575.

IOANNES Comes Sacrenſis Epiſtolam ex Epheſo ſcripſit ad Reges, qua exponit, quid egerit, vbi ad Synodum venit. Extat in Apologetico Cyrilli, pro duodecim Anathematiſmis.

IOANNES Comitibus Catechiſmum Concilij Tridentini Romanum in quatuor libros, certaq; capita diſtribuit, pluribus Diuinarum Scripturarum, & Patrum teſtimonijs ad marginem additis. Colon. an. 1572.

IOANNES Comus Alexandriæ, quæ in Aegypto eſt, Chorepiſcopus Epiſtolã ſcripſit Clem. VIII. Pont. Max. Vide autem Legationem Alexandrinæ Eccleſiæ ad Apoſtolicam Sedem, in Appendice ad 6. Tom. Annal. Card. Baronij.

IOANNES Concilij, Gallus, Ord. Min. cum multa concinnaſſe ſcribatur à Franciſco Gonzaga Mantuano Epiſcopo atque interfuiſſe Tridentinæ Synodo, quænam tamen illa fuerint, tacentur.

IOANNES è Condeto, Hannonienſis, Carmelita Cœnobij Valencenarum ſcripſit in Canonicam Epiſtolam D. Ioannis. Lecturam in lib. quatuor Sent. Serm. de Temp. ac De Sanctis. Viuebat an. 1380.

IOANNES Conſiliarius ſcripſit, quam & habuit Tridentini in Concilio, Orationem de Triumpho Chriſti, die eius Aſcenſionis anniuerſaria.

IOANNES Conſebrinus Luſitanus Carmelita ſcripſit Opus tripartitum De contractibus, ſiue de Iuſtitia Commutatiua, quod prodijt Pariſijs an. 1496. apud Guidonem Mercatoris. Sermones item varios, & Franciſci Maytonis Conflatum in Compendium redegit. Viuebat an. 1475. qui Sixto Quarto Pont. Max. Obijt Vlyſſipone.

IOANNES (vt Iſidorus habet in Catalogo) ſanctæ memoriæ Conſtantinopolitanus Epiſcopus, natione Cappadox, vir inæſtimabilis abſtinentiæ, & eleemoſynis tam largus, vt etiam zelo auaritiæ aduerſus eum Imperator Mauritius permotus, vrbe pellendos pauperes ediceret, Græco eloquio edidit de Sacramento Baptiſmatis reſcriptum ad B. recordatiõis Dominum meum, & prædeceſſorem Leandrum Antiſtitem, in quo nihil propriũ ponit, ſed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina merſione ſententias. Claruit temporibus Mauritij Principis, defunctuſq; Auguſto eodem regnante; anno autem 590. vt habet Tritemius. Eius libellus de Fide extat in Volumine Conciliorum Coloniæ editorum.

IOANNES Contractus, Belga, Ord. Min. ſcripſit libros ſat vberes Concionum quas olim excudit Ioannes Roelhoff Lubecenſis. Extabant in Bibl. Franciſcanorum Louanienſium.

IOANNES Coraſius De Beneficijs. Vide in Tractatibus Tom. 15. p. 2. fol. 287. excuſis Venetijs & Colon. ſaparatim.

IOANNES Cornubienſis Theologus, ſcripſit ad Eulogium De Homine aſſumpto. De virtute Crucis. In Canonem Miſſæ. Diſceptationes. Epiſtolas ad diuerſos. Qui verò aiunt eum ſcripſiſſe Commentarios ſcripturarum, idque pluribus libris, non declarant, quinam ij fuerint. Viuebat ann. 1170.

IOANNES Coſterius, Parochus Aldeſſardenſis, edidit Inſtitutionem de Exitu Aegypti, & fuga Babylonis, qua Catholicos hortatur, vt è Ciuitatibus hæreticorum ineuitabili contagio pollutis egrediantur. Duaci apud Ioannem Bogardum ann. 1580. Puto autem hunc ipſum eſſe, qui Commentariolum ad Vincentij Lyrinenſis aduerſus hæreſes libellum edidit Colon. ann. 1569. quamuis hic *Ioannes Coſtorus*, non Coſterius ſcribatur. Sed & Ioannis Coſterij opera recogniti atque recenſiti ex collatione veterum Codicum emiſſi ſunt Sermones Guerici, Abbatis Igniacenſis, Ant. apud Philip. Nutium, an. 1580.

IOANNES Couillonius Belga Theologus Societ. Ieſu Concluſiones edidit deductas è priore Epiſt. D. Pauli ad Corinthios. Romæ apud Ant. Bladum, an. 1554.

IOANNES Craſſus, ſiue (vt vocant) *de Craßis* tam ſuis, quam aliorum Notis illuſtrauit Commentaria Dominici è S. Geminiano in volumen Decretorum.

IOANNIS Creſelij, Acadnmiæ Ingolſtadienſis Bibliothecarij elogia in duas diuiſa partes: quarum prior iam inde à Conſtantino illo Magno Imperatorum, Regum, Ducum & aliorum heroum ſuperioribus, & noſtro ſeculo virtute bellica illuſtrium encomia complectitur: Poſterior eos collaudat, qui eruditionis laude, & publicatis literarum monumentis, vel olim claruerunt, vel etiamnum clareſcunt. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium, an. 1584.

*Le Collige du Moyne.*

IOANNES de Creſſy, quem, *Ioannem Monachum*, nominant, Gallus, quem & *Morinum* dictum fuiſſe ſcribit Belleforeſtus, ob nomen profeſſionis, quam ſuſcepit, Ord. quidem D. Benedicti, Congregationis Cluniacenſus fuit, ac deinceps Epiſcopus Meldenſis, & Cardinalis tit. SS. Petri, & Marcellini, Vicecancellarius, denique Pont. Max. quique Collegium Pariſijs fundauerat, quod hodieque Collegium Card. Monachi vocatur, ſcripſit in Sextũ librum Decretalium Commentarium, qui inſcriptus eſt: *Gloſſa aurea*, Hic verò Pariſijs an. 1535. ſub nomine *Cardinalis* non *Monachi*, deinde Venetijs ann. 1586. cum additionibus Philippi Probi Biturici I.C. excuſus eſt Obijt ipſe Ioannes ann. 1307. Auenione.

IOANNES è Cruce Ambianenſis Gallus, Ord. D. Auguſt. Homilias reliquit in omnes dies Dominicos, ac feſtos totius anni. Obijt Pariſijs ann. 1525.

IOANNES Curienſis Germanus ob vitæ ſanctitatem celebris, D. autem Galli Abbatis auditor. ac deinde Conſtantienſis Epiſcopus ad Acronium lacum, ſcripſit pro fide Catholica aduerſus hæreticos. Viuebat ann. 633. Eiſingr.

IOANNEM Curopalatam Caluinianus interpres, & ſcholiaſtes, Iunius neſcio quis malè vertit, vt Diuinum in Eccleſia cultum adhiberi ſolitũ obliqua mente obſcuret, nimirũ *σεβάσμιαν μονὴν* perpetuò vertit, *Venerandam Aedem*, cum vertendum ſit *venerabile Monaſteriũ*. Græci enim vocant Monaſteria *μονὰς*, quaſi dicans *manſiones*. Hinc & apud Latinos Eccleſiaſticos Auctores *Manſionarij*. Simili aſtu & voces has *Liturgia*, *Veſperarum Officium*, *Peruigilia*, *Matutinum*, *Feſta Domini*, & alia, quæ ſunt in Græco contextu euidentiſſima, perturbat. Vide Iacobum Gretſerum noſtrum p. 588. & 589. in Notis ad ſecundum Tomum ſui Operis De Cruce, vti & ibid. pag. 597. & maximè pag. 599. 600. 616. & 622.

IOANNES Dadræus, Theologus Doctor Pariſienſis, ſcripſit Locos communes ſimilium, & diſſimilium, èx omni propemodum antiquitate, tam ſacra, quam profana collectorum, quibus docendi, & dicendi ratio Theologiæ, ceterarumq; artium ſtudioſis facilè, ac cupioſè ſuppetitatur. Pariſijs an. 1557. apud Michaelem Iulianum, & ibidem an. 1582. quæ auctior fuit, vti & quæ Vvirtzburgi, hoc eſt, Herbipoli in Franconia prodijt ex Officina Henrici Aquenſis, Epiſcopalis Typographi, eodem an. 1582. Sed & poſtea Venetijs an. 1583. excuſi ſunt apud M. Anton. Zalterum, & Michaelem Zannettum, & an. 1594. Col. ſumptibus Arnoldi Mylij. Quin & eiuſdem opera libri Euſebij Cæſarienſis emendatiores, & Scholijs illuſtrati Pariſijs emiſſi ſunt, an, 1581. Vbi & librum protulit De Vita Chriſti Domini à Ludolpho Cartuſiano ex Euangelio, & Patribus contexta, ita diſpoſitum, vt Hiſtoriæ, ac totius anni Concionibus vſui eſſe poſſit. Denique & Gloſſæ cum Ordinarię, tum interlineari, ac Poſtillæ Nicolai Lirani, cum Pauli Burgenſis magno ſtudio repurgandis in Biblia ſuam operã prę̃ſtitit vna cũ Franciſco Feuardentio, & Iacobo Cueillyo, Theologis eximijs Pariſienſibus. Vide in verbo, Gloſſa.

IOANNES Dalton, Anglus I.V.C. ſcripſit in Decretales.

IOANNES Damaſcenus natione; cognomento autem Chryſoras, & Manſur, qui à Paulo Diacono nominatur etiam Manzurim, & Saracenicus, non fuit Sacerdos, vt qui-

dam

Digitized by Google

dam ſcripſerunt,ſed omnibus diſciplinis excultus;cum autem plura ſcripſiſſetGræcè,ſeceſſit denique in eremum poſt exciſam ſibi ab Iconomachis,ſed deinceps Beatiſſimæ Virginis ope reſtitutam manum,qua aduerſus Leonem Imperatorem Iconomachum ſcripſerat.Ceterum vir fuit eloquentiſſimus. & *Opera ipſius,* (inquit Suidas) *per quam multa,& in primis erudita, tum in Diuinam Scripturam Parallelorum collectanea, tum Muſici Canones, partim Iambico carmine conditi, partim oratione ſoluta. Floruit autem vna cum eo Coſmas Hieroſolymitanus,vir elegantiſſimo ingenio,Muſicamq; ſpirans prorſus concinnam, ac modulatam.Certè Muſici canones Ioannis,& Coſmæ, nullam adhuc comparationem admiſerunt, nec, quamdiu hic Mundus durabit , admittent.* Floruiſſe autem Damaſcenum ſub Theodoſio Seniore,Volaterranus,Vincentius Valuacenſis,ac D. Antoninus tradunt: Quod quidem Ioannis Hieroſolymitani,& ipſius adeo Damaſceni teſtimonio refutatur. Petri enim Cnaphæi meminit libro tertio de Orthodoxa fide, cap.decimo,& in libro de Triſagio: qui Cnaphæus in quinta Synodo ſub Iuſtiniano damnatus eſt: Quarto etiam libro, capite decimoſeptimo aduerſus Iconomachos diſputat. Et in libro de hæreſibus Monothelitarum auctores profert Cyrum , Sergium, & Euſtathium,qui in ſexta Synodo condemnati ſunt: vt hinc etiã Tritemius falſus ſit, qui duos Damaſcenos fecerit; alterum ſub Theodoſio, qui Theologiam fusè antea diſputatam primus in methodum apud Græcos perdoctè redegerit;alterum ſub Leone, qui pro imaginibus diſputauerit.Certiſſimum eſt itaque Damaſcenum ſub Leone III. Imaginum hoſte floruiſſe circa an.740.

Porrò nactus eſt præter alios bonum Interpretem, qui eius labores è Græco Latinos fecit. Qui quidem ſequenti cum inſcriptione , Partitione, ac Monitis euulgati fuerunt: *S. Ioannis Damaſceni Opera, multò,quàm vnquam antehac auctiora, magnaq; ex parte nunc de integro conuerſa per D.Ioannem Billium Prunæum, S.Michaelis in Eremo Cœnobiarcham; cum locupleti rerum, & verborum memorabilium Indice: Pariſijs apud Gulielmum Chaudiere an. 1577. Carolo Cardinali Borbonio ab ipſo Billio dicata.*

***Elenchus Operum D.Ioannis Damaſceni: quorum quæ aſteriſco notantur, tunc primum in lucem exiuerunt Pariſijs.***

*Parallelorum libri tres: Qui ita percommodè diſtincti fuerant à Damaſceno,vt Primus ea complecteretur,quæ ad res Diuinas, ad fidem pertinent; In Secundo autem de rerũ humanarum ſtatu; In Tertio denique de virtutibus,ac vitijs ageretur. Verum poſtea, vt Lectores ea,quę quærerent,facilius inuenirent,conſilium mutauit,atque Alphabetico ordine capita collocare maluit.

Quòd ſi in hoc genere (inquit Billius) tum Antonij Meliſſæ, tum Maximi Collectanea, magna cum animi voluptate ſtudioſi legunt,certè dubiũ eſt,quin nõ maiore illos oblectatione Parallelorum lectio affectura ſit,vt quæ longè vberiorem,atque ornatiorem ſuppellectilem ipſis ſubminiſtret.

***Auctores autem, ex quorum ſcriptis Damaſcenus Parallela ſua condidit, hi ſunt.***

Athanaſius.
Baſilius.
Caſſianus.
Clemens Alexandrinus.
Cyrillus.
Didymus.
Dionyſius Areopagita.
Dionyſius Alexandrinus.
Dorothæus.
Eleutherius.
Epiphanius.
Euagrius.
Euſebius.
Gregorius Thaumaturgus.
Gregorius Nazianzenus.
Gregorius Nyſſenus.
Heſychius.
Ignatius.
Ioannes Chryſoſtomus.
Ioannes Climachus.
Ioſephus.
Irenæus.
Iſidorus Peluſiota.
Iuſtinus.
Maximus.
Methodius.
Nilus.
Philo.
Serapion.
Sixtus , quem tamen Romanum Pontificem eſſe putat, cum ſit Pythagoricus Philoſophus.
Syneſius.
Theophilus.
Theotimus.
Teſtamentum vtrumque.
Theodoretus.

De Orthodoxa fide libri quatuor, cum Iodoci Clichtouei Commentarijs.
De ijs,qui in fide obierunt.
* De Chriſti Transfiguratione Oratio Græcè,& Latinè.
*De Natiuitate B. Mariæ Orationes tres Græcè & Latinè.
De eiuſdem Aſſumptione.
Iambica pentaſticha Græcè & Latinè.
Varia Cantica numeris ſoluta.

* Eccleſiaſtica Græcorum Cantica, quæ Ὀκτώηχοι, vel Ὀκτώηχος, hoc eſt, Octoloni inſcribũtur: Auctoribus D. Ioanne Damaſceno, Metrophane Smyrnæo, & alijs Eccleſiæ Orientalis Doctoribus: Petro Morelio Turonenſi Interprete, ex Bibliotheca C. V. D. Ioannis à Sancto Andrea.

Damaſceni Dialectica.
De decretis, & placitis primæ Inſtitutiones, Ioachimo Perionio Interprete.
Quomodo ad imaginem Dei creati ſimus, eodem Interprete.
De Imaginibus Orationes tres, Franciſco Zino Interprete.
*Phyſica.
De Hæreſibus, Perionio Interprete.
Aduerſus Manichæos Dialogus.
De natura compoſita.
Epiſtola de Triſagio.
De duabus Chriſti voluntatibus, Perionio Interprete.
* Vita S. Stephani Iunioris.
Diſputatio Chriſtiani, & Saraceni, incerto Interprete.
Sententiarum fragmentum, Pirchemeyro Interprete.
* Euagrij de octo vitioſis cogitationibus.
* Nili de ijſdem.
De die Iudicij, incerto Interperte.

Damaſceni Hiſtoria de Barlaam, & Ioſaphat, de qua à quibuſdam ambigebatur, num Damaſceni eſſet: ſed Billius verum Damaſceni eam eſſe fœtum non inualidis rationibus oſtendit. Ea verò edita eſt etiam ſeparatim apud Bellerum, Antuerpiæ ann. 1602.

Omnia in quibus Interpretis nomen adiunctum non eſt, à Iacobo Billio Latinitate donata ſunt.

Præfixa eſt autem Operibus, eiuſdem Damaſceni Vita, per Ioannem Patriarcham Hieroſolymitanum, Billio Interprete: ſed quæ Vita, vt is ipſe Io. Patriarcha refert, rudius aliquanto, & incultius lingua, & litteris Arabicis fuerat conſcripta.

Atqui vt antea varijs in locis varia Damaſceni Opera prodierant, ita eadem à varijs aut verſa in Latinum, aut Notis illuſtrata fuerunt. Nam & non ſolus Zinus, verum etiam Godefridus Tilmannus Latinas reddidit eas Orationes, quas ſcripſit Damaſcenus aduerſus Imaginum traductores: quæ & Antuerpiæ an. 1556. fuerunt emiſſæ in lucem. Hiſtoriã verò Barlaam, & Ioſaphat ibidem edidit (vt diximus) Ioannes Bellerus, cum Scholijs Aloyſij Lipomanni, ann. 1568. Pleraque autem Iacobus Faber Stapulenſis eorum conuerterat, quæ Veronæ Græcè emiſſa ann. 1531. prodierunt Pariſijs, apud Henricum Stephanum ann. 1507. & 4. libri de Fide Orthodoxa, qui Marburgi ann. 1602. ne quid dicam de ijs, quæ Baſileæ an. 1548. euulgata ſunt, cum Biliius ipſe poſtea limam ſuam vir doctiſſimus adhibuerit. Canones quidem Anaſtaſimi extabant in Bibliotheca Sanctorum Patrũ Margarini.

Iam verò adhuc anno 1603. eadem Damaſceni Opera auctiora Pariſijs cudebantur, non ceſſante Deo proferre in lucem ſeruorum ſuorum labores, vt nouas identidem coronas in cœlis accipiant.

## *Quædam obiecta Damaſceno.*

Præter illa verò, quæ à Billio declarata ſunt, in quibus aliqua ſcripta Damaſceni non fuiſſe legitimos eius fœtus ferebatur, D. Thomas, Beſſarion, Gennadius, Sixtus Senenſis, & Bellarminus Cardinalis, eum ſic tuentur, ſiue exponunt. Nam li. 4. de fide Orthod. locum in fine, vbi vocat ignem Inferni non materialem, qualis eſt apud nos, ſed qualem nouit Deus, etſi Durandus Portianenſis in quarto Sent. liberè pronũciat, in hac parte malè ſentientem erraſſe; Diuus tamen Thomas eius mentem benignè interpretatur, vt Damaſcenus intellexit ignem inferni non eſſe materialem perinde ac noſtrum, qui ab illo igne proprietatibus aliquot diſcernitur: vel eum non negaſſe Inferni ignem materialem eſſe, quoad ſubſtantiam, ſed quoad punitionis effectum: punit enim ſpirituali quadam actione corpora, quæ nec diſſoluit, nec conſumit, & ipſas animas multò magis ſpiritualiter cruciat.

Quod item lib. 4. de fide cap. 10. τὸ ἔλαιον βαπτίσματι παραλαμβάνεται. i. *Oleum Baptiſmati ſuccedit*. Oecolampadius autem vertit *Oleum in Baptiſmate aſſumitur*. In Codice Græco non eſt, *In Baptiſmate*; & verbum παραλαμβάνω propriè dicitur de eo, quod aſſumitur, vt alteri ſuccedat, quemadmodum Sacramnntum Confirmationis Sacramento Baptiſmi ſuccedit.

Damaſcenus quoque, vt docent Beſſaron, & Gennadius, non negauit Spirituum Sanctum procedere ex Filio, quod ad rem attinet, cum dixerit Spiritum eſſe imaginem Filij, & per Filium eſſe; ſed exiſtimauit, tutius dici per Filium, quàm à Filio, quòd pertinet ad

mo-

Digitized by Google

modum loquendi, propter hæreſim Macedonij, & Eunomij, qui ex Filio tamquam ex primaria, imò etiam ſola cauſa proceſſiſſe dicebant Spiritum Sanctum: Quemadmodum dicimus poſt hæreſim Neſtorij, Mariam non eſſe Chriſtiparam, ſed Deiparam, non quod non ſit Chriſtipara, ſed ne putetur ſolum Chriſtipara, & non Deipara. Ceterum ſicut propter hæreſim Macedonij rectè dicebatur Spiritus eſſe à Patre per Filium, ita propter errorem Græcorum rectius dicitur nunc à Patre, & Filio.

Porrò Damaſcenus libros ſuos de Fide ante Concilij Septimi tempus ſcripſit, in quo Concilio Symbolum legitur cum hac additione, *Filioque*. Quamobrem, ſi eo tempore vixiſſet, planius vtique de Proceſſione Spiritus Sancti à Patre, & Filio ſcripſiſſet.

Cum audiuiſſet, ac credidiſſet Traiani Imp. animam Gregorij Magni precibus ex Inferno liberatam fuiſſe, id quidem bona fide Vir Sanctus retulit: At commentum falſiſſimum fuit, quod putabatur eſſe hiſtoria.

IOANNES Datus è Foro Cornelij, quæ vulgo dicitur *Imola*, primò Ord. D. Auguſtini, deinde eiuſdem Ciuitatis Epiſcopus, ſcripſit De diuinis attributis. In libros D. Auguſtini de Trinitate. In eundem contra Fauſtum Manichæum, & contra Creſconium Donatiſtam. In Priora, & Poſteriora Ariſtotelis. De Potentijs animæ. Obijt autem an. 1360. ætate ſat viridi, in Aede Cathedrali Epiſcopatus ſui ſepultus. Ioſeph. Pamph.

IOANNES è Dauentria, Belga, Ord. Minorum, Miniſter Prouinciæ Coloniæ eiuſdem Ordinis ſcripſit aduerſus hæreticos Exegeſin errorem Lutheranæ Confeſſionis. Librum item contra Anabaptiſtas, qui inſcriptus eſt *Catapulta*. Et Apologiam. Viuebat anno 1535.

IOANNES Dauid Cortracenſis, Belga, Societatis Ieſu, librum prænotatum, *Veridicus Chriſtianus*, emiſit Antuerpiæ ex Officina Plantiniana, an. 1601. & Araneam Caluiniſticam, ibidem editam. Idem apud Ioannem Moretum ex eadem officina Plantiniana librum figuris æneis illuſtratum edidit an. 1605. cuius Inſcriptio hæc eſt: *Occaſio arrepta, neglecta: huius commoda; illius incommoda.* Idem apud eundem edidit librum ſic prænotatum *Paradiſus ſponſi & ſponſæ, in quo meſſis myrrhæ & aromatum ex inſtrumentis ac myſterijs Paſsionis Chriſti colligenda. & Pancarpium Marianum ſeptemplici Titulorum ſerie diſtinctum*, cum varijs Imaginibus æneis.

IOANNES de Dehu, Gallus, qui fuit à Concionibus Ducis Mompenſerij, edidit expoſitionem ad Articulum Catholicæ Confeſſionis Gulielmi Caillieerij presbyteri. Lugduni an. 1578. ex Typographia Michaelis Iouij Gallicè.

IOANNES Delphinus Italus è Caſali Maiore, quod eſt ad Padum inſigne Oppidum in tractu Cremonenſi, Ord. Min. ſcripſit de Cœlibatu Sacerdotum. De Poteſtate Summi Pont. & de Notis Eccleſiæ, quæ Coloniæ prodierunt. De cœleſtibus Globis ad Camillum Palæottum. De Methodo. Franc. Gonzaga.

IOANNES Delphinus Epiſcopus Tripolitanus Quæſtiones proponendas ordinandis in maioribus ordinibus, ad vſum Diœceſeos Argentinenſis, qua parte retinet Catholicũ cultum, & ſuo legitimo Epiſcopo ſubeſt emiſit. Coloniæ apud Maternum Cholinum, an. 1581.

IOANNES à S. Demetrio, Aquilanus, Ord. Minorum, ſcripſit Italicè Conciones, quas & euulgauit.

IOANNES Dencok Saxo, ſiue Turingus, Ord. D. Auguſtini, ſcripſit in Mag. Sent. Quæſtiones item Pragæ diſputatas. Sermones de Tempore, ac de Sanctis. Epiſtolas ad diuerſos. Viuebat an. 1360. Tritem. At Ioſeph Pamphilus inquit obijſſe eum Pragæ, ann. 1352. die 15. Iunij.

IOANNES à Deo, Venetus, Italus, Venetæque Cartuſiæ Monachus, ſcripſit de immenſa Dei charitate, De humilitate interiore, & vera patientia. De præparatione ęgrotorum, & diſpoſitione morientium. Coronam ſenum. Opus denique inſcriptum: *Noſce te ipſum.* Viuebat Friderico Tertio Auſtriaco Auguſto.

IOANNES de Deo, Hiſpanus, ſcripſit Concordantiam Decreti, atque Decretalium. Ad nouas item, ac veteres Decretales. Quæſtiones varias. De diſpenſationibus pro ratione diuerſorum perſonatuum, & dignitatum. Librum Pœnitentialem, vbi de generali Confeſsione: De pœnæ impoſitione: De peccatorum Origine: Quonam modo habere ſe debeat Confeſſarius ad pœnitentiam: de pœna perſonarum quæ in Statu Spirituali eminent in dignitatibus: De ijs, qui ſunt in Statu Seculari: De pœna Religioſorum, & vtilitate pœnæ: De differentia mortalium, ac venialium peccatorum: & quomodo peccata vitentur. Sed & reliquit libros ſeptem de Cauillationibus, & quatuor alios, quos

prænotauit, *Iudicium:* duos autem, quibus Tabulam Decreti, & vnum, quo Tabulam Decretalium explicuit. Viuebat Bononiæ ann. 1240.

IOANNES Diaconus, Romanæ Eccleſiæ ab alijs *Paulus* nomine non ſuo appellatus, ad Ioannem Septimum huius nominis Papam, ſcripſit Vrbano ſtilo quatuor libros de vita primi Gregorij Papæ, & idem petẽte Ganderico Veliternenſi Epiſcopo, ſcripſit etiam geſta Clementis Papæ Sigebertus in Catalogo. Viuebat autem ann. 860.

Eum verò lapſum fuiſſe conſtat, cum ſcripſit S. Gregorij Magni atauum fuiſſe Felicem Pont. Max. huius nominis Quartum, cum fuerit Tertius. Sic enim & ratio temporis, & Patria quoque cogit affirmare: ſiquidem ille Samnita; hic verò Romanus fuit, ſicut & Gregorius. Vide Baron. Car. To. 6. initio anni 492. in Annalibus; in Notis autem ad Martyrologium Roman. die 25. Februarij.

Quin & Ioannes Diaconus trecentos annos poſt D. Gregorium Magnum Vitam huius ſcripſit, in quibus, quod ſæpe accidit hiſtoricis licet oculatis, non potuit omnium rerum aſſequi notitiam. Nam propterea inter alia illud ipſum, quod Ioannes Diaconus aſſeruit de Cardinalatu Gregorij ſub Benedicto Papa, quodque in Romano Breuiario legebatur, eſt correctum in Breuiario iuſſu Clemen. VIII. Pont. Max. recognito, ac Benedicti ipſius nomen eſt ſublatum, quod tandem viri docti id ſenſerint apertum eſſe mendaciũ: vt ipſe Antonius Gallonius rectè obſeruauit in ſuo Apologetico ad Conſtantinum Bellottum, monachum Caſſinatem.

IOANNES Diaconi, Monachi Caſſinenſis Verſus quoſdam extare De Beatiſſima Virgine, ſcribit Arnoldus Vvion.

IOANNES Diaconus, Hiſpanus librum edidit, qui Flos Decretorum dicitur, quique cum ijs fuit excuſus.

IOANNES Dibbarola, Canonicus Vaſatenſis, in Aquitania Galliæ, edidit Opus à Baptiſta Saluatoris olim eiuſdem Eccleſiæ Canonico conſcriptum, qui quidem nomen ſuũ non adſcripſerat ob animi demiſſionem, in laudem Diui Ioannis Baptiſtæ Præcurſoris. Burdigalæ an. 1530.

IOANNES Dietenbergius, Ord. Præd. ad quem Francofordiæ admiſſus eſt, Latinè & Hebraicè, præter Theologiam, noſcens, prauitatis hæreticæ Inquiſitor apud Rheni, & Moſellæ Confluentiam, Poſtillam ad Euangelia totius anni Germanicam, & vberem ſcripſit, quæ anno quoque 1583. Colon. prodijt. Opuſculum de votorum emiſſione, ac ſolutione. Alterum de Apoſtaſia. Aliud de Præceptorum, & Conſiliorum differentia. Vtrũque autem Teſtamentum, ne quis in laqueos verſionum hæreticarum impingeret, è vulgata editione Germanicum reddidit. Falſas item hæreticorum opiniones, & mores indicans, nec ſemel cum Luthero congreſſus ſanctiſſimum autem Sacrificium propugnans librum edidit, (quem *Phimoſtomum* inſcripſit, ſiue *Confutatorium Scripturariorum* ita enim Lutheranos appellabat) & *Frenum Lutheranorum*. Vixit an. 1520.

IOANNES Diophylas, Belga, Gandenſis Carmelita, cum vigeſimum ætatis annum haud exceſſiſſet, pleraque carmine, ad quod natus videbatur, ſcripſit. Quę omnia Lugduni cum expreſſa eius effigie ann. 1527. quo ibidem Mundo valedixit in Domino, exierunt in lucem. Nimirum Chriſtomachia. Fornax Chaldaica. Catachreſis Iſraelitica. Laus Lucis. Erotema Religionis. Carmen de Belgio. Odæ in Chriſti Domini Natale. Epigrammatum liber. Epiſtolæ ad diuerſos.

IOANNES Docæus, Gallus, Ord. D. Benedicti, quique inſigni D. Dionyſij cœnobio extra Pariſios præfuit, quem & Laudunenſem fuiſſe Epiſcopum ſcribunt, reliquit Librum De æterna generatione Filij Dei, & eiuſdem temporali, vt hominis, natiuitate, qui Pariſijs prodijt apud Carolum Pererium ann. 1554. Enarrationem Dominicæ Paſſionis, quæ ibidem apud Viuantium Gualterorum, ann. 1552. fuerat excuſa. De Domini quoque Reſurrectione, ibidem ann. 1560. Homilias ad populum, Antuerpiæ apud Ioannem Steelſium an. 1561. Videat cui lubet, Vitam eius Operibus ipſius præfixam. Eundem autem hunc eſſe, quem Eiſingrenus *Ioannem Docreum* ſcribit, qui de Vita, Paſſione, ſepultura Dionyſij Areopagitæ ſcripſerit, quem item vixiſſe ferunt anno 1318. probabile videtur. [Io. Docreus.]

IOANNES Dominici Florentinus, an. 1340. natus ex obſcuris parentibus, ſi Mundana ſpectemus, in Ordin. Prædicatorum an. 1362. admiſſus, vir ita viuido ingenio, vt D. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, qui fuit diſcipulus ipſius, teſtatus ſit, cum in nulla ſcientia, velut alterum Auguſtinum, habuiſſe Doctorem; deinde Rhaguſæus Archiepiſcopus, denique Cardinalis, tit. S. Sixti, à Greg. XII. Pont. Max. creatus: Poſtremò autem iam plenus dierum miſſus Legatus in Hungariam ad Sigiſmundum Imp. Budæ obijt [Par. hiſt. 3. ti. 23. ca. 11.]

ſancti-

ſanctitate ac miraculis clarus, vt idem D. Antoninus refert ibidem. Scripſit autem in Eccleſiaſten. In Canticum Canticorum. In D. Matthæi Euangelium, in quo Scholaſticas Expoſitiones inſeruit. Expoſitionem in *Magnificat*. Alteram Epiſtolæ D. Pauli ad Romanos. Quadraginta quatuor Sermones iuſto volumine De Amore charitatis Italicè in verba illa D. Pauli 1. Corinth. 13. *Si linguis hominum loquar*. Sermones quinquaginta in nouem primos Pſalmos, quos in Cathedrali Florentina Eccleſia expoſuerat. Sermones Quadrageſimales. Sermones de Tempore. Sermones de Sanctis. Librum inſcriptum: *Lucula noctis*. ad Colucium Saluiatum, qui de Fortuna, & Fato incommodè ſcripſerat. Itinerariũ deuotionis.

IOANNES Dominicus Candela, Siculus, & Theologus Societatis Ieſu, ſcripſit Italicè de Bono Virginitatis Diſcurſus (vt vocant) quatuordecim, ijque Panormi editi ſunt ann. 1599. apud Ioannem Baptiſtam Maringum. Id verò & argumentum, & quæ ad illud attinent, teſtatur ſe, vir ingenuus, accepiſſe ex Ambroſio, Hieronymo, Gregorio Nazianzeno, Baſilio, Gregorio Nyſſeno, Ioan. Chryſoſtomo, Auguſtino, Cypriano, & alijs pluribus Eccleſiæ Luminibus. Atqui & ſecundum eiuſdem argumenti volumen expectabatur ab eodem.

IOANNES Dorpen, Germanus, ſiue (vt alij ſcribunt) de Dortſten, Ord. D. Auguſtini, Profeſſor Gymnaſij Erfordienſis ingens Volumen Sermonũ reliquit. Viuebat an. 1474. Trit. Eiſingr. Ioſeph. Pamph. Io. Dortſten.

Quòd ſi hic Ioannes eſt idem, qui etiam cognominatur, *Dornſtein*, ſciendum eſt, eum ſcripſiſſe Quæſtiones Sententiarum. Librum quoque de vitijs linguæ. Alterum item de cognitione Angelorum, & Conſolatorium contra mortis metum. Ioan. Dornſtein.

IOANNES Douetus, ſiue *de Douet*, Dinnanicus, Ord. Minorum, Profeſſor Theologiæ noſtra ætate Pariſijs, in vnum contexuit Formalitates Scoti, Syrecti, Trumbetæ, Brulliferi, Franciſcanorum.

IOANNES Driborck fertur extare m.s. ad quinque libros Decretalium in Germania. Is mihi ignotus.

IOANNES Driconus, Anglus nobilis, fertur ſcripſiſſe contra Seductores Fratres. De tribus item Principijs. De Relatione. De Principijs Theologicis. Concluſiones Scholaſticas. Viuebat an. 1260. ni mendum ſit in numero.

IOANNES Driedo, in Municipio Turnhoutano apud Brabantos in Belgio natus, ſuæ gentis induſtriam, ad Theologiæ ſtudium felici conatu traducens in ea, & in linguarum peritia eminuit. Publicè autem in Louanienſi Academia docens ſcripſit.

Quatuor libros ad Ioannem Luſitaniæ Regem De Eccleſiaſticis Scripturis, atque dogmatibus, qui an. 1550. Antuerpiæ apud Brickmannum, & alibi cuſi, denique cum ampliori Indice recuſi ſunt Louanij an. 1592. apud Bartolomæum Grauium.

Atqui cum poſt quatuor iſtos libros Tractatum digeſſiſſet de Temporibus ad illuſtrãdas obſcuritates in Sacra ſcriptura emergentes, falſus eſt in eo, quòd ſtatuerit ſequendam eſſe ſupputationem Beroſi Chaldæi, Metaſthenis Perſæ, Manethonis Aegyptij, Philonis Iudæi, Xenophontis Græci, Fabij Pictoris, & Catonis Romanorum, quorum Chronographiam cum Hebraica Sanctæ Scripturæ veritate concordare conatur. At vir, alioquin doctiſſimus nondum animaduerterat hoſce Auctores eſſe ſuppoſititios. Vide quæ 16. lib. Selectæ Bibliothecæ de ipſis, & qui verbo *Annius Viterbienſis* ſcripſimus in hoc Apparatu.

Scripſit item De Gratia, & Libero Arbitrio, atque huius concordantia cum D. Prædeſtinatione. Præterea de Captiuitate, atque Redemptione humani generis, ac de Libertate Chriſtiana. Viuebat ann. 1540.

IOANNES Druſius, donec expurgetur, prohibitus eſt in Romano Indice. Scripſit in Nahum, Habacuk, Sophoniam, Ioelem, Ionam, Abdiam. Eiuſdem in Græcam editionem coniectanea, & Interpretum veterum, quæ extant fragmenta Lugduni Batauorum. Græcam, Hebraicam, Latinam linguam callens breuiſſimè ſcribit, vt expurgatis quibuſdam erroribus, ſiue item modis dicendi, ſit futurus alicui vſui.

IOANNES Dubrauius, Olomucenſis Epiſcopus, Hiſtoriam Boemicam ſcripſit, quam quidem audio à Thoma Iordano Medico, quis Genealogiarum, Epiſcoporum, Ducum catalogis, & Notis auctam, ſed quoniam eam non legi, nihil hic poſſum addere: Viderint autem cordati Catholici. quænam ea ſit, præſertim cum Baſileæ à Typographo haud Catholico fuerit excuſa, an. 1575.

IOANNES Dumbleton, Oxonienſis, in Anglia Philoſophus, atque Theologus, dum Catholica fides, atque interiores literæ vigebant, ſcripſit Summam Theologiæ maiorem,

libris decem. Summam Theologiæ minorem libro vnico. Summam artium, lib. altero. Commentarios in Cantica. Libros decem in Philoſophiam moralem. Libros nouem de Logica intellectuali. Totidem de Philoſophia naturali. Viuebat an. 1320.

IOANNES Degne, Ord. Minorum, ex Hiſpanico Latinum reddidit librum prænotatum *Speculum Conſolationis afflictorum, & triſtium:* idque Pariſijs an. 1582.

IOANNES Dumæus, Belga, Ordin. Præd. Gandenſis conuentus, ſiue Cœnobij filius, & Theologus, Sermones tam Quadrageſimales, tum in Pſalmos Graduales reliquit. Viuebat adhuc an. 1571.

IOANNES cognomento Duns, Ord. Minorum, natus in vlteriore Britannia, ad Caledoniam Syluam, Gulielmi Varronis Anglici, eiuſdem Inſtituti (non autem Alexandri de Hales (vti putabat Tritemius, & ex eo Sixtus Senenſis) qui anno 1245. diem obierat) Pariſijs quondam auditor, & diſcipulus, floruit ann. Domini. 1300. Hic à Patria Scoti nomen in Scholis obtinuit, & in Diuinis Scripturis, ac in Philoſophia Ariſtotelica adeo perſtitit, vt in diſputationibus palmam ceteris præriperet, atque ob id Doctor ſubtilis fuerit appellatus. Hic primum in Anglia, Oxonij, Sententias interpretatus: deinde in Schola Pariſienſi primum locum aſſecutus, Academiam illam illuſtrauit, Theologia Scholaſtica multis ſubtilitatibus exquiſitis aucta, in quibus, quod multa, quæ non ita patebant, eruerit, factum eſt, vt qui eius doctrinam ſectantur, Scotiſtæ vocentur. Hunc autem complures inſtituiſſe diſcipulos conſtat, inter quos fuere præcipui Franciſcus Mayronis, Antonius Andreæ, Aragonius, Aluarus Pelagius, natione Hiſpanus, & Ioannes Canonicus. Ioan. Scotus Monachus. Qui verò huic Doctori primam Dionyſij Areopagitæ librorum partem de Sacra Hierarchia, è Græco conuerſionem aſcribunt, falluntur: Alteri enim Ioanni Scoto Monacho, qui multis iſtum ſeculis anteceſſit, & Athenis Græcè didicit, ea referenda eſt. Nimirum ille vixit anno 877. & iuſſu Caroli Calui Francorum Regis, libros illos Latinitate donauit; diſcupulus olim Bedæ, & collega Alcuini, ſiue Albini, & vnus ex quatuor fundatoribus Gymnaſij Pariſienſis, qui poſtea ab Alfredo Rege è Gallijs, vbi Carolus Caluus eum fouebat, reuocatus in Angliam, in Schola Oxonienſi, quæ ab ipſo Alfredo fuerat inſtituta, prælegit. Sed cum Ordini S. Benedicti ſe addixiſſet, diſcipuli, quos (vt fit) erudiendos ſuſceperat, apud Monaſterium Malmesberienſe, contra ipſum conſpirarũt, graphijſque aſſumptis transfixerunt, atque illum ſæuiſſimè interemerunt, & Martyr Chriſti æſtimatus eſt.

Porrò ſcripſit Ioannes Duns pleraque in Theologiam, & in doctrinam Peripateticã. Quorum hæ ſunt inſcriptiones:

| | |
|---|---|
| Scriptum Oxonienſe ſuper Sentẽtias, li. 4. | Quod incipit, *Circa prologum huius primi libri.* |
| Scriptum Pariſienſe, ſuper Sententias, li. 4. | |
| Quodlibeta, lib. 1. | *Cuncta res difficiles.* |
| Collationes Pariſienſes, lib. 1. | *Vtrum tantum ſit, &c.* |
| De primo omnium rerum principio, lib. 1. | *Primum rerum principium.* |
| Theoremata, lib. 1. | *Intellectus intelligibilis.* |
| De cognitione Dei, lib. 1. | *Quia ſumma nobis.* |
| Tetragammata quædam, lib. 1. | |
| Sermones de Tempore, lib. 1. | *Erunt ſigna, &c.* |
| Sermones de Sanctis, lib. 1. | |
| Comment. ſuper quatuor Euangeliſtas. | |
| Comment. ſuper Epiſtolas Pauli. | *Circa Epiſtolam Pauli ad Romanos, &c.* |
| Lecturam ſuper Geneſim ad litteram, lib. 1. | |
| Quæſt. ſuper vniuerſalia Porphirij, lib. 1. | *Circa Logicalia.* |
| Quæſtiones ſuper Prædicamenta, lib. 1. | *Quæritur, vtrum liber Prædicam.* |
| Quæſt. ſuper lib. Perihermenias, lib. 2. | *Circa ſubiectum huius libri.* |
| Quæſt. ſuper libros Priorum, lib. 2. | *Quæritur circa librum Priorum.* |
| Quæſt. ſuper libros Poſteriorum, lib. 2. | *Scire autem opinamur.* |
| Quæſt. ſuper libros Elenchorum, lib. 1. | *Quæritur, vtrum Logica.* |
| Quæſt. ſuper libros de anima, lib. 1. | *Quæritur, vtrum ſenſus.* |
| Quæſt. ſuper Metaphyſicam, lib. 12. | *Omnes homines natura.* |
| Expoſitionem Metaphyſicæ, lib. 12. | *Iuxta conſuetudinem.* |
| Collectiones concluſionũ Metaphyſi. li. 12 | *Concluſiones Metaph. Ariſt.* |
| Super Phyſicam Ariſt. lib. 8. | Super Categorias eiuſdem, lib. 1. |

Feruntque ſcripſiſſe ſuper ceteros libros, varioſque compoſuiſſe alios Tractatus. Denique apoplexia correptus ex hac luce migrauit, die octaua Nouembris anni 1308.

Colo-

Coloniæ Agrippinæ ſepultus in cœnobio fratrum Minorum. Quamuis à plerìſque exiſtimetur viuus fuiſſe humatus. ferunt enim diem totum, & amplius immobilem interdum ſedere ſolitum, ſenſibus ſopitis, mente nimirum rapta in altiſſimarum rerum contemplationem, atque ita demum ab hominibus eius rei neſcijs, feſtinato funere pro mortuo elatum.

Ceterum ann. 1580. Venetijs à Melchiore Seſſa editæ ſunt Quęſtiones quatuor voluminum Scripti Oxonienſis ſuper Sententias, emendatiores, quàm antea. Addito libro Reſolutionum Ioannis Scoti, à Melchiore Flauio, illuſtrato, & auctoritatibus Noui, & Veteris Teſtamenti, ac Sanctorum Patrum ſententijs comprobato.

Adiecit autem Bartolucius Aſſiſias huic editioni Syllabum generalem, ſiue accuratū Indicem in illud Scriptum Oxonienſe Ioannis Scoti, ex antiquiore Indice collectum, quem Iacobus ab Aſculo vir doctus olim ediderat. Eo videlicet Syllabo, per ordinem Alphabeti, ſelectos doctrinæ Scoticæ floſculos, & materias, definitiones, diſtinctiones, axiomata, enunciationes; inſigniores propoſitiones, tum Theologicas, tum Peripateticas, ſtrictim attigit.

Quin etiam, quoniam Iouius ſuis Elogijs, & alij, de Ioanne Duns Scoto, quaſi non ſolum obſcuriore, ſed & veritati (vt non rectè putabant) tenebras offundente, licentius fuerant locuti, Bartolucius Apologia Syllabo præfixa, vindicat Scotum ab obtrectatione, cuius doctrinæ graue illud teſtimonium extat, quòd eius libri abſque vllo erroris nęuo, vſque in hanc diem, trecētos circiter annos, in Oecumenicis Concilijs inuiolati permanſerint.

Certè cum illud D. Auguſtini de laude charitatis verum ſit; *Ille tenet, quicquid latet, & quicquid patet in Diuinis Sermonibus, qui charitatē ſeruat in moribus:* haud mirum fuerit, ſi ingeniū Doctoris Subtilis appellati, modeſtia, & charitate præditum, altiſſimos ſenſus eruere potuerit ad veritatem indagandam. Nunquam enim ſuam ſententiam profert in aliorum iniuriam, vel depreſſionem: Quin quorum aut errores conuellit, aut opiniones excutit, tam id modeſtè, & adeo plerumque ſuppreſſo nomine facit, vt Chriſtiano pectore hæſiſſe à Domino ſapientiam (certè integram mentem) conijci poſſit.

## *Inſignes Scoticæ Doctrinæ Scriptores.*

Inter eos autem, qui Scoti doctrinam illuſtrarunt, fuit Petrus Aquilanus, Ordinis Minorum, cognomento *Scotellus.* Hoc enim non ſolum ad Scoti ſubtilitates, verum etiam ad D. Thomæ, ac reliquorum Scolaſticorum doctrinam facilis paratur via. Hic verò auctis duobus Indicibus, altero quæſtionum, altero verborum, Stephani Nouelletij opera prodijt emendatior in lucem Pariſijs, ex Nicolai Niuellij Officina, anno Domini 1585.

At & Antonius de Fantis, Taruiſinus, Tabulam generalem Scoticæ ſubtilitatis emiſerat, iterum abs ſe caſtigatam, an. 1530. Lugduni, optimam illam quidem, & octo ſectionibus per Alphabeti ordinem quamlibet diſtinctam: Quarum prima materias omnes à Scoto diſputatas; vel pertractatas. Secunda deciſas concluſiones circa pertractatas materias. Tertia præcipuas Entium definitiones. Quarta ſubtiliſſimas deuiſiones ex omnibus voluminibus Scoti congeſtas, quarum cognitio facilem præſtat aditum ad pleraque omnia percipienda. Quinta Regulas in explicādis errorum omnium proprietatibus. Sexta propoſitiones, tanquam certa Theoremata, pro decidendis concluſionibus, ex Philoſophiæ penetralibus deprompta. Septima plurimas Sanctorum Interpretum ambiguas propoſitiones; nimirum Ambroſij, Hilarij, Auguſtini, Gregorij, Damaſceni, Anſelmi; quin etiam Triplicis Peripateticæ Philoſophiæ Ariſtotelis, & Auerrois pugnantes ſententias. Octaua, quę omnium ſectio vberior, ac fructuoſior, Epitomen ſcibilium, ſeu mare magnum Scoticarum omnium Speculationum, continet. Ad quarum Sectionum calcem idē Auctor, ſiue collector, digreſſionem perbreuem adiecit, qua eorum, quæ in vnum congeſſit, ſeriem methodicam oculis ſubijcit.

Deerat autem huic editioni Secunda Sectio, ſeu Tabula Reſolutionum, ſiue deciſarū concluſionum: ſed & haſce poſtea curauit idem, quem diximus, Bartolucius, adijci altera editione Veneta ad ſingulos Scoti Tomos.

Sed & idem Antonius de Fantis explanandæ Scoti Logicæ, atque adeo intelligendo Scoto, operam ſuam, quæ extat, impendit.

Præterea fuit Paulus cognomento *Scriptor,* qui cum Quæſtiones Scoti in Primum Sententiarum Tubingæ, quæ tam erat Catholica ciuitas, anno 1498. expoſuiſſet, deinceps

hic liber Carpis, eius Oppidi Principe Alberto Pio procurante, editus eſt, ann. 1506. à Benedicto Dulcibello.

Gratianus item Brixienſis in Quæſtiones Scoti in ſecundum Sententiarum cum doctè ſcripſiſſet, eodem Principe, Typographo, loco, & anno emiſſus eſt.

Franciſcus Lychetus Brixienſis commentaria erudita in tres primos Sentẽtiarum libros, & in Quodlibeta Scoti cum abſoluiſſet, hæc poſteà à Paganino de Paganinis Brixienſi ann. 1517. euulgata ſunt Venetijs: ſed & poſteà nouiſſimè in omnes Sententiarum libros ab Andrea Zenario Venetijs exijt iterum in lucem.

Petrus Tartaretus, ſcripſit Reparata in Quartum Sententiarum Scoti, & in Quæſtiones Quodlibetales eiuſdem Scoti, quæ deinceps anno 1519. & 1520. à Claudio Cheualerio Typographo Pariſijs excuſa ſunt.

Ioannes Vigerius Genuenſis in primum Sententiarum Scoti, quem Venetijs an. 1527. edidit Ioannes Taurinus de Tridino.

Hieronymus Gadius, qui viginti annos in publico Bononienſi Gymnaſio docuerat Metaphyſicen, ſcripſit in Quodlibeta Scoti, quæ & in eadem Ciuitate, ex Officina Io. Baptiſtæ Phaelli prodierunt, an. 1533.

Iacobinus Maleſoſſius Bargius, qui & ipſe Pataui j publicè quadraginta ſeptem annos Metaphyſicen profeſſus eſt, ſcripſit enarrationem in primum Sententiarum librum Scoti, quam Gratioſus Percacinus, an. 1560. Patauij dedit in lucem.

Acceſſit denique nouus labor hac inſcriptione, Nempe *Repertorium locupletiſſimum tam librorum Sententiarum, quam Quodlibetorum Doctoris Subtilis, Ioannis Duns Scoti: olim ab Hieronymo de Ferrarijs Fantono Vigleuanenſi, Ordinis Prædicatorum Obſeruantium, & Hæreticæ prauitatis Inquiſitore Ferrarienſi collectum: Nunc opera R.P.F. Iulij Hyſſopij Ceſennatis, Lectoris Patauini, eiuſdem Ordinis in lucem editum: A quo adiectæ ſunt etiam opiniones, & propoſitiones à Scoto contra D. Thomam ad probandum aſſumptæ, quaſque Ioannes Capreolus confutauit hoc ſigno * demonſtratæ: Opus maximo vſui futurum non tantum Scoti, & D. Thomæ doctrinam profitentibus, ſed & omnibus ſeriò Theologica tractare cupientibus. Venetijs apud Melchiorem Seſſam, anno 1588.*

Ceterum quod ad hoc genus Indicum ſiue Repertoriorum attinet, ſpero viris eruditis valdeprobatum iri Ioannis è Colonia ordinem Alphabeticum ad Quæſtiones Scoti tam in quatuor libros Sentent. & in Quodlibeta, quam in Metaphyſicen, atque in libros de Anima. Eas enim omnes in Compendium ita redegit, vt magnus ſtudioſis labor ademptus ſit. Porrò cùm multos ante annos liber hic fuiſſet editus, recuſus eſt à VVendelino Spirenſi, locis è Scoto, vnde eadem deprompta ſunt, adnotatis.

Edidit quoque Romæ, anno 1589. apud Dominicum Baſam, Conſtantius Sarnanus, Cardinalis, librum, qui inſcriptus eſt: *Conciliatio dilucida omnium controuerſiarum, quæ in Doctrina D. Thomæ, & Ioannis Scoti leguntur.*

Quod ſupereſt, admonitos velim, pro meo captu, candidatos ſiue Philoſophiæ, ſiue Theologiæ, vt quoniam tanti viri, qualis ſine dubio fuit Ioannes Scotus, plerique interpretes non omninò eius mentem ſunt aſſecuti, diſpiciãt, quinam inprimis ſint verſandi. Et quoniã antequam ad Theologiam acceſſerint, ſolida ſunt in Philoſophia fundamenta iacienda, curent, vt hæc è Scoto rectè intelligant. Quam ad rem permultum conferet, vt præ manibus habeant Philoſophiam Naturalem ipſius ex 4. libris Sentent. & Quodlibetis collectam à Philippo Fabro, de quo vide in verbo, Philippus Faber.

Liber perutilis Philoſophis.

Etenim prodijt Io. Duns Scoti Philoſophia Naturalis ex quatuor lib. Sent. & Quodlibetis collecta in Theoremata diſtributa, & contra Aduerſarios omnes tã veteres, quam recentiores, impugnationibus, & defenſionibus illuſtrata, ac dilucidata. Cui præmiſſa ſunt viginti Theoremata, præcipuas difficultates Logicas complectentia. Et in cuius fine additus eſt Tractatus breuis, facilis, & neceſſarius ad Formalitates Scoti. Auctore eodem Philippo Fabro Fauentino, Ordin. Minorum Conuentualium, Artium & S. Theologiæ Doctore, in Parmenſi Gymnaſio Regente, ac in Cœnobio S. Ioannis Euangeliſtæ Lectore. Venetijs ann. 1602. apud Io. Bapt. Bertonum.

IOANNES Duraclußius, Germanus, Monachus Ord. S. Benedict. Congregationis Burſfeldenſis, & Io. Tritemij auditor, etſi fertur multa ſcripſiſſe, neſcio tamen, vbi aliquid extet ipſius, præter Epiſtolam de Operibus, & Vitam Magiſtri ſui, cuius bona pars & Coloniæ initio Polygraphiæ eiuſdem Tritemij ann. 1564. & Francofurti, ann. 1601. ante omnia eius Opera excuſa eſt.

IOANNES Duræus, Scotus, Theologus Societatis Ieſu, librum edidit doctum, & elegantem, quo Edmundum Campianum eiuſdem Societatis Theologum, qui pro Catholica fide martyrium Londini paſſus eſt, defendit, aduerſus Gulielmum VVitakerum

hæreti-

hæreticum Anglum, Rationes decem eiuſdem Campiani, quibus certamen Anglicanæ Synagogæ miniſtris obtulit in cauſa fidei. Is liber primò in Germania excuſus cum explanatione dogmatum præcipuerum noſtro ſeculo controuerſorum, Ingolſtadij, apud Dauidem Sartorium, anno 1585. cum antea Pariſijs prodijſſet ex Officina Tho. Brumennij, an. 1582.

IOANNES è Duren, quem Henricus Villot *Durenium* vocat, Franciſcus autem Gonzaga *Durandum*, Germanus, Ord. Minorum ſcripſit de Septem peccatis mortalibus. Librum item de Vitijs occultis. Alterum de Confeſſione. Sermones Quadrageſimales. De Tempore. De Sanctis. Vixiſſe autem an. 1468. perhibetur ab Eiſingrenio.

IOANNES è Duſſeldorp, Carmelita, Germanus, Conuentus Moguntinenſis, & Prior Argentinenſis, ſcripſit De obſeruantia dierum feſtorum. Itinerarium item Terræ Sãctæ, ad quam ipſemet profectus eſt. Serm. varios de Temp. ac de Sanctis. Obijt ann. 1494. & Argentinæ ſepultus eſt. Petrus Lucius poſt Tritemium.

IOANNES Eccius, quem alij ſcribunt *Eckius*, Sueuus, quæ Prouincia eſt in Germania, Theologus, & Catholicę fidei aduerſus Lutherum, ac reliquos hæreticos propugnator inſignis, qui verè de ſe ipſo dicere potuit; quæ ad Conradum à Thungen Herbipolenſem Epiſcopum ſcripſit an. 1529. *Et ego,* inquit, *omnium minimus, cum his beſtijs dentatis iam ſæpe & eminus, & cominus pugnaui. Cominus quidem Lipſiæ cum ipſo Draconis capite Luthero, & Carolſtadio, viginti diebus diſputando, ſpectando nonnunquam D. Georgio Saxoniæ Duce: & in Baden cum Capharnaita Oecolampadio, & aſſeclis, aſsidentibus duodecim Cantonum Heluetiorum, & quatuor Epiſcoporum Legatis, pluribus diebus conflixi. Eminus verò, editis aliquot in Germania, & Italia libellis, cum hæretis manum conſerui, è quorum numero eſt locorum communium Enchiridion à me editum, quo occupatiores, quibus nõ vacat, grandia Heroum volumina reuoluere, in promptu, & breui (vt aiunt) manu haberent, quo hæreticis occurrerent.* Scripſit igitur idem Enchiridion, in quo agitur

| | |
|---|---|
| De Sacrificio Miſſæ. | De Excommunicationibus. |
| De Cardinalibus, & Legatis. | De Indulgentijs. |
| De immunitate Eccleſiæ. De Annatis. | De Hæreticis comburendis. |
| De Euchariſtia eſſe corpus Chriſti. | De Miſſa Latinè dicenda. |
| De Transſubſtantiatione. | De pueris Baptizandis. |
| De Libero arbitrio. | De Eccleſijs ædificandis, & ornatu eorum, |
| De Pluritate Sacerdotum, & decimis. | De Cœlibatu Clericorum. |
| De Oratione, & Horis Canonicis. | De Bello in Turcas. De Purgatorio. |
| De Charactere. De Votis. | Non diſputandum cum hæreticis. |

At cum hic liber ſæpius excuſus fuerit, aduerſus omnes Eccleſiæ hoſtes vtiliſſimus, tũ ex ſeptima Auctoris recognitione prodierat Ingolſtadij an. 1535. vnà cum Annotationibus P. Talmanni, & Venetijs an. 1538. ad Signum D. Bernardini.

Veruntamen idem Eccius alia Opera ſcripſerat, quorum inſcriptio eſt ſequens: *Chryſopaſſus, ſiue de Prædeſtinatione centuriæ ſex.* Editæ Auguſtæ Vindelicorum an. 1514. cuius Operis, & tituli ratio ea fuit, quod D. Ioannes in Apocalypſi pro decimo lapide ſupernæ ciuitatis Hieruſalem illum poſuerit, communi Doctorum interpretatione, decimum articulum Fidei, qui eſt Sanctorum communio, deſignantem: Hæc autem, quæ varia eſt nullibi perfectior inueniatur, quàm in gloria Prædeſtinationis.

De Sacrificio Miſſæ ſanctiſſimo ad Sigiſmũdum Poloniæ Regem contra Lutheranos libris duobus, qui prodierunt in lucem, an. 1526.

Libri tres de eodem Miſſæ ſacrificio, quibus ex Diuino verbo demonſtrat, eam eſſe ſacrificium, & quiſquilias hæreticarum obiectionum explodit. Coloniæ apud Quentelium.

Epiſtola Auguſtæ excuſa an. 1529. ad fidei Catholicè propugnationem pertinens.

Poſtillæ ſiue Homiliæ de Tempore, ac de Sanctis Germanicè tribus Tomis comprehenſæ, atque ab Auctore emiſſæ Ingolſtadij, an. 1531. Pariſijs autem Latinè, apud Iacobum Keruer. apud quem item Sermones eiuſdem de Sanctis, ac de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis. Sed & ibidem an. 1566. apud Gabrielem Betonum, quatuor Tomis, & an. 1580. ibidem.

Commentarius in Aggæum breuis, at eruditus, anno 1538. apud Ioannem Soterem, Coloniæ.

Epiſtola ad Heluetios Germanicè de hæreſi Lutherana, & de Hulderico Zuinglio hæretico, excuſa in oppido inſigni Bauariæ, Landsbuth,

De Pœnitentia, & Confeſſione ſecreta, de Satisfactione, & alijs pœnitentiæ annexis. Venetijs apud Ioan. Patauinum anno 1535.



Digitized by Google

Apologia aduerſus Bucerum De Actis in Comitijs Ratiſponæ. & Altera pro Contareno. Coloniæ an.1542.
Epiſtola de Ratione ſtudiorum ſuorum. Ingolſtadij an.1543.
Ad Philippum Melanchthonem hæreticum. De Theologica diſputatione Lipſica. De Iuramentis. De celebratione Paſchatis. De Primatu Petri, & Pontificis Maximi aduerſus Lutherum.
Funebris Oratio in obitum Ioannis à Vvisberg, Decani Eiſtettenſis, an.1537.

### *Philoſophica verò.*

Elementarium Dialecticæ.
Commentarij in octo libros Phyſicorum Ariſtotelis, Auguſtæ Vindelicorum, an.1518.
In quatuor libros de Cœlo. In duôs de Generatione. In quatuor Meteororum. ibidem an.1519.
In libros de Anima. De Senſu, & Senſato. De Memoria, & Reminiſcentia. De Somno & Vigilia. De Longitudine, & breuitate Vitæ. ibid. an.1520.

Ceterum cum Ioan. Eccius quædam ſcribere viſus ſit, quibus Io. Tauleri opera non probet, vide, quæ & Laurẽtius Surius Cartuſianus in Tauleri præfationem ſcripſit, & quę nos in verbo, *Ioannes Taulerus* attigimus.

IOANNES Ecdebergenſis, quem aliqui fuiſſe Belgam tradiderunt, Ord. Præd. ad omnes Bibliorum libros Poſtillas, & Lecturas ſollemnes; atque item ad quatuor libros Sent. Magiſt. ſcripſiſſe innuitur ab Ant. Senenſi, qui eum cum Ioanne Francfordienſi coniungit, qui vixit an.1440. Vide in verbo, Io. Francfordienſis.

IOANNES Edæus, Ord. Minorum, genere Vvallus, patria Herefordienſis, ſcripſit
Commentarios in Mag. Sent.
Lecturam in Apocalypſim, lib.1.
Lexicon originalium, lib.1.
Conciones varios, lib.1.
Faſciculum virtutum, & vitiorum, lib.1.
In Logicam Ariſtotelis, lib.1.
In Phyſica eiuſdem, lib.8.
Obijt anno 1406.

IOANNES Engerdus, Neapolitanus, Orilanus, Turingius, Poëtices Profeſſor ordinarius in Academia Ingolſtadienſi, edidit
Partem primam Poëmatum, Catecheſim Catholicam, & Inſtitutionem Chriſtianæ Pietatis, atque alia ſacra Natalitia, & Funebria continentem. Ingolſtadij an.1582.
Tomum item primum eiuſdem Academiæ in ſeptem partes diſtributum. Quarum prima complectitur Poëticas Acclamationes. Secunda Cancellarios, & Procancellarios. Tertia, Principes IIII. Comites V. Barones VI. Archiepiſcopos, & Epiſcopos VII. Profeſſores ſacræ Theologiæ, inchoatos quidem primum à Valentino Rotmaro, Poëta & ipſo Laureato, ſed poſt ipſius obitum immaturum abſolutos. Ingolſtadij anno 1581.
Paraphraſim nonageſimi Pſalmi, qui eſt Oratio Moyſis, vitæ mortalium ærumnas ponẽs ob oculos. Ibidem apud Vvolfgangum Ederum.
Parentela anniuerſaria Doctori Simoni Thaddæo Eccio. Ibidem.
Epeneſim duarum illuſtrium familiarum Germaniæ, Monfortiorum, & Fuggerorum.
Proſodiam Germanicam: De condendis Rythmis Germanicis. Ibid. an.1583.

IOANNES Eremita. Vide in verbo, Caſſianus.

IOANNES de Erfordia, Thuringus, & natione Teutonicus, Ordin. Minorum, ſcripſit librum haud exiguum prænotatum. *Tabula Iuris.* Summam de Caſibus. Scriptum ad quartum librum Sententiarum. Sermones elegantes. Viuebat ann. 1350. Eiſingrenio autem 1359.

IOANNES Ergon, Anglus, Ord. D. Auguſtini, conquiſitos Auctores, Methodium Ioachimum Calabrum, Cyrillum Carmelitam, Ioannem Bridlingtonum, Robertum Vſetium, Ioannem de Rupeſciſſa, Ioannem Barſigneiũ, Sibyllas, & alios, qui ſiue Prophetias, ſiue Reuelationes ediderunt, in vnũ condens, & Herfordię Comiti dicatos edidit: Quod Opus inſcripſit *Compilationes Vaticiniorum.* Scripſit item in Vaticinia Ioannis Bridlingtoni, lib.3. Calculationes Aſtrologiæ, lib.2. Sermones ad populum. Obijt Eboraci in Anglia apud ſuos fratres. Ioſeph. Pamph.

IOANNES Eriginus, ſiue *Erigina,* Vuallus, Anglus, is eſt, vt credo, quem Sigebertus in Catalogo ſcripſit iubente Carolo Ludouici Imp. filio, in Latinum è Græco tranſtuliſſe Dionyſij Areopagitæ libros: quinque an.850. vixerit Trit. Notat autem Suffridus Petrus in m.s. codicibus Gemblacenſi, & Affliginienſi, non *Eriginam,* ſed *Eurigenam* dici. Vide in

verbo

verbo, Ioannes Duns Scotus,cui falſò aſcriptam hanc verſionem monuimus. Atqui huic Ioanni Erigino tribuuntur libri ſequentes.

De Immaculatis Myſterijs.
De Corpore,& Sanguine Domini.
Commentarij in Hierarchiam,& Theologiam myſticam.
De inſtituendis Nobilium filijs.
Tomi Paraphraſtici.
De fide contra Barbaros.
Viſionum Dionyſij vnus.
In Moralia Ariſtotelis,libri nouem.
Dogmata Philoſophorum.

IOANNES Erneſti, Germanus, Heydelbergenſis Gymnaſij, dum in Catholica fide ſtabat Heydelbergæ,Rector,ſcripſit De Natiuitate Domini. De Ieiunio ad vniuerſitaté. De auctoritate Concilij. Quæſtiones ad libros Sententiarum. Alias diſputatas. Sermones,& Orationes varias. Viuebat an.1446.

IOANNES Ertlinus Canonicus Forchimenſis,qui poſtea Bambergenſis Suffraganeus, De vera antiqua Catholica fide Germanicæ nationis. Germanicè. Ingolſtadij ann.1581. quo & viuebat.

IOANNES Eſculanus, Ord. Minorum, qui S. Bonauenturæ ſucceſſit in Generalatu, cum à Greg. X. Pont.Max. allegatus Byzantium Græcos inde ad Concilium ab eodem Pont.indictum adduxiſſet,reliquit plures Sermones. Viuebat an.1270.

IOANNES Euangeliſta. Vide in verbo, Ioannes Apoſtolus.

IOANNES Euangeliſta Mormilius,Neapolitanus,Monachus Caſſinenſis,qui ſcripſit de S. Febronia Virgine,& Martyre verſus excuſos Romæ 1589. vna cum Operibus Proſperi Martinengij Monachi: Item Carminum, Hymnorum, Odarum, Epigrammatum, de diuerſis materijs,& præcipuè de Beata Virgine,& Sanctis,lib.4.

Sermonum, & Homiliarum, lib.1.
In Perihermeniam Ariſtotelis,lib.1.
In Epiſtolam Pauli ad Romanos, lib.1.
De Glorioſa Virgine verſu heroico Italico,li.1.

Et alia, quæ extabant apud eum m. s. in Monte Caſſino. Viuebat ann. 1590. Arnoldus Vvion.

IOANNES Euangeliſta Veronenſis, Auguſtinianus,qui Lutetiæ Lauream Doctoratus eſt aſſecutus,& Veronam reuerſus,præſesque Prouincialis ſui Ordinis,ſcripſit in aliquot Pſalmos Dauid Annotationes,& Sermones ad populum. Ioſeph.Pamph.

IOANNES Euerisden,Monachus Burienſis,ſcripſit Concordantias Hiſtoriæ Diuinæ. Librum de Regibus Epiſcopis Angliæ. Concordiam Doctorum. Medullam legum. Seriē temporum. Viuebat an.1336.

IOANNES Faber, Epiſcopus Viennenſis, qui noſtra vixit ætate, opere, & verbo potens,cum aduerſus hæreticos pro fide Catholica diu depugnaſſet, pleraque ſcripſit, quæ extant, cum etiam Iuris vtriuſque ſciens, ad idem lucubrationes,quas afferam,emiſiſſet. Eius verò iſta feruntur.

Homiliarum Opus.Colon.ann.1541.
De Sanctiſs. Euchariſtia Tractatio pluribus Homilijs , quæ librum implent. Coloniæ an.1537.
Malleus hæreticorum,libris ſex.
De Fide & Operibus. Coloniæ apud Quentelium
Orthodoxa fidei Catholicæ defenſio excuſa Lipſiæ an. 1528. aduerſus Balthaſarem Pacimontanum,Anabaptiſtarum peſſimum huius ſeculi antesignanum: qui etſi à Fabro Epiſcopo conuictus Palinodiam de multis ita cecinit, vt etiam librum aduerſus priora ſua dogmata ediderit; in aliquibus tamen peruicax hæſit; quæ ſatis fuerunt, vt æternis cruciatibus addiceretur.
Ceterum Orthodoxæ defenſionis eiuſdem Ioannes Fabri,contra illum, hæ ſunt præcipuæ Tractationes.

De ſana expoſitione,intelligentiaq; Scripturæ Sacræ.
De Baptiſmo paruulorum.
De non ſcriptis Eccleſiæ traditionibus.
De Baptizandis infantibus.
De veritate Corporis, & Sanguinis Chriſti in venerabili Sacramento Altaris.
De Sacrificio Miſſæ.
De Sanctorum interceſſionibus pro nobis ad Deum.
De Purgatorio animarum.
De imaginibus Chriſti & Sanctorum.
De Fide & Operibus.
De ſatisfactione pro peccatis.
De libertate Chriſtiana.
De abſoluta neceſſitate.
De libero arbitrio.
De Beatiſs.Genetrice Dei Maria,& Filio eius verè Deo.
De perpetua Virginitate Mariæ.
De Aſſumptione B. Virginis Mariæ, gaudioque Sanctorum in Cœlo.



Digitized by Google

De extremi die Iudicij.
De agenda pœnitentia pro peccatis.
De auriculari Confeſſione peccatorum.
De Clauibus Petri.
De operibus ſatisfactorijs.
De Ieiunijs ab Eccleſia inſtitutis.
De excommunicationibus.
De Eccleſia quid ſit.
De Zuinglij tyrannide, varioque ſacrilegio.
De inconſtantia doctrinæ Zuinglianæ.
De inconſtantia Lutheri.
De conſenſu,& concordia Conciliorum, ac Doctorum in fide.
Concluſio, vt perſtemus in Eccleſia, quia in fide nunquam errat.
De Poteſtate Summi Pontificis, aduerſus Lutherum.
Opus contra noua quædam alia Lutheri dogmata.Romæ an.1522.
Tractatio,cur ipſe Faber hæreſi Lutheranæ non adhæreat.
De Victoria à Pagis Heluetiorum Catholicis parta,aduerſus Pagos hæreticos aliorũ Heluetiorum,quos Zuinglius dementauit,qui & inter eos interfectus eſt.
Liber Germanicè ſcriptus,qui iugulum hæreticorum petijt.
Redargutio ſex articulorum Hulderici Zuinglij exhibita Badenę,in Heluetia,in publica Diſputatione,an.1526.Quæ etiam excuſa eſt Tubingæ.
Epiſtola Germanicè,inſtar Dialogi,ad eundem Zuinglium, qua eum reprehendit, quod Badenæ in Diſputatione non apparuerit.
De Sacerdotium cœlibatu. De Baptiſmo paruulorum. De Patientia.
De lege Moſcouitarum, qui liber Baſileæ prodijt.
De bello Turcis inferendo ad Tridentinum Epiſcopum.
De origine,potentia,& tyrannide Turcarum Oratio,quam coram Henrico VIII. Anglię Rege Londini habuit,Coloniæ edita an.1535. in Faſciculo Ortuini Gratij.
Commentarij ad Inſtituta Iuſtiniani,Lugduni an.1534.
Breuiarium ad primum,& ſecundum Codicis eiuſdem Iuſtiniani, quod paucos ante annos recognitum, & emendatius prodijt, Additis Bartoli De inſignibus,& Armis Tractatu,& Repetitione in materia Torturarum, ſiue Quæſtionum in folio Regali Lugduni. Floruit an.1536.
Quod autem ſiue Geſnerus, ſiue Simlerus hæretici huic adſcripſerunt Homilias in Ioelé Prophetam,& alias 34. De miſeria vitæ humanæ, ac de Mundi contemptu; Quin & Tractatum de Miſſa Euangelica,crediderim eos eſſe deceptos ſimili nomine, atque cognomine,ſed non eodem auctore. Vide autem ſequentem Auctorem.

IOANNES Faber Heilbrunnenſis Germanus, & Catholicus Concionator Auguſtæ in Cathedrali, ſcripſit
De miſeria vitæ humanæ,deque mundi contemptu 1564.
Item de Miſſa Euangelia.Pariſijs an.1567.
Eiuſdem Enchiridion Bibliorum, concionatoribus in popularibus declamationibus vtile, Auguſtæ an.1549.& Col.apud Maternum Cholinum,an.1568.
Conciones in Ioelis Prophetiam: Latinitate donatæ per Tilmannum Bredembachium, an.1578.& 1589.
Idem de Fructibus,è quibus dignoſcuntur hæretici: Deque eorum nominibus, ex Philaſtrio, Epiphanio, Auguſtino, & alijs, ac quibuſnam armis vincendi. Ingolſtadij anno 1551.
Libellus,quod fides eſſe poſſit abſque charitate. Auguſtæ 1548.
Recta via, qua fidelibus eundum eſt,vt & æterna pace, & quiete fruantur, Dilingæ ann. 1569.Germanicè.
Expoſitio Germanicè ex Scripturis ſacris, & ex Patribus, quid ſit Miſſa Euangelica. Viuebat an.1549. Eiſingr.

IOANNES Fabrianenſis, ſiue è Fabriano, Ordin.D.Auguſtini Theologus,Euangelia expoſuit, in id incumbens,vt Philoſophiam præcipuè Platonicam tãquam ancillam adduceret ad Arcem Theologiæ,nõ neſcius in Platone plures fuiſſe errores,de quibus egimus in 2.Tom.Bibl. Selectæ,in lib. de Philoſophia vera, & Platonica, & Peripatetica. Scripſit autem in Ethica,& Politica.Obijt Bononiæ,ſed viuebat an.1340.Ambroſius Coriolanus,& Ioſeh.Pamph.

IOANNES Fabrica,Ord. Min. ſcripſit de Indulgentijs per modum ſuffragij pro animabus,quæ expiantur igne Purgatorij. Viuebat an.1511.

IOANNES Falckembergius,Polonus,Ord.Præd.Theologus de Vladiſlao, & Polonis quidnam ſcripſerit,quidque paſſus ſit, vide Martinum Chromerum, lib. 8. de rebus Polonicis. Vixit an.1458.



Digitized by Google

IOANNES Fanenſis, Ord. Minorum, ſcripſit Italicè contra Lutheri Deliramenta ad F. Paulum Piſotum Parmenſem. Et in Regulam D. Franciſci, ac de Paupertate Fratrum Minorum.

Extat eius Dialogus Salutis, Italicè conſcriptus, inter Fratrem Simulatum, & Fratrem Rationabilem, circa Regulam Fratrum Minorum. Anconæ apud Bernardinum Vercellenſem. an. 1527.

IOANNES Fauentinus Franciſcanorum (vt vocant) Guardianus olim Parchienſis, in Inſula Cypro, ſcripſit Vitam Petri Thomæ, Patriarchæ Canſtantinopolitani. Carmelitę. Viuebat an. 1370.

IOANNES de Faucona inter Canonicos, ſiue Ciuilis Iuris Scriptores citatur in Angelica Summa.

IOANNES Fedantiola, Peruſinus, Ord. Minorum, Generalis Terræ ſanctæ, edidit Opuſculum deſcriptionis ipſius.

IOANNES Felix Aſtulphus centum Monita, ſiue Accidentia (Italicè Auuertimenti) mira, ſtupenda (vt habet inſcriptio) & rara, Italicè ſcripſit, in quibus ſequentia continentur. Deſtructio Oraculorum, Maleficiorum, Proditionum. Geſta magnanima Virorum fortiſſimorum, Caſtarum mulierum, & Puerorum magnanimorum. Accidentia Auarorum, Fictorum, ſiue Simulatorum, & Ambitioſorum, Victorias ſingulares aduerſus Dæmones, Mundum, Carnem, & homines improbos. Venetijs apud Sebaſtianum Combiũ, anno 1603.

IOANNES Fernandus, Belga. Vide in verbo, Carolus Fernandus.

IOANNES Ferrarienſis, Ordin. Minorum, ſcripſit De cœleſti Vita. De Natura animæ Rationalis. De inferno, & de animæ cruciatu. De Paradiſo, & felicitate animæ Extabant in Bibl. S. Antonij Patauij, m. s.

IOANNES Feri Franciſcani, Germani, Opera omnia in Romano Indice prohibita ſunt. Excipiuntur tamen eiuſdem Feri Annotationes, & Commentaria in S. Matthæi, & S. Ioannis Euangelia, ac in eiuſdem S. Ioannis Epiſtolam primam, Romæ recognita, & impreſſa.

IOANNES de Sancta fide, Carmelitanus ſcripſit in Euangelia SS. Matthæi, & Ioannis. In Canonicam Ioannis. Sermones de Tempore, ac de Sanctis. Tabulam Iuris. Concordantias Thomæ. Loca contrarietatum. Obijt Burnehamiæ, an 1359. vbi clauit. Iacobus de Plebe.

IOANNES Fileſacus, Theologus Pariſienſis, è veteribus monumentis exſcripſit Libellum prænotatum *Veteris Eccleſiæ Gallicanæ Querela.* Lutetiæ apud Bartholomæum Macęũ, an. 1603. Eiuſdem De Sacra Epiſcoporum authoritate Tractatus & Commẽtarius de offi. ſud. Ord. lib. 1. Dec. ibidem excuſus eſt an. 1606.

IOANNES Fiſcherus, Anglus, Epiſcopus Roffenſis & Martyr, ann. 1535. die 22. Iunij, quòd noluit aſſentiri repudio Catharinæ Angliæ Reginæ quam Henricus Octauus iniutè repudiauerit, quodque eundem Henricum noluit agnoſcere tamquam ſupremum Eccleſiæ Anglicanæ caput in cauſis ſpiritualibus, ſcripſit egregiè

Aduerſus Lutherum, hoc eſt aduerſus XLI. eius articulos.
Contra illius item Captiuitatem Babylonicam, pro S. Miſſæ Sacrificio.
Pro Chriſtiano Sacerdotio aduerſus eund.
Pro defenſione Regis in Lutherum, dum adhuc eſſet Catholicus, ac ſe talem Rex oſtenderet.
De Matrimonio eiuſdem.
In ſeptem Pſalmos pœnitentiales.
Precationes.
De ſeptem Sacramentis.
Contra Oecolampadium.
Scripſit item in ſeptimum D. Lucæ caput.
De vnica Magdalena aduerſus Iacobum Fabrum.

Hic autem cum inſignia Cardinalitiæ dignitatis à Romano Pontifice in teſtimonium approbatæ fidei, & conſtantiæ ſuæ transmiſſa in vinculis recepiſſet, ſequenti die, prius quam ea poſſet induere, vnà cum pleriſque alijs innocentibus, & Catholicis monachis, pro fide, & veritate, triumphalem Martyrij coronam ſuſcepit, an. 1535. die 21. Iunij, Londini, iam ſenex.

Eius verò Opera cum antea alibi prodijſſent, fuerunt denique excuſa apud Georgiũ Fleiſchmannum Herbipoli in Franconia, an. 1597.

Sed & ſciendum eſt, librum de Fiducia, & Miſericordia Dei falsò adſcriptum fuiſſe Io. Fiſcherio; quamobrem meritò prohibitus eſt in Indice Romano.

IOANNES Flasborienſis, cum ſcripſiſſe quædam Hiſtorica dicatur à Nauclero, non poſſum aſſerere, qualiſnam ſit, & num extet hic liber.

IOANNES Flete Vveſtmonaſterienſis in Anglia Cœnobij Sacerdos, Chronicon de ſui Cœnobij fundatione, ac progreſſu duobus libris confecit. Homilias item nonnullas reliquit.

IOANNES Florentinus, Ord. Franciſcani, Hiſtoriam Ordinis ſui, & quædam alia cõtexuiſſe, quæ apud eundem ordinem aſſeruantur, ſcribitur à Michaele Pociantio, Ordin. Seruorum, in Catalogo Scriptorum Florentinorum.

IOANNES Folsham Nordouolcas, Anglus, Carmelita, ſcripſit

| | |
|---|---|
| Quæſtiones Theologicas. | Flores è Sancto Chryſoſtomo. |
| Rerum Moralitates. | Indices in Anſelmum. |
| De arte concionandi. | Collationes per annum. |
| De Matrimonio. | Iſagogen ad Metaphyſicẽ. Viuebat an. 1348. |

IOANNES Fontana, Placentinus, Ord. Præd. ſcripſit Sermones, qui dicuntur diſcipuli. Viuebat an. 1470.

IOANNES Fontanus, Gallus, Hiſtoriam noſtrorum temporum Catholicam aduerſus eam, quam Ioannes Sleidanus hæreticus plenam mendaciorum emiſerat, ſcripſit Gallicè; ſed facta deinceps Italica prodijt Venetijs ex Officina Gaſparis Bindoni, anno Dom. 1563.

IOANNES de Fonte, ſiue de la Fuente, Ord. Minorum, non videtur is ipſe, qui dictus eſt *Ioannes à Fonte*. Hic enim Toletanus fuiſſe & euulgaſſe libellum in D. Marci Euangelium, qui editus ſit ann. 1582. Ille autem vtpote Gallus (opinor) Profeſſor in monte Peſſulano, emiſiſſe Concluſiones in quatuor libros Sententiarum, ſcribitur. Viuebat autem hic ann. 1483. Eiſingr. Franc. Gonzaga.

IOANNES è Forda, in Prouincia Deuoniorum, Abbas Fordenſis Cœnobij, Ciſtercienſis Ordinis, ſcripſit 120. Homilias. Librum ad Threnos Hieremiæ. Introductorium ad eoſdem. Librum de triplici cruce. Vitam D. Vvolfrici Sacerdotis. Sermones alios duodecim altero libro, præter ſuperiores Homilias. Librum de contemptoribus Mundi. Expoſitionem ad reliquum Hieremiæ. Acta Regis Ioannis, ann. 1210.

IOANNES Foreſtus, Anglus, Ord. Minorum, Theologus, & martyr, à confeſſionibus olim Catarinæ Reginæ Angliæ, quæ erat Catholica, edidit Tractatum De auctoritate Sũmi Pontificis, & Eccleſiæ, cuius initium eſt, *Nemo ſibi ſumat honorem*. Propter Primatum igitur Romani Pontificis obijt ann. 1538.

IOANNES Forſanus, Ord. Minorum, Theologus Pariſienſis, emendauit, & edidit Reſolutiones in quatuor libros Sentent. Scoti.

IOANNIS Fouleri, liber locorum Communium Theologicorum, in quo ſigillatim deſcripta ſunt omnia loca, quæ in D. Thomæ Summa comprehenduntur, ſeruata vbique eadem prorſus Methodo. Adiectis autem paucis aliquot locis, quæ ad horum temporum controuerſias ſpectant, ſingulis locis ſpacia vacua relicta ſunt, vt ſtudioſi illhuc reponere poſſint, quicquid de quolibet argumento, vel legerint, vel audierint. Louanij ann. 1572.

IOANNES è Francfordia, ſcripſit contra Huſſitas librum, & alterum aduerſus Scabinos. Alium autem De contractibus, & alium De prædeſtinatione. Viuebat anno 1430. At alterius Ioannis è Francofurto, Ord. Pręd. meminit Sixtus Senenſis ex Vincentio Bandillo, in libro De Chriſti Conceptione, eumque inquit concinnaſſe in Iob Scholaſticã Explanationem. Qui & extabat Lugduni in Bibliotheca Prædicatorum, antequam Caluiniani, qui eam Ciuitatem per fraudem ceperunt, omnes Bibliothecas familiarum Religioſarum, aut combuſſerunt, aut cum pretioſis quibuſque ſacrarum ædium ornamentis ſunt depopulati. Nos Lugduni tunc interfuimus, propter quod & vera ſcribimus. Porro eius Explanationis in Iob initium erat, *O vos omnes, qui tranſitis per viam*. Vixit anno 1500.

IOANNES cognomento Francioigia, vt Ciaconus animaduertit, de Abbatis villa, Gallus, Monachus Cluniacenſis, & Abbas S. Petri de Abbatis villa, in Morinis, Ordinis S. Benedicti Congreg. eiuſdem, Archiepiſcopus Biſuntinus, deinde Epiſcopus Cardinal. Sabinus, ſcripſit Sermones De Tempore, lib. 2. Sermones De Sanctis, libris totidem.

In his autem ſcribendis, primò breues lectiones Euangelicas, & Apoſtolicas, breuiter exponendo inſerit, poſtea verò Sermones alios, tam Dominicales, quàm feriales, & quidem ſatis copioſos.

IOANNES Franciſcus Bonhomius, nobilis Cremonenſis, & Epiſcopus Vercellenſis, qui chariſſimus D. Carolo Borromæo Card. S. Praxedis, & Gregorio XIII. Pont. Max.



Digitized by Google

cuius nomine tum apud Rodulphum II. Cæſarẽ Legatione aliquot annos functus, eandẽ in Belgio, & Rhemano tractu indefeſſus obiuit, emiſit Coloniæ Decreta Reformationis Eccleſiaſticæ omnium Eccleſiarum vſibus accommodata, ann. 1585. Poema quoque Sacrum.

IOANNES Franciſcus Brixianus, monachus Ord. D. Benedicti, Congregationis Sanctæ Iuſtinæ, collegit Opus de quattuor Religionibus Monachorum, quod Rothomagi prodijt ann. 1510.

IOANNES Franciſcus Carrara, vberem edidit Orationem, qua Principes excitantur ad bellum aduerſus Turcas poſt Claſſem Turcicam deuictam. Venetijs an. 1572.

IOANNES Franciſcus Faernus, Cremonenſis, Theologus, Ord. Minorum, edidit varias Orationes Latinas, & Quadrageſimale. Obijt Bononiæ, dum ſacras Conciones in Quadrageſima ad populum haberet, ann. 1537.

IOANNES Franciſcus Leonis Ipporegienſis V.I.D. Pronot. Apoſtol. Theſaurum fori Eccleſiaſtici edidit Venetijs apud Marcum Claſerum. ann. 1605.

IOANNES Franciſcus, Lombardus, Theologus, & Canonicus maioris Eccleſiæ Neapolitanæ, confecit aduerſus libros hæreticorum, Catalogum, quo eorum errores expurgandi ratio extat in Enchiridio Eccleſiaſtico Gregorij Ord. Capuccinorũ Neapolitano; vno è Deputatis Patribus pro reuiſione librorum in Ciuitate Neapolitana: Quod quidem Enchiridion Venetijs excuſum eſt ann. 1588. apud Hieronymum Polum Typographum: Vide ibid. pag. 146. & quæ ſequuntur.

IOANNES è S. Fráciſco, Ord. Minorum, Mexicana lingua, quam Diuinitus addidiciſſe fertur, Varias Collationes, atq; Conciones edidit.

IOANNES Franciſcus Paſqualicus, Venetus, duos compoſuit Dialogos. Alterum De Diuinis, atque humanis legibus. Alterum, De inſtauratione ſcientiarum, ann. 1485.

IOANNES Franciſcus Pauinus, Patauinus, De Officio, ac poteſtate Capituli ſede vacante. Vide inter Tractatus Iuris Tomum 13. p. 2. De Viſitationibus autem Tom. 14. Extat eiuſdem Relatio ad Pontificem Max. De Canonizatione D. Bonauenturæ Balneoregienſis. & Baculus Paſtoralis.

IOANNES Franciſcus Picus, Mirandulæ & Concordiæ Comes, Galeotti Pici filius, Græcè & Latinè doctiſſimus, multos libros ipſe cõſcripſit, & quæ patruus imperfecta reliquerat, ea collegit, & abſoluta typographis tradidit. Scripſit autem De rerum prænotione, lib. 9. Pro veritate Religionis Chriſtianę contra ſuperſtitionis Gentiliũ vanitates: De morte Chriſti, & propria cogitãda, libr. 3. De ſtudio Diuinæ & humanæ Philoſophię, lib. 2. De Diuini amoris imaginatione ad Maximilianum Cæſarem. De vita Ioannis Pici patrui librum, in quo copioſè de eruditione ipſius, ac ſcriptis tum abſolutis, tum inchoatis ab eo, diſſerit. Defenſionem Opuſculi, quod patruus ſcripſerat de ente & vn[illegible] Ant. Fauentinum Epiſtola quarta. Iuſtini Philoſophi & martyris Sermonem [illegible] rium gentium è Græco tranſtulit. Declarationem cap. *In Chriſto Pater, & C*[illegible] Quod ex octauo de Trinitate, lib. Hilarij ſumptum eſt, & poſitum à Grati[illegible] de conſecrat. diſt. 2. Stauroſtichon, poema Heroicum de myſterijs Domi[illegible] Germania tum apparentibus. De fide & ordine credendi Theoremata, ad I[illegible] Maximum. Epiſtolarum libr. 4. in quibus cum ipſius Ioannis Pici, tum alio[illegible] ſuæ ætatis Virorum doctorum extant Epiſtolæ. Scripſit prçterea hiſtoriam ſtorum [illegible] porum vniuerſam. De prouidentia, librum. De Dialectica ad filium. [illegible]ymnos [illegible] ne hexametro. Dialogum de ſerena conſcientia. Tranſtulit è Græc[illegible] ſermone [illegible] ſti librum de igne. Hymnos verò emiſit heroicos, & Opus de Prouidentia. [illegible] nitatis doctrinæ gentium, & veritatis Chriſtianę diſciplinæ, lib. 6. conſcriptu[illegible] primis tribus omnes philoſophorum ſectas vniuerſim, reliqu[illegible] Ariſtotęlicam, e[illegible] ſtotelis armis, particulatim oppugnat, quod primò prodijt [illegible]uſum Mirandulæ [illegible] 1520. In eius autem fine habetur Epiſtola, omnia hu[illegible]s Auctoris oper[illegible]ecenſens. [illegible] petitu primæ materiæ, lib. 1. De elementis, lib. [illegible]e imitat[illegible]e ſtili ad P. Bembum [illegible] quidem ſcripſit Romæ, ann. 1512. Atqui Ioann[illegible] Franc. Pici Opera omnia in vnum corpus redacta, Baſileæ excuſa ſunt in Officina Henrici Petri, ann. 1573. vnà cum Operib[illegible] Ioannis Pici Patrui ſui. Viuebat ann. 1520.

IOANNES Franciſcus Quintianus, Brixianus, quem Sixtus Senenſis, *Venuſtiſſimum* appellat Poetam, Tragædiam è quattuor Euangelijs grauiſſimam De Paſſione Domini latinè conſcripſit ann. 1520.

IOANNES Franciſcus Pogius, De poteſtate Summi Pontificis, & Concilij.

IOANNES è Friburgo, Ord. Prædic. Summam Maiorem, ſiue Co[illegible]ſ[illegible]m ſcripſit,

quæ Bertlingæ in Germania, cum ex Typographia Ioannis Othmari, ann. 1487. prodijſſet, Pariſijs deinde apud Ioann. Paruum, & Lugduni recuſa fuit apud Ioan. Robergerum, ann. 1518.

IOANNES Fridericus Lumnius, edidit De extremo Dei iudicio, & Indorum vocatione, librum, ann. 1567. apud Bredanum, Antuerpiæ, & ibidem apud Ioannem Keerbergiū, ann. 1594. Venetijs autem ann. 1569. apud Dominicum Farrum.

Eiuſdem Strena Euangelica De Vita, & Paſſione Chriſti, Carmine. Antuerpiæ apud Plantinum, ann. 1568.

Eiuſdem Theſaurus Chriſtiani hominis ex ſcriptis D. Auguſtini collectus. Ibidem apud eundem ann. 1588. At de Flagello Dei, vel De Medicina animæ, Leodij ann. 1582.

IOANNES Frihitoris, Pariſienſis, Theologus, Ord. Prædic. ſcripſit in Mag. Sentent. & Sermones varios. Vixit ann. 1290. Ant. Senenſis.

IOANNES Froſſardus Hannonius, ſcripſit Rerum ſuo tempore geſtarum, libr. 4. De Philippa item Regina, librum. Vixit ann. 1400.

D. IOANNES Frumentarius, Anglus, Monachus Ord. D. Benedicti, Gloceſtrenſis, ſcripſit ad Gloceſtriæ Ducem De rebus diuerſis libros plures, & Commentarios Scripturarum. Viuebat ann. 1440. ſub Congreg. Cluniacenſi.

IOANNES Fucer, Aquitanus, Ordinis Minorum, reliquit monimēta; quorum ea, quæ prodierunt, ſunt:

De iudicio Eccleſiaſtico.
De iuſta delinquentium punitione.
Manuale Prælatorum.
De religioſo ab Ordine eiecto, volente cō-trahere matrimonium.
De electionibus per ſcrutiniū celebrandis.
De immunitate Eccleſiarum.
Antidotum infirmorum.
De iuſti pretij æqualitate.
De tertia ſpecie cognationis ſpiritualis.
Itinerarium Catholicorum ad conuertendos infideles.
Diuerſorum diplomatum expoſitiones.
In parte autem quarta hiſtoriæ Seraphicæ in Prouincia S. Euangelij fol. 1242. eius Vita narratur à Franciſco Gonzaga.

IOANNES Fuſt, ſiue Fuſtgin, Germanus, ex oppido Crutzennac in Comitatu Spanhemenſi, Carmelita, & Prior Argentinenſis, [illegible]pſit Sermones de Tempore. De Sanctis, & Feriales per Quadrageſimam. Viuebat ann. 1355. Eius verò ſermones m.s. (vt vocant) Originales extabant in cœnobio Crutzennacenſi teſte Tritemio, ſed à Luteranis poſtea & locus, & Dei cultus ademptus in eodem oppido, fecit, vt & eius Viri Theologi, & aliorum labores ibi perierint.

IOANNES Gagnæus, Gallus, Pariſienſis Academiæ Theologus, ac deinceps Cancellarius, qui & à concionibus Frāciſci primi Valeſij Galliæ Regis fuit magnis ingenij, ac pie[illegible] & eruditionis dotibus ornatus, ſcripſit In quattuor Euangelia. In Actus Apoſto[illegible]mnes D. Pauli Epiſtolas. In ſeptem Canonicas. In Apocalypſim. Quæ partim [illegible]ud Carolum Pererium, Pariſijs, Ioanne Benedicto eadem recognoſcente, [illegible]4. ibidem prodierunt.
[illegible]oque Dauidicos in Lyricos diuerſorum generum verſus, adiectis ſingulo[illegible]bus argumentis, deſcriptiſque ad latera paginarum ipſis Pſalmorum verbis [illegible]itione, Paraphraſibus vnà cum Hebraica veritate illuſtrauit; excuſi ſunt au[illegible]bidem apud Nicolaum Diuitem.
[illegible] & emi[illegible] Hendecaſyllabum De Sanctiſſ. Chriſti corpore in Euchariſtia.
[illegible]enſi Bibl[illegible]theca Alcimum Auitum, è Barbarenſi Claudium Marium Victo[illegible] Chriſtianos, edidit Lugduni ann. 1536. apud Melchiorem, & Gaſparem Tre[illegible]s.
[illegible]hium in omnes [illegible]uli Epiſtolas euulgauit, quem & in gratiam Franciſci Regis [illegible]entis in Gallicam [illegible]nguam conuertit.
[illegible]ex Chriſti [illegible]ruce morientis verba, Lugduni, apud Ioann. Tornæſium, ann. 1543.
[illegible]ci A[illegible]batis Sermones [illegible]allicè red[illegible]dit, atque adeo libros aliquos Tertulliani.
[illegible]iuebat eodem t[illegible]pore, quo iſta cude[illegible]ntur.

[illegible]OANNES Ga[illegible]kir, Cherius, Tabulas ſeu partitiones catecheticas Summam Religio[illegible]s Chriſtianę perſpicuè, & Orthodoxè complectentes emiſit Ingolſtadij ann. 1578. The[illegible]ſes item de hæredibus inſtituendis, De Teſtamentis ordinandis. Theſes quinquaginta De Teſtam[illegible]o Militari. Theſes de Tranſactionibus. Theſes quinquaginta de liberis, & poſthumis i[illegible]tuendis, vel exh[illegible]dandis, vel præteritis. Ingolſtadij apud Sartorium.

IOA[illegible] C[illegible]lenſis, alijs *Valois*, alijs *Valeis* Anglus, Ordin. Minorum, ſcripſit In Apocalypſim D[illegible]o[illegible] Summam Collationum, libris ſeptem. Librum prænotatum, Ma-

*nipulus Florum*. Libros quattuor in Magiſt. Senten. Sermones varios varij argumenti.
Summam De Regimine vitæ humanæ, ſiue Margaritam Doctorum, hoc eſt locos communes ad omne propoſitum, Lugduni excuſos ann. 1511. Qui fortaſſe idem ſunt cum Summa Collationum eiuſdem, quæ prodijt Pariſijs ann. 1561.
Compendiloquium de Vitis illuſtrium Philoſophorum.
Breuiloquium De Philoſophia, ſiue Sapientia Sanctorum.
Breuiloquium De Virtutibus quattuor Card. antiquorū Principum, & Philoſophorum.
Ordinarium, ſiue Alphabetum vitæ Religioſæ, cuius prima Pars Dietarium, ſecunda Locarium, tertia Itinerarium inſcribitur, primò Venetijs, deinde Lugduni in Gallia excuſa ann. 1511. Viuebat autem Auctor ann. 1270.

IOANNES Gallus, Monachus, & Abbas Fontanellæ, Congregationis Floriacenſis, qui vixit ann. 230. ſcripſit vitam S. Vulfranni Archiepiſcopi Senonenſis, quæ excuſa eſt inter Vitas Sanctorum Surij, Tomo 2. ad diem 20. Martij.

IOANNES Garetius, Louanij natus, vbi & ſtudijs literarum operam dedit, cum Martiniano in Patria ſua Monaſterio Ord. D. Auguſtini ſe addixiſſet, Mishagenſibus agri Antuerpienſis Virginibus ſacris præfectus eſt, cumque imminentem Belgicæ cladem animo prouideret, vt erat antiquitatis peritiſſimus, Claſſes nouem De vera Corporis Chriſti in SS. Euchariſtiæ Sacramento præſentia aduerſus Caluinianam peſtem, è SS. vtriuſque linguæ Patribus ætatis cuiuſque habita ratione collegit, ac in lucem protulit.

Is liber, vti & de Sanctiſſ. Miſſæ Sacrificio editus eſt ſecundò Antuerpię, ann. 1563. quēadmodum item alter prænotatus, *Aſſertio è Sanctis Patribus, quòd mortui viuorum precibus adiuuētur*. Liber autem eiuſdem De Sanctorum inuocatione, in quo Orthodoxorum Patrum teſtimonijs aſſeritur Apoſtolicam eſſe Traditionem Sanctorum animas poſt mortem in cœleſti gloria Angelis eſſe ſimiles, noſtra non ignorare, pro nobis orare, à Deo exaudiri, & à nobis eſſe inuocandas, exiuit in lucem Gandaui ann. 1570. Louanij, vbi primò ſe Ordini Auguſtinianorum aggregauerat, obijt ann. 1572.

IOANNES Garia Toloſanus, Ordin. Minorum, Theologus inſignis fuiſſe, atque nonnulla edidiſſe Opuſcula ſcribitur à Franciſco Gonzaga Epiſcopo Mantuano. At quænam illa fuerint, non affert.

IOANNES Garo Auenionenſis De Pœnis, & Remedijs ſecundò nubentium, extat in Tractatibus. Tom. 9. fol. 115. in Veneta poſtrema editione.

IOANNES Garzonius Bononienſis, ſcripſit de Viris illuſtribus Ordinis Prædic.

IOANNES Gaona, Ord. Minorum, Mexicano idiomate, ſcripſit Dialogos ſpirituales, & latinè Apologiam. Viuebat ann. 1555.

IOANNES Gaſcoyne, Anglus, qui vixiſſet fertur ann. 1381. D. Hieronymi Stridonenſis Vitam, & aduerſus VVicleſi hæretici hæreſes ſcripſit.

IOANNES de Gaudia, ſiue de *Veteri aqua*, Hollandus, Ord. Carmelitarum, ſcripſit De Initio & Incrementis Ordinis ſui tres libros, prænotatos, *Faſciculus temporum Ord. Carmelitarum*. De Conceptione B. Mariæ ſemper Virginis. contra VVigandum Monachum quendam Epiſtolas, & Sermones plures ad populum. Viuebat ann. 1495.

IOANNES Gaufredus Lecturam, ſiue Collectarium ad Decretale reliquit.

IOANNES Gattuer, qui ſine hoc cognomēto dictus eſt à natione ſua Teutonicus, Carmelita, quē item Iacobus de Plebe in ſuo Catalogo ſcribit *Catuer*, Profeſſor in ſuo Cęnobio Moguntinenſi, ſcripſit In Exodum. Ad libros quattuor Magiſt. Sent. Concordiam Euangeliorum. Sermones de Tempore. Sermones de Sanctis. Quadrageſimale triplex. Viuebat ann. 1440. Quem Iacobus Philippi Ordin. S. Auguſtini in Opere ſuo, quod prænotauit *Temporum Supplementum*, egregium Theologiæ Profeſſorem, ac ſingularem Concionatorem vocans, ait eximium eruditionis ſuæ ſpecimen præbuiſſe in Concilio Baſilienſi. Vide Geſta ann. 1438. in eo Supplemento, vbi ſine vllo cognomento Ioannes hic *Teutonicus* nominatur. Itaque, vt monuit Petrus Lucius Carmelita, ſtat, quod ſcribit Tritemius, ſi diſtinctè legas, claruiſſe Ioannem hunc ann. 1430. non autem obijſſe. Nam ſi ſecus legeris, non cohæret; aut certe dices, annis octo ante Baſileenſe Concilium, ipſum obijſſe, ac deinde in Concilio rediuiuum apparuiſſe.

IOANNES Geiler è Keyſersberg, ſiue *Keyſerſpergius*, Teutonicus ſcripſit.
Sermones ad Populum, lib. 1.
Orationes ad Clerum, lib. altero.
Nauiculam fatuorum, Tractatu vno.
Nauiculam Pœnitentiæ, Tractatu altero.
Peregrinationem.
Expoſitionem Dominicæ Orationis.
Fragmenta Paſſionis.
Tractatum de Sancta Euchariſtiæ communione danda ijs, qui vltimo ſupplicio afficiuntur.

Alterum

Alterum de amouendis concubinis, licet vterq; continere decreuerit.
Alium, De pueris non inſtigandis ad religioſas familias, in quibus regula non ſeruatur.
Contra Statutum, quo Teſtamentum condere ciues prohibentur.
De ſeptem peccatis mortalibus.
Epiſtolas plures.
Tropos, ſiue Sales.

Quæ omnia fuerunt varijs annis excuſa Argentinæ, nimirum 1509. 1510. 1518. apud Ioannem Gruningerum.

Quin & magnis ſumptibus, atque labore ſcripta Ioannis Gerſonis conquiſita, & diſpoſita dedit in lucem.

Porrò Ioannes hic Geiler Keyſerſpergij Theologus, & celebris ſua ætate concionator Argentoratenſis, ſiue Argentinenſis, habuit Conciones à Dominica Quinquageſimę anni milleſimi quingenteſimi, in quem incidebat Iubilæus, vſque ad Dominicam tertiam Paſchæ 17. die Maij, eaſque item quotidie, diebus Quadrageſimæ habitas, ſub nomine Peregrini; pro themate ſemper proponens illud Leuitici 25. *Anno Iubilæi redient omnes ad poſſeſſiones ſuas.* In quarum Concionum initio agit, quid ſit Iubilæus, & quotuplex. Quid, & quænam ſit noſtra poſſeſſio, ad quam redeundum eſt. Quomodo ad eam ſit redeundum. Ea verò *Peregrini* appellatione, pergit perſequi, quidquid ad Peregrinum pertinet, vt omnibus virtutibus excultum adducat ad Iubilæum perpetuum conſequendum.

Has igitur Conciones cum collectas in ordinem redegiſſet Iacobus Ottherus, teſtatus autem fuiſſet ſupereſſe eiuſdem Ioannis Geiler inſigne alterũ volumen Concionũ, quod nondum erat editum, ſubiecit hunc Peregrinum prelo Argentinæ, ann. 1513. apud Matthiam Schurerium. Viuebat autem Maximiliano Cæſare.

IOANNES è Sancto Geminiano, Ordinis Prædicatorum, Summam de Exemplis, & Similitudinibus locupletem Concionatoribus, & alijs vtilem ſcripſit. Quæ Venetijs anno 1577. & ann. 1582. apud Damianum Zenarium. Antuerpiæ verò ann. 1583. & ann. 1599. in ædibus Petri Belleri. Lugduni autem ann. 1585. cui adiunctum eſt Sophologium Sapiẽtiæ Iacobi Magni. Et quidem poſt aliquot editiones, ea præſtare videtur, quæ ab Aegidio Rochenſi, Ordin. D. Auguſtini prodijt emendatior, cum illa primum pro lata fuiſſet in lucem ann. 1499. Baſileæ apud Petrum Langeſtenium. Quo anno Venetijs fuiſſe excuſa ſcribitur ab Antonio Senenſi.

Scripſit quoque Sermones de Tempore. Sermones de Sanctis. Librum diuerſarum Collationum. Sermones de Opere ſex dierum. Librum Sermonum funebrium, qui Lugduni impreſſi ſunt ann. 1510. Sermones duos notabiles in modum Dialogi inter Chriſtũ, & Latronem, Abelem & Chaim. Alium in peruigilio Paſchatis. Qui extant in Sermones Gotſcalchi Ord. D. Aug. Viuebat ann. 1310. Ant. Senenſi. Sed & ann. 1319. Eiſingr. Scribit autem Henricus Vuillot eum edidiſſe quaſdam Meditationes in Euangelia.

IOANNES Geneſius, Qualea, Parmenſis, Ord. Minorum, ſcripſit librum De ciuitate Chriſti, quem Rhegij Vgo Rogerius, ann. 1501. Romę Iacobus Mazochius, ann. 1523. excudit. Scripſit item Roſarium. Franc. Gonzaga.

IOANNES Geneſius Sepulueda Cordubenſis Theologus, ac Caroli V. Imp. Hiſtoricus, qui ann. 81. cęlebs, & in bonis Artibus continenter verſatus, inſumpſit, obijt ann. 1572. ſepultus in Putalbani Municipij Aede maxima propè Cordubam. Scripſit, quæ ad manus habentur.

De vita, & rebus Aegidij Albornotij, Card. libros tres.
Deſcriptionem Collegij Hiſpanorum Bononienſis.
De Regno, & Regis officio, lib. tres.
Epiſtolarum, lib. ſeptem.
De correctione anni, & menſium Romanorum.
Dialogum de appetenda gloria, qui inſcribitur Gonſalus.
De honeſtate rei Militaris, qui inſcribitur Democrates, lib. 3.
Apologiam pro libro de Iuſtis belli cauſis ſuſcepti contra Indos.
Orationem ad Carolum V. vt bellum ſuſciipiat in Turcas.
Dialogum de ratione dicẽdi teſtimonium in cauſis occultorum criminum, qui inſcribitur Theophilus.
De ritu nuptiarum, & diſpenſatione, lib. 3.
De Fato, & libero arbitrio contra Lutherum, lib. 3.
Antapologia pro Alberto Pio Comite Carpenſi in Eraſmum.

Porrò hæc cũ ſparſim varijs tẽporibus fuiſſent à Typographis euulgata, demũ ab Arnoldo Mylio conquiſita ſimul in lucẽ edita ſunt in Officina Birckmãnica Colonię, an. 1602.

Ad Hiſtoriam quod attinet, quam de rebus Caroli V. Imp. ſcripſit, eam audio apud Catholicum Regem aſſeruari m.s.

Porrò

Digitized by Google

Porrò & Ariſtotelis octo Politicos libros, Alexandri Aphrodiſæi Commentarios in duodecim libros eiuſdem Ariſtotelis,cuius & de ortu,atque interitu, quatuor Meteorologicos,& Paruos Naturales è Græco Latinos fecit.

Cæterum quoniam Sepulueda, vbi agit de Eræ Hiſpanicæ nomine, & ratione, quin & de modo illius ſcribendæ,exiſtimauit ſe veritatem fuiſſe aſſecutum, reliqui vero docti inter ſe diſſentiunt Vaſæus,Reſendius,Didacus Couarruuias, planius autem de ea diſſeruere Stephanus Gariuaius, Ambroſius Morales,Cæſar Card. Baronius, Ioannes Mariana noſter poſt Fauſtum Rhegienſem,Iſidorum, & Hincmarum Archiepiſcopum Rhemenſem (mitto alienos à fide Catholica,qui de hoc ſcripſerunt) ideo legendum puto,quod Garſias Loayſa in collectione Conciliorum Hiſpanicorũ attulit de Era in Notis ad Concilium Eliberitanum, quæ pro ſupputatione annorum diu fuit apud Latinos vſurpata. Is enim inter alia ſcribit. *Omnes figmentum Geneſij viri docti rident: de alijs inter ſe diſſident. Superare natiuitatis annum triginta octo annis Eram ſine controuerſia affirmant, excepto Epiſcopo Gerundenſi, &c.* Hæc & pauca quædam cum dixiſſet,miratur Ioſephum Scaligerum tribuiſſe Iulio Cæſari initium huius Supputationis, cum Natiuitas Chriſti Domini inciderit in quadrageſimũ-ſecundum annum Imperij Octauiani,vt Euſebius,Epiphanius in Panario libr.1. hær.20. & alij Græcorum,& Latinorum, vt Iſidorus, Beda de ſex ætatibus ſunt auctores: vel in primum,vt Iulianus Toletanæ primæ Sedis Epiſcopus,Hieronymus in Eſaiæ ca.2. Iulius vero Cęſar poſt Caium,& Sextum Pompeios,Magni Pompeij filios apud Mundam in Hiſpania Bætica,victos,Sextumque occiſum(in quo bello Octauianus decimumoctauum agens annum ſtrenuè militauit) Romam rediens, poſt triumphum à Bruto,& coniuratis occiditur. *Quapropter* ſubdit,idem Loayſa, *ſi poſt natum Chriſtum ab hinc triginta & octo annos eſt numerandum,in tempora Octauiani A.Pollione, & Domitio Conſulibus,non Iulij neceſſariò incidimus: quo tempore Hiſpania pacata, Sexto Pompeio victo,Octauianus Dominus eſt conclamatus,initiumq; erarij calculi inuentum, productumq; vſq; ad milleſimum trecenteſimum octogeſimum tertium, qui eſt à Ioanne Primo Rege Caſtellæ,lege antiquatus.*

Ioannes Genuenſis Monachus,Ord. Præd. Dictionarium prænotatum Catholicon ann.1280.confecit,in quo præter quæſtiones naturales,ac Theologicas, præter item ea, quæ ad Orthographiam,Proſodiam,Etymologiam, Diaſyntacticam, Conſtructionem, Regimen,Figuras,ait etiam de his ipſis,quatenus in Biblijs,& à Patribus vſurpãtur: Opus autem hoc à Petro Aegidio auctum,& ann.1506.Lugduni excuſum prodijt,cum Venetijs antea ab Octauiano Scoto fuiſſet emiſſum ann.1495.

Ioannes è Sancto Georgio, Bononienſis, celebris Iuris Canonici Doctor, citatur in Summa Angelica. Eius vxor filia fuit Ioannis Andreæ Bononienſis, qui claruit anno Domini 1437.

Ioannes Gerbrandus,de Leydis,Patria Batauus,Ord.Carmelit.& Harlemenſis cœnobij,vbi etiam ann.1504.obijt,libris decem ſui Ordin. Hiſtoriam texuit, ſcripſit item

| | |
|---|---|
| Poſtillam Quadrageſimalem. | Inſcriptum,Collationes Sanctorũ,librum. |
| De Paſſione Domini,librum. | De Beatiſſ.Virginis doloribus, librum. |
| Sermones de Sanctis. | De Feſtis Deiparæ,librum. |
| Sermones Aeſtiuos. | Exemplorum eiuſdem B.Virginis, librum. |
| Sermones Hyemales. | Chronicon Hollandiæ. |

Ioannes Germanus,Monachus Caſtellenſis,in Diœceſi Eyſtetenſi,Congregationis Cluniacenſis,ſcripſit circa annum Domini 1390. Ad Regulam S.Benedicti, lib.2. De Paſſione Domini Sermones 42.Breuiarium Bibliorum,lib.1.Epiſtolarum ad diuerſos,lib.1. Sermones de Tempore,lib.2.Sermones de Sanctis,lib.1.

Ioannes Gerſon,dictus item *Carlerius*,Gallus, Monachus Ordin. Cœleſtinorum,& deinceps eorundem Lugdunenſis Monaſterij Prior, demum vero Pariſienſis Academiæ Cancellarius,antea vero Petri de Aliaco Cardinalis Cameracenſis diſcipulus,Caroli VI. Galliæ Regis ad Conſtantienſe Concilium Legatus,vir ingentis doctrinæ, atque pietatis pleraque ſoluta oratione,& metro conſcripſit, quæ olim collecta anno ab vſque 1488. à Ioanne Geilero,de quo paullo antea locuti ſumus,tribus Tomis edita fuere Argentorati apud Martinum Argentinenſem.

Aliquorum autem Gerſonis Operum quoniam nonnulla interiere,alia vero forſan alicubi deliteſcunt,neque adeo defuerint,qui eidem aſcripſerint, quæ non cenſentur eſſe fœtus ipſius,quales ſunt Cõmentarij in ſeptem Pſalmos Pœnitentiales,qui Petri de Aliaco eſſe exiſtimantur; & qualis eſt liber de Imitatione Chriſti, varijs iam linguis editus, cuius fuit auctor Thomas de Kempis; Nos, ne quid eorum, quæ nobis potuere eſſe comperta,omittamus, Primò Catalogum adtexemus, quem frater ipſius Ioannis Cancellarij

Anſelmi Celeſtini Ordin. à quo hac de re fuerat quæſitus, miſit. Mox addemus Notas ad aliqua iſtorum Opera, quas idem ad Oſualdum Cartuſiæ Maioris monachum, ſcripſit. Quorum vtrumque extat in fine tertiæ Partis Operum Gerſonis olim editorum. De Tritemij autem Catalogo minus ſoliciti fuimus, quòd pleraque ille omiſerit. Qui vero in antiquis illis exemplaribus excuſis ordo ſeruatus eſt, quem ille non ſeruauit, hunc ſubdemus, ſi prius hæc, quæ ſequuntur, de ipſo Gerſone fuerimus præfati.

Expediet igitur ei, cui Gerſonis Opera libuerit euoluere ſic Viri huius prænoſſe præſtantiam, vt ſimul quænã ea tempora fuerint, quibus aliqua ſcripſit de Schiſmate, de Concilijs, de Pontifice Maximo, rectè percipiantur.

De Præſtantia tanti Theologi, nemini dubium eſt, quin fuerit inſignis. Eò autem inſignior, quòd in plurimis difficilè poſſit agnoſci, vtra fuerit in eo maior, pietaſne an eruditio. Sanè cum varia in Diuinam Scripturam elaborauerit, Commentarij, quos ſub vitæ finem cõſcripſit in Canticum Canticorum eiuſmodi ſunt, vt cum de quinquaginta Proprietatibus Diuini Amoris Vniuerſo in Cantici Opere diſperſis egerit, altiſſimè omnes Diuini amoris affectus habuiſſe, & quod ex Domino hauſerat, eructaſſe videatur. Secuta vero mors triduo poſt Opus illud expletum, adhuc magis hoc probauit. poſtrema enim eiuſdem Cantici verba, *Fortis eſt vt mors dilectio*, idem moriens magna animi, vultuſq; conſtantia iterans, animam Diuinæ Bonitati reddidit anno ætatis ſupra ſexageſimum, ſalutis verò noſtræ 1419.

Iam tempora, quibus de Poteſtate Eccleſiæ ſcripſit, ea fuerant, vt plurima in Mũdo, & ob ſchiſma Benedicti Lunæ Antipapæ, & aliquot Anticardinalium, eſſent altercationes & vero vnuſquiſque licet Catholicus, & doctus, dum id agitaretur in Synodo Conſtantienſi varijs ſententijs deſtineretur, qui ſartam tectam Eccleſiam Chriſti, & vnam inconſutilem veſtem optaret. Inter hos igitur fuit Gerſon, qui aliquando in ſenſu ſuo abundãs, ea vel dixit, vel ſcipſit, quę nemini ambigendum eſt, quin ſecus ſenſiſſet, ſi ſequentia tempora, & ſecundas, vt vocant, cogitationes audiuiſſet, præſertim eas, quæ ab eadem Eccleſia ritè congregata non ſemel iterum profectæ fuerunt. Quamobrem reuocandum eſt ad memoriam, Concilium Conſtantienſe, quod ad primas attinet Seſſiones, vbi definiuit, Concilium fuiſſe ſupra Pont. Max. nec ab ipſo Pont. Max. fuiſſe approbatum, ad quem rebus examinatis pertinet hoc iudicium, & reprobatum fuiſſe à reliquis Oecumenicis Cõcilijs rite confirmatis, hoc eſt à Concilio Florentino, & Lateranenſi vltimo; vltimas autem Seſſiones Conſtantienſis, quod ſpectat ad quæcumque Martinus V. probauit, ab omnibus Catholicis fuiſſe recepta. Quin & Concilij Baſilienſis, quod ſubſecutum eſt Conſtantienſe, nihil fuit, nec adeo eſt, ratum, aut probatum, præter Diſpoſitiones quaſdam circa beneficia Eccleſiaſtica, quæ ab ipſo Concilio fuerant emanata (pacis, & vnitatis gratia) Quas Nicolaus V. Pont. Max. comprobauit.

### *De Ioannis Gerſonis Operibus, iudicium Iacobi Vimpfelingij.*

At quod generatim dici poteſt de Ioannis Gerſonis Operibus, id Iacobus Vimpfelingius dixit ſequentibus verbis.

Neq; enim claudit hominibus facile cœlos neque cæcam nutrit præſumptionem, at media via, quæ tutior, incedit.

Iugum Domini leue eſſe contendit.

Papæ & Prælatorum poteſtatem oſtendit.

Eccleſiæ reformandę modum demonſtrat.

Canonum, & legum neceſſitatem aperit.

Religioſos pro zelo docet.

Adoleſcentes inſtruit.

Pueros Paterno affectu complectitur.

Prę̨ceptores Gymnaſiorum particularium, etiam Priuilegiatorum informat.

Orationes ad Clerum, & in laudem quattuor facultatum ſententioſiſſimas excudit.

Sermones optimos fecit.

Theologos ſpeculationes ad materias vtiles excitat.

Hæreſes eliminat.

In Schiſma inuehitur.

Regum & Principum filijs præcepta tradit.

Triplicem ſtatum ſcilicet Eccleſiaſticum, Militarem, & Ciuilem in Republica neceſſarium eſſe demonſtrat.

Cenſuum, & redditUum benignus eſt moderator, & Iudex.

Curatorum, ſiue Parochorum iura defendit.

Religioſis contemplatiuis dulciſſimas doctrinas infundit.

Prædicatorum Ordinem cum Vniuerſitate Pariſienſi reconciliauit.

Confeſſarijs bona præcepta largitur.

Aſtantes Agonizantibus ſalubriter erudit.



Digitized by Google

*Catalogus Operum Ioannis Gerſonis Cancellarij Pariſienſis, ab eius fratre ad Anſelmum Ord. Cæleſtini Monachum miſſus.*

Collatio in primo curſu Theologiæ Pariſijs in Regio Collegio Nauarræ, & conſequenter in ſecundo, ac deinceps in Quadripartito libro Sententiarum, & tandem in magiſterio anno ætatis eius, circiter 32. ſumpto ſuper hoc Themate *Quaſiui ſponſam mihi eam aſſumere*, ſub metaphora nuptiarum Theologi cum ſapientia, in modum Dialogi, per proſas, & metra more Boetij in libro de Conſolatione.

Lectiones Magiſtrales ad Euangelium ſecundum Marcum. *Egrediebantur ad eum Hieroſolyma vniuerſi.*

Lectio vna de duplici Logica. Quarum vna eſt pro ſpeculatiuis ſcientijs: Altera pro moralibus, quæ Rhetorica nominatur, vbi de duplici vi locutionis agitur. *Et erat Ioannes veſtitus pilis camelorum.*

Duæ lectiones, Vna de non eſu carnium, quam Cartuſianis ſcripſit, & incipit, *Egregio viro Ioanni*. Altera de diſtinctione verarum Reuelationum à falſis. Quam fratribus Cœleſtinis miſit. Incipit, *Nuper vnam.*

Item poteſt conueniēter annecti huic lectioni Opuſculum aliud ab eodem compilatum De probatione ſpirituum. Incipit, *Probate ſpiritus.*

Multæ Lectiones, in primis autem ſex ſub nomine Tractatus De vita ſpirituali animæ. Incipit, *Ego vos baptizaui.*

Lectiones varij argumenti: Quarum vna eſt de Theologia myſtica ſpeculatiuè tradita. Incipit, *Pœnitemini, & credite.* Altera de Theologia practicè. Incipit, *Tractantes.* Quibus duabus lectionibus ſi addatur Tractatus de Paſsionibus, quem poſtea edidit, & incipit, *Paßionum origenes.* erit Opus completum, atq; adeo vnus libellus è tribus.

Item ad illud Euangelicum *Pœnitemini* Lectiones duæ contra curioſitatem ſtudentium.

Epiſtola item huius argumenti ad Magiſtros ſtudentes in Theologia in Collegio Nauarræ.

Opuſculum de Perfectione, & moderamine religionis ad Cartuſiēſes. *Gratia vobis, & pax.*

Ad fratres Cæleſtinos Opuſculum de ſollicitudine Eccleſiaſticorum. *Nolite ſoliciti eſſe.*

Opuſculum ad fratres Cæleſtinos & Cartuſienſes. De laude Scripturæ ſanctæ. *Scrutamini ſcripturas.*

Libellus De Corde, hoc eſt de Meditatione Cordis, de Simplicitate Cordis, de directione Cordis, & de perfectione Cordis. *Meditatio cordis mei.*

Libellus de tenore noſtræ legis, ſiue, De Decem præceptis Latinè redditus. *Reuerende in Chriſto Pater.*

Regulæ Mandatorum. *Agamus nunc interim.*

Opuſculum ad Rectores puerorum. *Sinite paruulos venire ad me.*

Monoteſſaron, hoc eſt vnum ex quattuor, in quo extat concordia quattuor Euangeliorum, & Incipit, *Vnum ex quattuor componere.*

Ioſephina, libellus eo nomine, qui metricè ſcriptus, in quo item agitur de Virginali coniugio Iuſti Ioſeph, & Mariæ. *In proſa fontem ſueuerunt.*

Opuſculum de præparatione ad Miſſam. *Dubitaui frequenter.*

Alterum De cognitione caſtitatis, qui poteſt conuenienter prædicto annecti. *Scripſi ſuper*, &c.

Libellus de Gradibus Veritatum Sacræ Scripturæ. *Declaratio compendioſa.*

Alius De probatione Doctrinarum.

Liber De conſolatione Theologiæ per modum Dialogi, metro & proſa conſtans. *Quacumq; ſcripta ſunt.*

Dialogus Apologeticus, cuius ſunt collocutores Volucer, & Monachus, eodem quo ſuperior, modo conſcriptus: Qui cōuenienter adiungi poteſt prædicto libro, vt ſit vnus. *Rem inquiris.*

Triloquium aſtrologiæ. *Theologizare ſapientia à Domino Deo eſt.*

Opuſculum ad Confeſſarium Regis pro eius inſtructione. *Charo & erudito viro.*

Trilogus de Eccleſia. *Sæpenumero.*

Opuſculum de quibuſdam ſcrupulis tempore ſchiſmatis Eccleſiæ. *Ad tollendum quorundam.*

Propoſitio facta coram Petro de Luna ex parte Vniuerſitatis Pariſienſis pro reſtrictione obedientiæ. *Benedic hæreditati tuæ.*

Sermo coram ea in die Circumciſionis. *Apparuit Gratia Dei.*

Opuſculum de vnitate Eccleſiæ propoſitum tempore, quo celebrandum erat Concilium



Digitized by Google

Piſanum. *Vnitatis Eccleſiaſticæ tractatoribus.*
Propoſitio coram Anglis, ex parte Vniuerſitatis Pariſienſis, inſtante prædicto Concilio Piſano. *Congregabuntur filij Iſrael, & Iuda pariter.*
Liber De poteſtate Eccleſiaſtica.
Libellus de Auferibilitate Sponſi ab Eccleſia. *Venient autem dies, cum auferetur ſponſus.*
De ſtatu Papæ, & minorum prælatorum. *Pax, quam omnes.*
Opuſculum de concupiſcendo prælaturam, cui annectitur aliud contra ſtatum Pompaticum prælatorum.
Epiſtola ad magiſtrum Vincentium Ordinis Prædicatorum, contra ſectam ſe flagellantium. *Tanta de virtutibus tuis.*
Determinatio quæſtionis. An liceat à Papa appellare, vbi ponuntur etiam articuli Theologicè compoſiti contra Petrum de Luna. *Quæritur num hæc aſſertio ſit Catholica.*
Volumen, in quo continentur plures ſermones eius, habiti in Concilio Conſtantienſi: *Ambulate, dum lucem habetis.*
Volumen in quo continentur multa ſcripta eius, contra propoſitionem Magiſtri Io. Parui, occaſione erroris contra Domini præceptum. *Non occides.*
Opuſculum contra errorem de communicando laicos ſub vtraque ſpecie. *Oblaturus iuxta.*
Libellus qui dicitur De Canticis. *Beati qui audiunt.*
Item Tractatus vtilis de Contractibus.
Volumen in quo continentur multi Sermones eius ad Clerum, præſertim in Vniuerſitate Pariſienſi.
Multa breuia, & vtilia ſcripta ab eodem Cancellario Pariſienſi.
Opuſculum inſcriptum, *Cantica Peregrini*, metricè Incipit, *Eheu purgent*, in quo continetur breue teſtamentum Peregrini, proſa. Incipiens, *Sicut homo, qui.*
Dialogus de Quolibet.

## *Sequitur Annotatio Opuſculorum eius idiomate Gallico.*

Volumen in quo continentur Sermones eius ad populum.
Tractatus de Monte cõtemplationis ad quinq; ſorores eius in cælibatu conuiuentes Rhemis, quæ in Gallia eſt Campaniæ Metropolis. De decem præceptis.
Tractatus de Mendicitate ſpirituali ſub duplici Tractatu, & per modum Dialogi ſecundum ſpeculatiuam, & practicam: cuius initium eſt, *Ma poure a me miſerable.*
Ad eaſdem Sorores de tentationibus.
Ad eaſdem, De diſtinctione peccatorum mortalium à venialibus. *Qui bien conſidere.*
Sermo de Paſſione Domini. *Ad Deum vadit.*
Opuſculum contra Romantium de roſa.
Propoſitio coram Rege, *Viuat rex*, & alia, *Veniet pax.*
Libellus in quo collecta ſunt multa breuia vtilia ab eodem compoſita; vt patet in tabula.

## *Tituli aliorum Opuſculorum eiuſdem Gerſonis, quæ etſi memorata ſunt ſupra, tamen quoniam ab eiuſdem fratre fuerunt Notis aliquibus liquidius indicata, hic iterum inſeruntur ad Oſualdum Cartuſiæ maioris miſſi.*

Tractatus de non eſu carnium Pariſijs legendo compoſitus ante annum Domini 1400.
Tractatus de diſtinctione Reuelationum circa idem tempus lectus.
Tractatus de ſpirituum probatione Conſtantiæ poſt longè compoſitus.
Tractatus ſuper Magnificat, cõtinens multos particulares Tractatus, compoſitus Lugduni, ſicut ex eo conſtat. Præcipuus autem inter particulares viſus eſt ibi eſſe nonus, ad illum verſiculum *Eſurientes.* Placeret, autem vt multiplicaretur ſeorſum cum additionibus duorum, aut trium Opuſculorum: Quorum vnum eſt contra Bohemos, de non cõmunicando Laicos ſub ſpecie Sanguinis. Alterum autem De præparatione ad Miſſam, decem conſiderationibus pridem compoſitum, quomodo, & quouſque pollutio nocturna celebrationem impediret de neceſſitate. Tertium addi poteſt de Simonia. Videlicet num, & quando celebrare Miſſas pro pecunijs ſit ſimoniacum.
Tractatus alius eſt ſeorſum de conſolatione Theologiæ, ab eo in Germania conſcriptus poſt Concilium Conſtantienſe.
Tractatus heroicis verſibus de Laude Iuſti Ioſephi Virginalis ſponſi Mariæ, circa idem tempus editus. *Alme Ioſeph, Patriarcha Sacer.*

Colle-

Digitized by Google

Collectorium quorundam centiloquiorum diuerſi argumenti, quorum fit mentio in grandi Tractatu, ſeu libro de collectorio de Magnificat. Et præſertim iungitur Tractatus principalis de verbo, & hymno gloriæ pro intellectu conſummato ſecundum Theologiam myſticam verſiculi iſtius. *Gloria Patri, & Filio.*

Tandem pro monimento vacuæ ſenectutis ſuę conformiter ad annos diſciplinaris exercitationis in pueritia, ſcripſit Opus metricum, in Hymnum *Magnificat*, verſibus hexametris, & pentametris multis millibus, quibus ad proprij ingenij exercitationem pleraſque difficiles Quæſtiones, atque apices Theologiæ, potiſſimum per anagogiam, attingit, vt docerentur indocti, quamuis inſpectio, & ſtudium cum modeſtia non nocebunt cupidis quibuſcumque, quæ ſecundum pietatem eſt, veritatis.

## *Catalogus alter Operum Ioannis Gerſonis in tres Tomos Argentorati diſtinctorum, & editorum, ann. 1488.*

### *Primi Tomi Tractatus.*

De laude Scriptorum, qualis ſit, vel eſſe debeat Scriptor idoneus librorum doctrinæ ſalubris.
Monoteſſaron, id eſt, de concordantia Euangeliſtarum.
De poteſtate Eccleſiaſtica.
Sermo pro itinere regis Romano.
De auferibilitate Papæ ab Eccleſia.
De modo ſe habendi tempore ſchiſmatis.
Schiſmata quot fuerunt.
Declaratio defectuum virorum Eccleſiaſticorum.
De vnitate Eccleſiaſtica.
De ſtatibus Eccleſiaſticis.
De modo viuendi omnium fidelium.
Sermo de ſignis ruinæ Eccleſiæ, de ſchiſmate Tractatus duo.
De Concilio generali vnius obedientiæ in ſchiſmate Concilij Conſtantienſis.
Decreta eiuſdem Concilij.
Sermo in die Circunciſionis coram Papa.
Epiſtolæ ad Ducem Aurelianenſem, & Cameracenſem.
Sermo habitus coram Alexādro Papa in die Aſcenſionis.
Sermo coram Papa Benedicto Maſſiliæ.
Propoſitio facta coram Anglicis euntibus ad Concilium Piſanum.
Trilogus in materia Eccleſiæ.
Sermo in feſto S. Antonij. *Nuptiæ factæ ſunt.*
Tractatus de Nuptijs Eccleſiæ.
Errores circa præceptum. *Non occides.*
Sermo in die Purificationis Mariæ.
Sermo coram Concilio. *Ambulate dum lucem.*
Propoſitio in Concilio ex parte Regis Frāciæ.
Sermo coram commiſſarijs fidei de erroribus contra fidem, & mores.
Sermo contra aſſertiones magiſtri Ioannis Parui.
Quænam veritates ſint de neceſſitate ſalutis credendæ.
Determinationes duæ per Concilium Cōſtantienſe.
De proteſtatione circa materiam fidei contra hæreſes diuerſas.
De pertinacia conſiderationes, & ſigna.
Quomodo & an liceat in cauſis fidei à Papa appellari ad Concilium contra Petrum de Luna.
De aſſertione illa, *Sententia paſtoris iniuſta timenda, & tenenda eſt.*
De ſuſceptione humanitatis Chriſti, cōtra tertiam partem libri Ioannis Ruisbrochi, de ornatu ſpiritualium nuptiarum.
Libellus fratris Ioannis de Scandauia, qui nititur defendere quædam dicta fratris Io. Ruisbroich contra Ioan. de Gerſon, contra prædictam defenſionem.
Lectiones ſuper Marcum.
Propoſitiones de ſenſu literali Sacræ Scripturæ, & de cauſis errantium.
De Communione Laicorum ſub vtraque ſpecie.
De probatione ſpirituum.
De examinatione doctrinarum.
Epiſtola ad Patrem Oſualdum Cartuſienſem.
Epiſtola ad Studentes Collegij Nauarræ.
Quid, & qualiter ſtudere debeat nouus Theologiæ auditor, & contra curioſitatem ſtudentium.
Epiſtola ad eoſdem, an monachus pro ſtudio lectionis poſſit ſe ſubtrahere à Diuinis.
Epiſtola de ſtudio Religioſorum.
De libris quorundam cautè legendis.
De diſtinctione verarum viſionum à falſis.
Trilogium aſtrologiæ Theologizatæ.
Contra ſuperſtitioſam obſeruationem dierum.
Contra ſuperſtitionem cuiuſdam medici ſculpentis imaginem Leonis contra obſeruationem dierum, quoad opera.
De erroribus circa artem magicam, & arti-



Digitized by Google

culis reprobatis.
Propoſitiones contra aſſertiones Matthæi Graben, in cauſa fidei.
De vera religione & perfectione.
Cardinalis Cameracenſis reſponſio ſuper eiſdem.
Fratris Matthæi Graben concluſiones, cõtra quas ſcripſit Ioan. Gerſon, contra ſectam ſe flagellantium.
Epiſtola miſſa Vincentio Ordinis Prædic. de eadem ſecta.
Contra proprietarios regulæ S. Auguſt.

## *In Secundo Tomo ſunt.*

Opuſcula ad mores accommodata.
Regulæ morales, quibus aliquot loci communes explicantur, de vitijs animi, & de Sacramentis.
Compendium Theologię, quod complectitur aliquas materias communes ad fidẽ & doctrinã Catholicam ſpectantes, eidem Cancellario adſcriptum, ſed apparet eius nõ eſſe.
Primus autem eius Tractatus eſt, de expoſitione articulorum fidei. Secundus, de decem præceptis legis, & eorum expoſitione. Tertius, de ſeptem Sacramentis Eccleſiæ. Quartus, de ſeptem Virtutibus. Quintus, de ſeptem petitionibus contentis in Oratione Dominica. Sextus, de ſeptem donis Spiritus ſancti. Septimus, de octo beatitudinibus. Octauus, de vitijs tam naturæ quam voluntatis: ſiue de ſeptem vitijs capitalibus.
De peccato in Spiritum ſanctum, & diuerſis ipſius peccati acceptionibus, de peccato veniali, an primi motus ſint peccata, de natura delectationis, & an ſit peccatum. Vtrum conſenſus in delectationem ſit ſemper peccatum, an conſenſus in actum ſit peccatum, de intentione ac fine actionis, de natura & qualitate conſcientiæ, de natura, qualitate, & numero circumſtantiarum, de peccati actualis & venialis diuerſis nominibus, ac effectibus. Aliæ peccati differẽtiæ, ex opere, ore, corde: Quę omnia continentur in compendio Theologiæ.
Opuſculum tripartitum.
De præceptis Decalogi, de Confeſſione, & de arte moriendi.
De cognitione venialium peccatorum ; & mortalium.
De arte audiendi Confeſſiones.
De Confeſſione molliciei.
De remedio contra recidiuum.
De ſtatuto Cartuſienſium.
Quod in mortali certo cõfeſſus remittatur.
Auiſamentum pro modo Confeſſionis in Religionibus non lapſis audiendæ.
De modis excommunicationum ; & irregularitatum, & abſolutionis ab eis.
Notabile de primis motibus, & de conſenſu.
De abſolutione Confeſſionis Sacramentalis.
De abſolutione defuncti Cartuſienſis.
De moderata caſuum reſeruatione.
Epiſtola ſuper eodem.
De poteſtate ligandi atque ſoluendi, Dialogus.
Reſolutio ſuper caſũ quodam de irregularitate.
De contemptu clauium, & materia excommunicationum & irregularitatum.
De cordis induratione.
De Indulgentijs.
Multarum breuium & vtilium Quæſtionũ reſolutiones, de correptione proximi.
De paruulis ad Chriſtum trahendis.
De contractibus, de ſimonia.
De ſolicitudine Eccleſiaſticorum.
De teſtamento condendo.
Epiſtola ſuper teſtamento librorũ ſuorum
Epiſtola ad Cartuſienſes ſuper acceleratione ſuffragiorum poſt mortem oblatorũ.
De anniuerſario, quod ſibi procurauit in Eccleſiã S. Pauli Lugduni.
Teſtamentum quotidianum peregrini, id eſt, ipſius Ioannis Gerſonis.
Teſtamentum eiuſdẽ, verſibus hexametris.
Epiſtola conſolatoria ſuper morte fratris ad fratrem.
De præparatione ad Miſſam, & pollutione nocturna.
De pollutione diurna, Dialogus.
De cælibatu Eccleſiaſticorum.
Carmen contra pulchritudinem corporis.
Contra impugnantes ordinem Cartuſienſem, propter paucitatem oraculorum, & non confirmationem.
De non eſu carnium apud Cartuſianos.
De temperantia in cibo, & potu, & veſtibus Prælatorum.
Sermo de vita Clericorum.
Sermo in cæna Domini pro humilitate.
Carmen contra tumidum cor.
Sermo de Pœnitentia.
Sermo de Dominio Euangelico.
Carmen de voluntaria paupertate.
Sermo ad Eccleſiaſticorum cautelam, & eruditionem.
Sermo de Reſurrectione Chriſti.
Sermo in Concilio Rhemenſi.

De

Digitized by Google

De bono paſtore.
De viſitatione Prælatorum, vel cura Curatorum.
Sermo de quattuor domibus.
Sermo de omnibus Sanctis. *Exultabunt Sancti in gloria.*
Alius de eiſdem. *Beati qui lugent, &c.*
De eiſdem, *Exultate quoniam merces veſtra.*
De eiſdem. *Videns Ieſus turbas.*
Sermo in die Natiuitatis Domini.
Sermo in Dominica in Septuageſima.
Sermo in Conceptione Beatæ Virginis.
Sermo de Beato Bernardo.
Sermo in die Sancti Ludouici Francorum Regis.
Carmen optatiuum, vt lilia creſcant.
Sermo de Spiritu ſancto, de Verbis Domini. *Venite ad me omnes.*
Cauſæ propter quas voluit dimittere Cancellariam.
Commendatio licentiandorũ in Decretis.
Tractatus de nobilitate.
Epiſtola ad Papam Martinum nomine Regis Franciæ.
De conſiderationibus, quas debet habere Princeps.
Dialogus duorum militũ Franci, & Angli.
De puella olim in Francia equitante in armis. Eius editio Gerſoni aſcribitur, ſed magis apparet ſtylus magiſtri H. de Gorckheim.
De mirabili Victoria cuiuſdam puellæ de poſtfętâtes receptę in Ducem belli exercitus Regis Francorum contra Anglos.

## *In Tertio Tomo,*

Ad myſticam vitam, ſeu contemplationem accommodati Tractatus.
De conſolatione Theologiæ, libr. 4.
Dialogus apologeticus, in quo Volucer & Monachus colloquuntur.
Carmina nonnulla.
Ioſephina carmina, id eſt, hiſtoria Ioſephi ſponſi Beatiſſ. Virginis.
Sermo in Natiuitate Beatiſſ. Virginis.
Carmen de differenti immunitate à peccato, Chriſti & Matris ſuæ.
Centilogium de conceptibus animæ, ſenſuum, mentis, voluntatis, &c.
De vita ſpirituali animæ, ſiue de ſex lectionibus.
Centilogiũ de impulſibus bonis & prauis, quibus nunc potentes deponuntur, nunc exaltantur humiles.
De myſtica Theologia ſpeculatiua.
De myſtica Theologia practica.
De elucidatione Scholaſtica myſticæ Theologiæ.
Carmina de purificatione ſenſuũ interiorũ
De religionis perfectione, & moderamine.
De cõſilijs Euãgelicis & ſtatu perfectionis.
De perfectione cordis.
De meditatione.
De ſimplificatione, ſtabilitione, ſeu mundificatione cordis.
Carmen de ſimplificatione cordis.
De directione cordis.
De illuminatione cordis, ſiue vna precioſa margarita.
De oculo.
De remedijs contra puſillanimitatem.
De tentationibus diaboli diuerſis.
Contra profeſſum inobedientem.
De zelo, & feruore nouitiatus.
De exercitijs diſcretis deuotorũ Simpliciũ.
Documentum notabile de Sacramento Altaris.
Epiſtolæ quædam de paſſionibus animæ.
Carmen de ſomnio huius vitæ.
De monte contemplationis.
Epiſtolæ quædã de mendicitate ſpirituali.
Appellatio cuiuſdã peccatoris à diuina iuſtitia ad miſericordiam.
De Oratione, & eius valore.
Decem conſiderationes in orando Deum.
Expoſitio ſuper his verbis, *Dimitte nobis debita noſtra.*
Oratio cum peccator de peccatis ſuis multum eſt anxius.
De Canticorum originali ratione.
De centicordo.
Centilogium de canticis & ſolatio.
Collectorium ſuper *Magnificat.*
Carmina ſuper *Magnificat.*
Centilogium de Meditatione Crucis.
Carminum ſuorum honeſta defenſio.
Anagogicum de hymno gloriæ.
Epithalamium Theologi, & Myſticum Theologiæ.
Super Canticum Canticorum.

## *Pars Quarta edita Argentinæ à Matthia Schattero, cuius hi ſunt tituli.*

Sermo de Angelis.
De Circunciſione.
Collatio in feſto S. Ludouici.
De S. Nicolao.
Collatio pro licentiandis in facultate Decretorum.
Sermo de Cœna Domini.
Epiſtolæ aliquot.
Prologus in quo cupit antiquos Doctores legi, poſthabitis ſuis lucubratiunculis.

De exterminatione ſchiſmatis.
Arbor de origine iuris,& legum.
Arbor de poteſtate Eccleſiaſtica.
Oratio de Ludouico Francorum Rege.
Iudicium de quibuſdam viſionibus.
Definitiones aliquot terminum ad Theologiam vtilium.
De ſchiſmate Petri de Luna.
Lectiones ſupra illud dictum, *Pœnitemini, & credite Euangelio.*
De obſeruatione ex influxu ſyderum.
De Cœna Domini.
De S. Ludouico.
De coniugio Ioſeph & Beatiſſ. Virginis.
De illminatione cordis.
De non eſu carnium.
Inſtructiones pro pædagogo regi filij, item Prædicatorum.
Sermo de reddendo debito.
Tractatus de ſignis bonis & malis.
Sermo de Natiuitate Beatiſſ. Virginis.
Reſponſio ad cuiuſdam errores.
Sermo de Spiritu ſancto.
Doctrina ad quendam Eremitam.
Conqueſtio de negligentia Prælatorum.
Centilogium de cauſa finali.
De modis ſignificandi.
De concordia Metaphyſicæ.
Contra Bullam Mendicantium.
Sermones eius ex Gallico in Latinum tranſlati, à Dominica Aduentus, vſque ad feſtum Conceptionis Mariæ.
Oratio de pace Eccleſiæ,& de vnitate Græcorum.
Sermones de Natiuitate Domini, & Epiphania,& multi Sermones alij.
De conſolatione mortis amicorum, & parentum.
Oratio ad Regem Frāciæ, nomine Vniuerſitatis Pariſienſis.
Remedia contra adulatores.
Alia oratio ad Regem pro pace.
Alia pro iuſtitia.
Contra Romantium de Roſa.
De ludo ſtultorum.
Oratio ad Ducem Biturigum.
De Aſcenſione Domini Meditationes.
De anno Iubilæo.
De refrenanda lingua.
De Conceptione Ieſu.
Oratio ad Regem pro hoſpitali Pariſienſi.
De pacificanda conſcientia.
Regulæ volenti Deo ſeruire; contra tentationem blaſphemiæ.
Colloquium conſcientiæ & quinque ſenſuum.

Atqui ſciendum eſt, eiuſdem Gerſonis Doctrinam Curatorum, ſiue Parochorum, excuſam fuiſſe Pariſijs ann. 1557. apud Andream Roſſetum. Orationem autem, quam habuit in Pariſienſi Academia audiente Carolo VI. Galliæ Rege, ibidem impreſſam apud Durandum Berlerium: Monoteſſaron item ſeparatim prodijſſe Coloniæ, ann. 1546. ac deinceps recurſum ibidem ann. 1586. Summam verò Theologicam,& Philoſophicam in ſex libros digeſtam, Venetijs ann. 1587.

IOANNES Gerundēſis (inquit Iſidorus in Catalogo) Eccleſiæ Epiſcopus, natione Gothus Prouinciæ Luſitanæ Scalabitanus. (*Scallabinatus legit Codex Sigebergenſis.*) Hic cum eſſet adoleſcens Conſtantinopolim perrexit, ibique Græca & Latina eruditione nutritus ſeptimo demum anno in Hiſpanias reuerſus eſt, eodem tempore, quo incitāte Rege Leouigildo Ariana feruebat inſania. Hunc ſupradictus Rex, cum ad nefandæ hæreſeo crudalitatem compelleret,& hic omnino reſiſteret, exilio truſus, Barcinona relegatus per decem annos multas inſidias,& perſecutiones ab Arianis perpeſſus eſt. Qui poſtea condidit monaſterium, quod nunc Biclaro dicitur, vbi cōgregata Monachorum ſocietate, ſcripſit Regulam ipſi monaſterio profuturam, ſed & cunctis Deum timentibus ſatis neceſſariam: Addidit & in libro Chronicorum ab anno primo Iuſtini iunioris principatus vſque ad annum octauum Mauricij Principis Romanorum,& quartum Recaredi regis annum, hiſtorico compoſitoq; Sermone valde vtilem hiſtoriam. Et multa alia ſcribere dicitur, quę ad noſtram notitiam minime peruenerunt. Viuebat ann. 600.

IOANNES Gibbonus Anglus Societatis Ieſu, edidit Diſputationem de Sacroſanctæ Euchariſtiæ communione ſub vna ſpecie, habitam in Academia Treuirenſi, reſpondente Petro Schlanæo Emmelio. Auguſtæ Treuirorum, ann. 1584.

IOANNES Gillotus, Campanus, Gallus, vertit è Latino in Gallicam linguam; & emiſit Catechiſmum editum ſecundum Tridentini Concilij Decretum. Pariſijs ann. 1584. apud Iacobum Keruerum.

IOANNES Giuuanus. Vide in verbo, Ioannes Vouugus.

IOANNES Gluel, Germanus, quem Eiſingrenius inquit fuiſſe Aquiſgranenſem, Carmelita, Prior conuentus Colonienſis, ſcripſit Sermones de Tempore. Sermones de Sanctis, lib. 1. Sermones per Quadrageſimam, lib. 1. Volumen de origine, & profectu Ordinis ſui, quod inſcripſit Speculū Carmelitarū. Claruit in cœnobio Colonienſi, vbi & ſepultus eſt. Tritem. De ſcript. Carmel. & de Script. Eccleſiaſ. vbi additur Speculū Carmelitarum.



Digitized by Google

IOANNIS Glodſton, alijs autem *Glodeſton*, Carmelita, Anglus, Theologus, ſcripſit

Quodlibeta varia, lib.2.
Determinationes Theologiæ, lib.1.
Quæſtiones ordinarias, lib.1.
Diſputationes Sententiarum, lib.1.
In Euangelium Matthæi, & Ioannis Commentarios.
Moralitates in Matthæum.
Moralitates in Pſalterium.
In Canonicam Ioannis.
Diuiſiones Sermonum.
Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.
Orationes ad Clerum.
In Mag.Sent. lib.4. Viuebat ann.1320.

IOANNES Godfridus de Odernheim, Oppenhaimenſis Eccleſiæ paſtor, Sermones ſcripſit, & D. Auguſtinum De Ciuitate Dei in Germanicam linguam tranſtulit. Viuebat anno 1495. Eiſingren.

IOANNES Golarnus, Gallus, Theologus, Rationale Diuinorum Officiorum, ſiue Ceremoniarum Eccleſiæ Catholicæ è Latinè reddidit Gallicè, idque ab eo poſtulante Carolo V. Rege Galliæ idem præſtitit in Collationibus Patrum, quæ antea è Græco in Latinum à Caſſiodoro fuerant verſæ. Pariſijs apud Ant. Verardum. Viuebat an.1573.

IOANNES Golein, Normannus Carmelita, Prior Rothomagenſis, ſcripſit in Magiſt. Sent. De ſancto officio Miſſæ, lib.1. Quæſtiones quoque varias.

IOANNES Gonzales, Mendoza, Ord. Auguſt. hiſtoriam Regni Sinarum Hiſpanicè edidit Romæ an.1585. apud Bartholomæum Graſſum.

IOANNES Gooduuyck, Anglus, Ord. D. Auguſtiniani, Theologus doctus, & grauis. Is (vt narrat Thomas Colbius) in Nordouolgiæ comitatu natus, primus adoleſcentiæ ſuę annis cœnobiticę vitæ præcepta in Limnenſi Auguſtinianorum loco ſingularitate quadã obſeruauit. Iactis verò eius Inſtituti fundamentis, Cantabringiam primo Oxonium poſtea, diſcendi ardore flagrans, petijt. vbi intra pauculos annos doctrinæ inſignibus donatus, honorem ſummum meruit. Vnde poſt concertationes aliquot, atque prę lectiones illic publicas celebratas, ac Prouincialis demum Angliæ, Hyberniæque præſes effectus, coram rege, atque alijs regni proceribus, non ſine magna ſui nominis fama, ſolemnes edidit Conciones. Scripſit autem

Lecturas in Geneſim, lib.1.
Commentarios in Danielem, lib.1.
In qudam D.Pauli dicta, li.1.
Sermones per annum, lib.1.
Lecturas in Pſalmos, lib.1.
De hebdomadibus Daniells, lib.1.
Quæſtiones diſputatas, lib.1.
Limnæ tandem obijt. Ioſeph. Pamph. Viuebat ann.1360.

IOANNES Gothus, Hiſpanus, Monachus & Abbas Vallis claræ, Epiſcopus ſanctitate celebris, & miraculis clarus, obijt an.635. die ſexto menſis Maij. Ambroſius Moral. lib.12. c.18.& 21. Trit. lib.4. c.159. Scripſit autem exhortatorium ad Monachos. Paralipomenõ Hiſpaniæ, lib.10. Qui excuſi ſunt cum alijs rerum Hiſpanicarum Scriptoribus, Frãcofurti ann.1579.

IOANNES Grammaticus, Alexandrinus, cognomento Philoponus, plurima ſcripſit, Grammatica, Philoſophica, Arithmetica, Rhetorica, ſacras quoque literas tractauit. Scripſit & contra decem, & octo Procli argumenta, & contra Seuerum: ſed tamen ab Eccleſię Doctoribus, vt Tritheites, vt qui tres Deos aſſerat, reijcitur, & in Orthodoxorum Catalogum non admittitur.

Sic quidem Suidas. Sed & nos eum non adnumeramus Eccleſiaſticis Scriptoribus, quamuis hoc in loco ponatur: Verum vt noſcantur, qui eius errores aut planius aperuerunt, aut confutarunt. Porrò Philoponus, etſi inſignem ſibi gloriam comparauerat, qui aduerſus Proclum Lycium pro Chriſtiana religione, egregiè ſcripſerat, corruit tamen in barathrum impietatis ſuo nimis ingenio fidens, ſcribens aduerſus quartam Oecumenicam Synodum, vt inquit Photius in ſua Bibliotheca; & negans, vt habet Nicephorus, ita Niceph. lib. 18. c. 47. reſurrectionem mortuorum, vt aſſereret corpora noſtra corrumpi ſecundum formam, atque materiam; & futurum interitum viſibilis huius Mundi, ac rurſus noui Mundi creationem alteram, atque alia. Quin & Photius cum dixiſſet eundem Philoponum in Hexaemeron ſcripſiſſe contra Theodorum Mopſueſtenum, qui fuerat in eodem argumento verſatus, ait, extare Acta Diſputationis Seuerianorum aduerſus Tritheitas, habitæ coram Ioanne Epiſcopo Conſtantinopolitano ſub Iuſtino Imp. Conone, & Euagrio altera ex parte contra Tritheitas, ex altera vero Paulo, ac Stephano Tritheitis Philoponi defenſoribus, impijs æquè omnibus. Quæ monſtra fouebat Theodora Auguſta, tamquam oua aſpidum. Sed non ſolum Conon, Euagrius, Themiſtius, & Theodoſius Monachus hæretici non aſſentientes Concilio Chalcedonenſi ſcripſere aduerſus Philoponum,



Digitized by Google

Photius. Niceph. lib. 18. c. 48. Theodo. lib. 1. c. 18. hæreticorũ fab. vbi de hæreſi Peratarum.

verum etiam Leontius Monachus omnium maximè egregium librum triginta capitum, quo ſimul hæreſim eam euertit, & piam ſententiam noſtram valde confirmat. Deinde & Georgius Piſides, quem appellat Nicephorus *admirabilem Virum*. Sed & Ephræm Epiſcopus Antiochenus, de quo vide in verbo, Ephræm Epiſc. At ij qui contra nouiſſimos Tritheitas, qui in Polonia, Tranſyluiana, & reliqua Pannonia hoc æuo exorti ſunt, ſcripſerunt, eoſdem Philoponi errores, vnde Monophyſitæ, & Eutychius à Gregorio Magno cõuerſus, venena ſua ſuxerunt, euerterunt. Vide Bellarminum Card. quoſque nos Hæreticorũ Atheiſmos conſcripſimus. Vixit circa an. 604. tempore Phocæ Imp.

Porrò *lego* (ait Maldonatus noſter in 10. c. Io. verſ. 18. ad finem) *in Græcorum Catena, Io. Grammatici in hunc locum explicationem (vt videtur) non ſatis Catholicum, Chriſtum poteſtatem hanc animam ſuam ponendi, atque reſumendi etiam vt Deum à Patre accepiſſe.* Quæ huc volui adtexere, vt etiam Catena illa Græca circumſpectè verſetur. Sed & vide in verbo Ioannes Philoponus.

IOANNES Grandiſonus, ſiue Grantſon, Anglus, Epiſcopus, hoc eſt, Exceſtrienſis, ſcripſit De vitis Sanctorum. Obijt an. 1369.

IOANNES Grauenduneck, Teutonicus, Ord. Minorum, Poſtillam ex aliorum libris collegit. Vixit Moguntiæ, ſucceſſitque Ioanni Fero, de cuius Operibus ſcripſimus, in verbo, Io. Ferus.

IOANNES Grauuer Carmelita, qui putatur fuiſſe Germanus, aut Belga, ſcripſit Commentarios ad Mag. Sent. In Exodum autem lib. 1. De Concordia Euangeliſtarum, Sermones de Tempore, & de Sanctis. Viuebat an. 1440.

IOANNES Graye, Anglus, Epiſcopus Nordouicenſis, ſcripſit Opus Hiſtoriarũ, quod *Schalecronicon*, inſcripſit.

IOANNES Grillus, non I.C. ille, qui gloſſam edidit ad Conſtitutiones Regni Siciliæ, ſed qui Salernitanum olim Principem ſecutus in Galliam, inciderat incautus in hæreticorum laqueos, abiuratis Auenione hæreſibus publicè, ac ſpontè, cauſſas ſui ad Catholicam Eccleſiam reditus, & abiurationem Caluinianorum Dogmatum edidit in eadem Ciuitate. Quæ item Venetijs recuſa ſunt an. 1568.

IOANNES Gritſch, Baſileenſis, Ord. Min. Theologus, ſcripſit Sermones de Tempore, lib. 1. Sermones de Sanctis, lib. 1. De Paſſione Domini, lib. 1. Quadrageſimale, quod impreſſum eſt an. 1477. apud Io. Vienner. Viuebat ipſe an. 1430.

IOANNES Grodecius, Vratiſlauienſis, Canonicus autem Varmiẽſis Cyrilli Archiep. Hieroſolymorum Catecheſes illuminatiorum xviij. & quinque myſtagogicas latinitate donauit. Pariſijs apud Gulielmum Desbois an. 1564.

IOANNES Gropperus, Germanus I.C. ad S. Gereonem Coloniæ Scholaſticus, Collegij Bonnenſis Præpoſitus, qui Cardinalatum à Pont. Max. oblatum recuſauit, Enchiridiõ Chriſtianæ Inſtitutionis nomine Concilij Conſtantienſis edidit. Scripſit autem Iſagogen ad pleniorem cognitionem vniuerſæ Catholicæ Religionis, Coloniæ excuſam ann. 1554. & Antuerpiæ an. 1556. De veritate item Corporis, & Sanguinis Chriſti. Col. an. 1560. Viuebat eo tempore.

IOANNES Groſſus, patria Toloſanus, Generalis autem Prior Ord. ſui Carmelitani nonusdecimus, ſcripſit libros tres De Ordinis ſui Inſtitutione, ac progreſſu. Quos inſcripſit *Viridarium*. Sermones quoque. Moritur Martino V. Pont. Max.

IOANNES Gualenſis, Anglus, Ord. Min. qui ann. 1300. viuebat, ſcripſit

| | |
|---|---|
| In Apocalypſim D. Ioannis. | Lecturam Sentent. lib. 4. |
| De Regimine vitæ humanæ. | Sermones de Tempore, ac de Sanctis. |
| Ordinarium vitæ Religioſæ. | De ordinatione vniuerſali. |
| De virtutibus antiquorum. | Manipulum florum. |
| Dicta Philoſophorum. | Hiſtoriarum memorabilium collectanea. |

Lecturas ſcripturarum, ſed quorumnam tacet, qui de eo ſcribit.

IOANNES Gualenſis, Anglus, cognomento Iunior, ſcripſit Lecturam Sent. lib. 4. Librum item alterum Diſputationum. Viuebat an. 1346.

IOANNES Gualla, Iureconſultus, ſcripſit librum, quem prænotauit, Sanctuarium Papiæ, nimirum in quo hiſtorias conſcripſit omnium Sanctorum Ticinenſium. Ibidem editum an. 1505.

IOANNES Guent, Cambricæ Regionis Alumnus, ſcripſit Cõmentarios in Mag. Sent. & Quæſtiones diſputatas. Obijt an. 1382.

IOANNES Guidottus, Bononienſis, Gregorij XIII. Pont. Max. Sacellaneus, edidit Directorium Chori ad vſum Baſilicæ Vaticanæ, & aliarum Eccleſiarum Cathedralium,

& collegiatorum. Romæ apud Robertum Grauium Pariſienſem, an. 1582.

IOANNES Guldener, Germanus, Theologus Pariſienſis, Coloniæ Carmelita, ſcripſit Sermones de Tempore. Sermones de Sanctis. Sermones per Aduentum. Quadrageſimale. Collationes feriales. Viuebat an. 1340. qui denique Bruxellis obijt.

IOANNES Guntherus, Poſtillas ſcripſit, quas Latinè redditas emiſit Lugduni Iacobus Boyerius, an. 1557.

IOANNES Guideti, Directorium Chori. Romæ per Franciſcum Coatinum, anno 1589.

IOANNES Hagen, dictus *de Indagine*, Teutonicus, Ord. Cartuſiani, Domus Montis S. Saluatoris prope Erfordiam, Prior in Yſennach, & in Steryn, qui vixit ann. 1460. non eſt ille, cui hæretici in ſuis Catalogis aſcripſerunt libros de Chiromantia, de Phyſiognomia, Canones Aſtrologiæ, & de alijs ad proſcriptam Iudiciariam Aſtronomiam ſpectantibus. Nam auctor iſtorum nomen, quod præfert (fictitium ne, an verum,) & ipſe nominatus Ioan. de Indagine, prohibitus eſt, vt reliqui eiuſmodi ſcriptores, in Romano Indice.

Sed quod ad Ioannem Hagen ſpectat, plura ille, quæ pietatem ſpirant, & doctrinam, ſcripſit. Quorum primò huc adtexemus, quæ Tritemius ſe vidiſſe narrat. Deinde ea, quę alij ſcribunt m.s. aſſeruari in Germania.

| | |
|---|---|
| De laude paupertatis, lib. I. | *Beati pauperes ſpiritu quoniam.* |
| De vita Religioſorum, lib. I. | *Simile eſt regnum cœlorum.* |
| De caſu Religionis, lib. I. | *Quomodo ſedet ſola Ciuitas.* |
| De vita adoleſcentulorum, lib. I. | *Adoleſcentulus ſum ego.* |
| De humilitate & ſuperbia, lib. I. | *Ego ſum via, veritas.* |
| De ornatu interiori, lib. I. | *Omnis gloria filia regis.* |
| De acceſſu ad nouum hominem, lib. I. | *Ecce ego noua facio.* |
| De gratia & libero arbitrio, lib. I. | *Non ego ſolus, ſed gratia.* |
| De corruptione & gratia DEI, lib. I. | *Corripiet me iuſtus in.* |
| De natura & gratia, lib. I. | *Vidit Deus cuncta, quæ fecit.* |
| De perſeuerantia. lib. I. | *Qui perſeuerauerit.* |
| De ſpiritu, corpore, & anima, lib. I. | *Apoſtolus Paulus vas electionis.* |
| De mandatis Prælatorum, lib. I. | *Sic nos exiſtimet homo.* |
| De charitate, lib. I. | *Fortis eſt vt mors dilectio.* |
| De dilectione DEI, lib. I. | *In lege Moyſi poſt mul.* |
| De Meditatione, lib. I. | *Felix anima quæ humili.* |
| De Inquiſitione Summi boni, lib. I. | *Magnus es Domine & lau.* |
| Contra errores Bohemorum, lib. I. | *In Chriſto Ieſu Orationes.* |
| Ad Epiſc. Ratiſpon. contra eoſdem, lib. 4. | *Reuerendiſſ. in Chriſto.* |
| Ad Marchionem Brandenburgenſem, li. I. | *Illuſtri Principi, & Domino.* |
| Ad Vniuerſitatem Erfordenſem, lib. I. | *Synceram in Domino charita.* |
| In regulam S. Benedicti, lib. I. | *Probate ſpiritus, ſi ex Deo.* |
| De cauendis doctrinis peregrinis, lib. I. | *Varijs & peregrinis.* |
| De cognitione futurorum, lib. I. | *Annunciate quæ futura ſunt.* |
| De viſione Tundali, lib. I. | *Circa viſionem Tundali.* |
| De viſione DANIELIS, cap. 7. lib. I. | *Quæſitum eſt de expoſit.* |
| De apparitione cuiuſdam defunctæ, lib. I. | *Quædam mulier perducta.* |
| De futuris prodigijs, lib. I. | *Omnia in menſura, numero.* |
| De planctu ſolitarij, lib. I. | *Quis dabit capiti meo.* |
| De cruciata contra hæreticos, lib. I. | *Circa cruciatam, quæ.* |
| De auferibilitate ſponſi ab Eccleſia, lib. I. | *In nomine Domini noſtri Ieſu.* |
| De tempore ſchiſmatis, lib. I. | *Et quia entia nolunt.* |
| De auctoritate Papæ in Concilio, lib. I. | *Dubitatum eſt, & quæſitum.* |
| De poteſtate Eccleſiaſtica, lib. I. | *In Chriſti Euangelio le.* |
| De correctione fraterna, lib. I. | *Item quæritur in fraterna.* |
| De paruulis non Baptizatis, lib. I. | *Dubitatum eſt, & quæſitum.* |
| De Iudice cōtra conſcientiā iudicante, li. I. | *Dubitatum eſt, ſi liceat.* |
| Contra flagellatores, lib. I. | *In nomine Chriſti. Incipit.* |
| An ſine profeſſione Religioſus, lib. I. | *In nomine Chriſti. Incipit.* |
| De ieiunio quintæ feriæ, lib. I. | *Dubitatur an licitum ſit.* |
| De iuſto & iniuſto bello, lib. I. | *Nota ad iuſtum bellum.* |

De

| | |
|---|---|
| De doctrina Eccleſiæ, lib. 1. | *Tu es Petrus, & ſuper.* |
| De auditione Miſſarum, lib. 1. | *Sapiens dicit, Fili omnia fac.* |
| Contra Ioannem Kanneman, lib. 2. | *In nomine Ieſu Chriſti. In.* |
| De vita ſpirituali, lib. 1. | *Si ſpirituu viuimus, ſpiritu &.* |
| De diſcretione cogitationum, lib. 1. | *Vt quid cogitatis ma.* |
| De vera & falſa pœnitentia, lib. 1. | *Pœnitentiam agite ap.* |
| De modo confitendi, lib. 1. | *Propheta regius Pſal.* |
| De audiendis confeſſionibus, lib. 1. | *Confitemini alterutrum.* |
| De ſpiritali arte memoratiua, lib. 1. | *Memorare nouiſſima.* |
| De quatuor ſenſibus ſcripturæ, lib. 1. | *In nomine Chriſti, & eius in.* |
| De contemplatione, lib. 1. | *Hæc eſt vita æterna.* |
| De interdicto, lib. 1. | *In ſalicibus in medio.* |
| In dedicatione Sermones quinque, lib. 1. | *Salomon ædificauit.* |
| Ad Rodulphum Epiſc. Lauantinum, lib. 1. | |
| De falſis prophetis, lib. 1. | |
| De communione ſub vtraque ſpecie, lib. 1. | *De communione ſub vtraque.* |
| Epiſtolarum ad diuerſos, lib. 1. | In Regum, quadruplici ſenſu, lib. 1. |
| Sermones quoque varios, lib. 1. | |

In multos denique libros Bibliorum Commentarios elegantes compoſuit, alioſque Tractatus, & Quæſtionum ſolutiones penè innumeras & inſignes. Hæc Tritem.

***Quæ autem m.s. extabant in varijs Germaniæ locis, & inprimis apud Cartuſianos, vbi hæretici Bibliothecas non combuſſerunt, aut Monaſteria non ſunt demoliti, hæc ſunt.***

Prologus ſuper Biblia.

De commendatione Sacræ Scripturæ.

De multiplici ſenſu, & de regulis exponendi eam.

Super 5. libr. Moyſis, expoſitio quadruplex.

Quæſtiones cum breui promiſſione ſententiæ & intentionis cuiuſlibet Catalogi, quas ſi profundius ſcrutatus quis fuerit, inueniet quãdam medullam expoſitionis Hebreæ, & Catholicorum, in ſenſu literali, & myſtico.

Super Ioſue quadruplex ſenſus, diuiſio ſingulorum Catholicorum eiuſdem libri, & quæſtiones.

Super Iudith quadruplex expoſitio. Prima expoſitio eius de Beata Virgine. Deinde talis quadruplex expoſitio cum quæſtionibus.

Super Iudicum, Ruth, Regum, & Paralipomenon, ſuper ſingulos libros quadruplex expoſitio, item diuiſiones, & quæſtiones eorundem.

Super Eſdra, ſuper populum eius cum quæſtionibus.

Super Neemia, & Eſdræ 2. quadruplex explanatio.

Super 3. & 4. Eſdræ expoſitio, non tamen per ſingula capita.

Item explanatio literalis, & excerptum textus per omnia capitula, cum ſpeciali ſenſu in margine.

Thobiæ quadruplex expoſitio.

Eſter quadruplex expoſitio cum quæſtionibus.

Item alia quadruplex expoſitio cum quæſtionibus.

Expoſitio huius libri de Beata Virgine.

Iob literalis expoſitio plena cum quæſtionibus.

Breuis expoſitio literę ex ſcripturis latior, præcipuè Tropologica. Allegorica plena, & altera Anagogica eiuſdem libri.

Pſalterium cum annexis Canticis quadruplici ſenſu expoſitum.

Quæſtiones ſuper Pſalterium.

Prouerbiorum expoſitio, mixtim poſitiones quadruplicis ſenſus, non ſeorſum, vt in alijs.

Eorundem expoſitio Tropologica & Anagogica.

Eccleſiaſtici quadruplex expoſitio cũ quæſtionibus.

Cantica Canticorum quadruplici ſenſu primum expoſita.

Eorũdem expoſitio de B. Virgine triplex, & præterea octaua expoſitio moralis.

Sapientiæ libri quadruplex ſenſus, & quæſtiones.

Item multiplex explanatio & quæſtiones & diuiſiones.

Eſaiæ mixtum expoſitiones Hebræorum, & Catholicorum.

Ieremiæ quadruplex expoſitio, cum quæſtionibus.

Threnorũ quadruplex expoſitio, & quinta de Paſſione Chriſti.

Quæſtiones ſuper ſenſum literalem.



Digitized by Google

Baruch quadruplex expoſitio cum quæſtionibus.
Ezechielis quadruplex expoſitio cum quæſtionibus.
Myſtica expoſitio illius viſionum.
Anagogia plenius poſita.
Literalis expoſitio huius viſionis & figuræ.
Danielis quadruplex expoſitio cum quæſtionibus.
Duodecim Prophetarum myſticorũ, quadruplex expoſitio.
Eorundem diuiſiones & quæſtiones.
Expoſitiones omnium Prologorum & Prophetarum totius Bibliæ.
Breuis expoſitio omnium Prophetarum, & maiorum, & minorum.
Expoſitio ſuper Ionam, & Abdiam ſpiritualis.
Expoſitio quadruplex figurarum veteris, & noui teſtamenti.
Machab. expoſitiones cum quæſtionibus.
Eorundem librorum breuis expoſitio.
Alia breuiſſima expoſitio tantum ſpiritualis.
Matthæi quadruplex expoſitio.
Lucæ quadruplex ſpiritualis expoſitio.
Quæſtiones ſuper eundem.
Euangelij Ioannis quadruplex expoſitio, & alia literalis cum quæſtionibus.
Epiſtolarum Pauli ad Romanos, Corinthios, Galatas, Epheſios, Philippenſes, Timotheum, Titum, Philemonem, Hebræos quadruplex expoſitio cum quæſtionibus.
Actorum Apoſtolicorum quadruplex expoſitio, & præterea alia myſtica.
Apocalypſis Ioannis duplici ſenſu expoſita.
Canonicarum, ſiue Catholicarum Epiſtolarum quadruplex expoſitio.
Declaratio ſuper quadruplici expoſitione ſua totius Bibliæ, quare expoſita ſint multa myſticè, quæ fidem ædificant, & quomodo hoc fieri poſſit, & quomodo multa intelligenda ſint ſanè in expoſitionibus ſuis. Excuſat etiã ſe de hoc, quod aliquando in ſcribendo poſuit non ſuũ nomen, ſed in plurali, Nos.
Tractatus circa Paſſionem Domini in Paſcha.
Summarium totius Theologiæ.
Expoſitio Officij defunctorum.
Item Canticorum, quæ cantantur apud Cartuſianos.
Item Hymnorum conſuetorum apud eoſdem Cartuſianos.
Donatus ſpiritualis, ſenſus myſticus ſecundum ordinem Donati Grammatici. Vbi deuota omnia docentur.
De aſcenſu in ſpiritualem perfectionem.
De Prophetis & differentia eorum.
De laude Diuina.
Vocabularium duplex terminorum Sacræ Theologiæ.
Tractatus de contemplatione.
De celebratione feſtorum.
De expoſitione Sacræ Scripturæ.
Inſtructio Prædicatoris.
De modo ſtudendi, & quadruplici ſenſu ſcripturæ.
Tractatus de Indulgentijs in Ordine Cartuſianorum.
Expoſitio Pſalmorum pœnitentialium.
Imago vitæ.
Compaſſio Mariæ.
Alloquium de nouem gladijs.
De veritate dicenda.
De via profeſſionis.
De ſtatu Religioſorum, & maximè quo ad eorum proprietatem, & de expoſitione profeſſionis.
Tractatus de viſionibus.
Tractatus de feſto.
De ortu & origine ſententiarum, & de modo ſtudendi.
De arte numerandi, nõ phyſicali quidem, ſed ſpirituali, quomodo quis ſe exerceat in operibus Dei ad acquirendam deuotionem & timorem Dei.
Multa excerpta eius, quæ fecit ex diuiſione librorum Doctorum.
Tractatus duo de myſtica Theologia.
De modo abſoluendi.
De ſepultura.
De caſibus renaſcentis.
De modo renaſcendi.
De Oratione & Pſalmodia.
De tranſitu de vna Religione ad aliam.
De diuerſis ſtatibus in Ordine Cartuſiano.
De redditis à Donatis.
Colloquium hominis ſuos defectus deflentis.
Colloquium de Sanctiſſima Trinitate.
De vita Chriſtiana, qualiter quis bene debeat viuere.
De gratiarum actione.
De chorea, quomodo permittenda ſit, quo modo non.
De cauſis reſignationis prælaturæ, & curæ paſtoralis.
De vita, & regimine clericorum & paſtorum.
De ceſſatione dominiorum quomodo ſint ſeruanda.
De confirmatione Ordinis Cartuſiæ.

Chronica triplex.
Scripta ſuper ſtatuta Cartuſianorum & Ordinationes Capituli generalis.
De varijs dubijs in Ordine Cartuſianorũ.
Expoſitio eiuſdem priuilegij Apoſtolici Cartuſianis pro excommunicatis nõ vitandis.
Tractatus de irregularitate.
De caſibus contingentibus, & miraculis.
De electione in Ordine Cartuſianorum.
Speculum nouitiorum.
Priuilegiorum Cartuſianorum expoſitio breuis.
Item eorundem expoſitio longa.
Formæ abſoluendi in confeſſione multiplici.
Declamationes ſuper vita ſpirituali.
De ornatu interiori.
De acceſſu ad nouum hominem.
De gratia, & liberalibus artibus.
De meditatione deuota, & qualiter fiat.
De dilectione Dei & proximi.
De mandatis ſuperiorum, & de meditatione eorum.
Planctus ſuper religioſos male viuentes.
De vita adoleſcentulorum vt proficiant in melius.
De gradibus ſuperbiæ, & humilitatis.
Breuis & ſufficiens modus confitendi.
De doctrina Eccleſiæ, & quomodo ſit infallibilis & certa.
De vita Religioſa quomodo debeat eſſe & dirigi.
De vera pecunia acquirenda & cuſtodienda.
De inquiſitione ſummi boni, vt feliciter inueniatur.
De ſpiritu & corpore.
De corruptiõe hominis, & gratia Dei, quomodo ſtant.
De natura & gratia Dei quomodo ſtant ſimpliciter.
De perſeuerantia quomodo ſit ſeruanda, quæ etiam ſola ſaluat.
Breuis expoſitio ſuper preces quæ fiunt in ordine Cartuſianorum.
De prælaturis & dignitatibus, & an liceat appetere eas.
De fratria communicatione.
De paruulis fidelium, qui caſu moriuntur ante baptiſmum.
De iudice, quomodo nõ poſſit iudicare cõtra conſcientiam.
Expoſitio viſionis Danielis.
Vtrum Papa & eius Legati ſuſcipiendi ſint vt auctoritate in Concilijs præſideant.
De vita Spirituali, & de multis quæſtionib. vtilibus.
De auditione Miſſæ, & de viſione Tundali, & de alijs, quomodo fiant.
De voto abſtinendi à piſcibus & carnibus.
An licitum ſit religioſis concedere ius ad bella.
An licitum ædificare altaria in Eccleſia ſine conſenſu plebani.
An infirmus monachus poſſit manducare carnes.
De apparitiõe mulieris defunctæ, & de prodigijs varijs.
An ſponſus Eccleſiæ poſſit illi auferri.
Tempore ſchiſmatis qualiter ſe habeat homo adhærendo, vel non.
De ortu & origine cogitationum, & affectionum cordis.
De futuris prodigijs, cognitione, & cauſa eorum.
Da peregrinis doctrinis cognoſcendis, & præcauendis.
Planctus ſolitarij ſuper varijs peccatis hominum, & de inſurgẽtibus varijs modis contra Sedem Apoſtolicam.
De cruciata doctrina contra hæreticos an. Dom. 1467.
De cognitione futurorum & ſomniorum.
De paupertate, & laude eius, & differentia.
Tractatus ad petitionem Marchionis Brandeburgenſis ſcriptus ſuper erroribus hæreticorum.
Breuis regula viuendi.
Tractatus de Sacramento Altaris.
Tractatus de intentione, merito, & præmio.
De eleemoſyna quomodo quis eam primò ſibi ipſam dare debeat.
De peccati periculo.
De venditione frumentorum.
De agricultura corporali & ſpirituali.
De poteſtate Vicariorum in Ordine Cartuſianorum.
De Indulgentijs.
Tractatus de creatore, & creaturis, & quomodo per eiuſmodi homo venire debeat ad regenerationem ſui, ac myſticarum doctrinarum.
De ſpirituali profectu.
De fide catholica, & armatura eius, & varijs pugnis Hæreticorum, Paganorum, Iudæorum.
De fraudibus hominum, & remedijs cõtra eas.
De mendicatione Religioſorum.
De via ſecuriore ad ſalutem.
De excommunicatis pro violenta manu in clericos.
De eſu carnium in ordine S. Benedicti.
Regimen præcipuum de inquiſitione veræ vitæ, & ſalutis.
Conſolatio Religioſorum.



Digitized by Google

Intellectus Religioſorum.
Informatio Religioſorum per bonũ Prælatum.
Plures breues quæſtiones pro religioſis.
De libero arbitrio & prædeſtinatione.
Tractatus de gaudio Sanctorum in cœlo, ibi referũtur rara, pulchra, vtilia, & probabilia.
De receptaculis eorum.
De mortuis, & de pœnis eorum.
De ſuffragijs.
De Aduentu Domini ad iudicium.
De loco innocentium, qui decedunt in ſolo originali peccato, & de ſtatu eorum.
De vita Epiſcoporum.
An quis poſſit eſſe perfectus ſine profeſſione Religionis.
De ſpiritualibus aſcenſionibus, & deſcenſionibus.
De bona voluntate.
Expoſitio Symboli Apoſtolorum.
Aſcenſus mentis in Deum per veſtigium creaturarum.
Peculiaria Officia Miſſæ.
De diuerſis.
De Trinitate.
De Spiritu ſancto.
Tractatus de laudibus Beatæ Virginis.
Tractatus vtilis de charitate Dei & proximi quomodo acquiritur & augetur, & de diuerſis cauſis mortis, & impedimentis.
Breue ſoliloquium animæ deuotæ ad Deum.
Forma gratiarum actionis, qualiter homo ſemper debeat gratias agere Deo.
De gradibus humilitatis & mititatis.
De perfectione & modo offerendi filios ad Monaſterium, & de ingreſſu Religionis.
Expoſitio officij Miſſæ.
De negligentijs in Miſſis contingentibus, & de remedijs earum, & de pœna pro eis.
Expoſitio ſuper octo verſus Pſalterij, qui debent æquipollere Pſalterio.
Expoſitio ſuper Angelica Salutatione.
Expoſitio ſuper Dominicam Orationem cum quæſtionibus.
De tentationibus, & conſolationibus, & remedijs contra eaſdem.
De meditatione cordis.
De ſimplicitate, & ſtabilitate, ac mundificatione cordis.
De directione cordis.
De illuminatione cordis.
De arca ſpirituali.
De origine, differentia, diſcuſſione, vtilitate, & periculo cogitationum.
De ædificatione ſpiritualis Domus, breuiter in corde Sancto, & primum quomodo fiat.
De ignorantia ſapienti, & appetitionibus, de docta ignorantia.
De ſpirituali aſcenſu in Deum.
De B. Trinitate & vnitate in Deo.
De appropriatis perſonarum.
De imagine, & ſimilitudine Dei.
De diſciplina morum.
De perſecutione toleranda.
De mortalitate non timenda.
De cauſis perſecutionum, & malorum.
De bono patientiæ.
De cœlo.
De inuidia.
De præparatione ad martyrium.
De fide ſpirituali, & charitate in tota Theologia bonus tractatus.
De ſolatio medicorum, & aliorum operariorum, quomodo licitè accipiantur.
Quando peccata ſint venialia, aut mortalia.
De viſione Dei.
De Chriſti nobilitate, & gratia.
De primo principio & eius affectibus, & ſcrutinio Scripturarum.
De regimine ſanitatis, maximè ſpiritualiũ clericorum.
De multiplici cruore.
De cordis prauitate.
De iure Plebanorum, & Religioſorum, quomodo mutuam habeant concordiam.
De nugamento habituum, differentia, diminutione, & ceſſatione eorum.
De anno Iubilæo, & de plenarjs Indulgentijs.
De reformatione Eccleſiæ in capite, & mẽbris.
An liceat propter paupertatis reuelationẽ recipere ad monaſteria, & de vſura in redemptione.
De laudibus Ord. Cartuſiani.
De excitatione mentis ad deuotionem, & excuſſione torporis.
De reformatione Religioſorum, & modo practicandi.
De arte præparandi ſe ad mortem.
Dialogus inter animam & hominem.
An Maria Virgo permanſerit in corpore.
De libris ſuſcipiendis & legendis, & de ordine illorum.
De diſcretione, & cognitione illorum motuum cordis.
De turbationibus Eccleſiæ.
De Sacramento Altaris.
Soliloquium ad Deum vnum & Trinum.
Secretum ad Deum colloquium.
Soliloquium ad Beatam Virginem.
De tota Biblia.

Tractatus de duabus ciuitatibus.
De veritate & de libero arbitrio.
De caſu Angeli.
De prædeſtinatione, quomodo ſtet cum libero arbitrio.
De paucitate iuſtorum.
De animæ prauitate.
Quædam dubia, præcipuè de Iure Patronatus.
De perfectione vitæ Chriſtianæ.
De contractibus emptionis, & redemptionis.
De negociatione, & numiſmate ſpirituali.
De pœna reorum ad mortem adiudicatorum.
De elargitione eleemoſynarum.
De moneta temporali.
Conſiderationes circa Iudæos.
De Incarnatione Verbi.
De Similitudinibus.
Igniculus deuotionis.
De myſtica Theologia.
De offenſa in Deum, & de eius remiſſione.
De regimine Prælati in religione.
De Religionibus.
De omnibus ſtatibus, Spiritualium videlicet, Papæ, Cardinalium, Epiſcoporum bonus tractatus.
De contractibus varijs.
De Synodis, & de Concilio generali.
De cenſuris quando abrogantur, & de filijs hæreticorum.
De reddendo debito coniugi, & de modo.
De fraterna correctione, & recta prædicatione.
De communione ſub vtraque ſpecie.
De beneficijs Monachorum, & quid iuris habeant.
De infeudatione decimarum, & quando Laici illas habere poſſint.
De decimis, & quomodo tractentur.
De vita ſpirituali, & reformatiōe hæreſum & errorum.
De nobilitate, & in quo conſiſtat verè.
De quæſtionibus, quando ſuſpecti examinantur pœnis, vt confiteantur.
De diſtributionibus quotidianis quæ dantur intereſſentibus alijs.
Actore non probante, reus quomodo abſoluatur.
De ſimonia in beneficio, & de promiſſione futuri beneficij.
Pulchra de vita Eccleſiaſticorum virorum
De corporibus, quæ ſurrexerunt cum Chriſto.
De proprietate Monachorum.
Expoſitio ſuper duo Decreta Baſileenſis Concilij, videlicet de excommunicatis non vitandis, & de annatis non ſoluendis.
De beata Trinitate.
Summaria, & breuis expoſitio priuilegiorum Ord. Cartuſiani.
De conſideratione ſui & eorum quæ ad ſe pertinent.
Modus viuendi ſanctè, & religiosè in fide Chriſtiana.
De vita Chriſtiana, & modo viuendi Chriſtianorum.
De cognitione ſuiipſius.
De modo perueniēdi ad perfectionem, ex ſtatutis Cartuſianis, & de exercitijs eorundem.
Declaratio ſuper cruciatas, quæ fiunt contra Turcas.
De priuilegio Friderici Imperatoris dato Scholaribus.
De audiendis confeſſionibus, & de forma abſoluendi.
De multis periculis Prælatorum, ex peccatis ſubditorum, & aliunde.
Quibus modis aliorum peccata, & defectus poſſint vitari licitè.
De vitando ſcandalo.
De emendatione.
De periculis Religioſorum in temporalibus.
De cupiditate emendi temporalia.
De reſignatione curæ paſtoralis ad quendā Prælatum, & eſt Dialogus, defenſarium ipſius, vbi ponuntur quatuor modi iudicandi, & quædam Apologia.
De modo reformandi moniales.
De reſtitutionibus, cenſuris, & iuriſdictione Eccleſiæ.
Auiſamentum Prælatorum quoad regimē ſubditorum, præſertim in Canonibus perplexis, & confuſis.
Scripta aliqua circa electionem Regis Bohemiæ.
De Iuriſdictione Eccleſiaſtica, de participantibus excommunicatis.
Item de excommunicatis vitandis vel non vitandis.
De poteſtate Eccleſiaſtica.
De anima, ac viribus, operationibuſque eius.
De multiplici vita animæ.
De officio Miſſæ.
De honeſtate tenenda, & inhoneſtate vitanda.
De affectionibus.
De vita Epiſcoporum.
Speculum Epiſcoporum.
Tractatus rectè viuendi.
De ornatu Mulierum contra Prophetias prophanas huius temporis.
De ſpirituali Sacerdote, & de ſpirituali celebra-



Digitized by Google

lebratione.
De abſolutione plenaria.
Breuis expoſitio regulæ S. Benedicti.
De anno Iubilæo.
Speculum Monialium.
Regulæ intelligendi ſanctam Scripturam.
De primarijs precibus, an licitæ ſint.
De Tyranno, & Rectore bono.
De myſticatione & ſignificatiõe ſuſceptionis habitus, conuerſationis, & ceremonialium Religioſorum præcipuè Cartuſianorum.
De forma ſuſceptionis & profeſſionis.
Tractatus de viſionibus.
Quomodo Plebani vel Eccleſiæ Rectores alicuius communitatis ſe habeant ad publicos peccatores, quomodo ad cenſuras Eccleſiaſticas.
De peregrinationibus.
De irregularitate, quam Clericus aliquando pugnando non incurrit.
Doctrinæ pro conſcientijs oneratis.
An ignis purgatorius purget etiam habitus vitioſos, & ſcorias, & reliquias peccatorum.
Tractatus de viſitationibus faciendis.
Quomodo quilibet habens ordinariam poteſtatem abſoluendi, poteſt eam alijs cõmunicare.
De Spiritu ſancto.
Quid ſentiendum ſit de remiſſione confitentium mortalia, &c.
Defenſorium paruulum pro S. Thoma, cõtra eos, qui eius ſcripta minus vera reputant.
Excerpta multorũ librorum D. Gregorij, Bernardi, Hieronymi. Item meliorum & notabiliorum librorum Auguſt. Ambroſij, B. Thomæ, Hugonis, & Richardi. Item totius corporis Iuris Canonici & Ciuilis. Itẽ ex varijs hiſtorijs, & Chronicis & libris Philoſophorum, Platonis, Ariſtotelis.
De officio Abbatis.
De officio Cancellarij.
De officio & modo viuendi Suffraganei.
De officio Prioris in Ordine Cartuſiano.
De regimine Comitis.
De regimine Principis.
De regimine boni Aduocati.
De officio Magiſtri piſcium.
De ligatore librorum.
De officio Vicarij, Procuratoris, Sacriſtæ, Emendatoris, Cantoris, Infirmarij, Sacerdotis.
De officio prædicandi.
De ſpirituali Sacerdote.
Sermones de dedicatione.
Sermones breues ſpirituales de Sanctis per totum annum.
Sermo optimus pro bona conſcientia.
Sermones de inuocatione Diuini auxilij.
Collationes vtiles & breues ex Epiſtolis & Euangelijs ad Religioſos.
Paſſio Chriſti.
Poſtilla Dominicalium Euangeliorum per totum annum, cum breuibus ſermonibus.
De Corpore Chriſti.
Sermo de Animabus.
Sermo de nouo Sacerdote.
Sermones breues ad monachos.
Sermo de varijs nuptijs.
Sermones duo de S. Martino.
Septem Sermones de Synodo.
Octo ſermones de Viſionibus.
Duo breues ſermones ad religioſos.
De electione Prioris, tres Sermones.
Septem Sermones de ſanctiſſimo Dionyſio.
Collatio in die omnium Sanctorum.
Sermo de Reformatoris commendatione.
Sermo ſalutatorius in receptione, vel acceptione Regiminis.
Nouem Sermones quorum thema eſt, *Qui intrat per oſtium paſtor eſt.*
Collatio pro Capitulo Abbatum Ordinis S. Benedicti.
De vnione.
Commune Sanctorum.
De regimine Magiſtri cameræ.
De regimine negociatoris.
De regimine ciuitatis, & Conciliorum.
De Cõcilio generali, & qualiter errare poſſit, & qualiter non, & quomodo ſe habẽdum ſit circa ſchiſmata.
De gratiarum actione, & ſporta fragmentorum.
De arte audiendi Confeſſiones.
Soliloquium ſecundum quatuor libros Sẽtentiarum.
Tractatus quomodo præſcribitur cõtra ſtatutum religionis.
De nouo anno, quod cuilibet dandum ſit.
De regimine medicorum, & ſpirituali medicina.
De regimine exactoris, & ſpirituali militia.
De poteſtate abſoluendi in Canonibus reſeruatis, & quomodo de iure communi peccata non ſint reſeruanda in Sacramẽtali abſolutione.
De poteſtate abſoluendi excommunicatos, quorum abſolutio Papæ reſeruatur, & poteſt Epiſcopus in aliquibus canonibus.
Tractatus quomodo corrigant adoleſcentes vitam ſuam.

Tractatus ad B. Virginem. *O pulcherrimam.*
De diſcretione ſpirituum.
De ſtatutis Ciuitatum,& vniuerſitatum.
Sermones de Deo, de Spiritu ſancto, de B. Virgine.
De Viſitatione Mariæ in montana.
De Annunciatione.
De Præſentatione Mariæ.
De Purificatione.
De Conceptione.
De Natiuitate.
De Aſſumptione.
De omnibus feſtis Mariæ.
De Corpore Chriſti.
De Natiuitate Domini.
Item quæſtiones & dubia, vtrum religioſi poſſint emere domos in Ciuitatibus.
Vtrum Prælatus poſſit dare licentiam intrandi ad Moniales.
An quis non putans ſe idoneum ad prælaturam, teneatur, ſi electus fuerit, conſentire.
An religioſus poſſit ſua peccata occultate.
An exempti poſſint ab alijs iudicari, & an eis ſubiaceant.
An quis poſſit laudare ſeipſum.
An Monachi poſſint recipere precarias,quę dantur vltra debitum cenſum.
Quid ſentiendum ſit de pauperibus cenſualibus,qui non ſunt ſoluendo ſine ſua culpa,an debeant grauari.
An liceat religioſis habere dominia temporalia.
An aliquis infra ætatem legitimam, & coactus in aliquam religionem, profeſſioně faciens,obligetur ad eandem.
An corpore vitiati poſſint fieri Sacerdotes.
Quare religioſi de obſeruandis, præcipuè campeſtres, cõmuniter non vtuntur organis, & de eſu carnium, quomodo fiat in ea diſpenſatio.
An poſſit dari abſolutio ab Eccleſiaſtica cẽſura per plenarias Indulgentias.
An delegatus ſub delegato poſſit vltra ſubdelegare.
An Cartuſiani exempti gratia exemptionis pro ordinibus ſuſcipiendis poſſint ſuos ordinandos cuique Epiſcopo ſubdere.
An Viſitator Cartuſianus gratia Papalis auctoritatis ſibi cõceſſæ diſpenſare poſſit, eum ordinando, qui nondum habet debitam ætatem.
Quæſtio de religioſo,qui iurauit intrare aliam religionem.
Quęſtio circa ſtationem,quę ſunt tempore Ioſue & Ezechiæ.
An viris religioſis expediat recipere eleemoſynas, & pro eis conferre bona ſua ſpiritualia.
De varijs dubijs contingentibus in Ordine Cartuſiano.
De dubijs, quæ contingunt ex pacto interdicti.
De varijs dubijs ortis ex Statutis Cartuſian.
De varijs caſibus contingentibus in certis locis ratione miraculorum.
Tractatus reſponſiuus ad quæſtiones Doctoris Ioannis de Vveſalia.
An liceat propter paupertatem releuandã recipere diuites in monaſteria.
An Maria Magdalena fuerit corpore corrupta.
Vtrum clerici debeant vigilare.
De domibus ſuis in ciuitatibus.

Scripſit etiam Tractatum contra peſtilentiam. Item Chronicon triplex, primum ab initio mundi ad annum 1471. alterum breue,tertium breuiſſimum.

IOANNES Haij, Scoti, Societatis Ieſu in Academia Turnonia Theologiæ profeſſoris, atque artium Decani Diſputationum libri duo, in quibus calumniæ, & captiones miniſtri anonymi Nemauſenſis contra aſſertiones Theologicas, & Philoſophicas in eadem Academia,ann.1581. propoſitas, diſcutiuntur, Lugduni apud Ioan. Pillehotte anno 1584. Recognitio item quædam Bibliothecæ Sanctæ Sixti Senenſis, ad quartum præſertim librum.

IOANNES Halgrinus,Monachus & Abbas Abbeuillæ in Gallia,ac deinceps Cardinalis à Gregorio Nono creatus,in Opere,quod ſcripſit in Canticum Canticorum,quod vocatur *Expoſitio ſexta de Chriſto & Maria*, fuit excuſus Pariſijs ann.1521. quaſi fuiſſet Laicus & non Monachus, emendandus verò eſt numerus anni, excuſus in aliquibus Codicibus Sixti Senenſis,quaſi vixiſſet ann.1450.cum vixerit circa annum 1230. De eius autem Expoſitione in Cantica,ſic idem Sixtus. Ioannes Halgrinus ab Abbatis villa, Decanus Ambianenſis, & Cardinalis Sabinenſis, profeſſione, ſtylo, & methodo Scholaſticus, nouo explanationis genere, quod *Sextum* appellatur, Canticum Canticorum illuſtrauit. Si quidem ante ipſum quinque tantum expoſitionum modi in hunc librum prodierant. Primus eorum,qui totum Canticum ſecundum Occidentem literam de Amoribus Salomonis, & filiæ Pharaonis, ſiue Abiſag Sunamitidis interpretantur. Secundus eorum,qui id ipſum, ceu colloquium inter Salomonem & Rempublicam Iudæorum exponunt. Tertius eorum , qui alludentes ad librum Martiani Capellæ , *De nuptijs Philologiæ & Mercurij*

inſcriptum, hoc ipſum Canticum eſſe dicunt Epithalamion Sapientis & Sapientiæ inuicem colloquentium. Quartus eorum, qui librum hunc affirmant eſſe Epithalamiũ Chriſti, & Eccleſiæ. Quintus eorum, qui eundem exponunt de amore animæ ad Deum, & amore Dei ad animam. His igitur quinque expoſitionibus Ioannes Sextam ſuperaddidit, Mariæ matris Chriſti, & Chriſti filij eius mutua colloquia enarrantem, cuius enarationis argumentum ipſe in Præfatione Commentariorum ſuorum his verbis breuiter complexus eſt.

Continet hoc Canticum Matris & Filij, beatæ ſcilicet Virginis & Domini Ieſu Chriſti, applauſum iocundum & mutuum. Hic enim applaudit Mater Filio: hic, Filius iocundatur in Matre: hic Matris priuilegia deſcribit Filius: hic excellẽtiam Filij deſcribit Mater. loquuntur autem in hoc Cantico quatuor perſonæ, videlicet Mater, & Filius, & Angeli, qui Filio aſſiſtunt, vt domino, & Adoleſcentulæ Virgines, qui tamquam ſuæ dominæ aſſiſtunt Virgini, ſicut ſequens ſcripturæ ſeries declarabit. Opus incipit, *Ad honorem Matris & Filij Cantica Canticorum expoſiturus.* Aſcenſius Pariſijs excudit an. 1521.

IOANNES Harding, ſiue *Hardinge,* Anglus, ſcripſit Chronicon vſque ad tempus Henrici Quarti, De ſubmiſſione Scoticorum Regum ſub Angliam: & Scotiæ deſcriptionem breuem. Viuebat an. 1461.

IOANNES Harley, Anglus, Ordin. Præd. ſcripſit duo Commentaria ad quatuor libros Mag. Sent. Tractatum de prædeſtinatione Dei. Pleraque Quodlibeta. Viuebat anno 1514.

IOANNES Haſſelenſis, ſiue *Haſſelius.* Vide in verbo, Io. Leonardus Haſſelius.

IOANNES Haſſembergius, Boemus, Regiorum Liberorum Ferdinandi Imp. Præceptor, multa copioſè, & doctè contra Lutherum ſcripſit. Viuebat an. 1543.

IOANNES de la Haye S.I. Theologus Euangeliſtarum quaternionem, ſeu Euangelicę Hiſtoriæ Diſpoſitionem edidit Duaci apud hæredes Belleri, an. 1606.

IOANNES Hayton, Anglus, ſcripſit in Matthæum. In Lucam. In Ioannem Euangeliſtas. In Pauli Epiſtolas ad Corinthios, & ad Hebræos. In Canonicam Ioannis. Adnotationes ad eandem. In Apocalipſim 46. Lectiones. Sermones de Tempore, ac de Sanctis. Quæſtiones Theologiæ. Summam de virtutibus. Viuebat Lyncolniæ, an. 1428. Sixtus autem Senenſis ſcribit eum in quatuor Euangeliſtas ſcripſiſſe.

IOANNES Henlin, expoſitionem Antiphnæ, ſiue Cantici, *Salue Regina,* auctoritatibus Diuinæ Scripturæ, & Sanctorum Patrum hiſtorijs expoſuit. Viuebat an. 1498. Eiſingrenius.

IOANNES Henrici, Behem, Doct. Canonici Preces, ac Meditationes deuotiſſimæ, de vita, & beneficijs Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti ab Amando de Bellouiſu olim cõſcriptæ. nunc verò auctæ. Moguntiæ ex Officina Henrici Behem, an. 1593.

IOANNIS Henricus, Syluius, Diſputationem Theologicam bipartitam, de prodigioſis viuorum hominũ apparitionibus: & priori quidem explicantur illæ, in quibus ſe viui ſub propria forma nunc vigilantibus, nunc dormientibus exhibent. Poſteriori verò in quibus ijdem ſub brutorum animantium varijs formis conſpiciuntur. Virzburgi anno 1591.

IOANNES Hentenius Mechlinienſis, Ord. D. Hieronymi: breuem Commentarium in Apocalypſim, quem prænotauit, *Iudicium de Apocalypſi, & Antichriſto,* in quo beſtiam illã cap. 13. deſcriptam deſignare ait Mahumetem falſum Turcarum prophetam. Ante hos in Apocalypſim Commentarios interpretatus eſt Commentaria in quatuor Euangelia ex S. Io. Chryſoſtomo, & alijs veterum Scriptis collecta per Euthymium Zigabenum. Liber prodijt Louanij ex Officina Rutgeri Reſchij an. 1544.

Idem vertit Aretam, & Oecumenium: & ex Hiſpanico reddidit Latinum libellum inſcriptum, *Ars ſeruiendi Deo,* cui acceſſit Speculum illuſtrium perſonarum, Louanij apud Petrum Zangrium, an. 1577.

IOANNES Herbertius, Lotaringus, De Cœna Domini edidit Orationẽ, in qua demõſtratur veritas Corporis Chriſti in Euchariſtia. Pariſijs apud Dionyſium du Val. an. 1578.

IOANNES Herduch, Ord. Præd. ſcripſiſſe in Apocalypſim, atque alios plures libros Bibliorum dicitur ab Antonio Senenſi in Catal. Scriptorum eiuſdem Ordinis.

IOANNES Herold, Germanus, Ord. Præd. non ille Acropolita, qui in Romano Indice prohibitus eſt, ſed quem alio nomine *Diſcipulum* nominant. Serm. de Temp. ac De Sanctis, & Quadrageſimales edidit, quos an. 1514. Ioannes Koburger edidit Norimbergæ, deinde Venetijs 1598. apud hæredes Melchioris Seſſæ, vna cum Promptuario exemplorum.

IOANNES Heſſels à Louanio, inſignis Theologiæ publicus Profeſſor emiſit librum



Digitized by Google

prænotatum, *Probatio corporalis præſentiæ Chriſti in Sacramento Euchariſtiæ.* Louanij ann.1564. deinde Pariſijs apud Sebaſt. Niuellium, an.1583.

Eiuſdem ſententia ſuper facto Nectarij Epiſcopi Conſtantinopol. circa ſublationẽ Confeſſionis, an.1564.

Confutatio nouitiæ fidei, quam ſpecialem vocant, an.1564.

Explicatio in Symbolum Apoſtolicum. Acceſſit Precationis Dominicæ, & Salutationis Angelicæ explicatio. Antuerpiæ an.1566. auctior facta.

Confutatio cuiuſdam hæreticæ Confeſſionis Teutonicæ, in qua oſtenditur Euchariſtiã eſſe Sacrificium propitiatorium. Louanij an.1567.

Commentarius in priorem Epiſtolam Pauli ad Timotheum: item priorem B. Petri Canonicam, Louanij an.1568.

Catechiſmus Latinus. Louanij an.1571.

Eiuſdem declaratio, quòd ſumptio Euchariſtiæ ſub vnica panis ſpecie, neque Chriſti inſtitutioni aduerſetur, nec minus fructuoſa ſit, quàm Communio ſub vtraque panis, & vini ſpecie, cum diſſolutione eorum, quæ contra adferuntur. Louanij an.1573.

Breuis, & Catholica Decalogi explicatio in tres partes, ſeu libros diſtincta. Pariſijs anno 1583. apud Sebaſt. Niuellium.

Idem in Euangelium ſecundum Matthæum. Louanij an. 1572.

De officio pij, & verè pacis amantis viri. Antuerpiæ apud Plantinum.

De illo autem ita Myreus in Centuria Scriptorum Belgicorum, *Ioannes Heſſelius primis annis Atrebatenſis in patria Academia Gymnaſij alumnus Philoſophicis, ac Theologicis rebus ſedulam operam impendit: Inde ad Parcenſem Præmonſtratenſium ad muros Louanienſes Abbatiam euocatus, annos ipſos octo Religioſos eius loci Theologicis imbuit. Doctor renunciatus nouo Theologorum Collegio recens tum excitato primus Præſes datur. Ad Tridentinam Synodum, quo quidquid floris Chriſtiana habuit Reſp. conſtat conueniſſe, & ipſe Haſſelio extincto, à Rege miſſus præclaram Eccleſiæ operam nauauit, finemq́; ſpectauit. Dimiſſo Concilio Domum reuerſus, non voce tantum, ſed ſcriptis aduerſus Hæreſes, & Zelo pugnauit, vt neglecta valetudinis ratione, nullam vigilijs requiem daret. Quo factum, vt grauibus ſæpe calculi doloribus, & apoplectico demum correptus malo, ann.1566. ſexto Id Nouemb. anno ætatis quarto, & quadrageſimo extinctus ſit.* Anno 1601. prodierunt Antuerpiæ eius etiam Commentaria in Ioan. Epiſt. Canonicas.

IOANNES Hiceley, Anglus, Auguſtinian. Theologus, Ioanni Vuiclefo hæretico acer aduerſarius, & apud ſuos Inſulares clarus, ſcripſit grande volumen De Eccleſiæ poteſtate tribus partibus diſtinctum. Incipit, *Eccleſia Magna valde ab introitu Emath. 2. Paralip. 7.* Viuebat an.1400. Ioſeph Pamph.

IOANNES Hieroſolymitanus Epiſcopus, quem Gennadius in Catalogo inquit ſcripſiſſe aduerſus obtrectatores ſtudij ſui, librum, in quo oſtendit Origenis ſe ingenium nõ fidem ſecutum, reprobatur à Card. Baronio Annal. To.6. ſub an. Do.444. Leonis autem Quinti ſui Pontificatus, monſtrante eum haud fuiſſe Carmelitam, id quod Petrus Lucius aſſeruit faciens eum 44. Patriarcham Hieroſolymitanum ab Adriano Pont. Max. huius nominis primo è Monaſterio Montis Carmeli eam ad dignitatem, ob vitæ ſanctitatem, atque doctrinam euectum, & claruiſſe anno ſeptuageſimo ſupra ſeptingenteſimum, ſcripſiſſe vero ad fratres quaſdam Hortatorias Epiſtolas. Atqui æquiuocaſſe Petrum Lucium conijcitur, cum de Ioanne illo, de quo Gennadius ſcribit, aliunde conſtet eum vixiſſe an.400. & quod excurrit: ac ſcripſiſſe quidẽ Hortatorias Epiſtolas, ſed & librum aduerſus obtrectatores nominis ſui: Quo in Opere purgare ſe voluit Hieronymo, atque Epiphanio de crimine Origeniſmi. Qui & ad Capraſium compoſuit librum de Inſtitutione primorum Monachorum: quem Aymericus Antiochenus Patriarcha è Græco Latinum reddidit; quique Venetijs ita in lucem prodijt. Veruntamen de altero, qui an.770. vixerit, & Patriarcha fuerit Hieroſolymitanus, habemus, hunc Arabicè ſcripſiſſe vitam Sancti Ioannis Damaſceni, quam poſtea cum Oecolampadius hæreticus in Latinũ vertiſſet, erit in ſuo loco dicendum, in verbo Oecolampadius, qualem nam ſe geſſerit in eiuſmodi verſionibus.

Extat in Bibl. SS. PP. To.9.

IOANNES Hildeshemenſis, Saxo, Germanus, quem alij *de Hildenheim* ſcribunt, Carmelita, reliquit Librum ad Florentinum Epiſcopum Monaſterienſem, quæ ciuitas eſt in Veſtphalia, De tranſlatione trium Regum Magorum, Coloniam, qui ibidem fuit excuſus. Chronicon, libro vno. Defenſorium Ordinis ſui, libro altero. De Fonte vitæ, librũ. De Antichriſto, librum. Contra Iudæos, librum. Contra pingentem turpia, librum. Opus Metricum De Monſtris in Eccleſia. Epiſtolarum octoginta librum. Sermones

varios de Tempore, ac de Sanctis, libris duobus. Carmina alia. Quem Tritemius in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſcribit fuiſſe *obſequioſiſſimum* (vtor eius verbis) famulum Petri Thomaſij totius Ord. Generalis, viri ſanctitate vitæ eximij, cum quo Auenione ſimul vixit.

IOANNES Hilton, ſiue *Hyton*, Anglus Ordinis Minorum, ſcripſit De paupertate Fratrum, lib. 1. De Statu Minorum, libr. 1. Ordinarias quæſtiones, lib. 1. Obijt anno Dom. 1376.

IOANNES de Hiſdinio. Vide infra in verbo, Ioannes de Iſdinio.

IOANNES Hiſpanus, qui lecturam ſcripſerit ad Decretales, citatur à Ioanne Andreæ in Procemio Speculi.

IOANNES Hochſtratus, etſi & vixiſſe ann. 1515. & Apologiam pro Sacerdotibus, & Cabalæ deſtructionem edidiſſe ſcribitur in Catalogis, mihi tamen & Patriæ illius, & loci, atque Typographi, ac librorum eius qualitas ignota eſt. cuius Auctoris tamen hic meminimus, vt quod in eo alij reſciuerint eſſe cum Catholica religione pium, id huc ad gloriam Dei adijciant.

IOANNES Hofmanus, ſiue *Hofmannus*, Germanus, qui antea Theologiæ Profeſſor, deinceps quartus Miſnenſis fuit Epiſcopus, & Conſtantienſi Concilio interfuit, Quæſtiones quidem Theologicas cum ſolutionibus ſcripſit, at (quod ſciam) non edidit: libros autem ſex eiuſdem De Officio Miſſæ, & omnium, quæ in ea peragũtur, habemus, quos Miſnenſibus Marchionibus ſcripſit. ſed & Tractatum reliquit De communione ſub vtraque ſpecie, qui Venetijs editus eſt ann. 1571. apud Dominicum Nicolinum. Viuebat anno 1418.

IOANNES Hofmeiſterus, Sueuus, Ord. D. Auguſtini, qui & inſignis concionator, & in Sueuia ſui Ordinis Prouincialis, ac deinceps in vtraque Germania Vicarius Generalis fuit, cum Carolo V. Cæſari, & eius fratri Ferdinando Regi, atque Germanis omnibus Catholicis eſſet acceptus, ſcripſit.

In Thobiam breuem, & cultam Expoſitionem.

In Euangelium ſecundum Marcum, & ſecundum Lucam Commentarios, qui incipiunt, *Nos ſumus, ſicut plurimi.* Coloniæ ann. 1572. apud hæredes Arnoldi Birckmanni, qui hac editione aucti fuerunt Indice, cum antea Louanij ſine illo prodijſſent ann. 1562.

In Euangelium autem ſecundum Matthæum ſe Commentaria paraſſe inquit c. 11. in Marcum. At mihi non conſtat, num ediderit, licet Sixtus Senenſis eorum meminerit.

In Epiſtolas D. Pauli ad Corinthios ad Alexandrum Farneſium S.R.E. Card.

In duodecim Priora capita Actuum Apoſtolorum. Incipit, *Corrupta humana natura.* Coloniæ ann. 1567. & Pariſijs apud Michaelem Sonnium, ann. 1568.

Homilias, & Euangelia Dominicalia per totum annum, ac Sermones de Sanctis. Ingolſtadij ann. 1549. & ann. 1551. & Pariſijs apud Claudium Fremy, ann. 1555. & ann. 1568. & Antuerpiæ ann. 1579. Quibus adtextæ ſunt malæ artes hæreticorum à SS. Patribus quidem ſcitiſſimè conſcriptæ, & ab eodem Hofmeiſtero collectæ.

Canones, ſiue claues ad Scripturam ſacram interpretandam. Moguntiæ apud Franciſcum Behem ann. 1545.

Aduerſus Confeſſionem Luteranorum Auguſtanam.

De fraudibus hæreticorum, de quibus ſupra, vbi de malis eorum artibus diximus.

Locos communes rerum Theologicarum, quæ ab hæreticis in controuerſiam vertuntur, ad regulam, & conſenſum Eccleſiæ Catholicæ, ac Patrum ſententijs confectos. editos autem Ingolſtadij apud Alexandrum Vveiſſenhorn ann. 1549. & 1551. Venetijs verò ann. 1554. ad ſignum Spei. Pariſijs item ann. 1564. & 1568. apud Michaelem Sonnium ann. 1568. At & Ingolſtadij ann. 1582.

Aſſertionem, *Verbum Dei carnem factum, Eccleſiæ ſuæ Vnicum, Propitiatorium, ac perpetuum eſſe Sacrificium, in Sanctiſſimo Miſſæ Sacrificio*

Iudicium de Articulis Fidei, quod ann. 1530. Carolo V. Cæſari obtulit Auguſtæ.

Expoſitionem Precum, & Ceremoniarum, quarum vſus in quotidiano ſacro. Antuerpiæ apud Io. Steelſium ann. 1552. & Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellium, ann. 1573.

Libros duos Dialogorum, quibus aliquot Eccleſiæ Catholicæ dogmata eſſe veriſſima etiam ex ipſis Luteranorum (velint, nolint) perrè monſtratur. Ingolſtadij.

Videat porrò lector; quid de peccato originis obſeruatum ſit in Hofmeiſtero, & Alphõſo Viruelio à Card. Bellarmino, lib. 5. de Amiſſione gratiæ, & ſtatu peccati, c. 4. Tom. 3.

IOANNES Holthuſius, Kempenſis, Auguſtæ Vindelicorum Ludirector. Modum examinandi ſacrorum Ordinum candidatos iuxta Auguſtanæ Eccleſiæ morem cõſcripſit, &

instar Catechiſmi per quæſtiones & pias Catholicaſque reſponſiones ſuccincta breuitate digeſſit. Venetijs ann. 1570. & Dilingæ anno 1571. Viuebat ann. 1565. Huic acceſſit Opuſculum aureum De dignitate, vita, & moribus Clericorum, per Nicolaum Aurificum.

IOANNES Horneby, Anglus, Carmelita, Theologus, ſcripſit Defenſorium antiquitatis Ordinis ſui, lib. 1. Sermones quoque varios; ac pro parto triumpho, librum. Ordinarias item Quæſtiones. Claruit in Gymnaſio Cantabrigienſi, ann. 1374. Tritem. & Iacobus de Plebe in Indice, qui addit duos libros poſtremo loco memoratos. Hæc Petrus Lucius Carmelita.

IOANNES Houuden, Anglus, ex vtroque Teſtamento collegit flores, ac ſcripſit De lyra dulciſſima, librum. Alterum autem De paſſione Dominica. Viuebat anno 1327. Eiſingrenius.

IOANNES Houghton, Cartuſianorum Londini in Anglia Prior, reliquit librum Epiſtolarum. Obijt ann. 1535.

IOANNES Hudalricus, Baſileenſis, Ord. Præd. adoleſcens (vt verbis vtar Sixti Senenſis) ingenij Diuini potius quàm humani, quem ipſam eruditionem, ac fidei ſynceritatem dixeris tantam adhuc iuuenem Græcæ phraſis nactum eſſe notitiam, quantam vix vnus, aut alter eius ætatis, ſcripſit in Epiſtolam Pauli ad Hebræos, Græco, & eleganti Sermone laudatiſſima Commentaria. Obijt Coloniæ ann. 1536. adhuc adoleſcens. Hæc Sixtus in Biblioth. Sancta.

IOANNES Hugonis, Sletſtadinus, qui exiſtimatur idē eſſe, qui I. C. eiuſdem nominis, cognominis, & argumenti Auctor, ſcripſit Tractatum de Officijs quattuor Prælatorum, vbi & de Canonica portione, edidit lib. quinque. Primum, De auctoritate Summi Pont. Secundum, De auctoritate Epiſcoporum. Tertium, De Curatorum poteſtate. Quartum, De Imperatoris Maieſtate. Quintum, De laicis. Eiuſdem item Quadriuium Eccleſiæ.

IOANNES Hulſout, Mechlinienſis, Theologus, & Sacræ Scripturæ interpres, ſcripſiſſe Lecturam ſollemnem in Pſalterium refertur ab Arnoldo Boſtio.

IOANNES de Hyda, Anglus, Monachus Vuintonienſis, ſcripſit Vitam patientis Iobi, libro vno. Homiliarum altero.

IOANNES Hylton. Vide ſupra in verbo, Ioannes Hilton.

IOANNES Iacobus Bilia, Laudenſis, de Natali Chriſtiano Syluam cum aliquibus epigrammatibus edidit.

IOANNES Iacobus Gabianus, Romanus, ſcripſit, atque edidit Officium B. Columbani Abbatis, & laudes eiuſdem carmine. Mediolani ann. 1548. Tetraſticha Sanctorum. Diſticha de moribus. Orationem Chriſtianam. Elegiam ad Theotocon, hoc eſt Deiparam. Victoriam item heroico verſu deſcripſit, quæ ann. 1550. excuſa eſt.

IOANNES Iacobus Melillus, Vigilienſis I. V. D. Tractatum edidit De Vicarij præcedentia, & de Synodo Diœceſana. Venetijs apud Ant. Ferrarium, ann. 1582.

IOANNES Iacobus Rhabus, qui diu verſatus cum hereticis, fuerat ijſdem hereſum ſordibus inquinatus, obſeruatis eorum dolis, & improbis moribus ad Catholicam Eccleſiā Deo aſpirante acceſſit, quod ægerrimè ferentes heretici, & varia, vt ſolent, garrientes, fecerunt, vt ille pleraque digna conſtante viro ſcripſerit, hoc eſt,

Apologeticam Epiſtolam ad Ludouicum Patrem pro Fide Catholica, ac pro ſuo ad eam acceſſu, quam Maternus Cholinus excudit Coloniæ ann. 1570.

Admonitionem ad Conterraneos ſuos Catholicos Vlmenſes, ne ſe à Romana Eccleſia abduci patiantur. Germanicè.

Reſponſionem ad Quæſtionem, quomodo Catholicus ſalua conſcientia ſæpius communicare poſſit. Coloniæ ann. 1568.

De miraculis Sanctorum in Papatu contra Io. Marpachium, ann. 1572.

Confutationem Concionis vigeſimaſexta die Ianuarij, ann. 1579. habitæ Argentinæ. Vbi de officio, & inſtructio, quonammodo Catholicus Epiſcopus ſe gerere debeat his temporibus. Germanicè.

Aduerſus Theſes, quas hæretici Argentinæ contra Sanctarum Reliquiarum miracula publicè diſputauerant. Impreſſum Monachij ann. 1575.

Ad Ioannis Sturmij Antipappos amica συζήτησις. Ingolſtadij ann. 1580.

Aletheticum pro veritatis, & Anatomiæ Lutericæ defenſione aduerſus Porcos recentes Albimontios. Coloniæ apud Adolphum Roſtium, ann. 1569.

Decreta Sanctæ Tridentinæ Synodi Germanicè reddita, additis quibuſdam argumentis.

IOANNES de Ianua. Vide ſupra in verbo, Ioannes Genuenſis.



Digitized by Google

IOANNES Ieſu Maria, Calaguritanus, Carmelita Diſcalceatus, ſcripſit Interpretationem Cantici Canticorum, qua cæleſtis Sponſi, & Sponſæ electæ in comprehẽſibilis amoris vis ſenſu penitus Diuino conſcribitur. Moguntiæ apud Balthaſarum Lippium, ſumptibus Nicolai Steinij, ann. 1603.

IOANNES de Imenhuſem, Germanus, quattuor libros Sententiarum Lombardi expoſuit. Commentarios aliquot in Noui & Veteris Teſtamenti libros, edidit Sermones prætereà non minus doctè, quàm eleganter ad populum habitos ſcripſit. Viuebat ann. 1360. Eiſingrenius.

IOANNES de Imola, patria Bononienſis, Iureconſultus, ſcripſit ſuper tribus lib. Decretalium, lib. 3. Super Sexto Decretalium, lib. 1. Super Clementinis, lib. 1. Super ff. Infortiati, lib. 14. Super ff. nouo, & quædam alia. Eius extant in tres libros Decretalium Commentaria annotationibus illuſtrata, & ab erroribus vindicata. Acceſſerunt etiam Commentaria eiuſdem Auctoris in 14. c. ſub tit. De renunciatione &c. ex Bibliotheca Ioannis de Anania. Venetijs. In quattuor poſtmeridianos Ciuilis iuris Tractatus, nempe in primam & ſecundam Infortiati, Digeſtique noui partes, vtiliſſima & facundiſſima Commentaria, Bononiæ. Eiuſdem Conſilia, in quibus habentur multorum Canonici Iuris Titulorum materiæ, fuſius, & clarius enodatæ. Venetijs ann. 1581.

IOANNES de Indagine. Vide ſupra in verbo, Ioannes Hagen.

IOANNES Ioannis, Theologus, librum emiſit De Schiſmate, ſiue De Eccleſiaſticæ vnitatis diuiſione, in duodecim capita ſectum, in quibus multa noſtris temporibus accõmodata, continentur. Duaci apud Viduam, & hæredes Belleri, ann. 1603.

IOANNES à S. Ioſeph. Vide in verbo, Hieronymus Roman.

IOANNES Ioliahan, Norduuallus, Anglus, Carmelita, ſcripſit Quæſtiones Theologicas, Moralitates rerum. De arte prædicandi. De matrimonio. Iſagogen ad Metaphyſicen. Flores ex Chryſoſtomo. Collationes per annũ. Indices in Anſelmum. Viuebat ann. 1348.

IOANNES Ionuillij, ſiue de Ionuilla, Gallus, Eques, & eiuſdem loci Dominus, Dionyſij Regis familiaris, ann. 1270. Scripſit de Geſtis ſui Regis Hiſtoriam, Gallicè, quæ & prodijt in lucem. At Ludouicus Laſſereus Collegij Nauarræ Pariſijs Rector, eandem etiam hiſtoriam ſcripſit, teſtatus ingenuè, ſe vſum eſſe Chronico Ioannis Iouuilij. Quo item vſus eſt Ioſephus Clitouus, dictus, *Iodocus Clitoueus.*

IOANNES de Iſdinio, quem nonnulli in ſuis Catalogis ſcribentes cum aſpiratione, hoc eſt, *Hiſdinio*, vixiſſe aiunt ann. 1347. ſiue 1350. & ſcripſiſſe tantum in Epiſtolas Pauli, ac librum de Annunciatione Domini, non cohærent cum Sixto Senenſi, qui diligentior indagator ſic de eo ſcriptum reliquit. *Ioannes de Iſdinio Ord. fratrum Hoſpitalis S. Ioannis Hieroſolymitani, Theologus non ignobilis, De Scripturis Diuinis bene meritus, & in Pariſienſi Academia publicus Lector elaborauit Scholaſtica phraſi explanationis in Iob, librum vnum,* cuius initium eſt, *Vſque in tempus ſuſtinebit.* Item in Marcum, librum vnum, cuius initium eſt, *Similis factus eſt Leoni.* In omnes Epiſtolas Pauli ad Philippum Rothomagi Epiſcopum, libr. 14. Vixit anno 1390.

IOANNES Italus, Abbas Congregationis Cluniacenſis, qui vixit ann. 950. ſcripſit, De vita Sancti Odonis ſecundi Abbatis Cluniacenſis, magiſtri ſui, lib. 3. Qui extant in Surij Tomo 6. ad diem 28. Nouembris.

De ſententijs moralium D. Gregorij Papæ in Iob, lib. 1. qui item extat m.s. in Bibliothecæ Caſſinenſis pluteo ſecundo ad læuam.

IOANNES Iuſtus, Lanſpergius, Bauarus, Cartuſianus, ſcripſit enarrationes in Euangelia & Epiſtolas. Eæ impreſſæ ſunt Coloniæ ann. 1541.

Diuini amoris Pharetram, varijs Orationibus, ignitiſq; aſpirationibus refertam. Coloniæ apud Conrad. Butgen. ann. 1607.

Item Ieſu Chriſti ad animam fidelem Alloquium. Louanij ann. 1572.

Acceſſit autem huic editioni, Ieſu Chriſti Crucifixi, & peccatoris colloquiũ Guytrodij Cartuſiani, cum aliquot aliorum precibus. Coloniæ ann. 1590.

Eiuſdem Opera minora impreſſa Coloniæ apud Noueſianum, ann. 1554. Sunt autem hæc. Homiliæ 56. De Paſſione Domini. Theoremata & Conciones 27. De beneficijs Chriſti, & malefactis, quæ pro his à nobis recepit. Elucidatio in Paſſionis textum. Demonſtratio veræ religionis. Dialogi inter militem Lutheranum, & Ioannem Monachum. Speculum Chriſtianæ perfectionis. Conciones Pareneticæ 91. Eiuſdem Sermones in præcipuis anni feſtiuitatibus impreſſi Coloniæ ann. 1536.

In omnes Dominicales Epiſtolas, & Euangelia Paraphraſes, & Exegeſes. Antuerpiæ ann. 1570. apud hæredes Io. Stelſij.



Digitized by Google

Eiuſdem exercitia ſpiritualia deuotiſſimis Roſarijs,& alijs precationibus diſtincta. Venetijs ann.1575.
Item Enchiridion militiæ Chriſtianæ. Antuerpiæ apud Bellerum,ann.1576. & Coloniæ apud Mylium ann.1607.
Alterum Enchiridion vitæ ſpiritualis ad perfectionem. Pariſijs apud Michaelem Roinium,ann.1573.
Cæterum Ioannes Iuſtus ( neſcio an *Lanſpergius* ) curaſſe fertur imprimendum Librum inſcriptum,*Candela Euangelica*,quem non ipſe Ioannes Iuſtus,ſed alius anonymus,qui cognoſci nolebat,ſcripſit. Excudit autem Eucharius Ceruicornus ann. 1527. Coloniæ. Sed cum ille ad me non peruenerit, viderint ij ad quos inquiſitio in libros pertinet.

IOANNES Kelner è Vuanchel,I.C.Summaria,& Concluſiones tam Gloſſarum, quam Doctorum ad Sextum Decretalium collegit in Colonienſi Academia,ann.1463.Summaria item,ac Concluſiones in Clementinas : quæ excuſæ Coloniæ apud Ioannem Kelhof Lubecenſem ann.1484.

IOANNES Kekkius,Decretorum Doctor,Monachus Tegernſeenſis,Selectiorum Sermonum ſacrorum Syluulam edidit in Monaſterio Tegernſeæ,ann.1574.in Germania.

IOANNES Kenyngale,Anglus, Carmelita, ſcripſit duodecim Conciones Paſchales, præter illa,quæ ſcripſit in Ariſtotelem De animalibus, ac de ſuo itinere , & legatione. Obijt ann.1451.

IOANNES Keſſelerus,Giſlingenſis,Sacerdos,Sueuus,ſcripſit De laudibus D. Nicolai Epiſcopi. De S.Andrea Apoſtolo,carmine Sapphico. Viuebat ann.1495.Eiſingr.

IOANNES Kniſphonius , qui viuebat ann. 1547. ſcripſit De Iuſtificatione hominis Chriſtiani,inſanam Andreæ Oſiandri hæreſim euertens.

IOANNES Kræſelius,Vilſeuenſis,Philoſophus, & Bibliothecarius Academiæ Ingolſtadienſis, vberem & eruditam Orationem , quam publicè habuit, emiſit De Incarnati Verbi myſterio. Ingolſtadij ann.1503.

IOANNES Kraneman , alias *Kanneman* Teutonicus, Ord. Minorum, ſcripſit Apologiam(vt habet Titulus)Defenſorium pro ſe.De Paſſione Domini.Sermones varios.Quæſtiones varias. Viuebat Pio II. Pont.Max.ann.1460.

IOANNES Kynyngham,Anglus,ſcripſit Lecturam Sententiarum,lib. 4. In Threnos Hieremiæ,lib.1.In Ezechielem Prophetam. In Canonicam Iacobi. Scripturæ præconia. De natura Angelica.Contra propoſitiones Vuiclefi. Aduerſus ideas eiuſdem. De Temporis ampliatione.De eſſe intelligibili.De Natiuitate Chriſti. De Paſſione eiuſdem. De Spiritu Sancto.Sermones de Tempore,& de Sanctis. Commentarios in duodecim libros Metaphyſices.Obijt apud Anglos in Eboracenſi cœnobio,ann.1399.

IOANNES Kyſen,ſcripſit,atque edidit lecturam in 1.2.3.& 4.Decretalium.

IOANNES Lagienus,Ordinis Minorum illuſtraſſe fertur Sermones Sancti Auguſtini. At puto intelligendum eſſe operam ab eo poſitam fuiſſe aliquam, vt prodirent emendatiores.

IOANNES Lamptenus, Rhemanus, librum Georgij Vicelij De Sanctiſſima Euchariſtia è Germanico in Latinum tranſtulit.Liber recognitus,& locupletatus ab auctore, excuſus eſt Coloniæ à Io.Quentelio,ann.1549.

IOANNES Lana,Bononienſis,Ordin. D.Auguſtini,vitæ admodum ſynceræ, ſcripſit vir doctus Commentaria ad quattuor libros Magiſt. Sententiarum. Quodlibeta duo. Quæſtiones ad libros Phyſicorum. Et alia quædam,quæ in Bibliotheca D. Iacobi apud Auguſtinianos aſſeruabantnr Bononię,vbi nonagenarius decedens apud ſui Ordinis Patres ſepultus eſt.De huius viri ſanctitate,& alijs dotibus Iordanus ſcripſit, quæ item attigit Ioſeph Pamphilus.

IOANNES Landſpergius,Cartuſianus. Vide in verbo,Io.Iuſtus Lanſpergius.

IOANNES Landgene, Monachus, & tandem Epiſcopus Roffenſis,collegit è diuerſis hiſtorijs Anglorum Chronicon.Scripſit item Sermones aliquot. Vixit ann.1420.

IOANNES Langer,Bolkenham,presbyter Vratiſlauienſis, edidit Opus ad Georgium De lapide,dominum Steynauiæ.De cenſibus & redemptionibus. Epiſtolarum ad diuerſos,lib.1. Carmina multa. Vixit ann.1494.

IOANNES Lāgham,Anglus,Ord.D. Auguſtini,ex humili Nordouolgiæ Pago nō procul à Nigeria natus,Nordouici profeſſus ſcripſit,præter Philoſophica quædā,Diſputationes Scholaſticas,quæ ibidē in Bibliotheca eius Cænobij aſſeruabātur. Ioſeph Pamphilus.

IOANNES Langhecrucius, Iluarenbecanus, Collegij S. Petri Caſletenſis Præpoſitus, Speculum Canonicorum, & aliorum Eccleſiaſticorum. De malorum item horum tem-



Digitized by Google

porum cauſis,& remedijs, deque Diuinis officijs debitè peragendis, Duaci edidit apud Io.Bogardum,ann.1587.& 1589.

IOANNES Langtonus, Anglus, Carmelita,ſcripſit Actus ſuos Ordinarios. Examen Doctoris Crumpe,lib.I.Contra errores eiuſdem,lib.altero.Viuebat ann.1400.

IOANNES de Lanshen(alijs *Lamsbem*)Vormacienſis, Ordin. D. Auguſtini,ſcripſit De Inſtitutione,& vtilitate fraternitatis Roſarij Beatiſſimæ Virginis. Speculum Miſſæ.Speculum Nouiſſimorum.Arrham æternæ ſalutis. Vixit ann.1486. Eiſingr.

IOANNES Lanſpergius. Vide in verbo,Ioannes Iuſtus Lanſpergius.

IOANNES de Lapide, Germanus, Ordin. Cartuſiani, domus Baſileenſis, ſcripſit Librum,qui olim prænotabatur, *Reſolutorium dubiorum circa Miſſarum celebrationem occurrentiū.* editus eſt Venetijs ann.1516.apud Gregorium Ruſconium.Anno autem 1596.Conſtantię apud Nicolaum Kalt,hac inſcriptione,*Caſuum,qui Sacerdotibus in Miſſarum celebratione contingere ſolent.*Patauij verò apud Franciſcum Bolzetam hoc Titulo. *Deciſiones Aurea caſuum circa Miſſarum celebrationē occurrentium è Sacris Canonibus, Autore Ioanne de Lapide Theologo Pariſienſi,* ann.1599.

De his,quæ ad dignum Sacerdotem exiguntur,librum.

Summarium Paſſionis Domini.

De Aſcenſione Domini inter Sermones Meffret.

De Conceptione Immaculatæ & Beatiſſimæ Virginis.

Sermones ad Clerum,& ad populum plures.

Quin & variorum Auctorum libros per Tractatus, atque Capitula diſtinguens ſingulis argumenta de vniuſcuiuſque ſcopo præfixit, libris Ioannis Chryſoſtomi De compunctione Cordis.Effrem Diaconi.Auguſtini de Cordis Contritione, & Epiſtolis. Ambroſij Operibus.

Præterea in Phyſicen,Metaphyſicen,Gilbertum Porretanum de ſex principijs, in Logicen,& alia etiam ſpectantia ad ſtudia humaniora. Viuebat ann.1494.

IOANNES Lathbery,Anglus,Ordinis Minorum,Rheadigenſis Cænobij,ſcripſit.

Commentarios in Hieremiam.

In eiuſdem Lamentationes.

In Acta Apoſtolorum.

Explicationem Pſalmorum.

Lectiones Scripturarum.

Diſtinctiones Theologiæ.

Conciones varias.

Alphabetum morale.Viuebat ann.1460.

IOANNES Lauardinus,Gallus,è nobili familia,*de Rannay,* Abbas Stellæ,Græcos,& Latinos quoſdam celebres Scriptores in Gallicam linguam vertit.

Gregorium Nazianzenum De Amore erga pauperes.Et de Officio eorum, qui Præſunt,ſiue Prælatorum.

Saluianum De Iudicio, & Prouidentia Dei.

Appendicem belli Iudaici.

Confeſſionem fidei à Staniſlao Hoſio Cardin.Varmienſi Polono conſcriptam.

Libros item eiuſdem aduerſus Brentium.

Dialogum de Sanctiſſimo Sacrificio Miſſæ.

Librum De Maieſtate Dei.

Libros decem Claudij Sanctes, qui poſtea fuit Epiſc.Ebroicenſis, De Euchariſtia.

Lectiones de Sacramentis à Io. Maldonato Theologo Societatis Ieſu,Pariſijs publicè dictatas.

At bona iſtorū pars neſcio an adhuc in lucem prodierit,quæ tamen erant in promptu.

Epiſtolas D.Hieronymi. Pariſijs ann.1584. apud Chaudiere.

Conuerſionem item cuiuſdam nobilis ad fidem Catholicam edidit Pariſijs ex Officina Roberti Fezelerij,ann.1582.

Viuebat ann. 1584.

IOANNES è Sancto Laurentio,Ordinis Minorum è Poſtillis Diui Thomæ Aquinatis, Nicolai Lyrani,& Bertrandi pleraque collegit. Extabant m.s.in Bibliotheca Franciſcanorum Louanienſium.

IOANNES Leiſentritius,adminiſtrator,& Decanus Budiſſinenſis, edidit Preces, quibus Catholicus Sacerdos ad Miſſę,& Paſſionis Domini noſtri commemorationem dignè peragendam,ſe præparare poteſt: quibus inſertæ ſunt Admonitiones pro iunioribus Eccleſiæ Budiſſinenſis presbyteris,ann.1564.& 1574.& 1584.

Eiuſdem libellus precationum : Acceſſit libellus De celebratione Miſſæ, qui ann.1568. editus fuerat.

Eiuſdem proteſtatio Catholica cum pia precatione contra hęreſes hoc tempore recitanda,ann.1574.

Forma copulandi ritè deſponſatos,& legitimè proclamatos ſecundum Catholicæ Eccleſiæ ritum,adiuncto Tractatu cauſarum matrimonialium, edita Coloniæ apud Henricum Falckenburg.ann.1590.& anteà Budiſſinæ ann.1568.

Infor-

Digitized by Google

Informatio, qua ratione Catholici Sacerdotes S. Miſſæ Sacrificium ritè celebrare horas Canonicas abſoluere,& abſolutionem confitentibus præbere debeant, vnà cũ Appendice, De vera Chriſti Eccleſia, ann.1570.

Curſus piarum precum, quibus præfixum eſt cum Horoſcopo nouum Calendarium perpetuum Eccleſiaſticum. Budiſſinæ ann.1571.

Epiſtola Miſſiua Eccleſiaſtica ad animarum Paſtores vtriuſq; Luſatiæ. Coloniæ an. 1584.

Forma Germanico idiomate baptizandi infantes, ſecundum Catholicæ Eccleſiæ ritum, cum explicatione ceremoniarum, quæ circa baptiſmum fiunt, pro vtriuſque Luſatiæ, Miſnenſis diæceſeos Parochis,& Sacellanis. Coloniæ ann. 1585. & antea Budiſſinæ, ann.1568.

Catholicum Paſtorale, ſiue De Officio Paſtorum pro viſitandis ægrotis, Germanicè. Coloniæ apud Maternum Cholinum, ann. 1578.

IOANNES Lenſæus, Belliolanus, Theologiæ Profeſſor Louanij, ſcripſit.

De vnica Religione,& ſtudio Catholicorum Principum in Republica conſeruanda, lib. 1. Coloniæ ann.1579.

De varijs generibus, cauſis, atq; exitu perſecutionum, quas pij hoc in Mundo peregrinantes patiuntur. Louanij ann.1579.

De officio Chriſtiani hominis in perſecutione conſtituti. Louanij ann.1579.

Oratio contra φιωδοπατριώτας, hoc eſt, Eccleſiæ Romanæ deſertores. qui ſe ſolos patriæ veros amatores eſſe iactitant. Coloniæ ann. 1580.

De ſui ac Reipub. Chriſtianę contra impium inuaſorem defenſione oratio, qua Eccleſiaſtici hominis officium in eo periculi genere declaratur. Louanij ann.1582.

Tractatus de Eccleſiaſtica ſatisfactione pœnitentis, contra Benedictum Aretium miniſtrum hæreticum Bernenſem. Louanij ann.1585.

De vna Chriſti in terris Eccleſia, libri ſex, quibus variæ huius ætatis hæreſes, atque errores refutantur. Louanij apud Andream Saſſenum, ann. 1589.

De libertate Chriſtiana, lib.15. Antuerpiæ ann.1590.

De Verbo Dei non ſcripto, ſiue traditionibus Eccleſiaſticis, contra ſcholaſticam Antonij Sadeelis hæretici De verbo Dei ſcripto diſputationem. Antuerpiæ apud Viduam, & Ioannem Moretum, ann.1591.

De Chriſtiana libertate. De Eccleſia. De Purgatorio.

Obijt Regius Theologiæ Profeſſor poſtrid. Kal. Iulij ann.1593. annos vix natus duos, & quinquaginta. Moriens Ioanni Clario Collegæ lucubrationes ſuas nondum editas cõmendauit, qui tres eius De Fide, Spe,& Charitate libros poſthumos euulgauit.

IOANNES Leo, edidit Diſputationem De Confeſſione fidei, ac religionis Chriſtianę apud Gaſparem Behem, ann.1590.

IOANNES Leonardus, Haſſelius, Haſſeleti, Leodienſis ditionis Oppidi natus, qui Hebraicè, Græcè, Latinè noſcens,& Theologus, Theologorum Collegio, præfectus, atque Sacrarum litterarum Profeſſor, à Philippo II. Hiſpaniæ Rege Catholico ad Concilium Tridentinum miſſus ſcripſit,

Tractatum de Nectarij Patriarchæ Conſtantinopolitani ſuper Confeſſione: quod ipſum argumentnm & Romæ Latinus Latinius,& alij, Bellarminus potiſſimum, & Baronius Cardinales tractarunt.

Commentarios item accuratos in Iſaiam Prophetam, & in aliquas Pauli Epiſtolas, qui ſub nomine Adami Sasbout prodierunt. Vide in verbo, ***Adamus Sasbout***, ſiue ***Sasboldus***.

Obijt,& ſepultus eſt Tridenti ann.1551.

IOANNES è Leouardia Friſius noſtra ætate Doctor Theologus, Ord. Minorũ, ſcripſit De Prouidentia Diuina. In Hexaemeron. In Decalogum. De Synagoga Iudæorum. De Eccleſia Chriſti. Deinde miſſus ad excolendas Indias ibi manipulos in horreũ Chriſti deportandos collegit. Suffridus Petrus libro de Friſiæ Scriptoribus.

IOANNES Leſſæus, Scotus, Epiſcopus in eodem Scotiæ Regno, ſcripſit De origine, moribus,& rebus Geſtis Scotorum, vbi pleraque ſpectantia ad Eccleſiæ adminiſtrationẽ libris decem, qui primò Romæ ſunt cuſi: cum etiam Pariſijs ann.1574. duos edidiſſet, quorum vno Piæ animi afflicti conſolationes, Diuinaque remedia; altero animi tranquilli Monumentum continentur.

IOANNES Leuita, Romanus, ſcripſit Vitam Gregorij Magni Summi Pontificis.

IOANNES Licianenſis, Abbas, Librum ſcripſit Exercitiorum Spiritualium. Viuebat ann.1504. Eiſingr.

IOANNES è Lignano, Mediolanenſis, ſcripſit ſuper Clementinas, librum. Eiuſdem

autem

autem nomine citantur ſuper ſecundo Decret. De amicitia. De bello,& duello. De pluralitate beneficiorum. De cenſura Eccleſiaſtica. De horis Canonicis. De interdicto Eccleſiaſtico. De repræſalijs. Diſputationem de ſecreto,aliam De permutatione. Item Lecturam ſuper primo,ſecundo,& tertio Decretalium. Extant autem plerique horum Tractatuum inter Tractatus Iuris Venetijs editos. Tom.4.fol.335.To.12. fol.227. & 281.To. 14.fol.307.To.15.p.2.fol.558.& p.2.281.

IOANNES Liuineius, Gandenſis, è Græco Latinum fecit Io. Chryſoſtomum De Virginitate,quem itẽ addito Græco cõtextu emiſit ex Officina Plantini Antuerpiæ an.1579. At videnda eſt expenſio huius verſionis à Iacobo Billio Prunæo , quæ extat in duobus eius libris Obſeruationum ſacrarum.

IOANNES Lombarienſis Epiſcopus,ſed natione Baſileenſis,Germanus,ſcripſit Commentarios in Mag.Sent. lib.4. Sermones ad Populum. Orationes ad Summum Pont.& Cætum Cardinalium. Collationes habitas cum Clero. Viuebat Eiſing.ann.1467.

IOANNES Longinus Canonicus Cracouienſis,qui & Dugloſchus dictus,cuius Operis Antographum extat in Vallicellana Bibliotheca Romæ,ſcripſit res Polonicas, quodque Boleslaus Rex fecerit in locupletandis,& redditibus ſtabiliendis Eccleſijs eius Regni.

IOANNES Lopez (quem & *Lupum* ſcribit Ant.Senenſis)Ord.Prædic.ſcripſit Vitam B. Vincentij Valentini,cuius fermè tempore vixit.

IOANNES Lopez,Hiſpanus,Epiſcopus autem Monopolitanus,ſiue Cotronenſis , è ſacra Ord.Prędicatorum familia aſſumptus,Epitomẽ edidit Concionum ex Origene,Baſilio,Chryſoſtomo,Hieronymo,Ambroſio,Auguſtino,Gregorio,Bernardo,& alijs, quæ quattuor Tomis comprehenſa eſt. At poſtrema editio primi Tomi prodijt Brixiæ ann. 1600.& 1601.cum Romæ fuiſſet edita an.1506.apud Gulielmum Faciottum.Sed & eiuſdẽ Epitomes Tomus primus auctior recuſus eſt Venetijs & Coloniæ an.1605. apud Euangeliſtã Derichinũ hac Inſcriptione:*Epitomes Sãctorum Patrum per locos communes,qui ad virtutum & vitiorum tractationem & ad fidei noſtræ myſteriorum expoſitionem pertinent ad ſacras Conciones ex Origene,Baſilio,Chryſoſtomo,Hieronymo, Ambroſio,Auguſtino,Gregorio,Bernardo deſumptæ,nouiſſimè auctæ,recognitæ,& in quinq; tomos diſtributæ,Tom. 1.*

IOANNES Lopez,de Palatios Ruuios.(ſic enim ſcribunt) Vide in verbo, Ioan. Lupus è Palatijs Rubeis.

IOANNES Lopis,Speculum Formalitatum, Neapoli apud Sigiſmundum Mayer,anno 1505.

IOANNES Lorinus Soc.Ieſu Theologus ſcripſit doctiſſima Commẽtaria in Acta Apoſtolorum excuſa Lugduni apud Horatium Cardon.ann.1605. Idem Commentarium in librum Sapientiæ, Eccleſiaſten,& Pſalmum 117.qui excuſus Moguntiæ ſumptib.Crithij. Lugduni apud Horatium Cardon ann.1607.

IOANNES à Louanio, ſcripſit Librum De Euchariſtia. Cenſuram de Paſſionibus Sanctorum,quæ habetur in Martyrologio Molani.

IOANNES Louey,ſiue Loueye, Anglus, Carmelita,ſcripſit De Miſſione Spiritus ſancti,Lecturas item ſollemnes. Viuebat ann.1390.

IOANNES Louue, Anglus, Ordin. D. Auguſtini, Theologus,& deinceps Epiſcopus Roffenſis,apud Angliæ Regem Henricum Sextum,cui erat à conſilijs,celebris,in Vvigornienſi comitatu natus , & Auguſtinianæ profeſſionis in Vvichienſi cænobio cænobita à teneris annis,ſcripſit Sermones habitos coram Rege, lib. 1. Conciones per annum,lib.1. Lecturas Ordinarias,lib.1. Temporum hiſtorias,lib.1. Diſputationes Theologicas, lib.1. Ruffæ tandem obijt,& in ſua Eccleſia ſepultus creditur. Hæc Ioſeph Pamph.

IOANNES Lucas è Pontremulo, ſcripſit Lecturas ad Decretales.

IOANNES Lucerna,Summulam ſcripſit in quartum Decretalium.

IOANNES Lucidus, librum edidit De emendationibus Temporum ab orbe condito vſque ad hanc noſtram ætatem. Quo & Canones,& de vero die Paſſionis Domini, & Epitome Romani Kalendarij continentur. Venetijs,apud Lucam Ant.Iuntam.

IOANNES Ludouicus Viualdus è Monte Regali,Ord.Prædicatorum,Theologus, varia edidit,quæ in Opere,quod *Regale Opus* inſcripſit,extant. Nimirum:

Epiſtolam de repellendis triſtitiæ cauſis.
De officio Pietatis erga defunctos.
Tractatum de pugna partis ſenſitiuæ cum intellectiua.
Epiſtolam ad Vladiſlaum Bohemiæ , atque Vngariæ Regem.
Tractatum de tribus Lilijs,quæ ſunt Galliæ Regum inſignia.
Alterum De cognitione electorum , & reproborum.
De duodecim perſecutionib. Eccleſię Dei.
De Magnificentia gloriæ Salomonis: num-

ne ſaluus, an damnatus ſit.

De cauſſa contritionis. Lugduni apud Stephanum Gueynardum, ann. 1512.

Sed & alterum Librum ſcripſit De veritate contritiones, qui perutilis eſt, ac prodijt Pariſijs ann. 1519.

IOANNES Ludouicus Viues, Valentinus, Hiſpanus, ſcripſit.

In ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, cuius libri initium eſt, *Paucos admodum eſſe arbitror.*

De concordia humani generis, lib. 4. ad Carolum V. Cæſ. cũ inſtitutum eſſet in Italia Concilium Generale. Deinde librum De pacificatione.

Quam miſera eſſet vita Chriſtianorum ſub Turca, librum.

De ſubuentione pauperum, ſiue de humanis neceſſitatibus.

Sacrum diurnum De ſudore Domini Ieſu Chriſti.

Meditationem de Paſſione Saluatoris in Pſalmum 37.

Excitationes animi in Deum.

Præparationes animi ad orandum.

Preces, & Meditationes quotidianas.

Preces, & Meditationes generales.

Expoſitionem in Orationem Dominicam.

De veritate fidei Chriſtianę, lib. 5. in quibus agitur aduerſus Ethnicos, Iudæos, Agarænos, ſiue Mahometanos, & peruerſos Chriſtianos. Qui libri fuere poſtremus eius fætus, & in quos plus diligentiæ, atque laboris impendit.

Tempus Natale Chriſti, ſiue Genethliacon.

Clypei Chriſti deſcriptionem.

Triumphum Chriſti.

Orationem Deiparæ.

Libellum de charitate Dei, & proximi.

De inſtitutione fœminæ Chriſtianæ tres libros ad Catharinam Hiſpanam Angliæ Reginam.

De officio Mariti, librum.

De communione rerum.

Introductionem ad veram Sapientiam.

De Pacificatione, lib. vnum.

De virtute fucata, alterum.

Declamationes ſex de pręſenti Statu Europæ, & Bello Turcico.

De proſperis, & aduerſis.

Satellitium animi, ſiue Symbola ad omnẽ totius vitæ, præſertim Principum inſtitutionem.

Epiſtolas duas de ratione ſtudij puerilis, quæ dignæ ſunt lectu.

Libellum de conſcribendis Epiſtolis.

Exercitationem linguæ Latinæ.

Aliquid in Bucolica Virgilij.

Præfationem in Georgica.

Progymnaſmata.

In Ciceronem de legibus.

Aedes legum.

Pompeium fugientem.

De recte dicendi ratione, libros tres.

Deſcriptionem temporum, & rerũ Romanorum ſub Ioanis Varſenij nomine, Louanij paucis mutatis editam, ann. 1534.

De conſultatione, librum.

Epiſtolam ad Henricum VIII. Angliæ Regem de Franciſco Galliæ Rege capto à Carol. V. Cæſare.

Alteram De pace inter eoſdem, deq; optimo Regni Statu.

Epiſtolas autem eius ſelectiores Simõ Verrepæus curauit Antuerpiæ cudi ann. Domini 1577.

De corruptis Artibus, & ratione tradendarum Diſciplinarum libr. 20. quos excuderunt Typographi, Antuerpiæ Michael Hellenius ann. 1531. Brugis eodem anno, Gymnicus Coloniæ ann. 1532. & alibi alij, de quibus ipſemet in Præfatione ad Lectorem *Multa* (inquit) *fuerunt mihi contra priſcos Auctores diſputanda, non omnes quidem, nam id infinitum, atque inutile fuiſſet. Sed receptos ſolum, & diutino conſenſu approbatos,* &c. *Equidem nolim quemquam ſe mihi addicere: nec dubito, quin ipſe ſim in his, quæ attuli, ſæpenumero falſus, videlicet, qui lapſos eſſe illos contendo, cum quibus ego nec ingenio, neque vſu, & cognitione rerum vlla ex parte ſum comparandus.*

Contra Pſeudodialecticos. Initia Sectarum, & Laudes Philoſophiæ. Argumenta in pleroſq; libros Philoſophiæ Ariſtotelis cum huius Operibus Baſileæ edidit. Fabulam de Homine. Animam Senis. De anima, & vita, libros tres. Verſionem è Græco duarum Orationum Iſocratis, Areopagiticæ, & ad Nicoclem.

Omnia verò eius Opera præter Commentarios in Auguſtinum de Ciuitate Dei, duobus Tomis edita fuerunt Baſileæ ann. 1555. Quæ nimirum illum edi voluiſſe fertur. Nam de ijſdem in Auguſtinum Commentarijs, quibuſnam ſcatebant erroribus, & cur in Romano Indice prohibiti eſſent, niſi expurgentur, Vide in verbo, Aurelius Auguſtinus, vbi egimus De ipſius libris de Ciuitate Dei, ac de Expurgatione eorundem Ludouici Commentariorum. Obijt Brugis in Belgio, ann. 1536. ſiue circiter.

IOANNES Lupus, e Palatijs Rubeis, Segobienſis, Hiſpanus, I. C. ſcripſit De bello, & Duello. De libertate Eccleſiaſtica. Conſilium poſt ſuam remp. & *De donatione inter virum, & vxorem.* Vbi defendit inculpatum de hæreſi. Super loco quarti Decretalium. *Qui filij*



Digitized by Google

legit c. per venerabilem. & ſuper Rubrica eiuſdem, *De donatione inter virum, & vxorem cap. per vestras.* Tractatum de confæderatione Principum, impreſſum Argentinæ apud Schotum, ann. 1511. Repetitio autem eius ſuper Rubricã de donat. &c. impreſſa eſt Francofurti, ann. 1573. vnà cum Additionibus & Indice. Scripſit item De Matrimonio, & Legitimatione, qui eſt Tract. 9. inter Tract. pag. 39. Allegationem vero in materia hæreſeos, ann. 1581. Romæ excuderunt.

IOANNES è Lutria, Germanus, Profeſſor Gymnaſij Erfordienſis, quattuor libros Sententiarum Lombardi expoſuit. Sermones plures. Moguntiæ in Aede S. Martini habitos reliquit. Quin & Philoſophica quædam. Viuebat ann. 1471. Eiſingren. alijs autem, etiam ann. 1479.

IOANNES Lutterellus, ſcripſit aduerſus diſputata Ockami. Determinationes item quaſdam, lib. 1. Ad quendam diſputantem, lib. 1. De Veſperis Magiſtrorum, lib. vnum. Prælectiones Oxonienſes, lib. 1. Vixit ann. 1340.

IOANNES Lyllesbull, qui præfuit monachis cænobij eiuſdem nominis, ſcripſit Enchiridion, quo eoſdem ad perfectionem inſtituit.

IOANNES Machabæus, Summus Pont. apud Iudęos ante natum Chriſtum Dominum, ſcripſit Commentarium, ſiue librum dierum Sacerdotij Ioannis. Ex quo Auctor primi libri Machabæorum geſta aliquot Ioannis Mathatiæ filij excerpſit. de quo vide 1. Macha. cap. vlt. Extabat hoc opus Græcum Lugduni in Bibliotheca, quæ fuerat Sanctis Pagnini. Quam tamen ab hæreticis Caluinianis paſſam fuiſſe naufragium ſiue potius incendium & dilacerationem ipſi vidimus, cum & reliquias omnes, & Sacraria diripuerunt, ann. 1561. quo in ea ciuitate Catholicis concionabamur.

IOANNES Magdalena, Vlyſſiponenſis, Ordin. D. Auguſtini, Theologus, qui denique fuit Alphonſi Principis, filij Ioannis ſecundi Luſitaniæ Regis Præceptor, ſexq; & viginti annos in eadem Ciuitate Vlyſſippone Theologiam publicè è primaria cathedra docuit, rogatus ab Ambroſio Corano Priore Generali Ord. ſui, ſcripſit Tractatum de Sanguine miraculoſo, qui non ſemel fluxit ex hoſtia Sanctiſſimæ Euchariſtiæ. In quo plura dubia expendit, & ſoluit. Cauſſa ſcriptionis huius fuit Sanguis, qui ex conſecrata hoſtia manauerat, qui Caſſiæ, quod eſt Vmbriæ, in Italia, Oppidum, aſſeruatur in Monaſterio Dominicanorum.

IOANNES cognomento (quatenus conijcio) *Magiſter*, qui & Ordinis ſui Prouincialis fuit, ſcripſit Librũ de Diuina operatione. deque fermentato, & infermentato pane: quodque Chriſtus Dominus panem Diſcipulis tradiderit ſine fermento: quodq; Spiritus ſanctus procedat ex Patre, & Filio. Epiſtolam vberem ad Oecumenicam Octauam Synodũ, in primis ad Eugenium Quartum Pontificem Maximum, atque ad Ioannem Imp. Conſtantinopolitanum.

IOANNES Mabuenus. Vide in verbo, Ioannes Maubenus.

IOANNES Magnus, Gothus, Sedis Apoſtolicæ Legatus, Suetiæ, Gothiæ, Finlandiæ, ſiue, vt ipſi vocant, Vandaliæ Primas, Archiepiſcopus Vpſaliæ, quem, dum eſſem adoleſcens vidi Romæ anno 1550. Scripſit Librum de Epiſcopis Suetiæ, qui Romæ prodijt anno 1554. Quin & ibidem eodem anno alterum edidit. De omnibus Regibus Gothorum, & Suecorum, qui vmquam ab initio eius gentis extitere, in quo intexuit res per Orbem ab ijs geſtas. At & eiuſdem extat apud me m.s. Apologia contra Luteranas, & impias Conſtitutiones in Aroſia Ciuitate Regni Suetię factas ann. 1527. quam ipſe ipſo in Regno Suetiæ conſecutus, quoniam digna eſt, quæ aliquando prodeat, ſpero fore vt cum alijs eiuſdem argumenti & Regni rebus, quæ nomine Gregorij XIII. Pont. Max. cum Ioanne Suetiæ Rege acta ſunt, emittatur in lucem. Vide in verbo Olaus Magnus, & in verbo, Suetica, in hoc Apparatu.

IOANNES Maierius, Ghelæ in Brabantia natus, Carmelita, Conuentus Thenenſis, Theologiæ Doctor, ex Priore Conuentus Bruxellẽſis Prouincialis inferioris Germanię, conſcripſit Opera, ex quibus duntaxat Thenis vidimus Commentaria ſuper pleraſque Epiſtolas D. Pauli. Sermones tam de Sanctis, quam de Tempore. Quadrageſimale. Super decem Decalogi præcepta. Orationes tam Latinè, quàm Græcè conſcriptas, & ab eodem in Louanienſium Academia habitas. Adeo enim diſertus & eloquens erat in lingua Græca, vt hominem Athenis, non Thenis enutritum dixiſſes. Hæc Petrus Lucius in Cathalogo Carmelitarum Scriptorum.

IOANNES Maibroſius cognomine, ac natione Scotus, Alcuini Socius, ſcripſit.

| | |
|---|---|
| Super Canones Arzachelis, lib. 1. | Verſus diuerſi generis, lib. 1. |
| Ad Carolum Regem, lib. 1. | In Euangelio Matth. lib. 1. |



Digitized by Google

De officijs humanis, lib.8.
De officijs Diuinis, lib.1.
Dialogum de natura, lib.1.
De naturæ diuiſione, lib.1.
De primo rerum principio. lib.1.
De Euchariſtia, lib.1.
Commentaria Scripturarum, lib.1.
Homilias eruditas, lib.1.
De German. iuxta Irenicum, lib.1.
Idem libros Dionyſij Areopagitæ in Latinam linguam tranſtulit.
Carmen eius ad Carolum Magnum de Laudibus Ieſu Chriſti, manuſcriptum extabat alicubi, vt audio in Germania.
Viuebat ann. 792.

IOANNES Maior, in primum, ſecundum, tertium librum Sententiarum. Pariſijs excuſus eſt apud Iodocum Badium, ann. 1519. cum in quartum, idem prodijſſet, ibidem anno 1501. apud Iacobum Miſſerlum.

IOANNES Maioris, Glagornenſis, citatur in Chryſopaſſo Io. Eckij.

IOANNES Maior, Hadyngtonenſis, Scotus, ſcripſit Deciſiones Sententiarum libris quattuor, & in Magiſtrum Sentent. Commentarios Pariſijs excuſos. Placita Theologica. Commentaria in Euangelium Matthæi. Hiſtoriarum maioris Britanniæ, hoc eſt tam Angliæ, quàm Scotiæ, libros ſex è veterum monumentis concinnatos, qui item Pariſijs prodierunt ex officio Aſcenſij. Caxtonum autem Anglum, cuius extabant ſeptem libri, Latinè reddidit.

IOANNES Mayre, Belga, edidit Promptuarium Cōciliorum Eccleſiæ Catholicæ cum ſchiſmatibus, atque diſſidijs, quæ in ea euenerunt, quod adtexuit alteri libro, quo egit de Galliæ illuſtratione, deque rebus Troiæ excellentibus: ac de Principe Syach Yſmail, nominato *Sophy*. Opus impreſſum eſt primò Lugduni ann. 1528. apud Antonium Ry; deinde Pariſijs apud Gulielmum Bretum, ann. 1543.

IOANNES Maldonatus, Bæticus, Hiſpanis, nobilis, Societatis noſtræ Theologus, cum antequam ſe ſe Diuinæ Scripturæ interpretandæ addixiſſet, ex omnibus Patribus, quos attentè perlegerat, vnanimen priorum ſæculorum doctrinam excerpſiſſet, Theologiam verò ſcholaſticam, controuerſiaſque noſtri temporis Luteriæ plures & ipſe annos expoſuiſſet, in Veteris, & Noui Teſtamenti non exiguam partem Commentaria ſcripſiſſet, ingentem hæreticis cladem, catholicis autem, & nobis, quibus ferè omnia contulit, maximum ad hoc, ad quod collineabamus, attulit commodum.

Eius ſtudia, & quibus Salmanticæ Doctoribus profecerit, vitæ probitatem, ac tradendæ Theologiæ rationem, ſummatim, & verè, attigerunt Societatis noſtræ Theologi in Muſſipontana Academia initio editionis Commentariorum ipſius in quattuor Euangeliſtas, quæ primò Muſſiponti ann. 1596. apud Stephanum Mercatorem, deinde Lugduni apud Horatium Cardonem, ac Venetijs apud Societatem Venetam, Brixiæ, atque Coloniæ ann. 1602. apud Arnoldum Mylium prodijt. Senſum certè literalem, ſi quis alius, expoſuiſſe nemo, qui eos legit, non videt.

Prodijt item eius Diſputatio de Fide, ex Officina Albini Moguntiæ ann. 1601.

Extant verò in multorum manibus eius ſcripta, inprimis de Theologia, quàm cum vniuerſam quadriennij ſpatio, quaſi per Compendium tradidiſſet, iterum eādem vberius tradere erat aggreſſus, longè item progreſſus egit de Deo, ac Dei attributis, De Trinitate, Prouidentia, Prædeſtinatione, Angelis, Homine, Hominiſque creatione, Peccato originali, Libero arbitrio, Iuſtificatione, Meritis operum. Quæſtiones denique ac Diſputationes pleraſque.

Extabant item eius Commentaria in Ezechielem, in Eſaiam, in aliquem alium prophetarum, & in Epiſtolam ad Romanos, quæ auidè expectantur: Nam Muſſiponti ſub prelo ſudabant.

Expoſitionem autem in Pſalmum centeſimum nonum, quam Pariſijs inter poſtremos ſuos labores habuit, legi ipſe, quæ & eſt apud noſtros, eo ingenio dignam.

Exceſſit è vita anno ætatis ſuæ vixdum quinquageſimo, ineunte autem ann. 1583. Romæ, quò fuerat è Gallia à Gregorio XIII. Pontifice Max. euocatus ad Bibliorum editionem Græcam Septuaginta Interpretum, quę poſt eius Pontificis obitum, denique abſoluta, & emiſſa eſt.

Prodijt autem ſummula Caſuum Conſcientię, tamquam hauſta è ſcriptis, ſiue è doctrina Io. Maldonati. Quę tamen ſummula vt abundat nęuis, ita à Ioannis Maldonatē doctrina lōge abeſt, vt credibile ſit eo nomine quaſi cohoneſtatam, futuram eſſe vendibiliorē.

IOANNES de Malinis, quem Palendorpius Carmelitanus ait ſcripſiſſe Speculum Hiſtoriale Ordinis Carmelitani diſtinctum libris decem, idem ipſe putatur eſſe, qui infra ſuo loco dicitur *Ioannes Paſchaſius Mechlinienſis*, cuius erant ibidem reliqua ſcripta.



Digitized by Google

IOANNES Mapellus,Mediolanenſis,Ord.Minorum, Indicem ad conformitates Bartholomæi Piſani edidit ann. 1513.

IOANNES Marcheley,Anglus,Ord.Minorum,ſcripſit Librum de Conceptione Beatiſſimæ Virginis. Alterum Quæſtionum Theologicarum. Obijt ann.1376.

IOANNES Marchinellus,Leodienſis,Carmelita,ſcripſit De pugna Spirituali. Sermones ad Populum. Quæſtiones Theologicas.Libros tres ad omnes hominum Status. Viuebat ann.1410.

IOANNES,qui & Marcus,ex miniſtro Sacerdotis Iouis,Miniſter Pauli Apoſtoli, ſcripſit paſſionem Barnabæ Apoſtoli.Sigebert.in Catal.

IOANNES Mare,Epiſcopus Condomienſis, ſcripſit Enchiridion Sacerdotale, in quo agitur,quæ ſint credenda,agenda,vitanda,timenda,& ſperanda.Explicationem Orationis Dominicæ. Tractatum de Pœnitẽtia.Expoſitionem Symboli Athanaſij. Pariſijs apud Aſcenſium.

IOANNES Maria Capella, Saluſtienſis, Ord. Præd. ſcripſit non mediocri volumine Commentarios in Sermonem Domini habitum in vltima cœna, quod lectu dignum cuditur à Barctio Baretio Venetijs hoc anno,quo hæc ſcribimus 1604. Editus eſt ann. 1606. cum hac prænotatione: *Arca ſalutis humanæ: Commentaria in Teſtamentum & Paßionem Ieſu Chriſti Saluatoris noſtri.*

IOANNES Maria Cardanus,Genuenſis,Monachus Congregationis Caſſinẽſis,aliàs S. Iuſtinæ de Paduâ,ſcripſit Opuſculũ ſenarijs conſtans in laudem S. Catharinæ Virginis & mart.Quod excuſum eſt in tertio pœmatũ volumine Proſperi Martinẽgij.Romę an.1589.

IOANNES Maria,Florentinus,Ordin. Prædicatorum,ſcripſit Dilucidarium de rebus antiquis ſacris,& alijs. Eiuſdem extat Diſputatio de Maria Magdalena ad Opuſculum Iacobi Fabri,cum alijs Diſputationibus in Bibliotheca Sancti Marci Florentiæ.Expoſitiones item difficilium Scripturæ locorum. De computatione annorum Domini ad Antonium Dulciatum Eremitanum.De corruptione Kalendarij ad fratrem Zenobium Acciaiolum pro vera celebratione Paſchæ. Viuebat ann.1518.

IOANNES Maria Polutianus,Italus,Carmelita, Theologus Bononienſis, ſcripſit Sermones Quadrageſimales.Librum prænotatum,*Vexillum Carmelitarum.* Alterum inſcriptũ; *Mare magnum eiuſdem Ordinis.* Vitam Beati Alberti Drepanenſis. Miracula eiuſdem. Orationum, & Epiſtolarum, librum. Quæ Venetijs prodierunt. Atqui ipſe viuebat anno 1498.

IOANNES Maria,Riminaldus,vnà cum Iacobo Riminaldo Ferrarienſi, emiſit Quattuor volumina Conſiliorum, quibus acceſſerũt Hippolyti Riminaldi Adnotationes,excuſæ Venetijs ann.1579. Cæterum eiuſdem Ioannis Mariæ lucubratio extat ſuper 1. & 2. Digeſti veteris,& ſuper 1.& 2.Codicis. Obijt ann.1496.

IOANNES Maria Sypuntinus, Archiepiſcopus, vtilem De pace ad Principes Chriſtianos Orationem edidit apud Ludouicum Vicentinum.Romæ ann. 1526.

IOANNES Maria Taliaferrus,qui miſit ad me Catalogum ſuorum Scriptorum ſequẽti ordine,quem Catalogum hîc inſero,vt quæ hactenus non prodierunt, haud pereant: ſed ab ijs ad quos pertinet,proferantur in lucem,ſcripſit.

Duodecim libris Eccleſiaſticam Politicam,à Deo, & Domino Noſtro Ieſu Chriſto inſtitutam,& à Spiritu ſancto per Eccleſiæ Paſtores,ad bene, beateque viuendum ordinatam,cum obiectionibus ad controuerſias.

Primo libro habet De Eccleſia, de eius capite Chriſto, & de clauibus Eccleſiæ. Per Capita.

Secundo,De miniſtris Eccleſiæ,vbi de ſingulis perſonarum generibus à Pont.Max.Chriſti Vicario,ad inferiores vſque gradus,& ordines, ac ſingillatim de eorum inſtitutione,auctoritate,poteſtate,ac muneribus. Per Cap.

Tertio,De Religionibus,vbi de vtriuſque generis regularibus, ad regulæ cuiuſque præſcriptum,de voto,de oblatione,de Eremitis,de clericis coniugatis. Per Cap.

Quarto,De diſciplina Eccleſiaſtica,vbi de moribus Prȩlatorum,ac inferiorum Clericorum,ac de cælibatu. Per Cap.

Quinto,De Iuriſdictione Eccleſiaſtica,vbi de foro, de legibus, de cenſuris,ac pœnis,de indulgentijs,& de redditibus Eccleſiaſticis. Per Cap.

Sexto,De cura Paſtorali,vbi de Parochia,de Diœceſi,de Prouincia, de Concilio Generali,Prouinciali,ac Diæceſano,& de Viſitatione. Per Cap.

Septimo,de Sacramentis Eccleſiæ,vbi de eorum inſtitutione,virtute,vſu, cultu,& miniſtratione. Per Cap.



Digitized by Google

Octauo, De celebratione diuinorum officioru, vbi de ritibus, & ceremonijs Eccleſiaſticis. Per Cap.
Nono, De fabrica; & ſupellectili Eccleſiaſtica pro cuiuſque Eccleſiæ ratione. Per Cap.
Decimo, De locis pijs, vbi de Xenodochijs, de Confratrijs, de Montibus, & Eleemoſinis. Per Cap.
Vndecimo, De laicis, vbi de Imperatore, & quomodo Imperium dependeat à Sede Apoſtolica, de Regibus, atque Principibus, & reliquis inferioribus laicis, quæ ad eorum cuiusque munus ſingillatim cum inſtitutione Chriſtianè viuendi, atq; etiam de reiectis à conſortio fidelium, & ordinibus Eccleſiaſticis. Per Cap.
Duodecimo, De viſitatione Eccleſiaſtica, & rerum inſtitutione ad præſcripta.
De viſitatione autem Eccleſiaſtica Decem libris collecta ſunt, quæ ſancta ſollicitudine, præſtantique pietatis ſtudio paſtorali, ſiue Canonum, Conciliorum Decretis, Patrum dictis, ac politico vſu in Hierarchia Eccleſiaſtica expreſſa ſunt, & in ordine ad viſitationem eius congerenda ſpectant.
Primo autem libro habetur de munere viſitationis, cum inſtructionibus ad eam.
Secundo, De viſitatione, ſeu recognitione ſui ipſius Epiſcopi, & domus eius, vbi quæ ad partes ſpectant Ethicam, & Oeconomicam Epiſcopalem habentur: mores (ſcilicet) Epiſcopi, & familiæ eius complectens.
Tertio, & vltra pars Politica tractatur, & hic de Sacramentis Eccleſiæ, vbi quæ ad eorum cultum, ritum, ac miniſtrationem, & de Sanctorum reliquijs. Per Cap.
Quarto, de ritibus Eccleſiaſticis, & celebratione Diuinorum officiorum. Per Cap.
Quinto, De fabrica, & ſuppellectili Eccleſiaſtica, pro cuiuſque Eccleſiæ ratiõe. Per Cap.
Sexto, De reditibus Eccleſiaſticis, vbi de Ecclleſiarum fundatione, ac dotatione. De beneficio Eccleſiaſtico, de decimis, de Canone, de cenſu, de legatis pijs, de oblationibus, de penſione, & de redituum diſtributione. Per Cap.
Septimo, De perſonis Eccleſiaſticis, & vtriuſque cleri ordinibus, vbique ad ſingulorum ſacros ordines, dignitates, gradus, officia, onera, & mores. Per Cap.
Octauo, De laicis, vbique ad eorum mores, vitamq; Chriſtianam. Per Cap.
Nono, De foro Eccleſiaſtico, vbi de rebus iudiciarijs, ad illud pertinentibus. Per Cap.
Decimo, Varia ad viſitationis munus requiſita colligantur. Per Cap.
Omnium autem librorum Capitum Index ſubſequitur. Præterea,
Lexicon Canonicum, munus totum Eccleſiaſticum, eiuſque veterem diſciplinam complectens, cum ex Decretorum libris, tum Concilijs, Orthodoxorumque Patrum dictis congeſtum, tribus partibus diſtinctum.
Theſaurus ex approbatis vitis Sanctorum, & rebus geſtis in Hiſtoria Eccleſiaſtica, expreſſis virtutum ac vitiorum exemplis pro quolibet hominum genere, & clericorum, & laicorum compilatis, quatuor partibus diſtinctus.
Vita B. Caroli Borromęi Cardinalis S. Praxedis, Archiepiſcopi Mediolani, virtutum ordine deſcripta, vbi Cardinalis, & Epiſcopi forma exprimitur.
Varia Opuſcula ſpiritualia, Latino, & vulgari idiomate conſcripta.
Syntagmata Mathematica.
Tractatus de Cœlo, & Mundo in Ariſtotele.
Theorica Planetarum, & influxus ſyderum.
Tractatus duo Italicè, de humano corpore, ac de anima rationali.
Tractatus De Statu Italiæ. Italicè.
Diſcurſus, ſiue Commentatio militaris. Italicè.
Tractatus varij de Statu Politico. Italicè.

IOANNES Maria Tarſia, Florentinus, Sacerdos, ſcripſit Sermone Patrio de natura Angelorum. Florentiæ apud Batholomæum Sermartellium, an. 1576.

IOANNES Maria, cognomento *Toloſanus*, Ord. Præd. Additiones edidit ad Ioannis Lucidi Samothei emendationes temporum. Breuem item Kalendarij Romani emendationem de Paſchate rite celebrando ad Concilium Tridentinum. Quæ cum eodem Ioanne Lucido emiſſa eſt in lucem Venetijs an. 1546. Quin & eiuſdem Io. Mariæ libellus extat de maxima Solis declinatione.

IOANNES Maria Verratus, Ferrarienſis, Carmelita, ſcripſit plura, quorum maxima pars Venetijs excuſa non ſemel, ac denique ann. 1571. in ſex Tomos diſtributa prodijt. Quorum Primus continet Diſputationes aduerſus Lutheranos. De Fide, & operibus, & meritis. De libero arbitrio. De prædeſtinatione. De cultu Dei & Sanctorum. De orando Deum, & Sanctos. De auriculari, & Sacramentali Confeſſione. De pœnitentiæ Sacramen-

cramento. De Eccleſia, & eius auctoritate. De primatu Petri, & Sedis Apoſtolicæ. De Euchariſtiæ Sacramento. De Purgatorio. De Communione ſub vtraque ſpecie De Matrimonij Sacramento. De Indulgentijs. De mendicantibus, & concionatoribus

Tomus autem Secundus, habet Tractationem De Incarnatione Verbi Domini, & Conſonantiam quatuor Euangeliſtarum, cum his, quę acta ſunt erga puerum Ieſum ipſiuſque geſta vſque ad Sermonem Domini in monte.

Tomus Tertius complectitur, quæ de Sermone Domini in mõte: Enarrationes item in quindecim libros digeſtas, quæ totam Euangelicam legem, miraculis, ſignis, & prodigijs approbatatã, amplectuntur, à quinto c. Matthæi vſque ad decimum incluſiuè, aduerſus falſa Lutheranorum dogmata.

Tomus Quartus. De Euangelijs ab Aduentu Domini vſque ad Dominicam Reſurrectionis ampla Commentaria.

Tomus Quintus. In quo Commentarij ad omnia Euangelia à Dominica Reſurrectionis vſque ad primam Dominicam Aduentus.

Tomus Sextus. Opuſcula varia, nimirum: De magna vniuerſalis Eccleſiæ Chriſti auctoritate. De modo viuendi ſecundum ſpiritum, & non ſecundum carnem. Et de Chriſtiana malitia aduerſus Carnem, Diabolum & Mundum. De Iuſtificatione. De dignitate, & excellentia intellectus, & voluntatis. De gratia, & libero arbitrio. De duplici Purgatorio in hoc ſeculo & in futuro. De ſuffragijs annuis pro Legatis defunctorum. Commẽtarios ad documenta Catonis. Contra reſponſiones & proteſtationes eorum, qui ad generale Concilium venire contemnunt. Obijt an. 1563. Sepultus Ferrariæ, vitam eius ſcripſit Bernardinus Inſularis, Vrbinas.

IOANNES Mariana, Hiſpanus, Theologus Societatis noſtræ, cuius in Apparatu ad hiſtorias fuſius meminimus, ſcripſit diſertè (ac tamen preſsè) libros viginti Rerum Hiſpanicarum, qui Toleti prodierunt typis Petri Roderici. nouiſſimè autem librum de Regimine Principum, ad Philippum tertium Regem Catholicum.

IOANNES Marius. Vide in verbo, Ioannes Maire.

IOANNES Maro, vt vocat Tritemius, ſiue Maronis, vt alij, vt autem Petrus Lucius, Ioannes Maire, Anglus, Doctor Oxonienſis, ſcripſit Determinationes contra hæreticos Vvicleſiſtas. Lecturam Sententiarum, libris quatuor. Tabulam Originalium. Obijt Dancaſtriæ an. 1407. Trit.

IOANNES Martialis, Anglus, aduerſus Ioannem Calfillum hæreticum, qui blaſphemum libellum emiſerat contra Chriſti Domini Crucem, probauit ex antiquiſſimis Patribus eiuſdem Crucis venerationem, & eiuſdem ſigni Crucis ſalutarem vſum atque honorem an. 1564.

IOANNES Matthæus Gilbertus, Genuenſis, Veronæ Epiſc. qui magnis dotibus, ac zelo præditus Epiſcopatum illum ante Concilium Tridentinum abſolutum optimè rexit, vt forma fuerit etiam aliorum Epiſcoporum, Conſtitutiones reliquit, quæ an. 1589. prodierunt Veronæ apud Hieronymum Diſcipulum.

IOANNES Maubenus, quem alij *Mabuenum*, alij *Maubornum*, alij *Mauburnum*, ſcribunt, Bruxellenſis, Canonicus regularis Ord. D. Auguſtini, ac deinceps in Cœnobio Liuriacẽſi Abbas, vbi & denique ſepultus eſt, ſcripſit Roſetum Spiritualium exercitiorum, & Sacrarum Meditationum materiæ prædicabili admixtum; quod cum Baſileæ perperam excuſum correxiſſet, ac ſuppreſſo nomine proprio recudi cuperet, eo mortuo Iodocus Badius Aſcenſius Pariſijs prelo iterum ſubiecit, minus adhuc emendatum ob Auctoris characteres ſubobſcuros, & ſcabros, vt idem Aſcenſius teſtatus eſt. Demum autem tertio in lucem prodijt caſtigatum, & Scholijs auctum à Baſilio Serenio Canonico Regulari Mediolani an. 1603. apud Hieronymum Bordonum, & Petrum martyrem Locarnum.
Chronicon Ordinis Canonicorum Regularium.
Ad quoſdam Eremitas. Chronicon Canonici Ordinis.

Ad Roſetum quod attinet, cauſſam illius inſcriptionis expoſuit Auctor ipſe Alphebeto ſexto, vbi legentes inuitat, ad hanc quaſi ſpiritualem areolam aromatum, vt de virtute in virtutem tam meditando, quàm agendo creſcant. Qui locus, vt quædam alia, quæ ſequuntur, eſt prælegendus. Ceterum, vt quod & ipſe, & alij, qui ſapiunt, dicam, quid de hoc Opere ſentiam, ſciendum eſt aliquando pijs quibuſdam viſum fuiſſe, non ab omnibus Religioſis eſſe verſandum, quaſi omnium Inſtituto non quadraret. At non vereor, quin fuiſſent mutaturi ſententiã, ſi reipſa Roſetum hoc ad meditandum, ad exhortandũ, ad concionandum adhibuiſſent. Neque enim librum ego de ſpiritualibus legi, in quo

vberior materia,& quaſi opulentior theſaurus inueniatur. Scriptione quidem ac ſtylo, qualem ea ferebant tempora,ſimplici, (quippe ineunte ſeculo milleſimoquingenteſimo vixit) at ſynceriſſimo ſpiritu,ordine breuitate volumen tantum abſoluit:in quo cum variæ ſint Tractationes ad eandem Meditationum, & Exercitationum ſpiritualium materiam pertinentes,tum de officijs Eccleſiaſticis agit,ac de Præparatorio ad Miſſam p.104. In Dietario Exercitiorum Tit.4.Alphabeto 14. De directorio autem ſoluendarum horarum,eodem Tit. 4.Alphabeto 15.

IOANNES Mauginus,Gallus,vulgo appellatus in Gallia *L' Angeuin*, hoc eſt, *Andegauenſis*, edidit Gallicè librum inſcriptum *Le Parangon de vertu*,hoc eſt,*Index virtutis*, quo Principum omnium traditur Inſtitutio.Lugduni apud Gulielmum Rouillium.

IOANNES Maxentius, Gallus, Monachus,& Abbas Pictauienſis, Congregationis Gallicanæ Floriacenſis Catholicam ſcripſit fidei Confeſſionem, ſiue Profeſſionem de Chriſto Domino, cuius in eam præfatio incipit,*Quoniam nonnulli videntes*. Extat in Bibliotheca Sanctorum Patrum.

Additæ ſunt autem eiuſdem Maxentij, ratio adunationis Verbi Dei ad propriā carnem. Deinde Hormiſdæ Papæ ad Poſſeſſorem Epiſtola, & ad eam Maxentij reſponſio. Præterea eiuſdem contra Acephalos libellus.

Accedunt eiuſdem contra Neſtorianos Dialogi ad Theophilum, qui duobus libris continentur. Obijt ann.550.

IOANNES Mechlinienſis,Carmelita dictus *Oudenvuater*, ſcripſit Hiſtoriam ſui Ordinis,quam inſcripſit, *Faſciculus Tripartitus*. Alter autem eiuſdem nominis, & Patriæ,(ni idē ipſe fuerit) Profeſſor Coloniæ Agrippinæ,ſcripſit in lib.4.Mag.Sent.In Pſalterium Dauidis. Quæſtiones varias. Sermones atque Collationes.

IOANNES Meder,Germanus, Ord.Minorum, Parabolam filij Prodigi, De perfecta Peccatoris ad Deum conuerſione per veram pœnitentiam edidit integro de eadem Parabola libro Sermonum confecto , quos totius anni , præſertim autem Quadrageſimæ concionibus, quas ille Baſileæ habuit, aptauit.Baſileæ apud Michaelem Furter, an.1510.

IOANNES Medina, Hiſpanus,Profeſſor in Academia Complutenſi , Librum de Caſibus Conſcientiæ,edidit,qui primum in Hiſpania, deinde in Germania apud Dauidem Sartorium Ingolſtadij an.1581.denique in Italia apud Petrum Bozzolam ann.1596. excuſus eſt.

IOANNES Meneſius. Vide in verbo, Amadeus Ord. Minorum.

IOANNIS Menſingus,Theologus, De Eccleſiæ Chriſti Sacerdotio, deque Sanctiſſimo Miſſæ Sacrificio,ſcripſit aduerſus Lutherum,& reliquos hæreticos.Col.an.1532. Viuebat an.1547.Eiſingr.

IOANNES Merdigius, Teutonicus,Ord.Minorum,quem Franciſcus Gonzaga in ſua Hiſtoria Seraphica egregium dicit fuiſſe concionatorem,ſcripſit Sermones Quadrageſimæ. De Tempore,ac de Sanctis.

IOANNES Metropolita Græcè m.s.extat in Vaticana Bibl.qui ſcripſit in tres magnos Hierarchas.

IOANNES Michael, Conſtantienſis, Prior Cartuſiæ maioris,& Miniſter generalis totius Ordinis,conſcripſit librum Exercitiorum Spiritualium triplicis viæ: Purgatiuæ, Illuminatiuæ,& Vnitiuæ,primò excuſus Lugduni apud Io.Baptiſtam Buyſſon an.1598.deinde Col. Agrippinæ apud Io. Gymn. an.1599.& 1603.Iam verò, quod de hoc libro iudicium tulit Ioannes Comes Pariſienſis Theologus,& Prior Auguſtiniani monaſterij Lugdunenſis, cui ille traditus eſt perlegendus,& examinandus,hoc fuit: *elaboratum, methodoq; optima,& admirabili diſpoſitum,& luce digniſſimum,ac plurimum valere ad id,quod ipſius titulus præfert.* Idem edidit Enchiridion Quotidianorum Exerc.Spiritualiū & Pſalterium Decachordum qui & Colon.apud Ioan.Gymnicum excuſi 1600.

IOANNES Michael,Pariſieſis, Theologus ſcripſit , atque emiſit librum inſcriptum, *Canis Pecuarius,ſiue de inſtituendo,admonendoq; Paſtores officij ſui.* Pariſijs an.1565.

IOANNES Minturnus,De Eccleſiæ officio. Viuebat an. 1550.Eiſingr.

IOANNES Miramanda,Toloſanus, Ord. D.Auguſtini, ſcripſit duos libros in Primū Sent.Magiſt.Librum item in D.Matthæi Euangelium. Alterum De virtutibus Viuebat an.1340.Nicolaus Bertrandus.

IOANNES Milnenſis Epiſcopi,fertur extare in Germania Opus m. s. Quadripartitū, in cuius Prima Parte agitur De Oratione in ſe; in Secunda , De Oratione Dominica; in Tertia, De horis Canonicis,vbi reſpondetur 140.dubijs,ſiue Quæſitis;in Quarta, De Adorationibus.



Digitized by Google

IOANNES Mahomedanus,olim Romanæ Rotæ Auditor, & Epiſcopus Rauellenſis; ſcripſit Deciſiones Sacræ.Romanæ Rotæ,quæ editæ ſunt nouiſſimè Marpurgi Cattorum in Germania an.1603.

IOANNES Molanus Belga,Louanienſis,Regius Theologus,ac Pontificius Librorum cenſor,varios emiſit libros,qui ſunt.

Martyrologium Vſuardi auctum,& anotationibus illuſtratum. Louanij ann. 1568. & anno 1573.

Liber de Picturis,& Imaginibus ſacris.Louanij apud Io.Bogardum,an.1590.

Eiuſdem reſponſio quodlibetica ad tres quæſtiones , &c. Louanij apud Hieronymum Vvellæum,an.1570.

Eiuſdem Liber de Pijs teſtamentis,& quacunque alia vltima voluntatis diſpoſitione.Coloniæ an.1584.

Eiuſdem Theologiæ practicæ Compendium,per concluſiones in quinque Tractatus digeſtum.Ibidem an.1585.

Eiuſdem libri quinque.De fide hæreticis ſeruanda, tres. De fide rebellibus ſeruanda, liber vnus,qui eſt quartus. De fide,& iuramẽto, quæ à Tyranno exiguntur, qui eſt quintus.Coloniæ.an.1584.apud Godefridum Kempenſem.

De Canonicis,libri tres.Ibidem apud Birckmannum,an.1587.

Theologiæ practicæ compendium per concluſiones in 5. Tractatus digeſtum ibid. apud Birckmannum,an.1590.

Obijt Louanij an.1585.die 18.hæredibus mandans, vt Romanum Martyrologum auctioribus Notis,& Annales Vrbis Louanienſis, atque Bibliothecam Theologicam abs ſe confectam ad gloriam Dei,& Eccleſiæ commodum proferrent in lucem.

IOANNES Monachus Græcè diſputationem reliquit inter corpus,& animum quę m.s. extat in Auguſtana Bibl. hac inſcriptione βίβλος ϛοιχικὴ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου μοναχοῦ, καὶ πνευματοφόρητος cuius eiuſdem argumenti Opuſculum eſt Lutetiæ editum nomine Gregorij Palamæ.

Quin & eadem Bibliotheca extat Ioannis Monachi τοῦ νηστευτοῦ Canon de diuerſis perturbationibus,quæ poſſunt accidere.

IOANNES alter Monachus,ſcripſit ad Sextum Decretalium Notas,quæ cum ipſo contextu editæ ſunt ad manus.Quin & Ioannes Monachus Cardinalis citatur in Summa Angelica.

IOANNES Monachus,S. Albani propè Moguntiam, ſcripſit Chronicon. Tritem. in Compendio.

IOANNES Monachus,Ordinis Ciſtercienſis,ſcripſit Defenſorium Iuris. Id Coloniæ fuit excuſum. In eo de Exceptionibus rei conuenti agitur.

IOANNES Monachus,& Abbas Monaſterij Niuicellenſis,Congregationis Cluniacẽſis,qui vixit an.1470.Scripſit

| | |
|---|---|
| Concordantiam Bibliæ,&Canonum,lib.1. | *In principio creauit Deus.* |
| Sermones de Tempore,lib.1. | *Reſpicite & leuate.* |
| Sermones de Sanctis, lib.1. | *Relictis retibus S. Petrus.* |
| Epiſtolas & quæſtiones varias. | |

IOANNES Monſenus,Amſterdamenſis,cuius librum Coloniæ anno 1540.protulit in lucem Ioannes Ruremundanus, ſcripſit Interpretationem obſcuriorem aliquot D. Scripturæ locorum per alias eiuſdem Scripturæ ſententias clariores. Quem quidem Auctorem ipſe non vidi,ſed hic ex alijs inſero,vt ſi Catholicæ Eccleſiæ vſui futurus ſit, docti, & Catholici viri diſpiciant.

IOANNES Montanus(non ille quidem,qui ſequitur) Diſputationem vberem edidit De ſanctiſs.Euchariſtia.Græcij apud Georgium Vidmanſtadium,an.1592.

IOANNES Montanus,Gallus,ideo cognomento *Montaigne,* ſcripſit De Digamia, qui eſt inter Tractatus Iuris poſtremæ Venetæ editionis Tom. 9.fol.121. Quin etiam egit De Parlamentis,& eorum auctoritate, ac præcedentia,cum additionibus Nicolai Boerij, atque item de auctoritate magni Conſilij.

IOANNES de Monte edidit Poema,quod *Ieſuidem* prænotauit. Hanc Pariſijs excudebat Nicolaus de la Barre.

IOANNES de Monte Murlo,ſcripſit in Canones.

IOANNES Montinienſis,cum alia ſcripſiſſe dicatur, vellicat in Præfatione Operum D. Proſperi Auctorem Libri de Eccleſiaſticis dogmatibus,qui olim D.Auguſtino aſcriptus,ſed agnitus poſtea non eſſe ipſius , magnam tamen habet in Eccleſia auctoritatem.

Pro-

Digitized by Google

Propugnat autem Franciſcus Soarez,ca.9.lib.3. De auxilijs,num.6.quandam eius ſententiam,quam Pelagianiſmi affinem ille dixerat,catholicam eſſe affirmans.

IOANNES Montolonius(quem alij *Montdonium* ſcribunt) Heduus compoſuit Promptuarium Diuini Iuris, & vtriuſque Pontificij, atque Cæſarei, Diuini autem iuris celebriores ſententias,& hiſtorias è fontibus quoque Legum humanarum expoſuit. Id opus per ſeriem Alphabeti diſpoſitum prodijt Pariſijs.

IOANNES Moriſotus, licet Medicus, Dolanus, quod Præſidium eſt apud Heduos, ſcripſit tamen præter,quæ ad Medicinam, & litteras humaniores pertinent Poema quatuor libris de vita D.Antonij Aegyptij,quod idcirco prænotauit,*Antoniada*.

IOANNES Morlandus Lemouicenſis,Gallus Ordin.Præd.primò Inquiſitor Toloſanus,deinde vigeſimus Ordinis ſui Generalis Magiſter deniqueCardinalis, ſcripſit De reparatione Lapſi.

IOANNES Moſchi(ſiue Moſchus) ſcripſit Græcè Librum trigintaquatuor capitibus, ſiue Tractatibus diſtinctum,quod *λειλῶνα*,hoc eſt Viridarium inſcripſit.Continet autem Vitas Sanctorum,qui ſub Heraclio,& antea fuerunt. Eius in varijs Eremis commorationem,& conſuetudinem cum probis, & pijs, Operiſque ſui ſcriptionem ad Sophronium domeſticum diſcipulum Photius attigit in ſua Bibliotheca Græca: aliquid addens de dictione illius humiliore,quodque non iam omnia illa capita extabāt, ceterum ait *ἐξ ἀπάντιον τῶν χρησίμον ὁ συνετὸς, καὶ θεοφιλὴς ἀνὴρ δρεπόμενος, οὐκ ἂν τῶν συντεταγμένων κόρον καταγνοίη.* Vide verò alia in verbo Sophronius Patriarcha Hieroſolymitanus, verſus finnm; corrigenda porrò ſunt verba Græcè impreſſa ibidem in Ioan. Moſcho, vt legatur *ἐξ ἀπάντων τῶν χρησίμων.*

IOANNES Mulhuſinus, Germanus, Theologus, Societatis Ieſu , Diſputationum De libero arbitrio contra hæreticos ſcripſit, quæ Moguntiæ prodijt an. 1601.

Item contra Dauidis Parei Heidelbergenſis diſputationem de S.Scripturarum auctoritate,eiuſdemque Epiſt.dedicatoria,cum vendicatione cenſuræ Moguntinæ, & diſcuſſione Exegeſeos eiuſdem Parei Moguntiæ apud Albinum,an.1605.

IOANNES Multon, Anglus,Carmelita,ſcripſit Latinè Sermones nonaginta per annū. Viuebat an.1400.

IOANNES Murmellius,Ruremundenſis,ſcripſit Commentarios duos in S.Hieronymi Epiſtolam ad Niciam Aquileienſis Eccleſiæ Hypodiaconum. Ex Epiſtolis autem ipſius D.Hieronymi librum edidit Selectarum Epiſtolarum.Coloniæ an.1505.& ex eodem Patre collectas ſententias edidit. Commentarios in libros quinque Boetij Seuerini De conſulatione Phlioſophiæ, qui Commentarij partim ab ipſo Murmellio, partim à Rodolpho Agricola profecti ſunt,& Coloniæ an.1535.apud Ceruicornum excuſi.Commentarios quoque in Prudentium,vti & Scholia in carmen D. Cypriani De ligno ſalutiferæ Crucis. Carmen in Salutationes Angelicas,& Pæana triplicem in Florea D. Mariæ Virginis ſerta. Libellum de Hymnis Eccleſiaſticis. Quatuor libros Elegiarum Moralium. Duos libros Didaſcalicos,in quorum altero agitur de Artibus, in altero extat Parænesis ad ſtudia ingenuarum artium,præter alia pleraque humaniorum litterarum. Obijt Dauentriæ an.1517.2.Octob.

IOANNES de Murro, Picenus, Quartusdecimus Generalis Miniſter Ord. Minorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis,Sermones habitos diebus ſollemnibus reliquit.Eiſingren.

IOANNES Mylbach,Germanus, ſcripſit in Epiſtolas D. Pauli,lib. tredecim. De laubus S. Hieronymi,librum. Quæſtiones diuerſas.

IOANNES Mylis I.V.D.ſcripſit Repertorium Canonici Iuris.

IOANNES Myluerton,Anglus,Theologus,& Carmelita Cœnoblj Briſtollenſis,ſcripſit De paupertate Chriſti Domini. Sermones per annum. Symbolum ſuæ fidei. Contra Reginaldum Pecok. Librum 64. Epiſtolarum ad diuerſos. Viuebat anno 1486. Obijt Londini.

IOANNES Naſs,ſiue Naſus è Ciuitate Helman, Herbipolenſis Diœceſeos in Franconia,Germanus, Suffraganeus Brixienſis, edidit Centurias mendaciorum inſignium,quæ ab hæreticis,qui ſe vocant Euangelicos,ſcriptæ ſunt.Ingolſtadij an.1569.

Eiuſdem ſex Conciones. Prima, De Matrimonio. Secunda, De vita Monaſtica. Tertia, De vitijs vtriuſque vitæ. Quarta, explicatio Orationis Dominicæ. Quinta, De diſcrimine veteris & nouæ fidei. Sexta, Summa præcipuorum capitum fidei Chriſtianæ.Ingolſtadij.

Eiuſdē Conciones duę de fructibus & proprietatibus veteris,& nouæ fidei,& de præ-

cipuis capitibus veteris Chriſtianiſmi. Concio initio noui anni habita, in qua verus vſus Orationis Dominicæ exponitur. Item alia in 8.c. Matth. de tempeſtate à Chriſto excitato Sedata. Conciones 12. de Sacramento Altaris. Item S. de Temperantia & æterna morte. Antigratulatio contra Iacobi Andrææ gratulationem, qui mentitus erat Concionatores Ducatus Bauarici Lutheranos factos fuiſſe. Centuria quarta Euangelicarum Veritatum contra Friderici Cœleſtini Pantheon. Centuria quinta Euangelicarum Veritatum in qua Lutheri vita deſcribitur, contra Cyriacum Spangenbergium, & Ioannem Mathæſium. Singula hæc Ingolſtadij Germanicè edita, & Catechiſmus Catholicus, ibidem anno 1568.

Item de veſtimento nuptiali Conciones 3. Cõciones Catholicæ 65. De Naſiaſino eiuſque vero titulo contra Nigrinum Reſponſio an. 1571.

Poſtilla minor à Paſchate vſque ad Aduentum, an. 1567. Ingolſtadij, Germanicè.

Sex Conciones familiares, ſeu Domeſticæ ſecundo editæ an. 1571.

Concio ex Matth. 8. De victoria maritima contra Turcam an. 1572.

Poſtilla minor ab Aduentu vſque ad Paſcha, an. 1572.

Eiuſdem breuis de Cœna Dominica Tractatus, vnico ſermone ſolidas quinquaginta aduerſariarum obiectionum confutationes comprehẽdens, ac perſpicuè declarans verba Chriſti hoc Euchariſtiæ Sacramentum ſub vtraque ſpecie inſtituentis: Primum ab eodem auctore collectus & Germanicè editus, iam verò Latinitate donatus à Franciſco Io. Dominico Heſſio. Ingolſtadij an. 1577.

IOANNES Nauclerus, Præpoſitus Tubingenſis, Germanus, & Academiæ Tubingenſis Cancellarius, Chronographiam ſcripſit ab exordio mundi breuiter comprehendentem res memorabiles ſæculorum omnium, ac gentium vſque ad an. 1500. Primum autem volumen continet 63. Generationes Chriſti ſecundum carnem, quas ipſe appellabat Generationes Veteris Teſtamenti. Secundum 50. Generationes Chriſti Spirituales, quas appellabat Noui Teſtamenti generationes. His Chronicis adnexum eſt additamentum Nicolai Baſilij ab ann. 1501. ad an. vſque 1514. huic verò Tempori adiecta eſt Appendix vſque ad annum Dom. 1544. cuius hiſtoria à Laurentio Surio Cartuſiano continuata eſt. Viuebat an. 1500.

IOANNES Neapolitanus, dictus *De Neapoli*, natione tamen Siculus, Theologiæ Profeſſor, & (vti vocant) Regens in Cœnobio Ordinis ſui Neapolitano, ſcripſit in Quatuor libros Magiſt. Sent. Quæſtiones item complures Theologicas cum ſuis determinationibus. Sermones de Tempore, ac de Sanctis per totum annum. Serm. de mortuis. Quodlibeta tredecim vno volumine ſatis grandi contenta, quod m.s. vetuſtis characteribus vna cum altero non paruo Sermonum eiuſdem aſſeruabatur in eodem Cœnobio Neapoli in communi Bibliotheca in folo. Viuebat anno 1317. PP. Mon. Ordin. & Anton. Senenſis.

IOANNES Neouillæus Genuillanus, Gallus, ſcripſit ad Carolum Cardinalem Lotaringum Commentarium ad ſeptem Pſalmos Pœnitentiales, an. 1550. Incipit, *Opifex hominũ.* Pariſijs an. 1556. apud Galeotum à Prato.

Eiuſdem De pulchritudine animi, libri 5. aduerſus Epicureos, & Atheos homines huius ſeculi. ibidem apud eundem an. 1557.

IOANNES Neuizanus, Aſtenſis, I. C. ſcripſit Indicem Scriptorum in vtroque iure, quem poſtea ediderunt auctorem Ludouicus Gomeſius, Ioannes Fichardus, Io. Baptiſta Zilettus. Io. Vuolfgangus Freymonius. Vide lib. 2. ſecundi Tomi noſtræ Bibl. Selectæ, vbi de Iuriſprudentiæ Scriptoribus.

Additiones quoque edidit ad Rolandinam, & conſilia, quæ cũ aliquoties prodijſſent, Venetijs denique caſtigatiora exierunt an. 1573.

Et quidem Librum alium, ſeu Volumen in ſex diſtinctum libros euulgauit, quod *Syluam Nuptialem* inſcripſit, quæ Lugduni aliquot ante annos, deinde Venetijs excuſa, Lugduni denique iterum nouiſſimè recuſa eſt. At quoniam in Romano Indice donec emendata iuxta Regulam Indicis prodeat, eſt prohibita; idcirco ſciendum eſt, Neapoli primo (quod ſciam) fuiſſe operam datam à Ioanne Franciſco Lombardo Theologo, & Canonico maioris Eccleſiæ eius Vrbis, adnotandis locis, qui in ipſa Sylua Nuptiali edita Lugduni, & Venetijs, erant expungandi, Ea vero locorum indicatio extat in Eccleſiaſtico Enchiridio Venetijs impreſſo an. 1588. à Hieronymo Polo, ſed Collecto à Gregorio Capucino vno ex ijs, quam cenſuræ, hoc (vt vocant) Reuiſioni librum Neapolitanus Archiepiſcopus attribuerat.

Atqui ſancto Inquiſitionis Officio Mantuæ ſimilé, quæ ibi non innotuerat, emenda-

tionem

tionem vigente, Petrus Maturus Societatis noſtræ Theologus accuratè, ac quidem pleniorem operam huic negocio præſtitit. Qui cum mihi laborem ſuum reliquiſſet, ac vero idem de me Venetijs requiſitus ſit, vtrumque ſimul à me collatum, & ſanctę inquiſitionis iudicio ſubiectum, hic adteximus, ne Operis illius, quod extra Italiam plerique pergunt non expurgatum cudere, ac retinere, lectio incautos inficiat.

Porrò obſeruata ſunt in Indice, & in contextu, ſequentia.

Litt. A. Apoſtoli dictum dicentis, *Solutus es ab vxore, noli quærere vxorem, qualiter ſit intelligendum.* Dele. Nam non bene, & fideliter illud exponit, niſi corrigatur, vt ibi diximus.

Litt. C. *Corpora coitu creſcere impediũtur.* Obſcæna vox mutetur & dicatur, *copula*, vel *coniunctione.*

*Clericus rarò de frigiditate conqueritur.* Dele.

*Coeundi impotentia*, dicatur. Ad copulam ineptus matrimonium non poteſt contrahere, & ſi contraxerit non valet.

Sequens ſententia deleatur.

Litt. D. *Dictum Matth. 19. de non nubendo intelligendum eſt de valentibus continere.* Dele, vel dicatur, *de volentibus continere.*

*Diuitiæ ad plura vtiles ſunt in Matrimonio, nec timendum eſt nubere diuiti.* Dele. hæc poſtrema verba.

*Dolus ille bonus dicitur, quo hoſtis decipitur*, Dele.

Litt. E. *Eccleſia eſt hodie ambitionis veneno infecta.* Dele.

*Epiſcopus Papienſis fecit ſe portari à Diabolo Romam vſque.* Dele.

*Epiſcopus, ſeu eius Vicarius.* corrige, *ſed non eius Vicarius.*

Litt. F. *Fornicationis peccatum antiquitus minimum habebatur.* Dele.

Litt. H. *Henribaldus Cotta à Sacerdotibus occiſus, quòd eis nuptias prohibere vellet.* Dele.

*Hominem nequam occidere interdum grauius eſt, quàm hominem innocentem.* Dele. cum enim hoc probat, malè probat, ſolum autem ideo melius eſſe dicit, quia innocenti in cœlum paratur via per hanc mortem; nocenti verò ad inferos.

Litt. I. *Imaginatio in coitu* dic, *copula.*

*Impoſſibilia, aut quæ ſunt maximè difficilia ea non ſunt in poteſtate hominis.* Dele. *aut quæ ſunt maximè difficilia.*

*Impoſſibile, & difficile æquiparari.* Dele.

*Incontinentia mulierum quandoque excuſabilis eſt.* Dele.

*Iudices, & Aduocati maiori præmio digni ſint, quam Prædicatores.* Dele.

Litt. H. *Laici ſi boni ſunt, dicuntur Eccleſiaſtic.* Dele.

Litt. M. *Matrimonij bona tria ſunt videlicet fides, proles, & Sacramentum, & vno deficiente, non tenet matrimonium.* Dele poſtrema verba. *Vno deficiente, &c.*

Litt. L. *Nuptias Sacerdotibus magna ratione ſublatas, maiore ratione eſſe reſtituendas ex ſentia Papæ Pij.* Dele.

Litt. P. *Pontifices multi hodie ſunt in multis reprehenſibiles, & paucos Sanctos audiuimus, in cœlis, licet ſanctiſſimi vocentur in terris.* Dele.

*Pretio aliquam corrumpens dicitur vim intuliſſe.* Dele, quoniam hoc eſt falſum.

Litt. R. *Regula, Quos Deus coniunxit, &c. an patiatur limitationem.* Dele.

Litt. S. *Sperma retentum efficitur venenum.* Dele.

Litt. V. *Vidua grauius peccat ſe proſtituendo, quàm virgo.* Dele.

## *In Textu.*

Pag. 18. num. 107. *Vxorem adulteram dimittens an poſſit aliam ducere.* Dele. quia tenet partim affirmatiuam.

16. num. 120. *Impoſſibile & difficile æquiparari impoſſibile.* Dele.

11. p. 19. 125. *Sperma retentum efficitur venenum.* Dele. quia ſpurcum & falſum.

Ibid. 130. *Clericos vero de frigiditate conqueri, atque inibi, &c.* Dele.

Ibid. 134. *Nuptias Sacerdotibus magna ratione ſublatas.* Dele. quæ ibi dicuntur.

Ibid. 136. *Hemibaldus Cotta à Sacerdotibus occiſus.* Dele.

Ibid. 139. *Laici ſi boni ſunt dicuntur Eccleſiaſtici.* Dele.

20. nu. 159. *Regula, Quos Deus coniunxit homo non ſeparet patitur limitationem.* Dele.

22. lin. 6. *à fine in cuius ſcriptis reperitur ferme totum Euangelium Ioannis, ſcilicet, In principio erat Verbum.* Dele. quia falſum, cum Plato nihil ſcripſerit fere quod proximè accedat ad illud ſacrum Euangelium, & quamuis D. Aug. in confeſſionibus dicat, legiſſe Platonicorum

nicorum libros,in quibus quædam ſententiæ illius Euangelij continebantur, quidnã hæ ſunt ad totum Euangelium illud tam Diuinum,& admirandum?
24. 2. *Saluator replicauit. Rectè quidem ſentitis.* Chriſti verba non fideliter recitat, quare tollantur hæc, & legatur. *Non omnes capiunt verbum hoc,vt dixit Chriſtus Dominus.*
26.9.*Attentate lege Euangelica.* Putarem dicendum,*attenta lege naturali & Euangelica.* Nam repudiare vxorem,& alteram ducere lege naturali repugnare, Chriſtus docere videtur, cum ſcripſit,*quod ab initio non fuit ſic.*
Ibid.21. *Deus non fecit ſtatim mulierem cum homine.* hoc verum eſt: ſed ſubiungit poſtea, quod falſum eſt,*quia voluit reſeruare, vt eam faceret cum alijs beſtijs.*Dele. non enim ſic eſt S. Scripturis abutendum.
Similiter dele margini additum. *Alij dicunt,quòd in mulieribus Deus bene fecit mamillas,&c.*quia eſt blaſphema.
Ibid. 10.a f. *Eraſmus in Moria.* Eraſmum & alios auctores prohibitos ſæpe adducit,quorum nomina delenda,præcipuè in libris,qui prohibiti ſunt.
28.18.*Eraſmus i n Moria.*Dele.
32.9.*Et de ruſtica,qua excuſabat ſe,&c.*Dele.de boue reperto obſcæna,& fœda.
Ibid.17. *Dicentem dum vir eſt abſens, &c.* Vſque ad verbum inferius. *ſimiliter & quod in marg.* Mulier &c.dele quia fœde.
33.2. *Vt clerici, quibus vita laicorum eſt paſſio, &c.* vſque ad verba *nec offerre.* Dele. Scandaloſa enim ſunt,& piarum aurium offenſiua.
40.18. *Vt faciunt clerici.* Dele.
45.1.*Secundum Lutherum in declaratione.* Dele. *Præcepto Dei* ver.5.adulterium dele hæc , quia huius memoria omni eſt execratione digna.
54.6. *Quinimo dicitur aliquando maius peccatum occidere hominem malum,quam bonum.* Dele. Vel in marg.addendum,*falſum, & gloſſam male citat,* nam gloſſa hoc non habet , ſed querit tantum,& cõcludit,hoc verum eſſe in illato,non in cõmiſſo.ideſt vir bonus cui mors eſt illata, minus mali ex ſua morte conſequitur quam nocens. ſed qũi committit homicidium magis peccat occidendo hominem bonum,quam malum.
69.7.à fine.*Non nomine vos vſque ad pag.83.* Dele Nam hæc opinio apertè pro hæretica damnata eſt in Conc.Trid.ſeſſ.24.can.7.Præterea continet multa quæ delenda ſunt, tota hęc longa diſputatio. Nam pag.70.Chriſti verba Matth. 19. male citat, & peius interpretatur. Nam Chriſtus dixit : *Quicumque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit , mœchatur.* Ipſe verò ſic. *Quicunque dimiſerit vxorem ſuam , & aliam duxerit, niſi ob fornicationem, mœchatur.* Deinde vult hanc particulam *niſi ob fornicationem* referendam eſſe ad præcedentia verba, *& aliam duxerit.*quaſi Chriſtus velit, quòd liceat propter fornicationem vxoris aliam vxorem ducere, quod eſt falſiſſimum. ſolum enim vult,& permittit vxorem relinquere, & non aliam ducere.
*Eadem citat Ambroſ. pro ea parte cap. vxor. 32.q.7.* ſed contrarium verus Ambroſius tenet in c. nemo,ead.q.4.& in c.an quid,33.q.2.
*Eadem citat Aug. pro ſua ſententia 32. q. 2. c. Apoſtolus.* ſed is planè contrarius eſt. & verba Aug. *Quia permiſit,non iuſſit,* ſunt de diuortio intelligenda.
Eadem citat Canones,qui vetant marito ſe vxori adulterę coniungere,ſed hi non facciũt pro illo; nam Canones, etiamſi adulteræ coniungi vetent, non cõcedunt aliam ducere,neque hoc eſt ad peccandum compellere,qſtia debet ſe continere, quod & poſſunt cum Dei auxilio. Vide Nauar c.16.Man.nu.28.
71.Multa delenda habet vt hæc obſcæna, *per vn cattiuo, &c.* & quare de incorrigibilitate mulierum adulterantium, & de vehementia paſſionis amoris, vbi etiam illum quæſitum an philoſophus poſſit condere teſtamentum , non puto eſſe dubium,nec eum furioſo compararem,propterea quod paſſio amoris non tollit libertatem,ſicut furor.
72.Perſequitur eadem,& habet multa delenda, qualia ſunt exempla Teutonicæ,& alterius,prorſus nefanda,& quæ dicit de mulieribus, quæ Eremitas appetunt, & de Reginis,& de Fratribus.
P.73.Eadem rurſus inculcat,oſtendens etiam mulierum incontinentiam, quaſi ipſe plane omnes huic vitio ſubiaceant.Citat Lutherum in Sermone de Matrimonio , & tandem rediens ad argumentum,qui vxorem adulteram cognoſcere non poteſt , & non vult continere, concludit eum poſſe aliam vxorem ducere.
74.Minus habet mali,quam ſuperiores,ſolum enim difficilem eſſe continentiam,& ſine gratia Dei impoſſibilem,ſed & hæc, quoniam connexa eſt cum ſuperiore, & ideo difficultas continentiæ demonſtratur,vt colligatur, marito habenti vxorem adulteram


Digitized by Google

tranſire licere ad ſecundas nuptias, ideo deleatur. Cum autem in fine dicit, Apoſtolum propter hanc cauſſam diſpenſaſſe in ſecundis nuptijs, male Apoſtolum citat, non enim Apoſtolus ita diſpenſat in ſecundis nuptijs, quaſi ſint peccatum, ſed quaſi minus bonis, ſi cum viduitate conferantur.

P.75. Eſt eiuſdem farinæ cum ſuperioribus, & habet multa delenda. Nam quod æquat impoſſibilia, & maximè difficilia, eſt falſiſſimum. & cum poſtea ſubiungit, quod Deus iubet leuia, & anathemati eos ſubijcit poſt Hieronymum, qui dicunt Deum impoſſibilia præcepiſſe, hoc eſt veriſſimum. ſed concluſio eſt falſiſſima, quam vult inferre, nempe, licere marito, cuius vxor adultera eſt, aliam ducere.

Teſtimonium Auerrois verum eſt ex parte legis Iudæorum & Turcarum, ex parte autem legis Chriſti falſiſſimum, & execrandum. Chriſti enim lex non eſt impoſſibilium, ſed ſuauiſſima omnia ſunt eius præcepta, & conſilia omnia dulciora ſuper mel & fauum.

76.1. Citat Lutherum de modo confitendi, & reprobat Syluestrum contra eundem. Dele.

77. Panormitanum bene citat, ſed ex eo infert, quod eſt falſum.

17. *Sperma retentum generat venenum.* Dele.

7. a f. *Maritus cognoſcens ſcienter vxorem adulteram, fit irregularis.* Verum eſt, ſed ad rem non facit: nam etiam iudex, dum damnat reum ad mortem, fit irregularis.

77.6. *Non obſtat Paulus, &c.* Peſſimè, quaſi Paulus contrarium Chriſto doceat. damnat etiam interpretationem Lyrani, & neſcio quem Annium Philonis commentatoris ei opponit. Quæ omnia delenda ſunt.

12. a f. Illa verba, *Qui poteſt capere capiat* peſſimè interpretatur. Dele. ſimiliter reprobat auctoritates Canoniſtarum, propterea quod ipſi non habent vxores. Dele.

78. Tota delenda eſt, propterea quòd de clericorum incontinentia agit.

79. Eadem eſt cum ſuperiore, & delenda.

80. Enumerat auctores, qui contra clericos ſcripſerunt. Delenda.

81. Vult Sacerdotibus poſſe permitti nuptias. Quod delendum eſt.

82. Si quid de Eccleſia veri dicit, eò tendit, vt cœlibatum Sacerdotum deſtruat.

83. Sic ergo ad hunc vſque locum recte ita eſſet emendandum his verbis *Imo ſunt, qui dicunt licitum eſſe tali caſu vxorem in totum dimittere, & aliam ducere contra expreſſam Chriſti doctrinam Matth. 19. Mar. 10. & Luc. 16. & D. Pauli 1. Cor. 7. & doctores qui habentur diſt. 32. per totam. Tu vero conclude contrarium.*

84. Vult poſſe maritum aliam vxorem ducere, ſi Epiſcopus conceſſerit tori ſeparationē, quod quidem eſt falſum: ſed quia præpoſuit *ſalua ſemper determinatione ſacra matris Eccleſia.* emendandus videtur his verbis; *Obſtat autem determinatio ſacra matris Eccleſia, quam Spiritus ſanctus edocuit, quæ omninò ſequenda eſt.*

86.17. *Qui cognoſcunt eas cum membro.* Dele.

Ibid.19. *Poſſet fortè aliam capere ex diſpenſatione Summi Pontificis.* Dele.

87.15. a f. *Papa ex cauſſa diſpenſat ſuper matrimonio carnali copula conſummato.* At hoc eſt falſum, quare totum delendum eſt. Hoc autem ille probat, ſed malè, quare quicquid Auctor dicat, tenenda eſt opinio contraria. Papam in matrimonio carnali copula conſummato non poſſe diſpenſare, nec rationes Aſtenſis quicquam valent.

88.14. a f. *Eſt Deus in terris, aliàs eſt diabolus.* Dele.

89.8. *Matrimonium eſt religio.* dicendum: *Matrimonium eſt Sacramentum.*

90.9. *Et ita vidimus,* dele vſque, ad *ſeu conſil. de pot. leg.*

92.4. *Nec deſunt, qui dicant,* vſque ad *viros crucient.* Dele.

137.18. *Et non eſt qualitas ſine ſubiecto,* addendum putarem, *ſaltem naturaliter, propter venerabile Sacramentum.*

Ibid.12. a f. *non poteſt qualitas ſeparari à ſubiecto,* addendum, *niſi Diuina virtute.*

149. nu. 9. *Matrimonij bona tria, videlicet, Fides, Proles, & Sacramentum.* Verum eſt, ſed falſum & delendum quod ſequitur, *& vno deficiente, non tenet matrimonium.*

Ibid. nu. 15. *Diſpenſatio ſine ſpe prolis, non dicitur matrimonium, ſed connubium,* non videtur verum, ſed relinquatur, quia eſt quæſtio de nomine.

150.42. *Vidua grauius peccat ſe proſtituendo, quàm Virgo.* Dele.

151.57. *Coitus cum Vetula.* Dele.

156.6. *Facit Eraſmus in Moria cb. 6. & 14.* Dele.

Ibid.3. a f. *Matrimonium non valet cum eo qui generare non poteſt.* delendū, aut in margine adnotandum, vt falſum.

157.12.

157.12.*Deficiente vno,& ſic bono prolis,non valet matrimonium.* Dele.

Ibid.15.*Senem non poſſe nubere.* Dele.

Ibid.18.*Licet in matrimonio ſit duplex finis, ſi tamen pars in vnum tantum finem conſentiat,ſcilicet carnalis copula,non dicitur matrimonium.* Dele, & declarandum eſt, quod non contrahitur ſine peccato, Nauar. in Man.22.cap. numer.79. Eodem modo quod ſequitur, falſum eſt. *Si quis ducat vxorem cauſſa libidinis explendæ non eſt matrimonium.* Quare delendum eſt.

158.9. *Quòd ſicut Papa non poteſt diſpenſare ſuper matrimonio carnali copula conſummato,pari modo non poterit diſpenſare,ſi copula præceſſerit matrimonium,licet non poſtea fuerit ſecuta.* Dele,nam eſt falſum,præſertim poſt Concilium publicatum: Quoniam ſponſalia iam per copulam nõ tranſeunt in matrimonium.

Ibid.4. a f. *Non enim ſufficit.* Dele. ſunt enim obſcæna vſque *ad l.1.col.3.ff.ſol.matr.*

160.4 *Frater Martinus Lutherus in ſermone de Matrimonio.* vſque ad illa verba, *circa ſpem fructus.* Dele.

166. 11.*Quod ſuſpirium nihil valet ſine &c. hæc obſcæna vſque* ad Apoſt. 1.ad Tim. 5. Dele.& quod ſint piarum aurium offenſiua.

168.6.*Gallicum prouerb.Torche,&c.* Dele.eſt enim ſpurcum,& fœdum.

169. 14.*Frater Mart. Lutherus in declar.de 6.præcept.*& pag.239.Dele.

16.29. *Item capiens viduam dicitur fornicari licet ſit honeſta fornicatio cap. hac ratione. 31. quæſtion. 1.* Dele. quia falſa ſunt, & ſunt Auctores Operis imperfecti. Qui non eſt Chryſoſtomus, ſed alius, hoc eſt, verus Chryſoſt. aliter ſentit, vt notatur in Annot. noui decreti.

170.1. vlt.*Ideo felix tibi illa &c.* vſque ad *in Tragicomedia Celeſtina latiſſimè.* dele ſunt enim obſcœna,& de confeſſione obloquuntur.

171.3. a.*Caueat etiam ipſa vidua,quia plus peccat, quam Virgo, ex quo maturior, & magis experta.* Falſum.Quoniam Virgo ſtuprum committit,non vidua.Dele.

157.16.*Ioan.Lup.in rep.*vſque ad. *ſed imo.* Dele. obſcæna enim ſunt.

186.6.a f. *Et vide ſi ſint fatui.* vſque ad *& vermes quandoque generat.* Dele.quia ſunt obſcæna,& piarum aurium offenſiua.

191. 12. a f. *Merito ergo.* Damnat Eccleſiarum ornatum , ſed magis piè eſt declarandum.

192.9.*In Eccleſijs damnantur cantus figurati.* Et hoc cautè eſt declarandum.

206.4. a f.*Vt ex turgido,* vſque ad *nec ſi me decepiſti.*Dele obſcæna enim ſunt.

210. 7.a f. *Nigri oculi.* Dele hanc lineam propter vocem obſcænam, & duas etiam eiuſdem pag.verſ.vltimo.

212.8. a f.Vbi dicit *hoc procedere ex conformitate planetarum.* Delendum, quamquam quadantenus ille corrigit dicens *ſapiens dominabitur aſtris.*

Ibid. Vlt.a f.*Tertiò aliqui accuſant,* vſque ad *caudam paruam.* Dele obſcæna enim ſunt. Immo vero tota hæc pa.non placet, quoniam agit aduerſus cauſſas,cur mariti ad alias potius, quam ad ſuas vxores accedant:ſed quoniam in fine ſubiungit, has rationes nullas eſſe, ideo videtur aliquatenus excuſari.

223.14.a f.Sed caue à Cantilena Fulg.in li.fin.vlt.ſi.ff.de pig.ait.Dele.

224.7.a f. *Nam ſi poſtea non inueniatur Virgo.* in marg.ſaltem addendum. *Per inſpectionem ſcilicet honeſtarum matronarum.* alioqui falſum eſt, vt docet Nauar. in Manual. cap. 22. numer.56.

227.14.*Sed errant,vt habetur leuit.* Addendum ſaltem in margine. *Inceſtus diuino eſt iure prohibitus; non ita tamen, vt cum legitima diſpenſatione Pont.Max. non liceat inter affines,& cognatos matrimonium contrahere. Nam qui in Leuitico cognationis, & affinitatis gradus prohibentur, iam Chriſtianum populum non obligant.Itaq; inter aſcendentes & deſcendentes Diuino iure naturali ſolum eſt prohibitum matrimonium Nau.in Man.c.22 nu.84.*

232.nu.20.*Iudices & Aduocati maiore præmio digni ſunt,quàm Prædicatores.*Dele.

233.nu.28. *Epiſcopus, ſed non eius Vicarius.* poſt Concilium, vt notauimus, Vicarius Epiſcopi non poteſt concedere has monitorias litteras.Itaque corrigatur ſicut correximus, *ſed non eius Vicarius.*

234.Tertius hic liber,ſi probat vtile eſſe nubere,ad damnãdum cœlibatum, & anteponẽdum matrimonium virginitati vel cœlibatui omnino hæreticus eſſet, contra Chriſti & Apoſtolorum doctrinam, & damnatur nouiſſimè in Concilio Trid. c. 9. & 10.ſeſſ. 24. ſed quoniam hoc non habet expreſsè,videant,quibus à S.Sede Apoſtolica hoc munus incumbit,num quæ ſequuntur, eſſent initio adijcienda.

*Cum in hoc libro auctor probet vtile eſſe nubere, non de his agit, qui caſtitatem Deo permiſerunt, quibus non vtile eſt non ſolum nubere, ſed etiam velle nubere damnoſum eſt. cap. vouentibus d. ſi. & n. 17. q. 1. & alia ſexcenta, & nouiſſimè Conc. Trid. ſeſſ. 24. Can. 9. & 10. Sed de his agit, qui ab omni voto liberi ſui iuris ſunt, & in ſeculo manent, viuuntq; communi vita, & carni potius: quàm ſpiritui ſeruiunt.* Deniq; hũc Tractatum politicum potius hominem ſpectare, non autem Chriſtianum informare certum eſt.

235.3. a f. *Et bene pondera,* Dele. quia fauet Luthero, & hæreticis dicentibus ex hoc loco matrimonium omnibus eſſe præceptum.

248.20. *Vt vidimus in perſonis Eccleſiaſticis.* Dele. vſque ad verba *ad plures menſes.* quoniam ſtatũ Eccleſiaſticum infamant.

249.9. a f. *Vndecima ratio.* hæc ratio habet multa delenda. Nam quid eſt hoc? *Secundum vitam politicam neceſſe eſt vel nubere, vel religionem ingredi, & alter faciens dicitur beſtialiter viuere.*

250.5. *Poſtquam tanta eſt honeſtas in matrimonio, ſicut in ingreſſu religionis.* Dele.

Ibid. 17. & ſequentibus dicit, *quod vita actiua melior eſt.* Dele. falſum eſt enim, & contra S. Tho. in. 2. 2. q. 182. & Theologus omnes.

Ibid. 22. *Et quòd propterea recti Iudices, & Aduocati.* Dele. vſque ad *de præſcriptis,* & *quod eſt in margine.*

251.8. *Quia communiter Prælati malè viuunt,* deleri poſſet, ſed quoniam ſubdit, *ſed non curandum, quia propter piſces malos, &c.* videtur poſſe quadantenus excuſari.

Ibid. 12. *Quia vouit ſe numquam religionem aliquam intraturum vel approbatam, vel reprobatam.* Dele.

256.7. *Regula eſt quòd Epiſcopus, ſeu eius Vicarius.* Poſt Conc. Triden. ſolus Epiſcopus poteſt has litteras monitorias concedere. ſeſſ. 25. cap. 3. de refor. Quare delenda ſunt ea verba. *ſeu eius Vicarius.*

261.12. *Quòd ſi Iudex Eccleſiaſticus,* hoc eſt contra Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de reform. quare aut delendum, aut aliter ſcribendum.

267.2. a f. *Vbi apoſtilla contra Alexandrum Papam VI.* Dele.

268.19. *Quia licitum eſt redimere, &c.* Dele vſque ad *potius quam mori.*

269.5. *Quòd ſi aliquis indebitè detinetur.* Dele. Vide autem Nauar. in Man. 12. n. 18.

271.15. *Niſi in cauſſa matrimoniali, quia in ea ſacerdos cogi poterit propalare, quæ habuit in confeſſione.* Dele.

276. a f. *Martinus Luther. in Serm. de excom. ver. 8.* Dele.

289. num. 1. Dictum Matt. 19. de non nubendo intelligitur de volentibus cum Dei gratia continere.

Ibid. 4. *Abſtinens à matrimonio, &c.* Dele.

290, nu. 36. *Impudicitia reddit mulieres.* Dele.

294. nu. 136. *Beda orans pro pace Italiæ fal. & iam Italia per Dei gratiam pace gaudet, quæ vtinam perpetua ſit.* Dele.

Ibid. nu. 143. *Epiſcopus Papienſis.* Dele.

Ibid 145. *Eccleſia eſt hodie.* Dele.

Ibid. 150. *Pontifices multi hodie ſunt.* Dele.

296. Hic liber plura, credo, habet, reprehendantur quàm præcedens: ne tamen propter hæc totum damnemus, ſic videtur emendandus.

2. *Quia fateor illud procedere in valentibus continere.* ſic emendandum *in volentibus cum Dei gratia continere, quod nequaquam eſt ſupra vires humanas Dei ope fultas, maximè cum Deus continentiam rectè petentibus non deneget, nec patiatur nos ſupra id, quod poſſumus tentari, de quibus noſtra concluſio non loquitur, quæ vtile eſſe nubere diſputat.*

Ibid. 3. *Sed quis eſt & laudabimus eum?* Dele. *C. de bon.*

Ibid. 11. *Fortius Deus Pater, &c.* in marg. addatur, *leue & prorſus frigidum hoc eſt argumentum.*

Ibid. 19. *Chriſtus erat Sacerdos templi.* Dele.

299. Hi verſus de Chriſto habent errores ſic emendandos.

3 Ille pedes clauis fixit & haſce manus.<br>
4 De me ſolus amor potuit perferre triumphum,<br>
Solus amor fecit me tolerare Crucem.<br>
Ergo ſi quid aues animi mihi pendere grati<br>
Dilige.

299. *Damnum autem abſtinendi à matrimonio reſpicit & corpus.* Hæc vt veritati congruant ſic emendanda ſunt. *Damnum autem abſtinendi à matrimonio reſpectu eorum, qui ſe cum meretricibus, &*

Digitized by Google

*bus, & alienis vxoribus miſcent, reſpicit & corpus.*

302.6. *Facit quod dicebat Papa Iulius,* dele, vſque ad illa verba. *Iulius intulit.*

305.14. *Vt eſt prouerbium.* vſque ad *in ſuis facetijs.* obloquitur de Sacerdotibus, proinde, dele illud, *amicitia di Preti.*

Ibid.4.a f. *Vide Tractatum de fide concubinarum,* vſque ad *char. 4. & 7.* Dele.

306.20. *Nam Apoſtolus ibi, vt ipſe proteſtatur.* Malè interpretatur D. Paulum. Nam Apoſtolus ibi, vt ipſe proteſtatus eſt, non loquitur tamquam pręceptum Domini habens, ſed tanquam dans conſilium, & ad quod melius eſt exhortans, & ſic non ligat.

308.8. *Lutherus in declaratione 4. Præcepti honora patrem.* Dele.

De illo qui ex animo, & verè continet. Nam de alijs qui non continent ſi vlla voti obligatione tenentur.

314.3. *Vnde quando mos non erat, crimen non erat, & licet ſit minus peccatum, quàm mendacium.* falſum, & delendum, ſiue omnino corrigendum ita. *Vnde quando mos erat impunè fieri putabatur ca. obijciuntur. 32. q. 4. hodie autem licet non ſit minus peccatum, imò maius quàm mendacium, quia eſt contra naturam æque ac pluſquam mendacium ſecundum S. Tho. 1. 2. q. 107. ar. 4. & alios omnes in 3. diſt. 37. quicquid dicat Fel. in c. cum dilectus. hoc tamen in mendacio maius eſſe videtur, quod illud inter cæteras.*

Ibid. dele in marg. *Fornicatio minus peccatum eſt, quam mendacium.*

Ibid.17. *Sed fornicatio eſt minimum,* vſque ad *Inſt. de hæred. inſtit.* Dele.

316.4. *Per quem textum patet. quia non fuit excuſatus ille Papa,* Dele vſque ad hæc verba *per hac & punietur.*

319.25. *Et illa quæ ſe fecit Ioannem Papam VII.* Dele quia Ioannes hæc fœmina chimera eſt, & & impoſtura calumniatorum.

321.14. *Vbi in fine refert,* vſque ad *Veniat ad me.* Dele.

522.1.f. *Non ſolum laici,* vſque ad *erga Sacerdotes.* Dele.

323.9.a f. *Et Beato Petro.* Dele. Diuus enim Petrus fuit caſtiſſimus, nec cum Dauide in ea re coniungendus.

324.4. *Item in coitu vtuntur arte,* vſque ad, *ò mondo cieco,* dele obſcæna enim ſunt, & piarum aurium offenſiua.

325.2. *De coitus ratione,* Dele. quia non neceſſarium, ſæpe etiam hanc vocem vſurpat, quam mutare præſtaret.

326.6.a f. *Nam humiliores reddit mulieres.* Dele. *quia nullum incontinentiæ laudem fero. & mulier caſta de caſtitate ſuperbire non debet, qui enim ſtat, videat ne cadat,* & quod in marg. vſque ad *alteros Fregoſij* ch.24. Dele.

331.17. *Imò, proh dolor, vtentur miniſterio ſacerdotum.* hoc delendum vſque ad *in ſcripturis 96. diſt.* quia hæc omnia ita connexa ſunt vt ſubſiſtere non poſſit ſeparata.

332.2. *Vel vt ille Epiſcopus,* vſque ad *incipit aſcendite.* Dele.

339.22. *Et ſic cognoſcunt ſe impotentes.* vſque *dum agit de virga.* Dele.

340.3. *Et enim ſi mulieri non ſatiſfit.* hæc quæ obſcænitatem continent, ſic mutanda. *Etenim ſi mulieri non ſatiſfit in veſtibus, ægrè admodum fert. cupiunt enim habere duas eiuſdem coloris, & panni veſtes. Barbat. in c. prudentiam.*

348.10. *Quia Lutherus in declaratione de 8. præcepto Dei probat.* Dele. & ſic coniungatur, *quia eſt de præcepto.*

349.14. *Mart. Lutherus in declam.* vſque ad *dicta Apoſtoli.* Dele.

373. *In marg. Bonus vir, ideſt cornutus.* Dele.

Ibid.12. *Et ſi vident aliquem,* vſque ad *Pater noſter.* Dele. Quia obſcęnitatem continent aliquã, & vſurpat Diuina verba temerè.

378. *Item illa ruſtica.* vſque ad *copulam.* Dele.

Ibid.10. *Et non ſolum tranſeunt ſub diſsimulatione,* vſque ad *ch. 4. & ſeq.* item quod eſt in marg. *licet honeſtatem violare pro vtilitate.* Dele.

Ibid.11.a f. *Et poſtquam mortalia,* vſque ad *ch. 14. & 18.* Dele. Quia ſunt verba Eraſmi in Moria, & impia.

381.4. *Qui Pontifici aſſerenti,* vſque ad *non meretrix.* Dele. & quod ad marg. Dele.

388.12. *Et exemplo quod ponit, admiſit ibidem.* Dele quia obſcæna.

Ibid.10.a fi. *Et dato quod iſti,* & omnia illa carmina Macaronica de cornibus. Dele ſic ergo coniungantur. *& dato quod iuuenes tum irrideant. poterit, & vos.*

402.7.a f. *Quia habent duo ora, & plures linguas.* Dele.

404.10.a f. *Licet Fr. Mart. Lutherus in declarat. de 4. præc. Dei.* Dele.

405.2.a f. *Licet coitus,* vſque *Vini eſt.* Dele.



Digitized by Google

409.17.*Quæ faciunt pro indulgentijs.* Dele.
416.3.a f. dicit *Quod eſt grauius peccatum.* in marg. addatur. *cautè.*
432.17.*Vt Lutherus dicit, nunc tandem ſapit Germania.* Dele.
442.2. a f. *Quapropter Epiſcopus Papienſis*, vſque ad *§. quis debet col. 2.* Dele.
443.16.*Et tamen ſunt aliqui*, vſque ad *Quod eſt falſum.* Dele.
444.10. a f. *Verbum Gallicum vltimum obſcænum.* Dele.
449.7.*Non igitur mirum*, vſque ad *451.14. Vbi fruitur Beatorum.* Dele.
478.4. a f. *Dicit tamen Hoſtienſis.* Hæc de Paphnutio hiſtoria tamquam falſa reprobatur à doctis, propterea delenda.
479.1.*Vade cum taxillis*, in marg. *Conſilium improbum.*

## *Sequentes duo libri minus, quàm alij erroribus abundant.*

490.15. a f. *Patet in credo condito ab antiquis.* & falſum & impium. Nam antiqui Patres tã Græci quàm Latini crediderunt Spiritum Sanctum procedere à Patre, & Filio, vt Doctores oſtendunt. Quin & iura ipſa, quæ citat, ſunt contra ipſum. Nam Didymus Græcus fuit Antiquus, & Conc. Epheſinum eſt antiquum & Græcum, ex quibus in Decreto hæc veritas probatur. Delendum igitur quod facit iniuriam Sanctiſſimæ Trinitati.
516.11. a f. Vbi dicit, quod Machabæi ſtudio contradicendi perdiderũt ſanum intellectũ. Falſum, ſi de Machabæis loquitur, quos Scriptura commendat, nam alios non noui Machabæos. Dele ergo. vel dicatur ad marg. cautè.
523.7. a f. *Quoniam peccarent in Spiritum S.* Dele. Neque enim decet Spiritus Sancti nomen in his nænijs vſurpari.
528.10. a f. *Niſi longo tempore aſinus ſeruiſſet Eccleſiæ, quia deberet præferri inhabilibus nominatis ex reuelatione carnis.* hoc dictum mordax, non eſt dignum impreſſione, ſed potius ſic emendandum. *Sed remoto ioco, ſi quis eſſet literarum non planè rudis, & qui diu multumq; Eccleſiæ inſeruiſſet, præferendus eſſet aliquibus iuuenibus imperitis, qui ob cognationem potius ſanguinis, quam ob vllã virtutis commendationem ad Eccleſiaſticas dignitates nominaretur.*
531.10. a f. *Martinus Lutherus*, vſque ad *ex multis ch. 2.* Dele.
537.4.& *Gomicium Mediolanenſem*, vſque ad *vxor aſcendit.* Dele.
Ibid. 7. a f. *Et propter neceſsitatem poſſumus vti arte magica*, vſque ad *ch. 52. col. 3.* Dele.
551.3.*Et Pontificis (ſupl. inſignia irridet) Hut. in dial. Tria Rom.* Dele.
562.8.*Et tamen ſi rectè, & iuſtè procedant* (aduocati ſcilicet) *plus merentur, quam fratres Prædicatores*, vſque ad verba *ſeu fundamento partis affirmatiuæ.* Dele.
571.11.*Ergo male dicit Fr. Mart. Luther.* dicatur *ergo peſsimè dicit peſsimus Mart. Luther.* Nam eum ſatis frigidè auctor coarguit.
Ibid. 24. in Marg. hæc poſſunt addi *S. Auguſtinus ex his auctoribus nihil ad Chriſtianam religionem tranſtulit, ſed tantum contra Paganos in lib. de Ciuitate Dei, vel hæreticos in alijs ſuis Operibus diſputans ex Platone & Cicerone (nam Hortenſius nihil vmquam ſcripſit) aliqua ad eorum errores redarguẽdos protulit: Chriſtiana autem religio perfecta omni ex parte & abſoluta eſt: neq; eget vllis ad ſui tuitionẽ, & confirmationẽ adminiculis, niſi cum ei eſt cõtra aduerſarios, vel hæreticos dimicandum, qui aliquando cum credant potius externis Scriptoribus, quàm Chriſto, eiuſque aſſeclis, ſuis quaſi gladijs, quemadmodum & Goliath, iugulantur, c. ſi quid veri. diſt. 37. ex Aug. lib. 13. contra Fauſtum, c. 15. & cap. Qui de menſa. ea ex Hier. in 1. c. Daniel.*
572.2. Dele, quod eſt in Marg. *Canoniſtæ differunt à Theologis.* Ac potius addatur. *fieri poteſt vt in materia vſurarum aliquando Canoniſtæ aliqui, præſertim qui ſunt Theologiæ cognitione præditi, vt D. Nauarrus, melius ſentiant, quam aliqui Theologi iuris prudentia prorſus deſtituti. Abſolutè tamen Theologis potius ſtandum eſt in materia peccati mortalis, qualis eſt vſura, quam Canoniſtis.*
157.18.*Quare etiam leges per ora principum ſunt Diuinitus promulgatæ.* hoc non ſemper verum eſt, quamuis non negem de quibuſdam hoc poſſe dici, qualis eſt illa celebris Gratiani, Valentiniani, & Theodoſij Auggg. quæ incipit. *Cunctos populos, C. de Summa Trin. & fide Cath.* quare addatur ad marg. *cautè*, vel dele.
580.9.*Vt dixi in conſtitutione*, vſque ad *ob adulterium coniugis.* Dele.
585.*Egit quoque Fr. Syluester contra Lutherum cart. 16. & 121. Vbi clarè probat leges eſſe de iure Diuino.* corrigendum puto: & Syluestrum contra Lutherum non vidi. In ſumma autem non hoc docet. Vult autem (credo) Syluester ſolum contra Lutherum leges Ciuiles iuſtas à legitimo magiſtratu latas, & promulgatas habere vim obligandi in conſcientia, & emanare à lege æterna. per illud Prou. 8. *Per me reges regnant, & ſapientes decernunt iuſtitiam*, & per illud promulgatum, *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.* Vide eũdem in



Digitized by Google

ſumma. Verbo lex. certe c. leges Imperatorum 10. diſt. clare oſtendit leges non eſſe de iure Diuino, ſed iuri Diuino ſubiectas.

592.15.a.f. *Dixi in queſtione, quod ob adulterium relicta prima liceat aliam vxorem capere.* Del.

615.4. *Et ille dicebat*, vſque ad *faire creance.* Dele, obſcœna ſunt enim.

617.4. *Quod quidam iudices faciunt, vt Eccleſiaſtici in Eleemoſyna meretricum, qui parua ſpernunt, ſed non magna.* Dele, & dicatur, *vt milites in expugnationibus Vrbium.*

678.4.a f. *Barb. dicit, quòd ſi Papa peccat, eſt ſine reparatione ad inſtar Diaboli.* Vt ipſe notat in c. at ſi clerici, col. pe. de iudicijs, not. 151. Dele. quia falſum eſt, atque impium.

679.9. *Adeo quod Cepol. caut. 2. inſi. 2. col. inuehit contra miſeros Prelatos, qui in tantum litteras D. Pa-pa timent, quòd contradicere non audent.* Dele.

684.12.a.f. *Imo & hæreticorum* (auctoritates ſunt citandæ) *in his in quibus errarunt typog.* omiſit negationem, & propterea legendum eſt *non errarunt.* hæc autem ſententia non eſt prorſus tenenda.

691. *Satisfaciendo promiſſis, &c.* Hi verſus non ſunt admodum venuſti, & plurimos errores typographorum credo incuria in ſyllabarum quantitate continent, & ad inſtar Satyræ plurimos mordent, quare puto non imprimendos.

696. *Quiſquis amas mundi.* hi verſus ſunt optimi, & digni qui imprimantur.

IOANNES è Nibach, Sermones olim edidiſſe ſcribitur habitos diebus feſtis Sanctorum.

IOANNES Nicænus, librum ſcripſiſſe fertur cōtra Armenios De rebus Fidei, qui Græcè m.s. aſſeruetur in Bibl. Vaticana.

IOANNES Nicolaus, Arelatenſis, Librum de hæreticis, & eorum pœnis: & alterum ad l. Codicis de ſecundis Nuptijs emiſit Lugduni ann. 1536. ſcripſit item Adnotationes ad Librum Alciati de Præſumptionibus.

IOANNES Nicolaus Gimonteus I. C. ſcripſit De beneficijs Eccleſiaſticis, & horum Collatione, Pluralitate, Diſpenſatione, Permutatione, ac de Gratijs, & Expectatiuis.

IOANNES Nider, Sueuus, Ordinis Prædicatorum, Theologus ſcripſit,

In vigeſimum caput Exodi De decē præceptis volumen ſat grande, ac quidem dictione perſpicua, licet (vt ea ferebāt tempora) non eleganti. Incipit, *Decalogi legem ſacratiſſimam.*
In decimum tertium caput Leuitici. De lepra morali.
In Euangelia totius anni Tomos duos Sermonum; cum Sermonibus Quadrageſimalibus.
De contractibus mercatorum.
De ſecularium Religionibus.
De abſtinentia ab eſu carnium.
De reformatione Status cænobialis.
Conſolatorium timoratæ conſcientiæ.
De vigore conſuetudinis, & Diſpenſatione Canonica.
De perfecta paupertate.
De vera, & falſa Nobilitate.
De moralitate ſumpta à formicis.
Dialogum ſtudioſi, & pigri.
Speculum perfectionis.
Diſpoſitorium moriendi.
Viuebat ann. 1530.

IOANNES Niuicellenſis Monaſterij Abbas & Doctor Decretorum, ſcripſit Concordantias Auctoritatum Sacræ Scripturæ iuxta ordinem Librorum in Biblijs, in quibus loca Iuris Canonici reperiantur. Sermones de Tempore. Sermones de Sanctis. Epiſtolas, & Quæſtiones varias.

IOANNES Nobilis, Ord. D. Benedicti, Abbas S. Vdalrici, eques de Viſchbach, ſcripſit De immunitate Eccleſiæ. Viuebat ann. 1355. Eiſingr.

IOANNES Noblet, Gallus, Carmelita, Profeſſor Gymnaſij Pariſienſis, cuius præter Tritemium, & Iacobum de Plebe, ac Petrum Lucium meminit etiam in Chronologia Genebrardus, ſcripſiſſe fertur in vniuerſa ferè Biblia, vt Eiſingrenius teſtatur. In Epiſtolas Canonicas libros ſeptem. Sermones varios, vno libro. In libros 4. Mag. Senten. Centiloquium ænigmatum. Viuebat Eiſingrenio, ann. 1444.

IOANNES Nopelius, Collegij D. Suniberti in Cæſaris inſula Decanus, Confeſſionem Ambroſianam edidit in quattuor Libros recta methodo diſtributam, quibus cōtinetur, quid de ijs fidei Chriſtianæ dogmatibus, quæ hodie in controuerſiam vocantur ab hæreticis, ante annos mille, & ducentos B. Ambroſius Epiſcopus Mediolanenſis totius Occidentalis clariſſimum lumen ſenſerit.

IOANNES de Noto, (alijs *Notho*) Siculus, Ord. Minorum Theologus citatur in Summa Angelica.

IOANNES Nouarienſis, Ordin. D. Auguſtini Supplementum Chronicorum reliquit. Viuebat ann. 1443.

IOANNES Nouiomagus, ſiue *Oeomagus* Germanus, qui Scholia in Bedam edidit tum ad librum De emendatione temporum, tum ad librum De natura rerum, putauit locum de Paradiſo terreſtri intelligendum eſſe enigmaticè, atque allegoricè, ſenſu tamē diuerſo ab Origene. Quam ſententiam verè reprobandam reprobat item Sixtus Senenſis Annot.35.lib.5.Bibliothecæ ſanctæ.

IOANNES Nuſcenſis, Monachus Montis Virginis, qui vixit ann. 1200. ſcripſit vitam S. Gulielmi Inſtitutoris Ordinis ſui: quam Thomas Coſta in vita S. Donati monachi teſtatur extare. Arnold. Vion.

IOANNES Octauus, Pont, Max. non eſt, quem blaterant conuicti impoſtores hæretici, fuiſſe fœminam, id enim mendacium vaniſſimum fuit. Vide infra in verbo, Ioanna Papiſſa. Cæterum extant aliquot ipſius Epiſtolæ in Regeſto Vaticanæ Bibliothecæ, quod ibidem aſſeruatur.

IOANNES Olaus Magnus, Gothus, Archiepiſcopus Vpſalenſis Hiſtoriam Gothorum, & Suecorum viginti quattuor libris, & librum De Epiſcopis Suetiæ ſcripſit. Ac Hiſtoriam quidem illam Iulio III. Pont. Max. dicauit, quæ Romæ fuit excuſa Latinè, Venetijs autem Italicè apud Franciſcum Bindonum, ann. 1558. Viuebat eodem tempore. Vide ſupra in verbo, Ioannes Magnus. Eſt enim idem ipſe.

IOANNES Olney, Anglus, Ord. Cartuſianorum, ſcripſit quinque libros De miraculis B. Virginis. Alium item Meditationum ſolitariarum. Viuebat ann. 1345. Eiſingr. alijs autem claruit adhuc ann. 1350.

IOANNES Opicus, qui ſcripſiſſe dicitur De Selectis Scripturarum quæſtionibus ambiguis, viſus non eſt à me, ac proinde qualis ſit, non ſcribo.

IOANNES Opſopæus, Brettanus, etſi Græcolatina Oracula Sibyllina Pariſijs edi curauit ann. 1599. & quidem additis ab ſe ad illa Scholijs, pleraque tamen in ea editione deſiderātur à Catholicis, ac doctis viris. Id primum, vt quoniam Onufrij Pannuuinij Libellus de Sibyllis, & carminibus Sibyllinis eidem libro præfixus eſt, eius Sacerdotis nulla ſit facta mentio, quòd Ordinis Auguſtiniani fuerit. Nam cum recentes hęretici oderint hoc nomen religioſorum, ac tamen vident in ijs eruditionem viguiſſe, demunt eam nominationem, ne qua Eccleſiæ Catholicæ laus accreſcat. Addita item eſt mentio Carminum illorum facta à Sebaſtiano Caſtalione, cuius tamen ſcripta omnia prohibita ſunt in Romano Indice. Quòd ſi in eodem Indice permittuntur verſiones, in quibus nihil ſit noxium, aut detortum ad hæreſes, id ex auctoritate Sorbonę erat procurandum, vt in fronte appareret. Quin cum illo Opere inſerta ſint falſorum Deorum oracula, quæve ex ſomnijs vaticinia conijciuntur, ea præſtabat omittere; ne videlicet procliuibus ad errores ingenijs anſa præberetur, vt quaſi rediuiua audirent impia oracula, quæ iamdudum Deus iuſſit obmuteſcere.

IOANNES Oranus, ex Hiſpanico Latinum fecit Principem Chriſtianum Petri Ribadeneyræ aduerſus Nicolaum Macchiauellum. Verſio autem hæc edita eſt Moguntiæ, ann. 1604.

IOANNES Orthius, Suffraganeus Bambergenſis edidit Germanicè, duas Epitomes Poſtillæ Feuchtianæ, alteram de Tempore, alteram, de Sanctis. Ingolſtadij ann. 1583.

IOANNES Oſorius, Societatis Ieſu, Theologus, edidit Latinas totius ann. Conciones quinque Tomis comprehenſas, quæ in Hiſpania, & in Belgio Antuerpiæ, ac Venetijs non ſemel prodierunt, ann. 1594. 1595. 1596. 1597. Ac denique Venetijs etiam ann. 1604. apud Societatem Venetam. & Coloniæ apud Ant. Hierat.

IOANNES de Ouando Ord. Min. ſuper myſteria fidei edidit libellum ſic prænotatum: *Diſcurſus Prædicabilis ſuper myſteria fidei:* &c. Pariſijs ann. 1606.

IOANNES Ouinhelus, Oxonienſis, Theologus, dum ſtaret Anglia in fide Catholica, ſcripſit Exempla ſcripturarum, lib. 1. Sermones per annum, libro altero. Diſtinctiones rerum variarum, lib. 6. Obijt ann. 1438.

IOANNES Palæologus, Epiſtolam Græcè ſcripſit ad Alexandrum Patriarcham.

IOANNES Paleonydorus, ſiue de *Aqua Veteri*, Hollandus, Carmelita, ſcripſit.

De puritate Conceptionis Beatiſſimæ Virginis, librum.
Alium Sermonum de Tempore.
Alium De Sanctis.
Item Quadrageſimale.
Faſciculum tripertitum ſui Ordinis, lib. 3.
Manuale eiuſdem. hæcque duo Opera Moguntiæ prodierunt.
Lib. quinque in Boetium de Conſolatione.
Dialogum inter Carmelitā, & Cartuſianum
Propugnaculum Carmelitarum.
Vitas Sanctorum ſui Ordinis.
Contra Vuigandum pro Tritemio.
Collationes feriales.

Epiſto-

Epiſtolas familiares. Obijt an. 1507. annos natus 74. Tritem.

IOANNES Paliz, Ord. Præd. Libros duos Sermonum edidit. Alterum Latinè Hermanno Colonienſi Archiepiſcopo: Alterum Germanicè Ioanni, & Friderico Saxoniæ Electoribus inſcriptos, quos anno 1516. Lipſiæ Martinus Lansberg excudit. Eos autem libros prænotauit *Cœli Fodinam*, cum aliquandiu demoratus in Oppido Snebergo, quod *Montem niuis* appellant, vbi ſunt fodinæ, inde eius ſcriptionis, & inſcriptionis occaſionem accepit.

IOANNES Palmer, Anglus I.V.C. ſcripſit contra Boemorum articulos, hoc eſt aduerſus hæreticos Huſſitas. Viuebat an. 1433. neque vero hunc eſſe puto Ioannem illum Palmerium, qui in Romano Indice inter Auctores primæ claſſis prohibitus eſt.

IOANNES è Palomar, Hiſpanus, & Barchinonenſis Eccleſiæ Archidiaconus, ſcripſit De abſtinentia carnium ad Ioannem Abbatem Monaſterij Scotorum Ord. D. Benedicti. Sermones item, ac Quæſtiones. Viuebat an. 1420.

IOANNES Papa. Vide in verbo, Ioannes Pontifex Maxim. & in verbo, Ioannes octauus.

IOANNA Papiſſa, ſiue quæ, vt commenti ſunt Eccleſiæ Catholicæ hoſtes, aſtu vixerit (licet fœmina) in Pontificatu, nihil fuit. Impoſturam hanc hæreticorum plures doctiſſimi viri confutarunt, vt iam hęreticos pigeat non tam inuecti huius mendacij, quàd quod putidè ſint conuicti. Vide Cardinales Baronium, & Bellarminum vbi de Ioanne Octauo Pont. Max. egerunt, illum in Annalibus, hunc in Controuerſijs. Papyrium Maſſonem De Vrbis Epiſcopis. Hieronymum Scherer noſtrum Theologum, qui Germanicè id præſtitit egregiè. Onufrium Pannuuinium. Gilbertum Genebrardum. Poſtremò autem Gallicè Florimundum Remundum Regium in Burdigalenſi Senatu Conſiliarium perelegãter, atque ſyncerè.

IOANNES Pariſienſis, Ord. Præd. Theologus, & Profeſſor in eadem vrbe, ſcripſit

In quatuor lib, Mag. Sent.
Librum item De Vnitate Eſſe, & Eſſentiæ Diuinæ.
Alterum De tranſubſtantiatione Panis, & Viui in Sanctiſs. Euchariſtia.
De Aduentu Antichriſti.
Quodlibeta varia.
Contra Henricum de Gandauo.
Contra Corruptorum D. Thomæ Aquinatis.
Commentaria in lib Meteororum Ariſt.
Tractatum de Iride.

Viuebat an. 1280. Eiſingr. Antonio autem Senenſi an. circiter 1300. Quorum vtrumq; cohęrere poteſt.

IOANNES Parmenſis dictus *de Parma*, in Bononienſi tractu natus, Ord. Minorum, Profeſſor olim Theologiæ Pariſijs, euocatus ex Gallia ab Innocentio Quarto Pont. Max. allegatus ad Ioannem Imperatorem Græcorum, & Manuelem Petriarcham Conſtantinopolitanum: ab iiſdem *Angelus pacis* vocatus; inde autem reuerſus Generalis Ordinis ſui Miniſtri Aſſiſij, an. 1248. delectus, ſcripſit

In libros Magiſt. Sent.
De conuerſione Religioſorum, lib. 2.
Officium Paſſionis Chriſti, cuius initiũ eſt, *Regem Chriſtum Crucifixum*, &c.
Tractatum quem inſcripſit, *Sacrum commercium Beati Franciſci cum Domina paupertate.*
De beneficijs Creatoris.

Obijt Camerini, vbi in Aede Sancti Franciſci, in arca marmorea conditus. Viſebatur autem adhuc ante paucos annos integrum eius corpus. Vide in verbo, Io. Paulinus.

IOANNES Paſchal è Sudouolcarum familia, Anglus, Carmelita, ſcripſit Librum De Paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti. Homilias varias ſexaginta ſeptem. De Tempore octoginta. De Sanctis alias. Lectiones Scripturarum. Diſputationes Theologicas. Obijt apud Landauenſes an. 1361.

IOANNES Paſchaſius, Mechlinienſis, Carmelita, Theologus, ſcripſit in Mag. Sent. In Euangelia Dominicalia, & Feſtos dies totius anni. Deſcriptionem Terræ Sanctæ. Viuebat Louanij poſt ann. 1500. Chriſtianus Adrichomius, & Ludouicus Guiciardinus in deſcriptione Ciuitatis Mechlinienſis.

IOANNES à Paſtura, Monaſterij Gemblacenſis, Prior edidit in Pſalterium Paraphraſim è Patribus collectam an. 1510.

IOANNES Paulinus, ſiue *Ouaya*, alijs *Geneſus*, Parmenſis, Ord. Min. ſcripſit Roſarium in Geneſim, quod vidimus m. s. apud Eremitanos, qui ſunt Patauij. Librum item de Ciuitate Chriſti, cuius initium, *Fundamenta eius in montibus altis.* Quin & eidem tribuitur ab Henrico Vvillot, liber alius inſcriptus, *Conſortium Chriſti cum Doctrina Paupertatis*, vt credam eundem hunc eſſe, qui paullò ſupra, *Ioannes Parmenſis.*

IOANNES Paulus Berlendus, Bergomas, Ord. D. Auguſtini, Profeſſor Theologiæ, ac Concionator, Librum edidit prænotatum *Scalam Iacobi* aptatum Beatitudinibus Euangelicis. Italicè Bergomi apud Cominum Venturam an. 1601. Quo viuebat.

IOANNES Paulus Germanus, Ord. Min. Profeſſor conuentus Thamenſis Prouinciæ Argentinæ, ſcripſit librum prænotatum, *Seria, & Ioci.* Alterum item Sermonum ad populum. Viuebat ann. 1530. Henricus Vvillot.

IOANNES Paulus Lancellotus, Peruſinus, I. C. Inſtitutionum Iuris Canonici libros quatuor emiſit in lucem primò Venetijs an. 1570. vnà cum Gloſſis, ſiue Interpretationib. Qui deinde Lugduni apud Rouillium an. 1571. prꝗterea Romæ, an. 1584. recogniti ſunt, & recuſi apud Georgium Ferrarium, deinde item Antuerpiæ apud Plantinum, Notis Hieronymi Elani I.C. illuſtrati.

Poſteriori autem iſti Romanę editioni Lancelotus adiecit Commentarium in tres libellos partitum, quo tuetur cauſſam, cur ſuas Inſtitutiones conſcripſerit, ne videlicet Canonico Iuri ſuæ deeſſent, quæ Ciuili Iuri neceſſario fuerant à Iuſtiniano præſcriptę, imitatus etiam Coſmographos, qui ſingillatim acturi de varijs Mundi Partibus Orbem ipſum Vniuerſum paruulo ſchemate ſubijciunt oculis.

Sanè verò Pauli Quarti Pont. Max. nomine à Cardinali Reumano iuſſi, vt eas inſtitutiones accuratè recognoſcerent viri tres peritiſſimi Iure conſulti Fabius Acorambonus Rotæ Romanæ Decanus, Iulius Oradinus Rotæ Auditor, & Antonius Maſſa è Galleſio, quod & Adami de Inuidia Notarij formula, ſiue (vt aiunt) inſtrumento exceptum eſt, teſtimonium de eo opere reddidere grauiſſimum. Succeſſit Paulo Quarto, Pius Quartus Pont. Max. cui item Theologi fidem ſimilem fecerunt. Legat ipſum Commentarium, & ipſas Inſtitutiones Candidatus Iuris Canonici ſtudioſus, nec ipſum pœnitebit.

IOANNES Paulus Palanterius, è Caſtro Bononienſi Ordi. Minorum Conuentualium Parmæ, Theologus edidit duos abs ſe conſcriptos Tomos in totum Pſalterium, quorum primus apud Cominum Præſenium, ſecundus apud Franciſcum Thebaldinũ prodijt Brixiæ an. 1600. cum an. 1594. emiſiſſet idem Palanterius Lecturam in quatuor libros Mag. Sent. & antea ann. 1580. Prælectiones in librum primum Poſteriorum, & Tractatum de Anima. Venetijs. Item illuſtrem Explanationẽ in hymnos Eccleſiaſticos. Bononię apud Societ. an. 1606.

IOANNES Paulus Vvindeck, Germanus, Theologus, & Eccleſiæ collegiatæ in Oppido Marchdorff Canonicus, ſcripſit

I. Theologiam Iuriſconſultorum, libris duobus. Quorum priore, quadraginta amplius S. Romanæ Eccleſię dogmata, quæ à Sectarijs oppugnantur, non ſolum ex Canonibus, & Veteris Eccleſiæ traditione, verum etiam ex Iuſtiniani Imp. Legibus comprobat, quas & à Lutheranorum Iureconſultorum deprauationibus vindicat. Poſteriore autem pręcipuos caſus recenſet, in quibus Canones Pontificij, & Iura Ciuilia conueniũt: vbi & plura de Eccleſiæ iuriſdictione tractat. Coloniæ apud Arnoldum Quentelium, anno 1604.

II. Prognoſticon futuri Status Eccleſiæ oppoſitum inſulſi cuiuſdam Lutherologi libro demonſtrans quadraginta Rationibus Apodicticis hæreſes: quæ hoc tempore graſſantur eſſe perituras, ſanctam verò Eccleſiam Catholicam Romanam eſſe perpetuò manſuram.

III. Deliberationem Chriſtianam De Optimo Regionis Statu continendo, ſiue quibuſnam remedijs à Prouincijs Catholicorũ Sectæ omnes arceri, aut, vbi nidificarunt, funditus queant euelli. Ibidem apud eundem, an. 1603.

IIII. Librum de Mortis Chriſti Domini efficacia contra Caluiniſtarum blaſphemias. Ibidem apud eundem, eodem anno.

V. Confeſſionem S. Bernardi De omnibus Fidei dogmatibus à Io. Piſtorio inchoatã, ſed à Io. Paulo Vvindeck abſolutam, ibid.

IOANNES Peckam, qui & alijs *Pechanus*, Anglus, Ord. Minorum, ac demum à Nicolao Tertio Pont. Max. Cantuarienſis Archiepiſcopus creatus eſt. Is pietate, atque doctrina B. Bonauenturam, ſub quo Magiſtro didicit, imitatus, ita expreſſit, vt in pleriſque eundem diceres. Scripturam Sacram cum Pariſijs, atque Oxonij publicè eſſet interpretatus, inde quoque, atque Londino, profanas vocum nouationes à nonnullis fidei male ſanę irrepentes coercuit. Quo ex facto colluctatus cum beſtijs fuiſſe dicebatur, ſcripſit autem Bibliorum Collectorium, quod Coloniæ prodijt, quod an. 1513. apud Franciſcum Birckmannum, quinque in libros partitum. Commentarium in Canticum Canticorum. In Quatuor libros Magiſtri Sententiarum. Librum, ſiue Officium Sanctiſs. Trinitatis

Alte-

Digitized by Google

Alterum De perfectione Euangelica. Alium De Corpore Christi. Alium aduerſus inſipientem. Apologiam pro ſtatutis Synodalibus. Perſpectiuam communem.

Sunt autem, qui Ioannem Peckam, à Ioanne Peccano diſtinguunt, ſed omnino falli videntur. Addunt autem Collectaneum Bibliorum, quem alij *Collectorium*, vt ſcripſimus, vocant à Melchiore Noueſiano fuiſſe excuſum Coloniæ anno 1541. at Collectarium Sententiarum Bibliorum Pariſijs à Ioanne Frellonio ann. 1514. ſed vnum, & idem eſſe haud dubito, quod in certos communes locos redactum ſuppeditat facile quicquid vſui poteſt eſſe Concionatorum. Obijſſe fertur virum hunc ann. 1290. & habet G. Seruatius Miricanus Inferioris Germaniæ eiuſdem Ordin. Prouincialis, in Enchiridio Fratrum Minorum. Eiſingr. certè aſſerit vixiſſe an. 1283. vt qui Rodulphus è Tuſſiniano in Hiſtoria Seraphica ſcripſiſſe videatur eum obijſſe an. 1209. intelligēdus ſit mutatis nōtis, 1290. & ipſum ſcripſiſſe, quas Amanuenſes inuerterint. Miraculis autem poſt mortem claruiſſe, ijdem, ac poſt eos Henricus Vuillot in libro ſuo, quem inſcripſit Athenas, aſſeruit.

IOANNES Pelecyus, Societatis Ieſu, Theologiæ Profeſſor Dilingæ in Germania, edidit Diſputationē de originali hominis Iuſtitia, & iniuſtitia, in Academia Dilingana propoſitam reſpondente Vdalrico Schallero Parocho Guntzburgenſi. Dilingæ an. 1586.
Alterum De Sacramentis nouæ legis. ibidem apud Ioannem Mayer, an. 1588.
Aliam De auguſtiſſimo Eucharistiæ Sacramento, & Sacrificio, an 1588.
Aliam De Fidei virtute, an. 1589.
De B. Virg. Deique genitricis vita ad publicam diſputationem propoſita an. 1590.
De Eccleſia Chriſti militante in terris, an. 1590.
De Deo, qua is ex creaturis à nobis cognoſcatur, an. 1590.
De Iuſtificatione hominis iniuſti coram Deo, an. 1591.
De Charitatis virtute, an. 1591.
De Spei virtute, an. 1591. ibidem apud eundem Mayer omnia.

IOANNES Pelletarius, Pariſienſis, Theologus, Rector collegij Nauarrę, plura Latinè ſcripſiſſe (de Theologia potiſſimum Scholaſtica) fertur à Domino à Cruce du Maine in eius Latina Bibliotheca. Quæ quoniam neſcimus an prodierit (Gallica enim extat, quā legimus) idcirco haud adnotamus quænam illa ſint. Viuebat Pelletarius quidem Pariſijs an. 1550. qui & ab Henrico Secundo, Rege Galliæ ad Synodum Tridentinā fuit allegatus.

IOANNES Pellicanus, Ord. Min. cum ab Henrico Vuillot Belga eiuſdem Ord. ſcribatur Diuinam Scripturam expoſuiſſe, nec verò exprimat, quos ad libros ſua ſtudia impenderit, ne nos quidem, ad quos nihil eius Auctoris peruenit, aliquid certi poſſumus aſſerere. Studioſi ſui Ord. alicunde fortaſſis eruent. Nam & hæc propterea hic indicauimus.

IOANNES Perellius, Xiuerienſis, Germanus, Dialogum edidit De Catholica Doctrina, deque rebus Societatis Ieſu, aduerſus contumelias à quodam Rodingo Haſſo Sacramentario, eidem Societati, petulanter impoſitas. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium, an. 1567.

Eiuſdem Theſaurus Piarum, & Chriſtianarum inſtitutionum. Ibidem an. 1580. Veronæ autem ex Typographia Hieronymi Stringerij & fratrem an. 1583. Hic vero non eſt Ioannes ille Perellus Gallus, qui librum Theodori Gazæ de Menſibus Atticis è Græco Latinum fecit.

IOANNES Perrinus, Ord. Minorum, Doctor Pariſienſis, cuius in Hiſtoria Seraphica meminit Franciſcus Gonzaga, Mantuanus Epiſcopus, ſcripſit De diſpenſatione Ord. Minorum: ſed quem Perrinum carpit acerrimè (ſic enim ſcribit Henricus Vuillot eiuſdem Ordinis) Bernardinus Taruiſinus cognomento Philoſophus hæreticæ prauitatis Inquiſitor in Prouincia S. Antonij.

IOANNES Peruſinus, Monachus deſcriptionem Terræ ſanctæ reliquit, vna cum Indice omnium eiuſdem locorum, quæ m.s. extabat in Bibl. Grataroli.

IOANNES Petrus Chizzola, Riparoli Oppidi inter Cremonam, & Mantuam, natus, Carmelita, vitam B. Ludouici Morbioli Bononienſis Italicè emiſit, quam item Baptiſta Mantuanus Carmelita conſcripſerat. Viuebat noſtra ætate Mantuæ.

IOANNIS Petri Craſſi, Viterbienſis Epiſcopi extant Epiſtolæ in volumine Epiſtolarum clarorum virorum.

IOANNES Petrus Ferrarius, Ticinenſis Iuriſ vtriuſque Practicam compoſuit, quæ Lugduni anno 1515. apud Stephanum Gueynard, aucta vero à Franciſco Curtio, & rerum Summis à Ioanne Ricio Veneto cum ann. 1570. Francofurti fuiſſet euulgata denique apud Geruinum Calenium Coloniæ prodijt Io. Antonij Manſueri additionibus locupletata. Acceſſere notati loci ex receptarum ſententiarum forenſium Quæſtionum

& Deciſionum Centurijs,cum Indice duplici.

IOANNES Petrus Gutierez,Hiſpanus,Ordinis equitum Alcantaræ, Sacriſta maior,& Capellanus Philippi Secundi Hiſpaniæ Regis, ſcripſit de origine Ordinis militum Alcãtaræ,librum,Hiſpanicè,qui prodijt Madriti apud Alphonſum Gomes, anno 1576.

IOANNES Petrus Iuſſanus, Mediolanenſis Sacerdos, vir nobilis, & doctus, quique Beatæ mem.Caroli Card.Borromæi fuit alumnus,atque Hiſtoriam Euangelicam è quattuor Euangeliſtis,Italicè iuxta literalem ſenſum expoſuit,atque edidit Venetijs an.1601. apud Minimam Societatem.Qua ſecutus Cornelij Ianſenij Concordiam Euangelicam,Italis hunc laborem,ex pietate elucubrauit,ſubdens ſe in omnibus S.R.E.iudicio.

IOANNES Petrus Maffæus, Bergomas, Societatis Ieſu Sacerdos, Epiſtolas Patrum eiuſdem Societatis Selectas,& eleganter in Latinum conuerſas,ex India autem Orientali ab ijs ſcriptas,Romæ edidit. Vitam B.Patris noſtri Ignatij Loiolæ ſcripſit,quæ poſtremò ab eodem recognita exijt Duaci apud Ioan.Bogardum an.1587.Florentię verò apud Philippum Iunctam ann.1588.

Hiſtoriam Indiæ Orientalis libris 16.in quibus præclara Luſitanorum Geſta, & Franciſci Xauerij vnius ex ijs decem,qui primi fundandę noſtrę Societati affuerunt B.noſtro P.Ignatio.Florentiæ apud eundem.

Vitas decem & ſeptem illuſtrium Confeſſorum antiquorum ſelectas è varijs Auctoribus,lingua Italica,Brixiæ apud Vincentium Sabium,an.1595. Vide autem Secundo Tom. Bibliothecæ noſtræ Selectæ in Apparatu ad Hiſtoriam omnium gentium,lib.16. Iudiciũ de ipſius Hiſtoria. Obijt ann.1603.Tyburi.

IOANNES de Perſico, Cremonenſis, Ord. D. Auguſtini, ſcripſit Poſtillam ad totius anni Euangelia. Varias Expoſitiones in Biblia, contra Iudæos,atque Rebelles Eccleſiæ. Hiſtoriam Eccleſiaſticam.In librum S. Thomæ de fallacijs, atque in Dialecticam Petri Hiſpani.Extant hæc m.ss.in Bibl.S. Auguſtini,Cremonæ.

IOANNES Perciuallius,Gallus,Cartuſiani ad Lutetię mœnia,Cœnobij Prior,ſcripſit Compendium Diuini amoris. Viuebat noſtra ætate.

IOANNES Pezibram, Boemus, ſcripſit Tractatum de ſeptem Sacramentis, qui excuſus fuit cum Hiſtoria Boemica Ioannis Cochlæi:qui quidem Cochlæus meminit alterius libri,quo idem Pezibramus egit de impijs Vuiclefi dogmatibus, deq; Profeſſione Fidei, & alijs eiuſmodi.

IOANNES Pfefferkorn,qui primò Iudęus,deinde baptiſmate ſacro ſuſcepto Chriſtianus edidit Speculum,quo Iudæos adhortatur ad Chriſtum.Id verò Coloniæ prodijt.

IOANNES Pfeffer,ſiue(vt Sixtus Senenſis ſcribit)Phefor, quem item facit Vittembergenſem,cùm alij faciant è *Vuidenberg*. Franconem,nimirum Orientalem,Gymnaſij verò Friburgẽſis primus illuſtrator,Commentaria,quattuordecim libris,diſtincta ad Epiſtolas omnes D.Pauli dedit in lucem, cùm anteà eas publicè expoſuiſſet. Itaq; & *Directorium Sacerdotale* prænotauit.Incipit,*Circa lecturam Epiſtolarum*. Viuebat ann.1490.

IOANNES Phernandus,Germanus, ſcripſit librum de S.Ioanne Baptiſta. Orationes multas,& varias.Horas Sanctæ Crucis,& Compaſsiones B.Virginis carmine eleganti Pariſijs excuſas. Librum Epiſtolarum ad diuerſos.Viuebat ann.1494.Galliæ tunc Regi charus,quem & perpetuo ſtipendio donauit.Eiſingr.

IOANNES Philippus Lilius,Bononienſis, è Congregatione Sancti Saluatoris Canonicus Regularis Orationes ad Carolum Quintum, & Epiſtolas ad varios Principes reliquit.

IOANNES Philippus,Ord.Minorum, Generalis Vicarius Ciſmontanus, edidit Tractatum de concurſu ad amicos ſpirituales,ad Regulæ explicationem.Eius mentio fit cum reliquis Expoſitoribus in antiqua editione libri Conformitatum.

IOANNES Philoponus,qui & Grammaticus cùm in Ariſtotelis aliquot libros ſcripſerit,ſcripſit item,quæ ad Chriſtianam religionẽ pertinuiſſent,niſi ipſe,qui Chriſto nomẽ dederat,in varios errores impegiſſet,præſertim Corporum Reſurrectionẽ negans,& pleraque alia (vt notauit etiam Photius) ἀπεριςκέπτως, hoc eſt inconſideratè,quartamque Synodum Chacedonenſem iniquè conuellens. Quamobrem quæ ſcripſit De Reſurrectione,quæ item in Hexaemeron ad Sergium Conſtantinopolitanum Archiepiſcopum aduerſus Sanctiſsimam Trinitatem,ita explodenda, & confutanda ſunt(præſertim ne philoſophiæ ſtudioſis noceat)vt ne quis cogitaret,quoniam Chriſtianus fuit,eum veritatem aſſeruiſſe.Scripſit item contra Iamblicum Platonicum de Simulachris. Vide Photium in Græca Bibl.pag.12.21.97.285. Auguſtanæ editionis. Sed vide plura in verbo Ioannes Grammaticus.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNES Picardus, Ordin. Minorum Opus emiſit inſcriptum, *Theſaurus Theologorum*. Nimirum è quatuor Ordinum Mendicantium, qui tum extabant Theologis, atque item è nonnullis haud Regularibus numero triginta eundem Theſaurum collegit. Qui omniũ ſuorum Patrum vnanimi conſenſu dignus eſt habitus, qui in lucem proferretur. cum in cœnobio S. Franciſci ad Margines Sabis Prouinciæ Flandriæ fuiſſet examinatus. Viuebat ann. 1503.

IOANNES Picus, Gallus, Cartuſianus propè Lutetiam, Commentarium ſcripſit in Canticum Canticorum. Incipit, *Rex Pacificus*. Viuebat noſtra ætate.

IOANNES Picus Mirandulæ, atque Concordiæ tunc Comes (cum qui nũc regit, Princeps vocetur) mirabili vir ingenio, & ad omnes ſcientias, & linguas natus, nobiliſſimis item moribus præditus (vt Phænix diceretur) qui tamen ex hoc Mundo ſublatus eſt anno 1594. agens ipſe trigeſimum annum, ſcripſit hæc, quæ quidem extant.

In Orationem Dominicam expoſitio.

Heptaplus, ideſt, de Dei creationis ſex dierum opere Geneſeos, libri 7.

Concluſiones nongentæ, Romæ publicè propoſitæ, præcipuos Theologiæ locos, & pleraque in quibus Philoſophorum omnis labor & ſtudium cernitur continentes.

Apologia aduerſus eos, qui aliquot propoſitiones Theologicas carpebant.

De ente & vno, Opus in quo plurimi loci in Moyſe, in Platone, & Ariſtotele explicãtur.

De hominis dignitate.

Ad Chriſtianæ vitæ inſtitutionem regulæ, ſiue præcepta, quibus adiutus homo poſſit vincere Mundum, & tentationem.

In Pſalmum *Conſerua me Domine*, qui eſt xv. Commentarius.

De Chriſti Regno, & vanitate huius Mundi.

Epiſtolarum liber.

De Aſtrologia diſputationum, lib. 12.

Elegiæ aliquot.

In Platonis conuiuium, lib. 3.

Atqui cæperat Commentarios in Pſalmos Dauidis iuxta Septuaginta editionem, alias item lucubrationes in litteras ſacras, at mors præcidit exitum horum laborum.

Porrò cum pleraque in Operibus, quæ reliquit, admirationem doctiſſimis quibuſq; excitent, præſertim ſeptem nouæ Heptapli expoſitiones, quas nemo vmquam non ſolũ non tentauerat, ſed ne fortaſſis cogitauerat quidem; contra Syderalem vero diſciplinã, quæ Aſtrologia iudiciaria dicitur, accuratiſſimè ſcripſerit, expediet, vt imprimis vita eius perlegatur, quam iſtorum Operum initio à Io. Franciſco eius fratris filio conſcriptã habemus in primo Tomo. Nam ſecundus Tomus continet, quæ idem fratris filius ſcripſit, de quibus vide in verbo, *Ioannes Franciſcus Picus*.

Heptaplum verò Latinè à Ioanne ſcriptum Antonius Bonagratia Canonicus Piſcienſis in Hetruſcam linguam ante quadraginta annos conuertit.

Ac cum hæc ita ſint, præſtat tamen de ipſo Heptaplo iudiciũ Aloyſij Lippomani Veronenſis Epiſcopi huc adtexere. Qui cum à Sixto Senenſi Auctore Sanctæ Bibl. quæreretur, cur inter tot nobiles Auctores à ſe Catenæ ſuæ in Geneſim inſertos nullam Pici mentionem feciſſet, reſpondit. *Cum catenam Explanationum in Geneſim contexerem, eos elegi Scriptores, qui mihi viderentur Moyſis verba, & cogitationes expoſitionibus ſuis explicare. proinde cum adnimaduertiſſem Picum in hoc vnum tantum incumbere, vt Platonicas cogitationes, vel ſuas potius phantaſias verbis, ac dictis Moſaicis exprimeret, nihil me eius opera egere exiſtimaui.*

Ceterum quæ Io. Picus ſelectiora, & obſcuriora dogmata ex eorum Commentationibus dicitur excerpſiſſe, ea Archangelus Burgonouenſis Commentarijs vberibus interpretata. Venetijs edidit an. 1569.

IOANNES Picus alter, qui Gallus, & in Senatu Pariſienſi Præſes Claſſium Inquiſitoriarum, Homilias quinquaginta Macarij Aegypti à ſe è Græco Latinè redditas emiſit Pariſijs an. 1559. cum an. 1557. ibidem edidiſſet Hippolyti Epiſcopi, & mart. Orationem de conſummatione Mundi, ac de Antichriſto, & De ſecundo Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti. Librum item Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis De Quæſtionibus Selectis ambiguis Sacræ Scripturæ. Sed & an. 1563. Opuſcula Marci Eremitæ à ſe conuerſa in Latinũ è Græco euulgauerat, ibid.

IOANNIS autem Pici Cartuſienſis Paraphraſes, & Annotationes in Pſalmos prohibitæ ſunt in Romano Indice.

IOANNES de Pineda, Societatis Ieſu, ſcripſit primo Tomo, Commentariorũ in Iob, libros tredecim adiuncta ſingulis capitibus ſua Paraphraſi, quæ & longioris commentarij Summam continet. Coloniæ Agrippinæ apud Ant. Hierat. anno 1600. Deinde Secundum Tomum vſque ad finem Operis. Qui excuſus eſt anno 1603. Sed & vterque Venetijs



Digitized by Google

vti & Coloniæ recuſus eſt. At Didacus Villa in cenſura Operis impreſſi in Hiſpania Mariti an.1597. inter alia de hoc libro, inquit. *Opus quod fidei nihil habet aduerſum, & Eccleſiæ Catholica eſt vtiliſſimum, in quo elucet magnum, & felix Auctoris ingenium, ſtupenda eruditio: trium linguarum peritia mirabilis. Varia veterum Patrum lectio, & electio rara in eruendis, explicandiſq; genuinis, & hucuſq; non auditis Iobi ſenſibus, inaudita fœcunditas, miraq; dexteritas, vnà cum modeſtia, pietate etiam ſingulari.*

IOANNES alter de Pineda, Ord. Minorum, ſcripſiſſe Monarchiam Eccleſiaſticam dicitur ab Henrico Vvillot in eo libro, quem inſcripſit, Athenæ.

IOANNIS Pinus, Toloſanns Riuorum Epiſcopus, vitam S. Catharinæ Senenſis ſcripſit, quæ Bononiæ prodijt an.1505. De vita vero Aulica libellum Toloſæ à Iacobo Colomerio excuſum.

IOANNES Piſtorius, Niddanus, non ille Hollandus à Vuorden, qui & ob hæreſim exuſtus, & inter primæ Claſſis Scriptores prohibitus eſt, ſed alius, qui Catholicus Theologus egregiam nauauit operam in conuerſione ad fidem Catholicam Marchionis Badēſis, & deinde plures annos in Eccleſia Conſtantienſi, cuius & Canonicus, vtiliter laborauit, vir optimus, & de Catholica religione in Heluetia & Germania ſuperiori optimè meritus, edidit Theorema de fide Chriſtianæ definita menſura: & an hæc ſit ſola ſcriptura Canonica, cum epiſagmate de Sacramentis: diſputatum ante biennium Baſileę à nihil demonſtrante demonſtratore Grynæo: iam verò ex ijſdem principijs, & penè ijſdem verbis explicatum contra Grynæum. Coloniæ apud Geruinum Calenium, & hæredes Quentelios, anno 1590. Scripſit etiam varia opuſcula Germanica excuſa Monaſterij.

Eiuſdem Theſes Iacobi Heerbrandi de viſibili Chriſti in terris Eccleſia, reſolutæ in quinque principia, ex quibus natæ erant, ideſt in malitias, falſitates, errores, antilogias, blaſphemias, & remiſſæ ad Auctorem. Additæ ſunt quinquaginta ex libris S. Auguſtini ſumptæ de Sanctorum reliquijs Theſes, vna cum diuerſis Epiſtolis de Eccleſia ad amicos ſcriptis eodem Auctore. Ingolſtadij apud Dauidem Sartorium, an.1589.

Eiuſdem Epiſtolæ duæ ad Ioan. Pappum, excitatoria, & refutatoria. Friburgi Heluetiorum an. 1592. in quibus oſtenditur Lutheranos ne in vna quidem ſpecie cum Huſſio conſentire.

Confeſſio S. Bern. de omnibus dogmatibus fidei hodie controuerſis ex ipſius ſcriptis collecta cum confutatione ſophiſmatum, quæ à Luthero, Melanchthone, & alijs, præſertim vero à Nicolao Pithæo conara Romanam religionem objiciuntur. Inchoata à Io. Piſtorio Niddano, deinde abſoluta à Ioan. Paulo Vvindeccio excuſa Coloniæ apud Geruinum Calenium & hæredes Quentelios. Viuebat an.1590.

IOANNES de Pizzano, ſic enim ſcribit Henricus Villot, eſt Ioannes Peckam, de quo ſupra ſuo loco.

IOANNES Placentinus, cognomento Creſtonus, Carmelita, Pſalterium Dauidis è Græco in Latinum tranſtulit, idque Græcè, & Latinè Mediolani excuſum an.1481, Aſſeruabatur autem Florentiæ in Bibliotheca eiuſdem Ordinis, dicatum Ludouico Donato Bergomenſi Epiſcopo. Lexicon item duplex reliquit alterum Græcum, alterum Latino Græcum, & Epiſtolas complures haud inelegantes. Viuebat Innocentio Octauo Pont. Max. Extat Epigramma Baptiſtæ Mantuani de illo ante penultimum libri tertij Syluarum.

IOANNES Plaeth, Germanus, olim Profeſſor Academiæ Heidelbergenſis, dum illa ſtaret in Catholica fide, ſcripſit librum ad Primum Decretalium. Alterum autem contra Boemos. Alium prænotatum *Quæſtiones Sententiarum*. Alium Quæſtionum variarum. Sermones item. Viuebat an.1430. ſiue circiter.

IOANNES Plantagenes, Angliæ Rex, Henrici Secundi iunior filius, cum de varijs rebus ad Pont. Max. ad Epiſcopos Angliæ, ad Monachos Burienſes, Ciſtercienſes, D. Albani, ad Clerum Vuigornienſem, ad Philippum Regem Francorum, ad Matrem Eleonorā, atque ad alios ſcripſiſſet Epiſtolas, ſcripſit item leges Reip. Anglicanæ. Leges Hibernorum. Statuta Regalia. Chartam libertatum Angliæ. Obijſſe veneno ſublatus ann.1217. dicitur.

IOANNES de Podio, Gallus, Toloſanus autem Inquiſitor, ſcripſit Chronicon. Nicolaus Bertrandus.

IOANNES Polancus, Hiſpanus, & natus Burgis (quæ Burgos vulgo dicitur) inſigni prope Cantabriam Ciuitate, Theologus Societatis Ieſu, qui primus Societatis Ieſu generalis Secretarius operam fundandæ Societati, vnà cum primis Præpoſitis Generalibus præſtitit indefeſſam, ſcripſit Directorium ad confeſſarij, & confitentis munus rectè obeundum.

eundem. Qui libellus mole exiguus, vſu autem magnus eſt, atque perutilis.

Edidit quoque Methodum ad eos adiuuandos, qui moriuntur, qui duo libri Romæ, Venetijs, Antuerpiæ, Dilingæ, in Germania, & alibi ſæpè recuſi ſunt.

Cęterum De modo orandi, & pſallendi cum fructu, libellum edidit, qui eſt inter Opuſcula pro ſodalitate Beatiſs. Virginis.

Et Hiſtoriam Societat. noſtræ ſui temporis accuratè, quę non prodijt. Obijt an. 1574. cum omnibus Sacramentis expiatus ipſam ſibi methodum de iuuandis moribundis, legi iuſſiſſet, & ſanctè animam efflaſſet, cuius morti interfui Romæ. Iam verò literas & plurima alia, quæ ſub tribus Prępoſitis Generalibus annis plus viginti tum vniuerſæ Societati, tum alijs ſcripſit penè innumeras ſeruant Regeſta Domus noſtræ Profeſſæ Romanæ.

IOANNES Pole, Anglus, Vitam, & Miracula S. Vvalpurgæ Virginis ſcripſit. Viuebat ann. 1425. Eiſingr. Alijs autem, etiam ann. 1430.

IOANNES Poleſtede, Anglus, Sudouolcas, Carmelita, Theologus, ſcripſit Commentaria in Magiſt. Sententiarum. Conciones per annum. Indicem vberem in D. Auguſtini Opera. In Ariſtotelis Phyſica. Obijt Eboraci, ann. 1541. Iacobus de Plebe, & Petrus Lucius.

IOANNES Politus, Leodius, ſcripſit Panegyricum ad Chriſtiani orbis Principes, nec non & Vbiorum ac Eburorum aulæ Primores ac familiares. His præter varia epigrammata acceſſerunt verſus chronographici, cum notabilium quarundam rerum, tū verò præcipuorum Colonienſis belli euentuum ad certiſſimam temporis rationem, indices. Coloniæ apud Godefr. Kempenſem an. 1589.

IOANNES Polomar, Orationem in Concilio Baſileenſi habuit contra tertium articulum Boemorum, quæ eſt in Tomo Quarto antiquæ lectionis ab Henrico Caniſio inſerta prodijt primum Ingolſtadij an. 1603.

IOANNES Pōtifex Romanus, ſcripſit ad Auienum Senatorem, Liberium, &c. De duabus naturis in Chriſto, aduerſus Eutychianos. Incipit autem hoc Opuſculum, *Olim quidē*, &c. Extat in Bibl. SS. PP. Margarini Bignæi. To. 4.

IOANNES Pont. Max. qui an. 523. creatus eſt, Epiſtola, qua tertio ſui anno Pontificatus, ſcripſit ad Epiſcopos Italiæ, quibus è locis, errorem Arianæ perfidiæ repellere debebant. Vide Baron. Card. 7. Tomo Annal. ſub eundem annum. Ibi enim pars eius extat Epiſtolæ.

IOANNIS Pont. Max. nomine, ſub quo mendaci inſcriptione notatur libellus de 3. capitibus, ſub Vigilio eſt reſtituendus. Vide Baron. Card. ſub an. DOM. 546. Vigilij autem Papæ ſeptimum.

IOANNIS Pont. Max. nomine, qui ann. DOM. 572. tertium decimum ſui Pontificatus gerebant annum, extat Epiſtola ad vniuerſos Epiſcopos Germaniæ, & Galliæ, aduerſus Chorepiſcopus, qui ſibi, quæ eſſent Epiſcoporum, vſurparēt, quę habetur ſpuria, & adeo, vt inquit Baron. Card. 7. To. Anna. ex ſuppoſitis mercibus Mercatoris. Vide Baron. ibid. pag. 539. D. in prima Rom. editione.

IOANNES Porthæſius, Gallus, Ord. Min. Gallicè, an. 1565. Demonſtrationes catholicas edidit Pariſijs, anno autem 1567. apud Emanuelem Philippum Torneſium. De Verbis Domini HOC FACITE pro Conſilio Tridentino aduerſus Illyrici nebulas. Antuerpiæ, vbi etiam recuſus eſt ann. 1586. Viuebat an. 1584. eiuſque vitam conſcripſit Ioannes Maſculus (*le Maſle*) Andegauenſis.

IOANNES Potken, Præpoſitus Eccleſiæ S. Georgij Colonienſis, qui Pſalterium Chaldaicum Athiopicis characteribus imprimendum curauit, adiecto Alphabeto, nec non legendi modo. Vixit circa an. 1575.

IOANNES Pouuel, Britanus, ſcripſit Propugnaculum aduerſus Lutheri Babylonicam captiuitatem. Viuebat an. 1530.

IOANNES quidam, cuius cognomen laud legitur aſcriptum, Ord. Præd. ſcripſit Summam Confeſſariorum, quæ citatur in Summa Angelica.

IOANNES cognomento Pungèſaſinum, Ord. Præd. ſcripſit in quatuor lib. Mag. Sent. Librum de vnitate formæ. Alterum DE Principio indiuiduationis. Vixit circa annum 1295. Ant. Senenſis.

IOANNES Pyſienſis, Ord. Præd. ſcripſiſſe quidem dicitur Lecturam in omnes libros Mag. Sent. Librum contra Corruptorium D. Thomæ. Alterum DE Tranſubſtatiatione Panis & Vini in Sanctiſs. Euchariſtiæ Sacramento. Alium De aduentu Antichriſti. De Vnitate eſſe, & eſſentiæ. Et hæc quidem m. ss. alicubi extare in Germania: veruntamen neſcio an prodierint.



Digitized by Google

IOANNES Quinquarboreus Targum, ſiue Paraphraſim Chaldaicam in Lamentationes Ieremiæ Prophetæ latinitate donauit, quæ cum eiuſdem Interpretis annotationibus Pariſijs apud Martinum Iuuenem, an. 1549. prodijt. At quid ſit ſentiendum de ipſo Targum, vide in verbo Targum. Quin & idem Quinquarboreus alia, quæ huc non ſpectant, ex Hebræo in Latinum vertit, nimirum Auicennæ libri tertij Fen ſecundam, quæ eſt de ægritudinibus neruorum. Ibid. apud eund. ann. 1579. & libri tertij Fen primæ Tractatum quartum De ægritudinibus capitis. ibid. an. 1572. Quin & edidit Grammaticam Hebræã.

IOANNES Quintinus, Heduus I.C. & Profeſſor Lutetiæ publicus, Auctoritatem Iuris Canonici, & Canonum Eccleſiaſticorum defendit duobus Sermonibus, qui Pariſijs prodierũt apud Iacobum du Puys, an. 1540. vnà cum Theorica, & Praxi ad Eccleſiaſticæ Oeconomiæ, ordiniſque Tabernaculi conſeruationem. Orationem autem pro clero, & quidem huius nomine habuit coram Carolo IX. Gallię Rege. Ariſtocratiam Chriſtianæ Ciuitatis, qua deſcriptio Pontificij, & Regij Imperij continetur in cap. Nouit, de Iudicijs, vbi obiter item notatum aliquid in Reſponſum Vlpiani De mero & mixto Imperio. Pariſijs apud Vechelum.

Eiuſdem Exegeſis Concilij cuiuſdam Generalis in vno beneficiorum multitudinem vetantis 3. lib. Decret. Gregorianarum, cap. 8. Tit. 5. ibidem excuſa.

Eiuſdem item Commentarij in Canones Apoſtolorum à Ioanne Zonara collectos, de quibus vide in verbo, Ioan. Zonaras. & in Gangrenſem Synodum. Scholia in Tertullianum De præſcriptionibus hæreticorum. Ibid. an. 1565. Melitæ Inſulæ deſcriptio. Lugduni apud Gryphium, an. 1536. & Pariſijs apud Vechelum. Tractatus de ventis, & nautica pyxide ibidem Vechelum.

An verò hic ſit Ioannes ille Quintinus, quem ſcribunt fuiſſe Theologum, ac Sermones (vt vocant) Theologales è Doctore Aqueuilla excerptos edidiſſe emendatos à Ludouico. Vnſario, mihi incertum.

IOANNES Rada, Aragonenſis, Hiſpanus, Ord. Minorum, & in Salmanticenſi Cœnobio Profeſſor, Controuerſias Theologicas inter S. Thomam, & Scotum ſcripſit, quæ Venetijs apud Ioannem Guerilium excuſæ fuerunt, ann. 1599. apud quem ſecunda item Pars earundem Controuerſiarum prodijt.

IOANNES Raguſæus, Ord. Præd. ad Baſileenſe Concilium allegatus, Huſſitarum hæreſim doctis ſcriptis oppugnauit, ſimulq; vitam, & Mores Auctorum eius hæreſeos deſcripſit: oſtendens item vtriuſque ſpeciei porrectionem nulla ratione expedire. Viuebat ann. 1438.

IOANNES Raimundus, Gallus, & Comes Conuennarum, ac S. R. E. Card. ſcripſit De Paſſione Domini. Sermoneſque alios feſtis ſollemnibus habitos. Viuebat an. 1327.

IOANNES Raitu, ſiue *Raitenſis Abbas*; ſcripſit in commendationem S. Ioan. Climachi, quod huius Operi aſt adiunctum. Epiſtola item ad eundem, Extant in Bibl. Sanctorum Patrum. Tom. 5.

IOANNES Raſch, Ciuis Viennenſis Auſtriæ, edidit Cantica Eccleſiaſtica De Natiuitate Saluatoris; & in Monte Oliuarum dum eſſet, Cantiones Paſchales Hymnum. *Salue Regina.* Cantum choralem Miſſę Paſchalis quatuor, & plurium vocum, an. 1572.

Quin & de Cometis in genere, ac præſertim De noua Stella, quæ ann. 1573. ac de nouis Cometis, quæ an. 1577. & an. 1581. apparuerunt. Monachij an. 1582. Item Tractatum de terræmotibus, eorumque ſignificatione, & effectis. Germanicè ibid eodem anno.

IOANNES Raſtallus, Anglus, hac noſtra ætate, ſcripſit Confutationem Concionis Iuelli hæretici. Duos item Tractatus quibus plures impoſturas, & malignas in libris Iuelli corruptiones indicauit, propter quæ omnia cauenda ab Iuello monet.

IOANNES Raulinus, Gallus, Ord. Cluniacẽſis, vberes eruditione Sermones dum Quadrageſimales, tum De Aduentu. Doctrinale item de triplici morte Naturali, Culpæ, & Gehennæ. Et Itinerarium Paradiſi reliquit: quæ omnia prodierunt Venetijs ann. 1575. & 1585. apud Altobellum Salicatum.

IOANNES Rebellus, Luſitanus, è Prato (quod dicitur De Lamego) Societatis noſtræ, Roſarium B. Virginis Idiomate Hiſpanico conſcriptum edidit Eboræ in Luſitania ex Typographia Emmanuelis Lyrani, an. 1600.

IOANNES Redaldus, Kalendarium ad annos centum vſui vniuerſæ familiæ Franciſcanorum iuxta Romani Breuiarij ritum edidit Venetijs an. 1580.

IOANNES Redmannus, Anglus, Theologus, ſcripſit De Iuſtificatione, atque Hymnũ eiuſdem argumenti. Antuerpiæ Ioannes Vuithagius an. 1555. excudit.

IOANNES Regius, Gallus, Sacerdos, ſcripſit carmine Parthenandriam D. Ioannis



Digitized by Google

Baptiſtæ libris quinque ad Quintinum Benedictum abbatem S S. Guiſleui. Vitam D. Hieronymi. Viuebat an. 1510.

IOANNES de Regno, Gallus, & Carmelita, Conuentus Toloſani, ſcripſit in Sent. lib. 4. In Euang. Matthæi. Sermones de Tempore & de Sanctis. Quadrageſimale. Trit.

IOANNES Renaudianus S. I. edidit libellum hac prænotatione: *Affectus animæ deuotæ ex Pſalmodia Dauidica deprompti.* Col. apud Ioan. Crith. an. 1606.

IOANNES Rennamara, Teutonicus, ſcripſit De Paſſione Domini. Sermones itē alios. Defenſorium ſui. Franc. Gonzaga.

IOANNES Repingale, Anglus, in Lincobrienſi Comitatu, Carmelita, ſcripſit Sermones Dominicales 83. de Sanctis Sermones 43. Librum Concionum Synodalium. In Epiſcopi viſitationibus alterum. Viuebat an. 1350.

IOANNES Reuchlinus, etſi alia ſcripſit: eius tamen libri, qui prænotantur *Speculū Oculare.* De verbo mirifico, & De arte Cabaliſtica prohibiti ſunt in Romano Indice.

IOANNES Reynardus, Ord. Pręd. Conuentus Dienſis, (quæ Ciuitas eſt in Delphinatu in Gallia) edidit Sermones Quadragemales. De Peregrinatione generis humani. Lugduni apud Simonem Vincentium, an. 1515.

IOANNES de Ribas, Hiſpanus, Ord. Minorum, Sextus è duodecim eiuſdem Ordinis Patribus, qui ad Indos tranſmittentes, primi illos ſacro lauacro regenerarunt, Prouinciæ S. Gabrielis, Mexicanis monimenta reliquit.

Catechiſmum ad rudes catechizandos. Sermones Dominicales totius anni. Dialogū, quo perfecti Chriſtiani mores exprimuntur. Vitas Patrum, qui præceſſere, ac quorum ſtudio Mexicanis fidei lux illuxit è Latino Mexicanas reddidit. Obijt an. 1562. die 25. Iunij flexis propè lectulum genibus Tetzucani in Cœnobio Ordinis. Fran. Gonzaga in Hiſtoria Seraphica.

IOANNES Richardi, Ord. Minorum, Epiſcopus Draconenſis (non autem ille Oſonæus, qui prohibitus eſt in Romano Indice) edidit Compendium Theologiæ. Franciſc. Gonzaga.

IOANNES Ricutius Vellinus, Ord. Min. Vide in verbo, Ioannes Camers.

IOANNES Rideuall, Anglus, quem Henricus Vvillot, & alij Ord. Min. alij vero Auguſtinianum faciunt, ſcripſit In Pſalterium. In Canticum Canticorum. In Epiſtolas Pauli. In Auguſtinum De Ciuitate Dei. Lecturas Scripturarum. Sermones per annum. Librum de Cœlibatu, ſiue de non ducenda vxore. In Mythologias Fulgentij; quæ tamen non Afri Ruſpenſis Epiſcopi, ſed alterius Fulgentij eſſe videntur. Vide in verbo, Fulgentius Ruſpe Epiſcopus. In Valerium Maximum. Sed & Commentarios in Metemorphoſin Ouidij. Qui tamen non probantur, quòd ſub illarum fabularum tegumento latere Chriſtiana præcepta oſtendit, quemadmodum item in Mytheologijs Fulgentij facit, agens de virtutibus, & vitijs ſub imaginibus Deorum, & Dearum, quos olim vana Gentilium ſuperſtitio coluit.

IOANNES Rigandus, Gallus, Ord. Min. Pœnitentiarius Clemen. V. ſcripſit Summam Confeſſariorum.

IOANNES Rioche, Britannus, Ordinis Minorum, illius Prouinciæ Miniſter, ſcripſit Compendium temporum, & hiſtoriarum ab Aſcenſione Domini ad Cœlum vſque ad annum 1576.

IOANNES è Ripa Tranſonum, Picens, Ord. Min. *Doctor difficilis* dictus, qui inter alia Græcos ad S. Sedis obedientiam adducere curauit, ſcripſit

Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.
In quatuor libros Sententiarum, cuius initium eſt: *Amice aſcende ſuperius.*
In multos libros Ariſtoteles, maximè de Anima.
Quæſtiones de formalitatibus.
De vitijs. De virtutibus.

IOANNES Rochus Portius, Ticinenſis, Ordin. D. Auguſtini, Theologus, ſcripſit Homilias in Euangelia, quæ diebus Dominicis Aduentus, & Quadrageſimæ recitantur. In libros quoque Sententiarum, & in omnes Diui Pauli Epiſtolas. Mantuæ Ordinis ſui Generalis anno 1471. ætatis vero ſuæ 74. obijt in Aede S. Agnetis ſepultus. Iacobus Bergomas.

IOANNES Rode, (non *Rhodius*, nam hic in Romano Indice prohibitus eſt) Germanus Theologiæ Baccalaureus, deinde Metenſis Canonicus, poſt Cartuſianus, poſtremò Abbas S. Matthiæ Treuirenſis, Congregationis Burſfeldenſis, cuius fuit vnus è præcipuis Reformator, ſcripſit pro reformatione Monachorum Conſtitutiones vtiles, ac De qualitate Abbatis. Et alia nonnulla. Obijt an. 1439. Abbatię ſuę vigeſimo, prima die Decem-



Digitized by Google

bris,& in Aede D.Matthiæ ibidem ſepultus eſt. Arnold.Vvion.

IOANNES Rodyton, Anglus, monachus Benedictinus, qui vixit an. 1570. Scripſit in libros Sententiarum quatuor Replicationes Scholaſticas. Item Determinationes Theologiæ.

IOANNES Roffenſis, Anglus,& martyr pro tuenda fide Catholica ſub Henrico Octauo eius Inſulæ Rege, qui ab Eccleſia defecerat, librum ſcripſit inſignũ De Romano Pontifice. Defenſionem item Sacri Sacerdotij aduerſus Lutherum. Confutationem quoque Aſſertionum Lutheranorum, quæ Venetijs apud Gregorium de Gregorijs ann. 1526. Antuerpiæ vero apud Io. Stelſium, an. 1537. prodijt.

IOANNES Romanæ Sanctæ Eccleſiæ Diaconus ad Ioannem VII. Pont. Max. ſcripſit Vitam S. Gregorij Magni Papæ, primi huius nominis. At vide in verbo, Ioannes Diaconus.

IOANNES Romberch Kraſpenſis, Germanus edidit Panegyricum De dignitate,& officio Sacerdotij Euangelici. Colo. an. 1532.

IOANNES Roſoynus, Gallus, ſcripſit Gallicè, atque edidit librum inſcriptum, *Reliquiæ animæ peccatricis. Les Reliefs de l'ame pechereſſe.* Pariſijs apud Io. Andr. an. 1542.

IOANNES Royardus, Belga, Ord. Minorum, quem alij Antuerpiæ, alij è veteribus Heruijs *Oldenardi*, ſiue *Aldenardi* natum exiſtimant, ſcripſit Homiliarum in omnes Dominicales Epiſtolas iuxta literam , & in Euangelia Quadrageſimalia. Quæ primò Antuerpiæ apud Ioannem Stelſium , ann. 1538. Pariſijs autem ann. 1548. apud Audoenum paruum. Deinde Lugduni anno 1573. fuerunt duobus Tomis excuſa. Viuebat an. 1540. & vltra.

IOANNES à Royas, Hiſpanus I. V. Licẽtiatus, Inquiſitor hæreticæ prauitatis Valentinus, ſcripſit Tractatum de Hæreticis cum quinquaginta Analyticis aſſertionibus, & Priuilegijs Inquiſitorum. Quem prænotauit, *Singularia Iuris in fauorem fidei hæreſiſq; deteſtationem*, cum Annotationibus Franciſci Pegnæ Theologi, & I. V. C. adiectus 25. Quæſtionibus controuerti ſolitis coram Iudicibus fiſci ſanctæ Inquiſitionis, quas Quæſtiones ſcripſit Gabriel à Quæmada, vt habes in eius verbo. Venetijs apud Franciſcum Zilettum, anno 1583.

IOANNES Rubus, Hannonius, Belga, Concordantiam Euangelicam, ſiue Quatuor Euangeliſtarum in vnum Hiſtoriæ Corpus conſenſum edidit Duaci apud Io. Bogardum, an. 1575. quæ antea Coloniæ prodierat an. 1572. poſtea vero Leodij an. 1593. excuſa eſt. Obijt apud Duacenos Præpoſitus an. 1595.

IOANNES Rufus, Ord. Prȩd. ſcripſit De Romanis Pontificibus, librum. De Cȩſaribus, ſiue Impp. Alterum. Annales ſuæ Patriæ. Viuebat prope an. 1290.

IOANNES de Rupe ſciſſa, Ord. Min. quem ait Henricus Villot fuiſſe Pariſienſem Epiſcopum, ſcripſit in lib. Quatuor Mag. Sent. Ei item aſcribunt librum Reuelationum quarundam,& Oraculum Cyrilli. Viuebat an. 1340. Trit. alijs verò. 1240.

IOANNES Rupellenſis, Aquitanus, Ord. Minorum, Theologus Pariſienſis, Alexandri Alenſis olim Pariſijs auditor, ſcripſit in Apocalypſim, In Matthæum, In omnes Pauli Epiſtolas. Summam virtutum,& vitiorum. In Mag. Sent. Sermones Dominicales. Obijt an. 1271.

IOANNES Rusbrochius, primus Valuerdenſis, ſiue Vallis viridis Monaſterij propè Bruxellas Brabantiæ Prior, ſcripſit Opera, propter quæ Dionyſius Cartuſianus Tractatu 2. de Spiritu Sancto Artic. 13. alterum Dionyſium Areopagitam eum appellat. De eius autem Operibus, cum altiora contemplans altius loqueretur, viſus eſt aliquibus, atque adeo Ioanni Gerſoni Cancellario Pariſienſi ſapere nonnihil erroris , ne dicam & hæreſeos, quam Eccleſia condemnauit in Almarico Hæretico veruntamen & Ioannes Schonhauienſis, (quem Tritemius nominat Schonoen) Canonicus Regularis D. Auguſtini, Valuerdæ, de quo Monaſterio ſupra locuti ſumus, & Surius Cartuſianus Rusbrochium tuetur. Vide Surium in præfatione ad Rusbrochium,& Gerardum Hamon, & eundem Schonouienſem in ſua Apologia. Atqui alia Rusbrochij Opera nondum viderat Io. Gerſon, quemadmodum ipſemet teſtatur. Et verò error, qui in Rusbrochio eſſe dubitabatur, inde ortum habere viſus eſt, quaſi dixiſſet creaturam propter vnionem cum Deo deſinere eſſe, quem ille errorem diſertè haud ſemel deteſtatur, quippe qui dicat Animam ſemper remanere animam. Sed & legendæ ſunt Gaſparis Placentini Canonici Regularis præmonitiones ad Opera Baptiſtæ Vernaciæ Virginis. De quo vide in verbo, Baptiſta Vernacia. Extant autem Rusbrochij ſcripta è Germanica in Latinam linguam conuerſa Laurentio Surio interprete, Coloniæ edita an. 1552. Ea verò ſunt.

Cap. 2. de Sũma Trin. & fide Cath. in fi. vbi Oſtienſ. Gerſon, p. 1. in ep. Reſpõſ. ad Io. Schonou. verſicu. Qui adhære. & p. 8. de Myſtica Theolo. Spec. conſid. d. 41.

Summa totius vitæ ſpiritualis.
Speculum ſalutis æternæ.
In Tabernaculum Moyſis, & ad id pertinẽtia Commentaria, vbi multa etiam Exodi, Leuitici, Numerorum myſteria Diuino ſpiritu explicantur.
Tractatus de præcipuis quibuſdã virtutib.
De fide,& iudicio libellus.
De quattuor tentationibus.
De ſeptem cuſtodijs Opuſculum lõgè pulcherrimum.
De ſeptem gradibus amoris.
De nuptijs ſpiritualibus, libri tres, ſiue de ornatu ſpiritualium nuptiarum.

Et hic liber ille eſt,de quo cum iudicium tuliſſet Ioannes Gerſon in prima parte ſuorũ Operum,eiuſque libri duas primas partes non improbaſſet, laboremq; illum oſtendiſſet non eſſe cuiuſdam idiotæ,quemadmodum nonnulli exiſtimabant, tertiam tamen eiuſdẽ libri partem prorſus repudiandam,& reſcindendam(vt ille ait)aſſeruit,tũ quòd à doctrina ſana de beatitudine diſcrepet, quaſi Deus non ſit viſio,& claritas noſtra eſſentialis,ſed tantum obiectalis:tum quod de anima Deum contemplante plura(inquit) affert abſurda. Atqui cum Io.Schonauienſis ( vt dixi ) conatus eſſet ſatis longa Epiſtola, quæ extat apud Gerſonem,tueri Io.Rusbrochium aduerſus ipſum Gerſonem,Gerſon illi reſpondit breuiore Epiſtola,ſed graui,& matura;qua ſimul indicauit, quàm circumſpectè ipſis quoque vocibus vti debeant,qui dogmata tractant Eccleſiaſtica.

Porrò legenda eſt vita Rusbrochij,quæ præfixa eſt eius Operibus. Vita item Thomæ de Kempis,vbi de eodem Rusbrochio agitur. Quin & Dionyſius Cartuſianus,lib.3. De Contemplatione c.vlt. qui illum defendit. Vide item quæ in Dionyſium Areopagitam breuiter attingit,vbi de Myſtica Theologia c.5.art.10.ad fin.

Vixit Rusbrochius ann.1390.Malè autem(vt plurima alia)duo ponuntur à Iacobo Friſio Tigurino in ſua collectione Geſnerianæ, & Simlerianæ Bibliothecarum Io. Rusbachius,& Io.Rusbrochius,quaſi duo fuerint, cum vnus tantum ſit.

Ioannes Sabinenſis,Epiſcopus,ſcripſit in Pſalmos,& Sermones de Sanctis.

Ioannes Sacranius, ſcripſit De erroribus Rutenorum.

Ioannes Salhauſen. Vide in verbo, Miſnenſis Epiſcopatus Synodalia ſtatuta.

Ioannes Salon, Valentinus, Ordin. Minorum, edidit De emendatione Romani Kalendarij,& De Paſchalis ſollemnitatis ad propriam diem reductione , quæ denique à Gregorio XIII.Pont.Max.ſumma prudentia,& diligentia reſtituta eſt.

Ioannes de Sancta fide, Anglus, Carmelita, ſcripſit Gloſſemata in Euangeliũ Ioannis,encomium item Ioannis,primamque huius Apoſtoli Epiſtolam expoſuit.Collectiones item Scripturarum.In Matthæi Euangelium.Concordantias D.Thomæ. Locos contrarietatum, quæ videntur eſſe. Sermones de Tempore, ac de Sanctis. Tabulam iuris. Obijt Burnehaniæ ann.1359.

Ioannes Sapiens,cognomento Cypariſſiotus,quem conſtat non vixiſſe ante annos quingentos , cum Meſſanæ in Sicilia extaret in Bibliotheca Ioannis Laſcaris, literarum Græcarum peritia nobiliſſimi,è Græco verſus in Latinum eſt editus, ac Scholijs, & Annotationibus illuſtratus à Franciſco Turriano Societatis Ieſu,ann. 1581.Romæ ex Typographia Dominici Baſæ.

Libri inſcriptio eſt:*Expoſitio materiaria,ſiue elementaris eorum,quæ de Deo à Theologis dicuntur*: Græcè autem ἔκθεσις ϛοιχειώδης ῥησεων θεολογικῶν. Et D. quidem Dionyſius capite quarto de Diuinis nominibus,quam ἀρχὴν ϛοιχειώδη dixerat, vertit Interpres vetus, *Principium Elementarium*,quod S.Thomas interpretatus eſt,*materiale*.

Partitus autem eſt hoc Opus in decem Decades,vt agat.

I. Decas de Theologia Symbolica.
II. De Theologia demonſtratiua.
III. De Diuinis emanationibus.
IV. De informatione Diuini nominis.
V. De proprietatibus Diuinorũ nominũ.
VI. De apparitionibus Diuini luminis.
VII. De Diuina participatione.
VIII. De infinitate Dei in creaturis.
IX. De infinitate in Deo.
X. De Diuina ſimplicitate.

Ergo cum Auctor has Decades in generalia diſtribuiſſet , vnamquamque verò Decadem compoſuiſſet ex partibus ſuo ordine,quæ ſunt ϛοιχεῖα,id eſt *elementa*,& *materia* ipſius Decadis,ſicut literæ, ſyllabæ, idcirco hanc methodum vocauit expoſitionem ϛοιχειώδη, id eſt *elementariam*; vel meliore,& antiquiore verbo , *materiariam*. Rationem hanc iſtius inſcriptionis,& alia huc ſpectantia expoſuit fuſius Franciſcus Turrianus ea Epiſtola,qua Antonio Auguſtino librum inſcripſit.

Iam vſus huius libri multiplex eſt; Primò quidem ad eam omnem partem intelligendam,quæ à Theologis de Deo,& Dei nominibus, De ſimplicitate, & infinitate, De exiſtentia in rebus,De cognitione Dei , & de alijs diſputantur : quare & D. Dionyſij tracta-

tioni de Diuinis nominibus percipiendæ apprimè conducit, præſertim coniuncta cũ ijs, quæ Turrianus ex Scholijs S. Maximi, Georgij Pachimeri, & S. Thomæ adiecit. Ac cum Auctor inſeruerit auctoritates Patrum eorum, qui cum doctrina D. Dionyſij conſpirarunt, Iuſtini Martyris, Athanaſij, Gregorij Nazianzeni, Baſilij, Gregorij Niſſeni, Epiphanij, Chryſoſtomi, Cyrilli Alexandrini, & alterius Cyrilli Hieroſolymitani, Germani Conſtantinopolitani, Sophronij Hieroſolymitani, & aliorum, intelligi poteſt, quantus ex hoc libro vſus cõſtabit ad Apoſtolicam ipſam reuelatarum à Deo rerum traditionem cognoſcendam, quam Dionyſius in argumento Diuinorum nominum ſibi propoſuit. Accedit vtilitas illa ſciendi, quomodo tunc antiqui Theologi, & Patres Eccleſiæ de iſtis, quæ deincèps ab Theologis Scholaſticis ſubtilius diſputata ſunt, ſentiebant; & quibus verbis, ac verborum formis in eis vtebantur: cui toti rei (quod ad præſentem Auctorem pertinet) magnam attulit lucem Turrianus, ſuis ad eum Adnotationibus.

Eiuſdem autem Ioannis Sapientis feruntur eſſe, tum Philoſophiæ Synopſis, tum Tractatio de Meteoris, quæ Græcè extant in Vaticana Bibliotheca.

IOANNES Saracenus è Græco Latinos fecit libros D. Dionyſij Areopagitæ excuſos iam olim Coloniæ ann. 1536. ſed poſtea alibi non ſemel recuſos.

IOANNES Saresburienſis, Anglus, Epiſcopus Carnotenſis, ſcripſit Opus Pœnitentiale. Vitam D. Thomæ Archiepiſcopi Cantuarienſis, cognomento *Becketi*. Obiurgationem cleri. Polycraticum libris octo. De nugis Curialium, & veſtigijs philoſophorum, qui in Gallijs à Conſtantino Frandino ann. 1513. fuerunt excuſi. Eucheticum carmine. De membris conſpirantibus. De Tyrannorum exitu. Epiſtolas. Architrenium. Viuebat ann. 1182.

IOANNES Saxo, qui & dictus *de Saxonia*, Teutonicus, & Ordin. Minorum, ſcripſit Summam de Caſibus. Sermones de Tempore, ac de Sanctis. Quin & idem eſſe putatur, qui Summam Iuris, & ſuper conſuetudines Turonenſes aliquid elucubrauit. Viuebat anno 1350. Clemente Sexto Pont. Max.

IOANNES Saxonius, vt habet Chronica Ord. Seruorum, eiuſdem Ordinis, ſcripſit in Eſaiam Prophetam. Sermones aliquos in Pſalmos, & Hiſtoriã Germaniæ. Vixit an. 1412.

IOANNES Scalcus, Antuerpienſis, Orationem vberem edidit Lugubrem de Antiochena ſeditione, & ſtatuarum deiectione ann. 391. Theodoſio Imp. apud Gulielmum Antuerpienſem ann. 1572. Xenium item Euangelicum, quatenus ad normam ſacrarum Scripturarum benè, beateq; cuilibet vita ſit inſtituenda, & moderanda. Ibidem apud Antonium Tilenum Brechtanum ann. 1579.

IOANNES Scandeberi. Vide in verbo, Ioannes Stamberij.

IOANNES Scandellandus, Teutonicus, Ord. Prædicatorum, Frater Ioannis Hudalrici, Commentaria Græca ſcripſit in Epiſtolam D. Pauli ad Hebræos. In Tranſlatione autem Theophylacti ab hæretico Latinè redditi pleroſque reperit errores. Obijt Colmariæ ann. 1576.

IOANNES Schadlandt, Ord. Prædicatorum, Germanus, Colonienſis, Auguſtanenſis. & Vvormatienſis Eccleſiarum Epiſcopus De S. Trinitate volumen edidit. Sermones in honorem Sanctorum plures ſcripſit. Viuebat ann. 1365. Eiſingr.

IOANNES Scharbius ſcripſit, & edidit conciones ad totius Anni Euangelia (vt vocãt) Dominicalia Ingolſtadij apud Herſthroy, ann. 1605.

IOANNES Scholotanus, Goſſenſis, Ord. Prædic. ſcripſit De retinenda fide Catholica contra ſectam Lutheranam. De Baptiſmo item, ac de Ieiunio. Sermones elegantes. Viuebat ann. 1553. Eiſingr.

IOANNES Schonerus, Tabulas tam generales, quàm ſpeciales, omnia quæ in tribus partibus Summæ Theologiæ D. Thomæ Aquinatis continentur, breuiter complectentes, edidit Bambergæ, apud Antonium Horitzium, ann. 1602.

IOANNES de Schonhouen, Germanus, Ord. Canonicorum Regularium S. Auguſtini in Gronedalli, ſcripſit De curſu Monachi, lib. De profectu autem Monachi, alterum. Sermones item De Sanctis. Viuebat ann. 1421. Eiſingr.

IOANNES Schoonhouius, alijs *Schodehouen* Germanus, Carmelita, & ſui Conuentus Prior, ſcripſit Opus de vitijs, atque virtutibus, & omni materia (vt vocant) ſiue argumento prædicabili, quod prænotauit *Polypodium* non mediocri concionatorum commodo. Id per Alphabeti ſeriem contextum duobus Tomis continetur: Libros item duos Sermonum.

IOANNES Schuueigerus, Collegij ad Beatiſſ. Virginẽ Francofurti Scholaſticus, edidit Epitomem tredecim librorum Confeſſionum S. Auguſtini, Coloniæ ann. 1569. Ver-

ſionem

ſionem quoque Germanicam Latinæ Petri Caniſij explicationis Epiſtolarum, & Euangeliorum, ibid ann.1574. cum D. Auguſtini Meditationes, Soliloquia, & Manuale ab ſe Germanicè redditas Coloniæ ann.1571. emiſiſſet.

Ioannes Scotus. Vide in verbo, Ioannes Duns.

Ioannes alter Scotus, cognomento, *Erigena*, Monachus Londinenſis, Ord. D. Benedicti, Congregationis Giribennæ, ac Bedæ venerabilis diſcipulus, qui Ticini primus iecit fundamenta eius Academiæ Caroli Magni iuſſu, ſcripſit in Euangelium D. Matthæi, libros quattuor. Vnum De officijs humanis. Alium, De diuiſione naturæ. Vertit autem è Græco in Latinum S. Dionyſij Areopagitæ Opera, quæ & Commentarijs primus illuſtrauit. Quę Commentaria cum Dionyſij Cartuſiani Operibus cernuntur excuſa Colonię ann.1336. Eſſe autem hunc illummet, qui fuit Abbas Vercellenſis, Arnoldus Vuion in ſuo Ligno Vitæ euincere conatur, quidquid ſecus ſcripſerit Tritemius de Viris illuſtribus Ord. S. Benedicti, lib.2. c.27. & 46. Alij addunt, hunc dictum quoque fuiſſe *Mailroſium*. Iſidorus etiam vocatum *Chryſoſtomum*. Sigebertus vero eius Operum meminit, verſionis autem Dionyſij Areopagitæ non meminit. Sanè verò fuit Abbas Vercellenſis, ac ſine controuerſia, Thomas, appellatus. Sic enim habet Vercellis ad S. Andreæ, cuius Cænobij fuit Abbas, antiquum Epitaphium, eius tumulo, & imagini ſubiectum. Præfert autem imago D. Benedicti cucullam. Vide autem ſupra in Verbo *Io. Duns.*

Ioannes Scythopolita, Scholaſticus, ſcripſit Græcè contra Eutychem, atque Dioſcorum hæreticos Diuinam, & Humanam naturam in Chriſto negantes. Eius meminit Photius in ſua Græca Bibliotheca, qui & perſpicuum, & purum, & fortiter cõtra hæreſim pugnantem aſſeruit.

Ioannes Segobienſis, Hiſpanus Coranum (quem vulgo Alcoranum nominant) hoc eſt impiam Mahometis legem Turcicam ſolidis rationibus euertit, quod & alij præſtiterunt, De quibus vide, quæ in primo Tomo Selectæ noſtræ Bibliothecæ ſcripſimus, in lib. de iuuandis Turcis. Cæterum Alcoranus ipſe Mahometis Baſileæ impreſſus, ac ſimiles cũ Scholijs, & impijs Annotationibus, & Præfationibus, Item in vulgari lingua, non niſi ex conceſſione Inquiſitorum, haberi poſſunt, quemadmodum in Romano Indice librorum prohibitorum cautum eſt. Nimirum Sanctæ Spiritus Eccleſiæ eò ſemper collineat, vt ne quis eiuſmodi erroribus inficiatur, ſi verò verſandi ſunt tales libri, id fiat, vt errores omnino euellantur. Meminit eius Ioannis Segobienſis Aeneas Syluius in ſua Europa c.42.

Quin & idem Segobienſis collegit Cõcordantias Partium Orationis indeclinabilium in Biblijs, quæ vnà cum maioribus Concordantijs coniunctæ prodierunt. Quòd autem ſcripſerit, ſiue adeo ediderit duo volumina de Actis Concilij Baſileenſis (quod quidem à S.R.E. non eſt confirmatum) non omnino certum eſt mihi. Id certum eſt, nomine alterius Ioannis Segobienſis, Ord. Prædicatorum, lib. quattuor De prædicatione Euangelica (qui Compluti primò prodierunt) deinde Brixię fuiſſe excuſos apud Petrũ Mariam Marchettum anno 1586. in quibus De forma (vt habet inſcriptio) ſtudendi, atque docendi Scripturam Sacram, ac de Concionatoris officio vberrimè agitur. Quin & tria volumina Sermonum de Sanctis ſcripſiſſe ait Anton. Senenſis, ſed neſcire ſe, num euulgata fuerint. Viuebat ann.1576.

Ioannes Segura D'Aualos, Vbetenſis I. C. emiſit in lucem Directorium Iudicum Eccleſiaſtici fori. Venetijs ann.1596. apud Matthæum Valentinum.

Ioannes Sharpe, Anglus, ſcripſit aduerſus Viclefi hæretici ſectatores.

| | |
|---|---|
| De Orationibus item Sanctorum. | Quodlibeta diuerſa. |
| De viatorum ſuffragijs. | In Quodlibeta quoque Scoti. |
| De Incarnatione Verbi. | Ordinarias lectiones. |
| De poteſtate Sacerdotij. | De vniuerſalibus librum. |
| De Sacrarum Imaginum veneratione. | Quæſtiones eorundem, libro altero. |
| De peregrinationibus. | Quæſtiones Phyſicorum, lib.8. |
| De pluralitate beneficiorum. | Scriptum item excerptũ è Burleo in Ethica. |

Ioannes Sichardus, Germanus, Aurelij Prudentij Poemata Scholijs illuſtrauit, pręter alios quoſdam Auctores ab eodem recognitos, qui huc non pertinent.

Ioannes Simonis, Hollandus, Ordin. Carmelitarum, ſcripſit De poteſtate Summi Pontificis, Conciliorum, & Cæſaris. & librum Concionum. Viuebat anno 1475. Eiſingrenius.

Ioannes Sloley, Anglus, Patria Nordouicenſis, Ord. Auguſtiniani, qui & eiuſdem Ordinis in Anglia geſſit Prouincialatum, Quæſtiones varias, & Sermones per annum reliquit. Deinde Nordouici obijt ann. 1479.



Digitized by Google

IOANNES Soarez, Conimbricenſis Epiſcopus, & Comes Arganel, & ipſe Luſitanus, Ord. Auguſtiniani, qui & Tridentino Concilio interſuit, ſcripſit Commentarios in Euāgelia Matthæi, & Lucæ; qui excuſi ſunt, in Euangelium quidem Lucæ Conimbricæ apud Ant. à Maris, ann. 1574. Vtraque verò Pariſijs apud Sebaſtianum Niuellium, ann. 1578. & ann. 1604. & Conimbricæ itidem ann. 1579. At locupletior editio ſecunda prodijt ibidem anno 1604. apud Viduam Niuellij.

IOANNES Somer, Ord. Minorum, compoſuit Kalēdarij caſtigationes, lib. I. Tertium Kalendarij librum. Aſtrorum Canones altero. De facultate metrica alium. De quantitate anni alium. Viuebat ann. 1300.

IOANNES Somereton, Anglus, Ord. Prædic. Nordouicenſis Cænobij, ſcripſit Sermones per annum. Qui m.s. extabant in Londinenſi Bibliotheca.

IOANNES Sonnemani, hoc eſt, *Vir ſolis*, Germanus, & Cœnobij in Haſſia Carmelita, ſcripſit De decem præceptis. De ſuperſtitionibus. De contractibus. Caſus contra redemptionem cenſuum. Sermones de Tempore, & de Sanctis. Viuebat ann. 1460.

IOANNES Soreth, Normanus, Gallus, Prior Generalis totius Ordinis ſui, ſcripſit

In quattuor libros Mag. Sententiarum.
Librum Concionum.
Duplicem Regulæ ſui Ordinis Expoſitionem.
Conſtitutiones eiuſdem Ordinis redegit in meliorem ordinem.
Librum aduerſus adulteros.
Epiſtolas ad Franciſcanos.

Obijt Andegaui in Gallia Sixto IV. Pont. Max. ann. 1471. Quem multis coruſcaſſe miraculis non modo Tritemius, ſed & Iacobus Philippi Bergomas in ſuo Supplemento teſtantur.

IOANNES Soteallus, edidit Summam Pontificalium, & Synodalium Conſtitutionum in communes locos redactam, Louanij apud Petrum Zangrium, ann. 1570. Idem autem Soteallus, & Horatius Lucius I. C. Adnotationes ad marginem addidere ad Canones, & Decreta Tridentini Concilij.

IOANNES Souule, Londinenſis, Anglus, Carmelita, ſcripſit Sermonum è D. Paulo, lib. Diuiſiones thematum altero libro. Conciones per annum. Obijt ann. 1508.

IOANNES Spanheimenſis. Vide in verbo, Ioannes Tritemius.

IOANNES Sporre, Treuerenſis, Germanus collegit è varijs Auctoribus Opus haud contemnendum De caſibus Matrimonialibus. Arnold. Boſcius.

IOANNES Spynæ, Anglus, Carmelita, ſcripſit Diſputationes, quas prænotauit ſollemnes. & Conciones Aeſtiuales. Obijt ann. 1484.

IOANNES Stafford, Anglus, Ord. Min. congeſſit Latinè hiſtoriam Anglicam.

IOANNES Stamler, Germanus, & Presbyter Auguſtanus, librum edidit Auguſtæ Vindelicorum, ann. 1508. De Tartarorum, Sarracenorum, Turcarum, Iudæorum, & Gentilium Sectis, & ritibus cum eorumdem confutatione, noſtræ autem Sanctæ Chriſtianæ fidei confirmatione.

IOANNES Stambery, quem Tritemius libro de Scriptoribus Carmelitarum, nominat *Scandeberi* & quem licet multa ſcripſiſſe ferebatur, nil tamen eorum ad ſuas perueniſſe manus teſtatur, Anglum fuiſſe, & Carmelitam, & Epiſcopum Heresfordenſem in Anglia non negat, vixiſſe ab eodem Tritemio dicitur Sixto Quarto Pontifice Max. ann. 1480. Quæ res fecit, vt Petrus Lucius Carmelita, qui de Viris illuſtribus ſui Ordinis accuratè ſcripſit, hæc quæ ſequuntur de Io. Stambery planius attulerit. *Nihil* (inquit) *prorſus dubito, quin vnus & idem ſit, quem eruditiſſimus vir Iacobus de Plebe, Ord. Seru. in ſuo Indice Scriptorum Carmelitarum vocat Ioannem Stambery, eiuſque plurima enumerat opera ab eodem conſcripta. Lectori tamen integrum relinquo ſentire & iudicare. Verba Indicis dicti R.P. Iac. ſunt iſta. Ioannes Stambery Carmelita, Magiſter Oxonienſis, Bangonenſis Epiſcopus, ac Heresfordenſis Præſul, ſcripſit Lecturam Sententiarum. De laboris vniuerſi præmio. De Symbolo fidei. De dote Eccleſiæ. De vigore Decretorum. De ſanctionibus Eccleſiaſticis. De poteſtate Pontificia. De diſcrimine iuriſdictionum. De prærogatiua Eccleſiaſtica. De vigore Scripturæ ſacræ. De caſu & fortuna. De vario Scripturæ ſenſu. De fato & fortuito. De regimine celebrantium. De quattuor minimis. De viſitatione infirmorum. De cura pro mortuis agēda. De laude charitatis. De diſciplina Chriſtiana. In Auguſtini Confeſſionale. In eundem ſuper Ioannem. In eundem De doctrina Chriſtiana. In Enchiridion eiuſdem. Sermones multos, & alia hæc ibi. Oritur tamen noua dubitatio & ſcrupulus, quòd ibidem addatur mortem obijſſe ann. 1464. cum tamen Trit. loco iam citato crediderit adhuc vixiſſe anno 1492. Cum opus de Script. Carmel. conderet Suſpicor errorem eſſe in numero annorum, niſi quis ex vno faciat duos, ita vt dicamus, alterum eorum fuiſſe Epiſcopum Bangonenſem, alterum vero Heresfordenſem; & vt vni nomen fuerit Ioan. Stamberius, alteri Io. Standeberius, quod tamen mihi non eſt veriſimile.* Hæc Petrus Lucius Carmelita.

IOAN-

IOANNES Standitius, Anglus, Ordin. Minorum, ſcripſit aduerſus Eraſmi verſiones Noui Teſtamenti. Viuebat ann. 1520.

IOANNES Staphileus, Dalmata, Epiſcopus Sebenicenſis, qui fuit Auditor Rotæ, ſcripſit Tractatum de Gratijs, Expectatiuis, & litteris Gratiæ, atque Iuſtitiæ. Venetijs excuſum ann. 1540. Eiuſdem extare feruntur manuſcripta quædam De bello, & pace ad Vladiſlaum Pannoniæ, atque Boemiæ Regem.

IOANNES Stauratius, Orationem ſcripſit De B. Demetrio, quæ m.s. extat in Bibl. Imp. Viennæ Auſtriæ.

IOANNES Steindorff, Germanus, ſcripſit Lecturam ad Sextum Decretalium. Conſilia item.

IOANNES Stella, Venetus, & Sacerdos, ſcripſit De Summis Pontificibus à D. Petro vſque ad Iulium Secundum, & ad annum Chriſti Domini 1503. ad Antonium Surianum Patriarcham Venetum. At cauendum ab editione, quæ è Ciuitate hæretica prodijt.

IOANNES Stephanus, Chizzola, natus Riparoli, quod eſt inter fines Mantuanos, ac Cremonenſes inſigne oppidum, Carmelita, Cœnobij Cremonenſis, allegatus Commiſſarij nomine à Sixto V. Pont. Max. ad viſitandas Ordin. Carmelitarum Prouincias Galliæ, & alias Septentrionales, ſcripſit in libros Mag. Sententiarum. Conciones Quadrageſimales. Pleraque item in Philoſophicis.

IOANNES Stephanus Durantus, Gallus, ſecretioris Regij Conſiſtorij Conſiliarius, Senatusque Toloſani primus Præſes, libros tres de ritibus Eccleſiæ Catholicæ pereruditos, & antiquę veritatis plenos edidit ann. 1591. Romæ in Typographia Vaticana per Dominicum Baſam, cum non multo poſt in tumultibus Gallicis vir optimus nobis ſublatus eſt. Hoc autem Opus, ſi quis cum libro de Diuinis officijs Ruperti Tuitienſis, & cum eo, qui à Gulielmo Durando inſcriptus eſt. *Rationale Diuinorum officiorum*, legerit, habebit vnde & liquidiorem hauriat lucem, & quæ in alijs deſunt, etiam ad hæreſes ſubuertendas, ſibi facile comparet. Porrò recuſus eſt Coloniæ apud Ioan. Gymnicum, ann. 1592.

IOANNES de Sternageſtem, Germanus, Ordin. Prædic. ſcripſit In Pſalterium. In librum Sapientiæ. In quattuor libros Mag. Sententiarum. Sermones de Tempore, & de Sanctis. Quæſtiones in totam philoſophiam naturalem. Quæſtiones in librum De bona fortuna. Leand. lib. 4.

IOANNES Stobæus, Græcus Scriptor. qui & Latinè verſus iampridem circumfertur, collegit ex Ethnicis antiquis Scriptoribus, quæ ad res Naturales, Politicas, Morales pertinent, ſententias, Apophtegmata, & alia: ſed cum ea huc non ſpectent omnino, ſciendum eſt, & à Photio in Bibliotheca ſacra quattuor Stobæi libros ſummatim indicari, & à Ioanne Sambuco in Epiſtola, quam Heſychio Mileſio illuſtri o præfixit, promiſſum fuiſſe ſe Stobæi phyſica cum quingentis ſacris Epiſtolis, & alia foras daturum.

IOANNES Stockes, Sudberienſis, Ordin. Præd. ſcripſit Apologiam ſui Ordinis ad Rationes Hornebij. Viuebat ann. 1373.

IOANNES Stouue, Anglus, Monachus Ord. D. Benedicti, qui Synodo Baſileenſi interfuit, & pleraque de illa, quę non fuit approbata, ſcripſit Diſputationes, vt vocant, ſollemnes, & Collectanea varia reliquit. Viuebat ann. 1440.

IOANNES Stringarius, Ord. D. Auguſtini, ſcripſit in quattuor lib. Mag. Sent. Viuebat ann. 1430. Ioſeph Pamphilus.

IOANNES Subdiaconus (inquit in Catalogo Sigebertus) è Græcis Latinas fecit Vitas, & Doctrinas Patrum, libro vno.

IOANNES Sulmonenſis, Ord. Auguſtiniani, Theologus, ſcripſit in Cantica Salomonis, & in Apocalypſim D. Ioannis Commentaria, quæ Ferrariæ extabant in Bibliotheca D. Andreæ eiuſdem Ordinis.

IOANNES è Sumaraga, Hiſpanus, Ordin. D. Auguſtini, cum Indis Occidentalibus viginti annis eorum lingua prædicaſſet Euangelium, & Epiſcopatum Nicaraguenſem recuſaſſet, pleraque dicitur ſcripſiſſe, ſed excuſum duntaxat ſe vidiſſe librum, quo agitur De Sacramento Matrimonij, ſcribit Ioſeph Pamphilus, qui & illum Epiſcopum facit Mexiconenſem, ſiue (opinor) Mexicanum.

IOANNES Suttonus, Anglus, Damaſtrienſis Collegij Carmelita, ſcripſit Ordinarias Quæſtiones in Theologicis, & Quodlibetorum librum. Obijt ann. 1471.

IOANNES Sunaſham, Anglus, Carmelita, Epiſcopus Bangorienſis, ſcripſit contra Vicleſiſtas, & librum alterum ſuarum Concionum. Viuebat ann. 1392.

IOANNES Syluius Atrebas, Cathemerinon è Græcis congeſtum, & alterum heroico carmine ſcriptum edidit apud Chriſtophorum Plantinum, ann. 1571.

IOANNES Tabienſis(& Tabia Oppidum eſt in ora Occidentalis Lyguriæ, in Diœceſi Albiganenſi)Ord.Præd.præter reliquas diſciplinas Iuris Canonici valde peritus, Thomæ de Vio Card.Caietano,quam Caſuum Conſcientiæ ſummam collegerat,dicauit,quæ & *Tabiena* prænotatur. Quam item nonnulli non leuiter docti Summam Summarum nominant.Hęc cum olim è pręlijs prodijſſet,recuſa eſt,recognita,& argumentis in ſingulos titulos aucta.Venetijs apud hæredes Melchioris Seſſæ,ann.1569.

IOANNES Taceſfale, Anglus,Carmelita Conuentus Noruicenſis,ſcripſit ſuper Sent. libr.4. In Apocalypſim item lecturam. Sermones varios ad populum. Miſſus tandem Romam, ibidem mortuus eſt. Hæc Tritemius in vtroque Opere. At in libro De Scriptoribus Eccleſiaſticis ait eum claruiſſe in Conuentu Noruicẽſi,& ibidem ſepultum in pace quieſcere. Vtrum autem hic is fuerit,cuius mentio fit in Epiſtola Martini Quinti Pont.Max.ad Thomam Valdenſem, qui Romæ Valdenſis libros Pontifici obtulit, alibi erit expendendum.

IOANNES Taliaferrus. Vide in verbo, Ioannes Maria Taliaferrus.

IOANNES Talpinus,Gallus,Theologus,& Canonicus,pleraque fermè omnia Gallicè ſcripſit piè,atque eruditè,qualia fuerunt.

Monitum ad eos,qui ab hæreticis decepti ſeceſſerunt à vera Chriſti Eccleſia, quæ eſt ipſa Catholica Romana.

De Sacris Ordinibus,atque Dignitatibus Eccleſiaſticis,deque modo ordinandi Sacerdotes ab Epiſcopo. Vbi & de Ritibus, Officijſque omnibus Eccleſiaſticis. Pariſijs apud Nicolaum Cheſneau ann.1567.

Examen,& deciſio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ. ibidem.

Conſenſus totius Eccleſiæ Chriſtianæ de Miſſæ,ſiue Sanctiſſ. Altaris Sacrificio.

Monita Chriſtianis,vt ab hæreſi caueant.

Idem conſenſus,ſiue Reſolutiones De Miſſa,quæ cum ann.1565. Pariſijs cuſæ fuiſſent,auctæ poſtea,& recuſæ fuerunt ibidem ann.1568.

Inſtitutiones Parochorum,& Vicariorum,qui illis ſubſunt,ibi. apud eundem Cheſneau.

Inſtitutio Chriſtiani Principis,ibidem ann. 1567.

Monita Chriſtianis in ſumenda Euchariſtia. ibidem ann.1568.

Liber de Eccleſiæ Sacrificijs,ac de nouo Teſtamento.ibid.eodem anno.Viuebat an.1570.

IOANNES è Tambacho, (alijs è *Zambacho*) Argentinenſis,Ordinis Prædicatorum, Theologus, qui & primus Moderator, ſiue (vt vocant) Regens fuit Gymnaſij Pragenſis eiuſdem Ordinis in Prouincia Boemiæ, ſcripſit.

Volumen ſat grãde partitum in quindecim libros , quod inſcripſit *Conſolatio Theologiæ.* Id olim Leridæ impreſſum exijt in lucem.

Librum De culpa,& gratia. Alios item

De Beatitudine.

De amore virtutum.

De ſimonia Clauſtralium.

De ingratitudine.

De proprietate Mendicantium.

Directorium Confeſſorum.

De priuilegijs exemptorum circa Interdictum.

De identitate Indulgentiarum.

De redemptionibus.

De ſenſibilibus delicijs Paradiſi.

De præconijs S.Io. Euangeliſtæ.

Sermones varios.

Librum De Quarta, & eius moderatione.

Viuebat an.1320.PP.Monaſt.Ord.& Trit.

IOANNES Tanetes, Anglus,Monachus Ord. D.Benedicti, Cantuarienſis Eccleſiæ in Templo Saluatoris præcentor,ſcripſit librum De Officijs Cantuarienſis Eccleſiæ. Alterum De Sanctorum quorundam vitis.Viuebat ann.1330.

IOANNES Tauernerius, Tractatum edidit De Purgatorio animarum poſt hanc vitam expiandarum. Eiuſdem de veritate Corporis , & Sanguinis Chriſti in Sacramento Altaris. Pariſijs ann.1551.

IOANNES Taulerus,Dominicanus, Theologus, Coloniæ Agrippinenſis olim celebris concionator, (quamquam hoc officium inter ſui Ordinis Religioſos inprimis præſtitit)vixit circa annum Domini 1350.reliquit autem

Sermones de interioris vitæ perfectione. Lugduni ann.1557.

Tractatus aliquot, de Virtutibus, vbi & Flores de veris Virtutibus latinè redditi ab Antonio Hemertio Csnonico Coloniæ ann.1587.ibidem.

Epiſtolas varias valde pias.

Plagas,& hæreſes aduerſus dogmata,& Sacramenta Eccleſiæ orituras prædixit,quæ deinceps,hodieque Catholicos Chriſti fideles vexant.

Cantica Spiritualia.

De

Digitized by Google

De nouem Rupibus, ſiue gradibus Chriſtianæ perfectionis.
Speculum & exemplar Domini noſtri Ieſu Chriſti.
Exercitia de Vita & Paſſione Chriſti Domini.

Sermones autem cum Germanicè Germanis habuiſſet, ij non ſemel eadem lingua editi non ſine mendis fuerunt; ſed & denique à Laurentio Surio recogniti prodierunt in lucem. Quos & Lugduni in Gallia, præfixa Io. Tauleri vitæ hiſtoria ann. 1558. Sebaſtian. Honoratus typographus excudit, interpoſitis alicubi Io. Eckardi, Henrici Suſonis, Io. Rusbrochij, & Henrici Louanienſis, & aliorum eiuſmodi lucubrationibus. Nouiſſime eadem exercitia impreſſit Coloniæ Ioannes Crith. ann. 1607.

Quoniam verò tum à Io. Eckio Catholicę fidei ſtrenuo defenſore, tum ab alijs præſtātibus viris Io. Tauleri ſcripta fuere (vti ſupra innuimus) reprehenſa, ideo pro veritate dicendum eſt, quid denique de tota re ſit iudicandum.

Et quidem Eckius Taulerum vocauit Somniatorem, eumque hæreſeos arguens, nil tamen affert, vnde hæreticus fuiſſe dubitari queat. At contra, Ludouicus Bloſius Abbas Lætienſis vir ijs dotibus, & ſanctitate præſtans, quas diximus, vbi de illo egimus, hæc de illo, in eius Apologia, teſtatus eſt his ipſis verbis: *Taulerus* (inquit) *Catholicæ fidei cultor integerrimus eſt. Ea quæ ſcripſit, ſana, & planè Diuina ſunt, vt cognoſcere poſſunt, qui in illis ſunt verſati. Sed Eckius ardore Eccleſiæ ſuccenſus indignè tulit, quod Lutherus magnificè laudaret Taulerum, & ſententijs ſuis praua dogmata confirmare niteretur. Quid verò mirum, ſi miſer, & infelix ille, ſuos errores dictis Lutheri à ſe perperam allegatis tueri tentauerit, cum non ſolum Sanctorum Patrum, verum ipſius quoque Sacræ, & Diuinæ Scripturæ verbis impudentiſſimè ad ſuam hæreſim ſtabiliendam abutatur? Si doctrinæ Tauleri adhærere voluiſſet, profectò hæreticus numquam fuiſſet. Nam ex vnius Tauleri ſcriptis hæreſes, quæ hiſce temporibus emerſerunt, pleniſſimè confutari poſſunt.* Hæc quidem Bloſius, qui & poſtea, cum Taulerum ab iniuria vindicaſſet, adiecit quæ ſequuntur. *Eckius non putans ſe falli, dicit: Vtinam Taulerus prorſus lateret, & non inuolaret in monaſteria. Ego verò in nomine Domini dico; Vtinam Taulerus vbique gentium cognitus eſſet, atque à quampluribus diligentiſſimè legeretur. Verum Eckius licet minus circumſpectè damnauerit Taulerum, nondum à ſe ſatis ſtudioſè lectum, nequaquam tamen hoc malignè feciſſe credendus eſt: ſed feruens ille zelus, quo inuehebatur in Lutherum hæreſiarcham, facilè illi perſuaſit, vt præproperè iniquam de ſanctiſſimo viro Taulero ſententiam ferret.*

Scio autem Taulerum alijs in ſuſpicionem veniſſe, quòd bona Opera, vel externa exercitia condemnare interdum videatur: At non ita res habet: commendat ille non ſemel, non autem condemnat ea opera. Sed cum vrgeat homines ad veram cum Deo vnionem, atque charitatem, ſolis externis exercitijs inhærentes, ac vitiorum poſtpoſita mortificatione, videtur ad iſta minus hortari.

Atqui quoniam cæleſtium rerum meditationi valde erat aſſuetus, aliquando Diuino amore æſtuans, quędam pronunciat, quæ nec paſſim, nec ab omnibus eſſent dicenda. Quale illud, *A Patre Filium ſuum in anima generari.* Item *de intermittendis precibus horarijs, dum adeſt Diuina Viſitatio, & Mentis exceſſus.* Quæ quidem ijs dicta ſunt, qui pro meditandi conſuetudine exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni, & mali. Quod ſi cui mirum videatur, indulgere illum aliquando aliquibus ne ieiunent, aut plus æquo ſe macerent, ſciat id dictum viris Religioſis, qui viribus exhauſti poterant ſuccumbere, cum valentioribus id non ſit vllo modo trahendum in exemplum.

Cæterum ſi quis attentè legat Tauleri excitia de Vita, & Paſſione Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, à Laurentio Surio è Germanico in Latinum feliciter verſa, habebit non ſolum vnde ſuſpicionem omnem de viro illo deponat, verum etiam in animo accendat amoris erga Dominum flammam ingentem.

Porrò Surianæ huic verſioni, quæ primò prodijt Antuerpię apud Philippum Nutium, ann. 1565. acceſſere quattuordecim Exercitia Nicolai Eſchij, De vita Purgatiua, & Appendix è Dominico Cartuſiano, & hymnus è Io. Lanſpergio.

Itali autem Homilias Tauleri Venetijs ad ſignum Spei ann. 1556. Sed & Florentiæ in Etruſcam linguam tranſlatas apud Iuntas, Vitam illius, & Inſtitutiones ann. 1568. Męditationes autem ipſius De Vita, & Paſſione Chriſti Domini, cum Nicolai ſpiritualibus exercitijs, ibidem apud eoſdem ann. 1568. emiſerunt.

IOANNES de Teneramunda, Cartuſianus, magnæ vir ſanctitatis, ſcripſit De Notitia Dei. De Amore Dei. De Honore Dei. De Fide Chriſtiana. De Sanctiſſ. Altaris Sacramento. De Conceptione Beatiſſ. Virginis. De natura, & lapſu Hominis. De reparatione lapſi. Viuebat ann. 1439.

IOANNES Tetzelius, Saxo, Germanus, Ord. Prædic. & hæreticæ prauitatis in Saxonia



Digitized by Google

Inquiſitor, primus omnium centum ac ſex articulos aduerſus damnata Lutheri dogmata edidit. Viuebat ann. 1520.

IOANNES cognomento Teutonicus, Friburgi autem natus, Epiſcopus propè Hungariam Beſſinenſis, ſcripſit Summam Confeſſorum. Tabulam item vtilem iuxta ſeriem Alphabeti ad Summam,& ad Apparatum Raymundi. Libellum item ſpecialem De Quæſtionibus caſualibus. Confeſſionale de modo audiendi Confratres,ac De modo interrogandi ſecundum diuerſos ſtatus, & vitia. Sed pars horum Scriptorum nondum (quod ſciam) prodijt,cum tamen manuſcripta extare in Germania dicantur. Sanè & ipſi aſcribitur Gloſſa in Decretum,præterquam quòd habent Chronica Ord. Seruorum (ſiue huius,ſiue alterius eiuſdem nominis, atque cognominis) extitiſſe in Bibliotheca Florentina exemplaria quædam;quæ vocant Originalia Commentariorum m.s.quæ ſubtiliſſimè elucubrauerit in quattuor libros Mag.Sentent.

IOANNES Teutonicus, Canonicus Regularis, in Brabantia, Cameracenſis Monaſterij, ſcripſit Nepoti ſuo eiuſdem Regularis familiæ Exhortatorium Spirituale. Librum item De curſu Religioſi. Alterum De profectu Religioſi. Defenſorium cuiuſdam Ioannis Rusburg. Sermones, & Epiſtolas plures. Chron. Ordin. Canonicorum Regul.

IOANNES Thanetes. Vide ſupra in verbo, Ioannes Tanetes.

IOANNES Thierry Lingonẽſis, Gallus,iurium Interpres,Notas,& Additiones,ſcripſit ad Tractatus ſingulares Guidonis Papæ, qui denique recogniti, recuſi fuere Francofurti ann.1580. Sed & ſcripſit De fuga. De feudis. De ferijs. De ſpurijs. & Repertorium Bertachini auxit. Quod Venetijs editum eſt ann. 1570.

IOANNES Thorpe, Anglus, Carmelita ſcripſit in Apocalypſim. Obijt Nordouici, ann.1440.

IOANNES Tilius,Engoliſmenſis,Gallus, Apoſtolorum Canones, atq; Concilia tredecim edidit Pariſijs ann. 1540. apud Neobarium. Promittebat autem editionem alterius Tomi,in quo Sanctorum Epiſtolæ Græcè continentur. Idem ſcripſit Chronicon de Regibus Francorum à Pharamundo vſque ad Henricum ſecundum. Quod ibidem excuſum eſt apud Vaſcoſanum, vnà cum Pauli Aemylij Hiſtoria. Atqui cum nouum teſtamẽtum paucos ante annos Græcè edi curaſſet,non probatur Bellarmino Cardin. *Multa enim in eo deſunt,multa ſuperuacanea ſunt,non pauca etiam immutata cernuntur. Et Deus ſcit*(ait idem Bellarminus)*vtrum id factum non ſit ad detrahendam fidem, Græcæ, & Latinæ editioni, aſtutia videlicet Iudæorum,ex quorum promptuarijs Euangelium illud prodijt.* Vide Bellarm.Card.lib.2.De verbo Dei,c.7.

IOANNES Tiſarandus,vt habet Henricus Villot, vt autem habet Franciſcus Gonzaga in Hiſtoria Seraphica,ſcripſit Officium quinque Martyrum eiuſdẽ Ordinis,B. Berardi nimirum,& ſociorum.

IOANNES Tomſon(alijs *Tompſon*) Anglus, Carmelita,ſcripſit Lecturam Sententiarum,lib.4.Moralitates Scripturæ.In Eccleſiaſticum. Poſtillas in Ioannem. Sermones de Tempore,& Sanctis. Quadrageſimale. Conciones ad Clerum. De mirabilibus mundi. Abbreuiationes Doctorum. Claruit apud Vvigernienſes ann.1380. vt teſtatur Index Iacobi Seruitæ.

IOANNES Tonneys, Anglus, Ord. Auguſtiniani, patria Nordouicenſis, præfectus in ea Inſula Prouincialis, Philoſophus ac Theologus, ſcripſit Orationes ad Clerum. Sermones ad populum, libris duobus. Certamina Scholaſtica. Lecturas Magiſtrales Cantabrigiæ habitas. Collectanea quædam,lib. 1. præter quædam minutiora ad litteras humaniores ſpectantia.

IOANNES Tonſus, Franciſci Panicarolæ Epiſcopi Aſtenſis Diſputationes, ſiue Sermones aduerſus errores,& hæreſes Caluinianorum Italicè conſcriptos,Latinè reddidit, atque edidit Mediolani apud Pacificum Pontium,ann. 1594.

IOANNES è Treuio,quod eſt inſigne Oppidum Mediolanenſis Ducatus.Procurator Ord.Minorum,Compendium Theologiæ ſcripſit, quod manu eius ſcriptum extat Treuij. Viuebat ann.1478. Obijt Sueſſæ.

IOANNES Tritemius in Vico Tritenheim Diæceſeos Treuerenſis, ad Ripas Moſellę fluminis,natus ann.Domini 1462.deinde vigeſimo ætatis anno in Monaſterio D.Martini Spanheimenſis Moguntinæ Diæceſeos ad Ordinem D. Benedicti Congregationis Burſfeldenſis adſcitus,quæ non ita multo antea inſtituta,tamquam inſtaurata pietate,vigebat,ann.ſequenti 1483. communibus fratrum ſuffragijs Abbas eius cænobij renũciatus tres & viginti plus minus annos cum eidem præfuiſſet, inſurgente, ſiue æmulorum tem-

peſtate,

peſtate, ſiue Deo melius prouidente, ad Abbatiam S. Iacobi Herbipolenſem ſibi oblatam ſecedens, atq; continẽter lectioni, & ſcriptioni vnà cum pietate dans operam piè ibidem obdormiuit in Domino an. 1519. quidquid alij ſecus haud rectè ſenſerint, præſertim Andreas Teuetus, qui id accidiſſe ann. 1499. putauit, cum ſecus conſtet ex Tritemij tum Epitaphio, tum Epiſtola, in qua dies erat adſcripta 15. Aprilis ann. 1515. cum Paulum Langium Cyngæum mitteret ad Germaniæ Monaſteria libros conquiſiturum: cui tempori quadriennium ſuperuixit.

Iam vero cum, pro eius æui ratione, magnæ eruditionis plurima ſcripſerit, quibus vel quaſi rediuiua Germanorum Geſta, vel Illuſtrium virorum ſcripta ab obliuione reuocauit in lucem, condẽdarum autem Bibliothecarum poſt antiquiores alios, quorum initio Apparatus noſtri Sacri meminimus, Auctor fuit, iure illi debetur hic locus, in quo quæcumque reliquerit (licet non extent omnia) indicemus; ſi tamen pauca primo attigerimus, ne eius Operum Lector alicubi impingat.

Et quidem in libello de Intelligentijs cœleſtibus orbes poſt Deum gubernantibus cum ad Maximilianum Imp. ſcripſiſſet, varios Angelos nominauit, qui Mundum adminiſtrauerint, vocatq; primum Angelum, ſiue Spiritum, Saturni. Secundum Anaelem Spiritum Veneris. Tertium Zachariclem. Quartum Raphaelem Spiritum Mercurij. Quintum Samuelem Angelum Martis. Sextum Gabrielem Angelum Lunæ. Septimum Michaelem Angelum Solis. Ac deinceps alios iterum priores ſuis temporibus vſque ad ann. 1525. Sed quidquid ſit de hoc libello meminerint Lectores antea perlegere, quæ ſcripſimus in verbo Angelus.

Deinde ſciant ipſum Tritemium cum ingenij ſeu feruore, ſeu vigore ageretur, ita tamen iſta tradidiſſe, vt ad finem eiuſdem libelli hæc addiderit. *Non hæc aſſertiuè ſcripſi, ſacratiſſime Cæſar, quibus cum iniuria Orthodoxæ fidei nulla eſt ratione credendum, ſunt verò qui menſes in his ſupputauere Lunares, quibus conſentiendum ſi duxeris, mutanda ſunt ea, quæ aliter ſcripſi. Manu quoque mea propria proteſtor, & ore confiteor, quòd in his omnibus nihil credo, nihil admitto, niſi quod Eccleſia credit Catholica: cetera vt vana, conficta, & ſuperſtitioſa refuto, & contemno.*

Sanè quod ad Chronicon, & Hiſtorias attinet, multa tum in annorum Mundi ſupputatione, tum in alijs (ſi cum Chronographis melioribus noſtri æui, atque cum Annalibus Cæſaris Baronij Cardin. à ſe ipſo recognitis conferantur) cernentur, quæ claudicant: quale illud inter alia in Catalogo De Scriptoribus Eccleſiaſticis, dum ſub annum 346. Ioan. Climachum, ſub annum vero 380. Euagrium ponit; cum tamen Climachus meminerit Euagrij tanquam ſibi anterioris, qui & damnatus eſt, quòd apathiæ errorem inueheret.

In reliquis autem cum in hoc ſacro Apparatu noſtro nõ pauca in illo obſeruauerimus quæ non cohærent cum ijs, quæ Tritemius affert, nemo, qui paullo attentius eum perleget, non deprehendet aliquando licentius eum ſcribere aduerſus Romanæ curiæ mores, vt in verbo, *Arator*. Interdum item obliquè Scholaſticam Theologiam carpere, vt in verbo, *Abailardus*. Labi interim in Hiſtoria, vt in verbo, *Laurentius Iuſtinianus*, quem Ord. Cæleſtinorum fuiſſe ait. Et in verbo, *Hugo Barchionẽſis*, dum non meminit cuiuſnam Barchinonis fuerit. Neq; enim Barchinone quæ eſt in Hiſpania, eſt natus, ſed Barchinone (quæ vulgò dicitur Barceloneta) Diæceſeos Ebredunenſis, & Duci Sabaudiæ ſubdita inter Subalpina, qua in Delphinatum tranſitur. Quin plus aliquid alicui tribuit, quàm veritas requirat. Vt in verbo, *Ioachim Abbas*, quem inquit in Concilio Generali fuiſſe damnatum, cum Concilium hominem haud condemnauerit, ſed doctrinam, quæ Magiſtro Sententiarum aduerſabatur, vti nos ſuo loco monſtrauimus. Fere tamen circumſpectè, ac reuerenter de Sancta Apoſtolica Sede, loquitur, vbi agit de dogmatibus, quemadmodum cuiuis liquebit, qui in verbo, *Laurentius Valla*, & in verbo, *Gilbertus Porretanus* eum legerit.

Quòd autem idem Tritemius ſcribat, ſe nullum antiquius vidiſſe ſcriptum Germanicum, quàm monachi cuiuſdam *Ontfridi Theontiſci* nomine, circa annum Domini 820. idque rithmis (vt vocant) conditum, id ad characteres (inquit Suffridus Petrus) tantum pertinet, quibus in lingua Germanica exprimenda tũc Germani vtebantur. Hi enim primum ſuis antiquis, deinde Græcis, poſtea Latinis, ad extremum ſuis iterum, ſed nouis characteribus ſunt vſi.

De ſex libris eius Polygraphiæ, qua plures ſcribendi modos innuit, quod Itali *Ciſras*, Agellius *ſcripta furtiua* nominat, cum in ijs mentionem fecerit alterius Operis, quod *Steganographiam*, quam nominat *occultam ſcriptionem*, falſi ſunt, qui eam ſuſpexerunt, & tanquã opus admirandum, clauimque Polygraphiæ celebrarunt. Superſtitionis enim, & periculi pleniſſimum eſt, Magiamque ſapit non naturalem illam; quo tamen nomine pleriq;

ſuas ſordes tegunt,verum etiam ipſam,quæ,cum à S.R.E.prohibita ſit, vnà cum eiuſmodi libris in Romano Indice,haud dubium,quin & iſtud ſit ablegandum.

At quænam Opera ſcripſerit,quæve eorum fuerint inſcriptiones, atque adeo plurium editiones,(quando non extant omnia, aut, ſicubi deliteſcunt, ea duntaxat manuſcripta habentur)ſiue ad Diuinarum literarum Expoſitionem,ſiue ad ſtatum Religioſorum,ſiue ad Hiſtorias,atq; ad omnes in Repub. litteraria verſantes attineant, ea è tribus ſequentibus Catalogis incurrent in oculos, vno Ioannis Duracluſij, qui fuit eiuſdem Tritemij diſcipulus,quiq; hac de re ſcripſit Nicolao Emerio Emclano. Altero, Arnoldi Vionis, quem paucis ſiue demptis,ſiue additis ſubiecimus. Tertio,è duabus Partibus Hiſtoricorum Tritemij librorum,quas ann.1600.Francofurtenſes ediderunt.

## *Catalogus Operum Tritemij ex ipſo Ioanne Duracluſio, qui teſtatur ſequentibus verbis, eum ſcripſiſſe.*

In primis Conſtitutiones ordinis ſui, quæ factæ fuerunt in Capitulis Prouincialibus iuſſione præſidentium,lib.1.
De viſitatione Monachorum,librum vnum.
De modo celebrandi capitulum Prouinciale, librum vnum.
In Regulam Sancti Benedicti,libros duos.
Homilias,& Sermones exhortatorios ad Monachos ſuos, libros duos, quos anteceſſori ſuo dicauit.
De tentationibus clauſtralium,& remedijs earundem,libros duos.
Ad Nicolaum presbyterum Mennicenſem de vita Sacerdotali,librum vnum.
Contra peculium Monachorum,lib. 1. De vanitate,& miſeria huius vita,lib.1.
Opus Penthicum,id eſt,lugubre de ruina Ordinis ſui,lib.vnum.
De illuſtribus viris ſui ordinis,lib. 4. Laudes Ordinis Fratrum Carmelitarum, lib.2.
Ad Gerlacum Abbatem Tuitienſem laudes Scriptorum Manualium,lib.1.
Ad Io.Dolburgium Vvormatienſem Epiſcopum de Scriptoribus Eccleſiaſticis,lib.1.
De laudibus Sanctæ Annæ Auiæ Domini,librum vnum.
Ad quæſtiones Autgeri Sicambri Canonici Dumetis, librum vnum.
Chronicon Monaſterij ſui Spanheimenſis, non paruum volumen,libro vno.
Chronicon ſiue Annales monaſterij Hirſaugienſis,duobus voluminibus magnis.
Chronicon ſucceſſionis Ducum Bauariæ,& Comitum Palatinorum , ad Philippum Palatinum Comitem,Principem Electorem,libro vno.
Vita ſanctæ Herminæ monialis,& primæ Abbatiſſæ in horreo Treuirenſi,lib.1.
De miſeria Prælatorum Clauſtralium,libros duos.
Laudes Sancti Andreæ Apoſtoli,libro vno.
Laudes S.Ioſeph Nutritij Domini, lib.1. Laudes Sancti Benedicti Abbatis, lib.1.
Laudes vitæ Monaſticæ,lib.1. Laudes veræ pœnitentiæ,lib.1.
Laudes ſtudij diuinarum ſcripturarum, libro vno.
Monologion hominis Deo deuoti ad ſeipſum, libro vno.
De miraculis Sanctæ Matris Annæ,libro vno.
Ad Vdalricum Canonicum Colonienſem ſuper quæſtionibus in Euang.Ioannis, lib.1.
Ad eundem ſuper Quæſtionibus Pſalmorum, liber vnus.
Ad Præſidentes Capituli annalis. De obſeruantia Burſfeldenſi, qua abbreuiauit ſtatuta eiuſdem vnionis lib.1. Spirituale Monachorum exercitium, lib.1.
Epitome,ſeu breuiarium eiuſdem, lib.1. De computo Eccleſiaſtico,lib.1.
De illuſtribus Germaniæ Scriptoribus ad Iacobum Vvimphelingum Rhedapolitanum, Sletſtatinum,liber vnus.
Epiſtolarum Spanheimenſium ad diuerſos,libri quatuor.
Orationes in capitulis,& alibi habitæ;Sunt vero quatuor & viginti,quæ faciunt,lib.1.
Sermones ad fratres ſuos Spanheimenſis cænobij ſcripſit quadraginta numero , pulcherrimos,lib.1. Sermones in diebus feſtis ad populum,lib.1.
Orationes ad Deum,& Sanctos ſupplicatorias plures,lib.1.
E Græco Sermone traduxit in Latinum S.Maximum Abbatem de Incarnatione Domini.
Anathemata quoq; S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini,contra hæreticos in tertia Synodo Epheſina promulgata:& eiuſdem Synodi,quaſdam epiſtolas.
Scripſit etiam pro ædificatione Monachorum notabile Opus,quod prænotauit, *De triplici regione Clauſtralium*,libris tribus.



Digitized by Google

Ad Maximilianum Cæſarem Opus mirandũ edidit, quod Polygraphiã prænotauit, lib. 6.
Ad eundem eiuſdem Polygraphiæ clauim, libro vno.
Reſponſiones ad octo Quæſtiones eiuſdem Cæſaris, libro vno.
Ad eundem de ſeptem intelligentijs mouentibus orbem, librum vnum.
Ad Ioachimum Marchionem Brandeburgenſem Principem Electorem, variarum Quæſtionum, Orationum, & Propoſitionum, libros viginti.
Ad eundem de prænotionibus licitis Chriſtiano, & non licitis, lib. 2.
Ad eundem Principem Epiſtolarum, librum vnum.
Ad eundẽ contra maleficos, & omnes artes, & ſuperſtitiones ab Eccleſia prohibitas, lib. 5.
Ad eundem de cauſis, & cura morbi caduci, ac maleficiorum, lib. tres.
Ad Iacobum Tritemium fratrem ſuum Itinerarium vitæ ſuæ, libros duos.
Ad Burghardum de Horneck medicum de peculio monialium, lib. vnum.
Hiſtoriam ſiue Annales de origine, Regibus, & geſtis populi Francorum, & Germanorum ſcripſit tribus magnis voluminibus, narrationem incipiens à Marcomiro rege, qui populum anno ante Incarnationem Domini 433. à Scythiæ finibus in Germaniam eduxit ad oſtia Rheni vſque in 29. annum Maximiliani Cæſaris.
Ad Laurentium de Bibia Vvirceburgenſem Epiſcopum, Orientaliſque Franciæ Ducem, Epitomen, ſiue breuiarium ſcripſit eorundem trium voluminum hiſtoriarum, lib. 3.
Ad eundem de Ducibus, & Epiſcopis Francorum Vvirceburgenſium, lib. 1.
De miraculis ad memoriam Dominæ noſtræ S. Mariæ apud Dittelbach oſtenſis, lib. 2.
De miraculis eiuſdem in Vrticeto apud Helprumam oſtenſis, lib. 6.
Apologeticum in Carolum Bouillum, ea, quæ non intellexit, calumniantem, lib. 1.
De origine, & Regibus Francorum, lib. 1.
Chronicon Monaſterij ſui, cui nunc præſidet, D. Iacobi apud Vvirceburg, lib. 1.
Ad Albertum ex Marchionibus Brandeburgi Cardinalem & Archiepiſcopum Moguntinum, & Magdeburgenſem, vitam D. Rabani archipræſulis, lib. 3.
De eiuſdem è Moguntiaco tranſlatione in Saxoniam, lib. 1.
Ad eundem vitam Sancti Maximi Epiſcopi, lib. 1.
Ad Ioannem Comitem Palatinum, Bauariæque Ducem, & Comitem in Spanheim, apud Symerenem reſidentem, de origine, Regibus, ac Ducibus Bauarorum ſimul, & Comitum Palatinorum, & Spanheimenſium, lib. 4.
De Dæmonibus, & artibus profanis, maleficis, & ſuperſtitioſis laborioſum opus verſat in manibus quod libros habebit duodecim, in quibus omnia diabolicarum artium vaframenta explodit, confundit, & euertit.
Epiſtolarum Herbipolenſium, quas in ea ſcripſit Abbatia, lib. 4.
Scripſit etiam alia minora complura, ſuæ, & amicorũ deuotioni congrua, vt ſunt Curſus, Roſarium, Miſſale officium, & variæ orationes, ſimul & proſæ, ſiue ſequentiæ de Sancta Anna Saluatoris noſtri auia.
Scripſit & de Sancta Maria Magdalena laudes, precationes, atque Roſarium.
De Sancto Ioſeph nutritio Domini Roſarium.
De Sancto Petro Apoſtolo Roſarium.
De Sancto Ioanne Euangeliſta Roſarium.
Ad inſtantiam Ioannis Archiepiſcopi Treuerorum ſequentiam de Anna, quæ incipit, *Ieſu Cœlorum Regis*, ſub melodia, *Aue præclara*.
Alteram in eius feſto canendam, quæ incipit, *Exultent in hac die.*
Tertiam, ad Prouincialem Carmelitarum Auguſtæ, & incipit, *Iubilemus in honore.*
Quartam, de S. Hildegarde virgine, quæ ſic incipit, *Laus ſit tibi Domine Rex æterna gloria.*
Quintam, de S. Ruperto Bingiorum Duce, quæ incipit, *Exultent in hac die.*
Sextam, de S. Ioſeph nutritio Domini, quæ incipit, *Cantemus incly ti.*
Septimam, de Sancto Rabano Archiepiſcopo.
Octauam, de vulneribus Chriſti, quæ ſic incipit, *Ieſum Chriſtum adoremus, Crucifixo comploremus.*
Nonam, de compaſſione B. Mariæ ſemper Virginis, & ſic incipit, *Eia ploremus mente pia B. Virgini Mariæ compatientes:* ſub melodia ſcilicet, *Aue præclara.*
Decimam de S. Ioachim Genitore noſtræ Dominæ, quæ ſic incipit, *Trinitatem adoremus, vnitatem collaudemus, Patris, Nati, Spiritus.*
Vndecimam, de bono cuiuſque hominis Angelo proprio.
Duodecimam, in propria Miſſa cuiuſque Sacerdotis.
Tertiamdecimam, de S. Maximo Epiſcopo Moguntino.



Digitized by Google

Quartamdecimam, de Sancta Martha virgine Chriſti hoſpita.
Quintamdecimam, de Sancta Maria Magdalena.
Sextamdecimam, de Sancta Maria Aegyptiaca.
Septimamdecimam, de Sancto Iacobo maiore Apoſtolo.
Decimamoctauam, de Sancto Benedicto Abbate.
Decimamnonam, de omnibus Sanctis. Et de ſingulis nominatis memorijs, & Sanctis, Officia Miſſæ ſingula compoſuit noua Diuinis ſcripturis conformia.
Scripſit præterea Meditationum, & Orationum Dominicæ Incarnationis, Natiuitatis, Vitæ, Paſſionis, & Mortis, Opuſculum, deuotioni conueniens, lib. 2.
Speculum cœleſtis doctrinæ, compunctioni mentis non parum deſeruiens, librũ vnum, qui incipit, *Salutis humanæ principium.*
Multas quoque deuotiſſimas Meditationes, & Orationes de Domino noſtro Ieſu Chriſto, de Sanctiſſima eius Genitrice Virgine Maria, atq; de varijs Sanctis pulchra varietate cõpoſuit: cum ingentibus alijs, quę videbit, & mirabitur deuota poſteritas omnis.
Hactenus Duracluſius. Ex quo tamen & alijs ſequentem vberiorem Catalogum quem hic damus, confecit Arnoldus Vion.

### *Catalogus alter Operum Tritemij ex Arnoldo Vione.*

De certis dubijs, & quæſtionibus in Euangelio ſecundum Ioannem, lib. 1. *Ad preces.*
De quibuſdam in Pſalterio dubijs, lib. 1. *Cum nuper ad Coloniam.*
Octo Quæſtionum, lib. 1. Scriptum ann. 1508. ad Maximilianum Cæſarem, videlicet,
De fide, & intellectu.
De fide neceſſaria ad ſalutem.
De miraculis infidelium.
De Scriptura Sacra.
De reprobis, atque maleficis.
De poteſtate maleficarum, vbi de varijs Dæmonũ generib.
De permiſſione Diuina.
De prouidentia Dei.
Qui liber excuſus fuit in Oppenheim, ann. 1515. & Francofurti ann. 1569.
De laudibus ſtudij Diuinarum Scripturarum, lib. 1.
De computo Eccleſiaſtico, lib. 1. *Ioannes Tritemius Abbas.*
Variarum Quæſtionum, Orationum, & Propoſitionum, lib. 20.
De prænotionibus licitis Chriſtiano, & non licitis, lib. 2.
Contra maleficos, & omnes artes, & ſuperſtitiones ab Eccleſia prohibitas, lib. 5. Ingolſtadij ann. 1555.
De Dæmonibus, & artibus profanis, maleficijs, & ſuperſtitioſis, in quibus Diabolicarum artium vafricies conatur euertere, lib. 12.
Quæ verò de Gloria Sanctorum ſcripſiſſe fertur, hæc ſunt.
De miraculis ad memoriam S. Virginis Mariæ apud Dittelbach Oſtenſis, lib. 2.
De miraculis eiuſdem in Vrticeto apud Helprunnam oſtenſis, lib. 6.
De Sanctiſſima matre Anna Roſarium quinquaginta diſtinctum articulis, ſimul & Horariæ preces, & Miſſæ officium, lib. 1.
Roſaria quoque de Sanctis Petro & Paulo, Maria Magdalena, Collectæ, proſæ, citationes piæ, & huiuſmodi complura: Quorum aliqua in lucem ſunt edita, alia extant in cænobio Spanheimenſi m. s.
De laude S. Ioſeph nutricij Domini, ſimul cum Roſario 50. articulorum, Officio quoque Miſſæ, lib. 1. *Magno ſæpè deſiderio ſtatui.*
De laude S. Annæ Matris Beatiſſ. Virginis Mariæ, lib. 1. *Voti compellat neceſſitas.* Qui Moguntiæ ann. 1494. prodijt.
De laudibus S. Andreæ Apoſtoli, lib. 1. Sequentia de diuerſis Sanctis, cum Officijs, & Miſſis de eiſdem num. 20. De laudibus S. Benedicti, lib. 1.
Orationes plures ad Deum, & Sanctos. Sermones in diebus feſtis ad populum, lib. 1.
De vita Diui Rabani Archiepiſcopi, lib. 3.
De eiuſdem è Moguntia in Saxoniam tranſlatione, lib. 1.
De vita Sancti Maximi Epiſcopi Treuirenſis, lib. 1. Qui extat apud Surium Tomo 6. ad diem 17. Nouembris.
De vita S. Herminæ Sanctimonialis, filiæ Dagoberti Regis, & primę Abbatiſſæ in Horreo Treuirenſi, lib. 1.
Ad requiſitionem Ioachimi Principis Electoris, plurium Sanctorum Vitas in compendium redegit, lib. 1. *Magnum, & arduum Opus tui amore Princeps.*
Quæ item ad Monachiſmum, & pietatem ſcripſiſſe ſe meminit, ſunt quæ ſequuntur.

In

Digitized by Google

In Regulam S.Benedicti,lib.2. *Venite filij audite me.*
Summula virtutum,lib.2. *Magna virtus animæ eſt.*
De tentationibus monachorum, lib.2. *Humanum genus.*
De miſeria vitæ præſentis,lib.1. *Cũ nihil ſit vita.* excuſus aũt fuit in Germania.
De vitio proprietatis, lib.1. Qui Moguntiæ, & Pariſijs vnà cum libro De cura paſtorali, fuit euulgatus.
De modo, & forma Viſitationibus Clauſtralium, lib.1. *Fratres tuos viſitabis.*
De modo,& forma celebrandi Synodum Ordinis,lib.1. *Quoniam in celebrando.*
Statuta Capitulorum Prouincialium Ordinis,lib.1. *Quoniam volenti ſingula.* Hi verò tres libri ſimul impreſſi fuere Norimbergæ,an.1496.
Statuta Annalis Capituli Patrum de obſeruantia Burſfeldenſi,lib.1. *Reuerendis.* Extant m.s. Coloniæ in cœnobio S.Martini,& in Monaſterio Sanheimenſi.
De modo & forma annale Capitulum celebrandi, lib.1. *Reuer. Patri Domino.* Qui aſſeruatur m.s.in Monaſterio S.Martini Spanheimenſis.
Meditationes Vitæ Chriſti Domini,lib.2.
Speculum cœleſtis doctrinæ,lib.1.*Salutis humanæ principium.*
De inſtitutione vitæ Sacerdotalis,lib.1.*Petis à me Nicolae.* Qui excuſus eſt in Germania.
De triplici Statu Clauſtraliũ, incipientium videlicet,proficientium, & perfectorum,li. 3. *Cum vita Monaſtica.*
Exercitium Spirituale Monachorum,lib.1. *Quoniam Opuſculum de triplici.*
Epitome item ipſius Exercitij ſpiritualis,lib.1.*Etſi formula ſpiritualis.*
Hi tres excuſi ſunt ſimul Moguntiæ an.1492.
Orationes in Capitulis Ordinis,& extra habitæ 24.quarum nonnullæ impreſſæ fuerunt Moguntiæ,reliquæ verò latent.
De miſeria Prælatorum Clauſtralium, lib. 2. *Vt de miſeria Prælatorum.* Extant m. s. Spanheimij.
Contra perniciosum Simoniæ,ac proprietatis Clauſtraliũ morbum, & vitium, maximè Monialium,lib.1. *Eſt cœnobium quoddam Monialium.*
De laudibus vitæ Monaſticæ, lib.1. De laudibus veræ pœnitentiæ, lib.1.
Monologium hominis Deo deuoti ad ſeipſum,lib.1.
Sermonem,ſiue exhortationum ad Monachos 40.lib.2. primus Homiliarum: ſecundus Sermonum: qui excuſi ſunt cum Operibus Thomæ de Kempis in Belgio Louanij item apud Rutgerum Velgium, cum Regulis quatuor Sanctorum Patrum,ann. 1575. At Florentiæ an.1577.
De ruina Ordinis Monaſtici Penthicon, ideſt lugubre,lib. 1. Qui prodijt vna cum ſuperioribus libris Florentiæ an.1577. & antea Moguntiæ in Germania.
Tranſtulit quoque è Græco in Latinum Sermonem, Maximi Abbatis De Incarnatione Domini.
Anathemata S.Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini contra hæreticos in tertia Synodo Epheſini promulgata & eiuſdem Synodi Epiſtolæ nonnullæ.
Iam & alia ad omnes ſpectantia compoſuit, Quæ ſunt.
Chronicon Monaſterij ſui Spanheimenſis à ſua fundatione vſq; ad annum 1502. Incipit, *Anno Domini.*
Chronicon Monaſterij ſui Sancti Iacobi apud Herbipolim.
Chronicon Monaſterij Hirſaugienſis,quod excuſum eſt in Germania.
Aliud eiuſdem cœnobij Chronicon.
Chronicon ſucceſſionis Ducum Bauariæ,& Comitum Palatinorum.lib.1.
Hiſtoriæ,ſiue Annales,de origine,Regibus,& geſtis populi Francorum,& Germanorum incipiens à Marcomiro Rege,anno ante Chriſtum 433.vſque ad annum Chriſti Dom. 1515.diſtincti in tres Tomos iuſtæ magnitudinis,excuſi in Germania.
Epitome eorumdem trium voluminum,lib.3.impreſſi Pariſijs.
De origine, Regibus, ac Ducibus Bauarorum, ſimul & Comitum Palatinorum, & Spanpeimenſium,lib.4.editi Franloſurti,an.1549.
Itinerarium vitæ ſuæ,lib.2.
De varijs atque diuerſis materijs & rebus antiquitatum, lib.14.prænotati *Panalethia. Multa ſunt Præceptor Magne.*
De cauſis,& cura morbi caduci,ac maleficorum,lib.3.
De origine,& Regibus Francorum, lib. 1. diuerſus ab alijs.
Hieraticum pro diuerſis morbis propellendis,lib.1.*Ea quæ tuæ Maieſtati.*

Ad Quæſtiones Rutgeri Sicambri, lib.1.
De Ducibus,& Epiſcopis Francorum Herbipolenſium, lib.1.
De ſeptem Secundis,ideſt Intelligentijs Orbem mouentibus,lib.2.Qui excuſi ſunt Coloniæ, cum Epiſtolis eius decem,an.1567.
De laude Scriptorum,lib.1.Qui Moguntiæ prodijt.
De laude Ordinis Carmelitarum, libri duo. impreſſi primum Moguntiæ, deinde Florentiæ, apud Georgium Mareſcottum , anno 1593. cum notis Petri Lucij Belgæ Carmelitæ.
De Scriptoribus Eccleſiaſticis,lib.1.excuſus,Colon.apud Petrum Quentelium an.1531.ac rurſus ibid.an.1546. Sed in hac poſtrema editione multa inſerta ſunt à quodam, quæ non ſunt Tritemij.
De Viris illuſtribus Ord.S.Benedicti,lib.4.impreſſi Coloniæ cum expoſitionibus Turrecrematæ,& Smaragdi Abbatis ſuper regulam S. Benedicti apud Geruinum Caleniū, an. 1575.
De luminaribus Germaniæ,lib.1.impreſſus Moguntiæ.
Epiſtolarum ad diuerſos familiarium,lib.2.*Opportunè ſatis.*
Epiſtolarum item Spanheimenſium,lib.4.
Polygraphiæ ad Maximilianum Cæſarem,lib.6.Qui excuſi ſunt Coloniæ an.1564.

## *Catalogus Tertius Operum Tritemij Hiſtoricorum.*

Poſtremò autem,hoc eſt an.1600. Francofurti prodierunt Opera hiſtorica Io.Tritemij diligentius excuſa,& duabus Partibus comprehenſa:in quarum prima hæc ſunt.

I.Chronologia myſtica,de ſecundis ſiue intelligentijs Orbes poſt Deū mouentibus, liber ad Maximilianum Imp.Rom.ſcriptus.

II. Compendium , ſiue Breuiarium primi voluminis Chronicorum ſiue Annalium, de origine gentis & Regum Francorum,per annos 1189.à Marcomiro vſque ad Pipinum Regem: ad Laurentium Epiſcopum Vvirtzpurgenſem,& Orientalis Franciæ Ducem.

III.De origine gentis Francorum Compendium, ex Hunibaldo decerptum: in quo etiam Præſulum Vvirtzpurgenſium enumeratio.

IIII. Chronicon ſucceſſionis Ducum Bauariæ & Comitum Palatinorum: ad Philippum Palatinum Comitem, Principem Electorem.

V. Catalogus illuſtrium virorum,Germaniam ſuis ingenijs, & lucubrationibus omnifariam exornantium,ad Iacobum Vvimphelingum Sletſtadium Theologicum:cū eiuſdem Proiheſi,ſiue Additamento.

VI. Catalogus Scriptorum Eccleſiaſticorum, ad Ioannem Dalbergium Epiſcopum Vvormatienſem: cum additionibus nonnullorum.

In Secunda autem Parte ſunt. Chronica inſignia duo.

I.Cœnobij Hirſaugienſis,Diœceſeos Spirenſis: eius fundationem, & progreſſum ab anno Chriſti 830.vſque an annum 1370.

II.Cœnobij Spanheimenſis,Diœceſeos Moguntinenſis:eius fundationem,& progreſſum ab anno Chriſti 1124. vſque ad annum 1526. vel potius res ab octo illis ſæculis in tota Eccleſia,& Imperio memorabiliter geſtas, complectens.

Quorum prius Collatione Archetypi ipſius Auctoris manuſcripti correctius, & plenius;poſterius verò iſtud nunc primum è tenebris erutum, ob inſignem vtilitatem optima fide,vt titulus præfert) in lucem editum eſt.

Accedunt Epiſtolæ eiuſdem Familiares, ab exceſſu eius de cœnobio Spanheimēſi ad Principes,claroſque viros ſcriptæ,hiſtorijs eius refertæ.

Sed & deinceps ann.1601. Ioannis Tritemij Opuſculum recuſum eſt Moguntiæ apud Ioannem Albinum. De fide, & intellectu. De fide neceſſaria ad ſalutem. De miraculis infidelium. De Scriptura Sacra. De reprobis atque maleficis. De poteſtate maleficiarum. De permiſſione Diuina. De Prouidentia Dei. Cum antea Francofurti, vt dictum eſt ſupra,prodijſſet an.1569.

Atqui anno 1604. Moguntiæ apud Albinum edita ſunt Ioan.Tritemij Opera ſpiritualia,quotquot reperiri potuerunt à Ioan.Buſæo Theologo Societatis noſtræ in vnum volumen redacta.

IOANNES Trullus, Aragonius, & Canonicus Regularis Lateranenſis, qui Philoſophiam,& Theologiam publicè magna cum laude docuit, poſtea Prior Sanctæ Chriſtinę in Hiſpania emiſit Cæſar Auguſtæ ex officina Viduæ Bartholomæi à Nagera, anno 1571.



Digitized by Google

Opus,quod inſcriptum eſt. *Ordo Canonicorum Regularium quatuor libris elucidatus.* In quo de origine,regimine,& alijs non tam ad ipſum ordinem Canonicorum Regularium,quã ad vniuerſum ſtatum Religioſorum: perdoctè,& copioſè agitur.Idem liber excuſus eſt Bononiæ apud hæredes Io.Roſſij an.1605. Et quidem alter Ordinis Canonicorum Regularium Liber, qui *Chronica Canonici Ordinis* inſcriptus eſt, abſque Auctoris nomine Cremonæ fuit impreſſus à Cæſare Richardo an.1535.

IOANNES de Turrecremata,Hiſpanus,Ord.Prǽd.ab Eugenio Quarto Summo Pont. creatus S.R.E.Card.Epiſc.Sabinẽſis, vir Theologus, & Canonũ Doctor inſignis,ſcripſit In Pſalterium Dauidis.Quod prodijt Venetijs an. 1513.apud Lazarum Soardum.
In Euangelia Dominicalia. In Euangelia de Sanctis.
Sermones autem de Tempore. Ac de Sanctis. Lugduni prodierunt an.1509. ex Typographia Stephani Gueynardi.
Librum De Corpore Chriſti contra Boemos.
Meditationes de Vita Chriſti. quas priuatim excudit Colon. Bernard. Gualt.ann.1607.
Librum De ſalute animæ.
Alterum De aqua benedicta.Qui Romę prodijt an.1559.apud Ant. Bladum.
Librum De Conceptione B.Virg.Qui Romæ fuit excuſus an.1547.apud Anton.Bladum.
Commentaria in Regulam D.Benedicti, quæ cum Smaragdo,& alijs edidere an.1575.Coloniæ Geruinus Calenius,& hæredes Quentelij.
Summã de Eccleſia, & eius auctoritate, quàm Venetijs emiſit Michael Tramezinus 1561.
In Decretum Gratiani egregios Commentarios, quos deinceps Ioannes Boerius Præſes Burdigalenſis, Notis, & Summis reddidit locupletiores. Lugduni à Claudio Seruanius,emiſſos.
Addit Antonius Senenſis, Opus magnum ab eodem Ioanne de Turrecremata fuiſſe conſcriptum contra Statuta nonnullarum Eccleſiarum,qui eos arcebant, qui ex Hebræis nati Chriſto nomina dederant. Quod m.s. Valliſoleti in cœnobio Ordinis Dominicanorum aſſeruabatur.
Fertur item ſcripſiſſe ad Decretũ Florentini Concilij de Sacramentis, & de vnione Græcorum: atque expoſitionem Regulæ D.Brigidæ;quæ extãt m. s. in eodem Monaſterio.

IOANNES Tyburtinus,Monachus Monaſterij Caſſinenſis, qui vixit an. 1220.Scripſit Sermones de feſtis totius anni. Arnold. Vion.

IOANNES Tylneij,Nordouicenſis, Anglus, Carmelita, ſcripſit Poſtillam in Apocalypſim D.Ioannis.Compendium in lib.Sent.Vixit an.1430. Index Iacobi Ord.Ser.Hæc Petrus Lucius Carmelita.

IOANNES de Tynmouth, ſiue de *Thynmouth*, Anglus, Sacerdos , collegit Hiſtoriam Auream libris tribus. Sanctiloqium,libro vno.Opus Seruorum Dei,libro altero. Appẽdices Martyrologij,alio.Scripſit item in Pentateuchum Moyſis. In Ioſue. In Iudicum. In Regum,lib.4. In Apocalypſim.Lectionarium Eccleſiæ. Viuebat an.1366.

IOANNES Tyſſycton,Anglus,Ord. Minorum, ſcripſit contra Vicleſi Confeſſionẽ, De Sacramentis,lib.1. De Confeſſione auriculari.Scutũ pro defenſione Euchariſtiæ,lib. 1. Certamina Scholaſtica,lib.1.Obijt an.1395.

IOANNES Tythleſhale, Anglus, Nordouicenſis, Ord. Minorum, ſcripſit In Apocalypſim D.Ioannis.Sermones de Tempore,& Sanctis. In li.4. Mag.Sent.Viuebat an.1534. Vide Catalogum Iacobi de Plebe,Ord.Seruorum.

IOANNES Vacquerius, Roienſis, Sorbonæ Theologus, Sermonem habuit,& edidit vberem De multiplici hęreticorum tentatione in baptiſmo duorum adoleſcẽtum Americę.Pariſijs apud Claudium Fremy,an.1571.

IOANNES Valeis, ſiue *Valenſis*, aut *Galenſis*, Anglus,Ord.Min.ſcripſit in Apocalypſim D. Ioannis. Sermones varios. Summam Collationem libris ſeptem ad libros quatuor Magiſt.Sent.Librum De vitæ ordinatione.Alterum prænotatum *Manipulus florum.* Margaritam Doctorum, ſiue communes locos ad omnium generum argumenta, ſiue Summam de Regimine vitæ humanæ,ac de ſtatibus omnium hominum. Quæ an.1511.edita eſt Lugduni.Ordinarium. ſiue Alphabetum vitæ Religioſæ,cuius prima pars,Diætarium:ſecunda Locarium: tertia Itinerarium.Quod primò Venetijs,deinde Lugduni an.1511.prodijt. Breuiloquium de Philoſophiæ dignitate,& de eius abuſione, ac de Sapientia Sanctorũ. Breuiloquium de Virtutibus quatuor Cardinalibus antiquorum Principum, & Philoſophorum. Compendiloquium de vitis illuſtrium Philoſophorum. Quæ ibidem ijſdem annis emiſſa ſunt in lucem. Viuebat an.1270.

IOANNES Vallo, qui Franciſco Gonzagæ in Hiſtoria Seraphica *Vallonus*, è Iuuena-



Digitized by Google

tio Regni Neapolitani inſigni Oppido, Appulus, Ordi. Minorum, ſcripſit in Formalitates Scoti, quod Opus Florentiæ recuſum fuit apud Georgium Mareſchottum, an. 1580. à Conſtantio Sarnano Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinali auctum, vnà cum Textu Antonij Syrecti, Pariſijs prodijt ann. 1585. Venetijs autem anno 1588. apud Franciſcum Senenſem.

IOANNES Vdalricus Zaſius, quoniam omnino cum omnibus Operibus ſuis à S. Sede Apoſtolica in Romano Indice prohibitus eſt, donec iuxta Regulas expurgationis in eodem propoſitas emendetur, nullum hic habere debet locum, niſi vt, quid in eo laboratũ ſit Opera Magiſtri Sacri Palatij, intelligatur. Quare vide in verbo, Vdalricus Zaſius.

IOANNES Venetus, Cartuſianus, libros tres perutiles, quos prænotauit *Noſce te.* Alterum De patientia, & humilitate. Tres, quorum inſcriptio eſt, *Speculum morientium.* Vnũ, cui Titulus eſt, *Coronam Senum.* Alium Sermonum. Epiſtolas plures reliquit. Viuebat ann. 1480.

IOANNES Verepæus, qui à quibuſdam huic loco inſeritur, quaſi Germanicè Precum libellum ediderit, vereor quin ſit Simon Verepæus, de quo viro probo, & docto. Vide omnino, quæ in verbo, Simon Verepæus.

IOANNES de Vernone, quod oppidum eſt inter fines Tractus Pariſienſis, & Normaniæ, Gallus, Pariſienſis Cœnobij Carmelita, & Doctor, ſcripſit in Apocalypſim D. Ioannis. In Mag. Sent. Quæſtiones ordinarias. Publicas Lectiones. Obijt Pariſijs an. 1461. Arnoldus Boſtius.

IOANNES Verhellayus, ſcripſit Poſtillas maiores, quæ Venetijs prodierunt ad ſignũ Spei, an. 1546.

IOANNIS Verratus, Ferrarienſijs Carmelita, ſcripſit Homilias in Euangelia omnia, quæ à Tempore Aduentus, vſque ad Dominicam Reſurrectionis ſolent in Eccleſia recitari. Eæ iam tertio editæ fuerunt an. 1571. apud Io. Mariam Bonellum.

IOANNES Veſtfali hæreſes poſt Ioannem Huſs. diſſeminatas Robertus Card. Bellar. diluit To. 1. controu. lib. 4. De Rom. Pont. c. 15. & 17. ſed & extat adhuc libellus de damnatione articulorum eius facta Moguntiæ an. 1479.

IOANNES è Veteri aqua, alijs de Gauda, Hollandus, Carmelita, ſcripſit De initio, & incremento Ord. ſui, hac inſcriptione: *Faſciculus temporum Ord. Carmelitarum, libris tribus.* De Conceptione B. Virginis. Plures item Epiſtolas contra Vuigandum. Libros Sermonum duos. Viuebat in cœnobio Caſſelenſi, an. 1495.

IOANNES Vetus, Gallus, Apologiam aduerſus Theodorum Bezam hæreticum edidit Virduni an. 1565.

IOANNES à Via, Germanus, ſcripſit Defenſionem, & Aſſertionem iugis Sacrificij Eccleſiæ aduerſus blaſphemias Iacobi Andreæ Schmidelini. Col. apud Maternum Cholinũ, an. 1570. Admonitionem item, atque Inſtructionem ad Bauariam, quanam ratione errores, qui hodie paſſim ſparguntur, agnoſcendi ſint ex verbo Dei, atque fugiendi. Germanicè, Monachij. Quartam vero Partem Hiſtoriæ Sanctorum à Laurentio Surio latinè editam, in Germanicam tranſtulit linguam. Monachij an. 1578.

IOANNES S. Victoris Pariſienſis Canonicus Regularis, Gallus, Gallicè edidit Librum prænotatum; *Arbor vitæ Sanctiſſimæ, ac Triumphantis Crucis Domini noſtri Ieſu Chriſti,* in quatuor Partes tributum; quarum Prima, De crucis oraculis. Secunda, De Triumpho Crucis. Tertia, De adoratione Crucis. Quarta, De ſeruis Crucis agitur. Pariſijs apud Ioannem Ludouicum, an. 1544.

IOANNES Vigerius, Genuenſis non autem ille, qui *Viguerius,* de quo mox, ſcripſit Lecturam in primum Sent. Scoti.

IOANNES Vigeſimusſecundus. huius nominis Pont. Max. cuius illud præcipuè commendatur, quod adoleſcentes, potiſſimum inopes, literarum ſtudioſos Sacerdotijs Eccleſiaſticis, & pecunia iuuerit, ipſe verò doctiſſimus fuerit, ſcripſit Librum, quem *Theſauri Pauperum* inſcripſit. Quin & quoniam Philoſophiam, & Medicinam calluerat, canones quoſdam medendi antequam fuiſſet Pontifex, & Problemata, imitatus Ariſtotelem, cõpoſuit. Quoniam verò illi tributum eſt à quibuſdam, quòd Quæſtionem illam definiuiſſet, *Num animæ Sanctorum non fruantur Dei viſione ante Iudicium extremum:* ſciendum eſt, paullo ante mortem partim retractaſſe ſententiam ſuam, partim eſſe declaraſſe. Primò enim teſtatus eſt, numquam ſe cogitaſſe eam Quæſtionem definire, ſed duntaxat veritatem indagare. Deinde ingenuè confeſſus eſt, ſibi non probari priorem ſententiam: ſentire autem ſe, Animas Sanctorum videre Deum etiam ante diem Iudicij, niſi Eccleſia, & ſui ſucceſſores aliter definirent. Quorum definitioni ſe ſubmittere aiebat omnes opiniones

ſuas.

ſuas. Extat hæc retractatio ipſius verbis, quibus eam pronunciauit apud Ioannem Villanum, lib.11.c.19.Hiſtoriæ de rebus Florentinorum, quam accepit à fratre ſuo, qui apud Ioannem xxij.degebat.

IOANNES Viguerius,Bæticus,ſiueGranatenſis,Hiſpanus,Ord.Præd.Theologus eximius, & in Academia Toloſana Profeſſor, ſcripſit Inſtitutiones ad Scholaſticam Theologiam,ſectatus ita D.Thomam,vt eum & ſolidè in compendium perſpicuum redegerit, & ex Concilijs,ac Pontificum Decretis doctrinam illam Angelicam opportunè confirmauerit.Eas Inſtitutiones excuderunt Pariſienſes an.1553. Venetijs Bartolus Rubinus an. 1567.deinde iterum an.1581. At Iacobus Vitalis,ibid.an. 1575. Demum an. 1582.illuſtriore inſcriptione Pariſienſes. nouiſſimè eædem Inſtitutiones editæ ſint Colon. apud Bernard. Gualt.an.1607.Scripſit item Commentarium ad D.Pauli Epiſtolam ad Romanos, in quo hęreſes noſtri temporis expugnat.Venetijs an.1571.& Lugduni eodem anno apud Gulielmum Rouillium.

Opuſculum De conſolatione Agonizantium cum elucidatione Miſſæ.Ibid apud eũdem an.1569.cum Pariſijs an.1553.prodijſſet.

Sanè verò Gulielmus Eiſingrenius inquit ſcripſiſſe Viguerium in omnes Epiſt.Pauli. Viuebat an.1545.

IOANNES de Villa Abbatis Poſtillam m.s.ſed à ſe conſcriptam reliquit in Euangelia Dominicalia,& Epiſtolas totius anni.

IOANNES Villalpandus,Theologus,Societatis Ieſu, Hiſpanus. Vide in verbo, Hieronymus Pradus.

IOANNES Virdunenſis,Monachus Monaſterij D.Dionyſij propè Pariſios,is eſt, qui liminarem Epiſtolam Ioanni Docæo de Aeterna generatione Dei præfixit.Vide in verbo,Ioannes Docæus.

IOANNES de Viſchis(puto ſcribendum è Viſcha, quod eſt oppidum in Diœceſi Eporediæ in Subalpinis)ſcripſit De immunitate Eccleſiarum.Extat inter Tractatus Iuris Tracta.13.par.1.fol.11.

IOANNIS de Vineta,Armoricus,Brito,Carmelitarum in Gallia Prouincialis,ſcripſit Adnotationes ad quartum Librum Regum. Vitas trium Mariarum. Librum de Officijs Diuinis. Conciones Synodales. Chronicon ſui Ordinis. Librum Determinationum. Viuebat an. 1348.Iacobus Triſſun.

IOANNES Vitalis à Furno,Vaſatenſis,Vaſco,ſiue Aquitanus,Gallus,Ord.Minorum, Cardinalis Albanus à Clem.V.Pont.Max.creatus, ſcripſit

In Prouerbia Salomonis.
Cõmentaria in Apocalypſim,quæ apud Patres Dominicanos Bononiæ aſſeruantur.
In quatuor Euangelia.
Quæſtionum De Chriſti Domini, & Apoſtolorum Pauperie.
De tuenda ſanitate,& remedijs morborũ.
Eiuſdem Digreſſio Moguntię fuit excuſa.

Speculum morale totius Sanctæ Scripturæ, quo vniuerſa fermè loca veteris & noui Teſtamenti myſticè explanantur Lugduni apud Ioannem Moylin, an. 1513.Venetijs autẽ an.1594.apud Minimam Societatem,an.1600.

IOANNES Vitaldus. Vide in verbo, Io.Ludouicus Viualdus.

IOANNES Vitoduranus,Ord.Min. ſcripſit Hiſtoriam ab an.Dom. 1215. vſque ad an. 1348.ea extat m.s.in Bibl.Monaſterij S.Galli in Heluetia,quæ antea nunquam prodijt.

IOANNES Vlauus Parochus Rotvueilanus de Quadragenarijs precib.per ſpacium vnius horæ. Rotvueilæ apud Helmlin an.1605.

IOANNIS de Vltricuria Propoſitiones primum in Vrbe Roma condemnatæ;deinde publicè per eũ in Vniuerſitate Pariſienſi reuocatæ 1348. extant in To.4.Bibl.SS.PP. Aduerſus ſeptem peccata mortalia. Sermones duodecim. Liber de Sanctiſſ. Euchariſtiæ Sacramento.Lectura in Magiſt.Sent. libris quatuor. Itinerarium Salutis. Determinatiões Oxonienſes. Conciones ad vtrumque Statum. Magno Regis Concilio Stransfordiæ cum alijs Theologis interfuit an.1392.Obijſſe autem eum,& ſepultum Eboraci Thomas Colbius exiſtimat.

IOANNES Volricus Surgantus,collectionum Homiliarum ex Origene,Hieronymo, Ambroſio, Auguſtino,Chryſoſtomo,Gregorio Magno,Beda inuentã in Baſileenſi Bibl. dum ea Ciuitas ſtaret in fide Catholica, edidit an.1493.apud Nicolaum Keſter.

IOANNES Vpſonus, Anglus,Carmelita, ſcripſit Sermones, vt ferunt,eruditos. Obijt an.1442.

IOANNES Vvaldeby,Eboracenſis, Anglus,Ord. D. Auguſt. Theologus Oxonienſis, & vniuerſæ Inſulæ Prouincialis ſcripſit partim Latinè, partim Anglicè. In Symbolum



Digitized by Google

Apoſtolorum. In Orationem Dominicam. In Salutationem Angelicam.

IOANNES Vuallendorpius, Germanus Ord. Minorum, Concionator Andernacenſis, edidit Germanicè Explicationem Paſſionis Ieſu Chriſti Domini noſtri. Colon. an. 1582. Addit autem Henricus Villot eum in argumento Iuſtificationis ſtrenuè deſudaſſe.

IOANNES Vualſgram. Vide in verbo ſequenti, Ioannes Vualſingam.

IOANNES Vualſingam, quem alia exemplaria habent *Vualgram*, alia *Vualſgram*, aliàs *Vualſergram*. Sed Antuerpienſis editio, quam ſequimur, Vualſingam Anglus, Nordouolcas, Carmelita, de quo Trit. ait in Opere de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *In Gymnaſio Pariſieſi Magiſtrali inſula decoratus, legendo, & diſputando celeberrimus effulſit.* Prouincialis Angliæ, ſcripſit in Magiſt. Sent. Quæſtiones item varias, & Quodlibeta. Viuebat anno 1340. Tritem.

IOANNES Vuaynflete, Anglus, Carmelita, ſcripſit librum Determinationum Theologicarum. Alterum Sacrarum Concionum. Commentarios ad D. Scripturam, qui tamen haud referuntur, ad quoſnam libros pertinerent. Viuebat an. 1418.

IOANNES de Vuerdena, alijs *Vuerdenem*, Teutonicus, Ord. Min. ſcripſit Sermones de Tempore duplices, duplici libro. Sermones de Sanctis totidem, ac totidem libris. Quadrageſimales autem vno libro.

IOANNES Vuellis, Anglus, Monachus, Ord. D. Benedicti, Congregationis Cluniacēſis, ſcripſit Librum pro Religione. Alterum De Cleri auctoritate. Alium De Sanctiſs. Euchariſtia. Alium contra Nicolaum Herforde. Viuebat ann. 1380.

IOANNES Vuichingam, Anglus, Ordi. Minorum ſcripſit Librum Sermonum de Tēpore. Alterum prænotatum, *Diſputationes difficillimarum rerum.* Viuebat an. 1362.

IOANNES Vuilton, Anglus, Ord. D. Auguſt. quem Ioannes Baconthorpius (quem Baconem Tritemius, & alij nominant) Carmelita, in primo & ſecundo Sentent. valde collaudat, illius auctoritate ad pleraſque vtens rationes, ſcripſit Pariſijs, & in Anglia Lecturam Sententiarum, lib. 4.

| | |
|---|---|
| Sermones hyemales, lib. 1. | *Sicut in die honeſtè.* |
| Sermones per Quadrageſimam, lib. 1. | *Memor eſto, vnde excideris.* |
| Sermones æſtiuales, lib. 1. | *Quæ ſurſum ſunt quærite.* |
| Sermones de Sanctis, lib. 1. | *Simili pœna afflictus eſt.* |
| In Priora Ariſt. lib. 2. | In Poſteriora Ariſt. lib. 2. |
| In Ethica Ariſt. lib. 10. | Determinationes Theologicas, lib. 1. |

Quæſtiones, & Lecturas, lib. 1. dum eſſet Oxonij Lector publicus, vbi tandem deceſſit. Viuebat an. 1319.

IOANNES Vuinchelſen, Ord. Min. ſcripſit Quodlibeta Theologica. Lecturas Scholaſticas. Sermones (vt vocant) feſtiuales. In Ariſtotelis Logicam. Obijt an. 1326.

IOANNES Vuitlich, Colonienſis, Germanus, ſcripſit Commentarios ad quatuor libros Magiſt. Sent. & ad omnes D. Pauli Epiſtolas. Viuebat an. 1400. & vltra.

IOANNES Vuolſgangus, Freymonius, ſcripſit Symphoniam iuris vtriuſque Chronologicam, in qua omnium Pontificum, Imperatorum, Conſulum Romanorum, Iuriſperitorum nomina, ſucceſſiones, ętates, mores, temperaque concurrentia in vnum corpus redacta, Hiſtoriarum Lectoribus velut in Tabula, ſpectanda proponuntur: quidq; ab vnoquoque in vtroque iure conſtitutum ſit, oſtenditur. Francofurti ad Mænum. Eiuſdem Obſeruationum Iuridicarum Crepundia ex octoginta plus minus humanioris litteraturæ Floſculis in Textibus, & Gloſſis Iuris paſſim occurrentibus congeſta, & in lucem prolata, Monachij an. 1576.

IOANNES Vonſtein, Germanus, & in Pariſienſi Academia Profeſſor, ſcripſit De ijs, quæ ad dignum Sacerdotem exiguntur. Reſolutiones item dubiorum in Sancti Miſſæ Sacrificij celebratione occurrentium. Librum De Paſſione Dominica. Sermones autem B. Ephrem de Aſcenſione Domini, ac De Conceptione Immaculatæ Virg. Marię Commentarijs illuſtrauit. Viuebat an. 1415. Eiſingr.

IOANNES Vurotham, quem Sixtus Senenſis cognominat *Voretan*, Londinenſis, Anglus, Carmelita, ſcripſit in Canticum Canticorum Salomonis. Sermones duodecim de B. Virgine. In quatuor libros Sent. Lombardi. Sermones De Tempore. De Sanctis. Quadrageſimales. Viuebat an. 1406.

IOANNES Vyckam, Anglus, Sacerdos, Opus ingens Gulielmi Noringham in Euangelia redegit in Compendium. Extabat in Oxonienſi Bibl. m. s.

IOANNES Vuyricus, è Nuſſia, Germanus, Carmelita Conuentus (vt vocant) Coloniēſis. Prior Prouincialis Germaniæ inferioris, ſcripſit in libros quatuor Mag. Sententiarū.



Digitized by Google

Librum Ordinariarum Quæſtionum. Alterum Concionum ad Populum. Alium Collationum Synodalium. Plura verò ab eodem conſcripta Petrus Lucius Carmelita ſcribit aſſeruari in eiuſdem Conuentus inſtructiſſima Bibliotheca ad dexterā ingredientis circa medium. Obijt 1515. Trit.

IOANNES Xiphilinus, Patriarcha Conſtantinopolitanus ſub Conſtantino Duca, vt auctores ſunt Zonaras, & alij, Trapezunte Oriundus, & valde doctus, qui omnibus ſponte relictis Olympi monaſteria frequentauit, ſolitariam diu vitam egit, ac denique Patriarchali Sede fuit cohoneſtatus. extat eius Epitome primæ Orationis in ieiuniorum hebdomadam, ſiue in Crucis adorationem tam Græcè, quàm Latinè. Quæ Epitome eſt ſecũda, quæ Philotheo adſcribitur. Vtriuſque autem compendium cōplectitur tertia incerti Auctoris. Omnes è Bauarica Bibliotheca, in quibus non pauca reperiuntur deſcripta ex Oratione S. Ioan. Chryſoſtomi in adorationem viuificæ Crucis. Vide ſecundum Tomũ Iacobi Gretſeri noſtri, De Cruce.

IOANNES Yorke, Anglus, Carmelita, ſcripſit Præconia Sacræ Scripturæ. Lecturas in Geneſim. Expoſitiones Ordinarias.

IOANNES Youngus, Anglus, hac noſtra ætate edidit Latinè perutilem Librum De ſchiſmate. Quo libro docet non debere catholicos adire ad Synagogas hæreticorum, nec adeo vllis ipſorum precationibus, aut conuenticulis intereſſe; dum hæreſim exercent. Hic autem vir probus, & doctus. atque auitam pietatem altè retinens, dum adhuc eſſet in vinculis, ſuum cognomen planè haud libro adſcripſit, ſed obſcurius ita inſcripſit, *Auctore Ioanne Giuuano Doctore Theologo.*

IOANNES Zacharias, Erfordienſis, Germanus, Ord. Auguſt. ſcripſit in Pentateuchum Moyſis, & in omnes D. Pauli Epiſtolas, ſcholaſticè. In Concilio autem Conſtantienſi aduerſus Viclefitas, & Huſſitas propugnator fuit egregius, quippe qui in bonis Artibus, atque in Theologia verſatus admodum fuerat. Viuebat an. 1430.

IOANNES Zonaras, Monachus, Conſtantinopolitanus, Ordinis ſeu familiæ iam collapſæ S. Baſilij, Græcè ſcripſit Hiſtoriam vniuerſam à Mundi primordio vſque ad obitũ Alexij Comneni Imperatoris Conſtantinopolitani. Oecumenica item ſeptem Concilia, præterea Eparchica multa per Græciam vnà cum Carthaginenſibus collegit, quibus Epi. nonnullas antiquorum SS. PP. atque eorundẽ dogmata adiũxit. De octoginta verò quinque Canonibus Apoſtolorum, quos collegit vide quæ diximus in 2. To. Bibl. noſtræ Selectæ, lib. 16. c. 19. Is certe in Hiſtoriam, (præſertim ante Conſtantini Geſta) ineptè, atque oſcitanter pleraque ſcripſit, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ fuit iniquior: nã aduerſus Proceſſionem Spiritus S. à Patre, & Filio, & cōtra alia dogmata catholica falſas criminatiōes edidit; quippe ſchiſmaticus fuit.

Porrò qui eius Hiſtoriam Græcè, Latineq; emiſit Hieronymus Vuolfius inter hæreticos primæ Claſſis prohibitus eſt in Romano Indice; quemadmodum item eius verſio. Quod quidem in Suidæ Hiſtoricis rebus ab eo in Latinũ tranſlatus obſeruauimus, in verbo Suidas; vbi etiam oſtendimus quæ ad marginem, atque in tabulis, ſiue Indicibus adiecit, examinanda ſint, quæúe labes abſtergendæ. Verſus item Gallicè Zonaras aliquot anni ſunt cum prodijt. Quin etiam cum aliquot libris Diodori Siculi Latinis coniuncta eſt Alexandri Magni vita, quam Ioanni Monacho, hoc eſt eidem Zonaræ aſcribunt.

Chronica verò à Iulio Cæſare, vſque ad Alexium Comnenum, & expoſitio τῶν ἀναςασίμων κανόνων. Epitome veterum Hiſtoriarum ab initio Mundi m.s. extabant olim apud Didacum Hurtadum Mendozam, qui Caroli Quinti Imper. Orator fuit apud Venetos. Vocabularium quoque eiuſdem erat in Bibl. apud S. Antonium, Venetijs. Commentarij etiam in Canones S. Ioan. Damaſceni Theologi m.s. in Biblioth. Imp. Viennæ Auſtriæ. Atqui quos Canones Apoſtolorũ collegerat, ijdem à Ioanne Quintino Heduo in Latinũ conuerſi, Pariſijs euulgati ſunt an. 1588. vti ſupra diximus.

IOB, qui ab Hebræis, *Iiob*, hoc eſt *vlulans, & dolens, atq; adeo Patiens,* vocatus etiam *Iobab,* vt extat in extremo libro: Hieronymo autem in 99. in Paralipom. *Iaſub* nominatus: Q. o nomine apud Hebræos deſignatur, *conuerſio, aut habitatio, aut Seſsio,* natus in ciuitate Boſra in Idumea, vel Traconitide, non quidem in Boſra Moabitica, habitans aũt in Terra Hus, ſiue vt habent Septuaginta, *in Terra Auſitide:* Filius Zara, Sacerdos, Propheta, Rex. Martyr, & acerbiora, quàm plerique martyres, paſſus, quem & Græci Patres μυρίαθλον καὶ πολύαθλον hoc eſt millies, & multorũ certaminum Athletam inuictum, & virtutis Athletam, Gemmeam ſtatuam, Adamantem, Aureum ſimulachrum, Baſilius, Chryſoſtomus, reliqui vocarunt, De filijs Eſau Quintus ab Abraham, Quartus ab Eſau, ſcripſit ærumnarum ſuarum hiſtoriarum, & felicem exitum. Qui liber inter protocanonicos numeratur, atque à Spi-



Digitized by Google

ritu ſcancto ad Poſteritatis omnis exemplum, verè dictatus, vt Gregorius Magnus habet. Sanè à nemine Prophetarum clarius de Reſurrectione fuiſſe pronunciatum Orcaulum S. Hieronymus Epiſtola ad Euagrium ſenſit.

Ac quidem ſcio ſub iudicibus varijs litem fuiſſe, Librum hûc vel aliquem ex Hebræis ſapientibus, vel Salomonem, vel Moyſem conſcripſiſſe: At probatior ſententia eſt, in quam cum Sixtus Senenſis propendeat, habuit antiquiores, qui ab ea ſteterint Gregorium Magnum in Præf.c.1. Suidam in verbo, Iob. Albertum Magnum, qui vocat hanc ſententiam veriſſimam, Dominicum Brixienſem præfat. ad Gregorij Moralia, Ioan. Arboreum in Theoſophia, lib.9.c.12. Quos denique ſecutus eſt noſter Ioannes Pineda, nec Alphonſus Salmeron omnino abnuit.

Appendicem autem, quæ in Codicibus Græcis extat in ipſo fine poſt vltimam voluminis Periodum, quæ Appendix incipit, γέγραπται δὲ αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι, & quæ ſequuntur. hoc eſt, *Scriptum eſt autem, eum rurſus reſurrecturum*, nec Hebræi, neque Latini Codices habent, *& Catena ipſa Græcorum Patrum in eundem, illam retinet.* Quin etiam eandem, qui Origeni falsò aſcribuntur Commentarij in Iob, Additionem verò alteram ex 33.c. Geneſeos ijſdem penè verbis deſumptam. *Mortuus eſt autem Adad*, vſque ad illud, *& erat Pater eius Zares ab ortu Solis.* vbi adhuc agitur de Genealogia Iob, D. Hieronymus in Quæſt. ſuper Geneſim, reijciunt tamquam incertam.

At Oratiuncula quædam vxoris Iob à cunctis ferè Græcis interpretibus expoſita negatur ab Origene in Epiſtola ad Iulium Africanum ad Hebraicæ ſcripturæ veritatē pertinere. Ea verò c.2. libri Iob continetur ab illis verbis χρόνου δὲ πολλοῦ vſque ad illud ἀλλὰ εἰπέ τι ῥῆμα πρὸς κύριον, καὶ τελεύτα. hoc eſt, *Tempore verò multo*, vſque ad illud, *Sed dic quoddam Verbum ad Dominum, & morere.*

## *Scriptores in Librum Iob.*

Poſt Græcos, & Latinos Patres quorum Catalogus mox erit obuius: Quatuor inter alios hac noſtra ætate ſtrauerunt viam ad ea quæ vocantur Prolegomena huius viri Sancti Iob. Itaque non ſine fructu erunt prælegendi.

Et primò Sixtus Senenſis in primo libro Sanctæ Bibliothecæ in verbo Iob, & in eodē libro poſt viginti paginas, vbi agit de Appendicibus ad Iob, libro autem octauo hæreſi decima oppugnat, & diluit hæreſes eorum, qui Hiſtoriam libri Iob mentiti ſunt fuiſſe confictam, Talmudici, Anabaptiſtæ, Lutherus, & aliæ eiuſmodi quiſquiliæ.

Deinde Io. Paulus Comitolus, qui Prolegomena præfixit Catenæ Patrum in Iob à ſe in Latinum conuerſæ. Nimirum agit è quo genere, quaúe claſſe Sacrorum librorum ſit Iobi liber. Qui locus ſit ei tribuendus. Sit ne totus Canonicus. Deinde num Iob ſit auctor huius libri, quoúe tempore, ac quibuſnam de cauſſis ſcriptus. Quonam item Sermonis genere, quaúe ſpecie Orationis ſolutæ an Poeticæ. Parabola ne ſit, an Hiſtoria aduerſus Iudæos. De Iobi nomine, Genere, Origene ac Stirpe, De vitę cōditione, ac dignitate. Quot in partes Iobi liber tribuatur, & quæ ſit cuiuſque Partis propria Hypoteſis. In omni concertatione, quæ inter Iobum, & amicos verſata eſt, nihil eſſe ab Iobo, ſed ab amicis multa peccata. Iobi quæ videntur execrationes eſſe ſanctas. Cur Iobi virtutem Deus tot ærumnarum machinis tentari voluerit. Quanam ætate Iobus bonorum omnium naufragium ſubierit, quamdiu in eo vitam egerit.

Deinceps Alphonſus Salmeron, & ipſe Theologus Societatis noſtræ Canon. 24. Prolegomeno Decimo, De ſenſu litterali Scripturæ Sacræ. Qui poſtquam attigit cauſſas obſcuritatis huius libri, De ijſdem, quæ Comitolus, licet non eodem ordine agit.

Denique Ioannes de Pineda copioſius, quam reliqui in Præfatione ſuorum Commētariorum in Iob, capitibus decem.

Georgius autem Ederus in ſua Oeconomia Partitionem huius libri ponit ob oculos dilucidè, ac breuiter.

Atqui & Polychronij Argumentum in Iob, & obſcuritatis, quæ in ſacris litteris ineſt, decem cauſſæ ex ijs, quæ in Iobum Polychronius eſt elucubratus, erutæ, & Fragmenta quædam Olympiodori de Argumento libri Iob à Comitolo ante Commentarium catenæ præponuntur, quæ ad hæc, quæ diximus, pertinent.

## *Scriptores Græci in Iob.*

Dionyſius Areopagita. Clemens. Origenes. Didymus. Euagrius. Baſilus. Gregorius

Nazianzenus. Athanaſius. Cyrillus. Methodius. Apollinarius. Theophilus Alexandricus. Iſidorus. Euſebius Cæſarienſis. Polychronius. Ephræm. Nilus. Alexander. Iulius. Iulianus. Seuerus, Seuerianus. Olympiodorus. Diaconus qui ex his omnibus Catenam confecit, quæ ab ipſo, de quo diximus, Paulo Comitolo in Latinum conuerſa edita eſt Venetijs apud Iolitos an. 1587. Nam quæ ſub eiuſdem nomine prodierat antea Lugduni in Gallia, hanc non agnouit pro ſua; quippe ab alio non ſyncerè emiſſam.

At in alijs quibuſdam Catenæ huius Codicibus m.s. (licet ſuperior ſit vberior, quæ & ab Antonio Card. Caraffa Comitolo ſuppeditata fuit) reperiuntur Gregorius Nyſſenus. Io. Chryſoſtomus. Dionyſius Alexandrinus. Nicetas. Anepigraphus quidam, & Theodorus Mopſueſtiæ, & quidem alio cum reliquis ordine collocati, apparet varios fuiſſe coagmentatores eiuſdem catenæ. Cuius tamen in primis Auctor eſſe exiſtimatur Olympiodorus. Quo autem vniuſcuiuſque m. s. Codicis Catenæ ordine poſiti ſunt explicatores. Vide ſequentia.

## *Doctorum, è quorum explanationibus multiformes Catenæ in Sanctiſſimum Iobum conſtant, multiplex enumeratio.*

### *Catena Antonij Caraffæ Cardinis explanatores.*

1 Dionyſius Areopagita.
2 Clemens.
3 Origenes.
4 Didymus.
5 Euagrius.
6 Baſilius.
7 Gregorius Nazianzenus.
8 Athanaſius.
9 Chryſoſtomus.
10 Cyrillus.
11 Methodius.
12 Apollinarius.
13 Theophilus Alexandrinus.
14 Iſidorus.
15 Euſebius Cæſarienſis.
16 Polychronius.
17 Ephræm.
18 Nilus.
19 Alexander.
20 Iulius.
21 Iulianus.
22 Seuerus.
23 Seuerianus.
24 Olympiodorus diaconus. Quem huius Catenæ auctorem certò credimus.

### *Catena Vaticana vetuſtioris, & cuiuſdam alterius recentioris explicatores.*

1 Olimpiodorus.
2 Ioannes Chryſoſtomus.
3 Euagrius.
4 Dionyſius Areopagita.
5 Gregorius Theologus.
6 Baſilius.
7 Gregorius Nyſſenus.
8 Theodorus Mopſueſtiæ.
9 Polychronius Apameæ Epiſcopus.
10 Dydimus.
11 Origenes.
12 Iulianus.
13 Clemens.
14 Apollinarius.
15 Theophilus Alexandrinus.
16 Seuerus Epiſcopus Antiochenus.
17 Methodius.
18 Cyrillus Alexandrinus.

### *Petri Galeſinij Protonotarij Apoſtolici alius Codex, in quo ſequentes ſequenti ordine.*

1 Polychronius.
2 Olympiodorus.
3 Chryſoſtomus.
4 Baſilius.
5 Iulianus.
6 Origenes.
7 Didymus.
8 Clemens.
9 Euagrius.
10 Seuerus.
11 Cyrillus.
12 Methodius.

### *Petri Triuiſani Patricij Veneti, Abbatis Codex.*

1 Olympiodorus.
2 Chryſoſtomus.
3 Niceta.
4 Polychronius.
5 Iulianus.
6 Dionyſius.
7 Didymus.
8 Origenes.
9 Baſilius.
10 Ephraem.
11 Euagrius.
12 Seuerus.
13 Nilus.

14 Athanaſius.
15 Apollinarius.
16 Iſidorus.
17 Methodius.
18 Gregorius Theologus.
19 N.
20 Cyrillus.
21 Gregorius Nyſſenus.

*Ioannis à Sancto Andrea, Canonici Pariſienſis Codex.*

1 Anepigraphus, ſeu carens nómine.
2 Apollinarius.
3 Athanaſius.
4 Baſilius.
5 Chryſoſtomus.
6 Clemens.
7 Cyrillus.
8 Dydimus.
9 Dionyſius Alexandrinus.
10 Ephræm.
11 Euagrius.
12 Gregorius Nyſſenus.
13 Gregorius Theologus.
14 Iſidorus.
15 Iulianus.
16 Methodius Sidenſis.
17 Nicetas.
18 Olympiodorus.
19 Origenes.
20 Polychronius.
21 Seuerus.

*Ioannis Vincentij Pinelli, Codex.*

1 Apollinarius.
2 Baſilius.
3 Gregorius Theologus.
4 Gregorius Nyſſenus.
5 Didymus.
6 Dionyſius Areopagita.
7 Euſebius Cæſarienſis.
8 Euagrius.
9 Theodorus Mopſueſtiæ.
10 Theophilus.
11 Ioannes Chryſoſtomus.
12 Iulianus.
13 Olympiodorus.
14 Cyrillus Alexandrinus.
15 Polychronius.
16 Origenes.
17 Seuerus Epiſcopus Antiochiæ.
18 Methodius Sidæ.

*Marci Fagnani Patricij Mediolanenſis; Catena quæ in eius domo ipſos quingentos annos aſſeruatur.*

1 Chryſoſtomus.
2 Dionyſius Areopagita.
3 Olympiodorus Diaconus.
4 Baſilius.
5 Gregorius Nazianzenus.
6 Polychronius Epiſcopus Apameæ.
7 Dionyſius.
8 Origenes.
9 Apollinarius.
10 Iulianus Diaconus Antiochenus.
11 Clemens.
12 Euagrius.
13 Theophilus Epiſcopus Alexandrinus.
14 Seuerus Epiſcopus Antiochenus.
15 Theodoretus.
16 Methodius.
17 Cyrillus Alexandrinus.

*Quæ in Saulia Bibliotheca extat Genuæ Catena.*

1 Dionyſius.
2 Didymus.
3 Methodius.
4 Baſilius.
5 Ahanaſius.
6 Alexander Cappadociæ.
7 Apollinarius.
8 Chryſoſtomus.
9 Cyrillus.
10 Gregorius Theologus.
11 Euagrius.
12 Ephræm.
13 Iulius.
14 Iulianus.
15 Nilus.
16 Olimpiodorus.
17 Polychronius.
18 Seuerus.

*In Franciſci Barroccij Catalogo, hi erant.*

1 Chryſoſtomus.
2 Olympiodorus.
3 Didymus.
4 Baſilius.
5 Athanaſius.
6 Polychronius.
7 Dionyſius.
8 Gregorius.
9 Apollinarius.
10 Olyſſius.
11 Clemens.
12 Ephræm.
13 Iulianus.
14 Euagrius.
15 Seuerus.
16 Seuerianus.
17 Cyrillus.



Digitized by Google

18 Iſidorus.
19 Nilus.
20 Origenes.
21 Gregorius.
22 Methodius.
23 Theophylactus.
24 Euſebius.

*In Catena Alphonſi Salmeronis Theologi Societatis Ieſu.*

1 Chryſoſtomus.
2 Olympiodorus.
3 Polychronius.
4 Didymus.
5 Baſilius.
6 Athanaſius.
7 Gregorius Theologus.
8 Apollinarius.
9 Iulius.
10 Origenes.
11 Nilus.
12 Euagrius.
13 Dionyſius.
14 Seuerus.
15 Iſidorus.
16 Calius.
17 Methodius.
18 N.
19 Iulianus.
20 Gregorius Nyſſenus.
21 Cyrillus.

Ex hôc vario Indice liquet Catena Cardinalis Caraffæ nullam eſſe vberiorem: Nec non illud apparet, tam multiplicis coagmentationis non vnum fuiſſe opificem.

Porrò in Commentarijs in Iob, quæ Origeni tribuuntur emendauit aliqua loca Iacobus Billius c.8.primi libri Sacrarum obſeruationum, quæ ad calcem Epiſtolarum Iſidori Peluſiotæ ab ſe verſarum editæ ſunt Pariſijs an.1585.Multo autem plura loca repurgauit toto c.primo, libri ſecundi earundem Obſeruationum; quod caput eſt inſtar Notarum,ſiue Scholiorum.

## *Scriptores aliquot Latini in Iob.*

Ambroſius Mediolanenſis Epiſcopus. Gregorius Magnus. Ambroſibus Alexander. Conradus Halberſtatenſis. Cyprianus Montemartyr. Didacus Stunica Salmanticenſis Auguſtiniani Ord. cum eius editiône vulgata,Latina,Hebræa, Græca ſeptuaginta Interpretum,& Chaldæa. Franciſcus Titelmannus. Franciſcus Feuardentius in tria priora, & vltimum c.Hieronymus Sauonarola.at non Concio XIIII.incipiens, *Beatus vir, qui corripitur à Domino,* quoniam in Romano Indice meritò prohibita eſt. Hilarius Pictauienſis Ioannes Francfortius.Ioannes de Pineda,duobus vberrimis Tomis.Odo. Philippus Monachus.Richardus Ampolus. Simon Afflgimenſis. B. Thomas Aquinas. Nicolaus autem de Lyra,& Gloſſo interlinearis,& quicumque in vniuerſam Scripturam elaborarunt, & ipſe adeo noſter Emanuel Sà,licet breuiter.

IOCELINVS Brachelone, Anglus, Monachus Ordin. D. Benedicti, vitam Beati Roberti martyris,Chronicon ſui Cœnobij, De electione item Hugonis, ſcripſit. Viuebat an.1214.

IODOCVS Badius Aſcenſius, Gandenſis, præter valde multa, quæ edidit ſiue in Poetas ethnicos,ſiue ſpectantia ad Hiſtoricos,& ad alia ſtudia litterarum humaniorum,ſcripſit in Pſalterium Beatiſs.Virginis Sapphicis carminibus. Annotationes in Euangelicam Ioannis Hiſtoriam,quæ olim excuſa fuit Baſileę à Vueſtemero,vna cũ Cœli Sedulij Poematibus.Commentarios in Opera Baptiſtæ Mantuani. In Philippi Beroaldi Næniam De Paſſione Domini. Vincentium de Nouocaſtro. Syluas morales cum ex Baptiſta Mantuano,& Sulpitio de moribus,tum è Poetis ethnicis. Viuebat adhuc an.1495. quo de eo Tritemius ſcribebat.

IODOCVS, ſiue *Iudocus,* Beyſſelius, Aquiſgrani in Germania natus, idemque patricius,& I.V.C.eruditiſſimus, vt eius amicus Tritemius in Catalogo illuſtrium virorum teſtatur, ſcripſit Librum,quem prænotauit, *Epitoma Stimuli Amoris,* quod alij inſcriptum aiunt fuiſſe, *Stimulum Diuini Amoris.* Alterum cui titulus, *Roſarium de Sanctiſſimo Altaris Sacramento.* Alium De Roſacea Beatiſſimæ Virginis Corona. Alium de Roſarij myſterijs. Alium, Roſarium metricum. Ad Tritemium (quod hic ipſe fatetur) Roſarium carmine elegiaco De Sanctiſs.Matre Anna.Dialogum(ait Tritemius)pulcherrimum. De optimo genere Muſicorum.Librum De Chriſtiano ambitu. Geſta quoque Flandrenſium inceperat ſcribere,ſed catenus abſoluere diſtentus alijs negocijs nequiuerat. Orationes etiam & varias,& elegantiſſimas(idem inquit Tritemius) ſcripſiſſe dicitur. Epigrammata quoque multa, & diuerſi generis carmina complura. *Epiſtolas* (ſubdit Tritemius) *tam ad me,*

*quàm ad alios ornatiſsimas penè innumerabiles dedit.* Viuebat adhuc Aquiſgrani an. quo hæc ſcribebat Tritemius 1495.

IODOCVS, ſiue Iudocus, Clichtouens, Neoportuenſis, Gallus, & Carnutenſis Eccleſiæ in Gallia Canonicus, Theologus, ſcripſit In Ioannem Damaſcenum Commentaria.

Collegit verò ex Chryſoſtomo, & Auguſtano explanationis in Euangelium Ioannis libros quatuor, eoſque inſeruit cōmentarijs Cyrilli Alexandri Archiepiſcopi, vt ex duodecim libris, quos B. ille Pater ſcripſerat in Ioannem, quatuor intermedios, qui interierant, ſuppleret, hoc eſt, Quintum, Sextum, Septimum, Octauum; in quibus Ex Euangelio Ioannis enarrat ab eo loco ſeptimi capitis. *Dicebant ergo quidam ex Hieroſolymis. Nonne hic eſt, quem quærunt interficere?* vſque ad ea verba duodecimi capitis: *Si quis audierit verba mea, & non cuſtodierit.* Scripſit item

Homilias de Tempore, ac de Sanctis, per totum annum. Colon. apud Eucharium Ceruicornum an. 1541. & ibidem apud Quentelium, & apud Maternum Cholinum, an. 1572. emendatiores.

In Hymnos, & Proſas. Venetijs ad ſignum Spei, an. 1555.

Propugnaculum Eccleſiæ contra Lutheranos.

Commentarium, quem inſcripſit, Antilutherum.

De Sanctiſſimo Sacramento Euchariſtiæ contra Ioannē Oecolampadium. Qui liber Pariſijs prodijt an. 1568.

Improbationem quorumdam articulorum Lutheri.

De puritate Conceptionis Beatiſſimæ Virginis: ac de eius dolore in Paſſione Filij ſui, ac De Aſſumptione eiuſdem, Pariſijs ann. 1513. apud Henricum Stephanum, non quidem alterum illum, qui noſtra ætate in hæreſi eſt mortuus.

De veneratione Sanctorum.

De myſtica numerorum ſignificatione.

De vita, & moribus Sacerdotum, qui liber ann. quoque 1604. editus eſt Conſtantiæ in Germania.

De neceſſitate peccati Adæ.

De laude monaſticæ Religionis.

De dignitate Annunciationis B. Virginis.

De ieiunio.

De Miſſæ Sacrificio.

De laudibus SS. Ludouici, & Cæciliæ.

De laudibus trium antiquorum Patrum.

Compendium Veritatis.

Decreta Concilij Senonenſis.

De Bello, & Pace.

De Regis officio.

Quæ duo Opuſcula olim Pariſijs, hoc eſt an. 1519. prodierunt vnà cum libello De vita, & moribus Epiſcoporum, & aliorum Prælatorum: ante quæ Opuſcula omnia, præfixa eſt Epiſtola copioſa Nicolai Papæ primi. Hæc verò excuſa fuerunt ab Henrico Stephano illo, qui Catholicus fuit, non autem ab altero, qui (vt diximus) extra Eccleſiæ caſtra hæreticus obijt.

De doctrina moriendi. Quæ opera pleraque omnia Pariſijs excuſa ſunt apud Ioannem Colinæum.

Atqui & laborauerat in humanioribus, ac philoſophicis Studijs, vt neque dedignatus ſit in Auguſtini Dathi elegantias Commentarium edere. Et vero ſcripſit quoque

Introductionem in Arithmeticam Seuer. Boetij.

Compendium de praxi numerandi.

Librum De vera Nobilitate.

Scholia in Paraphraſim Rhetorices.

In libros Metaphyſices Ariſtotelis.

In Theorica Planetarum.

Artem ſupputandi tam per calculos, quàm per notas Arithmeticas.

Introductiones in ſingulas Dialecticæ partes.

Scholia in Paraphraſes Fabri Stapulenſis ſuper Ariſtotelis totam fermè naturalem Philoſophiam. Pariſijs an. 1533.

Obijt apud Celtas, Canonicus Carnutenſis, Patrimonium penè vniuerſum ciuibus alendis in ſtudijs, teſtamenti tabulis legauit. Vixit circa annum 1524.

IODOCVS Coccius (non ille Cok, ſiue Cocus, qui in Romano Indice prohibitus eſt) Bileueldianus, & Canonicus Iuliacenſis Antiquitatis Eccleſiæ ſolers indagator, linguarū trium peritus, cum ab ineunte ætate incidiſſet in præceptores Lutheranos, & adhuc iuuenis in eiuſmodi hæreticorum Academijs verſatus vidiſſet inter ſeſe digladiantes hæreticos, veniens Coloniam Agrippinam, vbi catholica publicè doctrina tradebatur, ad Patrū antiquorum dogmata ſcrutanda applicuit animum. Quamobrem in fide Catholica cōfirmatus, incenſus eſt vniuerſas de controuerſijs quæſtionibus materias ex ipſis fontibus Patrum ab Apoſtolorum tempore vſque ad noſtram ætatem colligere, nouatores autem refellendos, ſerie ſeruata temporum, quibus quiſq; vixiſſet, in lucem emittere. Magno itaque labore, volutatis Scriptoribus, ſpatio vigintiquatuor annorum Opus conſcripſit,



Digitized by Google

ſiue digeſſit, quod inſcriptum eſt, Theſaurus Catholicus, qui ann. 1599. Coloniæ poſt eius mortem prodijt ex Typographia Arnoldi Quentelij.

*Duorum autem Tomorum, in quos diſtributus eſt, Primus continet.*

Lib. 1 De Deo, & Sanctiſſ. Trinitate.
2 De Chriſto Saluatore.
3 De Deipara Virgine Maria.
4 De Angelis.
5 De Sanctis Eccleſiæ.
6 De Sacris Scripturis Eccleſiæ.
7 De Hierarchia Eccleſiæ, & Sũmo Pont.
8 De ſignis Eccleſiæ.

*Tomus autem Secundus hæc habet.*

Lib. 1 De Natura hominis.
2 De Peccato hominis.
3 De Iuſtificatione hominis.
4 De Vita Monaſtica.
5 De Sacramentis Baptiſmi, & Confirmatione.
6 De Euchariſtia.
7 De Pœnitentia, & Extrema vnctione.
8 De Ordine.
9 De Matrimonio.
10 De Quattuor hominis nouiſſimis.

Atqui Opus hoc, quamuis initio, ſiue prima fronte videri poſſit agere, quod alij, inter quos inprimis Card. Bellarminus, & quidem accuratius, & doctius egit, vtiliſſimũ tamen eſt cum ad lucrandam iacturam temporis, quæ fieret in verſandis auctoribus ipſis, tum ad veritatem noſcendam, cum quas affert auctoritates, eæ vberius afferantur, quàm fiat ab alijs. At & vix cuiquam licet eam habere Bibliothecam, vnde tantam poſſit omnium ſeculorum aſſequi notitiam. Et in generalibus Synodis certe iuuaret maximè.

Iodocvs Damhouderius, Brugenſis I. C. ſcripſit Parenæſes Chriſtianas, ſiue locos communes ex vtroque Teſtamento deſumptas ad omnium hominum captum. Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum, ann. 1571. & Venetijs anno 1572. apud hæredes Seſſæ. Pupillorum Patrocinium, item Subhaſtationum Epexegeſim, Venetijs ann. 1572. Enchiridion rerum Criminalium, vulgò Practicam, Lugduni ann. 155. Praxim rerum Ciuilium, Venetijs ann. 1568. Declamationem in laudem Hiſpanorum Negotiatorum, Louanij ann. 1558. apud Stephanum Valerium.

Iodocvs Gallus, Rubeaquenſis, (Tritemio Rubiacenſis) Sacræ Theologiæ Doctor, ac Spirenſis Eccleſiæ Antiſtes, ſcripſit

De cognitione ſui ipſius, lib. 2.
De tentatione carnis, mundi, & Satanæ, lib. 3.
Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis.
Sermones Quadrageſimales.
Orationes de fide, confeſſione, ac martyrio S. Catharinæ.
De Natiuitate Chriſti.
De miſſione ac officio Spiritus Sancti.
De Baptiſmo Ioannis & Chriſti.
De annunciatione Dominica.
Orationes habitas in Academia Heidelbergenſi.
Orationes ad Clerum Spirenſem, ac Vvormacienſem 6.
Dialogum de Purificatione Beatiſſ. Mariæ Virginis Moguntiæ excuſum.

De arte memoratiua librum, impreſſum, cum imaginibus, & epigrammata diuerſo carminis genere multa, quæ cum alijs eius lucubrationibus manuſcriptis partim apud Rubeaquenſes in Fratrum Minorum Bibliotheca, partim ab hæredibus eius ſeruantur. Eiuſdem in ſphæram Iacobi Vvimpfelingi præfatio impreſſa eſt Heidelbergæ, ann. 1486. claruit apud Spirenſes, ann. 1516. quo etiam in Domino obdormiuit.

Iodocvs Heſſus, Germanus, Prior Cartuſiæ Erfordienſis in Germania, Poema ſcripſit Carmine Heroico ſat grande, De origine Ordinis Cartuſiani, & pleraſque de pijs rebus Orationes.

Iodocvs Lorichius Theologus, & Profeſſor in Academia Friburgenſi, Euãgelium, hoc eſt, De vi, natura, & ſcopo Euangelij Ieſu Chriſti, ſcripſit Aduerſus temerariam, ſtultamque inſtantiam eorum, qui ſe hodie nominant Euangelicos. Ingolſtadij ann. 1580. Extat verò Catenula præcipuorum Articulorum fidei Chriſtianæ ac Religionis. Cui acceſſit methodus Iuſtificationis. Coloniæ apud Maternum Cholinum, ann. 1576.
Defenſio apologiæ, De adoratione, & eius ſpeciebus, aduerſus Hyperaſpiſten, & ſpongiam Diſputationis de precatione è Schola Tubingenſi. Ingolſtadij ann. 1577.
De vera & falſa libertate credendi demonſtratio. Ibid ann. 1577.
De traditionibus Eccleſiaſticis, & voluntario Dei cultu, in genere, aduerſus duo paradoxa Hæreticorum noſtri temporis, ſcilicet: *Nihil eſſe & credendum, & obſeruandum, quod*

*non ſit in Scripturis Sanctis expreſſè cum præſcriptum, tum præceptum.* Ibidem apud Sartorium, ann. 1580.

Diſputatio de vſu Imaginum in Eccleſia Dei. Coloniæ apud Maternum Cholinum, anno 1587.

Cura corporis humani pia atque ſalubris, pro clericis, alijſque pijs omnibus è Sacra primum Scriptura, eiuſque interpretibus Sanctorum Patribus: deinde & ex Scripturis alijs Sacris: vnà cum vtriuſque generis exemplis collecta. Ingolſtadij apud Vvolfangum Ederum ann. 1587.

De perfectione vitæ Chriſtianæ Tractatus ab eodem Latinè redditus. Friburgi Briſgoiæ apud Martinum Boeckler, ann. 1599.

Loci communes, quibus Religioſi vtriuſque ſexus, & omnes ij, qui Chriſto nomina dederunt, ad vitam benè beateque inſtituendam, commodè & maximo cum pietatis fructu, vti poſſunt. Monachij apud Adamum Berg, ann. 1589.

Speculi vitæ humanæ Synopſis, ex Tractatu Roderici Zamorēſis, & Calaguritani Epiſcopi de eodem argumento perſcripto, collecta. Monachij apud Adamum Berg, an. 1589.

Diſputatio de ceremonijs Eccleſiaſticis in genere. Ingolſtadij ann. 1590.

Confeſſio articulorum Chriſtianæ fidei ex libris D. Auguſtini. Germanicè. Coloniæ apud Maternum Cholinum, ann. 1582.

Catholica Inſtitutio De interceſſione, & peregrinationibus ad Sanctos, Germanicè. Coloniæ ann. 1582.

Libellus Precationum ex officio Beatiſſimæ Virginis Reformato, anno 1598. Friburgi Briſgoiæ.

Fortalitium fidei ac religionis Catholicæ aduerſus hęreſes horum temporum. Rotiveilę apud Ioannem Straſz & Andream Buchſtab. ann. 1605.

IODOCVS, à Meggen, patricius Lucernas ſcripſit ſuam Peregrinationem in Syriam, & ad Vrbem Hieroſolymam quæ Dilingæ prodijt ann. 1579.

IODOCVS Rauenſtenius Toleto Oppido, quod eius Prouinciæ vmbilicum penè obtinet, oriundus, Sacra ſtudia in maiore Theologorum Collegio Louanij proſequens, ibidem diu Oeconomiam adminiſtrauit, Doctoris autem Theologi titulum adeptus, Collegij Hauterlæi Præſes, & Academiæ Curator, ſeu Priuilegiorum conſeruator cōſtitutus, honeſtis Sacerdotijs Præpoſitura Vvalcurienſi in agro Gallo Brabantiæ, Canonica dignitate Louanij ornatus, ſcripſit.

Defenſionis Decretorum Concilij Tridentini aduerſus examē Martini Chemnicij, partem primam. Louanij apud Petrum Zangrium, ann. 1568. & Coloniæ apud Antonium Hierat, cum hac prænotatione Propugnaculum Concilij Trid. cōtra Examen Chemnicij, ann. 1607.

Confutationem Confeſſionis, quæ edita fuit à Miniſtris, qui in Eccleſiam Antuerpienſem irrepſerunt, & Auguſtanæ Confeſſioni adhærent. Ibidem ann. 1568.

Apologiam confutationis profanæ Confeſſionis, quam Antuerpienſem vocant, contra Matthiæ Flacci Illyrici cauillationes. Ibidem apud eundem ann. 1568.

Apologiam Decretorum Concilij Tridentini, de Sacramentis aduerſus Cēſuras, & Examen Martini Chemnicij, partem alteram. ibid. apud eundem ann. 1570.

IOEL, hoc eſt *incipiens*, aut *Domini deſcenſus*, filius *Phatuel*, quæ vox deſignat *latitudinem*, ſiue *oſtium Dei*, è tribu Ruben prophetauit in diebus Oſee, Ionathan, & Achab, & Ezechiæ Regum Iuda, alijs verò tempore Ioram Regis, filio Achab Regis, ad tribum ipſam Iuda, inprimis, atque ad Hieruſalem. Ea Prophetia tribus contenta capitibus Diuinam Comminationem, atque futuram famem; poſtea verò promiſſionem Regni Chriſti Domini, & effuſionem Spiritus Sancti in ſeruos, & ſeruas Dei; denique futurum iudicium, quare & hortatur ad pœnitentiam. Is demum in agro Bethoron (qui alijs eſt *Bethar*, ſiue *Bethor*) vnde fuerat oriundus, obdormiuit in Domino, ſepultuſque eſt honorificè, circa annum iuxta putationem Sixti Senenſis ter milleſimum quinquageſimum ab Orbe condito; ante Chriſtum verò natum, nongenteſimum octauum.

### *Scripſerunt autem in Ioelem Prophetam.*

Omnes ij, quos alibi oſtendimus Diuinam Scripturam Commentarijs, ſiue Gloſſis, ſiue Notationibus expoſuiſſe.

Cyrillus. Hugo. Victorinus. Ruffinus. Paraphraſis Chaldaica, & emendata Franciſci Vatabili. Tabula item Georgij Ederi in eius Oeconomia. Paulus à Palatio. Franciſcus Ribera.



Digitized by Google

Vide verò Epiphanium in Prologo de Prophetis. Heſychium presbyterum Hieroſolymitanum in Seriem duodecim Prophetarum, & Eſaiæ, ac Danielis, vbi quàm breuiſſimè loca etiam quædam illorum difficiliora explanat. Synopticam hiſtoriam De vita, & obitu Prophetarum, ab incerto Auctore conſcriptam. hæc verò prodijt ex Auguſtano codice vnà cum Adriani Iſagoge Sacrarum litterarum.

IONAS Abbas, ſcripſit vitam S. Vulframi Epiſcopi. Viuebat ann. 729.

IONAS, Aurelianenſis Epiſcopus, libros tres ſcripſit De cultu Imaginum ad Carolum Caluum, aduerſus hæreſim Claudij Taurinenſis Epiſcopi, ante annos ſeptingētos, Imperatore Ludouico Pio, Caroli Magni F. quorum Præfatio ſic incipit, *Dilecto Carolo inclyto Regi, &c.* Opuſculum autem hoc Iconomachorum impetus omnes frangit. Extat in Bibl. SS. PP. To. 4. Margarini Bignæi. præterquam quòd ſeparatim prodijt Coloniæ ann. 1554. & Antuerpiæ apud Plantinum.

IONAS Scotus, Monachus, & Abbas Monaſterij, & Congreg. Luxouienſis, S. Columbani diſcipulus, ſcripſit vitas SS. Columbani, Attalæ, Euſtathij (alijs *Euſtaſij*) & Bertulphi Abbatum, & D. Columbani ſucceſſorum, quæ excuſæ ſunt in vitis Sanctorum Surij, manifeſto eorum errore, qui eas Bedæ Tom. 3. tamquam huius ipſius fœtum aſcripſerunt. Vixit ann. 630. Trit. Sigeb. in Catal. c. 61. Baron. Card. Annal. To. 8.

IONAS Propheta, cuius nomen (vt habet Theophylacti Fragmentum in eundem ex Auguſtana Bibliotheca vnà cum Adriani Iſagoge Græcè excuſum) deſignat ὑψίστου πονοῦντος τὴν περιστερὰν, hoc eſt *Altiſſimi laborantis Columbam*, fuit filius Anathot Prophetæ ex regione Opher, ex Viculo Geth, qui temporibus Hieronymi Diocæſarea vocabatur, ſecūdo à Sephorim milliario verſus Tyberiadem ſitus in tribu Aſer. hunc tamen Epiphanius tradit natum in Gath, ſeu in Chauathamaum, in tribu Dan, haud longè ab Azoto vrbe Palæſtinorum, mari vicina, fuiſſeque filium Viduæ Sareptanæ, quem Helias propheta in Sarepta Sidoniæ mortuum ſuſcitauit, matre poſtea dicente ad eum, Nunc cognoui, quia vir Dei es tu, & veritas in ore tuo: & ob hanc cauſam puerum vocatum filium Amithai, hoc eſt veritatis, eo quòd verum dicente Helia propheta, iterum in hanc lucem editus ſit. Hic cum ad virilem ętatem perueniſſet, prophetauit primum de reſtitutione Damaſci, & Hemath, & terminorum regni Iſraelitici facta per Hieroboam Regem Iſrael: deinde miſſus in Niniuem Aſſyriorum metropolim, iuxta Lycum fluuium à Nino rege conditam Vrbem ſua prædicatione ad pœnitentiam conuertit: & hanc hiſtoriam, in qua mors, & Reſurrectio Chriſti figuratur, exiguo libello mandauit. Vixit temporibus Oſeæ, Amos, & Eſaiæ: & mortuus eſt in terra Saar, ibidemque ſepultus in ſpecu Cenefæi iudicis, circiter annum ab Orbe condito ter milleſimum ducenteſimum quadrageſimum. 3. Reg. 14.

Scripſerunt autem in Ionam Prophetam quicumque Gloſſis, Notationibus, Paraphraſibus, Commentarijs D. Scripturarum explanarunt.

Deinde item Hieronymus, Ioann. Chryſoſtomus, Theophylactus, Gulielmus Pepin. Catardus, Paulus à Palatio, Franciſcus Ribera. Vide Tabulam Georgij Ederi 228. in eius Oeconomia.

De Hedera verò Ionæ, ſiue cucurbita Ionæ 4. c. Vide quæ D. Hieronymus præter illa, quæ contra Ruffinum ſcripſit in ipſis ad Ionam Commentarijs, reſcripſit ad tertiam Auguſtini ad ſe ſcriptam Epiſtolam.

IONATHAS Hebræus, Epiſtolam ſcripſit ad Spartiatas. Quæ extat in Ioſephi libris Antiquitatum Iudaicarum.

IONATHAS alter fuit, cui Iudæi aſcribunt Targum, hoc eſt Chaldaicam Paraphraſim in Pentateuchum, & in Priores, ac Poſteriores Prophetas; Sanè verò cum Sixtus Senenſis de Syra editione, lib. 4. Bibliothecæ Sanctæ egerit, ſubdit hæc verba. Iacobus Epiſcopus Chriſtopolitanus aſſerit auctorem tranſlationis huius fuiſſe Ionatham Abenuziel Iudęū, qui anno primo & vigeſimo Octauij Auguſti, hoc eſt, anno ante Chriſtum natum 21. trāſtulit totum vetus inſtrumentum in linguam Chaldaicam, ſiue Syram, ſenſum magis de ſenſu, quàm verbum de verbo exprimens. Narrat item in expoſitione Pſalmi 20. idem Epiſcopus hunc Ionathan in ſua Targum multa de Chriſti Diuinitate, ac de Sancta Trinitate myſteria explicaſſe, veluti in editione Pſalmi ſecundi: in quo dum paraphraſticè illuſtraret ſententiam illam. *Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te, &c.* ita ſcripſit: Duo Hi, Pater & Filius, tres ſunt in vna tertia perſona, nimirum Spiritu ſancto: & hi tres vnum ſunt, vna, inquam, Subſtantia, vna Eſſentia, & vnus Deus. Quæ dum Ionathas literis mandaret, repentè vox ad eum de cœlo allata eſt, inquiens: quis eſt iſte qui audet ſecreta mea gentibus reuelare? Tum Ionathas, Ego, inquit, domine ob reuerentiā, & gloriam nominis tui hoc tentare auſus ſum. Hæc Epiſcopus Chriſtopolitanus, quæ an ita ſe

habeant,alijs inquirendum relinquo. Planè conſtat,verba hæc non haberi in Chaldaica Pſalmorum interpretatione,quæ nunc circumferũtur. Iudæi tradũt Targum à tribus peritiſſimis Rabbinis conditam,Onkelo,Ionatha, & Ioſepho,ex quibus Onkelos Pẽtateuchum ſolum vertit:Ionatas Pentateuchum, & Prophetas priores, ac poſteriores; Ioſeph verò Pſalmos,Prouerbia,Iob,Eccleſiaſten,Ruth,& Eſther; Franciſcus Xymenius Cardinalis in præfatione æditionis Complutenſis, docet hanc tranſlationem Chaldaicam in ſolis quinque libris Moſis fideliter Hebraicæ veritati reſpondere, in cæteris autem Diuinis voluminibus corruptam eſſe,& in multis locis conſperſam meris fabulis, & Thalmudiſtarum nugis. Vide autem quæ de Ionatha ſcribit Galatinus lib. 1. c. 3.

IORDANVS,qui *ad Iordanem flumen in Palæſtina Baptiſmum ſuſcepit*, Ord. Prædicatorum, à B.Dominico primus eiuſdem Ordinis Magiſter Generalis, ſcripſit De Inſtitutione Ordinis ſui.Hortatorias item Epiſtolas ad ſuos Fratres.Et Sermones ad populum.Vide Ferdinandi Ord. Prædicatorum Centuriam primam Hiſtoriæ Dominicanorum: in qua de illo ſcribuntur eximia.

IORDANVS de Saxonia,Quintelimburginatus, Ordinis Diui Auguſtini. Vir magnæ ſanctitatis,qui vixit circa annum 1389. ſcripſit.

In Apocalypſim Diui Ioannis. Tractatum de Paſſione Domini 234. Theorematibus. Qui incipit, *Aſpice,& fac ſecundum exemplar.*

Sermones de Sanctis. Quorum initium, *Dan catulus Leonis.* Pariſijs olim excuſos apud Damianum Hichman,& illos quidem probè diſpoſitos, ac vberis eruditionis plenos.

Sermones item De Tempore, *Iordani ripas aluei.* impreſſos Argentinæ anno 1483.

Quadrageſimale. Quæſtiones varias. Vitas Fratrum. *Spiritualis pulchritudinis.* Vitam S. Monicæ. Apologiam Ord. ſui. Serm. autem ipſius Dominicales m. s. ipſe vidi Parauij apud Eremit.

At & alius omnibus Euangelica conſilia ſequentibus vtiliſſimus liber eiuſdem Auctoris extabat Balneoregij m. s. Quem Auguſtinus Fiuizanus, Auguſtinianus, & Apoſtolici Palatij Sacriſta,cum fuiſſet aſſecutus, Italicè abs ſe redditum Romæ emiſit apud Ioannem Martinellum, ann. 1586. deinceps autem Latinum vnà cum Notis M. Antonij Maffæ Salernitani V. C.& Abbatis.

Agitur autem in eo De quattuor Communionibus, quæ ſunt neceſſariæ profitentibus Monaſticam Vitam.Deque Origine, ac Progreſſu eiuſdem Ordinis, Diuique Auguſtini Regula exponitur. Communiones autem illas vocat Localem, Spiritualem, Temporalem,Proportionalem.

Graue porrò de B. iſto Auctores teſtimonium reddidere Ioannes Tritemius. Abrahamus Schedel.Iacobus Bergomas,lib.14.Supplementum Chronicorum. Epiſcopus Signinus in Chronico Ordinis.

IOSEPHVS,qui Librum ſcripſit De Vniuerſo.Vide infra in verbo,Ioſephus Iudæus.

IOSEPHVS Aueta,Andrius,Apulus, Ord. Minorum, Vitam & miracula S.Franciſci Decem libris diſtinctam metro Latino cecinit.

IOSEPHVS Acoſta,Hiſpanus, Societatis Ieſu, Theologus, quique inter labores alios Occidentalem Indiam & peragrauit, & Prouincialis in America adminiſtrauit, ſcripſit De quattuor Temporibus Nouiſſimis,libros quattuor,quos Romæ emiſit ann. 1590. quique ann. 1592. Lugduni prodierunt apud Ioannem Baptiſtam Buyſſon.

De Chriſto reuelato,libros nouem,qui Lugduni apud eundem eodem anno; ſed & Romæ ann. 1592.

De Natura noui Orbis,ac De Promulgatione Euangelij apud Indos.

Quadrageſimale in Hiſpanijs,quod deinceps recuſum eſt in Italia cum alibi,tum à Ioanne Baptiſta Ciotto Venetijs ann. 1599. Dictio Latina eſt, ac ſine fuco. Doctrina fidei, & morum ſana,Poetica, hiſtorica, Philoſophica ſobriè admiſcuit. pleræque Conciones duplices,quin & triplices aliquæ ſunt.De Paſſione Domini in ſexta maioris hebdomadæ feria cur nullam ſcripſerit, Admonitione ad Lectores declarat,& Lectores denique allatis alijs rationibus,quibus conſtat qua ratione illa habenda ſit, amãdat ad octauum ſuum librum De Chriſto reuelato; in quo libro per capita quinquaginta quattuor, ſingula Paſſionis, & mortis Chriſti Domini myſteria Propheticis oraculis iuxta probatam Sanctorum Patrum intelligentiam adhibitis vel indicantur, vel etiam illuſtrantur. Conciones in reliquum annum.Obijt in Hiſpania,ann. 1599.

IOSEPHVS ſcripſit Enarrationem in martyrium Sanctorum Machabæorum. Extat in Vaticana Biblioth. hac Inſcriptione: *Μηνὶ αὐγούστῳ διήγησις Ἰωσίππου εἰς τὸ μαρτύριον τῶν ἁγίων μακκαβαίων.*

IOSE-

Iosephvs Angles, Valentinus, Ordinis Minorum, è Prouinciæ Sancti Iacobi, alumnus in Hiſpania, & Theologiæ Profeſſor, Epiſcopus Boſanenſis, ſcripſit Flores Theologicarum Quæſtionum in Quartum librum Sententiarum Magiſtri, duobus Voluminibus, ſiue Partibus, quorum primum Lugduni apud Stephanum Michaelem prodijt anno 1557. Vtrumque autem Antuerpiæ ann. 1584. & 1585. apud Bellerum. Denique item in Secundum, & Quartum Sententiarum Lugduni apud Adrianum Perier, an. 1587. ac Venetijs apud Ioan. Baptiſtam Vgolinum, ann. 1588.

Iosephvs Antiochenus, vetuſtiſſimus fertur fuiſſe Auctor, qui ſcripſerit Librum prænotatum, *Speculum perfectæ Militiæ Primitiuæ Eccleſiæ.* Vixit anno 130. Philippus Ribotus.

Iosephvs Bergomas, Mirandulanus, Congregationis Sancti Saluatoris præter pleraſque Epiſtolas datas ad Ioan. Picum Mirandulanum, & quædam ad humaniores litteras ſpectantia, ſcripſit Orationem De Ratione Chriſtianæ Reipublicæ quæ Venetijs edita fuit ann. 1550.

Iosephvs Confeſſor dictus ὁμολογητὸς Archiepiſcopus Theſſalonicenſis Orationem Græcè reliquit in venerandam, & viuificam Crucem, quæ cum ante hac (quòd ſciamus) numquam fuiſſet excuſa, à Iacobo Gretſero noſtro Græcè ex Bibliotheca Reipublicæ Auguſtanæ, & Latinè abs ſe verſa, inſerta fuit in eius Tomo ſecundo, De Cruce Chriſti. Arbitratur autem Gretſerus hunc Ioſephum fuiſſe illum, cuius meminit Cedrenus in Imperio Nicephori, fol. 293. & Zonaras in Imp. Michaelis Rangabis, fratrem Theodori Studitæ. Vide autem Notas eiuſdem Gretſeri ad eundem Tomum pag. 584. & 585. Vixiſſe exiſtimatur cũ Iconomachi in ſacras imagines graſſarentur, qui repullularunt ſub Leone Armeno.

Iosephvs Creſuellus, Anglus, & Theologus Societatis Ieſu, ſcripſit aduerſus litteras Cecilij eius, qui olim ſub Eliſabeta fuit Angliæ Cancellarius.

Iosephvs Falconius, ſiue à Falconibus, Carmelita, Theologiæ Profeſſor, ac Prior Placẽtini Cænobij in Ciſalpina Prouincia Italiæ, ſcripſit Sermones per Quadrageſimam. Chronicon Carmelitanorum, & alios Tractatus, quorum ſe vidiſſe complures aſſerit Petrus Lucius Carmelita. At nihil dum prodierat in lucem ann. 1592. Quo adhuc viuebat.

Iosephvs Gaucherius, Gallus, in Gallicam linguam conuertit Opuſcula, quæ Diui Auguſtini nomine feruntur. De Doctrina, & vita Chriſtiana. De Mundi Vanitate. De obedientia, & humilitate, denique De Scala Paradiſi. Pariſijs apud Ioannem Fauchettum, ann. 1542.

Ioseph Pamphilus, Veronenſis, Auguſtinianus, Epiſcopus Signinus, vſque ad annum 1579. hæc ſcripſerat.

Chronicon Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Auguſtini, à Diui Auguſtini ortu vſq; ad annum 1575. in quo potiſſimum homines aut ſanctitate, aut litteris, aut dignitatibus clari, breuiter exponuntur. Quodque edidit Romæ anno 1581. cum ibi adeſſet.

De origine multarum, grauiſſimarumque in Eccleſia cæremoniarum, lib. 1.

De Canonibus Apoſtolorum, & Epiſtolis primorum quorundam Romanorum Pontificum, longam & eruditam diſputationem.

De Sacris ritibus apud veteres Pontifices in conficiendis, & adminiſtrandis Baptiſmi, Chriſmatis, & Sanctæ Euchariſtiæ Sacramentis, lib. 3.

De exorciſtis & antiquo ritu torquendi, & expellendi Dæmones, libr. 2. Edidit quoque Diœceſanam Synodum Signinam, quam habuit die 26. Aprilis ann. 1579. Hæc ipſemet Ioſeph. Pamph. de ſeipſo.

Iosephvs Stephanus, Valentinus, De adoratione pedum Romani Pontificis, Diſputationem, ac De coronatione, & eleuatione Romani Pontificis. Venetijs ann. 1579. Eiuſdem Sacri Roſarij Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ab hæreticorum calumnijs Defenſio, vnà cum myſterijs, & Diplomatibus Romanorum Pontificum, Romæ ex Typographia Dominici Baſæ, ann. 1584.

Iosephvs Theſſalonicenſis. Vide paullò ſupra in verbo, Ioannes Confeſſor.

Iosephvs Zarlinus, ſcripſit Tractatum Italicè (Diſcorſo) De vero Anno, & vero die, quo Crucifixus pro nobis fuit Dominus Ieſus. Venetijs apud Dominicum Nicolinum, ann. 1579. De Origine item Congregationis Cappucinorum ibidem apud eundem.

Iosephvs id eſt *Flauius Ioſephus*, Matthathiæ F. (quamuis Gemblacenſis codex m. s.

& Sophronius,ac vetuſta quædam exemplaria habeant *Matthia*,idque haud rectè)natione Iudæus,ſecta Phariſæus, officio Sacerdos, quique Mariammæ Reginæ Herodis coniugi, atque iunioris Agrippæ Proauiæ conſanguineus fuit, ex filia Ionathæ Pontificis, fratris Iudæ Machabæi oriundus,à Veſpaſiano captus, cum Tito filio eius relictus eſt. Hic Romam veniens ( vt in Catalogo habet Hieronymus ) ſeptem libros Iudaicæ captiuitatis Imperatoribus Patri,filioque obtulit,qui & Bibliothecæ publicæ traditi ſunt,& ob ingenij gloriam, ſtatuam quoque meruit Romæ. Scripſit autem , & alios viginti Antiquitatum libros ab exordio mundi vſque ad decimumquartum annum Domitiani Cæſaris, & duos ἀρχαιότιτος aduerſus Appionem Grammaticum Alexandrinum : qui ſub Caligula Legatus miſſus ex parte gentilium, contra Philonem etiam librum vituperationem gentis Iudaicæ continentem ſcripſerat. Alius quoque liber eius qui inſcribitur περὶ αὐτοκράτωρος λογισμοῦ valde elegans habetur,in quo & Machabæorum digeſta ſunt Martyria. Hic in XVIII. Antiquitatum libro manifeſtiſſimè confitetur, propter magnitudinem ſignorum,Chriſtum à Phariſæis interfectum,& Ioannem Baptiſtam verè Prophetam fuiſſe, & propter interfectionem Iacobi Apoſtoli , dirutam Hieroſolymam. Scripſit autem De Domino in hunc modum: *Eodem tempore fuit Ieſus vir Sapiens , ſi tamen virum oportet dicere, erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum, qui libenter vera ſuſcipiunt, plurimos quoque tam de Iudæis, quam de gentibus ſui habuit ſectatores, & credebatur eſſe Chriſtus.Cumque inuidia noſtrorum Principum,cruci eum Pilatus addixiſſet, nihilominus, qui eum primum dilexerant , perſeuerauerunt. Apparuit enim eis tertia die viuens,multa & hæc,& alia mirabilia,carminibus Prophetarum de eo vaticinantibus,& vſq; hodie Chriſtianorum gens ab hac ſortita vocabulum,non defecit.* Hæc Hieronymus. In cuius verbis notandum aliter eiuſdem Hieronymi temporibus ſcriptum extitiſſe,quã quod vulgò in Ioſephi codicibus habetur.Nam quod Latina verſio habet, *Chriſtus hic erat.* Hieronymus ex Græco reddidit. *Et credebatur eſſe Chriſtus.*

Anno Dom. 100. Trit.

Quòd verò Iudæi recentiores,(quemadmodum referunt Sixtus Senenſis,& Genebrardus Chronol.lib.ſecundo,ann.Dom.69.)Ioſephum hunc non Mathathiæ,ſed Gorionis Filium,hoc eſt *Ben Gorion* nominent, decepti ſunt nominis, & aliarum ſpecie rerum,quæ in vtrumque concurrerũt. Sanè Ioſephus,de quo nunc agimus,diſertè ſe Filium Matthathiæ dicit,ſeque diſtinguit à Filio Gorionis, libro ſecundo De Bello Iudaico. Decepti ſunt inquam, quòd præter idem nomen, vterque eſſet Sacerdos, doctus, nobilis: quòd item vterque idem tractauerit argumentum De Iudaicis Antiquitatibus,& Bello Iudæorum:ſed vnus Græcè,alter Hebraicè. Ac quidem Hieronymus Pradus noſter,qui Commentaria illa præclara ad Ezechielem molitus eſt,dixit mihi,antequam ex hac vita decederet , ſe in Hiſpania vidiſſe alium quoque Ioſephum Bengorion Rabbinum ſpurciſſimum,atq; recentiorem.

Ioſephus item ſcripſit De ſeptuaginta Danielis Hebdomadibus librum,cuius meminit Hieronymus in Præfatione libri vndecimi in Eſaiam.

Atqui cum Photius in Græca ſua Bibliotheca ſcripſerit ſe quoque legiſſe duos Libellos Ioſephi De vniuerſo,ſiue *De cauſſa vniuerſi*, ſiue *De ſubſtantia vniuerſi*, (nam varij codices, (inquit)varias iſtas inſcriptiones habebant)oſtendit denique,vbi quod continent,expoſuit,eos diſtare à dictione Ioſephi,atque adeò à veritate,quę à nobis credenda eſt.Quamobrem cuidam Gaio presbytero eos tribuit,quamquam & alijs fuiſſe tributos inquiat,ſiue Iuſtino martyri,ſiue Irenæo.

Vt autem de vero Ioſepho loquens Græcus ipſe Græcam illius dictionẽ potuit dignoſcere,ſic eam magnopere commendat, quòd pura ſit , quòdque cum dignitate dilucidus ſit,atque iucundus,aptus item ad perſuadendum,& amabilis, ac potens , vbi in contraria ſe occaſio dat,aptè loqui δεξιὸς, καὶ γόνιμος ἐνθυμημάτων ἐφ᾽ ἑκάτερα καὶ γνωμολογικὸς δὲ ὡς εἴ τις ἄλλος, καὶ πάθη τῷ λόγῳ παραστῆσαι ἱκανώτατος, καὶ ἐγεῖραι πάθος, καὶ πραῦναι δοκιμώτατος.

Porrò Ioſephum,præter libros Antiquitatũ,& Belli Iudaici Græcè ſcriptos, ſcripſiſſe etiam multa Sermone Hebraico,nimirum libros quinque Hiſtoriarum Iudaicarum à captiuitate Babylonica teſtatus eſt Alphonſus Salmeron Prolegomeno ſexto De Interpretatione Bibliorum facta à Septuaginta.

## *Quinam laborarunt in vertendis, recognoſcendis, ſupplendis, aut edendis Ioſephi Iudæi libris.*

Ac quidem Ioſephi Libri Antiquitatum Iudaicarum, & De Bello Iudaico è Græco in Latinum à Ruffino Presbytero conuerſi prodierunt Pariſijs ex Officina Ioannis Parui

Typo-

Typographi, anno 1519. cum item multo antea Venetijs, nimirum ann. 1499. præfixis vnicuique capiti argumentis primum Latinè fuiſſent excuſi vnà cum libris aduerſus Apionem. Deinde item Lugduni apud Gryphium ann. 1557. Qui ann. 1534. apud Frobenium Baſileæ fuerant editi. Vbi deinceps ann. 1554. exierunt à Sigiſmundo Gelenio Latinè redditi libri viginti Iudaicarum Antiquitatum, addita ad finem, Appendicis loco, vita Ioſephi abs ſe ipſo conſcripta: & libri ſeptem De Bello Iudaico ex collatione Græcorum Codicum ab eodem caſtigati; ac duo libri contra Appionem non ſolum eiuſdẽ opera nõ ſolum emendati, verum etiam ſuppleti, ac De Imperio Rationis, ſiue de Machabęis liber vnus ab Eraſmo recognitus. cum Baſileę ann. 1544. Gręcè fuiſſent euulgati. At compendioſiſſimam Iudaici Belli Deſcriptionem collegit ex Ioſepho Georgius Vicelius, qui & ipſam emiſit Coloniæ ann. 1552.

Gilbertus autem Genebrardus, Gallicè reddita Flauij Ioſephi è Græco repręſentata libris ex Hebręo, Aucta Chronologijs, figuris, Annotationibus, Indicibus illuminata, edidit Pariſijs apud Michaelem Sonnium, anno 1578. in folio, & in octauo apud Carolum Rogerium ibidem ann. 1588.

## *Obiecta Ioſepho Iudæo in eius Hiſtorijs expenduntur.*

Iam verò etſi non ſolum Hieronymi, verum etiam Tertulliani, Euſebij, Chryſoſtomi, Arnobij, Suidæ, & veterum penè omnium Scriptorum vna ſit de Ioſephi laudibus ſententia, famaque, & teſtimonium conſentiens, quòd ad fidem hiſtoriæ pertinet, (neque enim idcirco Iudaica in eo perfidia, in qua perſtitit, commendatur) ſunt tamen haud pauca, quæ ſubinde Veritas, quæ filia eſt temporis, docuit eſſe prænoſcenda, ne quis in errores aliquot ipſius oſcitanter ex tot de illo laudibus Patrum impingat: quę verò bona ſunt probet ac tueatur.

Ioſephus igitur licet ſe nihil adiecturum Diuinis libris, aut prætermiſſurum dicat a in Proemio Antiquitatum, (quas quidem conſtat, b poſt Bellum Iudaicum ſcripſiſſe) multa tamen adijcit; quædam etiam videtur conſultò omittere, vt de Iuda Thamar, Geneſis 38. De AEgyptio à Moyſe cæſo. Exodo 2. De adoratione vituli. Exod. 32. & alia multa: quædam verò narrat frigidius Geneſis 27. Tacet dolum filiorum Iacob, Gen. 34. Quamquam autem parum fidelis ab aliquibus exiſtimatur (quod & ex eo conijciunt, quòd ſupputatio, quàm ab Adamo facit c vſque ad Diluuij tempus, diuerſa ſit non ſolùm à veritate Hebraica, ſed etiam ab editione Septuaginta Interpretum: neque admittunt, quòd mendum in codicem irrepſerit; cùm exemplaria omnia in hoc conueniant) multa ſunt tamẽ, quæ in viro, licet Iudæo, digna ſunt quæ & legantur, & Chriſtiana pietate obſeruentur: vt cum de nomine Dei ſibi non eſſe dicit d fas loqui: ſicut, e & de verbis, quæ Moyſes in ..bulis reliquit: contra Epicureos etiam inuehitur, f & id genus alia, quę certè multa ſunt. Quanti verò ſunt facienda verba illa, quæ reſponſioni Samuelis adijcit libro Antiquit. ſexto, c. nono g? Quanti item quæ eodem libro, cap. quarto, h profert? Quanti quæ lib. 1. c. Octauo?

Sed ad dogmata quod pertinet. Iudaicarum Antiquitatum, libr. 1. ſententiam, quòd peccatum Adæ non intulerit neceſſitatem moriẽdi, ſed ſenectutis, ac mortis accelerationem reprobant S. Auguſt. lib. 13. de Ciuitate Dei, c. 15. & Decretum in Actis Concilij Africani, c. 76. Sed & quod lib. 1. Antiqu. vitam hominum ad 120. annos coercuerit, id quod ſenſere item Lactantius, & Diodorus Epiſc. Tarſenſis, improbat Chryſoſtomus hom. 20. in Gen. & Hieron. in lib. 5. Hebraicarum Quæſtionum.

a in Proe. Antiq. poſt medium, verſic. Quia verò, & lib. 10. c. 12. in fine.
b in Proe. Antiq. & li. 1. c. 19
c Lib. 1. Ant. c. 5. ante medium, verſ. Et vſque ad hoc tempus.
d Lib. 2. Antiq. c. 12.
e Lib. 3. Antiq. c. 6.
f Lib. 10. Antiq. c. 14. verſus finem.
g Lib. 6. c. 9. in medio.
h Lib. 6. c. 4. poſt mediũ, ver. De regno autem.

Quin etiam Ioſephus lib. 2. Antiq. redarguitur, quòd dixerit Moyſen duas vxores habuiſſe. Vide Auguſtinum Epiſcopum Chiſamenſem, & Sixt. Annot. 123.

Ad hæc, quæ refert de Moyſe, lib. 2. antiq. cap. 5. videntur eſſe ſuſpecta, immo, & meræ nugæ, quas de ipſo legiſlatore veteres gentes confinxerant, ſicut ex Sancto Iuſtino martyre in admonitione ad gentes colligitur. Ab illis enim fabulæ illę cõfictæ ſunt, quibus nos Chriſtiani non credimus, cum à Scripturæ veritate abhorreant. Numquam enim Moyſes in Regem adoptatus eſt, neque Pharaonis exercitum duxit, neque bella egregiè confecit, ſed eadem, qua Patres, maioreſque ſui ſeruitute oppreſſus eſt, donec tandem homicidij cauſa aufugeret; illud item, quod de eodem Moyſe, libr. 4. cap. 8. refert, eum mortuum non fuiſſe, ſed nube ſublatum, ac raptum, omnino Scripturæ Sacræ teſtimonio refellitur Deuteron. cap. 34. *Mortuuſque, inquit, Moyſes ſeruus Domini in Terra Moab, iubente Domino, & ſepultus in Valle Terræ Moab.* Quare cum dicat Ioſephus Moyſem ſcripſiſſe, veritum, ne ſe à Deo raptum eſſe diuulgaretur, mẽdacij ſuſpectum fecit auctorem, & prophetam ſanctum

falſis criminationibus arguit. Itaque non tam Scriptorem crimine falſi reprehendit, ſed etiam Sacrarum Scripturarum auctoritati derogat, cum aliter, quàm res geſtæ ſint, referatur. Neque ab his plurimum diſtant, quæ de S. Ioannis nece lib. 18. c. 7. conſcripſit his verbis. *Cum magni concurſus ad eum fierent, veritus Herodes, ne tanta hominis auctoritas aliquam defectionem pareret, iudicauit illum tollere. Itaq; miſſum in Macheruntam, illic occidi imperat;* *quæ planè omnino Euangelio aduerſantur.* c. 14. Matth. & 6. Mar. & 3. Lucæ.

Præterea lib. 3. c. 12. antiquitatum dicit, lapides, qui erant in Rationali Pontificis, eſſe illos ipſos duodecim lapides, in quibus ſcripta erant nomina duodecim filiorum Iſrael, quos Deus poni iuſſit in rationali, & ibidem multas fabulas immiſcet. Vide Bellar. Card. Tom. 1. controu. 3. lib. 4. de Rom. Pont. c. 3. vltra medium.

Cæterum 8. lib. Antiquitatum reprehenditur ab Auguſtino Chiſſamenſi in Annotat. in Geneſim, quòd ſcripſerit Reginam Sabam in Aethiopia regnum ſuum habuiſſe, cum Arabiæ Saba regina eſſet. Vide Hieron. in Hebr. Quæſtionibus, & Sixtum Senenſem, lib. 5. annot. 133. Biblioth. Sanctæ.

Lib. 12. antiquitatum, cap. 13. fuit in eodem errore, in quo inter alios erant Scribæ, & Phariſæi deprauantes præcepta grauiſſima de homicidio, & adulterio, docentes in eiuſmodi pręceptis actum externum ſolum eſſe prohibitum, non autem internum, niſi ſignis exterioribus proderetur.

Denique lib. 2. de bello Iudaico, cap. 7. & lib. 18. antiquit. cap. 2. tribuit Eſſenis, quę manifeſtè erronea ſunt, & ſuperſtitioſa, (vti etiam adnotauit Bellarminus Card. lib. de Monachis, To. 1. Contro. 5.) Quamobrem Matthæus Galenus lib. de Origine Monaſtices, c. 5. inquit, Ioſephum non fuiſſe planè aſſecutum myſteria noſtrorum Monachorum, & ideo frequenter lapſum eſſe, & eos confudiſſe cum antiquis Iudæis. Tria enim fuere genera eiuſdem fermè nominis, nimirum Eſſeni Samaritani, de quibus Epiphan. hæreſi 10. Item Eſſeni Iudæi, de quibus idem Epiphanius hær. 19. quos tamen ipſe Eſſenos vocat. Deniq; Eſſeni Chriſtiani ex Iudæis conuerſi, quos Epiphanius Eſſeos, ſiue Ieſſeos vocat, hæreſi 29. credibile igitur eſt, Ioſephum confundiſſe noſtros Ieſſeos cum ſuis Eſſenis, pręſertim cum eo tempore Chriſtiani pro Iudæis haberentur.

Itaque & de Ioſepho conqueritur Egeſippus Rerum Iudaicarum Scriptor (non ille (vt falsò quidam exiſtimarunt) qui proximus fuit temporibus Apoſtolorum,) ſed (vt liquet è ſcriptis ipſius) qui poſt tempora Conſtantini ſcripſiſſe noſcitur. *Relator* (inquit) *egregius hiſtorico ſtylo Ioſephus, Machabæorum hiſtoriam, & manubias Titi compoſuit: Vtinam tam Religioni, & veritati attentus, quàm rerum indagini. & ſermonum ſobrietati, conſortem enim ſe perfidiæ Iudæorum, etiam in ipſo ſermone exhibuit. Deplorauit enim flebiliter ærumnam, ſed ærumnæ cauſam non intellexit.* Hæc ille. Sed vt & ipſe loca adhuc planius oſtendam, in quibus pleraque omiſit, aut mutauit, ſciant ſtudioſi, eum in primis reticuiſſe, quæ in D. Scriptura planiſſimè extant, De expoliandis Aegyptijs: De egreſſu Iudæorum ex AEgypto cum magna ſubſtantia: De caligine, & clibano fumante: De completis iniquitatibus Amorrhæorum: De Pacto inter Deum, & Abraham cum poſteris ſuis: De gentibus in Abraham benedicendis.

Lib. 1. Antiq. c. 26. ſupprimit factum Circumciſionis, & diuerſam à vero fingit cauſſam mortis Sichimitarum ob raptum Dinæ.

Nihil de aſcenſu Moyſi in mõtem Sinai ſcribit, nec criminis idololatriæ in adoratione vituli à Iudæis admiſſi, neque alia pleraque meminit.

Et cum vellet gentibus, quibus ſcribebat, Hiſtoriæ ſuæ libros probatos reddere, non tam vera, quàm veriſimilia tradidit, magna verò miracula rerum ſuppreſſit, putans apud infideles fidem haud inuentura.

Lib. 11. Antiq. c. 5. & ſequentibus, multa de Moyſe fabulatur, nec verã fugæ ipſius cauſſam attingit, nempe virum (inquiens) Aegyptium fuiſſe interfectum, atque abſconditum in ſabulo, & quæ ſequuntur nugæ.

Tacet Columnæ ignis, & nubis miraculum. Extenuat ſignum maris rubri Iſraelitarum pedibus aperti, vt videatur in arbitrio Lectoris relinquere, num Dei voluntate, an caſu, an æſtu maris factum fuerit, quo Aegyptij obruti ſunt, & Iſraelitæ ſeruati, ac ſimile quiddam accidiſſe Alexandro Magno ſcribit.

Lib. 9. cap. 11. Tradit Ionam Niniuem profectum, vt nuntiaret Aſiæ regnum paullo poſt amiſſuros Niniuitas, ſicut factum eſt, & Prophetæ verba inuertit, quia nihil de vaticinio ſubuerſionis, nihil de illorum pœnitentia ponit, qua interminatam cladẽ euaſerat.

Lib 10. cap. 11. pollicetur in fine ſe fideliter redditurum, quæ litteris Hebraicis continentur, vbi plura mentitur. Hiſtoriam quoque De Rege Nabuchodonoſor, quòd per ſe-



Digitized by Google

ptem annos commoraturus eſſet cum beſtijs,contra Sacram Scripturam ſomnium vocat; & tamen c.ſequenti veram fuiſſe ſententiam narrat.

Accedit huc etiam in hiſtoria, quæ præcipuè in rebus geſtis enarrandis conſiſtit,ſæpe Ioſephum male rerum,& temporum veritatem coniunxiſſe. Hanc enim notam Zonaras huic Auctori tamquam mendacij ſuſpecto inurit in vita Caij Caligulæ:qui cum Hebręorum excidium Caligulæ inſaniæ,qua Hieroſolymorum Templum ſibi nouo Ioui conſecrarat,aſcribere debuiſſet,abſtinuit tamen ab hac vera narratione,vt Imperatoribus blãdiretur.Imo verò firmiſſimũ Chriſti Meſſiæ oraculum,cui omnes Iudæi æque conſenſerant Gen.cap.vlt. *Non auferetur*, ad Veſpaſiani Imperium impiè, & impudenter traduxit, vt refert Appianus,lib.22.hiſtoriæ,ac præter Scripturæ Sacræ veritatem detorſit. Quod quàm ſcurriliter id fecerit, viderint alij, certè in Scriptura Sacra vitianda impietatis notam effugere non potuit. Quod Zonaras in vita Vitellij adnotauit. Præterea, de infantium nece ab impio Herode perpetrata, numquam ne verbum quidem muſſitare auſus eſt,quæ tamen etiam apud profanos Auctores prætermiſſa non eſt, quemadmodum ſatis ioculariter enarrata fuit à Macrobio lib.2.Saturnalium.

Num verò in alia Temporum ſupputatione,& rerũ narratione errauerit,præſertim in tempore Deſcriptionis Quirini,in temporibus Vari,& exilij Archelai, & Coponij Procuratoris,& Pontificatus Ananiæ,inq; numero Legatorum ad Caium; numve Faſtos Cõſulares ignorauerit:qui etiam decẽ,vel certe nouẽ annos regni Herodis omiſerit, ideoq; reliqua perturbauerit,& adeo Euangeliſtis contradixerit: ſcio non deeſſe Chronologiæ peritiſſimum virum, qui conſtanter neget iſtos fuiſſe Ioſephi lapſus: eorum potius eſſe, qui contra ſentiunt,quod ſe aliquando publicè probaturum pollicetur.Interea tamen ſibi reſponderi velle ſe inquit,ſi omiſſione decem,vel nouem certe annorum Regni Hero dis Ioſephus Hiſtoriæ ſeriem turbauerit, annoſq; tamen Herodes triginta ſeptem expleuit Regni,ex quo illud Auguſtus poſt Actiacam victoriam cõfirmauit Herodi, qua ratione conſequens non ſit Auguſtum poſt Actiacam victoriam quadraginta ſeptem annos, & amplius regnaſſe?Si quidem 37.annis regnum confirmauit Herodi,poſt cuius obitum Archelaus anno decimo ſui Principatus relegatus eſt in exilium,teſte omni antiquitate,quę & illud pari aſſenſione teſtatur Auguſtum poſt Actiacam pngnam,quadrageſimum quartum ætatis annum minimè expleſſe. Quare ab inferis(ait)ſuſcitatus eſſe debuit Auguſtus, vt multis poſt obitum ſuum annis Archelaum quadrageſimo ſeptimo anno Actiaco multaret exilio,& tres deinde Præſides Iudeæ præficeret,quos teſtibus Ioſepho, Dione,Egeſippo,Ioſippo,alijſque quamplurimi:, ſeptem annos viuo adhuc Auguſto præſediſſe Iudeæ exploratiſſimè conſtat. Cæterum qui Ioſephi in annis Herodis conantur profligare ſententiam,vſque adeo non proficere, vt præterquam quòd, ſicut dictum eſt, Auguſti vitam poſt Actiacam punguam conantur ad 47.& amplius annos propagare, Caium quoque Cæſarem Auguſti nepotem,& Filium adoptiuum ſcribant anno Chriſti Domini tertiò Conſulem, cum tamen Chriſtum dixerint natum poſt Caij mortem. Denique cum Chriſti ortum ſignent in exitu quadrageſimi tertij anni Iuliani, quando iampridem vita exceſſerat Herodes,intelligi quinam aberrent à ſcopo. Quin eoſdem vt in Epocham recidant Dionyſianam, quæ quadrageſimo quinto anno Iuliano, Chriſti Domini natalem notat,duos poſtmodum annos, & duo Conſulum paria ex Faſtis Conſularibus cogantur expungere. Duo autem illa Conſulum paria hæc ſunt. Fuluius Aemilianus,& Pomponius Baſſus II. Item Cornelius Secularis,& Iunius Donatus; quorum Conſulatus incidit in 259.& 260.annum Dionyſianum,Cyclo Lunæ 13. & 14. Solis 16.& 17. Ponunt verò illa Conſulum paria Faſti Siculi, Caſſiodori, Mariani Scoti, Onufrij, Mercatoris, Funcij, Antonij Contij,& aliorum.

Et hæc quidem eò attulimus,vt veritatis amantes interea diſquirant,quid ſolidè tandẽ de tota re ſit ſtatuendum;cum & veritas Euangelicæ hiſtoriæ ſit omnibus pręferenda,neque verò dubium ſit,ſi qui Patres Ioſephum commendauerint,id eos feciſſe potiſſimum, quòd quemadmodum olim Magi primitiæ gentium, luce tametſi nouæ Stellæ Meſſiam prædicantis fuere cælitus illuſtrati, locum tamen Natiuitatis ab incredulis didicere Iudæis,ita ex Gentibus Chriſtiani licet eloquijs inſtructi Euãgelicis,ac fide illuminati Diuina,verum Natiuitatis,vel mortis,aut etiam Baptiſmi Chriſti annũ,vel ſeptuaginta heb domadarum Danielis intelligentia, vel Tranſlationem Sceptri de Iuda, vel Veteris, & Noui Teſtamenti nexum,ac(vt ita dicam)concatenationem, vel opem aliam ex Ioſepho Iudæo non exiguam ſciant ſe conſecuturos.

IOSEPHVS,qui alijs *Ioſippus*, alijs verò *Ioſephon*, Iudæus, de quo paullò ſupra diximus, alius tamen à ſuperiore,ſcripſit & ipſe res geſtas Iudæorum, at Hebraicè, vt potius videa-

tur eſſe Compendium Hiſtoriarum alterius Ioſephi, qui Græcè ſcripſit. quamquam & Acta 70. Interpretum complectitur. Hic liber editus quidem fuit ann. 1529. Hebraicè, Vormatiæ, quæ Ciuitas eſt in Germania apud Schæfer, cum Rabbi Moyſis tredecim Articulis fidei Iudæorum, ac libello incerti Auctoris de decem captiuitatibus Iudęorũ. Qui libri cum prodierint vnà cum Latina tranſlatione è regione Hebraici contextus, ac verò illos non viderim, viderint qui Catholicè ſapiunt, nequid tũ à Iudæis, quorum oculis velamen adhuc impoſitum manet, tum ab ipſo Munſtero, qui ſectatus eſt hæreticos, inſperſum ſit aduerſus Chriſtianam, & catholicam noſtram Religionem.

IOSEPHVS Iudæus, alius item à duobus ſuperioribus, patria Tyberinenſis, dignitate Comes, & ingenti miraculo ad fidem pertractus, cum nondũ Chriſtianus eſſet, vſq; adeò Chriſtianos dilexit, & coluit, vt B. Euſebium, Fregellarum in Italia Epiſcopũ, à Conſtantio Imp. Ariano ob fidem Orthodoxam fugatum, hoſpitio receperit, & Epiphanium Epiſcopum vnà cum pleriſq; ſanctis fratribus illuc profectum, ad viſitationem huius honorificè introduxerit: poſt conuerſionem verò multas Chriſtianorum Eccleſias in Vrbibus Iudæorum Tyberiade, Diocæſarea, Nazareth, & Capernaum extruxit. Hic itaque, vt Epiphanius teſtatur, primus emiſit in lucem Euangelium Matthæi Hebraicum, ipſa Matthæi manu Hebraicè cõſcriptum, quod in occulto Gazophylacio Iudæorum apud Scythopolim vnà cum Euangelio Ioannis, & Actibus Apoſt. de Græca lingua in Hebræam tranſlatis inuenit. Claruit ſub Conſtantio Principe, moriturque nonagenarius anno Dom. 370.

IOSEPHVS Steuanus, Valentinus, Hiſpanus, De Deoſculatione pedum Summi Pont. extat in Tom. 13. pag. 2. fol. 50. inter Tractatus Iuris poſtremò Venetijs recuſos, & auctos. Atqui & Romæ ſeparatim antea prodierat.

IOSVE liber (quem Hebræi *Icoſcua*, Græci *Ieſum Naue* appellant) nomen accepit ab Oſeæ filio Num, quem Moſes, commutato nomine, Ioſua appellauit, Duce, tam belli, quam pacis gloria clariſſimo; qui, vt legitur in capite vltimo huius libri, ſcripſit poſt mortem Moyſis omnia verba, quæ locutus eſt ad eũ Dominus in volumine legis Domini, adiungens illi hiſtoriam, De tranſitu filiorum Iſrael per Iordanem, De ſubuerſione impiorum regnorum, De diuiſione terræ promiſſionis, Deq; cæteris dictis, factiſq; memorabilibus à morte Moyſis vſque ad annum decimum ſeptimum Ducatus ſui: in quo, teſte Ioſepho, mortuus eſt vir armis & religione inclytus, annũ agens ętatis centeſimum, ac vigeſimum, hoc eſt, anno ab orbe condito bis milleſimo quingenteſimo decimo, & ante Chriſti Aduentum milleſimo quadringenteſimo quinquageſimoſecundo. Cætera, quæ à morte Ioſue vſque ad finem libri huius ſcripta ſunt, Eſdram adieciſſe fama eſt. Theodoretus tamẽ cenſet etiam totum librum longè poſt mortem Ioſue fuiſſe collectum ex antiquo Commentario, cui titulus fuit *Liber Iuſtorum*, adductus auctoritate verborum, quæ in decimo huius Voluminis capite habentur, videlicet, *Nonne hæc* (haud dubium, quin Geſta Ioſue) *ſcripta ſunt in libro iuſtorum?*

Scripſerunt in eum quicumque in vniuerſa Biblia. At ſeparatim Andreas Maſius, qui tamen legendus non eſt niſi iam fuerit emendatus, quemadmodum ex Indice Romano admonemur. Vide verò partitionem huius libri in Georgij Ederi Oeconomia.

IOVITA Rapicius, Brixienſis, ſcripſit ad Reginaldum Polum Paraphraſim in Pſalmos duos & viginti, vario carminum genere concinnatam. Cuius initium eſt. *Non qui Mæonia caput.* Porrò Epiſtolæ aliquot ipſius extant in Volumine Epiſtolarum Clarorum Virorum, quæ Pariſijs prodierunt ann. 1556. Nam qui de numero Oratorio, ac De Periodis libri quinque ab eo conſcripti Argentinę fuerunt impreſſi, huc non pertinent. Eiuſdem verò Teſtamentum edidit Iunta ann. 1552. cum ipſe vixiſſet ann. 1550.

## I R

IRENAEVS Braſauelus, Ferrarienſis, Ord. Minorum, Theologiæ profeſſor, expoſuit accuratè, Quæſtiones vniuerſales Ioannis Duns Scoti. Quæ excuſæ Venetijs fuerunt apud Marcum Variſcum, ann. 1599.

IRENAEVS Lugdunenſis, Epiſcopus, & martyr, qui Græcus Aſianus, ac forte Smirnæus fuit, ſicuti in eius vita poſtremo edita euincit Franciſcus Feuardetius, Polycarpo Martyri, qui Ioannis Euangeliſtæ fuerat auditor, quique alijs Apoſtolis, atque Diſcipulis qui Chriſtum Dominum in carne viderant, familiariter vſus fuerat, inſtituendum ſe tradidit: Papiæ autem Ioannis diſcipuli fuiſſe auditorem Hieronymus ſcripſit in Epiſtola vigeſima nona ad Theodotum.

Is poſtea varijs exantlatis laboribus martyrio coronatus eſt anno ducenteſimo ſexto à

Chriſto

Digitized by Google

Chriſto nato,vt habet Euſebius in Chronico,ſiue ducenteſimo quinto,ſub Seruo Imper. quemadmodum Tomo Annalium ſecũdo oſtendit Cæſar Baronius Cardinalis.Quo quidem ſæculo cuius exeuntis trecenteſimus fuit, alij quoque eiuſdem nominis martyrium paſſi ſunt;ſed non eodem anno. Quippe Irenæus; & Abundius anno Domini ducenteſimo ſexageſimo primo,Imp.Valeriano,& Irenæus alter cum Antonio, Theodoro,Saturnino,& alijs decem, & ſeptem martyribus, anno ducenteſimo ſexageſimo ſecundo, ſub eodem Valeriano: atque alius Irenæus cum Muſtiola in Etruria ſub Aureliano interfectus eſt Cluſij anno ducenteſimo ſeptuageſimo quinto. Quod dictũ eſto,ne quis de anno martyrij Irenæi Epiſcopi Lugdunenſis erret.

Scripſit Epiſtolas:vnam ad Blaſtum,quam inſcripſit de Schiſmate:ac de Ogdoade,quẽ Euſebius *elegantiſſimum*; Hieronymus autem in Catalogo, *egregium*, Commentarium vocant. Euſeb. hiſt. eccl.lib.5.c.19

Librum item de Monarchia,ſiue,quòd Deus non ſit auctor malorum; quo libro Florini doctrinam blaſphemiæ & impietatis conuicit.

Libros porrò quinque aduerſus Valentini, & eius ſimilium hæreſes,Eleutherio Pontifice Maximo,quos Græcè inſcriptos,(vti & Græce ſcriptos) Hieronymus in caput trigeſimum quintum Ezechielis, poſt Euſebium, & Photius in ſua Bibliotheca inquirunt his verbis. Ἐλέγχου καὶ ἀνατροπῆς τῆς ψευδωνύμου γνώσεως,hoc eſt. Reprehenſionis,ac euerſionis falsò nominatæ ſcientiæ libri quinque. Et ſcriptos quidem, vt ipſemet Irenæus de ſe ipſo teſtatur in eius Operis Præfatione ἁπλῶς, καὶ ἀληθῶς, καὶ ἰδιωτικῶς,id eſt, *ſimplici,vero, ac priuato ſtylo.* Græcè autem ab eo fuiſſe ſcriptos, non ſolum Hieronymus, qui eum inter Græcos ſcriptores numerat, verum etiam Iuſtinus martyr, Demetrius Diaconus, Euſebius,Baſilius,Epiphanius,Theodoretus,Antonius Meliſſa, Anaſtaſius, & Damaſcenus fidem faciunt,liquidius verò ex ijſdem Feuardentius comprobat. Euſeb. hiſt. lib.5.c.6.

Photius adhuc in eadem ſua Bibl. num. ρι id eſt 110. vbi ſe legiſſe teſtatus eſt quinque libros Irenæi,quorum item argumenta ſummatim ibidem recitauit; De alijs eius Operibus breuiſſimè,hæc dicit: πολλὴ δὲ τῷ θεσπεσίῳ Εἰρηναίῳ, καὶ παντοδαπὰ, καὶ ἕτερα συγγράμματα, καὶ ἐπιστολαὶ φέρονται, καὶ ἔν τισιν αὐτῶν ἡ τῆς κατὰ τὰ ἐκκλησιαστικὰ δόγματα ἀληθείας ἀκρίβεια νόθοις κιβδηλεύεται, ἀλλ᾽ ἢ παρασημαίνεσθαι.

Quinque verò illorum librorum eundem Irenæum fuiſſe interpretum, aut verſorem non vna coniectura eſt,qui quòd Græce ſciẽter,ac ſcitè primò ſcripſerit;Latinè deinceps haud pari ſermonis felicitate Latinis,inter quos verſabatur, impertiuerit. Nam & Tertullianus, & Athanaſius vtraque lingua non pauca ediderunt. Ac Helleniſmos, hoc eſt Græciſmos,qui in ea verſione paſſim cernuntur idipſum indicant.

Irenæi autem Græciſmos aliquot monſtrauit eruditè Iacobus Billius priore ſuo libro ſacrarum obſeruationum,c.33. nonnulla verò emendauit c.34.quæ digna ſunt lectu,quæque auctorem illum ſatis interdum obſcurum illuſtrant.

At etiam in tertium Irenæi librum quæ annotantur,extant c.5. ſecũdi libri earundem Obſeruationum Sacrarum Iacobi Billij,quæ ad calcem Epiſtolarum Iſidori Peluſiotę ab ipſo Billio è Græco in Latinum verſarum adiecta, editæ ſunt Pariſijs apud Gulielmum Chaudier,ann.1585.

Præterea Irenæus ipſe librum edidit,quo prædicationis Apoſtolicæ rationem, & modum(vt inquit Euſebius)tradidit,quem & fratri cuidam nomine *Marciano* dicauit. Euſeb. Hieron. Nicephorus.

Librum rurſus alium de Diſciplina.

Alium διαλέξεων διαφόρων hoc eſt, *De variarum rerum diſquiſitione*, in quo tum Epiſtolæ ad Hebræos,tum libri Sapientiæ meminit, certaque teſtimonia ex eiſdem deprompta citat ad Eccleſiæ informationem. Euſeb.lib.5. hiſt.c.25.

Quin & promiſerat primo aduerſus hæreſes libro, capite vigeſimonono,ſe Opus ſingulare aduerſus Marcionem,præſtante Deo,editurum: At verò nihil huius citatum extat à Patribus,& hoc Euſebius obſeruauit lib.5.hiſt. eccl.c.8.

Sed quem librum de Scientia inſcriptum etiam edidit, compendioſum quidem illum (ait Euſebius)ſed ſummopere neceſſarium,quo Gentilium tumultus partim ſedarat,partim calumnias,& errores refelleret;hic(vt reliqua pleraque)interijt.

Editio autem quinque librorum aduerſus hereſes,omnium ſine dubio optima eſt,quã Franciſcus Feuardẽtius Ord.Minorum Franciſcanorum, curauit emitti Coloniæ Agrippinæ ex Officina Birckmannica,ann.1596.apud Arnoldum Mylium,quæ & vocatur Editio ſecunda ipſius;cum primam alibi minus abſolutam emiſiſſet.

Huic verò ſecundæ Editioni acceſſere.

Græca fragmenta, quæ ex Irenæo quodam inſeruerunt in ſua ſcripta Iuſtinus martyr,



Digitized by Google

Baſilius Magnus, Epiphanius, Euſebius, Theodoretus, Anaſtaſius Nicænus, Meliſſa, Demetrius Diaconus, Damaſcenus, Nicetas. Atqui ex Aquitania mihi ſcripſit Fronto Ducæus Societatis noſtrę, optaſſe Feuardentium inueniri poſſe Parallela Damaſceni, in quibus quædam alia Irenæi extarent; quamuis non defuerint, qui totum Irenæum Græcum alicubi Venetijs deliteſcere putauerint.

Eadem fragmenta Latinè reddita à Ioachimo Perionio, Iacobo Billio, Ioāne Chriſtophorſono, alijſq; viris pijs, & eruditis.

Scholia Iacobi Billij, & Notæ Frontonis Ducęi in octodecim primi libri capita; Billio enim propoſitum fuit Latinam nouam editionem adornando corrigere Gręca, quæ vertebat; Ducæo autem emēdare Latinam veterem ex collatione cum Græco, qui & Billium id cupientem iuuit in alijs quibuſdam, vt & in Helleniſmis ad Irenæum ſpectantibus.

Annotationes Franciſci Feuardentij ſingulis omnium librorum capitibus maiore ex parte auctæ, ac locupletatæ.

B. Irenæi è priſcis Patribus Encomia.

Cæterum in ſecunda Editione, duodeuiginti capita primi libri Irenæi aduerſus hæreſes verſa ſunt è Græco in Latinum à Billio, & Græcus codex è regione verſioni Latinę eſt poſitus.

In ſcholijs verò, quæ ſunt Feuardentij, atque Ducæi, notantur ea, in quibus Gallaſſius quidam hæreticus, & alij errarunt, dum Irenæum vertunt: Cornarius autem, & reliqui non errarunt.

Ad fragmenta quod attinet. Vnum eſt libri de Ogdoade extremi: quo in fragmento obteſtationem legimus, quam item Hieronymus ſuo intexuit Catalogo ad Deſcriptores Operis ſui, de quo nos paullo poſt. Vide item Euſebij lib. 5. hiſt. cap. vndevigeſimoquarto. Vltimum denique fragmentum excerptum eſt ex Reſponſione ad Quæſtionem centeſimam quintam Orthodoxorum, quæ præfert nomen Iuſtini martyris.

Additus eſt huic ſecundæ Feuardentij editioni, Conflictus Arnobij, & Serapionis de Deo Trino, & Vno, deque duabus in Chriſto naturis in vno ſuppoſito, nuſquam hactenus editus.

Iam eorum, qui de Irenæo ſcripſere, duo genera ſunt; hæreticorū alterum noſtræ ætatis: alterum Catholicorum, ſiue Patrum, qui hoc ſeculo vixerunt. Sanè præter veteres illos hæreticos, qui præbuere occaſionem Irenæo, & reliquis Orthodoxis, de eadem materia agendi; Recentiores nempe Caluiniani, & Centuriatores Magdeburgenſes, pleraque falſiſſimè Irenæo tribuerunt, dolentes tam antiquum, & Apoſtolicum virū ita perſpicuè Veritatem ſanctiſſimæ Euchariſtiæ, huius oblationem à Chriſto Domino inſtitutam, liberum Arbitrium, Fidem & Opera, Principalitatem (vt ille vocat) potentiorem Eccleſiæ Romanæ aſſeri, atque monſtrari. Quædam interea in eo minus candidè carpunt, vti mos eſt muſcarum in corpore ſano, vbi tantillum ſubodorantur vlceris, aut ſcabiei. Quin etiā quo tempore ante iſtos prodierūt Annotationes Eraſmi in Irenæum, Index ipſi adtextus plenus fraudis animaduerſus eſt, qui omnino abolendus eſt. Id quod Louanienſes in ſuo Expurgatorio Indice in locis ſeptem ſupra ſexaginta obſeruarunt. Porrò impoſturas iſtas hæreticorum omnes Franciſcus Feuardentius accaratius aperuit, atque eruditè poſt alios exploſit.

Verum enimvero Antiqui Patres, Eccleſiæ ſpiritu acti, ſi quid minus incommodè dictum in Irenæo compererunt, id quidem notarūt, vt veritas roboraretur, ſed in alijs omnibus nihil eius doctrinæ, atque ſanctitati detraxerunt. Nimirum erant nonnulla non tam ab Irenęo inuenta, quàm à maioribus litteram occidentem ſequentibus nimis credita: quæve nondum Eccleſia expenderat (quod ea minus latè patuerant) neque adeo palam damnauerant.

Eiuſmodi fuit error, vbi, dū feruore quodam oppugnandi Gnoſticos, qui vnum tantummodo annum dicebant Chriſtum prædicaſſe, plures ille poſuit, quàm re ipſa fuerint, atque addidit Chriſtum Dominum ſeniorem paſſum in Cruce fuiſſe. & quidem ex traditione, & ex ſcriptura conatus eſt probare Dominum ad annum ferè quinquageſimū peruenisse. Id enim facit ex illo Io. 8. Quinquaginta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Vide autem Bellarm. Cardinalem Tom. 1. lib. 4. cap. 12. de Verbo Dei non ſcripto. Error item alter, quòd inſecutus Iudęorum δευτερώσεις aſſeruerit Regnum Chriſti, & electorum eius (poſt Reſurrectionem, & extinctum Antichriſtum, atque poſt vniuerſorum Iudicium) in Terris terrena Hieruſalem reſtituta per mille annos futurū iuxta litteralem ſenſum. Sed enim hoc nō fuiſſe eius inuentum, verum aliorum, qui illum præceſſerunt, & alij ſunt ſubſecuti, certū eſt. Hieronymus enim in Proemio in librū decimum octauum

Commentarij in Iſaiam,& Comment.36. Ezechielis, Irenæum inquit,id vnà cum Papia, Tertulliano, Victiorino, Lactantio, Seuero, Apollinari, quibus addendus eſt Iuſtinus martyr,id ſenſiſſe: aduerſus quem Dionyſius Alexandrinus librum ſcripſit elegantem, deridens mille annorum fabulam,& aureum, àc gemmatam in Terris Hieruſalem, otiū Sabbathi,cunctarum gentium ſeruitutem.

Qui quidem errores,cum è libris Irenæi, qui hactenus circumferebantur,colligi nō poſſent, iam incurrunt in oculos legentium quinq; capita, in quibus hæc planiſſimè extant.Nam ea forſan,à pijs ſublata,bono(vt tum videbatur conſilio) Feuardentius legitima adiecit ſecundæ ſuæ editioni.Ea verò ſunt 32.33.34.35.36. quæ & notis ſuis illuſtrans, errores illos,quo docet veritatis reſpectu nil derogans nomini Irenei confutauit.

Sanè & Dionyſius Areopagita libri de Eccleſiaſtica hierarchia Parte prima,c.ſeptimo, Caius,atque Dionyſius Alexandrinus, piſci Scriptores. ac magni nominis,Euſebius, Auguſtinus,lib.20.de Ciuit.Dei,c. 7.8.9. Theodoretus lib.3. hæreticarum fabularum,Epiphanius lib.3.contra hæreſes Tomo primo,eundem errorem relecerunt.Quam ab Eccleſia fuiſſe diu diſſimulatum, ac toleratum, neque prius tamquam hæreſim damnatum ſcimus,quam quidam Nepos Aegyptius Epiſcopus,deinde Concion,poſtremo Apollinaris Laodicenus eundem ſcriptis,& cōcionibus,pugnacius,ac pertinatius defenderint, & inuexerint:vti habent Euſebius,atque Hieronymus haud ſemel. Euſeb.lib.3. hiſt.c.32.& 33 Euſeb.lib.7. ca.19. & 20. Hier. lib.8.in Eſa.& alibi.

At præterquam quòd ipſemet Irenæus hunc errorem ablegaſſet, ſi, id feciſſe vidiſſet Eccleſiam, certè ipſo ſanguine eluit hanc maculam,non minus quàm Cyprianus martyr eum ſuo martyro abſterſit, qui de baptiſmo hæreticorum, quaſi fuiſſet inualidus, irrepſerat.

Quæ vt fuit cauſa,cur Viri ſanctiſſimi nō deſtiterunt de Irenæo loqui honorificentiſſime mentem eius in fide Catholica rectiſſimam perpendentes,ſic illum martyres, qui e-erunt vinculis,allegantes ad Eleutherium Pont. Max. *Te obſecramus*, ſcripſere, *vt illum, vtpote ſtudio incredibili erga teſtamentum Chriſti flagrantem amplectaris.* Euſe.li.5.c.4. & Nicephor.

Auctor Reſponſionum ad Quæſt. Orthodoxorum,qu. 115.apud Iuſtinum martyrem, vocat eum *martyrem,ac Lugdunenſem Pontificem.*

Tertullianus connumerans eum inter Sanctos,atque præſtantes martyres Iuſtinū philoſophum,Miltiadem Eccleſiarum Doctorem,& alios qui inſtructiſſimis voluminibus (ait) hæreſiarchas confutarunt, appellat omnium *Doctorum curioſiſſimum exploratorem.* Lib.adu Valētinianos. c. 5.

Epiphanius nominat *Apoſtolorum ſucceſſorem per omnia ex Spiritu ſancto ornatum, veluti generoſum Athletam, à Domino prolatum; & cæleſtibus gratijs, ac donis illicium, ſecundum veram fidem, at ſcientiam luctatum contra vniuerſum ipſorum delirum figmentum*, teſtatur.

Baſilius lib.de Spiritu ſancto,c.29.Euthymius in Panoplia.Hieron.in cap.64.Eſaiæ, & in Catalogo,& Epiſt. ad Theodoram Viduam, & Græcus eius Interpres Sophronius, Auguſt.lib.1.contra Iulianum Pelagium,Greg.lib.9.Regiſtri,c.10. ad Aetherium Viennenſem Epiſcopum: Theodoretus dialog.1. Andreas Cappadox, referente etiam Cappadoce Comment.in ca.4. Apocalypſeos,Anaſtaſius Nicænus Patriarcha lib.Quæſt.& Reſponſionum in Sacram Scripturam,quæſt.38.Damaſcenus in Parallelis. Antonius Meliſſa in Sermonibus,Procopius Gazæus Comment.in Geneſim.Nicetas Choniates in Theſauro Orthodoxiæ, omnes Græci, & Antiqui Scriptores Eccleſiaſtici ſemper eum eximiæ laudis,& venerationis præfatione illum citant. Oecumenius in caput ſecundum Epiſtolæ ſecūdæ D. Petri,Photius in ſua Bibl. θεσπέσιον hoc eſt, *mirabilem,* ſiue *Diuinum* nominat, præter id quod Vſuardus, Ado Viennenſis,Cæſ.Baro.Card.in ſuo Martyrologio,ac præcipuè in ſecundo Annal.Tomo ſcribunt.

Porrò quòd Chriſtophorſonus locum Irenæi apud Euſebium lib. 5.c.24. ad Quadrageſimæ varietatem retulerit,quod & alij fecerunt, Bellarminus Card. refutat, veramque è Græco verſionem oſtendit. Qui cum ſcribat Irenæi Græcam editionem prodijſſe correctiſſimam olim Pariſijs, legendus eſt eius liber ſecundus cap. 13. de bonis operibus in particulari.

Cum autem Hieronymus in Catalogo quædam de Irenæo interſerat, quæ præter illius Scriptorum Indicem, digna ſcitu reliquerit, eadem nos quoque huc tanquam digna adiectu poſuimus.Sic autem habet.

Irenæus Photini Epiſcopi,qui Lugdunenſem in Gallia regebat Eccleſiam Presbyter à Martyribus eiuſdem loci ob quoſdam Eccleſiæ quæſtiones Legatus Romam miſſus,honorificas ſuper nomine ſuo ad Eleutherum Epiſcopum perfert litteras. Poſtea iam Photino propè nonagenario ob Chriſtum Martyrio coronato in locum eius ſubſtituitur. Conſtat autem Polycarpi, cuius ſupra fecimus mentionē, Sacerdotis, & Martyris hunc

fuiſſe diſcipulum. Scripſit quinque aduerſus hæreſes libros, & contra gentes volumen breue, & de diſciplina aliud, & ad Martianum fratrem de Apoſtolica prædicatione, & librum variorum Tractatuũ, & ad Blaſtum de Schiſmate, & ad Florinum de Monarchia, ſiue quod Deus non ſit conditor malorum, & περὶ τῆς ὀγδοαδῶν egregium Commentarium, in cuius fine ſignificans ſe Apoſtolicorum temporum vicinum fuiſſe, ſic ſubſcripſit: *Adiuro te qui tranſcribis librum iſtum per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per glorioſum eius Aduentũ, quo iudicaturus eſt viuos, & mortuos, vt conferas poſtquam tranſcripſeris, & emendes illum ad exemplar vnde ſcripſiſti diligentiſſimè: hanc quoque obteſtationem ſimiliter transferas, vt inueniſti in exemplari. Feruntur eius & alia ad Victorem Epiſcopum Romanum de Quæſtione Paſchæ Epiſtolæ,* in quibus commonet eum, non facile debere vnitatem Collegij ſcindere. Si quidem Victor multos Aſiæ, & Orientis Epiſcopos, qui decima quarta Luna cũ Iudæis Paſcha celebrant damnandos crediderat. In qua ſententia hi etiam, qui diſcrepabant ab illis, Victori non dederũt manus. Floruit maximè ſub Commodo Principe, qui Marco Antonio Vero in Imperium ſucceſſerat. Hæc Hieronymus ad quem adijcit Notam ſequentem Suffridus his verbis.

*Irenæus Pothini Epiſcopi:* Sophronius etiam habet ποθεινοῦ vt etiam m.s. cod. Gemblacenſis. ceteri omnes m.s. codices noſtri *Photini* legunt, nos nihil mutamus, *Ad Eleutherium* cod. Gemblacenſi habet *Eleutherum,* quibus & ſubſcripſit Lypſius, vt & ſupra, ſicut & Sophronius & *περὶ τῆς ὀγδοαδῶν egregiũ Commentarium.* Lypſius, ex m.s. ſuis adnotauit, & de Ogdoade egregium σύνταγμα quam Lectionem habet, & Gemblacenſis codex, niſi quòd pro Ogdoade perperam legat, *Octaua* Paulo autem ſuperius pro eo quod communiter legitur *ad Martianum fratrem,* cod. m.s. Sigebergen. legit, *& ad Martionis fraudem.*

## I S

An. Do. 450. Isaac ſcripſit De tribus perſonis Sanctæ Trinitatis, & Incarnatione Domini Librũ obſcuriſſimæ diſputationis, & inuoluti ſermonis: confirmans ita in vna Deitate tres eſſe perſonas, vt tamen aliquid ſit in ſingulis proprium, quod non habeat alia: Patrem ſcilicet hoc habere proprium, quòd ipſe ſine origine, origo ſit aliorum. Filium hoc habere proprium, quòd Genitus Genitore non ſit poſterior: Spiritum ſanctum hoc habere propriũ, quòd nec factus ſit, & tamen ſit ex altero.

De Incarnatione verò ita ſcripſit, vt manentibus in ea duabus naturis, vna credatur Filij Dei perſona. Hæc Gennadius in Catalogo.

At Suffridus Petrus iu Notis ad illum inquit. *Hic Iſaac, neque Tritemio, neque eius appendici notus eſt: floruiſſe autem videtur circa annum 450. quantum ex conſequentia Catalogi eiuſdem Gennadij apparet.*

Isaac Abbas, Ord. Ciſterciẽſis, ſcripſit ad Alcherum Monachum Clareuallenſem Epiſtolam De anima, quæ incipit, *Dilecto ſuo Alchero frater Iſaac.* Extat m.s. in membranis, in Bibl. S. Benedicti Mantuani, continetque folia magna quatuor.

Isaaci Abbatis quædam de Statu Animarum extabãt Græcè m.s. in Bibl. Imp. Viennæ Auſtriæ.

Isaac Anachoreta, De vijs appropinquandi Deo. Græcè m.s. in Bibl. Vaticana.

Isaac Monachus: quem vt Græcè litteraturæ peritiſſimum cammendat Sixtus Senẽſis, ſcripſit Græcè Homiliam in verba illa Domini. *Hæc mando vobis.* Encomium martyris Demetrij. Quin & alia, quæ licet huc non pertinent, ne tamen excidant, huc adtexuntur. Videlicet Græcum Scholion in primam figuram Deſcriptionis in plano, & Carmina De duodecim ventis. Quæ extabant apud Didacum Hurtadum Mendozam. Aſtronomica item varia, & Aſtrolabij Apparatum. Quæ extant in Bibliotheca Vaticana. Librum De Planetis m.s. qui in Bibliotheca Cæſarea Viennæ Auſtriæ aſſeruabatur. Methodum Geodeſiæ, ideſt *Terræ* diuiſionis. Scholia in ſex priores libros Elementorũ Euclidis, quæ quidem Latinè verſa prodierunt olim Argentorati. Solutionem Quæſtionis Palameticæ τεμος τῆς παλαμῆς, cum pleraque eiuſmodi Aſtronomica extitiſſent, item apud D. Antoniũ Venetijs, & extent etiamnum in Auguſtana Bibl.

Isaac alius Pater in Eremo Scytica demoratus, ſcripſit duas Homilias. Alteram De qualitate Orationis. Alteram De iugitate Orationis. Extant in Collationibus Ioan. Caſſiani.

Isaac Syrus, Presbyter Antiochenæ Eccleſiæ, ſcripſit Syro ſermone (vt Gennadius emendatus à Suffrido Petro habet) longo tempore, & multa; præcipua tamen cura aduerſum Neſtorianos, & Eutychianos. Ruinam etiam Antiochiæ longo carmine planxit, eo

Au-

Auditores imbuens ſono,quo Effrem Diaconus Nicomedia lapſum. Moritur Leone, & Martiano Imperatoribus.Hæc Gennadius.

Eius autem Iſaaci liber de contemptu Mundi extat in Bibl. Sanctorum Patrum Margarini Bignæi: quemadmodum & in Vaticana inter Sermones,qui Grȩcè m.s.inſcribuntur *Aſcetici,* Sermo de ijs,quæ faciunt vt quis Deo appropinquet. Nimirum illemet,quem Iſaaco huic aſcribit Tritemius. De acceſſu ad Deum; qui incipit: *Quando aliquis in aliquam ruinam.* Sed & idem Tritemius agnoſcit tanquam legitimos Iſaaci fœtus, Librum prænotatum,Exhortatorium vitæ Spiritualis,cuius initium. *Anima quæ Deum diligit.*

| | |
|---|---|
| De pugna vitiorum. | *Multorum honorem.* |
| De difficultate virtutum. | *Quamlibet virtutem.* |
| Dialogum de profectu Spirituali. | *Quo vinculo retinetur.* |
| De ordine Monaſticæ vitæ. | *Ex operatione violenta.* |
| De Humilitate. | *Beatus homo, qui ſcit.* |
| De tribus Ordinibus proficientium. | *Tres ſunt Ordines.* |
| De Solitudine Monachorum. | *Homo multæ ſolitudinis.* |
| De diuerſis tentationibus. | *Virtutes inuicem.* |
| De informatione Nouitiorum. | *Hic eſt ordo ſobrius.* |
| De Pœnitentia. | *Fortitudinem, quam.* |

Homilias plures ad populũ,quas ad manus ſuas haud veniſſe idem Tritemius ſcribit; qui an.440.claruiſſe dicit hunc Iſaacum ſub Theodoſio Iuniore.

Isaias Abbas. Vide in verbo, Eſaias Abbas. Scripſit autem ad fratres, qui cum ipſo viuebant Orationes. Extat in Bibl.SS.PP.To.2.

Isaias Patauinus. Vide in verbo,Eſaias Patauinus.

Isaias Cracouienſis,Polonus, Ord.D. Auguſt. ſcripſiſſe digniſſimas Quæſtiones in Mag.Sent. dicitur à Ioſepho Pamphilo: quæ in Germania in Bibliothecis eius Ordinis, vnà cum alijs Ioannis Bloch Germani in eund.Mag.aſſeruabantur.

Isaias Propheta,quem Hebræi pronunciant Ieſcaeiau, quo nomine deſignatur *Domini ſalus,* alij verò inter Latinos *Eſaiam,* alij *Ieſaiam* nominant cum initio ſuæ Prophetiæ hæc verba præfixerit. *Viſio Iſaiæ filij Amos, quam vidit ſuper Iudam, & Hieruſalem in diebusIoziæ, Ioathan, Ioachaz, & Ezechiæ Regum Iudæ,* ſatis Lectorem excitare poteſt non ſolum ad ea,quȩ Hieronymus De Titulis prophetarum admonet, verum etiam quod operam ſibi tã diu, tamque fideliter à tale organo Spiritus ſancti voluit ſibi præſtari Deus. Et quidem cum Hieronymus dicat in Titulis Prophetarum commemorari perſonas,Iſaiam videlicet, atque Ieremiam,ea ratione,vt Hebrȩorum vitia referuent,aut aliquid prȩnũcient,aut vt mærentem populum conſolentur, aut vt tempus etiam exprimant ſub quibus Regibus Prophetias pronunciauerint. Et ſub Ozia quidem(quod etiam Alphonſus Salmeron noſter , Decimo ſuo Prologomeno ad Diuinam Scripturam exiſtimauit eſſe Lectorem admonendum) prophetauit Iſaias per quinque prima capita. Sub Ioathan verò per totum ſextum caput. Sub Rege autem Achaz à ſeptimo capite vſque ad finem quartidecimi capitis. At ſub Ezechia Rege à quintodecimo capite vſq; ad quadrageſimum. Rurſus à quadrageſimo ad quadrageſimum nonum Cyri hiſtoriam, & liberationem à captiuitate Babel vaticinatur. Nec ſatis exploratum eſt ſub Ezechia ne, an ſub Manaſſe eius ſucceſſore à quadrageſimo ad finem Libri planè apertè, ac ſine typo prophetauerit De Chriſto Domino,& eius Eccleſia: quamuis etiam in alijs capitibus pleraque item de Chriſto interſeruerit.

Vide Partitionem dilucidam,& breuem vniuerſæ huius prophetiæ tamquam in duos Tractatus bipertitæ,alterum comminatorium vſque ad caput trigeſimumprimum, alterum conſolatorium vſque ad finem capitis ſexageſimiſexti in vndecim Tabulis Oeconomiæ Biblicæ Georgij Ederi.

Iam quòd item poſt D.Hieronymum Sixt.Senenſis noluit prætermittere, dum de hoc Diuino Propheta loqui debuit,veriſſimũ eſt in hoc Libro.vt Hieronymus ait, quicquid de Phyſicis,Ethicis,Logicis,& quicquid Sanctarum Scripturarum myſterijs poteſt humana lingua,& mortalium ſenſus accipere,cõplexus eſt ſumma præ cæteris prophetis venuſtate ſermonis,& vrbanæ dictionis elegantia. Narratio totius libri,proſa eſt,per cola, & commata diſtincta, & numeris omnibus abſoluta, exceptis tribus Canticis, Vineæ ſcilicet,Vrbis Syon,& Ezechiæ Regis; quæ vna cum Oratione Iſaiæ hexametris, ac pentametris verſib. incedere Iſidorus teſtatur.Protulit aũt Iſaias de Chriſti Saluatoris noſtri Aduentu, Incarnatione,Miraculis,Prædicatione,Vita, Paſſione, Morte, Reſurrectione, & Gloria tot ac tã magnifica,& aperta teſtimonia;vt non de futuris eius euentib. vaticinari

Bibl.Sanctȩ lib.1.

vide-

Digitized by Google

videatur, ſed magis de præteritis eius geſtis hiſtoriam ſcribere, & Euangeliſtæ potius, quàm prophetiæ partes implere. Atqui hinc arbitror Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, hunc vnum inter omnes Prophetas delegiſſe ſibi, quem primum in Synagoga patriæ ſuæ publicè legeret, & exponeret. Moritur Iſaias ſub impijſſimo regne Manaſſe, iuſſu eius in duas partes diſſectus, quia Optimates regiæ domus, principes Sodomorum vocaſſet, atque dixiſſet, ſe vidiſſe Deum in ſublimi ſolio ſedentem. Sepultuſque eſt ſub quercu Rogel in Beniaminia tribu circa annum ab Orbe condito ter milleſimum ducenteſimum quadrageſimum, & ante Chriſti ortum ſeptingenteſimum vigeſimum octauum. Scripſiſſe dicitur præter hæc etiam alia, quæ in proximè ſequenti libro (ait Sixtus Senenſis) annotabimus.

Atqui Propheta hic corporis caſtigatione præcellens (adeo Dominus Deus per eiuſmodi organa libenter loquitur) cum nudus, & diſcalciatus ad tertium annum inceſſiſſet, acerbiſſimo genere mortis, quale diximus, fuit interfectus.

## *Scriptores in Iſaiam Prophetam.*

Omnes, qui vniuerſam Diuinam Scripturam explanarunt; Separatim autem, Adam. Et alter item recentior Adamus Sasbouth, ſi tamen is eius Commentarij, ſiue accuratæ Paraphraſeos fuerit Auctor, de quo vide in verbo, Adamus Sasbouth. Alanus Inſulenſis. Alredus Rieuallis. Ambroſius Mediolanenſis. Baſilius. Cyrillus. Didymus. Euſebius Cæſarienſis. Franciſcus Forerius. Gilbertus Anglus. Hector Pintus. Henricus Vichingan. Hieronymus Oſorius. Ioachim Abbas. Ioannes Maldonatus, licet nondum prodierit & vtinam extaret. Leo Caſtrus Matthæus Ebroicenſis. Michael Maſſanus. Nicolaus Dunkeſpulus. Procopius. Richardus Victorinus. Theodoretus. Thomas Aquinas. Thomas Haſſelbach. Victorinus Pitabionenſis. Et alij, præcipuè item, qui libros ediderunt ad perfidiam Iudæorum euincendam, dum huius Prophetæ ante alios prophetias clariſſimas ijs proponunt.

Variarum autem Lectionum in editione ſeptuaginta, vide Scholia tam ad Græcam, quàm ad eius verſionem emiſſam Romæ Sixto V. Pont. Max. Ceterum qui liber, ſecundo lib. Paral. c. 6. & 32. tribuitur Iſaiæ, hic continetur in eius Prophetia à ca. 36. vſque ad 40. At alter ille liber, qui olim *Aſcenſio Iſaiæ* inſcriptus eſt confictus fuit ab hæreticis, quemadmodum Origenes in c. 13. Matthæi. Hieronymus in Iſaiæ cap. 64. Epiphanius in ſecundo Panarij teſtantur. Idem dicimus de alio libro, qui prænotatur *Viſio Iſaiæ*, licet aliquot ante annos Venetijs incautè fuit excuſus, numquam tamen prodijt ab Iſaia propheta. Qui verò libri Prouerbiorum, Eccleſiaſtici, Cantici Canticorum à Rabbi Moyſi Kimchi in libro Viarum linguæ ſanctæ aſcribuntur Iſaiæ, ij ſunt Salomonis Regis.

ISIDORVS Aletrinatium Epiſcopus, De Diuitijs, & Paupertate, Romæ apud Antonium Bladum, an. 1556. Is autem C. Peruſcus Iſidorus nominatur.

ISIDORVS Alexandrinus, qui inter ſolitarios venerandus, & circumſpectus habebatur, varias ad varios vſus Eccleſiæ Epiſtolas ſcripſit, quarum Ephræmius Theopolitanus Epiſcopus meminit, in quinto libro Operis ſui, quod Photius legiſſe ſe teſtatur, qui & eorum Librorum argumentum ſatis fusè deſcribit in Biblio. ſua Græca, p. 406. editionis Auguſtanæ.

ISIDORVS Aſturicenſis, vita & doctrina clarus, quique tertio Braccarenſi Concilio interfuit, quod celebratum eſt, an. Dom. 675. reliquiſſe ingenij ſui poſteris monumenta ſcribitur. At quænam ea fuerint, mihi non conſtat.

ISIDORVS Clarus, Brixianus, Monachus Monaſterij S. Ioannis Euangeliſtæ Parmæ, & Abbas S. Mariæ Ceſennæ, Congregationis Caſſinenſis, aliàs S. Iuſtinæ de Padua, Ord. Diui Benedicti, Epiſcopus deinde Fulginas ſcripſit pleraque, atque vti cum Latina lingua, Græcam, Hebraicamque callebat, ſic Biblia quoque vertit, & alia ſcripſit, quæ huc adijcientur.

Sed ex Biblijs ipſius in Regula tertia Indicis Romani Librorum prohibitorum, iubetur, vt Prologus, & Prolegomena prædicantur; eius verò textum nemo tantum vulgatæ editionis eſſe exiſtimet. Ceterum, hæc vtriuſque Teſtamenti verſio, & Hebraicam, & Græcam veritatem, quemadmodum præfert inſcriptio excuſa Venetijs fuit vnà cum Scholijs an. 1542. Deinde autem præciſis ijſdem Catalogo, ac Prolegomenis an. 1564. apud Iuntas ibidem.

In Canticum Canticorum Salomonis Scolia. Quæ ibidem an. 1544. prodierunt apud Iolitos, ſiue Zilettum.

In

In Sermonem Domini in monte habitum, ſecundum Matthæum orationes 69. excuſus ibidem an.1546.1565.1566.& 1567.

In Euangelium Lucæ, orationes 54. ibid.an.1565.

Orationum extraordinariarum Volumina duo, in quibus vtriuſque ſacri inſtrumenti inſigniores quique loci explicantur. ibidem apud Dominicum Nicolinum, an. 1569. & an.1577.

In Caput I x. Epiſtolæ Diui Pauli ad Romanos, ad Chryſoſtomum Caſſinenſis Congregationis Præſidem, Orationes duas: quarum præfatio incipit: *Etſi perſuaſum mihi ſemper fuit.*

Oratio autem prima: *Qui locus iam diu.*

Oratio verò ſecunda: *Quamquam ego oratione heſterna.* Extabant m. ss. apud Archangelum Fantonum Monachum S. Nicolai de Littore Venetijs.

In Caput xv. primæ Epiſtolæ D.Pauli ad Corinthios, libros tres compoſuiſſe ipſe Iſidorus fatetur in præfata Oratione ſecunda, at ignoratur vbinam extent.

De Iuſtificatione hominis, & de Gloria, Orationes habitas in Concil.Trid. editas Venetijs an.1548.& Louanij cum alijs in eodem Concilio habitis.

De modo in diuitijs adhibendo ab homine Chriſtiano, Orationem excuſam Mediolani, an.1540.

Ad eos, qui à communi Eccleſiæ ſententia diſceſſerunt; Adhortationem ad Concordiã. Mediolani apud Caluum, ann.1540.

Hic cum ſeptennium exemplo, & ſanctis moribus Epiſcopatum Fulginatenſem adminiſtraſſet, denique peracutum febrim patienter ferens, placidè obdormiuit in Domino annos agens circiter ſexaginta, anno autem Dom.1555. die 28. Maij. Sed & cum quadraginta horas cadauer extra ſepulturam ob populi erga eum venerationem relictũ fuiſſet, id ſuauem ſpirans odorem viri anteactam vitam indicauit.

ISIDORVS Cordubenſis Epiſcopus, dictus Senior, libros quatuor, ad quatuor Libros Regũ, ſcripſit Oroſio Presbytero Hiſpano B. Auguſtini olim Auditori. Viuebat an. 420. Trit. præter Sigebertum.

ISIDORVS Hiſpalenſis, Epiſcopus, dictus *Iunior*, quamuis, & tertius alius poſt vtrumque Pacenſis propriè *Iunior* dictus, quod *Senior* ille alter Cordubenſis Epiſcopus eum multos ante annos præceſſerat, Leandrum fratrem ſuum, Hiſpalenſis Prouinciæ Beticæ cathedram tenuit. *Vir* (vt habet Ildefunſus de Viris illuſtribus) *decore ſimul, & ingenio pollens, illam* (ſubdit) *tantæ iocunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, vt vbertas admiranda dicendi ex ea in ſtuporem verteret audientes. Scripſit Opera eximia, & non pauca: id eſt, Librum De Genere officiorum; Librũ Proemiorũ; Librum De Ortu, vel obitu Prophetarũ; Librũ Lamentationum, quem ipſe Synonima vocitauit. Libellos duos ad Florentinam Sororem, contra* * *nequitiam; Libum de natura rerum, ad Siſebutum Principem; Librum Differentiarum; Librum Sententiarum. Collegit etiam de diuerſis auctoribus, quem ipſe nominat Serecretorum Expoſitiones Sacramentorum, quibus in vnum congeſtis, ipſe Liber dicitur, Quæſtionum. Scripſit quoque vltimo ad petitionem Braulionis Cæſarauguſtani Epiſcopi, Librum Etymologiarum; quem cum multis annis conaretur perficere, inexpleto Opere diem extremum viſus eſt concluſiſſe. Claruit temporibus Reccaredi, Gundemari, Siſebuthi, Suinthilani, Siſannandi Regum; annis fermè quadragirta tenens Pontificatus honorem, inſignemq́; doctrinæ ſanctæ gloriam, pariterq́; decorem.* Hæc Ildefonſus.

* Aliquid deeſſe videtur in m.ss.cc. qui lacunam præferunt, vt notauit Garſias Loayſa.

Obijt autẽ an.636. vt habet Lucas Tudenſis in Cinthilano Rege. deq; illo hæc ſcribit: *Anno primo Regis Cinthilani Doctor & Legumlator Hiſpaniarum Iſidorus ſtans in Eccleſia peracto ſermone ad populum, & expandens manus, benedicens omnibus, Deo hactenus ſibi traditum Regum commendans, feliciſſimo ſomno obdormiuit in Domino. Decoratus in quippe extitit ſanctitate, ſpiritu prophetiæ clarus in eleemoſynis largus, hoſpitalitate præcipuus, corde ſerenus, in ſententia verax, in iudicio iuſtus, in prædicatione lætus, in lucrandis Deo animabus ſtudioſus, in expoſitione Scripturarum cautus, in conſilio prouidus, in actu humilis, in menſa ſobrius, in oratione deuotus, honeſtate præclarus, ſemper pro Eccleſia, vt veritatis defenſione mori promptus, & in omni bonitate conſpicuus. Præterea Pater extitit clericorum, Doctor, & ſuſtentator monachorum, ac monialium, conſolator mærentium, tutamen pupillorum, ac viduarum, attritor ſuperborum, perſecutor, & malleus hæreticorum. Rexit Archiepiſcopatum Hiſpalenſem 40. annos diuerſis miraculorum ſignis fulgens, Romanæ Papæ in Hiſpania vicem gerens. Ex ſtirpe Gothorum progenitus, & natus Patre Seueriano Duce Carthaginienſi.* Sic Tudenſis.

Arnoldus autem Vuion cum S. Gregorij Magni Pont. Maxim. eum diſcipulum faciat fuiſſe quoque inquit Ord. D. Benedicti (vt aiunt) monachum, & quem & obijſſe ſcribit an.642. pridie nonas Aprilis contra quàm Tudenſis habet. Quin & mortuus ſub Chintila Gothorum Rege ait Braulio, ex quo multorum errores conuincuntur de anno mortis

Iſido-

Iſidori. Redemptus Clericus Iſidori diſcipulus, confirmat hac veritatem, qui eum mortuum ſcripſit Aera 674. hoc eſt an. 636. & Chintilam cępiſſe regnare Aera 674. ideſt Chriſti Domini an. 636. cernitur in Concilio quinto Toletano. Anno autem ſecundo Chintilæ videmus habitum ſextum Concilium Toletanum, cui iam non Iſidorus (erat enim mortuus) ſed Honoratus Iſidori ſucceſſor interfuit.

Tranſlatum aũt Iſidori corpus in Vrbem Legionem, à Ferdinando primo Caſtellæ ſimul, & Legionis Rege, qui hoc ab Eneto Sarraceno Hiſpali regnante magnis precibus, & præmijs impetrauit. Cuius nomine templum ædificatum eſt Legione, vbi ſepultus, miraculis clarum magna populus religione veneratur.

Quòd verò Arnoldus Vuion in libro Ligni Vitæ, ſcripſit B. Iſidorum requieſcere Bononiæ in Eccleſia Patrum Cœleſtinorum, Ioannes Grialus in Nota ad prænotationem Braulionis in vltima Iſidori editione ſcribit ſe conijcere, forma & quantitate capſæ, ſiue loculi Arnoldum crediduiſſe ibi integrum Iſidori corpus eſſe, vbi forſan non niſi aliquot oſſa, vel cineres ipſius cõtinentur. Sed vitam, & mortem ipſius Iſidori ſummatim, & pro dignitate conſcriptam, lege in Io. Mariana noſtro de rebus Hiſpaniæ, lib. 6. c. 7.

Natione autem fuiſſe Germanum ait (ac neſcio vnde) in ſuo Scriptorum Catalogo Gulielmus Eiſingr. quamquam (inquit) Hiſpani ſuum eſſe affirment, ac Leandri, Fulgentij, & Florentinæ Virginis germanum fratrem, alij Theodoſię Reginæ addunt Ermenigildi, & Reccaredi Matris, Patre quidem Seueriano, quem nonnulli Carthaginenſis Prouincię Ducem faciunt.

### *Opera Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi varijs in locis excuſa, Quive in eum laborarunt.*

Iam verò etſi Ildefonſus Iſidori pleraque attigit, plura tamen ab eo fuiſſe ſcripta, Tempus ipſum prodidit, quæ & ſubinde auctiora noſtrum hoc æuum ferax eruditionis, emiſit.

Et libri quidem tres De Summo bono, vnà cũ libris viginti Etymologiarum excuſi fuerant an. 1483. Venetijs, atque Lipſiæ in Germania ann. 1493. cum deinceps ijdem libri tres de Summo Bono caſtigati, & editi per Hubertum Scutieputæum Canonicum in Bethlcem prope Louanium, impreſſi ſunt Antuerpiæ apud Io. Bellerum, an. 1564. vnà cum libello eiuſdem Iſidori De contemptu Mundi.

De Natiuitate Domini, Paſſione, Reſurrectione, & alijs.

Tractatulus item (vt habet titulus) De vita, & obitu quorundam vtriuſque teſtamenti Sãctorum. Allegoriæ quædam ex vtroque Teſtamento.

Liber Proœmiorum in vtrumque Teſtamẽtũ. Secerius excudit Haganoæ in Germania, an. 1529.

Cauenda autem eſt Librorum viginti Originum editio Baſileenſis apud Petrũ Pernam, an. 1577. euulgata, vnà cum libris nouem Martiani Capellæ, De Nuptijs Philologiæ, & Mercurij, & Scholijs Bonauenturæ Vulcanij Brugenſis, quippe cui editioni plura fuerunt admixta, quæ nec ſunt Iſidori, & verò ſapiunt hæreſim.

In Pentateuchum, Ioſue, Iudicum, Regum, Eſdram, & Machabæos, Coloniæ Ioannes Soter, an. 1530.

De officijs Eccleſiaſticis. Pariſijs an. 1564.

De Diuinis officijs Coloniæ, ibidem an. 1568. in quorum lib. 2. ca. 15. vbi facit tria genera monachorum, Eremitas, Anachoretas, Cœnobitas, ſciendum eſt, idem eſſe Anachoretas cum Eremitis.

Soliloquia Italicè reddita Venetijs apud hæredes Melchioris Seſſæ, an. 1570.

Opera omnia, quæ extabant ſiue edita, ſiue aliunde è manuſcriptis exſcripta, & caſtigata Margarinus Bignæus Pariſienſis Theologus, Pariſijs emiſit an. 1580.

De illuſtribus Eccleſiæ Scriptoribus Liber cum alijs Coloniæ excuſus, an. 1580.

Sententiarum libri quatuor à Garſia Loayſa emendati, prodierunt ann. 1593. Taurini in Italiæ Subalpinis, quemadmodum & Chronicon Scholijs illuſtratum, apud Io. Baptiſtam Beuilaquam.

Denique Pariſijs an. 1601. poſtrema editio apud Sebaſtianum Niuellum emiſſa eſt per Iacobum è Braul Monachum S. Germani Pariſienſis à Pratis, multo & emendatior, & reliquis auctior, cuius Catalogum hic damus.

*Index Librorum S. Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi. Ex quibus eos, qui nunc primum prodierunt in lucem, notatus ad marginem aſteriſcus indicat.*


Originem, ſiue Etymologiarum, lib.20.pag.1.
De differentijs, ſiue proprietate verborum, lib.primus, pag.81.
De differentijs ſpiritualibus, liber ſecundus, pag.291.
Synonimorum, ſiue Soliloquiorum, lib.ſecundus, pag.305.
De contemptu mundi libellus, pag.323.
Norma viuendi, pag.330.
* Exhortatio pœnitendi cum conſolatione, & miſericordia Dei, ad animam futura iudicia formidantem. Quam ex m.s.codice Biblio.S.Mauri Foſſatenſis quondam regularis V.C.Nicolaus Faber tranſcribi curauit, pag.334.
* Lamentum pœnitentiæ verſu, ac duplici alphabeto editum, ex eadem Bibl. pag. 336.
* Oratio prolixa Sancti Iſidori ad flenda ſemper peccata pro correctione vitæ. ex eadem Bibl. 341.
* Oratio eiuſdem breuis, contra inſidias Diaboli, pag.351.
Epiſtola ad Maſſanum (alias Maſſonem) Epiſcopum, de lapſu & reparatione Sacerdotis. ex Bibl.S.Germani à Pratis integra reddita, cum antea non niſi fragmenta quędam impreſſa extarent, pag.352.
De natura rerum, ſiue De Mundo ad Siſebutum Regem lib. pag.354.
* Chronicon ab initio mundi vſque ad annum quintum Suinthilani Regis Gotthorum per Garſiam Loayſam emendatum, & Scholijs illuſtratum, pag.374.
Chronicon Gotthorum, pag.398. Hiſtoria Vandalorum, pag.402.
Hiſtoria Sueuorum, pag.403.
Procemiorum Liber in vetus, & nouum Teſtamentum.
In Geneſim, pag.413.
In Exodum, pag.448.
In Leuiticum, pag. 465.
In Numeros, pag.472.
In Deuter.p.482. In Ioſue, p.488.
In Librum Iudicum, pag.493.
In Librum Ruth, pag.498.
In Primum Regum, pag.499.
In Secundum, pag.508.
In Tertium, pag.510.
In Quartum, pag.512.
In Eſdram, pag.514.
De Antiocho Rege, & Machabæorum martyrio conſummato, pag.515.
Allegoriarum quarundam Sacræ Scripturæ, lib.1.pag.515.
De Scriptoribus Eccleſiaſticis, lib. vnus, pag.526.
De Vita vel obitu Sanctorum, qui Deo placuerunt, pag.562.
De Natiuitate Domini, Paſſione, Reſurrectione, Regno, atque Iudicio, ad Florentiā Sororem, lib. vnus, pag.543.
Ad eandem De Vocatione gentium, pag.531.
De officijs Eccleſiaſticis, libri duo ex C.m.s.S.Germani à Pratis emendati, pag.580.
Epiſtola ad Ludifredum (alias Leudefredum) Cordubenſem Epiſcopum, de Epiſcopi, & cæterorum Clericorum in Eccleſia officio, pag. 615. Huius Epiſtolæ poſterior pars, quæ deſiderabatur, quamque Madritium Hiſpaniæ exemplar nobis tandem ſuppeditauit, habetur infra pag.693.
Sententiarum, ſiue de Summo bono, lib.3.pa.617.
* Epiſtolæ aliquot præter eas, quæ ante Etymologias, & Synonima habentur, p.693.
* Regula Monachorum, pag.698.
* De conflictu vitiorum, & virtutum, pag.709.
* Expoſitio in Cantica Canticorum, pag.719.
* Sancti Ildefonſi Liber de viris Illuſtribus, pag.733.
* Liber De differentijs, ſiue proprietate verborū. Qui in editione Madriti, an.1599. (præter alios duos ſuperius poſt Etymologias impreſſos) repertus eſt, pag.741.
* Liber D.Iſidori De viris illuſtribus, qui certè libro S. Ildefonſi de eadem materia præponi debuit, ſed non tam citò nobis innotuit, pag.777.
* Notę virorum doctorum in quoſdam libros D.Iſidori per Ioannem Grialum collectę; & auctæ. pag.789.
* Gloſſarum ex diuerſis, quæ nomine Iſidori Hiſpalenſis Epiſcopi circumferuntur, collectum, pag.959.
Scripturæ Sāctæ auctoritatum, quæ in hoc Opere ſparſim citatæ, & explicatæ ſunt, Index.




Digitized by Google

Rerum,& verborum,quæ in hoc Opere continentur, Index copioſiſſimus.

Hinc autem liquet,plura nos iam fuiſſe Iſidori conſecutos,quàm quæ nec Sigebertus,neque Tritemius,neque Sixtus Senenſis(quamuis huius conſilium fuerit tantum exegematicos D.Scripturæ prodere, vt alibi diximus) nec alij indicarunt. Sic quidem qui editionem hanc emiſere.

Veruntamen non ſatis vmquam laudatus labor Henrici Caniſij aliud S. huius Iſidori Opuſculum de conuerſis,ſiue ad monachos erutum è membranis m. s. Bibl. Monaſterij S.Galli in Heluetia,primum in lucem emiſit inſertum Tomo Quinto antiquæ lectionis, excuſo Ingolſtadij an.1604.

## *Quæ tributa Iſidoro Hiſpalenſi præter ſuperiora.*

In templo D.Leocadiæ Toleti cum de reſtituanda diſciplina conuentus an.Do.634. haberetur, inter alia decretum fuit, vt Miſſale, ac Breuiarium vnum eſſet in Hiſpania. Eius rei perficiendæ cura(ſcribit poſt alios Io. Mariana noſter, lib.6.de rebus Hiſpaniæ, c.5.)quoniam Iſidoro,qui primas partes in eo Concilio tenuit creditur eſſe demandata, vſus obtinuit,vt Miſſale,& Breuiarium Mozarabum,hoc eſt,ex antiquo Gothorum more conſeruatum, Sacrorum, precumque diurnarum, & nocturnarum ritus , Iſidoro tribuantur,tametſi nonnulla Leander inuenit,plura progreſſus temporis addidit.

Circumfertur præterea(idem ait Mariana)vulgò breuis celebrandi Concilij formula Iſidori nomine,quam nonnulli exiſtimant ex huius Concilij Actis conſarcinatam,adiunctione multarum rerum,quæ ex alijs Concilijs deſcriptæ ſunt. Iſidori autem nomen ad ſcriptum conciliandæ auctoritatis cauſſa. Commentum probabile,quòd ceteris deferentibus,primas in eo conuentu partes tenuit.

Is autem Ordo celebrandi Concilij præpoſitus eſt Editioni 40. Conciliorum à Garſia Loayſa Madriti an.1593. editæ Collectioni,auctior,atque correctior ex libro Vigilano, ſiue Alueldenſi,qui aſſeruantur in Bibl.Regis D.Laurentij in Scoriaco m.s.

Quin & apud Marianam lib.eod.6. de rebus Hiſpaniæ,c.6.extat fragmentum,ſiue breuis Iſidori Epiſtola ad Eugenium ſecundum Epiſcopum Toletanum,reſpondentis,num Superioris ſententiam ſoluere poſſit,qui ſit poteſtate inferior; & num Apoſtoli pari poteſtate præditi fuerint.

Num verò Collectio Canonum , ſiue Actorum Conciliorũ,quæ poſt Creſconij Collectionem prodijt,Iſidoro Hiſpalenſi ſit tribuenda,mox attingemus.

. ISIDORVS Mercator viſus eſt nonnullis alius eſſe à tribus Iſidoris Cordubenſi, Hiſpalenſi,Pacenſi,qui omnes doctrina,& pietate in Eccleſia Chriſti floruerũt.Mouit iſtos fortaſſe,quòd in codice Dominicanæ familiæ in Vrbe, initio præfationis collectionis Canonum ita legatur. *Iſidorus Mercator ſeruus Chriſti Lectori conſeruo ſuo.* Nec multò ſecus in Codicibus Vaticanis;quo loco extat in impreſſis: *Iſidorus peccator ſeruus Chriſti.* At hũc fuiſſe Hiſpalenſem,de quo locuti ſumus,plura videntur euincere. Primum quod multa verba,quæ in Præfatione huius collectionis leguntur, extant in libro quinto Etymologiarum Iſidori Hiſpalenſis. Secundum , quòd non ſolum perantiquus eſt hic Iſidorus, qui *Mercator* dicitur; cuius collectio protenditur à Canonibus Apoſtolorũ vſque ad Conciliũ Hiſpalen ſe ſecundum, habeturq́; in duobus Codicibus Vaticanæ Bibliothecæ,& vno Monaſterij Dominicani S.Mariæ ſupra Mineruam , verum etiam quòd eidem ipſi Concilio Hiſpalenſi interfuit,ac primas partes tenuit Iſidorus Hiſpalenſis. Tertium, quòd conſtans fermè fama per omnia tempora percrebuit, Auctorem eius Collectionis fuiſſe Iſidorum Hiſpalenſem. Hincmarus Archiepiſcopus Rhemenſis in libro de Synodis, Ioannes Gerſon , Tritemius teſtantur ab eodem Iſidoro Hiſpalenſi Librum Decretorum fuiſſe conſcriptum. Quartum, quod expurgatores,atque emendatores Decreti ac Decretalium, Gregorij XIII. Pont. Max. iuſſu, editorum in hanc ipſam videntur ſat liquido propendere ſententiam,ſicut initio ante Corpus Decreti ſignificarunt. Quamobrem & *Collector*, ſiue *Compilator* eſt dictus. Quæ cum ita ſint, ea tamen cautio iiſdem Canonibus, ſiue Collectioni legendæ eſt adhibenda, quam non vno in loco Tertio Annalium Tomi Baronius Cardinalis admonuit. *Non innitimur ijs* (inquit) *quæ Iſidorus Collector, ſeu potius compilator ſub nomine Melchiadis Papæ perperam collocauit in ea Epiſtola, cuius (quod magis credimus) ipſe auctor extitit, cui præter mentionem habitam de Nicæno Concilio,attexuit tertium Canonem Concilij Chalcedonenſis, & nonnulla ex Epiſt. Gregorij Papæ 24.lib.1. His inquam quantum libet veris, quòd prodantur falſo titulo, non innitimur, ſed antiquioribus ac verioribus teſtimonijs.* Præterea & in eodem Tomo 3. multo poſtea, inquit, *Hiſtoria ab illo narrata de morte Oſij lib. de viris illuſtribus , à nemine alio quàm à ſchiſmaticorum cænoſo fonte hauſta; quippe cum in his controuerſijs frequens eſſet , in quibus*

Pa.83. primæ Romanæ editionis, & pa. 666.

de

*frequens eſſet, in quibus de appellatione ad Sedem Apoſtolicam ageretur, & ex illis Epiſtolis multiplicia ſuppeterent, eademq; fortiſſima teſtimonia Sanctiſſimorum Pontificum, eorundemq; martyrum, quorum ſumma auctoritas in Eccleſia eſſe poſſet, abſtinuit, tamen ab illis penitus, quas ſaltem dubias intellexiſſe, non dubium ſit, illis tantum vſus, de quibus numquam in Eccleſia Dei fuerat dubitatum, quod illis aduentitijs, & recens inuentis egeret Eccleſia, cum eadem aliunde ex germanis, ſynceris, omnino legitimis, ſecuris, ceteriſq; Romanorum Pontificum Epiſtolis abundanter accipere licuiſſet. Sed & ipſe Benedictus Leuita, etſi (vt audiſti ab Hincmaro, & ipſemet teſtatus eſt in ſuorum præfatione librorum) ex eadem Iſidori collectione accepit multa; tamen bene conſcius, auctoritatem illarum Epiſtolarum haud adeo conſtantem, ſed nutare admodum, numquam aliquem illarum citauit auctorem, vt fecit in reliquis, quarum fides conſtans eſſet, Romanorum Pontificum Epiſtolis Innocentij, Leonis, Gelaſij, Symmachi, atq; Gregorij citans ac nominans earum auctores: ſed & magna cautela; quòd ſciret ex eis accepta haud haberi firma, curauit (vt ipſe in fine teſtatur) eadem auctoritate Apoſtolica confirmari.*

*At verò ex multis eas reddi ſuſpectas Epiſtolas, quæ dictæ ſunt Secundo Annalium Tomo, dum de eius ſingulis mentio facta eſt, ſatis eſt demonſtratum, ſimulq; oſtenſum, illis non indigere S. Romanam Eccleſiam, vt ſi falſitatis arguantur, ſuis ipſa deſtituatur iuribus, & priuilegijs, cum etſi illis careat, ex legitimis, germaniſq; aliorum Pontificum Epiſtolis Decretalibus ſatis ſuperq; corroborata conſiſtat.*

ISIDORVS Iſolanus, Mediolanenſis, Ord. Præd. ſcripſit Summam in quatuor Partes diſtributam De Donis S. Ioſeph Sponſi B. Virginis, quā Adriano Sexto Pont. Max. inſcriptam Ticini, hoc eſt Papiæ prope Mediolanum edidit an. 1522. apud Iacobum Paucidrarium. cum antea, hoc eſt an. 1513. ibidem edidiſſet libros quatuor aduerſus Auerroem De Aeternitate Mundi: Alberti autem de Saxonia De velocitate omnium motuum dogmata in compendium, & ordinem redegiſſet.

ISIDORVS Montacutus, Florentinus, Monachus Caſſinenſis, S. Mariæ nouæ, quæ eſt Florentiæ, Præſes, è Græco Latinum reddidit Nilum monachum perantiquum. Obijt an. 1573. Florentiæ menſe Maio.

ISIDORVS Moſconius, Peruſinus, I.V.C. dum eſſet Bononienſis Archiepiſcopatus in Spiritualibus, vt vocant, Generalis Vicarius, Duos à ſe conſcriptos Libros de Maieſtate militantis Eccleſiæ; atque de ipſius Religionis ſtatu, deque Perſonarum omnium in Eccleſia exiſtentium, necnon ſecularium Principum Religione, & Conſtantia, edidit Venetijs an. 1602. apud Ioannem Baptiſtam Ciottum, Franciſcum Franciſcium, & Paulum Meiettum.

ISIDORVS Peluſiota, qui in monte Peluſio Abbas inſignis ſanctitatis præfuit monachis, diſcipulus S. Ioannis Chryſoſtomi, relatus ab Vſuardo in Sanctorum Album, cuius Lib. 1. c. 15.
feſti ad diem quartam Februarij meminit, vir, vt habet Suidas, eloquentiſſimus, Philoſophuſque, & Rhetor; Vitam Angelicam (vt inquit Euagrius) in Terris traducens, & viuam monaſticæ vitæ effigiem, ac Diuinæ contemplationis omnibus perpetuo intuendam proponens, ſcripſit Græcè multa. Nimirum

Epiſtolas ter mille Diuinam Scripturam interpretantes, vt Suidas ſcribit. At vt Nicephorus Calliſtus habet, propè Chiliades decem omnis generis Diuinæ ſimul, & humanæ gratiæ (ait) refertarum, in quibus ſcripturam omnem clarius exponit, & omnes omnium mores inſtituit. Sic ille.

Atqui in Veneta D. Marci Bibliotheca Venetijs extat Volumen m. s. mille centum quadraginta, & octo Epiſtolas continens. Quarum prima incipit ἐπεὶ κυκλικὸν ἔδει χρόνου. Iacobus autem Billius Prunæus mille ducentas aliunde habitas è Græco Latinas fecit, inter quas cum nulla eiuſmodi habeat initium, quam habet Marcianum exemplar, habebunt pietatis & antiquitatis ſtudioſi, vbi ſuam ad Dei gloriam, operam collocēt, reliquis, quas iam aſſecuti ſumus, in publicam lucem edentes.

Porrò idem Billius Epiſtolas illas ſic Græcè ſcriptas reliquit, vt è regione eiſdem ſtatuerit Latinam ſuam verſionem optimam ſicque editæ fuerint Pariſijs an. 1585. apud Gulielmum Chaudiere, vnà cum eiuſdem Billij Sacrarum Obſeruationum libris duobus. In qua editione meminerit Lector emendata pleraque fuiſſe ad finem Operis, quæ omiſſa faceſſerent legentibus aliquid moleſtiæ.

Scripſiſſe autem eundem Iſidorum multa Opera per quàm vtilia, tum vnum ad Cyrillum teſtis eſt idem vbi ſupra, Euagrius. Videlicet, (quod Nicephorus indicat,) cum apertè Chryſoſtomum defenderet, vehementer Arcadium, & Cyrillum, atque huius patronum Theophilum perſtrinxit, taxans eorum ſiniſtras aduerſus Virum illum ſuſceptas molitiones.

Quin ipſe Iſidorus librum ſe ad Gentiles ſcripſiſſe in ſuis Epiſtolis à Billio verſis aliquoties meminit. Qui liber vtrum adhuc alicubi extet incertum.

Quædam verò Poëtica ipſius deſiderari videbuntur ei, qui Nicephori verſionem è Græcò Latinè à Longo redditam leget. At nulla illa fuere. Neque enim vllus eorũ, quos citat, nempe Iſidorus Peluſiota, Nilus, Marcus Eremita, Theodoretus Cyrenenſis Epiſcopus, fuere Poëtæ. Lapſus eſt itaque Langus, vt in alijs non paucis, quod libro primo Sacrarum obſeruationum notauit Billius. Nam libro primo, ca. 38. vbi quędam obſeruat in Euagrij hiſtoria, ſic ait: *Cap. 15. in initio hæc verba* κτ̀ ποίησιν, *ab Interprete omiſſa idem valent, quod* ποιητικῶς εἰπεῖν, *ideſt, vt Poeta verbis vtar. Hæc enim dicit ob hæc verba*, κλεὸς εὐρὴ, *quæ præcedunt, & quibus vtitur Homerus Odyſſeæ penultimo libro. Quod cum ne Langus quidem apud Nicephorum, lib. 14. c. 53. animaduerterit, Iſidorum Peluſiotam, Nilum, & Marcum Eremitam, ac denique Theodoretum Cyrenenſem Antiſtitem egregios Poetas facit; cum tamen nullum omnino ex his Poetica laude floruiſſe litteris vllis proditum ſit.* Ex quo perſpicere licet, quantum interdũ erroris vnius voculæ homonymia non animaduerſa pariat.

Iam quod rurſus de Epiſtolis Iſidori Peluſiotæ dicendum eſt, cũ eæ ſententijs, ac breuibus adhortationibus aculeum Lectori perutilem inſigant, ſuaſerim probis, & eruditis Gymnaſiarchis, ne tantam ſinerent elabi occaſionem, qua eas diſcipulis interdum pręlegerent, ſicque eorum mores, dictionem ac pietatem eis inſtillarent.

Scio autem prodijſſe Iſidori huius Epiſtolas pluſquam centum Epiſtolis auctiores cum notis Rhiterſuſij Græcolatinas apud Comelinum in folio anno 1605. At quoniam Comelinus non fuit Catholicus optimus, at eiuſmodi libri circumſpectè perlegantur.

ISIDORVS Theſſalonicæ Epiſcopus, cuius Græcæ Homiliæ in D. Lucæ Euangelium extant m.ss. in Vaticana Bibl.

ISIDORVS Valſeranus, Tractatum de Indulgentijs Italicè emiſit Venetijs ann. 1583. apud Dominicum Farrum.

ISONIS Monachi, De virtutibus, & miraculis S. Othmari, lib. 1. extat m.s. in Bibl. celebris Monaſterij S. Galli in Heluetia.

ISOTA Nouarola, virgo nobilis Veronenſis, cum in primis virginitati, deinde item bonis artibus vitam ſuam addixiſſet, varias & Epiſtolas, & Orationes Latinas, & graues ad Nicolaum Quintum, & ad Pium Secundum Pontifices Maximos dedit. In Conuentu autem, quem idem Pius Secundus habuit Mantuæ, & validis rationibus, & pluribus exemplis tum ipſum Pont. Max. vna cum Cardinalibus, tum Principes Chriſtianos, qui frequẽtes aderant, hortata eſt ad bellum aduerſus Turcas mouendum. Scripſit Dialogum, quo diſputat Adam ne, an Eua grauius peccauerit. Vide Fulgoſium, lib. 8. ca. 3. Rerum memorabilium. Viuebat an. 1455.

ISTELLA in Geneſim, & Exodum Romæ apud Gaſparem Bindonum, anno Domini 1602.

ISVARDVS, qui & *Huſuardus*, in Annotationibus Suffridi Petri, Monachus, Ordinis D. Benedicti, Carolo Magno Imperatore iubente, Martyrologium cõfecit, in quo ſimul Confeſſorum, & aliorum Sanctorum hiſtorias texuit. Editus eſt iterum an. 1579. Viuebat an. 789.

ISYCHIVS Presbyter Hieroſolymitanus, cuius Commentaria in Leuiticum extant, quæ cum alibi antea, tum demum an. 1581. Pariſijs fuere recuſa. Vide in verbo, Heſychius.

## I T

ITHACIVS, qui & *Itacius* non fuit idem, qui Idacius quemadmodum falsò exiſtimarunt Tritemius, & quidam alij. Duo enim fuere eodem tempore Epiſcopi in Concilio Cæſarauguſtano Ithacius, qui ſe primo loco, Idacius, qui duodecimo loco ſubſcripſerũt, vixitque vterque an. 388. temporibus Damaſi Pont. Max. Gratiani Imperatoris, & Ambroſij Mediolanenſis Epiſcopi. Et Itacium quidem Seuerus Sulpitius lib. 2. hiſtoriæ Sacræ Soſſubenſem Epiſcopum forte (ſuſpicatur Garſias Loayſa) *Oſonobenſem*, Idacium autẽ tantum Epiſcopum nominat.

De Ithacio igitur Hieronymus ita meminit in Priſcilliano, vt librum, ab eo ſcribat ſub ſpecie Apologię fuiſſe editum, in quo deteſtanda Piſcilliani dogmata, & maleficiorũ venena, & libidinum detexit. Seuerus autem Sulpitius tam Ithacij quam Idacij ſtudiũ in expugnandis hæreticis reprehendit quia animo vincendi potius, quam oportuit, certarunt. De Ithacio enim ſic ille: *Certè Ithacium nihil penſi, nihil ſancti habuiſſe definio, fuit enim audax, loquax, impudens, præſumptuoſus.* At Iſidorus in Catalogo ita ſcribit, vt & cum Idacio Claro eum confundat, & magis honorificè de ipſo loquatur his verbis: *Itacius Hiſpanenſis Epi-*

*ſcopus,*

*ſcopus, cognomento & eloquio clarus,ſcripſit quendam Librũ ſub Apologetici ſpecie, in quo deteſtanda Priſcillianorum dogmata,& maleficiorum artes, libidinumq́; eius probra demonſtrat,oſtendens Marcum quẽdam Memphiticum, magicæ artis ſcientiſſimum, diſcipulum Manis fuiſſe,& Priſcilliani Magiſtrum Hic autem cum Vrſacio Epiſcopo ob necem eiuſdem Priſcilliani, cuius accuſatores extiterant Eccleſiæ communione priuatus exilio condemnatur, ibique die vltima fungitur. Theodoſio maiore, & Valentiniano regnantibus.*

Quin & Sigebertus,c.18.Idacium cum reliquis errans,vocat, Honorius verò longius verò *Anicium*.

Extant duodecim vitæ incerti Auctoris,quæ in m.s.Cod.D.Iſidoro,& Ildefonſo pręponebantur.Is autem *Itacium* ſine aſpiratiõe ſcribens alterumque hunc à ſuperiore fuiſſe ſat liquidò oſtendens,quippe qui poſt Hieronymum diu vixerit,inquit.

*Itatius Prouinciæ Gallaciæ Epiſcopus,ſecutus Chronicã Euſebij Cæſarienſis Epiſcopi, ſiue Hieronymi Preſbyteri,quæ vſq; hodie in Valentis Auguſti imperium edita declaratur, dehinc ab anno primo Theodoſij Auguſti vſque in annum Imperij Leonis octauum,ſubiunctam ſequitur hiſtoriam,in qua magis barbararum gẽtium bella crudelia narrat, quæ premebant Hiſpaniam. Deceſſit ſub Leone Principe, vltima iam penè ſenectute,ſicut etiam in Præfationis ſuæ demonſtratur initio.*

## IV

IVDAEI quomodo ſint cõuincendi, ſiue item iuuandi,vt ad Chriſtum Dominum veram lucem accedentes,velamen,quod cordibus ſuis impoſitum gerũt,deponant, egimus in libro nono Bibl.noſtræ Selectæ,vbi damna è Iudæis manãtia, Remedia quænam,Scriptores antiquiores,& recẽtiores,atque adeo magis ſelectos,cautiones quoque, & reliqua ſpectantia ad rationem agendi cum ijs,ſummatim,&(vt de D.bonitate ſperandum eſt)nõ ſine fructu aliquo propoſuimus,ſi quis illa in rem cõferat.Sed ijs addenda ſunt, quæ Bernardinus Roſſiniolius noſter c.17. libri primi De virtutum Actionibus optimè monuit, quænam eſſent,in quibus D.Pauli,& S.Io. Chryſoſtomi Charitas ſeſe potiſſimum ad Iudæos conuertendos exereret: Quorum cum numerus ſit maximus,ac verò Deus velit omnes ad Salutem venire, ſyncerus Operarius Chriſti eam viam debet inſiſtere, quam duo illa Lumina Paulus,& Chryſoſtomus factis præmonſtrarunt.

Reſtabat autem Tractatio duplex.Altera de Rabbinorum, & Talmudiſtarum erroribus explicatior,quam ſatis vberem ſuo loco ponemus, licet abolita iam prorſus ſit Talmud lectio à Clem.VIII.Pont.Max.in Romano Indice.Itaque in verbo Talmud eandem abolitiorem inſeruimus:quemadmodum item in verbo, Rabbini, quædã alia attulimus. Altera verò De forma Reipublicæ Iudæorum.Quem tamen laborem exemit nobis Carolus Sigonius, qui peculiarem de ea librum emiſit. Sanè Iudæi vbi intelligũt à Chriſtianis cognoſci,quæ nam fuerint eiuſdem Reip.Leges; & Forma,de qua expedit nonnihil proloqui,dum ij iuuandi ſunt,libentius excipiunt,quę ſubinde ad eos conuincendos afferũtur. Scio autem aliquid amplius in eo Sigonij libro ab aliquibus fuiſſe deſideratum, aut notatum; ſed quæ mihi cum ipſo,dum eſſet ſuperſtes,fuit neceſſitudo;ac ipſius ratio veritatis,requirunt,vt dicam pleraque ab illo ſcripta fuiſſe, quæ tantum abſunt, vt conuelli debeant,vt etiam potius,contra ſit commendanda.

Sanè verò non videtur ex Scriptura poſſe impugnari, quòd ex Ioſepho tradidit De tribus Templis.Quem in hoc plerique Auctores admittunt, inter quos vide Franciſcum Riberam, & Ioan. Maldonatum,noſtros: illum qui poſt Commẽtaria in duodecim Prophetas,libellum conſcripſit, atque edidit De Templo Salomonis : hunc in Ioannis cap. 4. verſu 20.

Minus item impugnandus,quod dicere videatur Iudæos Prouinciales numquam ſolitos adire templum, ſed tantummodo Synagogas. Nam Sigonius duntaxat aſſerit eos cõmuniter cõueniſſe in Synagogis ſibi aſſignatis,quemadmodũ Ciues Hieroſolymitani in Templo,quod certè videtur ex ipſa Scriptura euinci.

Quòd autem ante iſta dixerit,fuiſſe pręceptum,De non adulterando,haud propterea cenſuit prohibitam etiam fuiſſe ſimplicem fornicationem; ea enim ipſa tum verba ſunt Sacri Textus,tum paſſim in Catechiſmis.

Alia nonnulla omittimus eiuſmodi,cum ceteroquin probus, & doctus vir modeſtè, nec ſine magni nominis Auctoribus de toto hoc Iudæorum Reip.negocio egerit.

Ceterum De ſectis apud Iudæos legendus eſt Nicolaus Serrarius noſter, qui tribus libris egit perſpicuè de ijſdem,editi autem hi ſunt Moguntiæ an.1604.quidquid ſecus hæretici garriant,nec veritatem inſanabiles concoquerere poſſint.



Digitized by Google

IVDAS hiſtoriographus,& Theologus(inquit Euſebius Cæſarienſis)ob Mundi malitiam finem Mundi inſtare dicebat. Hieronymus autem ait. Iudas de ſeptuaginta apud Danielem hebdomadibus pleniſſimè diſputauit, & Chronographiam ſuperiorum temporum vſque ad decimum Seueri (*Pertinacis* addit Codex Sigebergenſis)perduxit annum. In qua erroris arguitur, quòd aduentum Antichriſti circa ſua tempora futurum eſſe dixerit: ſed hoc ideo,quia magnitudo perſecutionum præſentem mundi minabatur occaſum.

IVDAS Iſcariotis, qui Chriſtum Dominum impiè ſupra quàm quod dici poſſit, prodidit,neque hic,nec alibi in Mundo,qui neq; in cœlis habuit, locum meretur,niſi quòd cum Epiphanius libro primo Panarij contra Caianos,& Theodoretus libro primo hæreticarum fabularum meminiſſe voluerunt Euangelij cuiuſdam,quod,ſub Iudæ ipſius nomine,Caiani hæretici ſunt venerati,fit,vt neque nos id omittamus,vt videant Catholici in quàm profundum impietatis barathrum labūtur hæretici, qui potius Iudæ proditoris confictum Euangelium, quàm verum Sanctorum Euangeliſtarum venerabantur. Et Caiani quidem(quod Patres illi teſtati ſunt)laudabant in eo Euangelio magnificè Iudam,quòd Chriſtum Magiſtrum ſuum tradiderit Iudæis iuxta eam,quam habebat Diuinæ determinationis notitiam, quod per Chriſti mortem redimeretur Mundus,& regnū Satanæ euerteretur; & ob id feſtinauit tradere Chriſtum, vt nobis per Crucem eius ſalutem pararet. Vide tranſuerſa,& fanatica hæreticorum ingenia.

IVDAS Machabæus, collegit commentarios belli ſacri, quod Mathathias Pater eius aduerſus Reges Aſiæ pro patria libertate ac Diuinis legibus ſuſcepit. Vide ſecundo lib. Machab.c.2.vbi extant hæc verba. *Iudas ea,quæ didicerat per bellum, quod nobis acciderat, collegit omnia, & ſunt apud nos; quæ ſi deſideratis legere mittite qui ad vos deferant.* Vide autem in verbo Machabæus.

IVDICVM Liber in Vetere Teſtamento,qui à Iudæis *Sciophtim*,à Græcis *κριταὶ* dicitur, hanc habet inſcriptionem,quòd Geſta tredecim Iudicum, qui in progreſſu, (ſicut Ioſue in ingreſſu)populo Iſraëlis præfuere, continentur hoc libro. Hi autem potius per miniſterij,quàm per Imperij modum clauum Reip. tenuiſſe cernuntur. Nam & cum Iudæi de manibus Madian liberati à Gedeone,huic dixiſſent: Dominare noſtri tu, & filius tuus & filius filij tui,quia liberaſti nos de manu Madian,reſponſum à Gedeone acceperunt:Non dominabor,nec dominabitur in vos filius meus, ſed dominabitur in vobis Dominus.E quibus verbis,& reliqua hac hiſtoria,non ea ſolum, quæ pertinebant an hanc quaſi tertiā Reipub.formam, quæve ad myſterium ſpectant, (vt ſicut poſt Ioſue hi Iudices fuerunt, ſic poſt Dominum Ieſum Apoſtoli ſucceſſerint,quodque Principes,tot figuræ (vt inquit Hieronymus )fuerint:)Verum etiam optima iudicandi ratio percipi poteſt. Quare tum verſandus eſt in primis hic liber, cùm ad leges ſeu Ciuiles, ſiue Eccleſiaſticas tractandas acceſſerint Iudices: Qua de tota re nos egimus fuſius , vbi de Iuris prudentia loquentes, de Aequitate,quæ eſt anima legum,diſſeruimus.Quò & illa damnatio referri poteſt,quā in Iudices promulgarunt Leo, & Alexander Imperatores his verbis.

NOTA.

Hieronymus ad Paulinum.

In Bibl. Selecta.

Extat initio Harmenop.

*Equidem non puto,quemquam eorum,qui iudicandi functionem ſunt ſortiti, eò veritatis abripi, vt neglectis hoc libro contentis legibus , auſint arbitrari, vel ſententias proferre. Sed ſi quis eo ſocordiæ fuerit prolapſus,legibus ſtatutam pœnam luet. Si verò nos lateat,non latebit inſomnem oculum. Sed & malis imprecationibus id ſtabilire admodum ex re fore exiſtimaui. Experiatur is ſibi hoſtem Deum,& omnes ei cœleſtes poteſtates aduerſentur. Excidat hac vita latenter,& iacturam quoque futuræ faciat. Ignis deuoret fundamenta domus eius:ſemen eius ſit perpetuò infame,& mendicet panem,eò quòd legū libertatem,ſeruā falſis ſubiugarit iudicijs.* Hactenus illi.

Nunc facit l. vlt.& quæ ibi not.c. de pœna iud.qui male iudicat.

Porrò de Iudicum numero,ordine,imperio, ex Athanaſio,vide tabellam ſeptuageſimam in Oeconomia Ederi, libro ſecundo.

Auctorem autem libri Iudicum alij Samuelem fecerunt,cui item adiecerit Ruth Moabitidis hiſtoriam: alij Ezechiam,nonnulli Eſdram vtriuſq; voluminis auctores. continent autem hi duo Libri ſucceſſiones annorum trecentorum,ac decem & ſeptem,à morte videlicet Ioſue vſq; ad primum annū principatus Heli, qui cepit iudicare anno ab Orbe condito ſecundum ſupputationem Sixti Senenſis 2810.

IVDITH Liber in Veteri Teſtamento ſatis eſt notus, cuius inſcriptio deſignat in primis fortiſſimum Matronę honeſtiſſimæ facinus,quo ipſa Iudith populum Iſraëlis ab Holofernis perſecutiōe liberauit an.xiij. Artaxerxis Priſci, qui in Diuino Codice Aſſuerus, & Nabuchodonoſor nominatur.

Iudith autem nominis interpretatio eſt *Iudæa* hoc eſt *Laudans*, ſiue *Confitens Domino*, nō quòd ipſa ex Iudæ tribu fuerit(fuit enim ex Tribu Simeon,)ſed (quod rectè docet Nico-

laus

laus Serrarius noſter,) ex Hebræa radice *Iadah*, id eſt *laudare, gratias agere, confiteri*.

Porrò huius libri,(licet Canonici, vt dicemus) dubius eſt Auctor. Illud certum, Summis Sacerdotibus hiſtoriarum iſtiuſmodi ſcribendarum prouinciam fuiſſe tradi ſolitam vt Ioſephus, libr.1. aduerſus Appionem oſtendit. Quod ſi Philonis eius quem alibi ſuppoſititium eſſe oſtendimus, Chronologiæ vlla eſſet habenda ratio, non difficile eſſet aſſentire Sixto Senenſi, qui adhæret eidem Chronologiæ dicenti. *Ieſus Pontificatum primum vſque ad duodecimum annum Aſſueri Priſci annis triginta ſex, Ioachim verò filius eius in abſentia annis octo, & Iudith Geſta conſcripſit, & anniuerſariam liberationis memoriam quotannis agendam inſtituit*. Iſidor.lib.6. cap.2.

Scriptum autem fuiſſe hûc Librum Chaldæa lingua Hieronymus Epiſtola tertia indicat, ſe autem è Chaldæo Latinũ feciſſe, ſenſum è ſenſu reddens, atq; id, ad poſtulationem Epiſcoporum Chromatij, atque Heliodori, non (vt habet hiſtoria Scholaſtica) in gratiam Paulę, & Euſtochij, eadem teſtatur Epiſtola. Grǽcè verò à Septuaginta Interpretibus trãſlatum fuiſſe non eſt cur ambigamus, licet diuerſa in Græcis ſit huius partitio libri. Qui autem Hebraicè (vt item Tobiæ librum) ſcripſerunt fuiſſe Conſtantinopoli nõ ſemel excuſum, id neſcio ad nos perueniſſe. Syriacam quidem verſionem extitiſſe apud ſe, quemadmodum aliorum aliquot Vet. Teſtamenti librorum, quæ eſſent ante nongentos annos è Græco in Origenianis Hexaplis polito textu expreſſa teſtatus eſt Andreas Maſius.

Iam de auctoritate huius libri, quin Canonicus ſit, nulla ratio eſt, cur dubitetur. Nam librum hunc tamquam Diuinum citat ipſa Nicæna Synodus, atque adeo vniuerſæ Eccleſiæ auctoritas idem approbauit, Argumenta verò, quæ vel antiquitus, vel hac ætate hæretici huic veritati obiecerunt, ſoluta ſunt ad vnum omnia à pluribus, à Bellarmino Card. potiſſimum, ac poſtea à Nicolao Serrario accuratiſſimè in Prolegomenis ſui ad hunc librum Commentarij, qui eſt eruditiſſimus, ac verè pius. Quo item pleræque difficultates, quæ de hoc Opere ſolitæ ſunt oboriri, omnes complanauit.

## *Scripſerunt in hunc Librum Iudith.*

Quicumque in vniuerſa Biblia ſcripſere, de quibus in verbo, Biblia. Quare & Nicolaus Lyranus, & Hugo, & Dionyſius Cartuſianus, & Emanuel Sà noſter, id præſtiterunt. Sed paulò antiquior Rabanus, qui ad Iuditham Ludouici Imperatoris coniugem ſcripſit Allegoricam huius libri expoſitionem. Tropologicam verò eſt perſecutus Petrus Bertorius, lib.18. Moralitatum. Noſtro tempore Gerardus Lorichius Epitomen, Georgius Ederus in ſua Oeconomia Biblica Partitionem; Cornelius Magnanus, Franciſcus Feuardentius Homilias ad eundem librum. Nicolaus Serrarius noſter pleniſſimè. Vide in verbo, Nicolaus Serrarius. Iam quæ fertur extitiſſe neſcio cuius Iacobi Ziegleri Landaui in Iudith expoſitio, nec nomen, neq; ſcripta iſtius mihi innotuerunt, id ſcio Iacobum Zieglerum (ſi idem fuerit) in prima claſſe librorum prohibitorum in Romano Indice, omninò eſſe prohibitum, tamquam hæreticum.

Ivlianvs Archiepiſcopus Toletanus, diſcipulus Eugenij Tertij, Quirici autem Toletani Archiepiſcopi ſucceſſor, è Iudæorum genere prognatus, vir perdoctus, & ingenio facili, relatus in numerum Sanctorum, qui ſunt in Cælis (quemadmodum teſtantur Martyrologia) Obijt Egica Rege Hiſpaniæ octauo Idus Martij ann. 690. Is, vt habet Felix, qui paucis vitam ipſius ſcriptam reliquit, *Sedis Carthaginis Prouinciæ Metropolitanus, Vrbis Regiæ Pontifex, quàmplurima de Officijs dulciſluo ſono compoſuit. Era 728. diem vitæ clauſit extremum; ac ſic in Baſilica glorioſiſſima S. Leocadiæ virginis ſorte ſepulchrali eſt tumulatus, qui magna totius populi Toletani, cuius erat ciuis, veneratione colitur*. Arnoldus autem Vuion in Ligno Vitæ, ait eum antea fuiſſe Agalienſis Monaſterij monachum: ſed cum inquiat cognomento dictum eſſe *Pomerium*, quod quidem ante, & poſt Tritemium vnà cum ipſo plerique docti ſimilitudine nominis decepti cum Pomerio confuderunt, vnum ex his duobus facientes, aut adeò Duos Pomerios Seniorem alterum, alterum iuniorem ſtatuentes, alijs tanquam per manus anſam dederunt erroris. Iulianus enim Pomerius, qui Pœnus fuit, & in Gallia, tantum Doctor Eccleſiaſticus (non Epiſcopus) ducentos annos ante Iulianum Archiepiſcopum fuit; quippe Pomerius (vt auctor eſt Euodius Ticinenſis) circa quadringenteſimum & nonageſimum annum erat in viuis. Quem item haud ſemel Iulianus Toletanus Archiepiſcopus citat in Prognoſtico futuri ſeculi, in opere aduerſus Iudæos. Quamobrem quòd in præfatione Iuliani Diaconi Eccleſiæ Toletanæ ad libros S. Ildefonſi De laudibus S. Mariæ, cognomen idem *Pomerius* habeatur; & in altera Præfatione ad Demonſtrationem ſextæ ætatis ſe ipſum nominet Iulianum *Pomerium* Regi Eruigio ſcribẽs, id nõ

tanti eſt vt illum Pomerium vocemus,qui non fuerit Pomerius. Nam & addi illud verbum ab Amanuenſibus potuit communi cum cæteris errore ductis,& in eadem Pręfatione conſtat mentionē haberi.Sisberti Archiepiſcopi Toletani, qui Iuliano demortuo eidem Eccleſiæ præfuit,vt diuerſus ab iſto prorſus conſtituatur.Quæ & dicta ſunt,propter id,quod ſecus hac de re in Bibliothecæ SS.PP.Indice Auctorum eſt ſcriptum.

Scripſit autem Iulianus Archiepiſcopus Toletanus tres libros De demonſtratione ætatis ſextæ,contra Iudæos,ad Eruigium Regem:Quorum primo,argumētis è vetere Teſtamento ductis,ſine aliqua ſupputatione annorum,Chriſtum Dei Filium non naſciturum, ſed olim natum,manifeſtò euincit. Secundo libro per oſtenſam Apoſtolorū doctrinam, id curauit efficere; quòd reuelata temporis plenitudo, qua Chriſtus in carne natus apparuit,non in annis à principio Mundi collectis,diſcipulis Domini, vel cæteris credentibus ſit oſtenſa,ſed legis & Prophetarum teſtimonijs prodita.*Præſertim*(inquit Iulianus)*cū ipſi quoque Iudæi,illo tunc tempore non putantes ipſum eſſe Chriſtum,imò,vtrum ipſe eſſet Chriſtus, decertantes cum Chriſto,numquam ab illis Chriſto noſtrò hæc obiecta ſit quæſtio, quam nunc proponit petulans, & rudis inſcientiæ amplitudo.* Libro quoque tertio excurſus adeſſe ætatis ſextæ conuincitur. Vbi etiam & præteritæ ætates ſeculi,quinque non in annis,ſed in præfixo generationum limite diſtinguendæ monſtrantur,ſimulque & illic neceſſariò prodocetur,vt pro hac diuerſitate annorum,quę inter Hebræos,& noſtros Codices inuenitur,non Hebraicę tranſlationis libri,ſed Septuaginta Interpretum codices ſint ſequendi, quos in fidem, plurimorum auctoritas traxit.Hic etenim tertius liber,nō ſolùm ſex ætatum diſtinctiones lucidius aperit,ſed & in ſexta ætate Chriſtum natum oſtendit;& cur in ſexta ætate naſci voluerit,apertiſſimè pādit,omnemq; huiuſmodi quæſtionem de hac annorum ſupputatione diſſoluit.Hæc Iulianus Archiepiſ.Toletanus.Quod autem ad ſupputationem annorū, quam ipſe facit,pertinet, videat Lector, quæ ab alijs ſcripta ſunt de varijs Chronologijs, & Chronographijs. Inde enim ſunt,qui exiſtimarunt ex inemendatis numeris verſionis LXX. Interpretum, mille annos hic numerari plus quam opus eſt. Cæterum,hos libros ipſe Iulianus abſoluit ann.Domin. 686. Canone Pontif. Max.vt ipſe teſtatur libr.3. ad finem.

Præterea,ſcripſit ad Idalium Barcinonenſem Epiſcopum, alios totidem libros, quos prænotauit *Prognoſticon*,ſiue De origine humanæ mortis futuro ſeculo,aut vitæ futurę cōtemplatione:quidquid Iſidorus Iuliano Pomerio tribuat.

Præfationem quoque ad S. Ildephonſi librum De laudibus intemeratæ Sanctæ Dei genitricis Mariæ,quæ in die Aſſumptionis ſuæ, ei re ipſa apparuit, veſtemque dono dedit. Extant hæc opera,Præfatio quidem illa in Tomō nono.Tres autem libri aduerſus Iudęos,in Tomo quarto.Prognoſticum verò in Tom.9.Bibl.SS.PP. Quod & ann.1565.Duaci fuit excuſum in Belgio.

At & Apologeticum miſit ad Summum Pont.aduerſus Monothelitas,ſiue Apollinariſtas,geminam in Chriſto Domino negantes eſſe volūtatem, iudicio Epiſcoporum, quod Conſtantinopoli fuerat latum damnatos. In quo tamen Apologetico, cum Benedictus Pont.Max. quædam notaſſet, res tota à Sergio Benedicti ſucceſſore non ſine laude Iuliani,declarataq; fuit. Vide Rodericum in Hiſpana hiſtoria, Garſiam Loayſam in Notis ad Concil.xv.Toletanum,in quo ea de re præſide Iuliano eodem actum eſt. Ioannem item Marianam noſtrum,lib.6.de rebus Hiſpaniæ c.6.& 7.

IVLIANVS, alijs Iulius Britannus I. V. C. ſcripſit Librum ad Tertium Decretalium. Ioannes Lelandus. De probationibus item c.poſt ceſſionem.

IVLIANVS Brixienſis,Carmelita,Congregationis Italicæ,Ord.ſui Vicarius,quædam fertur ſcripſiſſe Theologica, quorum Inſcriptionis haud fit mentio, Orationeſque, & duos Epiſtolarum libros. Viuebat ann.1466. Arnold.Boſtius.

IVLIANVS Cardinalis S. Angeli,ſcripſit De Proceſſione Spiritus ſancti aduerſus Gręcos,de quo in Synodo Baſileenſi aliqua.

IVLIANVS Caſſianus hæreſiarcha Docitarum cum à Clemente Alexandrino, libr. 3. Stromatum citetur in libro De continentia, & caſtitate, eadem hic quoque de cauſſa affertur,vt ſciatur,vnde eiuſmodi errores,ſiue hæreſes poſſint euerti.

IVLIANVS Celanenſis Epiſc.Pelagianæ ſectæ præcipuus aſſertor, nullum hic mereretur tanquam hęreticus,locum.At quoniam Gennadius eum in Catalogo ponit,Capuanū, ſiue(vt alij codices habent)Campanum incautè illum laudans,D. autem Aug. egregiè ipſius hæreſim euertit,hoc loco ponitur,vt qui nouerint Iuliani Pelagiani venenum,ſimul item Auguſtini noſcant Antidotum. Vide Sixtum Sen.lib. 6.Bibliot.S. Annotatione 236. qui aduerſus eundem Iulianum tuetur D.Io.Chryſoſt.de Peccato originis loquentem.

IVLIANVS Freſneau, Gallus, Ord. Præd. Theologus, ſcripſit aduerſus Petrum Martyrem hæreticum. Obijt autem vir doctus, & probus in Gallijs, Henrico tertio Rege.

IVLIANVS Pomerius, quem omnino diſtinguendũ eſſe à Iuliano Archiepiſcopo Toletano diximus, in verbo, *Iulianus Archiepiſcopus*, quem item Pęnũ, ſiue, vt Gennadius loquitur, *Maurum*, ſcripſit, (vt in Catalogis habent Iſidorus, ac poſt hunc Gennadius) octo lib. De animę natura in dialogi morem: quorum primus cõtinet, Quid ſit anima, vel qualiter credatur ad imaginem Dei facta. In ſecũdo loquitur: vtrum anima corporea ſit, an incorporea. In tertio differit, vnde primo homini ſit anima facta. In quarto, vtrum noua anima ſine peccato fiat, ac peccatũ primi hominis ex illo propagata originaliter trahat. In quinto deſcribit, quę ſit facultas animæ. In ſexto loquitur, vnde ſit ea diſcordia, qua carni ſpiritus, vel caro ſpiritui aduerſatur. In ſeptimo autem deſcribit, de differentia vitarum, ac mortiũ, vel reſurrectione carniś, & animæ, ſiue de morte carnis, ac de eius reſurrectione. In octauo loquitur de his, quæ in fine mundi futura ſunt: vel De Quæſtionibus, quæ ſolẽt de reſurrectione proponi, ſiue de finibus bonorum ac malorum. Condidit etiam vnum libellum de Virginibus inſtituendis. alios quoque tres Prognoſticos De futurę vitę contemplatione, vel actuali conuerſatione, necnon etiam de vitijs atque virtutibus. hæc Iſidorus. Sed deceptum opinor, quandoquidem libros Prognoſticos De futuræ vitæ contemplatione oſtendimus Iuliano Archiepiſcopo Toletano rectius aſcriptos.

IVLIANVS Salentinus Siculus, Ordinis D. Auguſtini Magiſter Generalis vigeſimus ſextus, cum ab Ambroſio Goriolano plures peperiſſe Commentarios ſcribatur, quorum omnium Inſcriptiones haud memorat, vir autem doctiſſimus fuerit, nõ dubito, quin pleraque ad Theologiam ſpectantia conſcripſerit, quæ ſancti illius Ordinis amantes Filij curabunt in lucem proferre. Scripſit autem, quod attinet ad Philoſophica, Librũ De ſenſu compoſito. Alterum De medio demonſtrationis. Alium De Regulis Sophiſmatum. Viuebat ann. 1430.

IVLIANVS Taboetius I.C. in eis quæ ſcripſit De quadruplici Monarchiæ primis Auctoribus, & Magiſtratibus in Miſcellaneo Diuini, & Humani Iuris corpore diſperſis, prohibitus eſt in Romano Indice. Topicam autem Methodum, ſcripſit Diuini Iuris in Diſciplinam, & Enchiridium contracti. Methodicas Paraphraſes Chriſtianis Aphoriſmis inſtructas in decem Moyſis Oracula. De Republica, & lingua Francica, & Gothica, Deque diuerſis Gallorum Ordinibus. Quæ omnia licet in Romano Indice prohibita non legantur, eſt tamen, quod circumſpectè legenda ſint, ne quid errorum in ijs lateat. Ea verò excuſa fuerunt Lugduni, apud Theobaldum Paganum, ann. 1559. cum antea, hoc eſt an. 1541. alterũ iſtius Auctoris Opus inſcriptũ *Actiones Forenſes*, ibid. editum fuiſſet apud Gryphiũ.

IVLIANVS Teutonicus, Ordin. Minorum, quem claruiſſe miraculis ſcribit Henricus Vuillot, quique Pariſijs obijt, Menſuras, & Modos Cantus ad Diuinas laudes decantandas compoſuit.

IVLIVS Africanus (vt inquit Hieronymus in Catalogo) cuius quinq; extant De temporibus Volumina, ſub Imperatore M. Aurelio Antonino, qui Macrino ſucceſſerat, legationem pro inſtauratione Vrbis Emmaus ſuſcepit, quæ poſtea *Nicopolis* appellata eſt: Huius eſt Epiſtola ad Origenem ſuper Quæſtione Suſannæ; eò quòd dicat in Hebræo hanc fabulam non haberi, nec conuenire cum Hebraica etymologia ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου πρίσαι, contra quem doctam Epiſtolam ſcripſit Origenes. Extat eius ad Ariſtidem altera Epiſtola, in qua ſuper διαφωνίᾳ, quę videtur eſſe in Genealogia Saluatoris apud Matthæum, & Lucam pleniſſimè diſputat. Viuebat ann. 220. Tritemius.

At Photius in ſua Græca Bibliotheca, cum ſcribat ſe eoſdem quinque libros, qui Gręcè fuere conſcripti, legiſſe, inquit Africanum quidẽ eſſe conciſum, ac breuem, at nihil omittere eorum, quæ ſint neceſſaria. Incipere autem à Moyſaica Coſmogenia, hoc eſt à Mundi Geneſi, quemadmodum Moyſes fecit, deſinere autem in Chriſti Domini Aduentum. Quin & ſummatim ἐπιτροχάδην, ſiue *obiter* repetere, quæ à Chriſti tempore vſque ad Macrinum Romanorum Imperatorem contigerunt. Porrò quia non eramus aſſecuti Epiſtolam ipſius Africani Græcam ad Origenem, & Origenis ad Africanum Epiſtolæ fragmentum, qua illi ad interrogata de Suſanna reſpondebat, edidere primum Auguſtani ex m. ss. Andreæ Scoti noſtri, atq; adeo fragmentũ alterum de eadem Suſanna Io. Chryſoſtomi ex Auguſtano codice, quæ vnà cũ Græca Adriani Iſagoge Sacrarum litterarum, & antiquiſſimorum Græcorum in Prophetas fragmentis prodierunt Auguſtæ an. 1602. Incipit autẽ Africani Epiſtola. χαῖρε κύριέ μου, καὶ υἱὲ, καὶ πάντα τιμιώτατε ὠρίγενες παρὰ Ἀφρικανοῦ, hoc eſt. *Salue Domine mi, & fili, & in omnibus honoratiſſimè Origenes ab Africano.* Iam verò quod ad ipſam pertinet de Suſanna quæſtionem, cum plures eam expenderint, tum Benedictus Pererius

Σύντομος ὁ Ἀφρικανός.

noſter

noſter in ſuis ad Danielem Commentarijs accuratè,atque perſpicuè tractauit. Tritemius autem addit Africanum præter ſuperiora ſcripſiſſe de Sancta Trinitate. De Circunciſione. De Attalo. De Paſchate. De Sabbatho,& alia pleraque,quæ ipſe non viderit. Qui verò Abdiæ Babylonij De Hiſtoria certaminis Apoſtolici, ſiue de Vitis Apoſtolorum libri decem Iulio Africano interprete emiſſi ſunt Baſileæ Opera Vuolfgangi Lazij ab Operino ann.1551.nec fieri poteſt,vt Africanus eas Latinè, Græcus videlicet Scriptor, reddiderit;& vero eius Abdiæ libros, vt indignos,qui legantur, fuiſſe habitos à Paulo Quarto Pont.Max.diximus in verbo, *Abdias Babylonis Epiſcopus*.

IVLIVS Cæſar Albicantius,Mediolanenſis,Monachus,ac deinceps Abbas Oliuetanus, Duos ſcripſit,atque edidit Italicè libros. Quorum alter Exercitia Spiritualia: Alter De Chriſti Domini Manſuetudine inſcripti ſunt. Is autem noſtra ætate viuebat.

IVLIVS Cæſar Capacius, Sermones Quadrageſimales abs ſe habitos euulgauit anno 1584. Venetijs apud Zoppinum Typographum. Syluam autem Conceptuum Spiritualium bipertitam,ibidem Italicè apud Sebaſtianum Combium,ann.1600.

IVLIVS Cæſar Scaliger,Veronenſis,qui noſtra ætate viuens, obijt in Gallijs, ſummi Vir ingenij, cum plura ediderit Philoſophus, Medicus, Poeta inſignis: Quorum & in Poetica,qui eſt decimus ſeptimus liber noſtræ Bibliothecæ Selectæ,& alibi meminimus, librum Epigrammatum,atq; Poematum Sacrorum in honorem Cælitum ſcripſit, & edidit. At deinde hic ipſe liber ſuppreſſus eſt ab hæreticis Geneuenſibus, ſiue Caluinianis, & ab his ipſis varia eius Poemata, alioquin pura, fuere varijs errorum labibus inquinata: quin etiam carmina quædã integra,quæ Iulius Cæſar Scaliger non ſcripſerat,intermixta: quæ ideo,(ſicuti etiam Commentarij illius in Theophraſtum) prohibita ſunt in Romano Indice,donec emendentur.

IVLIVS Cæſar Valentinus, Neapolitanus Carpineti in Gallia Ciſalpina Parochus ex Hiſpan in linguam Italicã vertit Nicolai Diaz,Ord.Prædicatorum,Prouinciæ Luſitanę Tractatum vberem,atque vtilem De Iudicio vniuerſali, & finali: Quo in Opere, præter alia,deſcribuntur,Infernus,Purgatorium,Paradiſus,Pœna Inferorum, Gloria Cæli. Aduentus Meſſiæ, Aduentus Antichriſti. Venetijs apud Io. Baptiſtam Ciottum, ann. 1597. Vertit etiam volumen inſcriptum Flos SS.& libellum inſcriptum Conſiliarius apud Minimam Societatem,& alia nonnulla.

IVLIVS, ſiue Ioannes Caluus de Alberto, ſcripſit, atque emiſit perutilem examinandis,& examinatoribus Librum, quem prænotauit, *Synaxis cura animarum ex Doctrina Sancti Thomæ Aquinatis*. Romæ primò apud Aloyſium Zannettum, ann. 1600. deinde & Venetijs apud Paulum Meiettum eodem anno. Eum igitur vti perutilem ſuaſerim lubens,vt omnes,quibus incumbit animarum cura perlegant,ſiue enim doctiores fuerint hi,recolent, quæ ex tanto Doctore hauſerunt,ſiue qui interioribus Theologiæ ſtudijs nõ vacauerint, facile ac tuto cognoſcent, quæ ad eorum officium in hoc negocio pertinent. Porrò hic eſt idem ipſe,qui etiam Io.Caluus,ſcriptus eſt.

IVLIVS Corrigienſis,ſiue è *Corrigio*,Ordin.Minorum,Commentarium ad Symbolum Apoſtolicum,& Dialogum De Sacramento Altaris compoſuit.

IVLIVS Fatius,Neapolitanus,Theologus Societatis Ieſu, Librum perutilem. Italicè ſcripſit De Mortificatione perturbationum,ſiue Paſſionum,& prauarum affectuum. Qui primum in Sicilia,mox alibi,atque Venetijs,demum & Latinè cõuerſus Ingolſtadij apud Adamum Sartorium,atque alibi,in Germania prodijt.

IVLIVS Firmicus Maternus, ſcripſit Librum De myſterijs, & erroribus profanarum Religionum,ad Conſtantinum, & Conſtantem Auguſtos. Hic verò ille non eſt, qui eadem ætate(nempe Magni Conſtantini filijs Impp.) florebat Iulius Firmius Maternus iunior,Siculus,Mathematicus, Genethliacus, cuius extant Opera: ſed alter paullò ſenior, quàm ille;Quem tamen eiuſdem gentis fuiſſe,veriſimile eſt. Liber autem incipit, *Quod in fabricatione hominis artifex effecit*. Abſoluitur verò capitibus triginta:in quibus profanæ Religionis,& rituum gentilium vanitatem egregiè retegit, vt Imperatores adducat ad Idololatras puniendos.

Cæterum cum ſecreta Græcorum myſteria templi cuiuſdam aperiat, quod eſt in capite vndevigeſimo, inquit, *In quodam templo, vt in interiores partes homo moriturus poßit admitti, dicit, de tympano manducaui, de Cymbalo bibi, & religionis ſecreta perdidici, quod Græco Sermone dicitur* ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα. *Malè miſer homo de admiſſo facinore confiteris; peſtiferum veneris virus hauſiſti, & nefario furoris inſtinctu lethale poculum lambis: cibum iſtum mors ſequitur ſemper, & pœna æterna. Hoc quid ibi bibiſſe te prædicas, vitalem venam ſtringit in mortem; ſedes animæ continuata malorum te continuatione conturbat. Alius eſt cibus,*

*qui*

*qui ſalutem largitur,& vitam: Alius eſt cibus,qui languentes releuat, errantes reuocat, lapſos erigit,qui morientibus æternæ immortalitatis largitur inſignia: Chriſti panem, Chriſti poculum quære, vt terrena fragilitate contempta, ſubſtantia hominis immortali pabulo ſaginetur.* Hæc ille. Quæ volui hic inſerere,vt ex alijs ſymbolis, quæ ipſe ponit,intelligatur, quanti faciendus ſit iſte Auctor; mirificè enim inſidias Satanæ perſtringit,& retegit;dum quæ Religio Catholica,& Diuina Scriptura ſanctiſſimè de Chriſto vero lumine & petra,& ligno Crucis,& Vnctione, ac Reſurrectione tractat,is ipſe Satanas eadem in ſui cultum inſidioſiſſimè detorſerat. Omnino autem exiſtimo, libellum hunc vtiliſſimum ijs,qui inter Indos, ac reliquos Gentiles,ob Chriſti cauſſam, verſaturi ſunt. Quem item non ſine cauſſa Ioannes Maldonatus noſter in c.16. Lucæ verſu 23. verſus medium, Auctorem cum primus grauem appellat, licet non probet,quòd videatur exiſtimare eos,qui in Inferno ſunt,ab ijs, qui ſunt in Cœlo aquam petere,ac poſt vltimam Reſurrectionem petituros. Extat in Tom.4.Bibl.Sanctorum Patrum.

IVLIVS Fulcus eorum qui vel eleemoſynas erogauerunt admirabiles fructus, vel de eleemoſyna ſcripſerunt inſignes ſententias in vnum collegit; qui Romæ cuſus eſt apud Victorium Elianum,ann.1574.deinde item ann.1581. verſus Italicè, atque Venetijs recuſus.Obijt Romæ plenus bonorum operum,atque in Aede noſtra humatus eſt,quæ Nomini Ieſu dicata eſt,quamque ille ædificandam obnixè curauit, dum Alexandri Card. Farneſij,apud quem erat,liberalitate ad bene de Eccleſia Chriſti Domini,ac de Societate noſtra merendum & hac in re,& in alijs pleriſque vteretur.

IVLIVS Gabrielius,nobilis Eugubinus,qui ante aliquot annos ex hac vita deceſſit,mihi ſanè valde cognitus, & peramicus è Græco Latinè reddidit Gregorij Nazianzeni tres Orationes,Nimirum,Apologeticum.De amore erga Pauperes. & in Natalem diem Saluatoris noſtri,additis ad eaſdem Scholijs, & emendationibus ad omnia, quæ Græcè extant ipſius Theologi ſcripta, Hæc verò Plantinus excudit Antuerpiæ, anno 1573. Epiſtolam porrò de rebus Indicis à Sacerdote Societatis Ieſu, De rebus Indicis Italicè ſcriptam conuertit in Latinum,& Venetijs emiſit.At reliqua huc non ſpectant,niſi quod ad declinandas fortaſſis aliquas hæreticorum verſiones,quadantenus facere poſſunt. Xenophontis enim De Cyri vita,& Diſciplina libros octo Latinos è Græco fecit, & additis emendationibus ex vetuſtis exemplaribus,emiſit Venetijs ann. 1569. Libros item duos Orationum,& Epiſtolarum partim ſuo,partim aliorum nomine ſcriptarum.

IVLIVS Hilario. Vide in verbo, Quintus Iulius Hilario.

IVLIVS Papa eius nominis Primus,Romanus,Patre Ruſtico,ac trigeſimusſextus inter Pontifices Maximos, vir magni, & animi, & in tutanda Catholica religione intrepidi, quippe cuius tempore Ariani, Eccleſiam Chriſti, qua per Principes ab ijs deceptos,quà per alios impoſtores,improboſq; Epiſcopos, ſiue potius pſeudoepiſcopos mirificè vexabant,ſcripſit plura,qualia decebat eum,qui plus quindecim annis clauum Eccleſiæ tenuit vniuerſæ.

Extant eius Decreta,quæ cum aliorum Pōtificum Decretis prodiere Coloniæ,ac deinceps alibi,vbi præcipuè Cōcilia fuerunt excuſa: de quibus vide in verbo, *Concilia*. Extat item Epiſtola,qua Orientales increpat tum ob Athanaſium, tū ob alia, quæ aduerſus Romanam Eccleſiam moliebantur identidem.Præterea Reſcriptum ad Oriētales pro Athanaſio,& ceteris Catholicis.At quæ à Gennadio dicitur Epiſtola fuiſſe Iulij Papę *De Incarnatione Domini* ad Dionyſium quemdā ſcripta;non eſſe Iulij, ſed Apollinaris hæretici pluribus demonſtratur à Baronio Cardinali Tom.3. ex quo reliqua eius Pontificis Acta quilibet cognoſcere poterit.

IVLIVS Pflug,Numbergenſis,in Germania Epiſcopus,ſcripſit aduerſus Lutherum,& librum De Inſtitutione Hominis Chriſtiani.Epiſtolas ad Iacobum Sadoletum, & Eraſmum.Librum De Republica Chriſtiana,ſiue De Imperio conſtituendo. Antuerpiæ, & Coloniæ ann.1562. Viuebat ann.1547.

IVLIVS Pogianus S.Ioannis Chryſoſtomi, Librum De virginitate è Græco bene Latinum reddidit.Quam verſionem Plantinus Antuerpiæ protulit in lucem. feruntur autem eius Lectiones Hiſtoricæ Breuiarij Romani ſub Pio V.Pontif.Max. Eius etiam Styli opus eſt vltimum caput Rom. Catechiſmi.

IVLIVS Rogerius,Protonotarius, & Secretarius Apoſtolicus, Abbas Lamularum,& Theologus,qui noſtra vixit ętate,quique in Polonia legatione apud eum Regem eſt functus pro Sancta Apoſtolica Sede. Scripſit,

I. Opuſculum de Libris Canonicis.In quo(vt eius ipſius dictis vtar)ſingula Verbi Dei Volumina recenſentur, & ex Eccleſiæ canone dijudicantur, atque illorum traditio, ad

Apoſto-

Apoſtolica vſque tempora reuocata Patrum teſtimonijs, & Eccleſiæ conſuetudine apertè dilucidatur. Ad illa præterea omnia, quæ ſingulis obiecta ſunt, abundè reſpondetur. Tandem verò quæ ſit ipſorum germana lectio, & in aliam linguam probata tranſlato accuratè explicatur.

II. Opuſculum De ſenſibus Scripturæ Sacræ. In quo ſenſus plures Diuinis Scripturis contineri demonſtratur. Quorum ſingulæ ſpecies, naturæ, & vires explicantur; atque illarum tum mutuæ coniunctiones, tum variæ diſſimilitudines ipſarum collatione oſtéduntur. Quis denique ſenſus in Ecclesia ſit, & quo ſenſu Scriptura ipſa demonſtret, declaratur.

III. Opuſculum De auditore Theologiæ. In quo notæ, & conditiones omnes traduntur, quibus auditor Theologiæ dijudicari, & à cæteris internoſci debeat.

IV. Opuſculum De Quæſtionibus. In quo examinatur, an quærere, & diſputando aliquid inueſtigare Theologo liceat, expediatque, & quando, & quomodo, & quibus de rebus.

V. Opuſculum De Rhetorica facultate. In quo Rhetoricæ quis vſus ſit Theologo opportunus explicatur. Venetijs apud Franciſcum Zilettum, ann. 1581.

IVLIVS Sirenius, Brixianus, & Hieronymiani Ordin. Philoſophus, atque Theologus noſtra ætate Libros nouem edidit de fato, in quibus inter alia egit De Contingentia, Neceſſitate, Prouidentia, & Præſcientia Diuina, Prophetia, & Diuinatione tam ſecundum Philoſophorum opinionem, quàm ſecúdum Catholicorum Theologorum ſententiam. Quæ omnia breuib. Periochis præfixis Hieronymus. Magius Anglarienſis ob oculos poſuit. Hi libri à Iardano Ziletto emiſſi ſunt Venetijs ann. 1563. Scripſit autem idem Sirenius ſeparatim de Libero arbitrio, De Prædeſtinatione, ac Reprobatione. Qui duo libri prodiere Venetijs ex Officina Dominici Guerræi ann. 1580. Quo eodem anno Bononiæ exierunt Tres alij ipſius libri De vnitate Angelicæ naturæ. Cum etiam ibidem antea, hoc eſt ann. 1546. prodijſſet Diſputatio De ſubiecto primæ Philoſophiæ ad Doctrinam Ariſtotelis pertractata.

IVNILIVS Epiſcopus Africanus, ad Primaſium Epiſcopum Vticenſem, Afrum, ſcripſit Librum De partibus Diuinæ legis, qui extat in primo Tomo Bibliothecæ SS. PP. ſecundo editæ à Margarino Bignæo. Nam qui alter ſub nomine Iunilij Commentariolus in prima capita Geneſeos prodierat in prima eiuſdem Bibliothecæ editione, non eſt Iunilij, ſed Bedæ aſcribitur, & inter eius Opera reperitur. Videlicet fragmenta ex Gregorij Magni Moralibus huic Commentariolo inſerta, arguunt illud non eſſe Iunilij, qui Gregorium præceſſit annis fermè ducentis. Explanationem quidem in Geneſim hortante eodem Primaſio Iuniliam collegiſſe ad vtilitatem ſimplicium ſcimus, At ea, quòd ſciam, non extat.

IVO Carnotenſis Epiſcopus, Gallus, quem Beatum appellant, quique antea fuerat Prior, ſiue Præpoſitus Eccleſiæ S. Quintini Bellouacenſis, & Ord. Canonicorum Regulariũ S. Auguſtini, ſcripſit ad Haimericum, ſiue Emericum Abbatem * Aquitinenſem De Corpore Domini, *Vtrum in Cœna Domini datum ſit diſcipulis paßibile, cum illud nos ſumamus impaßibile.* Extat in Tomo 3. Bibl. SS. Patrum.

*Forte Aquicinctenſem.

Opus item, ſiue Volumen Decretorum, quod *Pannomiam* inſcripſit, hoc eſt, quod omnes complectitur Leges, quodq; Græcæ linguæ inſcientes *Panormiam* ſcribunt. Id autem cum ann. 1499. Baſileæ prodijſſet, apparuit denique ann. 1561. ex Officina Louaniẽſi Bartholomæi Grauij ſeptem ac decem Tomis comprehenſum, opera Ioannis Molinæi Gandenſis, & Regij Decretorum Louanij Profeſſoris. Sanè verò ipſe Iuo poſt Burchardum Vormatienſem Epiſcopum Librum hunc Decretorum confecit ante quadringentos annos, quare & apud Iuriſconſultos ante Gratiani tempora erat in vſu.

De Diuinis Eccleſiæ Officijs, & Miniſterijs, Coloniæ ann. 1568. cum alijs eiuſdem argumenti Scriptoribus.

Epiſtolam ad Hugonem Lugdunenſem Archiepiſcopum Apoſtolicæ Sedis Legatum, *non multum* (ait in Catalogo Sigebertus) *prolixam, ſed multum Canonicis, & Catholicis teſtimonijs auctorizatam.* Sic ille.

Librum De determinãdis Patrum Decretis, & Epiſtolas de Quæſtionibus Theologiæ, ac Iuris, quæ Viennæ Auſtriæ extabant apud Vvolfangum Lazium.

Porro Hiſtoriam ceſſionis illius, qua ſe Iuo abdicauit Sacerdotio, ſiue Prępoſitura, quã in Eccleſia S. Quintini tenuerat, plura ſunt in eius Epiſtolis 17. 22. 107. ad Fulconem Bellouacenſem 176. & 208. ad Galfridum Bellouacenſem, & 159. ad Philippum Trecenſium Epiſcopum. Claruit (inquit Trit.) ann. 1090. cui ſæpè, dum Sacrificium Corporis Chriſti offer-

Digitized by Google

offerret, micare igneus globus è capite viſus eſt. Eius autem Epiſtolæ Pariſijs excuſæ ſunt ann. 1584.

IVONIS Abbatis Cluniacenſis Hiſtoria figuralis, extat m. s. in Bibliotheca Monaſterij S. Galli in Heluetia.

IVS CANONICVM, ſiue Pontificiū. Quinā tractauerint, ac quibuſnam Codicibus purgatioribus cōtineatur, diximus in hoc Apparatu in verbis, *Canones Apoſtolici, Decretū Gloſſa, Gratianus, Gregor. XIII. Pont. Max. Hincmarus, Gerbertus,* & alibi. Quin & ad finē tertijdecimi de Iuriſprudētia Libri Selectæ noſtræ Bibliothecæ, editæ Venetijs an. 1603. & Colon. 1606. (nam Romano editio ipſius Bibliothecæ hæc quæ dicemus, non habebat) Indicem adiecimus plurium Interpretum, qui ad vtrumque Ius ſcripſerunt. Quamobrem & inde ſeligi poſſunt, quos præcipuè hic Apparatus ſaniores oſtendit.

Iam è Textibus Canonicis, qui iuſſu Gregorij XIII. Pontif. Max. expurgatis, & Gloſſis, Notationibus, Citationibus, ac Indicibus illuſtrati fuerunt, incurrūt in oculos, quæcumque ad Corpus Iuris Canonici pertinent: Quorum propterea diuiſionem in ſeptem Tomos (licet in quattuor Voluminibus compingi ſoleant,) hic vide.

### *Tomo Primo.*

Decretum Gratiani in tres partes diuiditur. Pars autem prima in centum & vnam diſtinctiones, quarum vnaquæque in Capita diſtinguitur.

Pars altera de cauſſis diuiditur in cauſſas 36. Quarum vnaquæque in Quæſtiones diſtinguitur. Harum verò quælibet in Capita, ſed pars iſta ſecunda duodecim cauſſas complectitur.

### *Tomo Secundo.*

Decreti partis ſecundæ pars reliqua à 13. cauſſa ad 86. & vltimam vſque cæteras compræhendit. Sed poſt cauſſam 33. inſeruntur Diſtinctiones ſeptem De pœnit. deinde reuertitur ad cauſſam 34.

Pars tertia De Conſecratione in diſtinctiones quinque diuiſa. harum verò quælibet in cap. Additi verò ſunt Canones Pœnitentiales ad pœnas delinquentibus imponendas, & Eccleſiaſticis perutiles. Canones item Apoſtolici per Clementem Epiſcopum à Petro Apoſtolo Romæ ordinatum in vnum congeſti.

Margarita, ſiue Tabula Decreti locupletiſſima.

### *Tomo Tertio.*

Decretales Conſtitutionum, ſiue Epiſtolarum ſunt Greg. IX. Patria Anagnini, ex familia Comitum, qui ann. 1227. creatus eſt Pont. Max. Has Decretales, & alias ſuorum Prædeceſſorum varias Conſtitutiones, & Epiſtolas à Fratre Raymundo de Pennuforti Ord. Prædicatorum Magiſtro Generali, deinde eiuſdem Papæ Capellano, & Pœnitentiario in Sanctorum numerum à Clem. VIII. Pont. Max. relato collectas in vnum Volumen redigendas Gregorius idem curauit.

Decretalibus hiſce Gloſſæ eruditiſſimæ adiectæ ſunt à Bernardo Botono Parmenſi, & Canonico Bononienſi.

Decretales iſtæ diuiduntur in libros quinque, & vnuſquiſque in titulos, & capita.

Adduntur autem Arbores conſanguinitatis, & affinitatis.

Declaratio in arborem affinitatis. Tabula Bolognini.

Margarita Decretalium locupletiſſima, floſculos omnes Decretalium complectens.

Repertorium item verborum.

### *Tomo Quarto.*

Sextus Liber Decretalium Bonifacij VIII. Anagnini, è familia Caietana, qui ann. 1294. creatus Pontif. Max. Decretales Epiſtolas ſuorum Prędeceſſorum per Gulielmum Archiepiſcopum Ebredunenſem, & Berengarium Epiſcopum Biterrēſem, & magiſtrum Richardum Senenſem S. R. E. Vicecancellarium redigendas curauit. Additis eiuſdem Bonifacij Decretis quibuſdam, & alijs quinque Greg. IX. Hinc librum ipſum tanquam quinto Decretalium Greg. IX. annexum Sextum nuncupandum mandauit.

Sextus iſte in quinq; diuiditur libros, quorū vnuſquiſq; in titulos, & capita diſtinguitur.

Huic adiectæ ſunt Gloſſæ Io. Andreæ Bononienſis, & hoc ſigno [ ] notatæ.

Regulæ Iuris 86.



Digitized by Google

Regulæ Iuris Cæſarei, ex quibus maiori ex parte Regulæ Pontificij iuris ſunt deſumptæ.
Arbores conſanguinitatis,& affinitatis,earumque declarationes.
Tabula Titulorum,& Capitum.

*Tomo Quinto.*

Clementinæ Conſtitutiones à Clemente V. natione Gallo, Prouinciæ Vaſconiæ ſiue Aquitaniæ,Diœceſeos Burdigalenſis,editæ ſunt.Hic ann.1305.Pontif.Max.creatus,non modo in Concilio Viennenſi,ſed etiam ante, & poſt ipſum Concilium eas edidit; verum cum aſſidua occupatione, & morte præuentus diuulgare non potuiſſet, Ioannes XXII. eius ſucceſſor promulgauit.
Clementinæ omnes in quinque diuiduntur libros, & vnuſquiſque in Titulos, & Capita diſtinguitur.
His adiectæ ſunt gloſſæ Ioan.Andreæ Bononienſis.
Arbor de Iurepatronatus,& declaratio.
Tabula Titulorum,& Capitum,& Apoſtillæ declarantes titulos.

*Tomo Sexto.*

Extrauagantes Cōnſtitutiones,ſiue Decretales Ioannis XXII. natione Galli, Pátria Cadurcenſi,ex Prouincia Aquitaniæ,qui ann.1316.Pont.Max. creatus eſt.
Extrauagantes diuiduntur in Titulos,& Capita.
Tabula extrauagantium,& vtilitas.

*Tomo Septimo.*

Extrauagantes communes aliorum Pontificum poſt Sextum,in Titulos, & Capita diuiſæ ſunt cum Gloſſis.
Index in Sextum,in Clementinas,& in Extrauagantes.
Porrò cum Franciſcus Gratianus(de quo vide ſuo loco) hortatu eiuſdem Gregorij XIII. Pont.Maximi Compendium Iuris Canonici ediderit in ſeptem partes tributum,eædē partes adhuc liquidius illico ſubijciunt oculis vniuerſum Iuris Canonici Corpus.Agitur enim
In prima De iure:de iure,inquam,humano, traditionibus Apoſtolicis: Sacroſanctis Cōcilijs:Sacramentis Eccleſiæ:ritibus Eccleſiaſticis,ac Sede Apoſtolica.
In II.De perſonis Eccleſiaſticis, officio Prælatorum, & Sacerdotum: vita & honeſtate Clericorum.Denique de officijs Principum & cæterorum erga Prælatos.
In III.De rebus Eccleſiæ & immunitate Eccleſiarum.
In IV.De foro Iudiciali,& ordine Iudiciorum.
In V. De Matrimonialibus cauſis.
In VI.De Iudicijs pœnalibus,& cenſuris Eccleſiaſticis.
In VII.De foro pœnitentiæ,& conſcientiæ.

Quòd ſi cui libeat ex Inſtitutionibus Canonici Iuris Ioannis Pauli Lācelloti Peruſini ſimilia petere,eas perlegat,quæ Romæ ſecundo prodierunt ann.1583.cum Interpretationibus,& Gloſſis. Sunt enim vberiores,quàm primæ, multamque afferunt lucem, ad id, quod agimus,aſſequendum.

Mitto Boetium Eponem,Petrum Gregorium,Freymoniū, & eiuſmodi alios; nam de ijs,quæ ſatis ſunt,ac tamen huc faciunt, in eorum vniuſcuiuſque verbo ſcripſimus. Quibus addi poteſt non inutilis labor,quem Ioannes Vanquel Colonienſis I. V. C. concinnauit.Quique editus prænotatus eſt,*Breuiarium Sexti,& Clementinarum, Textus,Gloſſas, & Doctores etiam ſuper hæc ſcribentes breuiuſculis concluſionibus miro collectis artificio ſuccinctè complectens.* Pariſijs apud B.Rambold.

Scio autem extare Iuris Græco Romani tam Canonici,quàm Ciuilis Tomos duos, qui Francofurti ann. 1596. Græcè, ac Latinè ſimul prodierunt,in quibus comprehenduntur præter Chronologiam non omnino ſanam(quædam enim ipſis inſerta ſunt, quæ meritò S. Apoſtolica Sedes exploſit)Cōſtantini Harmenopuli Epitome Diuinorum, Sacrorumque Canonum.

Sacri Canones in Compendium redacti, in quibus quoniam intexti ſunt quidam è reprobatis Synodis,quemadmodum Trullana,ſiue quam Balſamō nominat Quiniſextam, & alijs;additæ verò ſunt ad quoſdam eorum Notæ Ioannis Leunclauij, cuius Scripta omnia

nia inter Scriptores primæ Claſſis in Romano Indice prohibita ſunt, ideo purganda omnino eſſent.

Conſtitutiones, ſiue Nouellæ Imperatoriæ De rebus, & Priuilegijs, & Quæſtionibus Eccleſiaſticis.

Sententiæ Synodales, & Sanctiones Pontificiæ Archiepiſcoporum, & Patriarcharum Conſtantinopolis, quas antea Enimundus Bonæfidius euulgauerat, collectæ cum m. ss. codicibus, & emendatæ. At & in his nonnulla, quæ manarunt à ſchiſmaticis, inſerta ſunt.

Reſponſa, Epiſtolæ, & Sententiæ aliorum Epiſcoporum, Sanctorumque Patrum. Verum enimverò, qui vocantur Sancti hic Patres, non omnes dicendi ſunt tales. Extat inter alias huic operi inſerta longa Demetrij Chomateni Archiepiſcopi Bulgariæ Epiſtola, ſiue Reſponſio ad Conſtantinum Cabaſilam, quemadmodum & adhûc ipſum altera Ioannis Epiſcopi Citri, quæ varia continent, quæ ſapiunt ſchiſma, præter blaſphemum illum errorem de Proceſſione Spiritus Sancti à ſolo Patre. Idem de pleriſq; Reſponſis dici poteſt. In quibus colligendis mirum eſt, quàm Leunclauius, quique poſt eius mortem collectanea iſta emitti curauit in lucem, ſibi placuerint; cum & quibus in rebus Eccleſiæ antiquiſſima hierarchia, ordinationes Sacræ, Sacrificium Altaris ſæpiſſimè citantur, hęc omnia ab ijſdem fuerint ablegata è Germanis hæreticis ciuitatibus; & verò quæ in dubium vocata ſunt à ſchiſmaticis, eorum ſolutio à ſexcentis Catholicis Theologis, atque è Summis Caſuum Conſcientiæ, qui poſt tot ſęcula, quorum filia eſt veritas, ſcripſerunt; petenda ſint potius, quàm è quiſquilijs ſchiſmaticorum.

Theodori Balſamonis Patriarchæ Antiocheni Meditata, ſiue Reſponſa, de quo Balſamone cum in eodem ſalo hæſerit, in quo reliqui recentiores Orientales hæſerunt, vide quæ ſcripſimus in verbo, Theodorus Balſamon.

Matthæi Monachi Quæſtiones, & cauſſæ Matrimoniales. At & qui haſce contulerit cũ ijs, quæ ſanctè decreta ſunt in Synodo Tridentina Oecumenica, nubem errorum in eodem Matthæo videbit: vt mittam, quæ de Sacerdotum matrimonio loquatur, quod Eccleſia Catholica (vt decet) conſtantiſſimè reſpuit.

Michaelis Chumni De gradibus affinitatis, qui eiuſdem farinæ eſt cum reliquis.

Iuſtiniani edictum De fide Orthodoxa.

Conſtantini Harmenopuli liber de ſectis, ſiue hæreſibus, cui adtextum eſt Concilium iniquum, quod contra D. Ioannem Chryſoſtomum coactum eſt. Additæ item Epiſtolæ, quas Innocentius I. Pont. Max. & Honorius pro Chryſoſtomo ad Arcadium Imper. ſcripſerunt, quamve Innocentio reſcripſit Arcadius purgans, ſiue excuſans ſe de ijs, quæ aduerſus Sanctum illum Patrem fuere commiſſa. Et hæç quidem Primus Tomus.

At Secundus Ius Ciuile Græcorum continet ea, quorum Inſcriptiones hæ ſunt.

Michaelis Attaliatæ Proconſulis, & Iudicis Opus de iure, ſiue Pragmatica Michaelis Ducæ Imp. iuſſu facta.

Delectus legum Compendiarius, & correctio iuris antiqui ad id, quod æquius melius per Imperatores Baſilium, Leonem, Alexandrum, & Conſtantinum AA. cum præfatione eorum, publicata circa annum Chriſti 838.

Nouellarum Auguſtalium liber De rebus Ciuilibus, & Iudiciarijs habet Nouellas Baſilij Macedonis, Conſtantini Porphyrogenetæ, Alexij Comneni, Manuelis Comneni.

Reſponſi veteris formulæ ex iure De nudis pactis.

Teſtandi formula vetuſta, qua Gregorij Nazianzeni teſtamentum continetur.

Euſtathij Anteceſſoris liber De temporalibus interuallis à momento vſq; ad 100. annos.

Leges militares Ruffi. Leges Colonariæ.

Leges nauales Rhodiorum, quas tres legum collectiones Conſtantinus Harmenopulus feciſſe videtur, quod eius ſcriptis plerumque in m. ss. libris adiectæ inueniantur.

IVSTI, ſiue Iuſtorum liber, quem LXX. vbique verterunt βιβλίον τοῦ εὐθοῦς. Hieronymo, ſiue quiſquis fuit auctor Quæſtionum ſuper libris Regum, Liber eſt Samuelis, hoc eſt Primus, & Secundus Libri Regum, quòd in ijs ſcribantur geſta Iuſtorum Samuelis, Dauid, Nathan, Gad, & aliorum Iuſtorum. Theodoretus Cyrenſis Epiſcopus in Quæſtionibus in Ieſum Naue aſſerit hunc eſſe vetuſtiſſimum Commentarium, ex quo hiſtoria libri Ioſue ab incerto Auctore per compendium collecta fuerit. Vide Ioſue c. 17. & lib. ſecundum Regum c. 1. & in verbo, Regum Libri. Sixt. Senen.

IVSTIFICATIO, quæ à Iuſtitia ſedem habente in corde nomen habet, & quam quidem Deus in nobis facit, cum iuſtificat impium, & cuius iuſtitiæ indicantur cauſſæ in ſeſſione 6. c. 7. Tridentini Concilij cum Scripturis Sanctis pleniſſimè congruentes, præbuit

occaſionem ob hæreſes Nouatorum noſtri Temporis, vt Viri doctiſſimi, atque Catholici de ipſa Iuſtificatione peculiaribus Operibus agerent. E quibus ſequentes ad manus noſtras venerunt.

Albertus Pighius in ſecunda Controuerſia. Alphonſus à Caſtro, libro contra hæreſes. Ambroſius Catharinus Opuſculo De Iuſtificatione, Fide, atque Operibus. Andreas Vega in Opuſculo De Iuſtificatione, & in Explicatione Concilij Tridentini, ne quid dicam de Priſcis Scriptoribus, inprimis autem de D. Auguſtino, cuius hac de re ſcripta à Hieronymo Torrenſi noſtro in Methodum collecta cernuntur facili intuitu in Cõfeſſione Auguſtiniana, de qua egimus ſuo loco in verbo Aurelius Auguſtinus, & in verbo, Hieronymus Torrenſis.

Enchiridion Concilij Colonienſis.

Præterea Didacus, ſiue Diegus Payua in lib. 6. Orthodoxarum explicationum. Dominicus à Soto in lib. 3. De natura, & gratia.

Fabritius Leodius in Harmonia Confeſſionis Auguſtanæ. Franciſcus Turrianus De Iuſtificatione.

Gregorius de Valentia, noſter accuratiſſimè atque perſpicuè.

Henricus Helmeſius De Iuſtificatione.

Iacobus Latomus, lib. de Fide, & Operibus. Io. Cochlæus in Diſcuſſione Confeſſionis Auguſtanæ. Io. Driedo in lib. de Captiuitate, & Redemptione humani generis Tract. 4. c. 3. Ioan. à Louanio in libro De Fide ſpeciali. Io. Roffenſis in Refutatione Articulorum, & Aſſertionis Lutheri. Iodocus Tiletanus in Apologia pro Concilio Tridentino.

Nicolaus Sanderus, in lib. De Iuſtificatione.

Petrus à Soto in Inſt. Sacerdotum lect. 11. & 12. de Pœnit.

Robertus Card. Bellarm. potiſſimum, & quidem quàm planiſſimè lib. 5. De Iuſtificatione in To. 4. ſuarum Diſputationũ. Ruardus Tapper in explicatione Art. Louanienſium.

Staniſlaus Hoſius Card. in Confeſſione Polonica à c. 61. vſque ad 75.

Theodorus Peltanus noſter De Iuſtificatione. Thomas Caietanus De Fide, & Operibus.

Thomas Stapletonus in lib. De Iuſtificatione, & alij.

IVSTINIANVS Imperator Romanorum, Iuſtini ſenioris ex ſorore nepos, non ſolum à Ioanne Tritemio, verum etiam ab alijs cẽſetur inter Scriptores Eccleſiaſticos, eò maximè, quòd præter plura, quæ ſiue in eius legibus, ſiue in legum collectionibus tradidit ad Chriſtianam pietatem ſpectantibus, vindicem ſe acerrimum hæreſum, quę eius temporibus vigebant, oſtendit, atque adeo præbuit, nimirum Porphyrij, Eutychetis, Neſtorij, & Arianorum. Id verò, dum pietatem coluit, quod quidem fuſius Procopius memorat. Veruntamen cum de probitatis ſemita deflectens, pleraque mala perpetraſſet, mentis errore affectus Praſinorum hæreticorum factioni ſe adiunxit, vt aduerſus Orthodoxam fidem edictum ferre volens, nec tamen valens, miſerè interierit, quemadmodũ Euagrius, lib. 4. hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, c. 29. 31. 38. 39. & 40. Nicephorus item hiſt. eiuſdem Eccleſiaſticæ, lib. 10. c. 29. 30. 31. tradidere. Nos de illo, eiuſq; Scriptis planius egimus in 10. 11. & ſequentibus capitibus lib. 13. De Iuriſprudentia, qui locum habet in Veneta & Colon. Editione Secundi Tomi Bibliothecę noſtrę Selectæ. Ibi enim egimus quoque, cur Chriſtianus Imp. interdum ea inſeri permiſerit in ſuos libros ad Corpus Ciuile ſpectantes, quæ Chriſtianę Religioni aduerſantur.

Scripſit autem edictũ De Fide Orthodoxa, quod Græcè edidit, quod & Latinè prodijt. Id ex veteribus Annalibus, qui à nonnullis nominantur Conſtantinopolitani, Olympiadis trecenteſimæ trigeſimæ tertiæ anno primo, Conſulatu Baſilij vndecimo extat Gręcè, & Latinè in duobus Tomis Francofurti ann. 1596. editis, de quibus vide ſupra in verbo, Ius Canonicum, vbi de Iure Græco Romano Canonico, & Ciuili quod cum in Latinam linguam tranſlatum fuiſſet inter acta Concillorum fuit inſertum, & conſeruatum.

Obſeruauit autem Ant. Contius Quintam, & Sextam Conſtitutionem in Nomocan. tit. 1. c. 1. de Theologia, & Orthodoxa fide, Edicta Iuſtiniani de fide, ante facta quàm Ioãnes Pont. Maximus ad Pontificatum fuiſſet euectus. Quare probabile eſſe (ait) aliud item recentius edictum fuiſſe ab eodem Imp. promulgatum Conſtãtinopoli, quod ad eundem Pont. Max. miſerit. Veruntamen conſtat ex vita eiuſdem Pont. ex Romano Pontificali id quod ſequitur his verbis. *Eodem tempore Vir religioſus Auguſtus Iuſtinianus ſummo amore Chriſtianæ religionis miſit fidem ſuam ſcriptam Chirographo proprio ad Sedem Apoſtolicam per Epiſcopos Hypatium, & Demetrium.* Scripſit autem Iuſtinianus etiam

De Incarnatione Domini contra Eutychetem, libros tres, vt habet Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus in Catalogo.

Aduer-

Aduerſus Africanos Epiſcopos,& Reſcriptum contra Illyricianam Synodum. At hoc, peruerſo ſtudio,vt idem habet Iſidorus. Quippe Africani Epiſcopi Chalcedonenſem Synodum tuebantur.Iuſtinianus autem tria Capitula damnare contendit,id eſt Theodori Numeros,Veſtini Epiſcopi Dicta.Reſcripta Theodoreti,& Epiſtolam, quæ dicitur Ibæ Edeſſeni Epiſcopi. Vide Baronij Card. Annales.

Edictum,quo,Agapeti Pōtificis hortatu Seueri, & aliorum hæreticorū libros prohibuit. Vide Photium in nouo Canon.tit.9. Extat autem S.Anaſtaſius Sinaita Patriarcha Antiochenus, qui ſcripſit aduerſus Seuerianos, alioſque hæreticos librum, quod ὁδηγὸν hoc eſt *via Ducem itineris* prænotauit.

Nouellam, quæ eſt numer. 146. Quanam lingua ſint legenda Biblia in Iudæorum Synagogis.

Codicem,qui dicitur Iuſtiniani. Pandectas,ſiue Digeſtum. Inſtitutionum lib. quattuor Epitomen Legum,de quo Sigeb.in Catal. Imperauit ann.28. menſes ſeptem,dies decem. Vixit ann. circiter octoginta quattuor.Obijt ann.565. Iuſtino ex filia nepote Imperatore deſignato.

Eius autem Iuſtiniani Auguſti hiſtoria in qua bellum Perſicum in Aſia, Vandalicum in Africa, Gothicum in Europa narrantur à Procopio,edita eſt Lugduni, poſt alias editiones ann.1594.apud le Preux.

Ivstinianvs (vt ſcribit Iſidorus Hiſpalenſis) De Hiſpania,Eccleſiæ Valentiæ,ſiue potius *Valentinæ* Epiſcopus ex quattuor fratribus Epiſcopis , ex eadem matre progenitis vnus,ſcripſit Librum Reſponſionum ad quendam Ruſticum,De interrogatis Quæſtionibus. Quarum prima eſt De Spiritu ſancto. Secunda eſt contra Bonaſiacos; qui Chriſtum adoptiuum,& non proprium dicunt. Tertia Reſponſio eſt,quòd Filius, ſicut Pater inuiſibilis ſit.Floruit in Hiſpanijs,temporibus Theudæ Principis Gothorum. Hæc Iſidorus. Theudem,autem & Theudium nominat Io.Mariana de rebus Hiſp.Iuſtiniano item Imp. ann.540. Tritem.

Ivstinianvs quidam Epiſcopus Siciliæ, quod in Epiſtola, quæ eſt in prolegomenis quintæ Synodi,ad Petrum ſcripſerit, Macedonium docuiſſe Spiritum ſanctum à ſolo Patre ſpirari, non eſt vllo modo probabile. Nam Macedonius cum Arianis de Spiritu ſancto ſentiebat , qui dicebant Filium eſſe Patre minorem ; quòd Pater creauerit Deum quendam paruum,hoc eſt,Filium,Filius autem non potuerit creare Deum nec magnum, nec paruum,ſed Spiritum ſanctū produxerit,qui nullo modo eſt Deus. Adde quod Concilium ſecundum congregatum eſt contra Macedonium,& tamen in Symbolo poſuit:Ex Patre procedentem.Sed fortaſſe incorrectum textum habemus illius Epiſtolæ,& pro *ſpirat*, Macedonius à ſolo Patre Spiritum ſanctum,legendum eſt,*ſeparat*,ſeparabat enim Spiritum Macedonius ſanctum à ſolo Patre , quia ſolius Filij volebat illum eſſe Facturam. Vide Bellarm.Card. To.1.Controu.2.lib.2.de Chriſto,c.21.

Ivstini Martyris ſeu vitam,ſiue ſcripta, Euſebius Pamphili in Hiſtoria Eccleſiaſtica,D.Hieronymus,Photius,Suidas.Ioachimus Perionius,Sixtus Senenſis,Iacobus Billius attigerunt:non eadem quidem omnes, aut integrè, ſed varia quiſque pro ratione earum rerum,quas perpenderant vel nanciſci potuerant:Nos ex his omnibus, id quod huc attinet,ſedultò tum delegimus, tum addidimus, ad Dei gloriam , & ad tanti Martyris laudem.

Et Hieronymus quidem in Catalogo inquit, Iuſtinus Philoſophus habitu quoq; philoſophorum incedens,de Neapoli Vrbe Palæſtinæ, patre priſco Bacchio , pro religione Chriſti plurimum laborauit,in tantum vt Antonino Pio,& filijs eius, & Senatui librum contra gentes ſcriptum daret,ignominiamque Crucis non erubeſceret, & alium librum ſucceſſoribus eiuſdem Antonini M. Antonino Vero, & L. Aurelio Commodo. Extat eius & aliud volumen contra gentes,vbi de Dæmonum quoque natura diſputat, & quartum aduerſus gentes,cui titulum prænotauit ἔλεγχος. Sed & alium de Monarchia Dei, & alium librum,quem prænotauit Pſaltem, & alium de anima. Dialogum contra Iudæos, quem habuit aduerſus Tryphonem Principem Iudæorum , ſed & contra Marcionem inſignia volumina,quorum Irenæus quoque in quinto aduerſus hæreſes libro meminit, & alium librum contra omnes hęreſes,cuius facit mentionem in Apologetico,quem dedit Antonino Pio. Hic cum in Vrbe Roma haberet τὰς διατριβὰς , & Creſcentem Cynicum, qui multa aduerſum Chriſtianos blaſphemabat, redargueret, guloſum , & mortis timidum , luxuriæque, & libidinum ſectatorem, ad extremum ſtudio eius, & inſidijs accuſatus, quòd Chriſtianus eſſet , pro Chriſto ſanguinem fudit. Hæc Hieronymus.



Digitized by Google

At vitam quoque ex ipſius ſcriptis collectã aliquanto fuſius tradidit nobis Perionius, verſioni ſuæ Latinæ eiuſdem Iuſtini præfixam, cum D. Hieronymus ſcribat, Martyrem factum eodem tempore, quo S. Polycarpus. Quin & eandem vitam & aliquot libros breui oratione perſtrinxit Photius in libro, qui Myriobiblos, ſiue Bibliotheca dicitur; Qui ſic habet. *Lecta eſt Iuſtini Martyris Apologia pro Chriſtianis, & in Gentes, & in Iudæos libri: & præterea alius eius liber, quo primum & ſecundum librum Ariſtotelis de natura, refellit, ſiue formam & materiem, ac priuationem labefactat, in eoq; magna vi, & copia argumentorum vtitur: eſtq; is liber vtilis. Labefactat etiam quintam naturam ſiue elementum, æternumq; motum, quam Ariſtoteles vi rationem ibi peperit. Eſt etiam eius liber de explicationibus quæſtionum, quæ contra Religionem ponuntur. Excelluit autem ſumma laude Philoſophia, & noſtra, & maximè externa, id eſt à noſtra abhorrentis; multarumq; rerum atque hiſtoriæ cognitione floruit. Dicendi verò artibus ei ſtudium non fuit inſitam ſibi Philoſophiæ pulchritudinem quaſi inficere: Itaque eius ſermo, & oratio, quæ alio genere valet, vimq; ſcientia & artis retinet, non redolet Rhetorum, Oratorumq; ſuauitatem, nec illecebris, oblectationeq; multos auditores allicit. Quattuor autem libros in Gentes ſcripſit, quorum primum Antonino, cognomine Pio, eiusq; liberis & Senatui tradidit; Secundum, eius etiam ſucceſſoribus: In tertio, de natura Dæmonum diſſerit: Quartus, quem ſimili modo in Gentes ſcripſit, Elenchi præfert inſcriptionem. Eſt etiam eius liber de Monarchia Dei, & alter qui Pſaltes inſcribitur. Sunt etiam eius in Marcionem libri neceſſarij, & in omnes hæreſes liber vtilis. Is quidem Baccho patre natus eſt: Patriam autem habuit Neapolim Paleſtinæ prouinciæ Vrbem. Romæ autem habitauit philoſophans & verbis, & vita, & habitu. Cumq; in eo Religionis in Deum amor incaleſceret, ac vigeret, habuit Creſcentem quendam, diſciplinæ eorum, qui Cynici dicuntur, et vita, & religione aduerſarium: à quo etiam circumuentus pro ſuſcepta vitæ dignitate, etiam inſidias in ſe præparauit: Martyrij enim hoc argumento inſtituto, cum diguitate, et lætus mortem pro Chriſto pertulit.* Is ergo Iuſtinus erat genere Samaritanus, Stoicæ Sectæ Philoſophus, vt idem ipſe in ſecunda Apologia pro Chriſtianis ad Antoninum Imp. teſtatur. Ciuis fuit Flauiæ Neapolis Palæſtinæ, Priſci Bachij filius, & Romæ habuit διατριβὰς: & claruit ſub Antonino Pio, coronatuſq; eſt martyrio, ann. Dom. 150.

Porrò noſtro tempore (quæ non viderat omnia Sixtus Senenſis) emiſſa ſunt in lucem Pariſijs ab Ioachimo Perionio verſa è Græco Opera hæc, quæ ſequuntur, nomine Iuſtini Martyris, licèt non omnia ſint illius.

Dialogus, ſiue Sermo Iuſtini, quẽ habuit Epheſi cum Tryphone Iudæo, aduerſus Iudæos.
Pro Chriſtianis apud Senatum Romanum Apologia prima.
Pro Chriſtianis apud Antonium Pium Imp. Apologia ſecunda.
Oratio Parænetica ad Gentes. De Monarchia.
Expoſitio fidei de recta Confeſſione, aut de Sancta, vniuſq; eſſentiæ Trinitate.
Epiſtola ad Zenam & Serenum.
Interrogationes, ſiue quæſtiones poſitæ Gentibus, & Gentium ad eas reſponſiones, earumque reſponſionum refutationes.
Interrogationes ſiue quæſtiones Gentium poſitæ Chriſtianis de eo, quod incorporeum, & de Deo, ac de mortuorum reſurrectione; & ad eas Chriſtianorum reſponſiones.
Reſponſiones ad Orthodoxos de neceſſarijs quæſtionibus.
Refutatio, ſiue euerſio quorundam Ariſtotelis dogmatum, ſiue decretorum.

Quod autẽ inquit Sixtus Senẽſis, ab D. Iuſtino inter multa ingenij ſui immortalia monumenta, fuiſſe relicta in Apocalypſim D. Ioannis Cõmentaria, ea nõ vidimus, nec, quod ſciam, alicubi prodierũt. Et vero è Catalogis Græcorum m. ss. librorum, qui ad meas manus peruenerunt, cernitur hæc inſcriptio. *Iuſtini Philoſophi, & martyris, Explicatio in S. Dionyſij Areopagitæ Epiſcopi Athenienſis Hierarchiam Eccleſiaſticam, & Myſticam Theologiam.*

Iam quod ad Iuſtini germanos libros ſpectat, ſanè (D. Hieronym. teſte) ſcripſit Apologias duas, & libros duos contra Gentes: Item de Monarchia, & Dialogum cum Triphone Iudęo: librum de Anima, & librum qui dicitur Pſaltes: Pręterea, libros contra Marcionẽ, & aduerſus omnes hæreſes. Nunc ex ijs non extant niſi Apologia, Liber vnus ad Gentes, De Monarchia, & Dialogus cũ Triphone. Ferũtur etiam ſub eius nomine expoſitio fidei ſeu de recta fidei Confeſſione, Epiſtola ad Zenam & Serenum, & Quæſtiones quinque à Gentibus poſitæ, & ad eas Reſpõſiones, & quædam item quæſtiones aliæ ſimiles, ac centũ quadraginta ſex Quæſtiones; denique Reprehenſio quarundam Sent. Ariſtotelis. Ex iſtis verò Operibus, certum eſt, Librum Quæſtionũ Gentibus à Chriſtianis poſitarum, nõ eſſe Iuſtini: nã in prima reſponſione, & in reprehenſione reſpõſionis, nominantur ſæpiſſimè Manichæi, qui fuerunt centum annis, & amplius, Iuſtino poſteriores. Opus item centum quadraginta ſex quæſtionum non videtur eſſe Iuſtini: nam quæſtio. 82. & 86. citat Origenem, & quæſtio. 115. citat Irenæum, & eum Martyrem appellat, cum tamen Iuſtinus vtro-

que prior fuerit. nam & Irenæus, libro quinto citat Iuſtinum, tamquam ſe antiquiorem. Non iniuria verò Martinus Delrius noſter miratur ſecunda Diſquiſitione Magicarũ lib. Quæſt.26.ſextio.3.Petrum Leloyerium lib. de Spectris dicere Auctorẽ libri Græci Quæſtionum ad Orthodoxos, eiuſdem eſſe auctoritatis cum ipſo Iuſtino martyre. Ceterum, de alijs Iuſtino aſcriptis Operibus nondum compertum habeo quid ſit ſentiendum.

Primus autem, (quod ſciam) Ioannes Franciſcus Picus Mirandulanus, librum Iuſtini Martyris Parenæticum. ſiue adhortatorium Orationem ad Gentes, vertit, quam poſtea cum Ioachimus item conuertiſſet, ſic ſcriptum reliquit: *Vter verius ac fidelius Iuſtini mentem, ſententiamq́; explicuerit; vter melius interpretis functus ſit officio, non eſt meum pronunciare. Hoc tamen videor poſſe dicere, me, qui Homeri, Platonis, aliorumq́; antiquiorum verba, quæ Iuſtinus ipſe multa, & crebra profert, in ipſis Scriptoribus inuenta legerim, multa loca corrupta correxiſſe multaq́; impleuiſſe, quæ mutila, & minus plena offenderam,*

Sed quemadmodum Perionius Pici verſionem, ſic Perionij verſionem Apologiæ Iuſtini ad Antoninum quibuſdam locis partim in Græco, partim in Latina Perionij interpretatione Iacobus Billius correxit. Ea verò, quoniam ad Martyris ſenſum aſſequendum faciunt, nec verò facilè haberi poſſint ad manum, quippe quæ cum Iuſtini Operibus haud coniuncta ſunt, huc apponam. Sic autem ſe habent.

Inter legendum quæ Iuſtinus Martyr in ſua ad Antoninum Imperatorem Apologia pro Chriſtianis diſſerit, quid obiter animaduerterim, hoc capite complecti libet. Non longè ab initio mẽdum in his verbis ineſſe ſuſpicor, οὐ κρίσει, ἀλλὰ πάθει τὰ πράγματα ἐπάγειν ἀξιοῦντι, ac pro ἐπάγειν, ἐτάζειν, ſubſtituendum eſſe, ideſt, *Examinare*. Pag.136. verſi.3.nõ mihi dubium eſt, quin poſt ὅπως addenda ſit particula μὴ, & ver.ſeq.delendum. αὐτῶν. Hoc enim vult Iuſtinus Chriſtianorum partes eſſe, tam fidem ſuam, quàm vitæ rationem omnibus excutiendam ac conſiderandam proponere, ne alioqui crudelitatis, quæ per ignorationem animiq; cæcitatem ab Ethnicis in ipſos exercetur pœnas ipſi Deo pendãt. Verſ. 23.lego τοῖς ἄλλοις 31. τούτους Pa.137.verſi.12.legendum puto, ἀλλ' οὐ πάντας διὰ τοὺς προελεγχθέντας καταδικάζετε. Hæc enim eſt Iuſtini ſententia, non proinde Chriſtianos omnes ſceleratos habendos eſſe, quòd quidem tales deprehenſi ſint, quemadmodum nec rei omnes cõdemnari ſolent, propterea quod quidam interdum ſceleris conuincantur. Pag.138. verſi. 25. hæc verba, εἰ γὰρ ἀνθρωπίνην βασιλείαν προσδοκοῦμεν κἂν ἠρνησάμεθα, ita verti debent. *Si enim humanum regnum expectaremus, ſaltem negaremus,* ſcilicet *nos Chriſtianos eſſe*. Nam vt vertit Perionius, nimis obſcurus eſt auctioris ſenſus. Niſi fortaſſe typographi vitio in eius interpretationem particula, *ſi*, obrepſit. At verſic.38. grauiter ab eo erratum eſt, cum hæc verba, κἂν διὰ τὰ ἐπικείμενα ἐκ παντὸς κόσμιοι ἦσαν, ad hunc modum tranſtulit. *Etiamſi ijs ſepulchris, quæ recta ſunt omni ratione ornati ſint.* Ita enim potius vertere debebat, *Saltem ob impendentia ſupplicia, probitatem omni ratione coluiſſent.* Non minus autem fœde labitur verſi. 40. cũ δημίων, *hominem de plebe.* vertit, pro, *carnificum*. Vult enim hoc loco Iuſtinus, ſupplicijs inferendis delectari, carnificum potius eſſe, quàm bonorum Principum. Eiuſdem farinæ eſt, quod pag.ſequ.verſ.6. hæc verba, ὃν γὰρ τρόπον διαδέχεσθαι πενίας ἢ πάθη, ἢ ἀδοξίας πατρικὰς ὑφαιροῦνται πάντες, ita reddit: *Quemadmodum enim parentis paupertatem, mala, & dedecora omnes ſuſcipiunt:* cũ contrarium omnino velit Iuſtinus. Sic pag.143. verſi.16. *Liberum diſperſum* vertit, pro *diſcerptum.* & verſic.18. κατηστερίσθαι, *ſublimes pendere,* pro, *inter ſydera relatos eſſe.* & verſicu. 23. Græci codicis errorem ſecutus eſt, cum ita vertit, *Niſi quòd hæc ita ſcripta ſunt ad præſtantiam, adhortationemq́; eorum, qui erudiuntur.* Hic enim in Græco pro διαφοράν, apertiſſimè legendũ eſt διαφθοράν, ideſt, *corruptelam.* Verſ.31. lego ἀδίκους, Pag.144. verſ.33. pro τρίτον, Epiphanius habet γιτθῶν. Verſ.40. miror fugiſſe Perionium, qui horum verborum ſenſus eſſet πρότερον ἐπὶ τέγους σταθεῖσαν. Loquitur enim illic Iuſtinus de Helena, quæ antequam ſe cum Simone coniunxiſſet, palam ſe in meretricia vita collocauerat. Hæc autem ſic ille vertit. *Helenam primum in tecto ſtatuerunt.* Pag. 145. verſ. 14. in his verbis ἵνα μηδένα διώκομεν, legendum potius exiſtimarim ἀδικῶμεν. Verſ.37. ἢ μὴ ἔγνω αὐτὸν διὰ τέχνης ὁμολογήσει. Fortaſſe pro διὰ τέχνης, legendum διακενῆς, vel ἀτεχνῶς, ideſt, *planè.* verſ.39. incommodè prorſus à Perionio redduntur hæc verba, μὴ τῶν ἐκτεθέντων τις μὴ ἀναληφθεὶς θανατωθῇ. Sic enim vertit, *Ne quis eorum, qui expoſiti erant, iterum comprehenſus, morte mulctaretur.* Sic autem verti debent. *Ne quis eorum, qui expoſiti erant, à nemine ſuſceptus interiret.* Pag. 150. verſicu.5. pro ἤδη, crediderim legendum δέ. Pag.152. ver.17. αἰτία ἑλομένου θεὸς, δ' ἀναίτιος. Perionius. *Cauſa eſt id quod probatum & electum eſt.* Ego autem: *Culpa illius eſt, qui elegit.* Nihil enim cauſæ eſt, cur receptam lectionẽ ſubmoueam, ac Perionij ſententiæ ſubſcribam, qui in annotationibus legendũ cenſet τὸ ἑλόμενον. Fallitur enim illic, dũ τοῦ ἑλομένου, paſſiuè intelligendum eſſe putat. Actiuã enim planè ſignificationem habet, nec vmquam apud Græcos auctores in paſſiua reperitur.

Iacobus Billius c.6.lib.2. Sacrarum obſeruationum poſt librũ Iſidori Peluſiotæ cuius Epiſtolas Latinè vertit, & Græcè ac Latinè editas Guliel m' Chaudier Pariſijs emiſit, an. 1585.

Eod.modo verſ.28. ἀπαιτήσεσθαι,retinendum eſt. Longè enim aptius eſt hoc vocabulum, quam ἀπαιτήσεσθαι.quod magis Perionio arridet,nec tamen huic loco quadrat.ver.35. ἐπιστάμενοι πᾶσιν εὐάρεστα φανήσεσθαι. Perionius. *Quòd exploratorum habeamus fore, vt ea , quæ omnibus grata ſunt,appareant.* Ego: *vt ea omnibus grata videantur.* verſ.40. δι' οὓς καὶ μηδέπω τὴν ἐπικύρωσιν πεποίηται. Perionius: *per quos etiam nondum rem ipſam corroborauit.* Langus: *Extremum decretum,cõſummationemq́ fecit.* At ego,cum hæc vox ἐπικύρωσις mihi ſuſpecta eſſet,ac vicinam aliquam aptiorem exquirerem,tandé, niſi me omnia fallunt,eam inueni. Nec enim dubito, quin ἐκπυρωσις legendum ſit,ideſt,*conflagratio:* quemadmodum & legitur tum in præcedente apologia,tum etiam in hac ipſa,p.158.verſ.11.& ſeq. verſ.18.Vult enim Iuſtinus, prædeſtinatorum cauſa, quorum nondum numerus expletus eſt, extremam illam conflagrationé adhuc differri.Pag.154.ver.14. προεχρήσαντο, pro διεχρήσαντο, à Iuſtino vſurpatum eſſe cẽſeo. Ac proinde vertendũ exiſtimo, *Non ſolum aũt,ſed etiam interemerũt.* non,vt Perionius, *ijs abuſi ſunt.* Pag.162.ver.3. ὁ παρὼν λαὸς ἐπευφημεῖ,λέγων ἀμήν. ἐπευφημεῖν hoc loco Perionius vertit *benedicere.* Ego potius *acclamare.* Multa aũt ſunt hic quoque alia loca,in quibus lapſus mihi fuiſſe videtur vir alioqui doctiſſimus. Hæc aũt ex multis ſelegi,vt qui ipſius elegãtiſſimo traducendi genere delectantur conſulenda quoque ſibi interdum Græca exiſtiment.

Etſi autem eſt,quod multum debeatur Perionio,tum ob alia ſcripta,quæ edidit,tum præcipuè ob labores,quos in Iuſtinũ impendit ( nam & obſeruationes ſuas in eum vnà cũ Interpretatione edidit)cauendum eſt tamen alicubi,ne omnino eius ſententiæ adhæreamus,quemadmodum eum notationibus ijs, quos in priòrem Iuſtini Orationé pro Chriſtianis ſcripſit,ſic inquit: *De Incubis autem,& Succubis, non eſt, quòd hoc loco dicendum aliquid videatur. Siue enim ſint,ſiue non ſint(quod poſterius mihi probatur) hoc ſemper tenendum eſt, hunc Moyſis ex Geneſi locum de Anglorum cum mulieribus concubitu,non eſſe intelligendum.* Hæc Perionius,qui ſi nõ tam Auguſt.li.15.de Ciu.Dei,c.23. quam aliorum, & adeo ipſius Eccleſiæ ſententiam hac de re,quæ ad Incubos attinet,altius perpendiſſet,procul dubio probaſſet, quod minimè tum probabat.Et extant Innocentij Octaui Pont.Max. Decretales Epiſtolæ aduerſus maleficas,in quibus leguntur hæc inter alia verba: *Non ſine ingenti moleſtia ad noſtrum peruenit auditum,complures vtriuſq; ſexus perſonas,propriæ ſalutis immemores, & à Fide Catholica deuiãtes,cũ Dæmonis incubis,& Succubis abuti. Quapropter ne labes huius hæreticæ prauitatis in perniciem animarũ ſua venena diffundant,opportunis remedijs,prout noſtro incumbit officio, prouidere volentes, ſtatuimus,vt Inquiſitores per nos deputati,debitum Inquiſitionis officium in huiuſmodi exequantur.* Hæc Innocentius.

At quid hac de re amplius dici poſſit,ex varijs ſiue Paullo Grillando,ſeu libro Inquiſitorum, ſiue item ex Sixto Senenſi, perſpici poſſunt: Nam & hic Cornelium Agrippam Magum & hæreticum confutat,qui Patrum quorundam loca detorſerat, ad Incuborum, & Succuborum veritatem negandam.Sed & vide libros Diſquiſitionum Magicarum noſtri Martini Delrij,qui vnus Scriptorum poteſt inſtar multorum eſſe.

Vide lib.5. Bibliot. S.Sexti Annot.73.

Ceterum,præſtat ipſius Perionij iudiciũ de D.Iuſtino martyre huc adtexere,ne quid deſit,quod verſaturis poſthac adeo celebrem martyrem,iudicium poſſit acuere. Sic auté ille in varijs obſeruationibus,inquit.

De Iuſtino Philoſopho & Martyre neminem, qui verè iudicare velit,ita exiſtimare poſſe arbitror. Nam cum duo ſint genera hominũ,qui à diſciplina, & quaſi philoſophia Chriſtiana diſcrepent,Iudæorum vnum,alterum Gentium,vtrorumque falſas ſententias ita proprijs & illuſtribus notis, rationibus, ac teſtimonijs reprehendit, & refutauit , vt Iudæis quidem in eo Sermone, quem Epheſi cum Tryphone Iudæorum principe, alijſque Iudæis habuit, teſtimonijs innumerabilibus, quæ ex veteri lege deprompſiſſet, Ieſum Saluatorem noſtrum, verum eſt Chriſtum, quem Prophetæ futurum prædixiſſent, demonſtrauerit,eoſdemq; falsò & corruptè Prophetarum verba interpretari ſolitos docuerit; Gentibus autem oſtenderit in eo libro,qui Parænetica Oratio inſcribitur,Poetarum,Philoſophorumq; & Sybillæ,quos in maximo honore ac pretio haberent,teſtimonijs,ac ſententijs; & eos,quos vt Deos colerent,non eſſe Deos, & Deum vnum ac verum eſſe eum, quem Chriſtiani colant,atque venerentur. Idemque fecit & in nonnullis alijs libris, qui ſi extant, nondum editi ſunt; & in Orationibus duabus, quibus Chriſtianos apud Antonium Pium Imperatorem, eiuſque labores,& Senatum Romæ defendit. Atque in eiſdem libris omnibus, etſi videtur longam ſæpè orationem in confirmandis noſtræ diſciplinæ decretis ponere,tamen propria eſt in eis Iudæorum,atque Gentium refutatio. In eo autem,qui eſt ab illo de vera rectaque fidei confeſſione, ſiue de Sancta, eiuſdemque eſſentiæ Trinitate ſcriptus,quid Chriſtiano homini credendum, tenendumque ſit de Sancta Trinitate,Chriſtiq; Filij Dei conceptu,& ortu docet.Hęc autem omnia tam firmis, clariſque & teſtimonijs,& rationibus confirmat, vt breuis eius oratio,qua vſum

ſe eſſe dicit,quòd ſibi rem eſſe cum Eccleſiæ filijs dicat,non minus auctoritatis apud me, quam nonnullorum prolixi de ea re libri habeant, ad faciendam fidem. Et paullò poſt. Iam verò quid ſuauius eſt,quid dulcius ad commemorandum nobis,quamdiu hic ſumus, illa eius oratione, qua docet, quatenus in Dei cognitione, vnicuique noſtrum progrediendum ſit, ideſt pro captu,qui cuique Dei conceſſu ac munere datus ſit? Poſtremò exéplum illud Solis & lucis,& corporis,quo in Diuinitatis,humanitatiſq; in Chriſto coniúctione explicanda vtitur,tam euidens,clarumque eſt,vt res illa tam obſcura illuſtrari,tá difficilis explicari,explanarique nó potuerit planius. Quæ ſi omnia Arius,Sabellius, Eutyches,alijque hęretici conſideraſſent,numquam de Diuinis illis perſonis tam praua ſenſiſſent. Et paullò poſt. Duos præterea eiuſdem Auctoris libros in tuo nomine apparere volui: Alterum,Epiſtolam ad Zenam & Serenum: Alterum,qui Quæſtiones quinq; continet,quas Gentibus Chriſtiani ponunt,& Reſponſionum Gentium refutationes. Epiſtolam autem illam tibi gratiſſimam fore confido. Vitam enim hominis Chriſtiani omnem complectitur,atque adeo omnium,qui vitam virtuti conſentaneam velint degere. Et in Obſeruationibus in librum de Monarchia: Libellus (inquit) hic de Monarchia, vel perfectus non eſt,ſed multis paginis quaſi ornamentis caret; vel certè alterum de Monarchia Iuſtinus ſcripſit. Euſebius enim Cæſarienſis commemorat,eum,librú de Monarchia Dei ſcripſiſſe,quam non ſolum noſtris,ideſt Diuinis,ſed etiam Gentilium ſcriptis confirmauerit; cum hoc in libello ſcriptis,teſtimonijſque eorum tantum, qui à Religione noſtra alieni fuerunt,probet. Quod etiam hinc intelligi licet,quòd hic inſcriptus eſt tantum de Monarchia,& is cuius mentionem facit Euſebius,itemque Photius,& Suidas, de Monarchia Dei ab illo inſcriptus eſſe dicatur. Hunc aút alterum videri,aut eſſe potius declarant ea quæ principio huius libelli Iuſtinus ipſe ſcribit,ſe ex Poëtis Græcorú teſtimonia ſumpſiſſe,non ex noſtris ſcripturis. Et in eius Epiſtola ad Philibertum Baboum Engoliſméſem Pontificem; Ariſtotelem(ait) ſibi delegiſſe potiſſimum,Iuſtinus videtur,in qué omnes acerbitatis ſeueritatiſque ſuæ aculeos emitteret. Neque enim ſatis habuit in cú in Parętnetica Oratione ad Gentes acrius quàm in Platonem,facta etiam eius mortis,quam nónulli commemorát, mentione,inuadere,niſi propriè in illum libros ſcriberet,quemadmodum etiam Photius litterarum monumentis mandauit. Eum quidem ad hanc veniſſe diſputationem alia re impulſum,niſi magno in Religionem noſtrá ſtudio, nec mihi, nec cuiquam alij fas eſſe dicere, iudicio: Eúdem autem in Platonem propriú volumen nullú ſcripſiſſe miror; præſertim cum pleraq; Platonis decreta,non minus quam illa Ariſtotelis à diſciplina Chriſtianorum diſcrepent. Vt enim à Religione noſtra, aliena eſt Mundi motuſque & temporis vtraq; ex parte æternitas, quam Ariſtoteles poſuit; ſic hominú ſecundus ortus,animorumq; improborum ad corpora,quæ ſuis,beſtiarumq; aliarum figuram imitentur,reditus,bonorumq; omnium,ac mulierum communitas, ſexcentaq; alia eiuſdem generis,quę Plato inducit,ei planè aperteq; aduerſantur. Et denique in obſeruationibus in eiuſdem Iuſtini librum De Ariſtotelis Decretorú euerſione: In hunc(inquit) Ariſtotelis librum breues obſeruationes ſcripſimus, vt quorum capitum librorum octo de Natura,& de Cœlo ac Múdo loca Iuſtinus reprehendiſſet,& ſi qui errores eſſent in libris proferendis(ſunt enim permulti)doceremus. Illum enim tantum in primú & ſecundum librum de Natura, Ariſtotelis,ſcripſiſſe ait,cum in tertium,quartum,quintum,& octauum de Natura;primum, ſecundum,& tertium de Cœlo,vt videmus,ſcripſerit. Eundem quidem & in quintam naturam,quam Ariſtoteles ponit,& in motum æternum ſcripſiſſe confirmat: ij aút libri ſint ne alij,& ab hoc ſeparati,ignoro. Hæc Perionius aſcribés Iuſtino quæ in Ariſtotelem ſcripta ſunt,cum Iuſtinus,ea non ſcripſerit, vt diximus.

Ac quidem quo tempore Ioachimus Perionius Iuſtini Martyris verſionem ediderat, Ioan. quoq; Langus Sileſius,& Gelénius ſuas emiſerunt. Sed Io. Langi fuit auctior,quippe qui & nouam Operum Iuſtini partitioné fecit in tres To. quorum primo adiecit Apologiam Athenagoræ Athenienſis Philoſophi Chriſtiani pro Chriſtianis Marco Principi & eius filio exhibitú: & ſententijs priſcorum Sanctorum Patrú putauit ſeſe Iuſtinum illuſtraſſe; Verútamen tú in iſtis illuſtrationibus,tum in pręfationibus,quas vnicuiq; Iuſtini Operi præfixit,cauendum eſt Lectori,ne impingat in ſcopulos, qui in huiuſmodi Interpretibus, qualis fuit Langus, & Gelenius, plerumque latent. Perſpicaci ſanè Catholico difficile non erit animaduertere, vbicunque Langus Patrum aliquorum auctoritates interſeruit de Euchariſtia,deque Eccleſia Chriſti, eas non explicuiſſe vel prorſus reticuiſſe Synodorum approbatorum liquidiſſimos ſenſus ac decreta, vel aliorum Patrum dilucidiores ſententias omiſiſſe.

Quin etiam admiſcet Patrum dictis quæ Eraſmus, & Melanchton effutiuere, quæue

ipſe

ipſe quaſi eſſet Conciliator antiquæ ac recentis (vt vocant) Eccleſiæ plerumque commonefacit: vt mittam, editionem Diuinæ ſcripturæ vulgatam minime ab hoc homine citari, ſed quam fere hæretici adhibent: multa verò temere in præfationibus immiſcere, quę ſpiritum hæreticum (modum certè dicendi quo vtuntur hæretici) ſapiant: adde quod Baſileæ per Frobenianos Typographos editus hic labor, mirum non eſt, ſi & qui operā corrigendo nauabant, potuere, vt ſuo abundant in ſenſu, veritati tenebras, vbicunque collibuit, offundere.

Id addiderim Iuſtini, Irenæi, Epiphanij, atque Oecumenij ſententiam aſſerentium Dæmones haud eſſe torquendos pœna Gehennæ ante diem Iudicij non videre me, quanam quis ratione tueri poſſit; niſi quòd cum pleraque, ijs, quibus vixere temporibus, nōdum plenè fuiſſent expenſa, Patres addubitaſſe de ijs, quæ ceteroquin promptiſſimè excepiſſent, vbi Eccleſiæ vocem audiuiſſent.

Editus eſt autem ipſe Iuſtinus Latinè redditus, Pariſijs Sigiſmundo Gelenio Interprete an. 1565. & 1578. Græcè autem typis regijs Pariſijs an. 1571. ſparſim Baſileæ an. 1528. Nimirum Latina verſio Io. Franciſci Pici *Admonitorij gentium.* & iterum ibidem an. 1551. cum alijs veterum Theologorum Opuſculis, Græcè autem Pariſijs apud Guillardum. Sed & poſtea Heidelbergæ idem Iuſtinus Græcè & Latinè prodijt cum Notis ann. 1597. At quoniam Heidelbergenſes hæretici ſunt, circumſpectè perlegantur.

IVSTINVS Tiberienſis. Vide paullò infra in verbo, Iuſtus Tiberienſis.

IVSTVS Argentoratenſis Epiſcopus, natione Germanus, ſcripſit ad Principium Nemeſinæ Eccleſiæ Præſulem (vt inquit Gulielmus Eiſingrenius) in Cantica Salomonis doctiſſimos Commentarios: Qui in Collegio Diſciplinæ Regularis Truttenhuſen hodieq; aſſeruantur. Eum idem Eiſingrenius *Virum Sanctum* appellat. Viuebat anno Domini 680.

IVSTVS ſiue *Iuſtinus*, Ord. Pred. à Patribus Ordinis ſui in Capitulo (vt vocant) generali celebrato Bononiæ magiſter Generalis pronunciatus, an. 1242. Vitam S. Dominici cōſcripſit. Leand. lib. 4.

IVSTVS Caluinus, Gallus, cum diu Geneuæ imbutus Caluinianis ſui conſanguinei hæreſibus, tandem Diuino actus Spiritu, Romam ann. Iobilæi 1600. profectus, veritate Catholica percepta, non ſolum hæreſes abiurauit. dexteramq; veræ, ac Romanæ Eccleſię dedit, verumetiam reuerſus in Germaniam, ſcriptum à ſe edidit librum prænotatum, *Iuſti Caluini pro Sacroſancta Catholica Romana Eccleſia, proq; ſua ad eam tranſmigratione Apologia, & de Sacris litteris, veneranda antiquitate, atq; ipſis ſectariorum principijs ita adornata, vt facilem Lectori viā ad veritatem muniat.* Moguntiæ apud Ioan. Albinum, an. 1602.

IVSTI Baronij, Pſeudo Iubilæi Vuitebergēſis aduerſus Aegid. Hunnium, & Lutherū, liber ſingularis, recens emendatus. Moguntiæ apud Albin. an. 1605. Eiuſdem Epiſt. ſacrarum ad Pont. Max. & ad Card. lib. 6. ibid. eod. anno, apud eundem. Deinde præſcriptionum aduerſus hæreticos perpetuarum, Tract. 6. Vindicijs aduerſus Io. Reinoldum auctę, apud eundem. Proſtant etiam Vindiciæ ſeorſim, ibid. an. eodem.

IVSTVS Lipſius, vir noſtro æuo Princeps eruditionis, quodque caput eſt, vir verè Catholicus, inter complures eruditiſſimos libros ad Politiam, ad Hiſtoriam, & ad Humanarum ſtudia litterarum, quorū paſſim ſuis in locis Bibl. Selectę noſtræ, Venetijs an. 1603. Col. verò an. 1607. poſtremo editæ meminimus, libros tres De Cruce ad Sacrā, profanāq; hiſtoriā perutiles emiſit, vna cum Notis. Antuerpiæ ex Officina Plantiniana an. 1594. Libros item duos, qui Alloquium præcipuè continent in Publicis malis; ſexta editione meliores, & Notis auctiores, eodem an. 1594. Norimbergæ typis Gerlachianis: vt præſtantia Operis à tanto viro profecti, etiam Ciuitatem à Catholica fide, (ſi nō omnino omnes animis) certè externo cultu alienam adegerit ad id publicandum. Ceterum quæ ipſe Lipſius attigit in ſuis Politicis, (quæ quidem in poſtremis editionibus recenſuit,) De Religione Catholica, & verò item in aureo libello aduerſus Atheum quendam, quem ideo Diodorum nominat, legenda ſunt ab omnibus cum vbere fructu. Sed & denique ex Officina Plantiniana apud Moretum Antuerpiæ, anno 1604. prodijt libellus hac prænotatione, *Iuſti Lypſij Diua Virgo Hallenſis*, eiuſque Beneficia, & Miracula bona fide atque ordine deſcripta.

Anno autem 1605. Admiranda, ſiue de Magnitudine Romana libri quatuor. Tertia editio correctior, auctiorque Antuerpiæ, apud Ioan. Moretum. Eiuſdem libellus ſic inſcriptus: Diua Virgo Sichemienſis ſeu Aſpricollis: Noua eius & admiranda beneficia complectens, prodijt Antuerpiæ apud eundem Moretum an. 1605.



Digitized by Google

Ivstvs Orgelitanæ (alij *Orgelletanæ*, ſiue *Vrgelitanæ* Eccleſiæ in Hiſpania Epiſcopus, trium Epiſcoporum, Iuſtiniani, Hebridij, & Elpidij frater, in ſcripturis Sanctis exercitatus, & doctus, hortatu Iuſti Diaconi, ſcripſit ad eum in Canticum Canticorum, iuxta editionem B. Hieronymi, breuem quidem Commentariolum, ſed eruditum, & elegantem, ac (quod in primis ſpectandum eſt) pium. Eius initium eſt: *Cupiens in domo Dei.* Claruit anno 540. Sergio Pontifice, cui etiam Opus ſuum dicauit. Extat in Bibl. SS. PP. Bignæi.

Ivstvs Tiberienſis, de Prouincia Galilæa, conatus eſt, & ipſe Iudaicarum rerum hiſtoriarum texere, & quoſdam Commentariolos componere, ſed hunc Ioſephus arguit mendacij conſtat autem illum tempore ſcripſiſſe, quo & Ioſephus. Hier. in Catal. At Sophronius habet, καὶ τίνα ὑπομνήματα συγγράφων. Gembl. Cod. habet, *& quoſdam Commentariolos deſcripſit*, Cod. Sigebergenſis vocat hunc non *Iuſtum, ſed Iuſtinum*, ſed malè. Sic Suffridus Petrus. Atqui Photius cum ſe legiſſe Chronicon hoc Iuſti aſſerat in ſua Bibl. Græca, inſcriptionem Operis Græcam eſſe hanc inquit, *Iuſti Tiberienſis De Regibus Iudæis qui* ἐν τοῖς στέμμασι. ſubdit autem eum fuiſſe oriundum ex Tiberiade Ciuitate Galileæ. Incipit ab hiſtoria Moyſis, deſinit vſque ad obitum Agrippæ, ſeptimi quidem ex Herodis Domo, poſtremi autem inter Reges Iudæorum. Qui quidem accepit Principatum à Claudio, creuit autem ſub Nerone, atque adeo magis ſub Veſpaſiano, mortuus verò eſt tertio anno Traiani, quo tempore item hiſtoria deſinit. Ad Dictionem porrò quod attinet, dicit eum eſſe conciſiſſimum συντομώτατον, & plurima eorum, quæ maximè erant neceſſaria omittentem: vt autem morbo Iudæorum laborans Iudæus & ipſe exiſtens, Chriſti Domini Aduentum, ab illoq; patrata miracula, non prorſus meminit. Qui cognomento *Fidelis*, hominum autem (vt inquit Ioſephus) nequiſſimus κακουργώτατος, inſidijs, atque contumelijs Ioſephum eiuſque hiſtoriam inceſſit, præſertim quę de Bello Romanorum aduerſus Iudæos atque Hieroſylimæ excidio conſcripſit.

Ann. Domini 90.

Ivstvs Toletanus Epiſcopus, & in Agalienſi monaſterio antea Rector, qui obijt tēpore Seiſenandi Regis Hiſpaniæ, ſcripſit ad Richilanem Agalienſis monaſterij Patrem Epiſtolam, qua aſſerit ſuſceptum gregem deſerendum non eſſe. S. Ildephonſus in Catal. Virorum illuſtrium Hiſpaniæ.

Ivvenalis Hieroſolymitani, Epiſcopi ſcripta citantur à Nicephoro, lib. ſecundo hiſtor. Eccleſiaſticæ.

Ivvencvs Presbyter, Poëta Chriſtianus, natione Hiſpanus, quatuor libros de Hiſtoria Euangelica, carmine conſcripſit. Quo de viro ſic varijs in locis ait Hieronymus. Iuuencus nobiliſſimi generis Hiſpanus, Presbyter, quatuor Euangelia hexametris verſibus ad verbum penè transferens, quatuor libros compoſuit: & nõnulla eodem metro ad Sacramentorum ordinem pertinentia. Floruit ſub Conſtantino Principe. Et alibi: Iuuencus, inquit, Presbyter, ſub Conſtantino Hiſtoriam Domini Saluatoris, verſibus explicauit, nec pertimuit Euangelij Maieſtatem ſub metri leges mittere. Item alibi. Pulcherrimè ait, munerum Sacramenta Iuuencus presbyter vno verſiculo comprehendit dicens: Aurum, Thus, Myrrham, Regique, hominique, Deoque, Dona ferunt. Sic Hieronymus.

De Viris Illuſtr.

In Epiſtol. ad Magnum Vrbis Oratorē.

Hieron. ſup. Matthæum.

Quem verò fructum ſperabat ex hoc opere Iuuencus, cum monſtraſſet, Gentilium Poetarum labores, ad humanum decus, fabulaſque ſpectaſſe, ijs prologi verſibus docet; quibus ſic inquit:

*Quòd ſi tam longam meruerunt carmina famam,*
*Quæ veterum geſtis hominum mendacia nectunt;*
*Nobis certa fides, æterna in ſecula laudis*
*Immortale decus tribuet, meritumq; rependet.*
*Nam mihi carmen erunt Chriſti vitalia geſta,*
*Diuinum in populis falſi ſine crimine donum.*
*Nec metus, vt Mundi rapiens incendia ſecum*
*Hoc opus: hoc etenim forſan me ſubtrahet igni,*
*Tunc cum flammiuoma deſcendet nube coruſcans*
*Iudex alti throni Genitoris gloria Chriſtus.*

Claruit ann. 530. Extat verò in Tomo 8. Biblioth. SS. PP. edit. 2.

KABA-

Digitized by Google

## KA

KABALA, Vide in verbo, Cabala.

KAMBERTVS Primatitius Bononiẽſis, Ord. Prędicatorum Theologus, ac deinceps Epiſcopus Caſtellanus, ſcripſit Apologeticum contra Corruptorium D. Thomæ. Vixit an. 1314. PP. Mon. Ord.

KAREVVS, ſiue *Karreye*, Anglus, Doctor Oxonij ſcripſit in quatuor libros Mag. Sent. & in Poſteriora Ariſtotelis.

## KE

KEBEIVS Corinius, Britannus, Cornubiæ Ducis filius, plures ad S. Hilarium Pictauienſem Epiſcopum Epiſtolas ſcripſit. Viuebat an. 380.

KEISERSPERGIVS Sermones, & Tractatus varios reliquit, qui Argentinæ dati ſunt prelo ann. 1521. Vide in verbo, Ioannes Geyler, qui eſt idem ipſe, ac cuius ſcripta ibidem indicantur.

KENNETHVS Rex Scotorum, Alpini Regis F. Breuiarium ſcripſit legum antiquarũ, quo in Foris per Angliam Iuriſconſulti vtebantur. Quod etſi ad hunc Apparatum ſpectare non videtur, habet tamen aliqua (niſi ab hæreticis fuerint detruncata vel mutata) quæ ad commodum Eccleſiæ pertinent.

KENVLPHVS ſiue *Kemulphus*, Rex Merciorum in Anglia ad Leonem III. Pontif. Max. Legationem, atque Epiſtolam miſit plenam humilitatis, atque pietatis, cui etiam reſpondit ipſe Pont. Vide To. 9. Annal. Baron. Card.

## KI

KILIANVS, neſcio quis, Lecturam in Quartum Sententiarum reliquit, quæ m. s. in Germania extare fertur.

KILIANVS Leib, qui de Sacræ Scripturæ diſſonis Tranſlationibus egiſſe dicitur exiguo libello, à me viſus non eſt, vt de eo quidquam certi non poſſim effari.

KILIANVS Scotus Monachus, & martyr, ſcripſit contra peregrinos cultus. Paſſus eſt an. 689. octauo Idus Iulij. Beda in Martyrologio. Is Herbipolenſium Epiſcopus ad Mænum fluuium Chriſti Domini fidem prædicans, mortem ſubijt: ob cuius memoriam fundatum fuit pro gente Scotorum, monaſterium.

## KO

KOELETH, quo nomine inſcriptus eſt apud Hebræos liber Salomonis, qui à Græcis dicitur Eccleſiaſtes, ſignificat *Collectricem*, id eſt *Sapientiam rerum Summæ ſubductricem*. Quamobrem Arias Montanus ſcripſit de hoc libro.

*Quidquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas.*
*Gaudia, diſcurſus, huius farrago, libelli eſt.*
*Clauditur ille breui documento, & ſimplice vero.*

Vide in verbo, Salomon.

*Finis Primi Tomi ad Dei Opt. Max. Gloriam.*

Digitized by Google

# APPENDIX AD PRIMUM TOMUM APPARATUS SACRI, NOVA.

*Quæ, poſtquam abſoluto Primo Tomo, ab Authore ſerius ad nos hac ſecunda Editione tranſmiſſa, ſuis locis vnà cum alijs Appendicibus in Veneta editione ad calcem adiectis, interſeri non potuit: Appendix verò Secundi Tomi cum alia, ad ſua, quo pertinebat loca, collocata: hoc te Lectorem admonitum volumus, vt ne putes Appendicem nouam Secundi Tomi adhuc deſiderare.*

## A.

ABBO Gallus,—adde—Apologeticum ad Reges Francorum libro vno. Demonſtrationum Aſtronomiæ librum. Categoriarum Spiritualium librum. Contra Epiſcopum Aurelianenſem librum. De computo librum. Homilias in Euangelia. Epiſtolas ad Gregorium V. Ad Robertum Regem. Ad Ottonem Imper. Ad Bernardum Belli locum. Ad Odilionem Cluniacenſem. De S.Stephano protomartyre. Sequentiam vnam, & Reſponſoria quædam. Circulos annorum Dominicæ incarnationis ad ſua vſq; tempora. Obijt anno 1004. Porrò Abbonis vitam ſcripſit eius diſcipulus Aimoinus, quæ induſtria Ioan. à Boſco Cæleſtini emerſit non ita pridem in lucem è puluere Floriacenſis Bibl. & Abbo quidem martyrium paſſus eſt. Vide Baronij Card. additiones poſt 12. Annal. Tom. pag. 962. & 963. Rom. edit.

ABDIAS quem—adde ad finem:—& ij, qui in Abacuck ſcripſiſſe dicti ſunt.

ABECEDARIUM—vbi illud, *in verbo*,—adde—Franciſcus.

ABRINCENSE Concilium habitum in Anglia, anno Dom. 1172. Pontificatus autem Alexandri Tertij, tertiodecimo in Ciuitate, quæ dicitur Abrinca. Præfuêre Legati Romani Pontificis duo eminentes viri, Theodinus presbyter Card. tit. S. Vitalis, qui, & tituli S. Veſtinæ dictus. & Albertus presbyter Card. tit. S. Laurentij in Lucina, interfuêre cum Henrico Rege, & Henrico eius filio, Rotrodus Rotomagenſis archiepiſcopus, & omnes Epiſcopi, & Abbates Northmanniæ in Eccleſia S. Andreæ, vbi Rex purgauit innocentiam ſuam coram prædictis Cardinalibus, & omni Clero, ac populo, præſtito Sacramento ſuper Sanctorum reliquias, & ſuper S. Euangelia, quod ipſe nec præcepit, nec voluit, quòd Archiepiſcopus Cantuarienſis occideretur. Vide reliqua acta apud Baronium Card. Tom. 12. Annal. ſub eundem annum: & ſub anno 1174. vbi de perfecta pœnitentia Regis.

ACACII porrò epiſtola—adde ad finem lineæ,—ſed non eſt, Luſci.

ACHILLES Galiardus—Iam verò—expunge nouem ſequentes lineas omninò. Nec enim aliquid eorum emiſit, morte præuentus.

ADRIANUS Traiectenſis—adde ad finem—Is verò non fuit Adrianus VI. Pont. Max. Traiecti ad Moſam natus.

ADRIANUS Venetus Ordin. Prædic. Epiſcopus Iuſtinopolitanus, æqualis olim, & ſocius Pij V. Pont. Max. Ord. prædicti. In actis Concilij Tridētini in numero Theologorum cum Patriarcha Aquilæ claruit, ac diu profeſſus eſt Theologiam publicè, cuius ſcripta quædam extare audio, quæ tamen ad manus meas haud peruenerunt.

AEGIDIUS Topiarius—adde—ſed conciones in Euangelia, & Epiſtolas tam Dominicales, quā feſtiuales Coloniæ apud Arnoldum Quentelium an. 1607. fuêre reuiſæ.

AENEAS Gazæus—ad finem—at & vide Mag. Sacri Palatij in ſuo Ind. Tom. 1.

AETHERIANUS ſcripſit de hæreſibus—adde—Ita quidem aliqui, ſed puto de Hugone Etheriano eſſe intelligendum. Vide in verbo, Hugo Etherianus.

AGAPETUS Diaconus,—adde ad finem—Vide autem Annales Card. Baronij ſub annum Dom. 527. monet autem ſapienter Magiſtr. ſacri Palatij in Tomo primo ſui Indicis Romę editi anno 1607. vbi ſunt Agapeti illa verba: *Honore quolibet ſublimiorem, cùm habeas dignitatem*, ſcribendum eſſe in margine, *Inter ſeculares puras duntaxat*. Idem fiat col. 798. B, num. 27. & col. 797. num. 21. lin. 3. & col. 800. C. tollendam eſſe gloſſam. Certa Imperatoris ſalus. In Bibl. Margarini.

AGUR Iudæus—adde ad finem—ſciendum autem in Hebræo, & Chaldæo contextu prima verba trigeſimi cap. Prouerbiorum hæc haberi. Verba Agur filij Iachek.

ALBERTI Pij,—ſcribe Albertus Pius Carporum Comes Italus, ſcripſit Epiſtolam Parœneticam ad Eraſmum. Examinationem Moriæ. De ciborum delectu. De Monachis. De ceremonijs Eccleſiæ. De De templorum ornatu. De Imaginum cultu. De Veneratione Diuorum. De Nouitijs Theologis. De Scriptuarum auctoritate. De myſterio Trinitatis. De Epiſcoporum functionibus. De Primatu Petri. De Traditionibus humanis. De Voto continentiæ. De Virginitate, & cœlibatu. De Matrimonio. De cōfeſſione ſacramentali. De bello, & eius iure. De iureiurando, & mendacio: & alia quæ tum Pariſijs, tum alibi prodierunt. Viuebat anno 1530.

ALBERTUS Monachus—adde ad finem.—Vide omninò in verbo Olbertus.

ALBERTI Nouicampiani, — adde — Et ſcopus Biblicus Veteris & Noui Teſtamenti, cum annotationibus ſummam doctrinæ Chriſtianæ complectentibus, Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum eodem anno.

ALBERTVS Pighius, — adde ad finem. — Atqui, & ſub Alberti Campenſis nomine (neſcio an eiuſdem Pighij) prodijt Venetijs excuſus liber an. 1545. de Moſcouia.

ALBERTVS Suhouius, — adde — Vidit vtrumque illius commentarium in tribus diuerſis Bibliothecis Hermannus Hamelmannus. At & nouiſſimè in eundem hymnum *Aue maris ſtella*, Gallicè ſcripſit Franciſcus Bonaldus, de quo vide in verbo, Franciſcus Bonaldus.

D. ALBERTVS Magnus Epiſcopus Ratiſbonenſis, — adde — Et verò Opera quæ reperiri potuerunt omnia. Coloniæ apud Antonium Hierat prodibunt.

ALCANDER citatur in Proteptico Clementis Alexandrini.

ALCHIMVS — adde ad lineam 7. à fine, poſt illa verba, ad Fuſcinam ſororem. — Qui quidem libri an. 1546. excuſi ſunt Baſileæ cum Commentarijs Menradi Moltheri: octernionibus 23. quorum quarta pars Auctoris eſt. Reliquæ Commentariorum. Sed quæ Poëmata Alcimi cum alijs Eccleſiaſticis ab Oporino edita ſunt à Georgio Fabricio emendata. Sciunt Catholici Georgium Fabricium Chemnicenſem eſſe prohibitum.

ALCIMVS Auitus, — adde ad fin. — Vide Indicem Magiſt. Sacri Pal. Tom. 1. pag. 259.

ALDOBRANDINVS in Apocalypſim m. s. extat Venetijs in Biblioth. quam Cardin. Grimanus reliquit Canonicis Regularibus Ord. S. Saluatoris, apud ædem D. Antonij.

ALEXANDER Arioſtus, — adde ad finem. — & Brixiæ an. 1579.

ALEXANDER Barkelei Anglus, ſiue Scotus ſcripſit, aut in Anglicam linguam conuertit. De miſerijs Aulicorum contra Sceltonum. Vitam D. Georgij ex Mantuano. Quinque Eclogas eiuſdem. Vitas DD. Margarithæ, Catharinæ, & Ethelredæ. Caſtellum laboris. Mancinum de Virtutibus, & alia nonnulla haud magni momenti. Obijt Londini, an. 1552.

ALEXANDER Cantuarienſis Ord. D. Benedicti, & Anſelmi Cantuarienſis Epiſcopi Auditor ſcripſit ad Anſelmum iuniorẽ Abbatem Monaſterij Burienſis de Dictis eiuſdem archiepiſcopi vndeuiginti capita. Obijt anno 1120.

ALEXANDER Carerius Patauinus librũ prænotatum *De Summo Pontifice*, Patauij emiſit, quo libro auſus eſt carpere, quem agnoſcere, & reuereri debebat doctiſſimum Card. Bellarminum, ex quo quęcũque alicuius erant ponderis tacito ipſius Cardinalis nomine ſibi tribuerat, liber autem ipſe Carerij à S. ſede Apoſtolica Romæ per Magiſtrum ſacri Palatij cum alijs prohibitus eſt, quòd pleraq; praue de torſerit, quę ex ſuo ingenio imperitè conſarcinauerat. Quod tacendum hic nõ putauimus vrgente nos veritatis conſcientia, eò magis, quòd antequam liber ille Carerij fuiſſet Romæ expenſus, neque verò à nobis perlectus mentionem ipſius fecimus in Prima parte noſtri Apparatus, ex qua poſthac in alijs Editionibus omninò eſt eradendus, niſi cum iudicio S. R. E. expurgatus emitteretur.

ALEXANDER de Lentria ſcripſit de pluralitate beneficiorum Eccleſiaſticorum. De Pignoribus, & hypothecis.

ALEXANDER Neckam Anglus ſcripſit Diuinæ ſapientiæ laudes libro vnico. In Canticum Canticorum libros ſex. In Eccleſiaſt. lib. 2. In Prouerb. Salom. lib. 1. in Ezechielem. De Puritate beatiſſimæ Virginis Mariæ. Lectiones Scripturarum. At reliqua, quæ de Fabulis Poëtarum, aut in Metamorphoſin Ouidij, ſiue de Figuris, & Tropis ſcripſiſſe dicitur, cùm nõ videantur ad hunc Sacrum Apparatum ſpectare, quodque qualia ſint haud vidimus, omittuntur. Vixiſſe fertur an. 1210.

ALEXANDER Næuius Vicentinus I. V. D. cùm conſilium aduerſus Iudæos fœnerantes Venetijs apud Leonardum Vuild Ratiſponenſem emiſiſſet an. 1499. Conſiliorum item volumen, & Abbatis Panormitani libros ſuprà omnes alias editiones locupletauit. Quæ quidem Lugduni prodierunt anno 1578. Eiuſdem Alexandri extare fertur Commentarius manuſcriptus ſuper quatuor Decretalium.

ALEXANDER Olibertus hiſtoriam ſcripſit Ord. Prædicatorum. Extat in Bibliotheca D. Dominici. Bononiæ.

ALEXANDER Pontifex Maximus, pagina 30. — pone — Alexander huius nominis Papa Quintus.

ALEXANDER TERTIVS Pont. Max. poſt Pontificatus ſui digniſſimam functionem ex hac vita migrauit 12. Kal. Octobr. ſiue, vt alij, ſexto Kalend. Septembr. cùm ſediſſet annos viginti duos minus diebus ſeptem. Extabant totidem libri Epiſtolarum eius, quot numerati ſunt anni Pontificatus eius. Et quidem à Decretorum collectoribus citantur ex ipſis libri, Vndecimus, Decimus tertius, & Decimus quartus Epiſtolarum eius, qui omnes perierunt, præter illa, quæ ſiue in Decretorum Voluminibus, ſiue in alijs cernuntur monimenta. Baronius autem Cardinalis hic inde conquiſitas Epiſtolas Alexandri, cuius Pontificatum accuratè ſcripſit, inſeruit duodecimo ſuorum Annalium Tomo, ſub eiuſdem Pontificatus annos. At quòd Henricus de Gandauo inquit, Alexandrum in volumen vnum ſuas à ſe latas Epiſtolas collegiſſe, quod CONSVLTA ALEXANDRI voluit nominari, hoc quoque interijt, aut alicubi hactenus deliteſcit.

ALEXANDER Vvendock, ſeu Venedetius Epiſcopus Ceſtrienſis, ſcripſit Poſtillas in Pſalterium. Sermones item, atque lecturas, vixit anno 1238.

ALEXIVS Patriarcha de Nuptijs Græcè extat cum canonibus Conciliorum, quos Zonaras expoſuit, ſed vide quæ diximus in verbo, Zonaras.

ALGERVS, — adde ad finem. — Vtilia quoque nec pauca adhuc Auctorem monet Magiſt. Sacri Palatij pag. 223. & ſeqq. Tom. 1. ſui Indicis.

ALGVRIVS, — adde in fin. — hic autem, vt opinor, eſt Algarius de quo ſuprà. In Bibliotheca verò S. Galli eſt m.s. exemplar eiuſdem ſancti viri, operis De laude Virginitatis carmine Hexametro deſcriptum, cuius in eo, quod manibus teritur, eiuſdem tituli Proſaico libro, mentio fit.

ALMANTIVS monachus Altiuillarenſis, Ord. S. Benedicti, floruit anno 890. teſte Trithemio, ſcripſit Vitam, Tranſlationem, ac Miracula S. Helenæ Imp. quæ m.s. extant in Rubra Valle, & in Resbacenſi Benedictinorum monaſterio Diœceſis Meldenſis in Francia. Vide in verbo, *Almannum Gallum.*

ALOYSIVS Gonzaga, — adde ad finem. — Quamuis eo iam ad cœlum euocato, Virgilius Ceparius è noſtris & vitam eius emiſit Romæ, atque ad calcem, eaſde Angelis Meditationes adiecit, Auctorem indicans.

ALOYSIVS Richeomius, — adde — Præter hæc edidit Burdigalæ apud Simonem Millangium, librum à ſe conſcriptum, ac prænotatum: *Votum Glorioſæ Virgini Mariæ, Matri Dei, pro Sereniſſimo Delphino Henrici Quarti Chriſtianiſſimo Galliæ Regis filio*: in quo de peregrinationibus, deque alijs eiuſmodi operibus pijs agit. Omnia Gallicè, ac nitidè: deinceps itidem Gallicè librum de Idololatria Hugonotorum, quos egregiè depinxit.

ALPHABETVM Oſſunæ, — vide in verbo, *Franciſcus Oſſuna.*

ALPHONSI Aluari, — adde — cùm antea anno 1559. Venetijs fuiſſet excuſus à Comino Tridino.

ALPHONSVS Cabrera Ordinis Prædicatorum Hiſpanus, & prouinciæ Bæticæ, Concionator autem Regum Catholicorum Philippi II. & III. reliquit moriens duos Tomos concionum Euangelicarum Hiſpanicè à Dominica Septuageſimæ vſque ad Dominicam, & octauam Reſurrectionis, qui antea etiam Indis nondum Sacerdos, vita, exemplo, doctrina mirificè profuit; has verò conciones ab eo, vt diximus, relictas, cùm moreretur Prior, & Cœnobium S. Pauli Cordubenſis Barcinone curauit in lucem edi apud Sebaſtianum Cormelam an. 1602.

ALPHONSVS Ciaconius Biacenſis Ordinis Prædicatorum, — adde — & Apoſtolicus Pœnitentiarius ſcripſit Vitas, & geſta ſummorum Pontificum à Chriſto nato vſq; ad Clementem VIII. necnon S.R.E. Cardinalium cum eorundem inſignibus. Romæ apud Stephanum Paulinum. M.D.CI.

ALPHONSVS Palæotus, — adde — ſed & idem liber de ſacra Syndone, Duaci apud Petrum Bellerum recuſus eſt, an. 1607.

ALPHONSVS Toſtatus. — adde — Scio autem quibuſdam non omninò probari, quod in opuſculo de ſanctiſſima Trinitate, ſcripſerit, myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis in Nouo duntaxat Teſtamento haberi explicatum. At non propterea credendum virum cordatum, atque doctiſſimum eleuare voluiſſe Teſtimonia, quæ è Vetere Teſtamento deſumimus contra Iudæos de eadem Sanctiſſima Trinitate.

ALPHONSVS Toſtatus Epiſcopus Abulenſis ſcripſit Cenſuram Catholicam colloquij Ratisbonenſis.

ALPHONSVS Villague qui ſuprà; Neapolitanus Ord. S. Benedicti. — Dele hæc omnia verba: & coniunge cum ſuperiore, quia idem eſt. — & adde primum. — Atqui poſteà Abbas, & quæ ſequuntur.

B. ALTHELMI Ænigmata, — adde — at monoſticha ijs Ænigmatibus addita, edita nempè anno 1061. Moguntiæ ab Albino, non putabantur eſſe Althelmi; ſed rectiùs examinata videntur ampliùs Althelmum ſapere, nec cum carmine B. Columbani in auaros ſtilo conuenêre, quod quidem vno fretus m.s. Codice Henricus Caniſius cenſuit.

AMADEI — adde — vide autem ſuprà in verbo, Amadeus.

AMANDVS Prior Aquicinctini Monaſterij Ordinis ſancti Benedicti, quod duobus milliaribus diſtat Duaco ciuitate Flandriæ, vberem ſcripſit epiſtolam de Vita, & obitu venerabilis Odonis Epiſcopi Gemblacenſis. Extat m.s. Aquicincti, & apud Aubertum Miræum Canonicum Antuerpienſem, Aquicinctenſis Cœnobij humilis congregatio. Viuebat an. 1113.

AMBROSIVS Spiera, — dele in fine in penultima linea ab illis verbis, — *ea extant*, — cum tota ſequēti linea. Et adde — eorum quidē idem ipſe haud ſemel in Quadrageſimali meminit, cùm eadem Commentaria de rebus, quæ intercidebant, Scholaſticis, auditores amandabat Quin & Paulus Rugolius ordinis Seruorum, & Taruiſini Collegij Prior teſtatus eſt in archiuo eius Cœnobij, Quadrageſimalis Ambroſij Spieræ exemplar eiuſdem Ambroſij m. aſſeruari cum literis publicis, quas vocant Doctoratus, cui inter alios interfuêre teſtes an. 1444. Paulus, & Angelus à Caſtro viri celeberrimi. Quin & commentaria in Magiſtrum olim in Biblioth. ordinis Seruorum (quæ ſatis librorum erat diues) habebantur, & apud Proſperum Narnienſem Seruitam in ſecundum Magiſtri librum m.s. paucos ante annos viſa ſunt ab eiuſdem Ordinis Patribus religioſis. Iam Homiliæ de Aduentu Domini in Taruiſino Cœnobio adhuc extabant an. 1602.

AMBROSIVS de Vignate. — adde ad finem. — Quin etiam Orationem habuit Salandi nomine ad Paulum Secundum Papam, quæ cum Philephi epiſtolis fuit Pariſijs excuſa. Deinde Tractatum de Hæreſi, qui adiunctus Franciſci Pennæ Commentarijs, prodijt Romæ an. 1581.

AMBROSIVS de Vinea. De Hæreſi extat in Tom. 2. p. 2. Tractatuum. De Vſuris autem in Tomo 7. fol. 50.

AMMONIVS — adde — vide infra in verbo, Ammonij Harmonia.

AMMONII quæ dicitur Harmonia, expenditur ab Magiſtro Sacri Palatij, quæ extat in Bibliotheca Margarini, & opus eſſe Tatiani, non eſſe dubitandum. Quocirca inſcriptionem ita eſſe mutandam. Sanctorum Euangeliorum Diateſſaron, id eſt, vnum ex quatuor, Tatiano Syro Hæreſiarcha, En

 cratita

cpatitarum principe, Auctore. Pag. 239. Ind. Tom. 1. Vide in verbo, Ammonius.

AMMONIVS Floriacenſis, — adde — Quin etiam ſcripſit de Origine, & Geſtis Francorum.

AMPHILOCHIVS — ad finem — Vide Notam ad eum in Indice Tomi primi Magiſtri Sacri palatij, pag. 266.

ANACHORETARVM apophtegmata — ad finem. — At quæ de his monet Mag. ſacri Palatij. Vide in Tom. 1. eius Indicis, pag. 195.

ANASTASIVS Nicænus. — Vide verò primum Tomum Indicis Magiſtri ſacri Palatij Romæ editi, an. 1607. pag. 66.

ANASTASIVS Papa Secundus huius nominis Romanus, ſcripſit ad Anaſtaſium Imp. epiſtolam de Pace Eccleſiæ. Extant eius Decreta cum cæteris Pontificum Decretis excuſa Coloniæ. Epiſtola de Ruffino habetur in 2. Tomo operum D. Hieronymi. Claruit an. Dom. 498.

ANASTASII Plati Diſputatio extat in fine primi Voluminis conſiliorum Andreæ Barbatiæ. In ea cùm agat aduerſus nefandum Sodomæ peccatum, inter alia aſſerit. Teſtamentum Sodomitæ etiam non per Iudicem declarati, eſſe nullum. Extabat m. s. in Bibliotheca Imperatoris Viennæ Auſtriæ.

ANASTASIVS Romanus, — adde — At anno 1602. Anaſtaſij Bibliothecarij Romani hiſtoria de Vitis Pontificum à Petrò vſq; ad Nicolaum I. cum Vita Hadriani II. & Stephani VI. è Bibliotheca Velſeriana prodijt, Moguntiæ apud Albinum.

ANASTASIVS Sinaita, & Patriarcha, — pone ad finem — Hic verò non fuit Martyr, vti adſcripſit Margarinus. Quæ autem in eodem Anaſtaſio ſunt notatu, ſiue interpretatione, atque emendatione digna. Vide primum Indicis Tomum à Magiſtro ſacri Palatij editum Romæ anno 1607. pagina 70. & ſeqq.

ANDREAS Marchianenſis in Flandria Monachus Ord. D. Benedicti ſcripſit librum de Origine, & geſtis Françorum m. s. Tornaci apud S. Martinum.

ANDREAS Maſius, — adde ad finem. — Porrò vide Indicem Magiſtri ſacri Palatij, in quo pleraque ipſius Maſij emendauit Romæ, an. 1607.

ANDREAS Barbatius, — Andreas Barbatias.

ANDREAS Barbatias, — adde ad finem. — Verùm enimuerò, vt vir fuit Iuriſconſultus eximius, pleraque digna tam ſolerti ingenio edidit. Lectura ſanè ipſius in Clementinarum compilationem prodijt Pariſijs excuſa anno 1517. At & ipſe ſuper Decretalium Rubr. de teſtibus, c. teſtimonium, ſuper 2. Decretalium. Rubr. de fide inſtrumenti, c. dilectorum, ſuper 2. C. Rubr. c. quæ admit. ſuper 2. cap. de fideicom. I. cùm acutiſſimi.

ANDREAS Bauria Monachus. De poteſtate Papæ. Sic quidem aliqui. At librum iſtum non vidi.

ANDREAS de Beſetis ſuper primum Cod. De ſacroſanctis Eccleſijs.

ANDREAS Bilius, — adde ad finem. — Viuebat anno 1420. Ambroſius Coriolanus.

ANDREAS Fruſius, — adde — Gallus.

ANDREAS Hieroſolymitanus, — adde — Sed & Oratio eius de Cruce extat in Tom. 2. de Cruce, à Iacobo Gretzero noſtro, euulgato.

ANDREAS Maſius — adde — Belga. — deinde etiam adde poſt finem. — Cæterùm emiſit Diſputationem de Cœna Dominica oppoſitam Caluiniſtarum impijs corruptelis, anno 1575. cùm antea ex Syriaca lingua edidiſſet, Commentarium de Paradiſo ſcriptum ante annos ſeptingentos; & Diui Baſilij Liturgiam, anno 1569. Antuerpiæ. Grammaticam item Syriacam. Dictionarium Syrochaldaicum. Lexicon Græcū, & Inſtitutiones linguæ Græcæ in Tomo Bibliorum. 16. excuſum à Chriſtophoro Plantino, anno 1572. Prætereà Moyſis Mardeni Iacobitæ Legati Patriarchæ Antiocheni profeſſiones duas fidei. Duas quoque epiſtolas. Alteram Sulacæ Neſtoriani; altera populi Neſtoriani ad Pont. Max. ex Syriaca lingua abs ſe verſas.

ANDREAS de Nouocaſtro, — adde — Viuebat anno 1300.

ANDREAS Patricius, qui poſteà fuit Epiſcopus, — adde — Vendenſis.

ANDREAS Placus, — adde ad finem. — Quod tamen ad Eccleſiæ Catholicæ lancem, eſt expendendum.

ANDREAS Theueti, — adde ad finem. — Sanè non defuit qui aduerſus eum quædam ſcripſit, ſed neſcio quo ſpiritu, cùm mihi non conſtet an fuerit Catholicus, qui calamum contra illum ſumpſit. Id ſcio, eiuſdem Andreæ Theueti Galliæ deſcriptionem fuiſſe ab Ortelio laudatam, dum nondum prodijſſet in lucem.

Et quidem Coſmographia Orientis Gallicè fuit excuſa Lugduni anno 1554. & Antuerpię 1556. cùm vniuerſi quoq; terrarum orbis deſcriptionem adornaſſet.

ANDREAS Vega. — adde ad finem. — Venetijs anno 1546. & Coloniæ apud Arnoldum Quentel. anno 1572.

ANDREAS Soto Hiſpanus, — adde ad finem. — Item de conuerſione boni Latronis, & alterum libellum de redimendo tempore amiſſo, Hiſpanicè. Antuerpiæ apud hæredes Petri Belleri, anno 1606. & alium de origine, Antiquitate, Benedictione, Virtute, & Miraculis Agnus Dei, & benedictæ aquæ, Antuerpiæ apud Gaſp. Bellerum, anno 1607.

ANDREAS Taxander collegit Catalogum clarorum Hiſpaniæ ſcriptorum, Moguntiæ apud Balthaſarem Lippium, anno 1607.

AN-

Digitized by Google

ANDREAS Victorius Anglus Canonicus Pariſienſis,Hugonis de ſancto Victore diſcipulus,ſcripſit in Pentateuchum Moſis,Ioſue,Iudicum,Regum,Paralipomenon,Eccleſiaſten, Parabolas, ſiue Prouerbia Salomonis,Eſaiam,Ieremiam,Danielem,Ioelem,& ſi quæ eiuſdem ſunt alia, vt fertur. Viuebat anno 1150.

ANGELA virgo Raimundi Bohemorum Regis filia in Tyro Paleſtinæ poſt mortem patris, ſub Doctore Brocardo Hieroſolymitano Carmeli velamen accepit,& vitam agens anachoreticam, ſcripſit contemplationes de Chriſto,lib.1. De Euchariſtia lib.1.Librum item reuelationum.Viuebat an.1190 Corpus eius Pragæ in monaſterio Carmelitarum iacet.

ANGELVS Aretinus,—adde ad finem.—Porrò alij Angelum Gambilionum,ſiue de Gambilionibus de Aretio vocant.Qui pleraque alia in Iuris Inſtitutiones Ciuilis:in 3. libro Codicis. De Inuentario. Conſiliorum volumina duo: Repertorium ſuper tertio Cod.de bon.vacant. lib.10.L.ſi vacantia. edidit;quæ partim Lugduni,partim Venetijs prodierunt,an.1552.& 1568.

ANGLICANVM Concilium ab Henrico Angliæ Rege coactum anno 1161. apud Nouum Mercatum, vbi omnes Epiſcopi Nortmanniæ, & Abbates, & Proceres conuenerunt anno 1161. Alexandri Papæ Tertij ſecundo, qui ibidem agnitus eſt,atque probatus ſanctæ Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopus,dãnatus verò Octauianus inuaſor,qui ſe ipſum Victorem nominauerat. Vide Baron. Card. 12. Tom.Annal. ſub eundem annum.

ANTIOCHENVM Concilium anno Dom.1136. Innocentij autem 2.ſeptimò habitum eſt in Oriente. Præfuit Legatus Apoſtolicæ Sedis Albericus Epiſcopus Oſtienſis, natione Francus. Interfuêre Gaudentius Cæſarienſis Epiſcopus,& Fulcherius Tyrenſis Archiepiſcopus cum duobus Suffraganeis ſuis,Bernardo Sidonienſe,& Balduino Berythenſe. Prouinciæ item Antiochenæ vniuerſi Arnulphus Antiochenus Patriarcha depoſitus eſt, & carceri mancipatus, veneno hauſto interijt. Vide Acta trium ſeſsionum eius Concilij ex Vvillelmo Tyrio inſerta à Cardinale Baronio duodecimo Annalium Tomo.

ANTIOCHVS Monachus,—adde ad finem.—Vide verò iam integram ipſius Antiochi epiſtolæ ad Euſtathium,repertam in Vaticano Codice, Græcè ſcriptam, & à Friderinio Metio verſam,quam Magiſter Sacri Palatij primo Indicis ſui Tomo inſeruit pagina 105. ſed & vide plura de hoc Antiocho in Tomo octauo Annalium Cæſaris Cardinalis Baronij ſub annum 614. Monet autem Magiſtrum ſacri Palatij duas eſſe gloſſas expungendas, quæ in Margarinum ad eundem Antiochum in margine fuerant adſcripta.

ANTONIVS AEgyptius,—adde—pag.97. vbi agitur de Antonio AEgyptio lin. 21. *Epiſtolæ ſeptem.*—dele ſequentia,vſque ad finem, & loco earum pone.—Non Symphoriano Camperio Interprete, ſicuti verſionis præfert inſcriptio, ſed ab Hectore Dallo Apoſtolicæ Sedis Protonotario acceptæ extant in tertio Tomo ſecundæ Editionis Pariſienſis Biblioth. Patrum Bignæi, cùm tamen anteà Coloniæ prodijſſent à Valerio Saraſio ex AEgyptiaco in Latinum ideoma conuerſæ: atque ad calcem Operum D. Dionyſij Areopagitæ vnà cum commentarijs Dionyſij à Rychel Cartuſiani poſt epiſtolas ſanctorum Ignatij, & Polycarpi Martyrum adiunctæ, & excuſæ apud Ioannem Quentel. Coloniæ anno 1556. Quæ vtinam planius ab aliquo verterentur,vt facilius intelligi poſſent,cùm cœleſtem,& vberem pietatis doctrinam ſpirent.

Quàm verò vtilis D. Antonij vitæ lectio fuerit diuo Auguſtino,& alijs,nouerunt qui ipſius Auguſtini libros Confeſſionum legerunt. Cæterùm, etſi Trithemius,quem ſuprà attulimus,ſcripſit diuum Antonium ex hac vita deceſſiſſe anno 358. Symphorianus tamen Camperius, eum inquit obijſſe anno CCCXL. ſubdens,eius corpus,cùm diù latuiſſet, poſteà Imperante Magno Imperatore, Diuina fuiſſe reuelatione repertum,atque è Thebaide,vbi obierat, Alexandriam primò delatum, deinceps in Galliam Allobrogum propè Viennam tranſlatum,vbi digno honore, vſque nunc, (ait) requieſcit.Quod à Summis Pontificibus Innocentio, & Alexandro fuit confirmatum. Extat ſanè adhuc ibidem eiuſdem D. Antonij Ordinis primarium monaſterium,ſiue Cœnobium.

S. ANTONIVS AEgyptius,—adde ad finem.—Monuit autem poſtremò Magiſter ſacri Palatij notam,& gloſſam eſſe expungendas,quæ in Bibliotheca Margarini ad Epiſtolam ſecundam & quintam ſancti Antonij colum. 113. B, fuerunt adiectæ in margine, & loco eius primæ notæ ſcribendum eſſe. *Cautè lege. Nam Angeli non propriè dolent, aut triſtantur de malis hominum, niſi tantùm metaphoricè, quod vniuerſim hominum ſalutem cupiant.* Vide ſanctum Thom. 1. parte, quæſt.113.artic.7. Ad quintam autem epiſtolam quod attinet, colum.190. B,demenda illa gloſſa. *Angelorum lacrimæ pro hominibus*,& reponendum. *Cautè lege, & regredere ad notam epiſt.2. col.113. B.*

ANTONIVS Agellius,—adde—ſed & in Pſalmos, Coloniæ apud Arnoldum Quentel. recuſus eſt an.1607.

ANTONIVS Aueraria,—adde ad finem.—Is verò fuit Mediolanenſis,& Baptiſtæ Mantuani diſcipulus,qui & ſcripſit artium Epitomen, Epiſtolas, & Carmina.

ANTONIVS Auguſtinus,—adde ad fin.—Sanè verò cùm ex eius Bibliotheca complures prodierint libri emendati,& quatuor libri emendationum in Iure,quorum meminimus in noſtræ Selectę Bibliothecæ libro de Iuriſprudentia, qui tum Venetijs apud Iuntas excuſi, Baſileæ iterum apud Oporinum fuêre recuſi, emiſit quoque Conſtitutiones,quæ deerant in Codice Iuſtiniani haud paucas Græcè,ac Latinè,additis Paratitlis,hicque liber Ilerdæ editus fuit. Quin & leges Rhodiorum, Nauales, Militares, Georgicas Iuſtiniani, Sextique Pompeij Feſti libros. Vir acerrimi iudicij, & inſignis integritatis.

ANTONIVS de Bitonton Sermones Dominicales emiſit Argentorati anno 1495. apud Ioannem Graninger,qui item Venetijs recuſi fuére an.1499. Et quidem Antonius is fuit Ord. Minor. Num verò hic ſit idem cum Antonio Bitontino,de quo ſuprà,addubito.

ANTONIVS Bonfinius,—adde ad finem.—Atqui vt S.Catholica Romana Eccleſia errare non poteſt,ſic Commentarium illorum,ſiue Dialogorum editio, quæ Baſileæ prodijt anno 1572. per homines à fide alienos,ſuſpicari me fecit,num cum Autographo ipſius Bonfinij conueniat, qui in hiſtoriæ Hungaricæ Decadibus, ea quæ ad pietatem,& fidem Catholicam pertinent,piè perſecutus eſt. Sanè nō Commentaria,ſed Dialogi tres de Pudicitia coniugali,& Virginitate inſcripti ſunt, quos Baſileenſes emiſerunt.Hæreticis autem Pudicitia,& Virginitas ferè haud ſapiunt,vt adeò ſibi non ducant Religioni labes ijs,quæ improbant,aſpergere.

ANTONIVS Boſius I. V. D. ſcripſit hiſtoriam Paſſionis beatæ Cæciliæ Virginis, Valeriani, Tiburtij, & Maximi martyrum,necnon Vrbani, & Lucij Pontificum & martyrum Vitas, atque Paſchalis Papæ I. literas de eorundem ſanctorum corporum inuentione, & in Vrbem tranſlatione. Omnia ex antiquiſſimis nobilium Vrbis Bibliothecarum manuſcriptis exemplaribus fideliter, accurateque deprompta, Notiſque illuſtrata, & nunc primùm in lucem edita. Acceſſit relatio eorundem ſanctorum corporum nouæ inuentionis, & repoſitionis ſub Clemente VIII. Pontifice Maximo, Paulo Sfondrato S. R. E. & ſanctæ Cæciliæ Presbytero Cardinali, Romæ apud Stephanum Paulinum. M. D. C.

ANTONIVS Burgenſis, ſiue de Burgos Hiſpanus,ſcripſit ſuper 3.Decretal. De Emptione, & venditione.Id Ticini,ſiue Papiæ prodijt an.1411. ſed puto in annorum numero errorem irrepſiſſe, quod vſus typographiæ vix tunc innotuerat,aut certè in rem nondum collatus exiſtimatur.

ANTONIVS Fidei, Florentinus Carmelita, ſcripſit Quæſtionum Theologicarum librum alterum de Fide Catholica. Alium Concionum ad plebem. Viuebat anno 1370. Martinus Perſona.

ANTONIVS Florebellus,—adde ad finem.—Quin etiam ſcripſit de reſtituta in Anglia Religione ad Philippum II. Regem Catholicum,atque Mariam.Louanij an.1555.

ANTONIVS Franciſcus de Doctoribus ſcripſit additiones ad lecturas Abbatis Panormitani ſuper Decretalibus:& additiones ad Alexandrum Tartaginem Imolenſem.

ANTONIVS Franciſcus Varchienſis Italus multos vtriuſque linguæ auctores caſtigauit,& additis Præfationibus,Florentiæ in Officina Iuntæ imprimendos dedit.

ANTONIVS Gauana: ſcripſit in laudem Montis Caluariæ: cuius operis prima pars prodijt Salmanticæ apud Ioannem Pererium vnà cum emendationibus Alphonſi de Eraſſo. Secunda verò pars apud Sebaſtianum Marcioez Italicè.

ANTONIVS Geraldinus,—adde ad finem,—à Thoma Anſelmo primùm prodierunt Phorcæ in Germania an.1507.deinceps item alibi.Porrò is fuit Apoſtolicus Protonotarius.

ANTONIVS alter,& ipſe cognomento Gueuara,—adde—Atqui montem Caluarium anno 1570. recudit Italicè Venetijs Gabriel Iolitus, demùm Latinè Coloniæ Ioannes Crithius, anno 1607.

ANTONIVS Hulſtius edidit de ſtadio curſoris Chriſtiani æternæ vitæ metam ſub leui Chriſti onere prehendentis.Antuerpiæ apud Ioannem Bellerum,an.1556.

ANTONIVS à Konigſtein. Vide ſuprà in verbo,Antonius Bruichius.

ANTONIVS Magnus. Vide in verbo, Antonius AEgyptius.

ANTONIVS Meliſſa,—adde ad finem.—Sanè verò etiam Magiſter ſacri Palatij plura de illo monuit,quæ ſunt vel delenda, vel cautè legenda, & apponenda in margine eſt cautio, pag.195.& ſeqq. Tomo 1.Indicis.

ANTONIVS Monchiacenus Demochares,— adde ad finem.—Porrò vir hic Theologus Sorbonicus inſignis libros Sententiarum Petri Lombardi ab ſe recognitos, atque emendatos, nouis illuſtrauit Indicibus.

ANTONIVS Panthera Monarchiam ſcripſit Domini noſtri IESV Chriſti Italicè, Venetijs anno 1545.

ANTONIVS Parmenſis, (ſiue de Parma) Ordinis Camaldulenſis Prior Generalis, ſcripſit Sermones de Tempore libro 1. De Sanctis, libro altero. Sermones Quadrageſimales, libro alio. Viuebat anno 1420.

ANTONII Pelargi edita eſt Apologia ſanctiſſimi ſacrificij Euchariſtiæ, Viennæ Auſtriæ, anno 1526.

ANTONIVS Philopatris. Vide in verbo, Angli Catholici. Et in verbo, Thomas Stapletonus.

APOLLINARIS,— adde — Qui quidem cùm ſcripſerit Scholia in Pſalmos, iuxta editionem Septuaginta Interpretum, licèt commendetur à quibuſdam, eſt tamen circumſpectè legendus.

APONIVS,—adde ad finem.—Sed quod hic Aponius narrat de morte Iuſtini, pugnat cum actis ſinceris martyrij eius, quæ cùm publicè à Iudice pro Chriſti fide interfectum produnt. Mag. ſacri Palatij in 1.Tom.ſui Indicis,pag.78.

ARATOR,— adde ad finem.—Vide Indicem Magiſtri ſacri Palatij, Tomo primo, pagina 261.

ARNOLDVS Anedelius de Sonis Vaſco Carmelita, ſcripſit officium D. Angeli Hieroſolymitani.Librum item aduerſus futurorum præſagos. Alterum contra quorundam diffamationem. Alium

ſuper

Digitized by Google

ſuper quoſdam Canones. Viuebat anno Domini M. D. X.

ARNOLDVS Budericus Canonicus Auguſtinianus, Congregationis Vindeſemenſis in monaſterio Rubræ Vallis apud Bruxellam,ſcripſit librum De modo ſeruandi Ord.Canonicorum Regularium. Duodecim item libros Odarum. Epiſtolam item Apologeticam contra detractores monaſteriorum. Epiſtolam de Quietudine ſtatus Presbyterorum.Epiſtolam de Auaritia Dietarium, quæ omnia extant m. s. in Rubra Valle.

ARNOLDVS à Buſco Canonicus Auguſtinianus Regularis Vindeſemenſis,vnus ex primis patribus ſacræ illius ac reformatæ (vt vocant) Congregationis,ſcripſit librum de viris Illuſtribus Ordinis Canonicorum Regularium Vindeſemenſium.Librum item de origine Monaſterij,& Capituli,ſeu Cōgregationis Vindeſemenſis,cuius libri materia(vt ipſe auctor loquitur)eſt initium modernæ deuotionis per Gerardum Magnum inchoatæ,& per Patres,ac Fratres Congregationis Clericorum in Dauentria optimè continuatæ; perq; Patres monaſterij in Vindeſem conſeruatæ; & per Capitulum Vindeſemenſe Generale per Belgium,ac Germaniam propagatæ. Extant hi libri m. s. ad S.Martinum; Louanij. Porrò auctor iam ſexagenarius, & annis quadraginta quatuor in ea religioſa familia verſatus, cœpit hunc poſteriorem librum ſcribere in ipſo Vindeſemenſi monaſterio, quem & abſoluit in Sultenſi (vt loquitur) Prælatura Capituli Vindeſemenſis in Saxonia an. 1464. Fuit autem Vindeſemium illuſtre olim Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini monaſterium à Florentio Leiderdanio iuſſu Gerardi Magni extructum in Tranſiſalana Germaniæ inferioris prouincia Situmia,quo congregatio iſta, ſeu familia Reformata,plurima ſub ſe comprehendens monaſteria,cognomentum accepit.Cuius quidem Congregationis Præfectus,ſiue Prior Generalis in Vindeſemio ſedem habere olim ſolet. At verò Tranſiſalana ditione, Phriſiæ, viciniſque Prouincijs à Caluinianis hæreticis occupatis, vniuerſæ Congregationi Vindeſemenſi nunc præeſt Prior monaſterij Rubræ Vallis apud Bruxellam.

ARNOLDVS Rufus Toloſanus Ordinis D. Auguſtini, ſcripſit annotationes ad libros D. Auguſtini de Ciuitate Dei, & ad quoſdam Tractatus eiuſdem. Viuebat anno 1410. Nicolaus Bertrandus.

ARNOLDVS Santius Toloſanus Ordinis D. Auguſtini ſcripſit ſuper 4. lib. Magiſtri Sentent. Librum item de generibus Vſuræ. Alterum de Præſcriptionibus. Aliū de Reſtitutione. Viuebat an. 1390. Nicolaus Bertrandus.

ARNOLDVS à Tungris, cognomento Luidius Theologus Colonienſis, & Collegij, ſeu Burſæ, vt vocant, ſancti Laurentij ibidem Rector, ſcripſit contra Speculum Oculare Ioannis Reuchlini. Coloniæ anno 1512. Reſponſionem ad quinquaginta argumenta Reuchlini. Contra Iudæorum blaſphemiam in Thalmud. Dialogos duos contra Thalmud. Quæ omnia manuſcripta extitiſſe Gandaui apud Dominicanos teſtatur Ioannes Bunderius in Indice. Obijt Arnoldus ſenex Leodij Canonicus apud ſanctum Lambertum, & Bibliothecam ſuam Canonicis Regularibus Tungrenſibus legauit, vbi hodieque viſitur.

ARNVLFVS,ſiue Arnulphus,alijs autem Arnulphus Rutæus I. C. Aurelianenſis de iure Regaliæ. De mandatis item Apoſtolicis; ac de ſublimi Archipræſulum ſtatu,& conditione, Pariſijs an.1542.

ASIANVS Sardienſis Epiſcopus Antonino Imperatori Apologeticum pro Chriſtianis tradidit, anno Dom 173. Euſebius.

AQVARIVS Theologus collegit formalitates iuxta doctrinā D. Thomæ Aquinatis, quæ demùm ab Alphonſo de Marcho abſolutæ prodierunt Neapoli,an.1605.

AQVISGRANENSIS Synodi Acta ponit Card. Baronius ſub annum 862. Interfuêre Archiepiſcopi,& Epiſcopi.

AVBERTVS Miræus Canonicus Antuerpienſis, — adde ad finem. — Quinetiam edidit origines Cœnobiorum Benedictinorum,Antuerpię apud eundem Bellerum:ac cùm antiquitatis ſtrenuus ſit inueſtigator,plura nobis è Belgio miſit,quæ m.s.aſſeruantur,tum in ſua,tum in alijs Bibliothecis, quorū ſuis meminimus locis.

AVGVSTINVS Iuſtinianus Epiſcopus Nebienſis, — adde — Quin & Italicè ſcripſit librum prę notatum: Annales Reipublicę Genuenſis,quos vocat caſtigatiſſimos,Genuę an.1537. Ijs verò Annalibus continetur etiam Exacta Liguriæ, & vrbis Genuæ deſcriptio.

Quidquid item de ciuitate illa extat apud probatos auctores ante Chriſtum natum.

Quidquid extat poſt Chriſtum natum vſque ad annum M. C.

Antiquitas,& nomen Ciuitatis.

Tres illius deſtructiones. Prima à Carthaginenſibus. Secunda à Longobardis. Tertia à Mauris.

Antiqua, & celeris conuerſio Genuæ ad Chriſtianam fidem.

Commemoratio plurium ſanctorum,& Epiſcoporum Genuenſium.

Adminiſtratio Ciuitatis per Comites ab Imperio miſſos.

Acquiſitio Corſicæ.

Nomina primorum Conſulum,de quibus conſtat.

Captiui Muſaitus Rex Sardiniæ.

Expugnatio Antiochiæ,& acquiſitio corporis beatiſſimi S.Ioannis Baptiſtæ.

Expugnatio Hieroſolymorum vnà cum alijs Chriſtianorum exercitibus.

Laudes externorum de Genuenſibus.

AVRELIVS Prudentius, — adde ad finem. — Vide Magiſtrum ſacri Palatij in ſuo Indice, pagina 257.



Digitized by Google

AVXILIVS ad Leonem Epiſcopum Nolanæ Eccleſiæ miſit obiectiones triginta, & totidem Defenſiones pro Formoſi Papæ ordinationibus aduerſus Stephanum Papam. Eis additionibus ſuis adiunxit Baron. Card. poſt duodecimum Tomum Baronij, pag. 957.

AYMARVS Falconeus, — adde ad finem. — Quin etiam quem ſcripſerat librum, de Animi exhilaratione, is Viennæ Auſtriæ prodijt an. 1541. Lugduni verò Dialogus, De compendioſa ratione, qua quis ditari poſſit, an. 1542.

AZO à Ramengis edidit Repetitiones ſuper Decreto, diſtinctione prima.

## B.

BALDRICVS Archiepiſcopus Dolenſis in Britannica Aremorica, ſcripſit Vitam S. Vgonis Rothomagenſis Epiſcopi, quæ manuſcripta extat Atrebati in S. Vedaſti monaſterio, & apud Miræum, & ſic incipit: *Baldricus Dei gratia Britannorum Archiepiſcopus Vrſioni, venerabili Gemetienſium Abbati.* 2. Vitam S. Sampſonis Epiſcopi Dolenſis. 3. Hiſtoriam Hieroſolymitanam, lib. 1. m. s. Pariſijs apud Cœleſtinos.

BALDVINVS Archiepiſcopus Cantuarienſis, — adde ad finem. — Cæterùm hic ille eſt, cuius item alia extant: Nempè liber de Sacramentis Eccleſiæ. Duo libri de Sectis Hæreticorum. Vnus de commendatione fidei. Alius de vnitate Charitatis. Alius de Sacerdotio Ioannis Hircani. Alius de eruditione Gyraldi. Sermonum 33. liber. Alius de Amore. Quatuor libri ſuper Hiſtorijs Regum. Alius contra Henricum Vvintorienſem. Alius de commendatione Virginitatis. Alius, qui inſcriptus eſt. Carmen deuotionis. Alius de Cruce. Alius de Angeli nuncio. Alius de Mythologia. Alius Epiſtolarum. Hic Richardum Regem Angliæ in Syriam ſecutus anno Domini 1190. Tyri obijt, atque ibi humatus eſt.

BALTHASAR de Lipſia, fratrum Ordinis ſancti Bernardi Prouiſor anno 1494. triginta nouem Concluſiones pro vna ſpecie ſanctiſs. Sacramenti cum ſuis explicationibus aduerſus Ioannem Huſs. emiſit Lipſiæ, quam nondum, quæ deinceps ab inferis excitata eſt, Lutherana lues inuaſerat.

BALTHASAR Pacecus Ledeſmienſis Hiſpanus Ordinis ſancti Franciſci de Obſeruantia, Concionator, & Definitor Prouinciæ ſancti Michaëlis, quatuordecim Diſcurſus, (vt habet Operis inſcriptio) Hiſpanico idiomate, de Oratione Dominica, edidit, tertiò Salmanticæ ex officina Andreæ Renaut, ſiue Reginaldi, anno 1603. ſecundis curis limatiores, & vberiores. Additus eſt Elenchus Euangeliorum totius anni. Porrò opus hoc lectu perdignum eſt, atque perutile, vt qui illud attentè verſauerint, non mediocrem ſenſuri ſint acceſſionem pietatis, ac ſolidæ ſcientiæ ſacrarum rerum.

BAPTISTA Panætius. Vide in verbo, Baptiſta Ferrarienſis.

BARTHOLOMAEVS Carthuſianus Prior Ruræmundenſis in Geldria, — adde — ſcripſit præter alia à Trithemio recenſita, Dialogum de Conſolatione Nouitiorum, m. s. Inſulis Flandriæ vrbe apud Dominicanos. De paſſionibus, & Virtutibus. De fraterna correctione. De excellentijs beatæ Mariæ. Qualiter Religioſi habere ſe debeant in communibus tractatibus. De Humilitate. Tractatum exercitationum ad deuotè celebrandum; & alia, quæ Coloniæ apud Carthuſianos, & alibi m. s. adſeruantur.

BARTHOLOMAEVS Riccius, — adde — idem deſcripſit triumphum Ieſu Chriſti crucifixi, cũ figuris æneis impreſſum Antuerpiæ apud Moretum, an. 1608.

S. BASILIVS, vbi agitur de Anaphora ipſius, vide quid Mag. ſacri Palatij notat eſſe rectius locanda eſſe, & ſequens oratio, pag. 112. Tom. 1. Indicis ſui.

BASILIVS Seleuciæ, — adde — Vide pauca, quæ in hoc Baſilio adnotauit Magiſter ſacri Palatij pag. 110. & 111. primi Tomi ſui Indicis, quem edidit Romæ 1607.

B. Rhenanus in Annotationibus ad Tertullianum legi quidem iam poteſt, ſi expurgatus fuerit à mendis, quæ in eo obſeruauit, & Romæ edidit Magiſter ſacri Palatij, an. 1607.

Beda ſcripſit inter alia Martyrologium verſibus Hexametris, quod m. s. extat Aquiſgrani ad D. Virginis, & olim Londini apud Franciſcanos. Deſideratur à Baronio in Notis ad Martyrologium Romanum 1. Septembris. 2. Vitam ſancti Cuthberti Epiſcopi Lindiffarnenſis cum ſoluta oratione, tum verſibus Heroicis, vt ipſe de ſe teſtatur, in Præfatione de geſtis Anglorum.

Soluta Oratio extat Tomo tertio Operum eius, & apud Surium Tomo ſecundo. Verſus Heroici plus minus nongenti extant manuſcripta Rhemis in Monaſterio ſancti Remigij in Rubra Valle apud Bruxellam, & Audemaropoli ad ſanctum Bertinum, quibus hæc Præfatio proſaica eſt præfixa: *Domino in Domino Dominorum dilectiſſimo Ioanni Presbytero, Beda Chriſti famulus Salutem.* Verſuum tale eſt exordium:

*Multa ſuis Dominus fulgeſcere lumina ſeclis.*

3. Vitam S. Guthlaci Confeſſoris. Extat m. s. ad S. Bertinum. 4. Laudes Hildebridæ Reginæ, & virginis Chriſti. Extant m. s. Tornaci apud S. Martinum.

BELLOVACENSE Concilium Ludouici Francorum Regis coactum de receptione Alexandri Tertij Pontificis Maximi, & reiectione Victoris, qui anteà dicebatur Octauianus, in quo Concilio omnes Alexandro conſenſerunt, reprobato Victore. Id anno Domini 1161. ſecundo verò Pontificatus Alexandri

Digitized by Google

xandri contigit. Vide duodecimum Tomum Baronij ſub eundem annum.

Benedictvs Arias Montanus, — adde ad finem. — Veruntamen corrigenda in eo ſunt pleraque, tam in Commentario ad Eſaiam, & in commentarijs ad minores Prophetas, quàm in Elucidationibus in quatuor Euangelia, & Acta Apoſtolorum, & in omnia SS. Apoſtolorum ſcripta, & in Apocalypſin, necnon in libro Generationis, & Regenerationis Adam, quæ omnia indicauit Magiſter ſacri Palatij in ſuo Indice edito Romæ an. 1607.

Beneventanvm Concilium, pręſente ac pręſidente Paſchale II. Pontifice Maximo Beneuenti, quæ Ciuitas eſt ditionis Pontificiæ, in Neapolitano regno habitum eſt. In quo ſtatuit, vt ſi quis Eccleſiaſtica beneficia de manu laicorum acciperet, vterque communione priuaretur, & qui ſcilicet daret, & qui acciperet. Veſtimenta ſecularia, & pretioſa reprehēdit, & eis vti clericos vetuit. Petrus Diaconus Chron. Caſs. lib. 4. cap. 34. in fin. & 35. Baron. Card. 12. Annal. Tomo ſub annum Dom. 1108. Paſchalis autem Papæ 2.

Berengosivs Abbas, — adde ad finem. — Vide Magiſtrum ſacri Palatij pag. 114. primi Tomi ſui Indicis editi Romæ an. 1607.

Bernardinvs Bonæuoglia, — adde — hac inſcriptione: *Sylua inuentionum ſacrarum Quadrageſimalium Euangeliorum.*

Bernardinvs, (quanquam vulgati Codices Bernardum legunt,) Iuſtinianus Venetus Philoſophus, & Orator ſcripſit, — dele reliqua, & adde — reliqua vide in verbo, Bernardus Iuſtinianus.

Bernardvs Abbas Clareuallenſis. Vide in verbo, Rernardus natione Burgundus.

Bernardvs Breitembachius, — dele vltima verba, — *vixit ætate noſtra,* — & pone, — eius autem liber Moguntiæ prodijt an. 1486.

Bernardvs Dorhoff iteratò edidit librum, quem aduerſus hæreticos inſcripſit: *Credo Caluinoſequarum in gratiam Caluiniſtarum Monaſterij diſputatum.* Monaſterij Vveſtphaliæ apud Raſsfeld, anno 1607. Ibidem eodem Auctore prodijt quædam Demonſtratio, Caluiniſtas non eſſe Auguſtanæ Confeſſionis, aut Lutheranorum fratres, aduerſus Apologeticam eiuſdem hęretici Diſputationem dę Auguſtana Confeſſione emiſſam.

Bernardvs Iuſtinianus, — adde — Et in libris quidem Hiſtoriarum, qui fuêre anno 1534. excuſi Venetijs pleraque bella Gothorum, Longobardorum, & Sarracenorum fusè narrantur. Addita eſt D. Marci Euangeliſtæ vita. Vixit anno 1470.

Bernardvs Vltraiectenſis, — Dele totum.

Bibliotheca Patrum. Vide in verbo, Margarinus Bignæus.

Blemmides. Vide in verbo Chryſolanus, vbi de Nicephoro Blemmide.

Blondvs Flauius Foroliuienſis à ſecretis Eugenij Quarti Pontificis Maximi, ſcripſit Decades de Roma triumphante. De Roma inſtaurata. De Italia illuſtrata. Epiſtolarum librum. Orationes varias. Quæ omnia prodierunt emendatiora anno 1531. Baſileæ ex Officina Frobeniana. Viuebat ille anno 1435.

Boethivs — Vide autem Epigramma Gerberti Archiepiſcopi Rauennatis, quod inſcriptum eſt ad imaginem eiuſdem Boethij, inſertum eſt à Baronio Card. Appendici Notationum ad 7. Tomum anno 526.

S. Bonaventvra, — adde — Porrò eiuſdem tractatus de ſex alis Seraphin, ſumptibus Ioannis Valentini Piſtorij prodijt Coloniæ anno 1608.

Brando Ioannis Dumenſis in Flandria Monachus Ordinis Ciſtercienſis, ſcripſit Chronicon titulo: Chronodromonis ab ipſo indigitatum, quo Iacobus Meyerus in adornandis Flandriæ Annalibus ſe adiutum profitetur. Illud Dummis, & Gandaui in Blandio m. s. extitiſſe teſtatur Bundeuus in Indice.

Brito Monachus Nordouicenſis in Anglia, qui deinceps fuit Epiſcopus Roffenſis, ſcripſit in eo Cœnobio Sermones ſolemnes.

Brocardvs Hieroſolymitanus & Eremita montis Carmeli Latinè ſcripſit Canonem ſui Ordinis, ſtatuta item in Carmelo altero libro. Pias exhortationes, alio.

Brvno Cartuſianorum fundator, — adde — Eiuſdem Opera, Coloniæ apud Antonium Hierat, prodibunt.

## C.

Caesar Cardinalis Baronius.] Adde — pagina 285. lin. 11. — Incipit ab anno Domini milleſimo centeſimo, & producitur vſque ad annum milleſimum centeſimum nonageſimum octauum; nempè ab anno primo Paſchalis Papæ ſecundi, ad vltimum Cœleſtini Tertij continens annos nonaginta octo. Acceſſit Appendix ex additionibus, elucidationibus, & correctionibus ad Annales Eccleſiaſticos pertinentibus, per Tomos quoſque temporis ordine diſtributa. Romæ autem prodijt è Vaticana Typographia anno 1607. & Moguntiæ 1608. Quo anno, quem ſuus ſibi præſagierat animus, ex hac vita ſanctè deceſſit plenus bonorum operum, ac de Catholica Eccleſia optimè meritus.

Caesar Delphinus, ſiue Cæſar Petrus Michael Delphinus Parmenſis edidit librum de ſummo Romani Pontificis Principatu, ac de proportione Papæ ad Cōcilium. Tres item pręnotatos Mariados, ad Gulielmum Sereniſſimum Bauariæ Ducem. Venetijs anno 1573.

CAESARIVS Arelatenſis, — adde ad finem. — At alij eiuſdem Cæſarij extare inquiunt ſermo num ad Monachos librum. Qui forſan ille eſt, qui duos, & viginti Sermones ad Monachos Lirinenſes continent; quorum (aiunt) Abbas fuit. Habebatur in Germania alicubi m.s. ſanè eius nomine quadra ginta Homiliæ, cùm à Gilberto cognato in lucem reuocatæ, atque apud Henricum Petrum editæ Baſi leæ anno 1558. fuerint, circumſpectè legendæ ſunt, ne quid labis ab eodem Gilberto aſperſum ſit, cùm in prima claſſe Auctorum Romano Indice damnatorum proſcriptus ſit. Sed quæ in hoc S. Cæſario ob ſeruauit Mag. ſacri Palatij, vide pag. 111. 112. & 113. primi Tomi Indicis, quæ Romæ emiſit an. 1607.

CAMALDVLENSIVM Eremitarum Ordo. Vide in verbo, Lucas Eremita Hiſpanus.

CAMILLVS Franciſcius Senenſis, ſcripſit Italicè Tractatum, ſiue librum de omnibus pijs Romæ operibus: in quo deſcribuntur Noſodochia, Sodolitates, ſiue, vt vocant Confraternitates, quibus à ſan cta Sede Apoſtolica pleraque conceſſa ſunt, quæ inferioribus Sodalitatibus, quæ alibi ſunt, poſſunt cõ municare. Eodem autem in ipſo tractatu indicantur eadem opera pia, & à quibusnam fuere inſtituta. E quibus omnibus lux magna hauritur, dum ad rationem eorundem piorum operum alibi inſtituen dorum, tum ad ſanctæ Romanæ Eccleſiæ calumniatores, & ad hæreticos oblatrantes conuincendos. Qui dum ea, quæ bona ſunt, omittunt, ſcabiem tantummodò quærunt, cui inhæreant. Romæ apud Lepi dum Facium, & Stephanum Paulinum, an. M. D. C II.

Idem antea emiſerat in lucem regulam, & ordinem in viſitandis ſeptem ſanctis Eccleſijs Romanis, obſeruandum, vbi Stationes ex antiqua traditione habentur ad Dei gloriam. Romæ apud Stephanum Paulinum, anno 1559.

CARNOTENSE Concilium in Gallia anno Dom. 1146. ſecundo autem Eugenij III. Pontif. Max. habitum pro paranda expeditione in Terram ſanctam. Vide D. Bernardum ep. 256. & Baronium Card. Annal. Tom. 12. ſub eundem annum.

CAROLVS Bouillus, — adde ad finem. — Veruntamen quòd diximus, eum ſcripſiſſe de laude Gentium, id pertinet ad interpretationem Pſalmi 117. ſicut id, quòd ſcripſit de laude Hieruſalem, ſpectat ad expoſitionem Pſalm. de laude Hieruſalem. Quinetiam ſcripſit librum de Intellectu Diuino, Angelico, & Humano. De concertatione, & Area peccati. Lugduni anno 1531. apud Gryphium librum de ſeptem vitijs humanis, cui mirabilis pictura ſubijcitur de ijſdem vitijs. Librum de raptu D. Pauli ab eodem Bouillo auctum. De Prophetica viſione. Dialogum de animæ immortalitate. Duos de Reſur rectione. Alium de Mundi excidio, Pariſijs apud Reginaldum Calderium an. 1552. Commentarium in primordiale D. Ioan. Euangelium, in triginta propoſitiones diuiſum. Raymundi Lulli Eremitæ vitam, Pariſijs apud Aſcenſium 1511. cùm anno 1504. libros ſeptem Quæſtionum Theologicarum ibidem emi ſiſſet. Sanè verò eiuſdem Bouilli opera Philoſophica, & Mathematica prodierãt quoq; Pariſijs an. 1510. apud Henricum Stephanum ſeniorem, qui fuit Catholicus, non apud recentiorem, qui fuit hæreticus.

CEPERANI Concilium habitum anno Dom. 1114. Paſchalis autem Papæ II. an. 15. cui Concilio interfuère Vuillelmus Dux, & Robertus Comes, cum alijs. & Ducatus, Italiæ, Calabriæ, & Siciliæ præ fato, traditus. Vide ibidem Baron. Card. in XII. Tomo Annalium.

CHRYSOLANVS, alij Groſſolanum dicunt, Mediolanenſis Epiſcopus, vir doctiſſimus nomine Paſchalis Secundi huius nominis Papę legatione functus eſt in Orientem ad Alexium Comnenum Im per. Extat eius fragmentum diſputationis, quam habuit coram eodem Imperatore de proceſſione Spi ritus ſancti ex Patre, & Filio, aduerſus Schiſmaticos Græcos. Fragmentum, inquam, nam cùm Græcè ſcripta in Vaticana Bibl. deliteſceret, decurtata ſaltem peroratione inuenta eſt à Cęſar. Baronio Card. verſaq; Latinè à Federico Metio Thermularum Epiſcopo, inſerta eſt Tom. Annal. eiuſdem Baronij 12. ſub finem anni 1116. Conati verò ſunt Schiſmatici aduerſus Chryſolani doctas, & veras rationes con ſueta ſua falſa argumenta effutire. Quæ autẽ præferunt nomen Blemmidis, meritò Baronius putat eſſe pſeudepigrapha. Nicephorus enim Blemmides vir inſignis veram Latinorum doctrinam potiùs eſſe ſectatus, quàm Græcorum errores, apparet ex Gregoræ lib. 5. cap. 2. Cæterùm Trithemius neque iſtud fragmentum viderat, & falſus eſt cùm ſcripſit Chryſolanum poſt Alexandrum Tertium Pont. Max. po ſuit, quem conſtat ſub Paſchali viuente Alexio Imperatore vixiſſe.

CHRISTIANVS, qui & Druthmarus, — adde — idem præclarum & grande opus ſcripſit ad mo nachos Stapulenſis, & Malmodarienſis Cœnobiorum. Vixit circa annum 800.

CHRISTOPHORVS Longolius, — adde ad finem. — Et quidem Oratio illa excuſa Coloniæ fuit anno 1529. apud Gymnicum. Sed & quinque Orationes de Laudibus vrbis Romæ, ac duas quibus reſpõdet eorũ accuſationi, qui eum Romę perduellionis reum egère, q̃ apud Aldum Pauli Manutij Pa trem prodierunt in lucem, cùm deinceps anno 1540. Epiſtolarum quatuor ipſius libri emiſſæ ſunt vnà Petri Bembi, Iacobi Sadoleti, Gulielmi Budæi, Eraſmi Epiſtolarum lib. vno ad eundẽ Longolium. Qui bus adiecta eſt vita Longolij ab eius Studioſo conſcripta. Quæ item Lugduni apud Gryphium recuſa ſunt cum tribus Longolij Orationibus. Cæterùm cùm ipſe eſſet Pariſienſis, edidit Orationem de D. Lu douici Francorum Regis, & Gallorum laudibus. Orationem item de laudibus Plinij. Comparationem Iuris ciuilis, cum re militari. Elegias & Epigrammata varia. Commentaria in Ius ciuile. Hiſtoriam Herbarum. Commentaria in Plinium. Quædam in Iure ciuili, dum illud Pictauij publicè profite retur.

CHRISTOPHORVS Turranus Canonicus Cauallicenſis edidit librum de Sobrietate anno 1555. Auenione apud Bartholomæum Bonhomum.

CHROMATIVS — adde ad fin. — Quæ autem cautiones ſint adhibendæ ad ſcripta Chromatij, liquet ex ijs, quæ tum ex Sixto Senenſi lib. 6. annot. 81. & annot. 26. deinde item ex Bellarmino Card. in dicauit Mag. Sacri Palatij in Tomo primo Indicis ſui edito Romæ an. 1607. pag. 108.

CLARO-

Digitized by Google

CLAROMONTANVM — adde — Iam verò quod ad Synodum Claromontanã apud Aruernos an.1094.celebratam pertinet,Gulielmus Malmurienſis lib.4.cap.2.in rebus Anglicis, eius Canones recenſet,qui reperiuntur in codice Lamberti Epiſcopi Atrebatenſis,ex quo Antonius Auguſtinus eos deſcripſit.Vide verò in verbo,Claromontanum Concilium,in ſecunda huius Sacri noſtri Apparatus editione.Nam in prima editione omiſſum eſt,quoniam vberiorem de eadem Synodo notitiam aſſequi curabamus.

CLAROMONTENSE concilium an.Dom.1130.Innocentij autẽ primo habitum eſt,cùm iam Anicij Anacletum Antipapam,antea dictum Petrum Leonis,Hugo epiſcopus Gratianopolitanus cum alijs epiſcopis excommunicaſſet.Quod ſanè multum contulit Catholicis. Vide Sur.Tom.1.die 1. Aprilis, & Baron. tom. 12. ſub eundem annum, & Guigonem eius temporum ſcriptorem in Vita S. Hugonis apud Surium vbi ſuprà.

CLAVDIANVS Mamertus — adde ad fin. — Vide verò Mag.Sacri Palatij de Claudiano Mamerto diligenter agentem,& eius opinionem confutantem, qua videtur Angelis naturaliter ineſſe corpora quædam tenuia exiſtimaſſe;Notas item ad eum in margine in Biblioth.Margarini adſcriptas quaſdã indicantem, quæ ſunt expungendæ.

CLAVDIVS monachus S.Benedicti, de quo Trithemius, &c. — adde — Porrò Claudij opus in Matthæum extat in Bibliotheca Vallicellana in vrbe poſita: Hæc ( inquit Baronius ) de Claudio paulò prolixiùs oportuit inſinuaſſe,vt diſtinguas eum ab illo, qui Abbas Claſſenſis, & diſcipulus fuit S.Gregorij,ſiue à Claudio Taurinenſi. *Pag.94.tom. 12.Baronij.*

CLAVDIVS Seiſellus — adde ad fin. — Et quidem opus hoc Taurini prodijt an. 1518. apud Nicolaum Benedictum,atq; Antonium Rauotum.Atqui tractatum de Diuina Prouidẽtia Pariſijs emiſit. Reliqua fuêre,ſiue Politica,qualia ſunt duo ab ipſo libri Gallicè conſcripti.De Republ.Galliæ,ac Regum officijs,ſiue ſuper omnes partes ordinarias Iuris ciuilis:ſiue ad eius verſiones ſpectantia,cùm Eccleſiaſticam Hiſtoriam,Thucydidem, & quædam Xenophontis è Græco verterit: ſiue Hiſtorica, nam Hiſtoriam ſucceſſorum Alexandri Magni ex Diodori Siculi libris deſumptam Gallicè reddidit. Quæ & Pariſijs edita eſt an.1545.

COLONIAE Agrippinæ concilium habitum an. Dom.1118. Gelaſij Papæ II. anno primo. Præfuit Cono epiſcopus Præneſtinus,& Card.& excommunicationẽ aduerſus Imp.(vt loquitur Vrſpergenſis) propalauit.Interfuit item huic concilio Norbertus poſtea Pręmonſtratenſis Ordinis inſtitutor.

COLVCIVS Pierus, — adde ad fin. — Cæterùm etſi patria Florentinus eſt habitus,ortus eſt tamẽ è Stiniano vico agri Florentini,cognomine familiæ ſalutatus:ſcripſit autem alia quoq; præter illa,quę diximus,nempè opuſculum de arte dictandi.De ſeculo,& Religione;Vnus de vita D.Andreæ Carmelitæ; alter de canonizatione ipſius. Certamen pauperis,& fortunæ;Epitaphium eiuſdẽ D.Andręæ carmine.Sanè item Leander Albertus ſcriptum reliquit in illo quædã eſſe, quæ fidei Catholicæ aduerſantur. Ac tamen ſciendum eſt in Romanô Clementis VIII.Pont.Max.Indice prohibitorum librorum nõ adnumerari,vt corrigatur. Quamuis, & ſi qui ſint, qui aut prohibitione, aut emendatione egeant,idem Index moneat,vt talium,licèt haud nominatorum,idem quod de eiuſmodi alijs faciendum eſt,fiat. Viuebat ille anno 1460. Florentinæ tunc Reipub.Cancellarius, in quo munere eum ferunt deceſſiſſe, bonarum artium,Poëſeoſque,& Oratoriæ facultatis nomine haud ignobilem.

CONCILIA, — adde pag.374.lin.11.à fin. — Hac editione Concilia meliore, quàm vnquam antea ordine,& vberiora, & emendatiora in lucem emiſſa ſunt, ideoq; ſine dubio reliquis omnibus eſt præponẽda:tanquã poſt diuinas literas theſaurus,& penè certæ veritatis orbi Chriſtiano poſthac futurũ.

CONGANVS Abbas Hibernicus Ciſtertienſis Ord.ſcripſit geſta S.Malachiæ Archiepiſcopi lib.1. Epiſtolas autem plures ad D.Bernardum Abbatem Claræuallis,viuebat anno 1150.

CONSTANTINOPOLI concilium curatum ab Emmanuele Imperatore,anno 1180.ſine Epiſcopali & Pontificia auctoritate illegitimum fuit, — adde. — Porrò Cyrillus Alexandrinus Patriarcha, quæ Commentaria in duodecim Prophetas ſcripſerat, eadem Latinè vertit Iacobus Pontanus Germanus Societatis Ieſu,è Vaticanæ, ac Bauaricæ Bibliothecæ collatis exemplaribus. Eadem igitur tam Græcè,quàm Latinè,idem ipſe Pontanus ſemel emiſit. Ingolſtadij apud Georgium Vuillerum an.1607.

CONSTANTINOPOLITANA quarta,quæ fuit VIII.Synodus. — adde ad fin. — Cæterũ Matthęus Raderus Societatis noſtræ,Synodum, quæ vera eſt octaua Oecumenica,è Gręco verſam,& eruditis notis ditatam,in lucem Ingolſtadij emiſit.Vide in verbo,Matthæus Raderus.

CONRADVS Alpendorp, — adde — ſed vide in verbo, Cyrillus Alexandrinus, ac deinceps in verbo,Cyrillus alius Carmelita.

CONRADVS Arnsberg filius Comitis de Arnsberg Carmelita, & Epiſcopus Venecomponenſis, ſcripſit ſermones ad Clerum,& populum.Deinde collationes etiam feriales.Viuebat an.Dom.1398.

CONRADVS monachus Fontis ſalutis in Sueuia Ord. Ciſtertienſis, ſcripſit ſuper ſententias lib. 4.duos autem Sermonum de tempore.Totidem de Sanctis.Viuebat an.1390.Trithem.

CONRADVS à Mure, — adde — ſanè verò præter hæc ſacra,ſcripſerat anteà, vt conijcio, grande volumen de diuerſis fabulis Poëtarum; & nouum Græciſmum emendauit.Carmine autem egit de Naturis animalium.Clypearium Teutonicorum.Catalogum Romanorum Pontificum,& Impp.Commẽdatia Rodulphi Regis Romanorum.Muſicam Genealogiam,& geſta Caroli Magni.

CONRADVS de Rondeberg, — adde — alijs de Rodenberg. — porrò item adde ad finem, — Viuebat anno 1486.

CONRADVS Summerhaut, — adde ad finem. — Atqui cùm Hagonoæ in Germania prodijſſet is ipſe liber de Contractibus an.1513.prænotatus Septipartiũ opus,de Contractibus pro foro conſcientię

& Theo-

Digitized by Google

& Theologiæ. Idem mutata nonnihil inſcriptione, vt nouus appareret, Venetijs an. 1580. recuſus eſt hac fronte: De contractibus licitis, atque illicitis, Tractatus, in quo de Mutatione, Obligatione, Vſura, Negotiatoribus, Mercatoribus, Emptione, Venditione, Redditibus varijs, Locatione, conductione, ſocietate, cambio pecuniario, & eius vtilitate, æquitate, atque iniquitate ſubtiliſſimè diſputatur. Sanè verò an. 1490. Eiuſdem Tractatus Argentinæ fuerat excuſus. De decimis defenſiuis; cùm quędam ex ipſis, quę ſuprà indicauimus, impreſſa fuiſſent Tubingæ an. 1498. Commẽtaria verò in vniuerſam Philoſophiam naturalem, ſiue Phyſic. De Cœlo. De Generatione, & Corruptione. De Meteoris. De Anima. Baſileæ an. 1517. emiſſa fuiſſent.

CONRADVS è Zabernia, — adde — viuebat anno 1470.

CORNELIVS Muſius Delphius — adde ad finem. — Cæterùm duo ſequentia Epigrammata, quæ de eius Martyrio ſcripta fuêre ad Dei Domini gloriam, Caluinianæ autem feritatis, & impietatis perpetuum opprobrium huc adteximus.

## Ad D. Cornelium Muſium Delphium Poetam, Theologum, & D. Agathæ apud Delphos, dum viueret, Cœnobiarcham.

*Martyr olim venerande ſenex, Chriſtique Sacerdos*
*Muſi, Virginei, Virgoque, Duxque chori.*
*Scilicet innocuæ poſt tempora longa ſenectæ,*
*Defuit hæc meritis laurea ſola tuis.*
*Nunc quære diſperſas tot ouilibus omnibus agnas*
*Protegis, & Chriſti victima poſcis opem.*
*Poſcis, & vt poſcas, iterumque, iterumq; rogamus*
*Ante tuos ſupplex nos pia turba pedes.*

## In eiuſdem Effigiem.

*Nam tibi quæ ſuaſit Lumæe feronia vatis*
*Frangere crudeli lactea colla manu?*
*Nil agis: æternum viuit nouus incola cæli*
*Muſius, optatam fertq; rogatus opem.*
*Quin etiam tanti ne grata periret imago*
*Martyris aſt nimium lamina ſculpta facit.*

CYRILLVS Alexandrinus, — adde ad finem, — ſed & Cyrillus contra Neſtorium Græcolatinus Coloniæ apud Arnoldum Quentel. an. 1607. At præter hæc omnia Cyrilli, ſcriptum eſt mihi à viro erudito, extare Neapoli apud Corteſium quendam Branam natione Græcum, qui in ea Vrbe Gręcas literas profitetur, Cyrilli in Geneſim librum m.s. (neſcio an Sermones eiuſdem, de quibus dictum eſt) quarto fol. & neſcio cuius, alterius in Euangelium Matthæi apud alium virum eidem Corteſio notum.

CYRILLVS Hieroſolymitanus Epiſcopus, — adde ad finem. — At quomodo in quibuſdam Cyrillus hic ſit intelligendus, & quænam ad eius marginem gloſſæ ſint vel emendandæ, vel auferendæ. Vide pag. 95. & ſeq. primi Tom. Indicis Mag. Sacri Palatij Romæ euulgati, anno 1607.

CYRVS Paropolita, — ſcribe — Cyrus Panopolita.

## D.

DAMASI Pont. Max. Carmina, quibus vel exornauit reliquias Martyrum, vel alia ad pietatem ſpectantia ſcripſit. Vide in additionibus ad XII. Tomum Annal. à Baronio Card. adiecta.

DANIEL, quæ vox Hebręis, — pone ad finem. — Vide verò, quę deinceps Io. Azorius in primo Tomo ſuarum Quæſtionum Moralium libro ſexto, cap. 56. vltra medium, ſcribit de Daniele: E cuius quatuordecim capitibus, (ſicuti, & ex Ezechiele) breuiter redigit, quæ in vetere Hebræorum populo contigerunt, à captiuitate Babylonica vſque ad Chriſti Domini aduentum.

DAVID Meneuienſis Britannus — dele reliqua, & eorum loco pone ſequentia — duodecim Monaſteria conſtruxit. Scripſit Decreta Synodi Victorienſis lib. 1. librum item contra Pelagianos. Alterum de regula Cœnobitarum. Homilias item Euangelicas lib. 1. Claruit anno Dom. 540. in cuius, (vt vocant) Legenda, rarum illud commemoratur, quod anno ætatis ſuæ centeſimo quadrageſimo diem obierit.

DAVID Morgauuis Anglus, è Cambria oriundus, Eccleſiæ verò Landauienſis à theſauris, ſiue Theſaurarius, congeſſit Antiquitates Cambriæ libro vno. Altero autem eiuſdem Cambriæ Geographiam.

DAVID, Ord. vt ferunt, Minorum, natione Germanus, ſcripſiſſe dicitur ad Nouitios de Compoſitione domus exterioris librum. Alterum de compoſitione domus interioris. Alium, in quo ſermones, de Tempore. Alium, in quo ſermones de Sanctis. Videat ſanctus Franciſcanus Ordo, ſicubi hæc extent, & viri laboribus tum ſe ipſos, tum alios ditet.

DECRETVM. Quæ in quibuſdam Decreti nouiſſimis editionibus adhuc Typographorum incuria irrepſerunt additiones delendæ. Vide in primo Tomo Indicis magiſtri Sacri Palatij pag. 377. editionis Romanæ, anno 1607.

DIDACVS Murillus Hiſpanus Profeſſor Theologię Ordinis Minorum de Obſęruantia, & cuſtos Cœnobij beatiſſimæ Virginis de Ieſu Cæſarauguſtani librum edidit Hiſpanicè prænotatum. Diſcurſus prædicabiles ad Euangelia Dominicalia, & Feriarum à Septuageſima vſque ad Reſurrectionem Domini. Prodierunt aũt Madridi, ſiue Mantuæ Carpentan. apud Aloyſium Sanct. an. 1602. & Pariſ. 1607.

DIDACVS Ortiz Muſicus edidit ad ſacros Hymnos, Magnificat, Salue Regina, Pſalmos, moteta, &



Digitized by Google

alia diuerſa Cantica quatuor vocum. Venetijs anno 1565. magna forma, & typis craſſioribus in vſum Eccleſiarum.

DIDACVS Stella, — adde — Porrò eiuſdem Enarrationes Tomis duobus comprehenſæ, quas in D. Lucam ſcripſit, nouiſſimè prodierunt Antuerpiæ apud Viduam & hæredes Belleri, an. 1608.

DIDYMVS Alexandrinus, — ad finem. — Vide Magiſtrum ſacri Palatij in Tom. 1. ſui Indicis, pagina 281. & ſeqq.

DIMAS Sardus, Franciſcani Ordinis de Obſeruantia, eiusque Inſulæ Prouincialis, Chronicon ſanctorum Sardiniæ ſcripſit Hiſpanicè, ac valdè accuratè: Quod quidem Philippo Tertio Regi Catholico dicatum prodijt Barcinone ex Typographia Sebaſtiani Cormellas an. 1600. Sanè verò iſtius Chronici certiora quædam, ſi fuiſſent antiquitùs tradita monumentis, vir ille cordatus libenter ei Operi inſeruiſſet; ac fortaſſe conſcripta fuiſſe, ſed interijſſe exiſtimari poteſt; quandoquidem etiam Africæ vicinæ Eccleſiarum monimenta perierunt: quemadmodum vel ipſe Baron. Cardinalis in ſuis Annalibus teſtatur, vbi de Adriano Imperatore agit, ſub quo S. Antiochus Sardus martyrium ſcribitur ſubijſſe. Sanè Adrianum in Africa fuiſſe conſtat. Veruntamen tam inſignium cruciatuum ab eodem ſancto perpeſſorum, qui D. Laurentij Martyrium non ſolùm æquare, verùm etiam ſuperare videntur, mirum eſt neque à D. Auguſtino, neque ab alijs, ſiue Africanis, ſiue Hiſpanis, priſco illo æuo mentionem vllam haud factam: præterquàm quod dum Dimas ipſe, è Beroſo, qui ſuppoſititius eſt Auctor, de primis Sardiniæ incolis agit initio, poſſet nonnihil fidem hiſtoriæ ſuæ eleuare, niſi antiqua ipſa traditio, templaque ſub inuocatione S. Antiochi extructa, & per eum continenter edita apud Sardos eandem fidem admodum conteſtarentur.

DIONYSIVS Abbas Romanus, Bachianus, Agnellus, Aldemannus, Gelaſius de duabus naturis, Io. Maxentius. Vigilius contrà Eutychen, Ruſticus, Bertrandus, Gennadius, non prænominandi ſunt Diui, Theodorus item Abucara.

DIONYSIVS Alexandrinæ vrbis Epiſcopus, — adde ad finem. — Porrò Baronius Cardinalis ſub annum Domini 262. & 264. in ſecundo Tomo fuſiùs ſcribit, quomodo Dionyſius ipſe Alexandrinus ſtrenuè pro Dei Eccleſia laborauerit contra Sabellium: quomodo item delatus fuerit ad Dionyſium Romanum Pontificem tamquam de fide non rectè ſentiens: quomodo, & cauſam ſuam agens inuentus eſt ſine vlla culpa, quare, & à Pontifice Romano fuit abſolutus. Quomodo ipſum D. Athanaſius non vno in loco eundem Dionyſium Alexandrinum defenderit, S. Baſilius pro ſe citauerit, licèt anteà ſecus de illo ex rumoribus allatis ſenſiſſet: Quomodo deceptus Gennadius Maſſilienſis, qui Dionyſium Alexandrinum fontem Arij eſſe ſcripſerit: & anteà Gennadium Ruffinus Aquileienſis, quem miratur Baronius à ſancto Hieronymo diſquirente quæcunque Ruffinus conſcripſerat, eius erroris de Dionyſio Alexandrino arguere præte: miſiſſe. Atqui & D. Baſilius non viſus eſt quatuor Apologeticos libros ab eodem Dionyſio conſcriptos legiſſe. Sanè id quod aduerſus Millenarios edidit Euſebius libro 7. cap. 19. hiſtor. refert inſcriptum fuiſſe ἔλεγχον ἀλληγοριστῶν, hoc eſt, reprehenſionem eorum, qui allegorias componunt. Porrò eius Dionyſij epiſtola ad Baſilidem, quæ continet Reſponſiones ad diuerſas interrogationes Græcè m. s. coniuncta erat cum Canonibus Conciliorum manuſcriptorum à Zonara expoſitis. Quin etiam Dionyſij huius erudita epiſtola de Dominicæ Reſurrectionis tempore, deque Paſchalis ieiunij termino, edita eſt Ingolſtadij anno 1580. apud Dauidem Sartorium.

DIONYSIVS Areopagita, — adde — hoc eſt, in colle Martis Athenis natus, patrio quidem nomine Touicius, verùm cognomine Chriſtianus Macarius, & Galliæ Apoſtolus.

DIONYSIVS Areopagita, — adde — Veruntamen Ioſephi Scaligeri obiecta de ſancto Dionyſio Areopagita, refutauit Martinus Delrius noſter in calce ſuarum eruditiſſimarum Diſquiſitionum Magicarum. Nos item ante annos quadraginta, cùm Auenione editus eſt libellus aduerſus Petrum Viretum, ac tres alios Caluinianos pro Tractatu noſtro de ſanctiſſimo Miſſæ Sacrificio. Ad quæ addimus hîc, quæ ſæpè euoluentes Diui illius Martyris verè diuina ſcripta, cogitauimus. Nimirùm vix quempiam, licèt peruicaciſſimum, eidem Dionyſio iure poſſe oblatrare, ſi diligenter eadem perlegerit: iudicium autem Theologorum Scholaſticorum adhibuerit, qui & illius doctrina nixi, pleraque elucidârunt, & quorum inſigniores inter illos Commentarijs quoque ſuis illuſtrârunt.

Porrò D. Dionyſij vitam, præter eos, quos indicauimus, vbere Poëmate cecinit Baptiſta Carmelita Mantuanus.

Atqui Marſilij Ficini interpretatio, ſiue verſio Dionyſij Areopagitæ de myſtica Theologia, ſi conferatur cum ea, quæ à Perionio prodijt, intelligitur quodnam diſcrimen ſit inter vtrumque. Sanè Marſilius perſpicacior & Græcè linguæ ſciens apparet attigiſſe Dionyſij magis, quàm Perionius ſenſum in ipſa verſione.

DIONYSIVS Areopogita, — pag. 474. lin. 15. poſt verbum habere, ſubiungantur hæc: — Iam verò vt Diui Dionyſij ſcripta percipiendæ Theologiæ ſunt vtiliſſima, ſic cauendum eſt, ne interpretes, aut Scholiaſtas illos adhibeamus, vnde labes aliqua haud facilè eluenda mentibus aſpergatur. Labes, inquam Platonicorum, Iamblici, Plotini, Procli, ad quos identidem Marſilius pleraque ex Diui Dionyſij libro de Diuinis nominibus refert. Tutiùs itaque, (vt cautius) qui Diui Thomæ verborum meminerit initio ſuæ ad Diuina nomina expoſitionis ad diuum Dionyſium, & quam ille in eo intelligendo viam, inſtiterit. Lege verò quæ Ambroſius Camaldulenſis verſus finem Scholiorum ſuorum ad diuum Dionyſium de Diuinis nominibus ſcripſit contrà Platonicos. Quæ vè nos in Apparatu ad veram, ad Platonicam, & ad Peripateticam Philoſophiam ſcripſimus in Bibliotheca Selecta.



Digitized by Google

DIONYSIVS Carthuſianus, — adde — Eiuſdem libellus de quatuor Nouiſſimis, nouiſſime editus eſt Coloniæ apud Bernard. Gualtherum, an. 1608.

DIONYSIVS Papa huius nominis primus, ex monacho, cùm aliquando vitam ſolitariam egiſſet, Sixto Pontifici Maximo, & martyri ſucceſſit, à Maximo Epiſcopo Hoſtienſi conſecratus an. Dom. 261. ſcripſit contra Arianos, & Sabellianos Commentarium, quemadmodum D. Athanaſius teſtatus eſt contra hæreſeos Arianæ errores. Aduerſus item Paulum Samoſatenum, contraque eiuſdem Dionyſij Papę iuſſu coactum fuit Concilium Antiochiæ anno 265. ſub quem annum hac de tota re Baronius agit Cardinalis in tertio Annalium tomo. Mortuus eſt Dionyſius anno Domini 272. vndecimo autem ſui Pontificatus, cùm menſibus tribus, & diebus quatuordecim, pro Eccleſia Dei aduerſus Hæreticos, & perſecutores pluribus laboribus exantlatis.

DIONYSIVS à Rychel, — adde ad finem. — Monopanteon eius ex omnibus D. Pauli Epiſtolis Lugduni apud Gryphium anno 1542. in xvj. Iam verò Commentarij in D. Dionyſium Areopagitam. Enarrationes in Euangelia, & Epiſtolas. Dialogi de fide Catholica. Libri quinque contra Alcoranum, prodiere Coloniæ: vti ſcalæ Religioſorum Pentateuchus Antuerpiæ apud Bellerum anno 1556. in xvj. Atqui Enarrationes in quatuor Euangelia, Venetijs 1569. Summa fidei, Antuerpiæ 1569. Tomis duobus. Eius adunatio materiarum ſparſim contentarum in diuerſis locis Epiſtolarum D. Pauli, Venetijs.

DOMINICVS Baudæus, Gnomas Commentario illuſtratas emiſit Lugduni Batauorum. Proſtant apud Bellerum Antuerpiæ.

DOMITIVS Platus Mediolanenſis, Societatis IESV, & Frater Hieronymi Plati, qui ſcripſit de bono ſtatu Religioſi, edidit librum à ſe conſcriptum Italicè, prænotatum autem, Tractatus Paſſionis Saluatoris, cum Praxi orationis ad ipſam Paſſionem vtiliter meditandam.

Et Praxis quidem hæc duodeuiginti capitibus comprehenſa, eò magis eſt prælegenda, quò magis ad omnem orationem ritè habendā eſt vtiliſſima; Nam quidquid ſpectat ad præparationem, ad Præludia, ſiue præambula, ad Meditationem, atq; ad materiale, ac formale meditationis, atque ad eiuſdem meditationis actus, & ad colloquia, ſic proponit, vt eadem omnia cùm à limpido fonte hauſiſſe, tum in ſe ipſum deriuaſſe appareat.

At quod ad tractatum Paſſionis attinet, is in ſeptem Conſiderationes partitus; in primæ capitibus decem, Perſonam, quæ patitur. In ſecūdæ quinque capitibus, Pœnas, quas in anima ſuſtinuit: In tertiæ totidem capitibus, Pœnas, quas in corpore. In quartę capitibus quatuor, Pœnas, quas ex iniurijs, & improperijs. In quintæ capitibus quinq;, cauſas efficientem ac finalem paſſionis. In Sextæ capitibus quatuor effectus Paſsionis, & mortis Chriſti Domini noſtri. In ſeptimæ quinq; capitibus, fructus, qui capiuntur è Paſſione Domini noſtri Ieſu Chriſti, expenduntur, vt vltimus fructus ſit Incitatio ad eum imitandum: Romæ anno 1607. ex officina Alphonſi Ciaconis apud Barthoomæum Zannettum.

DOROTHEVS Archimandrita, — adde ad finem. — Porro Magiſter ſacri Palatij in primo ſui Indicis Tomo Romæ edito, monet pag. 108. & ſeqq. quibuſnam præcautionibus Dorotheus hic ſit legendus alicubi, quidve expungendum, quippe quod non ſit in tranſlatione.

DOROTHEVS Tyri, — adde ad finem. — Vide item quæ de hoc Dorotheo affert Magiſter ſacri Palatij pag. 239. & ſeq. Tom. 1. ſui Indicis.

DRACONTIVS, — ad finem. — Vide Magiſtrum ſacri Palatij in ſuo Indice, pag. 269.

DREPANIVS Florus, — ad finem. — At Magiſter ſacri Palatij, quæ ſecundo Chronologico Auctorum Indice Margarinus ſeculo ſeptimo ad finem primi Tomi attulit, præponderare ijs, quæ de hoc Drepanio is ipſe Margarinus, deinde Baronius in Notis ad Martyrologium, & ego in meo Apparatu, diximus.

## E.

EBORACENSE in Anglia Concilium auctoritate Cœleſtini Papæ Tertij, & anno Pontificatus ſui quarto habitum eſt Eboraci anno Domini 1194. Præfuit Pontificis nomine Hubertus Cantuarienſis Archiepiſcopus eò miſſus ex Vrbe Legatus. Sanciti ſunt Canones duodecim, quos ex Anglicis Rogerij Annalibus intexuit Baronius Card. duodecimo Annal. Tomo, ſub eundem Domini annum.

S. ELEVTHERIVS Epiſcopus Tornacenſis, ſcripſit Sermones de S. Trinitate. De Incarnatione Chriſti. De Natiuitate Domini. De Annunciatione Dominica. Quæ omnia extant m. ss. Tornaci ad S. Martinum. Celebrauit & Synodum contra Acephalos hæreticos, quorum Sigebertus in Chronico meminit, Obijt anno 1529. Extant item in Biblioth. Belgica Auberti Miræi Canonici Antuerpienſis.

ELIGIVS Gallus, — adde ad finem. — Et quidem fuit Noruinonenſis Epiſcopus, & ipſius Vitam S. Audoenus Rothomagenſis Epiſcopus ſcripſit. Monet autem Magiſter ſacri Palatij tollendam eſſe Gloſſam margini adiectam in Margarino: *Peccanti nihil prodeſſe eleemoſynam*, & delendam eſſe alteram notam, *Peccator ieiunans ſimilis dæmonum eſt*.

EMANVEL Sà, — adde — Coloniæ apud Ioannem Crith, anno 1608. — Hos autem Aphoriſmos Confeſſariorum ex Doctorum ſententijs collectos moriens reliquit, haud in lucem editos. Quos poſtea à Magiſtro ſacri Palatij P. Mag. Ioan. Braſichelenſi recogniti Romæ, ac Venetijs excuſi ſunt anno 1608. At mirum quanta breuitate tantus in his Aphoriſmis theſauris, & quidem ad captum omnium, ſit reconditus.

ERFORDIENSE Concilium, ſiue Erpesfurt, aliàs Erfordiæ in Germania celebratum anno Domini



Digitized by Google

mini 923. inſertum eſt à Baronio Card. in Appendice ad vndecimum Tomum. Interfuêre plures Archiepiſcopi, & Epiſcopi Galliæ, & Germaniæ. Actum eſt de correctione populi Chriſtiani. Capita quinq; ſancita ſunt, quæ ibidem Baronius inſeruit: aderat Henricus Rex.

EVAGRIVS alius fuit ab eo, qui vixit ſub Iuſtiniano Imperatore, & Hiſtoria illa nequit eſſe D. Hieronymi, cùm lib. 3. ſe Bethleemi conueniſſe Hieronymum ſcribat, eumque à Ruffini calumnia vindicet.

EVAGRIVS Ponticus, — adde ad fin. — Vide autem quæ Magiſter ſacri Palatij de illo pag. 206. & ſeqq. Tom. 1. ſui Indicis.

EVDOCIA, — ad finem. — Vide ad eam, quæ obſeruauit Magiſter ſacri Palatij in ſuo Indice Tomo 1. pag. 265.

EVGENIVS Quartus Pontifex Maximus, ſub quo Florentina Synodus habita eſt, Græcaque Eccleſia cum Latina conciliata eſt, (licèt paulò poſt Græci ad vomitum redierunt,) is eſt qui antea Gabriël Condolmerus. Quid autem ante Pontificatum ſcripſerit, vide in verbo, Gabriël Condolmerus. De actis autem in eius Pontificatu, Platinam in Pontificum Vitis. Sed de Florentina Synodo aliquid in verbo, Florentina Synodus.

EXEMPLA, quantum habeant momentum in permouendis animis, & Diuina ipſa Scriptura fidē facit, cui paſſim eadem voluit Deus interſeri, & vſus ipſe, docent. Cùm autem Speculum magnum exemplorum olim prodijſſet in lucem, factum eſt, vt Ioannes Maior è noſtris opus illud recognoſceret, præclariſque exemplis multò redderet auctius. De quo vide in verbo, Ioan. Maior. Cùm verò nos adornaremus Catalogum eorum, qui exempla ad pietatem ſuis libris inſperſiſſent, ecce diuina Prouidētia præuenit nos. Nam idem Ioannes Maior eximiæ vir charitatis Catalogum ipſum abs ſe confectum ad nos miſit. Quem ideò lubentes volentes communicamus alijs, vt & ei gratiæ habeantur, & ad omnes permaneat vſus ipſius. Eſt igitur ſequens cum ſequenti inſcriptione.

*Enumeratio Authorum, qui ex profeſſo Exemplorum libros ſcripſerunt, vel ſuis Operibus crebra Exempla interſperſerunt.*

Aegidius Aurifaber Carthuſ. obijt anno 1466.
Alanus de Rupe Dominicanus, vixit an. 1474.
Albertus ſenior Carthuſiæ Vveſalienſis Carthuſ. vixit anno 1490. ſcripſit Referendarium exemplorum ſeptem diſtinctionibus diſſectum, & in duos Tomos diuiſum.
Alexander ab Alexandro.
Andreas Eboracenſis, vixit anno 1569.
Aloyſius Lipomanus tertio Tomo hiſtoriæ ſanctorum, multa Diuorum miracula inſeruit.
D. Antoninus in Summa ſua hiſtoriali, & Theologica.
R. P. Antonius Dauront, Gallicè nobis protulit duo volumina exemplorum, antequam inſtituto Societatis Ieſu ſe adſtringeret, anno 1600.
R. P. Antonius Senenſis D. Theolog. Ord. Præd. in Chronico Prædicatorum.
Antonius Gelesgerus.
Bartholomæus Piſanus, Ordinis Minorum, in libro, qui dicitur, Conformitates ſancti Franciſci ad Chriſtum.
Cæſarius Heiſterbacenſis Ord. Ciſterc.
S. Dorotheus Archimandrita in ſuis Homilijs ad Monachos.
Dionyſius Carthuſianus, claruit anno 1471. in ſuis Homilijs, & opuſculis.
Flores Præceptorum Dei. Eſt opus ab Anonymo quodam Gallicè inſcriptū: Les Fleurs des commandamens de Dieu, exemplis refertiſſimum.
Gerardus de Franchetto Lemouicenſis, Ord. Prædicatorum in libro, qui dicitur Vitæ fratrum Prædicatorum.
Gotſchalcus Hollen ord. Eremitarum D. Auguſtini in ſuis Sermonibus, & in Decalogum.
D. Gregorius Papa in ſuo Dialogo, & Homilijs Euangelicis.
D. Gregorius Turonenſis in libro de gloria Martyrum, & Confeſſorum, & quatuor libros de miraculis ſancti Martini.
Guido de Fontenapo Bituricenſis, ex quo Andreas Eboracenſis multa ſcripſit exempla, an. 1516.
Gulielmus Ghent, exempla collegit de Euchariſtia, vixit anno 1584.
Guil. Pepin Ordinis Prædicatorum in ſuis Homilijs, & præcipuè in Quadrageſimali ſuper Confiteor, & Roſario Virtutum. Floruit an. 1501.
Helinardus Monachus Ord. D. Benedicti in ſua Hiſtoria.
Hermannus Petri Carthuſianus in admirabili, & inaudita expoſitione orationis Dominicæ ſingulis Homilijs, (ſunt autem quinquaginta) tria exempla adſcripſit.
Hieronymus Platus è Societate Ieſu, in libro, qui de bono ſtatu Religioſi nuncupatur.
Horatius Turcellinus è Societate IESV, ſcripſit Hiſtoriam Lauretanam exemplis plenam, anno 1598.
Hungarus, ſiue Vngarus Minorita in ſuo Quadrageſimali, quod Gemma fidei dicitur, & ſuper decem Præcepta, & in duobus Tomis Sermonū, qui dicuntur, Biga ſalutis, multa exēpla adfert, cùm ſolùm Quadrageſimale 89. contineat.
Iacobus Guytrode Carthuſ. in lauacro conſcientiæ, ſeu Speculo ſacerdotum.
Iacobus de Paradiſo Doctor Carthuſ.
Iacobus de Voragine Ord. Præd. in legenda Lombardica, ſeu aurea.
R. P. F. Iacobus Burgeois Ord. SS. Trinitatis, librum de miraculis Euchariſtiæ Gallicè edidit, anno 1600.
Ioannes Baptiſta Egnatius vixit an. 1543.
Ioannes Baptiſta Fulgoſius, ſiue Fulgoſius.
Ioannes Broniardus Ord. Præd. in ſua Summa Prædicantium, an. 1406.
Ioannes Caſſianus in ſuis Collationibus PP. & de Inſtitutis renunciantium.

Ioan. Climachus in ſuis gradibus, ſeu ſcala Paradiſi.

Ioannes D'aſſeignies in duobus Tomis digeſtis illuſtrium virorum & mulierum Ord. Ciſterc. multa præclara exempla propoſuit.

Ioannes Garetius Ordinis Canonicorum Regularium D. Auguſtini ſingulis centenarijs auctoritatum pro veritate Euchariſtiæ plurima exempla ſubiunxit, an. 1569.

Ioannes Herold, aliàs Diſcipulus in ſuis Homilijs & Promptuario exemplorum ijſdem ſubiecto.

Pater Ioan. Maior Societatis IESV addidit Appendicem exemplorum huic magno Speculo, anno 1603.

Ioannes Aegidius, ſiue iunior Ord. Præd. in libro, qui inſcribitur, Scala cœli.

Ioannes Nider, in libro, quem Formicarium nuncupauit, quem excudit Duaci Balthaſar Bellerus anno 1602. cum luculentis Notis doctiſs. S. Theol. Licent. D. Georgij Coluenerij.

Ioannes Moſcus Euiratus in Prato ſpirituali, quod dedicauit Sophronio.

Ioannes Saleſberienſis Anglus Epiſcopus Carnotenſis in ſuo Policrato recenſet exempla.

Iordanus Saxo Ordinis Eremitarum D. Auguſtini, Vitas fratrum ſui Ordinis ſcripſit, creberrima exempla aggerendo.

M. Ioannes de Faict, grande volumen compoſuit, cui titulus eſt, Manipulus exemplorum, manuſcriptus à Balthaſaro Bellero Duacenſi Typographo poſſidetur. Religioſus quidam monaſterij Haſnouienſis ordinis S. Benedicti in Hannonia Belgij prouincia ſiti, teſtatur ſe illud exemplar Belleri anno Dom. 1500. ſcripſiſſe, quot aũt annis ante id temporis vixerit Ioan. de Faict, à me ignoratur.

Ioães Valeis, ſiue Valenſis ord. Minorum de Obſeruan. in Communiloquio, Compendiloquio, & Breuiloquio, claruit anno 1270.

Iulius Fulcus in tractatu de fructibus eleëmoſynæ, an. 1584.

Iuo Magiſter ord. Minorum de Obſeruan. Viridarium exemplorum nobis Gallicè exhibuit 1585.

Laurentius Surius Carthuſianus 7. Tom. Vitarum SS. Surij appendicem exemplorum adiecit.

Lucas Pinellus Societatis Ieſu, in Meditationibus de S. Euchariſtia.

Lucius Domitius Bruſonius libros ſeptem Facetiarum multitudine exemplorum referſit.

Ludouicus Granada Ord. Prædicat. tractatum de Roſario B. Virginis, & Catechiſmum frequentibus cumulauit exemplis.

Marcus Antonius Coccius Sabellicus, floruit anno 1494.

Marcus Marulus.

Mariale B. Mariæ Virginis, Auctoris incogniti.

Martinus Polonus ord. Prædicat. in ſuis Homilijs promptuarium exemplorum adiunxit, nonnulla adferens in ſua Chronica ſuccincta.

Mauritius de Villa probata Ord. Præd. in noua corona B. Virginis Mariæ, vixit 1512.

Michaël de Inſulis Ordinis Præd. in Roſario beatæ Virginis.

Nicolaus Auapus Ord. Prædic. quem vixiſſe anno 1295. ait D. Antonius Senenſis in Chronicis Prędicatorum, & Sixtum Senenſem falli, qui reijcit eum in an. 1430.

Nic. de Nyſe Ord. Minor. in ſuo opere, quod Gemma prædicantium dicitur, floruit an. 1475.

Nicolaus Dinckeſpuel laudatiſſimum tractatum de ſeptem donis elaborauit, quem frequẽtibus exemplis ornauit.

Palladius in Lauſia. hiſtoria, q̃ olim Heraclidi monacho aſcripta, & Heraclidis Paradiſus dicta eſt.

Pelbartus de Temeſvar in ſuis Sermonum Pomerijs, & in Stellario B. Virginis.

Petrus Cantor Pariſienſis.

D. Petrus Damianus.

Petrus Cluniacenſis Abbas dictus Venerabilis in duobus libris miraculorũ, quos impreſſit Duaci B. Bellerus an. 1595.

Petrus Dorlandus Carthuſ. in ſexto libro Chronicæ (vt loquuntur) ſui ordinis multa attulit exẽpla, quæ poſt exhortatorium nouitiorum Dionyſij Carthuſiani inueniuntur.

Petrus Sutor Carthuſ. in ſuis libris, quos de vita Carthuſiana ſcripſit, multa exempla inſperſit.

Philippus Maria Rofredus Conſiliarius Ducis Sabaudiæ in hiſtoria de B. Maria à monte Regali, flor. 1595.

Robertus de Hau-port in libello Gallico Duaci à Balt. Bellero excuſo an. 1604. nominato le Triomphe du Ciel, & le Theatre de Marie, contentant les miracles aduenus es Chapelles de Tongre, Cambron, & Chierues.

Smaragdus Abbas Ord. S. Benedicti in Diademate Religioſorum.

D. Sparanus Roſarium virtutum & vitiorum.

Seraphinus Razius Ord. Præd. Italicè Hortulum exemplorum euulgauit 1591.

Siluanus Razius frater natu maior ſupradicti Seraphini, centum & ſexaginta tria miracula de B. Virgine collegit.

Speculum ſpiritualium auctoris anonymi promptuariolum exemplorum ad finem ſui operis congeſſit.

Sermones Prati ab anonymo quodam ſcripti, crebra exempla continent; floruit quiſquis eſt ſub Paulo II. anno 1464. vt refert ipſe in ſermone de præſentatione B. Virginis.

Tilmannus Breidenbachius in ſuis ſacris Collat.

Thomas à Kempis in Sermonibus ad Nouitios, & in Vitis Patrum, & Fratrum Regularium clericorum, de communi vita.

Thomas à Cantiprato in libro Apum, quẽ impreſſit Balt. Bellerus Duaci an. 1597. recognitum, & doctis Notis illuſtratum opera D. Georgij Coluenerij S. Theol. Licent.

Theodoretus in Religioſa Hiſtoria.

Vincentius Belluacenſis Ord. Prædic. in Speculo ſuo hiſtoriali, & morali.

Vitæ PP. Aegyptiorum.

*His poſſunt addi*

Chronica Minorum, tam Gallicè, quàm Latinè.

Chronica Prædicatorum.

Hiſtoria de miraculis B. Virginis montis Serrati in Hiſpania.

Epiſtolę Patrum Societatis Ieſu, Indiæ Orientalis vel Iaponię, Philippinæ, Chinenſes, Ormutinę, & Indiæ Occidẽtalis, vt Braſilieſes, & Peruanę.

Hiſtoria miraculorum B. Virginis Mariæ montis acuti iuxta Louanium, Gallicè.



Digitized by Google

## F.

FAVSTVS Rhegienſis, — adde ad fin. — Sed & vide quæ Magiſter ſacri Palatij in Tomo primo Indicis ſui Romæ edito anno 1607. de hoc eodem Fauſto monuit in pag. 107. 159. & 162.

FAVSTINVS Presbyter, — adde ad fin. — At quamuis in opere iſto aduerſus Arianos præ ſe ferat ſenſus Catholicæ fidei concordes, Autorem tamen ipſum, vtpotè ſchiſmaticum nullo loco, & auctoritate habēdum monet Magiſter ſacri Palatij in primo Tomo ſui Indicis, pag. 162. Vide Tom. 4. Baron. Card. Annalium.

FERDINANDVS Borgiorno Siculus, Meditationes circa myſteria quamplurima vitę Redemptoris & Deiparæ, necnon Sanctorum virtutes, figuris æneis illuſtratas emiſit Venetijs an. 1608.

FERNANDVS Rebelius Societatis Ieſu Theologus opere abſolutiſſimo in duos Tomos diuiſo, agit de obligationibus Iuſtitiæ, Religionis, & Charitatis. Primus Tomus editus eſt Lugduni apud Horatium Cardon, an. 1608.

FLEARDVS, ſeu Flodoardus (quibuſdam Frodoardus) presbyter, & Canonicus Rhemenſis, itemque Parochus in Gormiciaco, floruit Carolo Simplice, & Ludouico eius filio Galliæ Regibus, & Herueo Seulpho, Hugone, atque Artaldo Archiepiſcopis Rhemenſibus, obijtque quinto die Aprilis an. 966. natus annos 76. Scripſit is Latinè Hiſtoriam, ſeu geſta Epiſcoporum Rhemenſium, quæ & in Gallicum ſermonem tranſtulit. Et Rhemis, anno 1581. edidit Nicolaus Querculus Decanus Eccleſiæ S. Symphoriani Rhemenſis. Vtinam verò Latinum Frodoardi exemplar, in lucem, quis proferat. Hunc ipſum Flodoardum Sigebertus libr. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, eumq; ſecutus Trithemius, Flamialdum, ſeu Flaualdum vocant, & pro ſolito, in ſuam familiam Benedictinam adſectu monachum Rhemenſem, nuncupant. Eſſe autem eundem, patet ex primo eorum. Flodoardi à Nicolao Querculo editi, in quo inter cætera narratur, Rhemenſem vrbem à Remi, iuſſu Romuli fratris occiſi, militibus fugitiuis conditam, & ſic appellatam. Quod & Sigebertus, itemque Trithemius commemorant. Cæterùm præter geſta, ſeu vitas Epiſcoporum Rhemenſium, ſcripſit idem Flodoardus, (vt Maſſonius in Annalibus Gallicis aſſerit,) Chronicon ab anno 910. vſque ad annum 966. quod cum alijs Francorum Chronicis, Petrus Pithœus primus edidit. Eundem Vitas multorum ſanctorum, aliaque multa ſibi ignota ſcripſiſſe, teſtatur Trithemius. De quibus Ioannem Bonderium in Indice m. ss. Codicum per Belgium agere exiſtimo, his verbis: *Flodoardus Presbyter ſcripſit de triumphis Italicis Martyrum, & Confeſſorum, metricè lib. xv. m. s.* Treueris, in ſummo templo. De triumphis Chriſti, & ſanctorum Palæſtinæ, metricè lib. 3. m. ss. ibidem. 3. De triumphis Chriſti, & Antiochiæ geſtis, metricè, libros duos m. ss. ibidem. Quæ ſcripta, ſi adhuc extent, vtinam Treuerenſes publico Eccleſiæ bono euulgent.

FLORI, — adde ad finem. — Quinetiam ſcripſit Commentarium in epiſtolas Pauli, ex beati Auguſtini libris concinnatum, qui manuſcriptus extat Leodici ad ſanctum Laurentium, & Commentarium in Pſalterium, quem Haffligemi apud Bruxellam m. s. extitiſſe teſtatur Ioannes Bunderius in Indice. Præterea Martyrologium Bedæ reddidit auctius, & Ado Trecenſis Epiſcopus in Præfatione ad Martyrologium ſuum, teſtatur, & ex eo Baronius in procemio ad Martyrologium Romanum, cap. 9. At ipſe Baronius inquit: Florus circa annum 813. florebat, cuius eſt mentio apud Vſuardum in Præfatione ad Martyrologium, & ſumma laus apud Vvalfridum Strabonem in carmine ad Agobardum Lugdunenſem Epiſcopum. Huius autem extat fragmentum apud Agobardum cuſum haud pridem à Papirio Maſſono. Id verò fragmentum de ijs, quę ex ſententijs Patrum antiquorum Florus collegit, additum eſt ad finem 12. Tomi Annalium à Baronio Card. ſuis ad ſuos Tomos additionibus, quas reliquit ſuis operibus inſerendas.

FLORVS Magiſter, — adde ad finem. — Vide item Magiſtrum ſacri Palatij.

FORMOSVS Papa. Vide in verbo, Auxilius.

FRANCISCVS Georgius, — ad finem. — Vide autem integram cenſuram Operum Franciſci Georgij omnium in Tomo primo Indicis Magiſtri ſacri palatij à pag. 446. vſque ad 555.

FRANCISCVS Arias, — adde — Exercitium Diurnum de præſentia Dei: itemque de ſanctiſſimæ Euchariſtiæ Sacramento vtiliter, ac cum fructu percipiendo, latinè eſt editum Coloniæ apud Ioan. Crith. an. 1607. Gallicè autem Leodij apud Henricum Houium eodem anno.

S. FRANCISCVS, — adde ad finem. — Vide verò quid Magiſter ſacri Palatij addit ad reſponſionem Cardinalis Bellarmini pag. 211. Indicis ſui Tom. 1. de vnius Miſſæ celebratione.

FRANCISCVS Bonaldus, — adde — Porrò Stella eius myſtica in Aue maris ſtella è Gallica in Latinam linguam conuerſa ab Antonio Dulken Carthuſiano edita eſt Coloniæ apud Conradum Butgenium an. 1607.

FRANCISCVS Braciolinus eleganti, & pro Poëmate, Hetruſco idiomate conſcripto egit de Cruce recuperata, Della Croce racquiſtata; idque Pariſijs edidit apud Renatum Ruellium anno 1605.

FRANCISCVS Coſterus, — adde — Porrò eiuſdem Coſteri Enchiridion Controuerſiarum: & Reſponſio ad ſtolidam refutationem Lucæ Oſiandri, recuſa ſunt Coloniæ apud Mylium, an. 1608.

FRANCISCVS Toletus Cantor, & Canonicus Ebroicenſis, Homilias Ioannis Chryſoſtomi De pœnitentia aduerſus delitioſos. De vita monachorum. Exhortationem ad patientiam. De Prouidentia. De oratione. De ieiunio. De eleēmoſyna. De Miſericordia, reddidit Gallicè apud Abelem Angelerium an. 1607. Pariſijs.

FRANCISCVS Feuardentius] — adde — At & anno 1605. prodijt Pariſijs apud Claudium Cha-

pellettum, Euangelica, plenaq; Diuina Chriſti, ac ſanctiſſimi Prçcurſoris, eius conceptionis, & Natiuitatis hiſtoria viginti ſeptem Homilijs per eundem Feuardentium explicata.

FRANCISCVS Monchius Frideuallianus Atrebas vir nobilis, & ſoluta iunctaq; oratione promptus, ſcripſit de Aarone purgato, ſiue Vitulo aureo lib. 2. quibus de Cheruborum Moſis, vitulorum Ieroboami, Toraphorum, Myrhæ, formam, & hiſtoriam, multaque pulcherrima alia eodem ſpectantia explicat, Atrebati an. 1606.

FRANCISCVS Ribera, — adde — Porrò B. Matris Tereſæ vitam Hiſpanicè ſcripſerat, Gallicè factam edidit Antuerpiæ Gaſpar Bellerus, an. 1607.

FRANCISCVS Suarez, — adde — Moguntiæ apud Hermannum Mylium, an. 1607. & Lugduni apud Horatium Cardon eodem anno, deinde item Venetijs an. 1608. excuſæ ſunt, quemadmodum & ibidem iam ſudabant prelo eiuſdem Suarez Commentaria de Iure, atque Iuſtitia.

FRANCISCVS Titelmannus Ord. S. Franciſci Capucinorum, edidit Exercitia intimç deuotionis & pijſſimarum animæ fidelis contemplationum: Antuerpiæ apud Bellerum, an. 1608.

FRANCO Abbas II. Monaſterij Haffligemenſis, Ord. S. Benedicti in Brabantia an. 1103. electus, ſcripſit de Gratia, ſeu Beneficentia Dei libros duodecim, Antuerpiæ 1565. excuſos, qui Leodij ad S. Laurentium, & alibi extant m. ss. 2. Planctum m. s. ibidem. 3. Epiſtolam, qua docet monachum abiecto habitu ſaluari non poſſe m. s. ibidem. 4. De ſtatu futuræ gloriæ metricè: teſte Bunderio in Indice m. ss. Codicũ per Belgium.

## G.

GABRIEL Chapuys Turingus, — dele *Turingus*, & pone *Turonenſis*, Gallicè enim dicitur Tourangenu. At Turingin non eſt in Gallia, ſed in Germania.

GABRIEL Prateolus Theologus edidit librum, quem prænotauit, Tuba Concionatorum, ſiue loci Communes omnium epiſtolarum Pauli anno 1604. apud Bellerum Antuerpiæ.

GAITINGTONI in Anglia Balduinus Cantuarienſis Archiepiſcopus magnum congregauit Epiſcoporum Concilium, Abbatum, Comitum, & aliorum pro expeditione in Terram ſanctam, id contigit anno Domini 1188. primo autem Pontificatus Clementis III. Vide 12. Tomum Annal. Baronij ſub eundem annum.

GALLICANA Concilia in claſſe Theologica in Bibliotheca Sfortiana. Extant Romæ.

GALLICANA Synodus, in qua diſcuſſa eſt cauſa diuortij inter Ludouicum Francorum Regem, & Eleonoram Ducis Aquitaniæ. Ea Synodus in caſtro Baugenciaci habita, conuocato Augone Archiepiſcopo Rothomagenſi, & pluribus eius Coëpiſcopis, & proceribus, an. Dom. 1151. ſub quem annum, tertium autem Eugenij Papæ. Vide Baron. Cardin. 12. Tom. Annal.

GARSIAS Galarza Epiſcopus Caurienſis Hiſpanus, vir peracris iudicij, vti, & exquiſitæ eruditionis in Hiſpania emiſit librum mole exiguum, virtute plus quàm magnum, Euangelicarum Inſtitutionum, quem nos à Ioanne Baptiſta Ciotto Venetijs recudi curauimus ante quadriẽnium. Egimus autem de illo in 2. libro Bibliothecæ noſtræ Selectæ, vbi de ſtudio Diuinæ Scripturæ. Tum cap. 54. tum cap. 68. Cùm verò (quod perſæpè fecimus cũ viris doctiſſimis, ne nobis nimium crederemus) Hieronymi Pradi Theologi è noſtris eruditiſſimi de eo Garſiæ libro iudicium in Vrbe exquiſiuiſſemus, reſponſum hoc accepimus: Quæcunq; in eo libro ſunt, omnia ſunt gemmæ.

GASPAR Sillingardus Mutinenſis, & eiuſdem ciuitatis Epiſcopus, Catalogum omnium Mutinenſium Epiſcoporum, latinè ſcripſit. In quo plura item eiuſdem Epiſcopatus priuilegia, ne interirent, inſeruit, cui additæ ſunt item præcipuç Epiſcoporum functiones. Is Catalogus Mutinç anno 1605. prodijt apud Ioannem Mariam de Verdis. Cùm anno ſuperiore, nimirùm 1605. apud eundem emiſiſſet librum Italicè conſcriptum, quem prænotauit Tractatus, de Tentationibus: Quo piè, maturè, ac ſolidè, & copioſè agit de origine ipſorum, deque earum noſcendarum, & ſuperandarum modo. Denique de tantæ victoriæ fructu. Sanè qui ſapit, non deponet facilè hunc librum è manibus. Et quidem inſignis ille Epiſcopus his laboribus excuſis, deceſſit ex hac vita, morte iuſtorum. Atqui & Italicè emiſit Diſcurſum (vt ille inſcripſit) ſeu Commentationem ſuper ijs verbis Iob: *In nidulo meo moriar, & ſicut palma multiplicabo dies meos.* Agit autem de Perfectione vitæ Regularis. Mutinæ apud Ioa. Mariam Viridem, an. 1605.

GAVDENTIVS Brixienſis Epiſcopus, — adde ad finem. — Porrò Magiſter ſacri Palatij pagina 98. ſui Indicis primo Tomo. Notam, ſiue obſeruationem adiecit, quæ legenda eſt.

GELASIVS de duabus naturis, — adde — Vide etiam Magiſtrum ſacri Pal. accuratè de iſto agentem in primo ſui Indicis Tomo, pag. 142. & ſeqq.

GENNADIVS Scholarius, — adde ad finem — De illo item aliquid Magiſter ſacri Palatij pag. 169. ſui Indicis Tomo 1.

GEORGIVS Piſides, — adde ad fin. — Vide Indicem Magiſtri ſacri Palatij, pag. 259.

GERARDVS Lemouicenſis Dominicanus, Prouincialis Prior Prouinciç in Gallia, iuſſu Humberti Generalis Præfecti, & ex decreto capituli Generalis anno 1256. Pariſijs celebrati (quo mandatum fuit ſodalibus Dominicanis vniuerſis, vt ſi quid memoria dignum de S. Dominici familia haberent, id Generali ſignificarent) ſcripſit Vitas Fratrum Prædicatorum, vt nuncupat, ſeu Commentarium de origine, & Viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum, typis longè digniſſimum, quem m. s. vidi in monaſterio Rubræ Vallis apud Bruxellam. Illius hoc eſt initium: *Dilectis in dilecto Dei filio fratribus Prædicatoribus vniuerſis Frater Humbertus ſeruus eorum inutilis.*



Digitized by Google

GERARDVS cognomento Magnus, Dauentrienſis, ſcripſit de Contractibus & Vſuris lib. 1. 2. De inſtitutione Nouitiorum, lib. 1. m.s. in Rubra Valle apud Bruxellam. 3. De locatione curæ Paſtoralibus m.s. in Bethleem apud Louanium, *Iam quæritur, an quis poſsit.* 4. De conuerſatione interna lib. 1. 5. De regimine Monialium lib. 1. 6. De incommoditatibus matrimonij lib. 1. m.s. in Rubra Valle, & Louanij ad S. Martinum. 7. De Forariſtis m. s. in Rubra Valle. 8. De Schiſmate epiſtolam m. s. in monaſterio Septem fratrum apud Bruxellam, & in Carthuſia apud Diſtenium Brabantiæ oppidum. 9. ad Regulas de Simonia, in monaſterio ſeptem Fontium. 10. De quatuor Generibus meditabilium m.s. in Heruenſi Carthuſia apud Aliſtum. 11. Concordiam Euangeliſtarum de Paſſione Domini m. s. Dauentriæ apud Fratres Hieronymianos. 12. Contra quendam volentem matrimonium contrahere m. s. in Viridi valle, & in Carthuſia Lierdenſi. 13. Tractatum de Beneficijs curatis m.s. in monaſterio ſeptem Fontium. 14. De cohabitatione & exercitijs deuotorum, m.s. ibidem. 15. De vitio detractionis m. s. in Herue. 16. Epiſtolas ad diuerſos m.ss. Hun apud Cruciferos, Gandaui in Carthuſia in monaſterio ſeptem Fontium, & in Zelen. 17. De recuſatione ſtatus Presbyterij m.s. Delphis apud Hieronymianos. 18. De pretioſitate veſtium m.s. Dinesfurti apud Franciſcanos. 19. De reuocatione lapſi m.s. Lierdæ, & Hun apud Cruciferos. 20. in lectiones mortuorum vt vocant m.s. Coloniæ in Carthuſia. 21. Tractatum de paupertate m. s. in Viridi Valle, & in monaſterio ſeptem Fontium. 22. Cordiale quatuor nouiſſimorum m. s. Embricæ, apud Franciſcanos. Quod tamen alij Gerardo Vlindherouio aſcribunt. 23. Adhortationem, ne quidam pergat ad terram Infidelium, manuſcriptā in Zelem, & in monaſterio ſeptem Fontium. 24. Epiſtolam ad amicum infirmum m. s. Gandaui, Brugis, & Bruxellæ in Carthuſijs. 25. Sermonē de Natiuitate Chriſti manuſcriptum in Zelem. 26. Sermonem in die Palmarum m. s. Leodici ad ſanctum Iacobum, & in Viridi valle. 27. in librum fratris Ioannis Rusbrochij, qui dicitur Ornatus ſpiritualis deſponſationis m.s. Namurci apud Cruciferos. 28. in librum eiuſdem Rusbrochij de duodecim Virtutibus m. s. ibidē. 29. Contra turrim Traiectenſem m.s. in monaſterio ſeptem Fontium, & Dauentriæ apud Hieronymianos. Cæterùm opera eius omnia aduerſari ſolent Delphis apud Hieronymianos, & Traiecti ad D. Virginis. Ita Ioannes Bunderius in Indice.

GERMANVS Confeſſor, — adde ad finem. — Atqui vide Magiſtrum ſacri Palatij obſeruationem ad S. Germani Theoriam, pag. 2 7. Tom. 1. ſui Indicis.

GERTRVDA, pag. 638. — adde ad fin. — Porrò ſciendum eſt Italicæ verſioni, quæ Venetijs primò apud Iolitos, deinde apud Ioan. Coleſinum prodijt præfixam fuiſſe capiti ſextodecimo libri tertij inſcriptionem hanc: *De fructu afflictionis ex excommunicatione, quam iniuſtè patiebantur.* Quæ certè inſcriptio haud videtur omninò cum ipſius capitis contextu cohærere. Verba capitis inter alia hæc ſunt: *Non te miſeret* (inquit Gertruda Chriſto) *clementiſsime Pater, nos propter bona hæc, quibus vt tibi ſeruiamus, alendæ eſſemus, nos tam pretio tui corporis, & ſanguinis bono priuari?* Cui ille reſpondit: *Et quonam modo poſſem tantopere miſereri. Nam ſi ſponſam meam ad florida, & amœna conuiuij loca adducens, cernerem eius veſtem inconcinnè aptatam, nonne priuſquam illud inchoaretur, ad loca aridiora ſeorſum ducerem, vbi vel ipſis manibus aptandam iuuarem?* Cui Gertruda. *Qui poterunt nunquam tuam aſſequi gratiam, qui tibi hoc onus impoſuerunt?* Tum Chriſtus Gertrudæ. *Ne cures,* (inquit) *iſtud, nam mihi cum ijs poſteà erit agendum.* Hactenus verba Gertrudæ, & Chriſti Domini. E quibus nemo licèt parùm oculatus non intelligit, nihil de iniuſto anathemate, ſiue iniquo interdicto agi. Diuinæ autem eſſe prouidentiæ, vt gladio hoc ſpirituali, quæ ſunt, vt habet Clemens Romanus, in corpore myſtico, ὑπερσαρκώματα, id eſt, ſuperabundantes ſtrumæ, idque reddat ſine macula, & ruga, ſponſam videlicet ſuam Chriſto indutam, ſi inconcinnè veſtem geſtet, hanc ſcitè diſponat. Itaque hic Cenſurarum Eccleſiaſticarum fructus eſt maximus. Quas ſi reliqui ſpernunt, videant quid Chriſtus inquit. Nempè ne cures Gertruda contemptores iſtos, luent enim ſuo tempore pœnam, quam de ijs exigam; huc enim referuntur verba Chriſti: *Nam mihi poſteà cum ijs erit agendum.* Sic Chriſto cruci affixo exprobrabant Iudæi, Vah qui deſtruis templū, &c. deſcende de cruce. Veruntamen vix abiere quadraginta anni, cùm prorſus euerſum eſt templum, nec lapis ſub lapidem ſtetit, quin deſtrueretur: ſic, inquam, contigit quod prædixerat Chriſtus geſtans crucem, mulieribus flentibus: *Nolite flere ſuper me, ſed ſuper filios veſtros.* Futura enim tanta diuinitùs clades, vt mulieres quæ in Hieroſolymitano excidio fuerunt, dicerent: *Beatæ ſteriles quæ non genuerunt.* Sic patrum noſtrorum memoria aliæ Ciuitates, dum Pontificium interdictum ſpreuere libertatem, quam poſteà nunquam recuperârunt, amiſere.

Ac quidem Chriſtus alteram Gertrudæ cauſam ſubdidit, cur non omnibus eius Cœnobij ſanctimonialibus ſe ipſum eſſet communicaturus. Quærenti enim Gertrudæ num id eſſet futurum. Non profectò (inquit Dominus.) Nam ijs ſolùm me communicabo, qui id expetunt, aut optant hoc expetere. Reliquæ enim, ait, quoniam vnà cum reliquis in Cœnobio degunt, ex hoc ita proficient, vt eis vehemēs deſiderium inijciatur, quemadmodum qui frigidè cibum appetit, huius odore ſenſim, ac ſuauiter illectus iam excitato guſtu erga eundem cibum afficitur. Sic ergo Chriſtus ſapientiſſimè docet, cur iſtam quaſi diætam per Cenſuras indicat ægrotis, ijs ſcilicet, quibus eatenus nauſeabat Diuina eſca Euchariſtiæ, vt receptis viribus eam ardentius, & reuerentius exquirant, ſcriptum eſt enim: *Vtinam calidus eſſes, aut frigidus, ſed quia tepidus es, euomam te ex ore meo.* Quod quidem in rem diuina vltione collatum eſt, cùm regnis, maioreque mundi parte, Aſia, Africa, Anglia, Germania, quibus ſic interdictum eſt hoc cœleſti cibo, vt ad damnationem æternam, non ad ſalutem vitam miſerrimam vixerint. At dices. Infrà hoc eodem in capite, Gertruda ita Chriſtum eſt allocuta: Amantiſſime Domine, permittesne, vt ex hoc anathemate nos, quæ tamen tua ſumus membra, ſeparemur à te? Quod quidem nobis comminantur qui noſtra bona conantur adimere. Cui Chriſtus. Si quis medullam ſecreti mei percipiat, vt cauſam intelligat, cur ad me vos acceditis; is ſolum, non autem alius vos à me ſeparare poterit. Addidit verò Chriſtus: Anathema idcircò vobis indictum nihilo magis vobis nocet, quàm noceret, qui arborem, ſiue durius

aliquid, quod frangi nequeat, ligneo cultro tentaret excidere, ſignum tantummodò remanere poteſt. E quibus item verbis nihil efficitur, quo appareat anathema illud iniuſtè fuiſſe inflictum. Quum potiùs ad Gertrudam,& alios ſic quidē pertinere,vt tn̄ illis haud noceat,qui velint Chriſto obtemperare, nec ab ipſo per ſchiſma,& inobedientiam velle diuidi. Sic ſanctimonialibus illis, quæ alibi Interdictū ſeruarunt,nil Cenſuræ,nil anathemata obfuerunt.Sed quæ gladius fuit ignitus improbis, & tranſgreſſoribus eæ obtemperantibus,ne culter quidem ligneus fuerunt. Cæterùm quid de iſtiuſmodi Cenſuris ſenſerit,ac ſcripſerit altera Virgo Catharina Senenſis,legat ipſius epiſtolas, quibus hac de re peruicaces,& quidem religioſos quoſdam egregiè perſtringit.

GILBERTVS(qui Henrico de Gandauo Gilibertus)Porretanus Pictauienſis Epiſcopus fuit,— adde — ſed quid de ipſius erroribus actum fuerit in Concilio Rhemenſi, atq; deinceps ibidem poſt illud Concilium,vide omninò,quæ Baron.Card. Tom. 12. Annal. ſub annum 1148. fusè ac diligenter collegit cum confutationibus errorum eiuſdem Giliberti.

GILBERTVS Genebrardus, — adde — at & Cōmentarij in Pſalmos Dauidis. Lugduni apud Horatium Cardonem an.1607.recuſi ſunt.

GILDAS ſapiens, — adde ad fin. — Quod autem in textu legitur. *Et non eſſe Sacerdotes.* col.598. C.appone ad marginem: Ritè iſtud accipe; *Mali enim Sacerdotes veri ſunt Sacerdotes,tametſi indigni eo munere.* Magiſter ſacri Palatij.

GOSVINVS Boſſutus Monachus,& Cantor Villarienſis Monaſterij in Brabantia,ſcripſit vitam B. Arnulphi Cornibóutij conuerſi Villarienſis,quæ m. s.extat apud Aubertum Miræum Canonicum Antuerpienſem.De Cornibóutio vide Molani Natales ſanctorum Belgij: & vitam B.Abundi monachi Villarienſis m.s.in Viridi,& Rubra Valle apud Bruxellam.

GOSVINVS Hexius Brabantus Carmelita, Vliſſingenſis in Zelandia, Epiſcopus Hierapolitanus, & Suffraganeus Vltraiectinus,ſcripſit Commentarium in Primum,& Secundum Sententiarum, qui m. s.extat Brugis in Cartuſia.Quęſtiones autem de virtutibus Theologicis, & Cardinalib⁹ m.s.olim Vliſſingæ apud Carmelitas.Tractatum de directione conſcientiæ m. s. olim Gandaui apud Cartuſianos, & Hieronymianos,teſte Ioanne Bunderio in Indice,Tractatum de decem præceptis.Sermones de Tempore,ac de Sanctis.Obijt anno 1475.

GOTSELINVS patria Morinenſis ad D. Bertini apud Audomaropolim Arteſiæ monachus Benedictinus floruit an.1110. Eum Anſelmus Cantuarienſis Archiepiſcopus, alijque ob doctrinam, & pietatem in Angliam euocārunt.Quo cùm tranſmiſiſſet, tum Cantuariæ in D. Auguſtini monaſterio, tum Rameſiæ magna eruditionis opinione,inter exteros vixit,ſcripſitque 1. Vitam D. Auguſtini Anglorum Epiſcopi libris duobus; Miracula eius,libro vno; Tranſlationem eiuſdem,ac ſociorum libro vno. 2.Vitam S.Laurentij Anglorum ibidem Epiſcopi:Incipit, Dominis cariſſimis. 3.Vitam S.Erchenibaldi, ſeu Econbaldi Epiſcopi,poſt Paſſionem,& Reſurrectionem. 4.Vitam S.Suithuni Epiſcopi, quæ apud Suriū Tom.4.extat in Epitomen,vt apparet,contracta: *Glorioſo Anglorum Rege Egberto.* 5.Vitam S. Grimbaldi,patria Morinenſis,qui ex Monacho Bertinenſi factus eſt Abbas Vvintonienſis in Anglia,extat ea m. s. in S. Bertini monaſterio,& apud Miræum,ſed in Epitomen,vt apparet pariter cōtracta: *Vrbe Morinorum quondam ampla.* 6.Vitam S. Editeæ, ſeu Eadgitæ Virginis, quæ olim m. s. extitit Londini apud Auguſtinianos,teſte Ioanne Bunderio in Indice m.ss.codicum perBelgium. 7.Vitam S. Milburgæ Virginis. 8. Vitam S.Vinteburgæ Virginis. 9.S.Iuonis Epiſcopi ex Præſide in Angliam tranſlati vitam ab Andrea Leucandro Abbate Rameſienſi ſcriptam reddit latiniorem.

GRAECORVM Liturgia de præſanctificatis,quæ extat in Bibliotheca Margarini,cui Epiſtola Genebrardi eſt præfixa carpentis immeritò Humbertum Syluæ candidæ, & Card. & alia quædam de perfectæ Miſſæ celebratione in Eccleſia Romana afferentis expenditur à Magiſtro ſacri Pal. pag. 215. Tom. 1.ſui Indicis.

GREGENTIVS — adde — quæ verò in margine ad eum addita fuit nota his verbis: *Hæc Prophetia quemadmodum impia ſit, Euangelica narrat Hiſtoria.* Corrige, quemadmodum impleta ſit.

S. GREGORIVS Iliberitanus, — adde ad fin. — Vide item Mag.ſacri Palatij pag. 168. ſui Indicis Tomo 1.

GEORGIVS Maſtrillus Nolanus, quæ ciuitas eſt regni Neapolitani perantiqua,Societatis Ieſu,edidit an.1607.Romæ apud Bartholomæum Zannettum triginta tres ſermones eadē in Vrbe abs ſe publicè habitos,qui Italicè quoq; conſcripti de Paſſione,& morte Chriſti Domini, & Redemptoris noſtri in tres partes diſtincti ſunt.Eos ipſe Auctor prænotauit: Diſcurſus,quorum primus primæ partis,poſt enarrata generatim paſſionis Chriſti beneficia,præfert hoc argumentum. Chriſtus patiens ſummo amore diligitur,ſummo odio habetur.Secundus.Chriſtus ex infinita hominum malignitate, ex infinita ſui bonitate,moritur.Tertius.Iniuſtiſſima,& iuſtiſſima mors Chriſti. Quartus.Dulciſſima & amariſſima mors Chriſti.Quintus,infamiſſima & glorioſiſſima mors Chriſti.Sextus.Fructuoſiſſima,& ſteriliſſima mors Chriſti.

At ſecundæ partis primus.Chriſtus bonorum temporalium pauperrimus,amoris ditiſſimus.Secūdus.Chriſtus proficiſcitur ad Hortum,& ſuam aperuit triſtitiam Apoſtolis. Tertius. Chriſtus proſtratus humi orat Patrem.Quartus.Chriſtus Dominus ſudat ſanguinē. Quintus. Chriſtus à Iuda proditur. Sextus.Chriſtus it obuiam hoſtibus:ac duobus verbis eos ad terram deijcit. Septimus. Chriſtus traditur inimicis,qui de illo,quæ volunt,faciunt.Octauus,Chriſtus negatus à Petro:cur Deus id permiſerit. Aſpectus Chriſti eum ſanat.Et recordatus eſt Petrus verbi, quod dixerat ei Dominus. Nonus. Chriſtus multa in domo Pilati patitur.Decimus. Chriſtus flagellatus, & ſpinis coronatus. Ecce homo. Vndecimus. Chriſtus condemnatur,& crucifigitur.Poſtquam venerunt in locum,'qui vocatur Caluariæ, vbi

cruci-

crucifixerunt eum. Tertiæ deniq; partis Primus. Vis diuini verbi ingens. Secundus. Primum verbum. Pater dimitte illis,non enim ſciunt,quid faciunt.Tertius.Secundum verbum.Memento mei,dum veneris in regnum tuum. Quartus. Tertium verbum. Stabat autem iuxta Crucem Ieſu mater eius. Quintus. Quartum verbum.A ſexta autem hora tenebræ factæ ſunt.Sextus.Quintum verbum.Sitio.Septimus.Sextum verbum. Conſummatum eſt. Octauus. Septimum verbum. In manus tuas commendo ſpiritum meum Nonus. Chriſtus mortuus in cruce. Decimus.Chriſtus poſt mortem vulneratur in latere.Vndecimus.Chriſtus magno cum honore ſepelitur.

Omnes hi Sermones,ſeu diſcurſus pietatem, & cum rerum diuinarum alta conſideratione perſpicuitatem,Chriſtianamq; ſine fuco eloquentiam,ſpirant.

GREGORIVS Nyſſenus,— adde — Porrò Gregorij Nyſſeni Epiſcopi fratris Baſilij Magni,opera omnia,quæ extant Pariſijs an.1606.apud viduam Sebaſtiani Niuellij,è prelo prodierunt.

GREGORIVS Neocæſarienſis Thaumaturgus, — adde — Sed enim Gerardo Voſſio Belga editus eſt cum antiquis ſuis monimentis, & inter alia Oratio eiuſdem in laudem Origenis à Baronio, vt ille inquit poſt finem 12.Annal.Tom.fruſtrà quæſita,Græcè ſcripta,in Latinum tranſlata.

GREGORIVS Palamas peſtilens,— Vide quæ de eo Mag.ſacri Pal.pag.293. & ſeq.Tom.1.ſui Ind.

GREGORIVS Sayrus,— adde — pag.654.lin.20.& anno 1608. ſecunda editione correctior.

GREGORIVS de Valentia,— adde poſt illud — aſſequetur. Atqui quod in alijs Auctoribus haud facilè reperias; ſex Gregorius de Valentia Indices ſingulis ſuorum Commentariorũ ad D.Thomę Summam Tomis perutiles adiecit.Primum locorum diuinę Scripturæ:Secundum Quæſtionum,& Controuerſiarum Fidei:Tertium aſſertionum quarundam Scholaſticarum, quæ confirmantur auctoritate P P. Quartum Rerum,quæ poſſunt pro concione exponi:Quintum,Rerum Philoſophicarum ſecundùm ordinem curſus Philoſophiæ: Sextum, Rerum omnium præcipuarum. Ille igitur vir nauus, & verè doctiſſimus,ſummam Theologiæ,quam complures annos Ingolſtadij in Germania, & Romæ profeſſus vtiliſſimè fuerat,nec nimia quæſtionum,ſiue argumentorum copia redundantem, nec tamē vlla in quæſtione mancam;vbiq; verò,etiam ijs,qui prorſus hebeti non ſunt ingenio,perſpicuam (quandoquidem ſignum ſcientis eſt poſſe docere)poteris non ineleganti ſtilo pro ratione ſcholaſticæ tractationis conſcriptam reliquit, cùm denique bonum certamen certans in doctrina fidei Romæ diem obijt an. 1604. cum dolore ſanè omnium,at non ſine ſpe, vt laureolam in cœlis ſit conſecutus, ſic inde à Patre luminũ Societati noſtræ,atq; alijs ſacris Ordinibus fluenta D. ſapientiæ vberiora procuret.

GROSSOLANVS. Vide in verbo,Chryſolanus.

GVASTALLENSE Concilium prope ripam Padi in Gallia Ciſalpina habitũ Generale à Paſchali II. Pont.Max.an.Dom.1106.præſidente ipſomet Pont.Max.Paſchali. Extant Canones ipſius apud Baron. Card.in 12.Tom.Annal.ſub annum eundem.

GVIBERTVS Martinus Abbas Gemblacenſis in Brabantia Ordinis S. Benedicti(quem cum S.Guiberto fundatore Monaſterij Gemblacenſis nōnulli perperam confundunt)ſcripſit Apologiam pro Sulpitio Seuero ſuper vita S.Martini Turonenſis Epiſcopi libris duobus,qui m. ſ. extant Gemblaci, & Louanij ad S.Martinum.Librum item abbreuiatum de miraculis S.Martini m.ſ.Gemblaci.De ſolemnitate Paſchali m.ſ.ibidem.Epiſtolas m.ſ.ibidem.De S.Hildegarde m.ſ.ibidem.De libris à ſe factis,manuſcripti ibidem.

GVIBERTVS,ſiue Gilbertus Turnonēſis Franciſcani Ordinis,nobilibus è parētibus natus,Theologus,qui viuebat anno 1242. ſcripſit iuſſu Ioannis Epiſcopi Tornacenſis Vitam S. Eleutherij Epiſcopi Tornacenſis,quæ m.ſ.extat Tornaci ad S.Martinum.De Reformatione pacis m.ſ.ibidem ; & Colonię apud Minores.De nomine IESV m.ſ.ibidem.De morte non timenda m.ſ.Tornaci ad D.Virginis.Sermones de Dominicis m.ſ.Tornaci apud S.Martinum:& Gandaui, & inſulis apud Franciſcanos. Sermones de Statibus hominum varijs m.ſ.Louanij ad S.Martinum.Rogatus ſæpè,vt varij ſunt hominum affectus. Sermones ſuper Aue Maria m.ſ.Coloniæ apud Franciſcanos. Sermones habitos Pariſijs m. ſ. olim Londini in Cartuſia.Librum de diſciplina Scholarium m.ſ.olim Antuerpiæ ad S. Michaëlem. Regulam Regum ad B.Ludouicum Galliæ Regem.Librum de Virginitate m.ſ.Tornaci apud Franciſcanos. Rudimētum Doctrinæ libris tribus m. ſ. Aquiſgrani apud Franciſcanos. Librum de modo addiſcendi m.ſ.ibidem.Chronica m.ſ. Coloniæ apud Auguſtinianos: & in monaſterio ſeptem Fontium apud Bruxellam. Quodlibetum m.ſ.apud Franciſcanos Bellouacenſes. De verbis Domini in Cruce m. ſ. Leodici ad S. Iacobum.Ita Ioannes Bunderius in Indice.Tractatum de officio Epiſcopi, deq; Eccleſiæ cæremonijs, Coloniæ an.1571.editum.Extat & cuiuſdam Gilberti, ſeu Guiberti (fortè eiuſdem) Commentarius in epiſtolas D.Pauli manuſcriptus Pariſijs ad S.Victorem,& Audomaropoli ad S. Bertinum, atque Coloniæ, & alibi.

GVITMVNDVS,— adde ad finem. — Sed & vide Magiſt.ſacri Palatij pag. 222. & ſeqq. Tom.1.ſui Indicis exponentem alicubi textum, & monentem quænam Notæ vel demendæ, vel ſubſtituendæ, quæ ad marg.

GVILELMI de Baldenſel Equitis Aurati Hieroſolymitani Hodœpericon ad terram ſanctam an. 1336.extat m.ſ.in Biblioth.S.Galli in Heluetia.

GVNTHERVS Ligurinus, — adde — Res à Friderico Imperatore geſtas nobilis eius temporis Poëta metricè,ſed hiſtoricè in ſextum vſque eius Imperij annum decem libros conſcripſit. Qui ſextus annus in 1160. Domini annum incidit.At vt proſequi vlterius inſtituerat,quod quidem ipſe fatetur,turpitudine rerum,quas ipſe Fridericus attentare,atque in rem conferre non deſiſtebat,conticuit.Nam & cùm ſingulas eouſque res geſtas ab eodem Imp. laudans heroico carmine ceciniſſet, Conciliabulum, quod ille Papiæ coëgerat,omninò præterijt. Sed quòd à parte Catholicorum ipſe firmiter ſtaret, non



Digitized by Google

defuit officio,& quantum licuit conſulere veritati,dum eadem ſua ſcriptione manifeſtè probauit Alexandri Papæ electionem,improbauit verò Victoris pſeudopontificis,qui anteà Octauianus dicebatur, de quo extant hæc Ligurini carmina.

*Altera pars Octaui te ſede locatum*
*Auſpicijs decepta ſuis, ignara ſuperni*
*Iudicij,falsò Victorem nomine dixit.*

Hæc Baron.Card.Tom.12.Annal.ſub annum 1160.

## H.

HAITCARIVS (ſed rectiùs Halitgarius) — dele reliqua vſq; ad verbum illud, *Rhemenſem:*& pone — *Vide in verbo, Halitcarius.* Poſtea ſequere. — *Extat,&c.*

HENRICVS Bonicolli, — adde ad finem. — Porrò eiuſdem Henrici de Gandauo ſermones inuenti ſunt m.ss.in quarta parte folij characteribus antiquis in Bibliotheca Curiæ Epiſcopatus Chiemenſis in Germania à Franciſco Bennio Epiſcopo Ruuellenſi & Scalenſi Suffraganei Archiepiſcopi Salisburgenſis: Quod & publica Notarij fide ad me tranſmiſſa confirmatum eſt an.1606.die quinta Decembris.

HARIVLFVS S.Petri Aldeburgenſis in Flandria Abbas Ordinis S. Benedicti, ſcripſit vitam S. Arnulfi Epiſcopi Sueſſionenſis,quæ extat integra m. s.in Vrſicampo Ordinis Ciſtercienſis in monaſterio apud Nouionum Picardiæ oppidum domino Lamberto Dei gratia Tornacenſi Epiſcopo filiorum vltimus Hariulfus.Hanc ipſam Surius Tom.4.edidit,ſed Præfatione triplici omiſſa.

HENRICVS Caniſius, — adde — Eodem autore prodijt tomus vnus qui inſcribitur:Promptuarium Eccleſiaſticum,quo 55.autores nunquam antea editi continentur, Ingolſtadij apud Angermarium anno 1608.

HENRICVS Gorromius,vulgo de *Gorrichem*,à Gorromio Hollandiæ oppido, quod in litteris publicis vetuſtioribus *Gorrichem* dicitur, Philoſophus, atq; Theologus Pio Secundo Pont. Max. anno 1460. viuebat. Scripſit autem de caſibus Eccleſiaſticis, quod & excuſum fuit Coloniæ anno 1502. Præterea, de celebratione, & obſeruatione Feſtorum. Quin & libros Sententiarum Petri Lombardi cum Concluſionibus à ſe factis, Concordantijs Bibliorum, & Canonum, additis ad ſingulas diſtinctiones Summarijs,itemque erroribus Magiſtri Pariſijs, & in Anglia damnatis. Commentarium in libros Ariſtotelis de Cœlo,& Mundo,quæ anno 1501. Coloniæ prodierunt:Quæſtiones metaphyſicas de Ente, & Eſſentia D.Thomæ ibidem anno 1502.excuſas. Eidem aſcribitur, qui in Tom.2. Operum Ioannis Gerſonis extat Tractatus de puella olim apud Francos in armis equitante. Atqui Ioannes Bunderius in m. s. librorum per Belgium Indice tribuit eidem Henrico Summam, quæ m. s. extat in monaſterio ſeptem Fontium apud Bruxellam.Complementum tertiæ partis S.Thomæ m. s. ibidem. Librum de Sacramento Euchariſtiæ,& efficacia Miſſæ m. s.in Viridi Valle apud Bruxellam. Librum contra Huſſitas & Boëmos m. s. Auerbodij,quod eſt monaſterium Ordinis Præmonſtratenſis apud Brabantos, & Gandaui in Carthuſia. Tractatum de Prædeſtinatione m.s.in Traiecto ſuperiori:& Sutphaniæ apud Dominicanos.Tractatum de Sepultura & proceſſionibus m. s. Niniuis in Flandria. Tractatum de ſuperſtitionibus m.s. De modo coniurandi dæmones m.s.An practica eijciendi dæmones ſit licita m. s. Gandaui in Carthuſia. De diuinis nominibus m.s.Sutphaniæ apud Dominicanos.De Simonia m.s.ibidem. De bello iuſto m.s.ibidem. De obligationibus m.s.Gyriceæ in Zelandia.De quatuor Exercitijs. Tractatum prænotatum *Inſolubilia*, in libros Metaphyſicorum Commentarium m.s.ibidem. & Confluentiæ apud Dominicanos. In libros Ethicorum m.s.olim Bruxellæ apud Tertiarios.

HENRICVS Summalius S.I. Presbyter edidit Faſciculum diuini Amoris atque deuotionis ex S S. Patrum opuſculis confectum,Duaci anno 1608.Ibidem libri 13.Confeſſionum S.Auguſtini,& Commētarius Trithemij in Regulam S.Benedicti eiuſdem ſtudio per tria m.s.exemplaria recogniti prodierunt eodem anno 1608.

HERIGERVS Abbas Laubienſis monaſterij, — adde — quod ditionis eſt Leodicenſis Ordinis S. Benedicti ſecundo milliari à Bimhio Hannoniæ oppido ſitum,obijt an.1007.

HERMANNI, quorum Aleander Olibertus in ſua hiſtoria meminit,fuit vnus D.Hiacinthi ſocius, qui miſſus in Germaniam Cœnobium in ciuitate Frizacenſi extruxit,atq; ibidem ſanctè vixit,circa annum Dom.1242.Alter Teutonicus,ſolitus quotidie bis ſanctiſſimum corpus Domini adorare, pronuncians illud:*Adoramus te Chriſte.* Sed cùm ex orationis guſtu ſcientiarum ſtudia deſereret, ad eadem reuocatus eſt à fratribus,floruit autē hic anno Dom.1245.Tertius fuit Hermānus Minda,Teutonicæ prouinciæ Præfectus,qui eximius Concionator ſcripſit de Interdicto,& Inquiſitione criminum: Viuebat autē an.1271.Et hi omnes fuēre Ordinis Dominicani.

HERMANNXS Auguſtanus, — adde ad fin. — At mihi incertum fuerit ne Hermannus hic vnus ex ijs,quos paulò antea memoraui:Qui quidem Poſtillam ſcripſit ſuper Cantica.

HERMAS, — adde ad fin. — Vide Mag.ſacri Palatij pag.171.ſui Indicis Tom.1.vbi quæ in hoc auctore inſperſa ſunt ſapientia Nouatianum dogma de ſecunda Pœnitentia,& alia notantur.

HERMIAS Philoſophus, — adde ad fin. — expungenda verò in Biblioth.Margarini, quæ ad hunc Auctorem col.157.A.Tom.3.in margine adiecta eſt his verbis:*Philoſophos vera de Deo non poſſe dicere*, & altera,quæ col.158.C.*Veritati proxima falſitas.* Mag.ſacri Palatij.

HESYCHIVS presbyter Hieroſol. — adde ad fin. — Vide verò quæ Mag. ſacri Palatij in hoc Auctore,ſiue in Gloſſis ad eius marginem in primo ſui Indicis Tomo pag.95.& 96.

HYBER-

Digitized by Google

HYBERNENSE Concilium,vt habet Herebertus in Quadripartita an.Dom.1172. Alexādri autem Tertij,tertiodecimo habitum eſt in ciuitate Caſſelenſi, Interſuêre omnes illius Inſulæ Archiepiſcopi, qui erant quatuor,& duodetriginta Epiſcopi.Qui omnes(inquit Rogerius)Henricum Angliæ Reges,& hæredes illius receperunt in perpetuum in Reges,& dominos.Actum eſt,vt pueri ad Eccleſiam deferrē tur,& in ea baptizarentur aqua munda ſub trina merſione, in nomine Patris, & Filij,& Spiritus ſancti, & hoc à ſacerdotibus fieret,niſi metus mortis inſtaret,& aliàs fieri oporteret.Decimæ de omnibus,quę poſſidentur darentur Eccleſijs. Laici, qui vellent nubere id iuxta ius Eccleſiaſticum facerent. Vide 12. Tomum Annal.Baron.Cardin.ſub eundem annum.

HIERONYMVS Magagnatus an.1605.Venetijs ſoluto metro edidit S.Longini martyris vitam,quē equitem fuiſſe Mantuanum aſſerit,cuius oſſa in arca marmorea Mantuæ in Aede D.Andreæ aſſeruantur hac inſcriptione: *Longini eius qui latus Chriſti percuſſit, oſſa.* At verò Mantuæ item ea in platea, quæ vocatur Capadocia propè templum beatiſſimæ Virginis,cui agnomen *Gradari*, extat columna antiquitus erecta cum inſculptis tabulæ marmoreæ his verbis: *Longinus, qui lancea Chriſti latus aperuit; ſanguinemq; eius anno III. detulit, hoc loco Capadocia nuncup. ſub præſide Octauio decoll. eſt. Id. Martij LXXI. Galba Imp.* Ex his autem pium eidem Hieronymo viro ſanè perſpicaci, & erudito, optante Duciſſa ſereniſſima Mantuæ, cui ſuum Poëma dicauit,deſiderium illuſtrandæ tanti Martyris memoriæ,iniectum eſt.Quo impulſus è varijs Hiſtoricis,qui nonnihil inter ſeſe diſſentiunt, id tamen conſtans cum eiuſdem marmorea monumenti tabula in omnibus comperit Longinum martyrij palmam ſua in patria,hæc eſt Mantuæ,fuiſſe conſecutum, in qua tum Octauius Præſes,ſeu Præfectus rem Imperij Romani adminiſtrabat: idque martyrium aſſerunt in Capadocia contigiſſe. Atqui Beda venerabilis inquit S. Longinum poſtquam ad Chriſtum Dominum conuerſus eſt vitam egiſſe Monaſticam annis duodequadraginta.Qui à Chriſti Domini morte, quæ anno Imperij Tiberij decimo octauo euenit,vſque ad Imperium Galbæ excurrerunt:Quibus additi ij,quos Ieſus Dominus vixit in Mundo, Summam LXXI. annorum, qui Tabulæ marmoreæ inſculpti ſunt,conficiunt.Quin quod idem Beda vocem hanc *Capadocia* interpretatur,*Manus Tortorū*,hoc eſt Carnificis.Quod ob frequentiam ſpectaculorum,quæ de Martyribus,ſiue etiam de reis eo in loco edebantur, loco indidit nomen, quod iam liquet fuiſſe æquiuocum, ita vt non ſit accipiendum pro *Capadocia*, quæ minoris Armeniæ pars,alio quoque nomine Leucoſyria dicta eſt, vnde non euocabantur ad Romanam militiam regendam Centuriones. Cæterùm è Metaphraſte pleraq; peti poſſunt de Longino, quæ & Surius,& Baron.Cardin.in primo Annal.& in Notis ad Martyrologium, atq; alij depromſerunt, quamuis iſta non attigerint,quæ Hieronymus Magagnatus ſatis veriſimilia, ne dicam certa eſſe exiſtimauit: in quo hæret adhuc ſcrupulus,vnde venit in mentem ea Capadociæ ſignificatio, quaſi vox illa eſſet Hebraica,cùm potiùs Græca ſit,Hebraicè autem Cappadoces dicantur Caphtorim,quod Spherula ſignificat,vt Vatablus,& alij periti interpretantur.

HIERONYMVS Pradus, — adde — Iam verò quod ad eiuſdem Hieronymi Pradi Commentariū in 26.prima capita Ezechielis pertinet, hæc habeo, quæ poſt vniuerſa perlecta dicā. Nempè accuratiùs ab eo cōtextum Prophetæ ſic enarratum,vt nihil videatur voluiſſe omittere quod ad eius liquidam expoſitionē ſpectat,nam & ipſa vocum Hebraicarum ἔτυμα,& verſiones tam 70.Interpretum,quam Symmachi,Theodotionis,& Aquylæ,quin etiam D.Hieronymi adhibet,cùm deinceps, quæ ad cōnnexionē hiſtoriæ,ac Prophetiæ faciunt,ſtudeat tam interpretum Græcorum,& Latinorum,atq; adeò Scholiaſtarum,ſed & ipſorum Rabbinorum,Ioathanis Kimki,Salomonis,& neſcio quorundam aliorum ſatis Latina,& fluenti ditione exponere.Addo non deeſſe in hoc viro eruditam earum rerū ſupellectilem, quæ pernoſcendæ Diuini Codicis hiſtoriæ neceſſaria, vt credo, exiſtimabatur ab ijs qui ſacram ipſam Scripturam verſant attentè.Ac cùm conferat interdum ſuam cum Patrum interpretationibus,nodiq; reſtāt enodandi ſatis feliciter,ac maturè ſoluit. Nec tamen in tam egregio conatu eo cōſilio, vt Rabbinorum expoſitionē innexuit ei,quæ ſit à Patribus,quaſi Rabbini ſolidandæ catenæ Patrum, & Eccleſiæ fuiſſent adhibendi,cùm cæteroquin noſſet in oculis eorundem Rabbinorum velamen fuiſſe, quo pernegârunt Chriſtum Dn̄m,quiq; ſi quid boni attulerūt,id à noſtris (quemadmodū haud rarò faciunt hęretici)ſuis ſcriptis inſeruerunt,quo ſibi apud Iudæos nominis exiſtimationē comparantes, eos in errore ac dānatiōe perfidiæ,ſatis per ſe peruicaces,& obſtinatos detinerēt.Cæterùm Cōmentarius Pradi hęc cōtinet.

Inprimis Iſagogen de ratione interpretandi oracula Prophetica in 12.ſectiones partitam.
Deq; duplici nomine Prophetarum. Chriſtum eſſe ſcopum Prophetarum.
Quod oraculis Propheticis non ſubſit Hiſtoria.
Error Theodori Mopſueſtenſis ex ſacris Scripturis,& Patrum teſtimonijs damnatur.
De tranſitu ab Hiſtoria ad Prophetiam.
De allegoria verborum. De allegoria rerum.
De allegoria mixta verborum,& rerum. Reſponſa ad obiectiones.
De elocutione hyperbolica.
De varijs modis viſionum Propheticarum.
Quo pacto ſit eruendus ſenſus viſionum.

Quibus ſectionibus ſubdit proœmium de nominibus,atque viſionibus Ezechielis, & de earum dignitate,& modo.

Cùm verò in capite primo vberem afferat non ſolùm expoſitionem,verùm etiam expreſſionem viſionis ſimilitudinis gloriæ Dei,quam vidit in curru Cherubin,ac deinceps poſt explanationem capitis ponat 22.ſectionibus emblema noctis AEgyptiacæ, qua Deus trophæis victoriæ de AEgyptijs parte ſatellites ſuos induit.Aquila enim,& Leo Angeli ſæuientis; homo, & vitulus Iſraëlitæ ſacrificantis ſymbola ære inciſa oſtenduntur,indicat exactè quam perperam fuerint intellectę rotæ viſionis primę Eze-

chielis,

Digitized by Google

chielis,quam deinceps vniuerſam perdiligenter explicat,quin etiam eandem fuiſſe huius viſionis ſpeciem cum ea quam capite ſexto ponit Iſaias, cumq; ea, quæ poſteà D.Ioanni mõſtrata eſt in Apocalypſi. Addo,& cum ea,quam vidit Daniel c.7.cum & eodem apparatu, quo viſus eſt Dominus primùm à Moſe in monte Sinai.Cæterùm is ipſe Pradus Biaciæ vrbe Bœticæ prouinciæ natus in Hiſpania, vbi (ſicut in alijs quoq; eiuſdem prouinciæ inſignioribus ciuitatibus) ſacram Scripturam publicè exponens, vixit in Societate noſtra duos ſuprà viginti annos, poſt quos ſanctè obijt in Collegio noſtro Romano ineunte anno 1595.Idibus Ianuarij,qui moriens cùm ſuas manus contemplaretur attentius, conſtantique ac læto animo imminentis mortis nuncium excepiſſet, rogatus à Ioanne Baptiſta Villalpando cauſam eius contemplationis,reſpondit:contemplor manus,quas olim iterum videbo. Interea illud Iobi pronuncians.Et in carne mea videbo Deum Saluatorem meum,quem viſurus ſum ego ipſe,& non alius.

HIERONYMVS,— adde in primo Tom.pag.755.lin.11.vbi finiunt illa verba: *in Aquitania excuſus an.* 1604.— Et in Chronico quidem Hieronymi, vbi in pluribus Codicibus extant hæc verba: *Conſtantinus extremo vitæ ſuæ tempore ab Euſebio Nicomedienſi Epiſcopo baptizatus in Arianum dogma declinat, à quo vſque in præſens tempus eccleſiarum rapinæ, & totius orbis eſt ſecuta diſcordia.* Pontacus autem in ſuis ad Chronicon illud Notis pag.704.oſtendit,Aldinum codicem habere pro *Conſtantinus*,hanc vocem, *Conſtantius*.quod videtur poſſe cõfirmari auctoritate Damaſi,vbi ait(in actis Felicis Papæ Tomo primo Conciliorum)Felicem Papam declaraſſe Conſtantium (*Conſtantini Filium*) hæreticum; & ſecundò rebaptizatum ab Euſebio Nicomedienſi prope Nicomediam in Aquilone(lege *in Acyrone*) villa,& propter hoc ab ipſo Conſtantio martyrio coronatum;à quibus non longè abeſt Athanaſius,dum ait,Conſtantium morientem non à pijs viris, ſed ab Euzoio Ariano Epiſcopo Antiocheno ſæpius ob Arianam hæreſim depoſito,baptizatum:cui accedit Seuerus lib.2. dum teſtatur ipſum Conſtantium fuiſſe Catechumenum tempore Concilij Mediolanenſis paulò ante eius obitum celebrati.Sed vide ſequentia in eadẽ Nota Pontaci.Cæterùm quòd Conſtantinus fuerit per Arianum Epiſcopum baptizatus, hoc tanquam figmentum Arianorum refellunt Nicephorus lib.7.c.45.Cedrenus,Anaſtaſius Bibliothecarius, m.s. ex Theophane Græco hiſtorico, Antoninus Florentinus,Martinus Polonus,& pleriq; alij,*qui conſentientes Eccleſiæ vniuerſali,* (vt loquitur Niceph. lib.8.cap.54.) multis confirmant Conſtantinum à ſolo Sylueſtro,ſalutari lauacro, expiatum. Et probat Pontacus Conſtantinum non incidiſſe in Arianiſmum ex Athanaſio in epiſtola ad ſolitariam vitam agentes;& ex Theodoreto lib.2.hiſtoriæ, cap. 5. præterquàm quòd Hilarius lib. 1. ad Conſtantium vocat Conſtantium pietatis paternæ rebellem;quemadmodum item Epiphanius hæreſi 69. comparans Conſtantium cum Conſtantino patre,illum incuſat, quòd non ſecundùm fidem patris proceſſit, ſed deuiauit.Sed & ante hoſce omnes idem in eadem epiſtola ad ſolitariam vitam agentes Athanaſius exprobrãs Conſtantio,quod exemplum patris non conſectetur, ſed ſinat ſe ab hæreticis ſeduci, vocat Conſtantinum *felicis memoriæ, & religioſiſſimum.*

HIERONYMVS Natalis,— adde — & eaſdem adnotationes, & Meditationes in Euangelia, quæ in S.S.Miſſæ ſacrificio toto anno leguntur, Moguntiæ apud Albinum an.1607.prodierunt.

S.HIERONYMVS Stridonenſis,— adde — Et verò ad Theophilum Alexandrinum Epiſcopum nuncupatoria Latinæ ſuæ interpretationis epiſtola extat. atque adeò eiuſdem ad eundem Theophilum aliquot epiſtolæ Tom.3.Biblioth.P P.edit.2.Porrò,omnia D.Hieronymi opera recuſa ſunt pariſijs anno 1608. Epiſtolæ verò illius ſtudio Mariani Victorij ex antiquiſſimis exemplaribus emendatæ excuſæ ſunt Antuerpiæ apud Moretum,an.1608.

HIEROSOL. Concilium celebratum eſt an.1107. mandante Paſchali II.Pont.Max.per Gibelinum Arelatenſem Archiepiſcopum legatum, & in eo depoſitus eſt Ebremarus intruſus Patriarcha. Gibelinus autem omnibus cõſentientibus Clero,& populo, Patriarcha renunciatus eſt,licèt inuitus, ſed quẽ Romanus Pontifex Max.confirmauit.Extat eiuſdem Gibelini epiſtola hac de re ad Arelatenſes apud Baronium in 12.Tom.Annalium ſub eundem annum.

HIEROSOL.Concilium in cauſa Arnulphi Patriarchæ Hieroſolymitani, qui è ſede depoſitus eſt, quamuis poſteà reſtitutus fuerit,fallacibus ſuis dolis vſus, cùm ad vrbem nauigaſſet. Baron. Card. Annal.Tom.12.ſub anno Dom.1115. Paſchalis autem Secundi 16.

HIEROSOL.Concilium an.Dom.1136.habitum in Oriente.Præfuit Pont.Max.Innocentij Secundi nomine Albericus Epiſcopus Hoſtienſis,de quo vide in verbo, *Antiochenum Concilium*, quod anno eodem ab ipſo celebratum eſt.Interfuère Maximus Armeniorum Pontifex vir magnus,& doctus, qui Catholicus dicitur.Baron.Cardin.12.Annal.Tom.ſub eundem annum.

HIEROSOLYMAE ſcriptores,— adde ad fin.— Sed tum de Hieroſolyma, tum de Hieroſolymitano templo pro pluribus ſat erit Ioannes Baptiſta Villalpandus noſter vnà cum Hieronymo Prado in Commentarijs ad Ezechielem.

HVGO Etherianus,— adde — hic verò Etherianus natione Etruſcus cum Conſtantinopoli Emanuele Imp.ſibi fauente ſecurè degeret,ad Alexandrum III.Pont.Max.qui Sipontum pace cum Federico Imp.firmata appulerat,Commentaria : diximus an. Dom.1177. miſit aduerſus Græcos pro Latinis de Proceſſione Spiritus ſancti,quo commentario vir doctiſſimus cuncta argumenta, quæ à Græcis, tam antiquioribus,quàm recentioribus aduerſus Latinos elicitas ad ſugillandos eos hæreſeos egregiè confutauit.Extat integrum opus,(mendosè licet)in Tom.9.Bibl.P P.cum perbreui ad eum epiſtola Alexandri III.Pont. Max. vide Baron.Card.12.Annal.Tom.ſub eundem annum.

HVGO Etherianus,— ad finem.— At nonnulla tam in textu,quàm in Notis monuit ad eùm Magiſter ſacri Pal.pag.288.& ſeq.Tom.1.ſui Indicis.

HVMBERTVS monachus Tullenſis,— adde ad finem.— Porrò diſputationem hanc integram, quam idem Humbertus aduerſus Græcos ſchiſmaticos habuit de Azymo, & fermentato, è Bibliothec

Vati-

Vaticana depromptam Baronius Card. adiecit in Appendice ad Tomum Annalium vndecimū. Quamobrem ibidem vbere cum fructu Lector perlegere poterit; cum adtexta reſponſione, ſiue contradictione aduerſus Nicetam Pectoratum.

## I.

S. IACOBVS Apoſtolus, vbi agitur de eius Miſſa, — adde — Vide Magiſtrum ſacri Palatij pag. 212. Tom. 1. ſui Indicis.

IACOBI Corçiacij opera omnia, quæ prodiêre eo vel ſuperſtite, vel defuncto in quatuor volumina diſtincta, Lugduni ſumptibus Ioan. Pillecihottæ, an. 1607.

IACOBVS Aluarez de Paz Toletanus ſcripſit de vita ſpirituali, eiusque perfectione, ſcripſit libros quinq; excuſos Lugduni apud Horat. Cardon, an. 1608.

IACOBVS Gretſerus, — adde pag. 784. lin. 7. à fine. — De Catholicæ Eccleſiæ ſacris Proceſſionibus libri duo auctiores quàm antea editi Coloniæ apud Mylium, an. 1608.

IACOBVS Pontanus, — adde — Eodem Autore prodierunt in lucem Meditationes, preces & laudes in Virg. Matrem, ad vſum Parthenianæ Sodalitatis, Auguſtę Vindel. apud Georg. Vviller. an. 1608.

IACOBVS Tigæus Canonicus Metenſis, in Gallicam linguam vertit D. Cyprianum.

IACOBVS Vitriacus Epiſcopus Auonenſis, & Card. — adde — Præter typis edita, ſcripſit 1. Sermones de *Sanctis* m. s. Tornaci ad S. Martinum, & in Rubra Valle apud Bruxellam. 2. Sermones ad Status m. s. ibidem. 3. Sermones de operibus ſex dierum m. s. ibidem, & Namurci apud Cruciferos. 4. Summā de conuerſione peccatoris m. s. Tornaci ad S. Martinū. 5. Exempla m. s. olim ad D. Virginis Antuerpiæ. 6. Prouerbia m. ss. olim Lierdæ in Cartuſia. 7. Moraliſationes m. ss. in Rubra Valle. 8. De Confeſſione m. s. Niuellis apud Guilielmitas. 9. De gratia ſpeciali quibuſdam data m. ss. in ſeptem fontium monaſterio apud Bruxellam. Ita Ioannes Bunderius in Indice. 10. Epiſtolarum ad diuerſos lib. 1. 11. Contra Saracenos lib. 1. teſte Trithemio. 12. Item prӕter libros duos Hiſtoriæ Orientalis, & Occidentalis Duaci an. 1597. editos, ſcripſit, & tertium nondum typis vulgatum, in quo tractat de rebus geſtis Chriſtianorum in Syria poſt Generale Concilium Lateranenſe, vſque ad expugnationem Damiatæ, vt ipſe Author fatetur in Præfatione ad iſtos ſuos libros ab Henrico Caniſio Tom. 6. Antiquæ lectionis Latinè edito. Vtinam verò tertium hunc librum bono publico quis proferat.

IDACIVS Clarus, — adde ad fin. — Sed vide quæ ad eum, ſiue Notas margini adſcriptas notauit Magiſter ſacri Palatij in ſuo Indice, pag. 140. primi Tomi.

S. IGNATIVS Epiſcopus Antiochenus, — adde ad fin. — Vide autem quæ nouiſſimè, hoc eſt anno 1607. obſeruauit, & monuit de his epiſtolis magiſter ſacri Palatij pag. 115. & ſeq. ſuo in primo Tomo Indicis Auctorum expurgandorum.

S. ILDEPHONSVS, — ad fin. — Vide quæ Magiſter ſacri Pal. pag. 284. & ſeqq. Tom. 1. ſui Indicis.

IOANNES Abbas Raithu, qui extat in Bibliotheca Margarini, cautè legendus eſt, vbi eſt illa gloſſa: *Mendacij liciti exempla*. Nam mendacium nunquam eſt licitum.

IOANNES ab Angelis Hiſpanus concionator Ordinis diſcalciatorum Minorum Obſeruantię regularis prouinciæ S. Ioſephi, ſcripſit idiomate Dialogos decē de acquiſitione ſpiritualis, & ſecreti regni Diuini, quod iuxta S. Euangelium eſt in nobis ipſis, quibus agitur de vita interiore, & diuina, quam viuit anima ſuo Creatori vnita per gratiam, & amorem transformantēm, Compluti anno 1602. apud Iuſtum Sanctium.

IOANNES Auila, — adde — Porrò an. 1603. apud Barthol. Gomeſium Hiſpali prodijt in lucē tertia pars operum Hiſpanica lingua ſcriptorum eiuſdem Auilæ. Continet autē Tractatus ſequentes. Primum de amore Dei. Viginti ſex ſequētes de ſanctiſs. Euchariſtia. Quinq; alios de Spiritu ſancto. Vnum de Incarnatione Domini. Alterū de S. Ioſepho ſponſo Virginis. Alios octo, de Beatiſs. Virgine, hoc eſt, De ipſius Natiuitate; de ipſius Præſentatione. De ipſius Viſitatione. Iterum de ipſius Natiuitate. De Purificatione. De Solitudine ipſius. De S. Maria ad Niues. De Aſſumptione. Iterum de eadem.

IOANNES Azor, — adde — Deinceps Inſtitutiones morales recuſæ ſunt Coloniæ apud Antonium Hierat, an. 1607.

IOANNES Baptiſta Villalpandus, Cordubenſis, Hiſpanus, Theologus Soc. Ieſu, ſcripſit Commentariorum partem vſq; ad finem Ezechielis, cùm primam earūdem partem accuratè expoſitā reliquiſſet Hieron. Pradus, de quo egimus ſuo loco. At idem ipſe Villalpandus Apparatū eruditiſs. adiecit, quo de vrbe Hieroſolyma, de templo Salomonis, deq; omnibus ad illud pertinentibus fuſius egit: hæcq; & Apparatum, vnà cum ipſius templi fabrica, idea, ichnographia, ortographia, ſcenographia, ſcitiſſimisq; delineationibus ex ære cuſis, cùm & de numiſmatibus, ponderibus, menſuris, ac permultis alijs egiſſet Romæ emiſit, apud Carolum Vllietum typis Illephonſi Ciaſconij an. Dom. 1602. 1604. & 1605. prout quiſque Tomus è tribus abſoluebatur.

IOANNIS Bonifacij Inſtitutio Chriſtiani pueri, adoleſcentiæq; perfugium, anno 1607. Ingolſtadij apud Ioannem Hertzroy.

IOANNIS Bouij Carmelitæ Epiſcopi Molfetani refutatio eorum, quæ aduerſus poteſtatem Pontificiam ſcripta fuerunt, Coloniæ apud Bernardum Gualtherum, an. 1607.

S. P. IOANNIS Chryſoſtomi Homiliæ ad populum Antiochenum Græcolatinæ, Pariſijs apud Claudium Morellium, an. 1608.

IOANNES Chryſoſtomus, — pone pag. 841. lin. 6. poſt illa verba, *nunquam id ſenſit*, — hæc quæ ſequūtur: — quæ & abeſt ab omnibus manuſcriptis Codicibus Græcis, quæcunq; extant ſiue apud Græcos, ſiue

ue in Vaticana,Sfortiana,Columnenſi,Meſſanenſi, Anglica,& alijs Bibliothec. Sanè in Anglica qui ſextus eſt ſermo de Incóprehenſibili περὶ τοῦ ἀκαταλήπτου,omninò diuerſum habet initiũ,nempè,πάλιν ἱπποδρομίαι, καὶ πάλιν,ὁ,σύλλογος ἡμῖν ἐλάττων γέγονε,hoc eſt, *Rurſus equorum curſus, rurſus corona Auditorũ imminutus eſt*.At huius tractationis verba ſic incipiunt:*Nuper ad vos de incomprehenſibili cognitione Dei diſſerens tam Scripturarum teſtimonijs,&c.* Neq; verò ficta hæc homilia cohæret cum argumẽto ſuperiorum, nec adeò grȩcam dictionem ſapit.Quin ipſe Theodorus Gaza,homo Grȩcus,(quippe Theſſalonicenſis) atq; inBibliothecis Græcorũ, quàm qui maximè, verſatus, cũ quinq; ſermones de incóprehenſibili abs ſe è Græco factos Latinos Alphonſo Regi Neapolis dicaſſet, nullam huius mentionem fecit in ſua Præfatione.Nimirùm aliquis anathemate percuſſus,ſiue hæreticus eam commentus eſt,vt Pont. Max. iudicium ſubterfugeret,neſcius extare diuinum,quod aduerſus ſe iam ſcriptum erat in cœlo.

Atqui cùm alibi aut ſemel(Chryſoſtomus)docuiſſet,quàm timendũ ſit anathema,quod & Apoſtoli in ſuis Conſtitutionibus,*Gladium ignis vocârunt*, planiſſimè id oſtendit octogeſima Homilia ad populum Antiochenum,cuius inſcriptio eſt:*Quod pro defunctis lugendum non eſt,ſed orandum.* Si quis autem(inquit)arrogans contemnit,audiat Chriſtum nunc quoq; dicentem:*Si quis in te peccauerit, vade,& corripe eum inter te,& ipſum ſolum:ſi verò non audierit,aſſume tecum vnum,vel duos:ſi autem & ita contradicat, dic Eccleſiæ:ſi verò nec Eccleſiã audierit,ſit tibi ſicut ethnicus,& publicanus*.Sed ſi contra me peccantem,poſtquam me non audierit,ita prȩcepit auerſari:in ſe ipſum,& in Deum peccantem,qualiter habere debeo,vos iudicate.Vos enim nos non contemnatis tam molliter in nos inſurgentes.Si quis autem noſtra contemnit vincula, rurſus eũ Chriſtus corrigat,dicens:*Quæcunq; ligaueritis ſuper terrã,erunt ligata & in cœlis:& quæcunq; ſolueritis ſuper terram,erunt ſoluta & in cœlis*.Nam etſi nos quoq; miſeri & vilipendendi,& contemptu digni ( ſicut verè digni ſumus) non tamen nos ipſos vlciſcimur,nec iram vindicamus, ſed veſtræ curam gerimus ſalutis: reueremini precor,& confundimini.Si quis enim amicum tolerat acrius æquo inſurgentem,intentionem conſiderans,quòd beneuolè non inſolenter hoc agit:multò magis Doctorem increpantem, non autoritate tyrannica iſta dicentem,neq; quaſi Principis loco conſtitutum, ſed Curatoris:nec enim poteſtatẽ oſtentare volentes hæc dicimus.Quomodo namq; qui nec in eorũ experientiã volemus, ſed dolẽtes prò vobis atq; gementes! ignoſcite mihi, NON ENIM QVI LIGAT EST HOMO, SED CHRISTVS, QVI NOBIS TALEM CONTVLIT POTESTATEM, ET TANTI DOMINOS HONORIS HOMINES CONSTITVIT. ac paulò poſt:Si quis autem hæc contemnat, iudicij tempus aderit, quod eũ doceat.Nec ita multò poſt:Ratio verò tibi ponetur apud eum, qui me ligare præcepit.Et paucas poſt lineas:Sicut bonum quidem non percutere, quod tamen ſi accidat, vulneri bonum eſt medicinam imponere,itidem & hic.—deinde ſequere:—Porrò non me fugit,&c.

IOANNES Ferdinandus Hiſpanus,Theologus Societatis Ieſu, quique in Salmanticenſi Academia Scripturæ S.olim Profeſſor,primam partem Theſauri ſcripturarum iuxta S.S. PP. ſententias emiſit Methimnæ à Campo ex officina Iacobi à Canto an. 1594. iuxta ſeriem Alphabeti à litera A, vſq; ad literam D,incluſiuè.in quo Parabolæ,Metáphoræ,Phraſes,& difficiliora quæq; loca totius ſacræ paginæ deleantur,cum concordia vtriuſque Teſtamenti.Additi ſunt duo inſignes Indices. Alter rerum; alter Euangeliorum totius anni,eo artificio diſpoſiti, vt in ſingulis Euangelijs ad ſingula ferè verba accommodentur plura teſtimonia Scripturarum,quæ in eodem opere fuſius exponantur. Sanè verò hic labor,vt fuit operoſus,ſic concionatoribus eſt percommodus.

IOANNES Hieroſolymitanus Epiſcopus,—ad finem.—Vide quæ Magiſter ſacri Palatij obſeruauit de hoc Auctore in Tom.1.ſui Indicis,pag.191.

IOANNIS Ludouici ab Hagen, Theol. Baccalaureus, propoſuit diſputationem Theologicam, de fide Hæreticis ſeruanda,quæ edita eſt Moguntiæ apud Albinum, an.1607.

IOANNIS Maior Belga Societatis Ieſu,perutilem operã poſuit colligendis, ac diſponendis exemplis è pluribus pijs auctoribus,quæ Speculo magno exemplorum adiecit,quod quidem ſecunda editione caſtigatius edidit Duaci apud Balthaſ.Bellerum, qui item ordine Alphabetico Speculum illud recudere parabat,ordine Alphabeti inſertis exemplis Appendicis à Ioãne Maiore adiunctȩ.Sed & Coloniæ an.1608.apud Ant.Hierat prodijt in communes locos digeſtum.Vide verò in verbo,Exempla.

IOANNES Maldonatus,—adde ad fin.—Viri docti confictam agnouerunt,quæ ſimul erroribus ſcatens,nec ſolidum Maldonati iudicium, nec ſtilum ſapiebat. Quamobrem meritò reiecta fuit: atque adeò per Mag.ſacri Palatij Apoſtolici Romȩ an.1605.proſcripta, quæ collecta per Martinum Codognat Minimum,impreſſa fuerat an.1604.Lugduni apud hæredes Gulielmi Rouilij.

IOANNES Maria Braſichellenſis,Ord.Præd.ſacriq; Palatij Apoſtolici Magiſter, & nũc Epiſcopus Poliniani in regno Neapol. in vnũ corpus redegit,& publicæ cómoditati edidit Tom.1. Indicis librorũ expurgandorũ,in quo quinquaginta Auctorum libri,præ cæteris deſiderati,emendati ſunt. At etſi quinquaginta duntaxat numerũ innuit,multò plures ſunt tamen, cũ Bibliothecam P P.à Margarino Bignȩo, eam etiam,q̃ eſt ſecundȩ editionis fuit,ita expenderit,vt q̃ in pleriſq; ipſius Auctoribus erant ſiue emẽdanda,ſiue declaranda monſtrauerit. Adiecit ad finem Edicta duo Italicè promulgata abs ſe Romæ die 7.menſis Auguſti,an.1603.& die 16.an.1605.De ijs Auctoribus,qui prohibiti ſunt, & aliqui quidem omninò,aliqui verò donec ſint expurgati. Pollicitus eſt autẽ ſecundum cenſurarũ Tomum, quem iam præ manibus habebat,ſe emiſſurũ:monens quomodo iuxta eã cenſuram emendandi,aut extinguẽdi ſint Auctores:& verò,fore,vt,ſi qui pertinaciter ijſdẽ Auctoribus inemendatis, aut omninò prohibitis vti voluerint,hi præter offenſam D.maieſtatis,& præter canones,atq; cẽſuras Eccleſiaſticas, Regulaſq; Indicis,& alijs ipſius M.ſacri Pal. edictis pœnas,in quas incidẽt,ſeuerè puniãtur. Romȩ ex Typographia R. Camerȩ Apoſt.an.1607.Et nos quidẽ,quas potueramus aſſequi ab Magiſtris ſacri Pal. cẽſuras ad eiuſmodi Auctores,qui ad Sacrũ noſtrũ Appar.ſpectãtes,eas in ſuis locis fideliter inſerueramus:at q̃ nouiſſimè

hoc

hoc in Indice de alijs Auctoribus, aut de ijſdem plenius additę ſunt, huic Apparatui, qui tum recuſus eſt iam hoc anno Coloniæ an. 1608. apud Io. Gymnicum, tum Deo aſpirante recudetur, adtexentur, vt cùm veritas ipſa latius innoteſcat, tum nihil, quoad eius fieri poſſit, deſit eorum, quæ ex tam limpidis fontibus, qui è ſancta Sede Apoſtolica ſubinde ſcaturiunt, ad omnes in Dei gloriam ſunt deriuanda.

IOANNES Mariana, — adde ad fin. — Deinde item librum de ponderibus, & menſuris.

IOANNES Maxentius, — adde ad finem. — Veruntamen & ſi profeſſionem fidei ab eo editam, ſiue ſcriptam diximus, non tamen propterea eius doctrinæ, in qua latet venenum, adhærendum eſt, fuit enim Pſeudomonachus, impoſtor, & hæreticus Eutychianus: quemadmodum diſertè indicauit Baron. Card. Tom. 7. Annalium, ſub annum Domini 519. & anno 520. Sed & deinceps Magiſter ſacri Palatij plura de hoc, qui legendus pag. 146. & 147. 148. 149. 150. & 151. primi Tomi Indicis ſui. Et ex Apparatu noſtro ſacro expungendum eſt illud verbum, Catholicum, in verbo, Ioannes Maxentius.

IOANNES Maria Capella, Salutienſis Ord. Præd. — adde — Theologiæ Profeſſor fuit, noſtraque vixit ætate, ſcripſit à ca. 13. Ioannis, vſque ad c. 18. in quo de paſſione Domini accuratè, & vberrimè egit. Editum eſt hoc opus ſanè exoptatum à doctis, apud Baretium Baretium Venetijs an. 1606. Legāt ſtudioſi Auctorem, qui dicendo non exundat, & pro dignitate eleganter, ac ſine fuco D. Scripturam exponens, vt mentem nutrit, ſic voluntatem accendit.

IOANNES Medina ſcripſit Tractatum de rerum dominio. De reſtitutione, ac reliquis Contractibus. De Vſura, Cambijs, & Cenſibus. Coloniæ apud Petrum Cholinum, an. 1607.

IOANNES Oſorius, — adde — Sed & eiuſdem Conciones in quinque Tomos partitæ prodierūt Pariſijs apud Sonnium an. 1608.

IOANNIS Romani Pontificis Epiſtola, quā Margarinus ſuæ intexuit Bibliothecæ, germana eſt & genuina, de qua plura Baron. Card. Tom. 7. Annal. ſub annum Dom. 534.

IOANNES alter Scotus, — adde ad finem. — Vide autem ſuprà in verbo, Ioannes Duns.

IOANNES de Turre Cremata, — adde — Verùm eiuſdem liber in Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti vitam, cum precationibus, & vita eiuſdem de Turre Cremata, prodijt Coloniæ apud Bernardum Gualtherum, an. 1607.

IOANNES Valentinus Piſtorius, edidit ſpeculum Prælatorum, & aliorum, qui curam habent animarum, Coloniæ an. 1607.

IONAS Aurelianenſis, — adde ad finem. — At etſi Ionas hic pro imaginibus ſacris ſcripſit, legendum tamen eſſe magno cum iudicio, & cautè, monuit Magiſter ſacri Palatij Tomo 1. ſui Indicis, pag. 155. & ſeqq. vbi etiam eius næuos indicat. At & legendus Baronius Cardin. in Tomo 9. Annalium, ſub anno 794. & 825.

IOSEPHVS Phauorinus Philoſophus, & Medicus Fabrianenſis, Medicinæ Practicæ ordinarius, & primo loco interpres in Peruſina Vniuerſitate. Scripſit Synopſim de Hominis excellentia, in qua explicantur quatuor naturæ gradus eorum omnium, quæ ſunt, vegetant, ſentiunt, intelligunt: eorundem autem cum homine facta comparatione, decernitur in eſſentia, vita, ſenſu, & intellectu ſolum hominem excellentiſſimum eſſe, nihilque in lapidibus, plantis, animalibus, & mundo reperiri, quod in eo non ſit præſtantius, ſublimius, excellentius.

Cæterùm Synopſis hæc, quoniam pleraque continet non ſolum Philoſophicè ac Medicè, verùm etiam Chriſtianè ſcripta, lubentes huic noſtro Apparatui adteximus, quòd huius viri eruditio, ac pietas, non vna commendatione ſit digna. Peruſiæ Opus editum eſt anno 1606. ex Typographia Petruſiorum.

ISAAC Syrus, — adde — Cæterùm de Iſaaco hoc Syro, præſertim de aureo eius libro, quem inſcripſit de Contemptu mundi, quemq; diximus extare in Tomi quinti Bibliothecæ P P. Margarini Bignæi editione ſecunda, quæ prodijt emendatior, expedit, vt quæ S. Gregorius Magnus tertio Dialogorū ſuorum libro, quartodecimo ſcripſit, prælegantur. Eundem enim eſſe cū illo non inani coniectura ducti ſunt, qui hoc aſſeruerunt. Extat verò anniuerſaria huius viri ſancti cōmemoratio in Romano Martyrologio ad diem 13. Aprilis, cùm eiuſdem Spoleti, hodieque vigeat memoria virtutum. Laurentius quoque Surius, quæ de ipſo ſanctus Gregorius Magnus ſcripta reliquit, Tomo ſuo Aprilis menſis inſeruit.

At quod pertinet ad ipſum librum Iſaaci de Contemptu mundi, hæc modò habeo quæ dicam, ſaluo meliorum iudicio. Primò optandum eſſe, vt emendatior recudatur; nam opportunæ emendationes deſunt in periodis, & non pauca videntur eſſe mutila, vt ægrè, aut ne vix quidem intelligi poſſit. Secundò non tam obiter eſſe legendum, quàm ita ſubinde ad praxim adhibendum, vt quo ſenſu ſcriptus eſt, eodem percipiatur. Tertiò hanc lectionem fortaſſis eſſe in rem conferendam alia, quàm ea ſerie, qua digeſtus eſt. Nimirùm vir ille ſapiens, qui ſenſus habebat exercitatos ad diſcretionem ſpirituum, non hæc tam certa, methodo (vt opinor) accipi voluit, ſed prout varijs temporibus eadem hauriebat, ita collegit, vt deinceps prodierint, qualia videmus. Quartò, quædam eſſe in eo, quæ non quadrent omni religioſorum ordini, ac ne laicorum quidem aliquibus. cuiuſmodi ſunt quædam de genuflexionibus ad numerum multum; de ſolitudine, de Cella, de continua lacrimarum effuſione, quæ niſi cernatur extrinſecus, non propterea deſpondendus eſt animus ijs, qui in palæſtra pietatis exercentur. Atqui nec illud, quod verſus tertijdecimi capitis finem inſeruit, curandum eſt, ſic enim ait: *Excita te ipſum, cùm obuiaueris proximo tuo, vt eum honores ſuprà menſuram, oſculare etiam pedes eius, & manus, & tene ipſas multoties cum multò honore, & ſuperpone ipſas ſuper oculos tuos, & commenda etiam in eo, quod non habet; cùm aūt receſſeris ab illo, de ipſo loquere omne bonum, & quidquid eſt pretioſum, per hæc & huiuſmodi trahes eum ad bonū, & ita ſemen virtutu ſeminabis in ipſo.* Quanquam autem reliqua, quæ ſubdit, ſint optima, externi tamen illi actus, & laudes haud ſemper proſunt.

Atqui

Atqui quod paulò poſt initium cap. 17. ait. Non enim docuit nos Scripturà tres regiones Matth. 25. non eſt quod hæreticis faueat, Purgatorium ignem inficiantibus, qui quidem illis non erit, ſi impœnitentes ex hac vita deceſſerint. Nam de fine bonorum, & malorum ibidem agit, qui ſanè duplex eſt, nempè damnationis, & æternæ gloriæ. Porrò in hoc eodem capite, ſiue mutila, ſiue manca eſt periodus illa initio paginæ 689. quæ ſic habet: *Anima, ex motu cogitationum conuertibilium, non quieſcit, ſi verò vnicuique illarum mutationum inſeueris in cordis fundamento non exiſtente x x j. es tu ad alteram, dum quotidie aduerſus tua mala, atque bona.*

Vt autem conſtet ratio vtendi ſapientibus monitis Iſaaci (præcipuè quidem ad examen conſcientiæ, atque ad diſcernendos Spiritus) placuit huc adnectere ſequentia eius libri capita, cùm aliqua poſtremò ſint poſita, quæ ante alios expedit vſurpare, quædam autem ſint media, in quibus eadem iterantur, quæ tum ad principium, tum ad progreſſum ſpectant. reliqua verò aptari poſſint, quo tempore quiſq; malit in ijſdem verſari, vt ne nihil dicam de quibuſdam ad gradum, ad Charitatem, ad munditiem corporis, atque animi aſſequendam, ad ieiunij, ad vigiliarum, ac Orationis virtutes ſpectantibus. Quæ item in hortationibus fratrum, atque in concionibus prodeſſe mirificè poſſint, ſi commodè adhibeantur.


I. Caput. De operatione corporali, & eius obiectione.
2 De Vigiliæ pretioſitate.
3 De ſolitudine.
4 De modo arguendi peccatores.
5 Blaſphemiæ ſpiritui quomodo ſit obuiãdum.
6 De Contemplatione rerum.
7 De oratione, & lectione inſtituenda.
8 De Eleëmoſyna.
9 De paupertate.
10 De oratione, & labore.
11 De honore à Deo dato.
12 De occaſionibus vitiorum vitandis.
13 De Patientiæ perfectione.
14 Appropinquare Deo quomodo debeamus.
15 Quomodo ſit Peregrinus, & monachus.
16 De perfectione Humilitatis.
17 De manſionibus æternitatis.
18 Quid impediat cor, ne ad mala ruat.
19 Deſcriptio ieiunij.
20 Quomodo meditari aliquis debeat in ſolitudine.
21 De contemplatione, & propriæ infirmitatis conſideratione.
22 Quod oratio eſt refugium, & fons ſalutis.
23 Quomodo acquiritur Humilitas.
24 De perfectionibus, virtutibus, & officijs monachorum.
25 De priuatione conſolationis ſpiritualis, non turbetur homo, ſed legat in libris Patrum, & ſuſtineat patienter.
26 De tribus ordinibus, in quib⁹ proficit homo, Nouitiorum, medio, & perfectorum.
27 De ſpe, quæ ſit per fidem præcordialem, & dilectionem.
28 De luctu, & labore, cum diſcretione.
